DE GENTIVM ALIQVOT MIGRATIONIBVS, SEDIBVS FIXIS, RELIQVIIS, linguarumque initiis & immutationibus ac dialectis, Libri XII.

IN QVIBVS PRÆTER CÆTEROS populos, Francorum, Alemannorum, Sueuorum, Marcomanorum, Boiorum, Carnorum, Tauriscorum, Celtarumq; atq; Gallogræcorum tribus,

PRIMORDIA ET POSTERITAS SINGVLORUM, quæq; ex his insigniores Principum Comitumq;, ac nobilitatis totius pene Germaniæ, Latiiq; & Galliæ stirpes processerunt, diligenti examine historiæ, deniq; Autorum Annaliumq; cum lectione tum collatione traduntur atq; explicantur:

Autore WOLFGANGO LAZIO *Viennensi Austriaco Medico, & Inuictiss. Rom. Regis* FERDINANDI *Historico.*

A mendis quamplurimis hac editione secunda purgati.



FRANCOFVRTI,
Apud Andreæ Wecheli heredes,
Claudium Marnium, & Ioannem Aubrium.
M. D C.

IN LIBROS DE GENTIVM MIGRATIONIBVS AD ILLVSTREM AC MAGNIFICVM VIRVM ATQVE DOMINVM IOANNEM IACOBVM FVGGERVM, DOMINVM A KIRCHBERG ET WEISSENHORN, nostro seculo Musarum Doctorumq; omnium vnicum Mœcenatem:

WOLFGANGI LAZII VViennensis, Regii Historici ac Medici, Præfatio.

NON ignoro, Heros magnifice, perdifficilem eorum esse professionem, qui publice de literis benemeriti, harenæ se quotidie committunt: ac, quod laudi nemo non bonus ducit, non sibi soli, sed aliis natos se considerantes, vigilias suas nimis candide dum proferunt, iniquos interdum Aristarchos, atque eos etiam (quod deplorandum est) qui eo in genere nunquam versati fuerunt, sustinere coguntur.

Quod cum superioribus seculis, tum præcipue nostra tẽpestate fieri videmus, vsque adeo, vt hoc plerique nomine, notam sibi magis sudoribus suis quam gloriam compararint. Quod quum ego iam inde intelligerem, tum illud etiam animo versabam, à meo instituto non solum alienum videri, historica tractare: verum adeo etiam damnosum posse esse, vt dum in historiarum pelago nauigo, & ad portum cito appellere, ob eius immensitatem nequeam, rem familiarem, vitæ fulcimentis sublatis, negligere cogerer. Quæ res multa felicia ingenia, & rei literariæ procul dubio profutura, à bonis laboribus retraxerunt: aut quod summam manum lucubrationibus imponere nequiuerint, aliis vtilioribus distracti: aut quod præ opum conquisitione, & illa innata nobis ditescendi libidine, nihil sibi reliqui fecerint. Quo nomine multa vel manca, vel latitantia alicubi, vel omnino etiam amissa, bonæ literæ conqueruntur. Sic enim & Maro, Vulcano moriturus fœcundas vigilias suas cõmiserat, ni graui dolore percitus Augustus Cæsar, posteritati in hac parte consuluisset: Me vero, etsi studia in rempublicam literariã posita non solum vitæ adminiculis destituerunt, verum ridendum etiam, atque omnino negligendum, multis ardelionibus obiecerint (qui non nisi opulentos, ac cum multa comitiua incedentes, in amicitiam recipiunt) tantum tamen deterrere ab instituto nostro non potuerunt, quin, contemptis opibus, neglecta valetudine, (quam intempestiua lectione pene etiam perdidi) postergato fauore patronorum, amissis amicis, in eam mihi statueram curam incumbendum, vt quandoquidem in tanta doctorum contentione ac palæstra, cæteræ omnes artes ac professiones libero homine dignæ, in stadio currunt, sola Historia, ante diem, non sine rei literariæ iactura, rebus humanis exemptis longe doctiss. viris, IOANNE AVENTINO, BEATO RHENANO, & ANDREA ALCIATO, pigra ac metu magis deterrita, exire è carceribus non auderet. Ego (qui me conferre tamen cum tan-

tis viris, quos nominaui, nolo) miseratus conditionem longe iucundissimæ professionis, quæ ante patrum memoriam, & in Romana repub. Græcaque, tot habuit lumina, tot tulit alumnos, quot Bibliotheca vtraque nobis ostendit, aliquid ea in re mihi cnitendū, post tantam doctissimi cuiusque feriationem censuerim: ac viribus meis onus etiā grauius subire malui, quam illud Musarum domicilium amœnissimum, situ sinere, & squalore deturpari. Ac tametsi nescius non eram, quod Anacharsis Scytha interrogatus dicere solebat, Tutissimam in sicco procul à pelago esse nauigationem: tum illud quoque (fateor) animo voluebam, quod Socratem interrogatum, Quo pacto quis posset honestā famam assequi, respondisse memorant: Talem esse debere quemque, qualis haberi velit. tamen rursus Catonis mihi autoritas animum addidit, atque ad difficiliora, quam quibus sufficerem, (vt ingenue fatear) impulit. Nam cuidam militi aliquis, cum argenti libram numerasset, aliis præteritis, dicebat: Satius esse multos habentes argentū, quā paucos è militia domum redire. Quod ego sentiens verum esse, æs meum vtcunq; rude ac inelaboratum, malui multis communicare, quā quod vel elaboratissimum mihi soli splēderet. Qua ex voluntate & commētarii Reipub. Romanæ superiori anno prærepti fuerunt: quos vel eo nomine libentius exire Musæum nostrum passus sum, vt haberēt Rerum Austriacarum Commentarii (qui soli à nobis premuntur, vt excocti memoriam apud posteritatem nostri testari possint aliquando, & ad quos tanquam ad scopum hæc omnia parantur ac præmittuntur à nobis) & amictum illustriorem induant, & intellectum à quouis captu facilem nanciscantur. Isthic quæ à Romanis in prouinciis secus Istrum & Rhenum, virtute conquisitis (quas nunc Austriades tenent) gesta atq; constituta, apud cæteras gentes celebria, & apud posteritatem memorabilia fuere, prosecuti sumus, sine omni verborum lenocinio, autorum collatione vsi: simul dubia multa, nodosque tam in Poetis quam Historicis enucleauimus. Superest nunc adeo, vt quando Romanos ex illis barbaræ gentes, & ex his præcipue Teutonici expulerunt, noua constituta rerum administratione, vel saltem cum Romanis confusa moribus, Gallogræci, Celtæ, Taurisci, Carni, Boii, Senones, Sueui, Marcomani, Quadi, Vandili, Gothi, Gepedes, Heruli, Burgundiones & Longobardi, eorum etiam populorum Rempub. doceamus. Ex quorum vel confusione commixtioneque Austriadum gens constitui cœpta est: vel quibus domitis Franci, nobilis illius cum prouinciæ tum domus nominisque autores, illos in orbem principes induxerunt, qui modo rerum potiuntur secus Istrum Rhenumque, vsque ad Gades & Pontum pœne: hinc vero à Mediterraneo mari, vsque ad Oceanum illum Septentrionalem, & vltra etiam, terris ac insulis antea incognitis iura dare solent. In quo terrarum tractu, nec Germanici idiomatis qui colunt populi multi, ab eadem gente descendunt omnes: & qui aliam sonant ab his linguam, Hispani, Galli, Belgæ, Itali, atque Longobardi, haud alterius quā Teutonicæ originis, si inquiras diligentius, reperiuntur. Adeo pernecessariū est, nosse populorū migrationes, si recte peruestigētur, nō solū ob Historiæ certiorē cognitionē, verum etiā ob initia cuiusuis gentis, quæ ex tot seculorū serie morib. & lingua immutatæ sunt plurimæ, ostendenda. Et quod maximum est, vnde tot dialecti in lingua nostra Teutonica ortæ existant, tanta varietas idiomatis vnius eiusdēq; nata sit, diuersi a maiorib. nostris mores, consuetudines, ritus, vestitus, atque armaturæ etiam in hac gente nunquā visæ, irrepserint, cognoscamus. Deniq;, vt appareat illa ineffabilis diuini numinis potentia, & vt eo esse rerum humanarum casus Christiani perpendamus, qui nihil perpetuū sinunt: vt quæ olim amplissimæ erāt, atq; orbi pœne vniuerso tremendæ gentes, nunc vel in orbe non extent, vel in angustias redactæ, alicubi alio sub nomine lateant. Id quod de Gothis, Herulis, Gepidis, Vandalis, Marcomanis, Quadis, prolixe possemus confirmare. Hic de industria transeo Monarchi-

narchias, imperiorũ succeßiones, regnorũ permutationes, adhæc primordia familiarũ nobiliũ, quæ nec ipsis prosapiis satis constant. Ad quæ omnia hic noster conatus in hos libros collocatus, conferre non peßime videbitur. Debebant mihi & studia in religionẽ nostrã sacrosanctã, cum à populis quibusdã singulariter, tum præcipue à familiabus quibusdã piis Principum Comitumq; posita pro doctrinæ Christi incremento, stimulũ aliquem iniecisse, ad suscipienda cõsilia ista: ne ex Chilonis præcepto, in via moratus, animũ diutius colligerẽ, sed tanquã Pythagoræ absoluto iam penitus silentio, tandẽ loquerer, vel incõditißima etiã, religionis scilicet Zelo instigatus. vt quorum opera res Christianæ primũ posita sit, deinde increuerit, atq; ad eos progressus paulatim peruenerit, in quibus ante patrũ memoriã cernebatur, posteritas nosset, aduersus nostri seculi homines ἀθέους, qui degeneres atq; ingrati maioribus suis, immemores deniq; beneficii accepti, cõtrario ducti, ac (si dicere audeo) plane diabolico consilio, labefactare illã ac penitus subruere nituntur, horrendo exẽplo & impietatis & ingratitudinis, & quod verius dixero, terminandarum tot celebrium vetustarumq; stirpium, quas modo quotidie deficere videmus. Iã enim si ab inferis vel Philosophorum aliquis, eorum qui continentißimum vitæ genus cõplexi erãt, vel doctorum Ecclesiæ, aut deniq; martyr aliquis è beatorum loco rediret, nescio sane quid definiturus foret: aut etiã si decreto aliquo dignaretur, ambigo, genus humanum ad tantã impietatẽ, ingratitudinẽ, ac pœne barbariã quandã, plus quã gentilẽ, hostis nostri insidiis, progressum. Atq; ipse quidem si candide dicere debeo, vtri de religione peius meriti fuerint, satis nõ intelligo: an illi, qui nihil ad eam fulciendã contulerunt vnquã: an, qui iam roboratã à maioribus suis & piis hominib. adornatã, destructum eunt, tot posita alienis sumptibus delubra atq; cœnobia expilant, & in profanos vsus conuertunt. Quod sacrilegii genus, vel si Vlpianus Papinianusque reuiuiscerent, cõtestarentur. Sed mitto illa, atque in hac parte ad tempus illis suffragari videri volo. Vbi quæso literas, ac tot bonos autores, qui inde deprompti sunt, imo sua ipsorum adeo stemmata ibi reperturi erant, si nulli religiosorum cœtus instituti à maioribus sanctis viris fuissent, qui illa membranis mandassent, ac nõ nisi diuino præsidio, à tot incendiis ac barbarorum excursionib. quot historica nos fides docet, cõseruaßent, atque ad posteròs ingratos illos suos trãsmisissent? An ex militia maiorum? quæ tamen rara erat, custodita, vel sepulta alicubi in specubus, ac ciuitatum scriniis, quæ diuina prouidentia cessarunt, aut in angustias saltem redactæ sunt, integris cœnobiis ac piorum cœtibus: quorum antiquißima adhuc supersunt, cum vrbes olim florentißimæ, vel paucæ vel nullæ, ex prima eua cõstructione magnificentiaque aliquid retineãt. vt vel ea in parte Dei opt. max. singularem misericordiã erga pios, summãque prouidentiã erga Ecclesiã, contemplari liceat. Qua in re latißimus mihi cãpus aperitur: sed parco his, qui adhuc integri manent. Quo mihi rectius Deus opt. max. facere videtur: qui cum nouas subinde & gentes & familias suscitat, satanæ cõsilia illudens, Ecclesiã suam nunquam non, honestosque mores custodit, atque post ergatis impiorum insidiis cõfirmat. Sic Hebræis nimirum doctrinam sanam de Christo reprobantibus, Græcos opposuit. Græcis rursus hæresibus coinquinatis, Romanos obiecit, translata ad illos Ecclesia, & benedictione concessa. Quũ & Romani posterius desidia ac fastu torpere cœpissent, in eos, barbaros, Boios, Tauriscos, Carnos, Senones, Sueuos, Marcomanos, Quados, Gothos, Vandilos, Gepidas, Burgundiones, Francos, Herulos, Longobardos, ac breuiter totius Septentrionis populos, vindices iniuriæ sibi illatæ exciuit. Qui, vt primo Commentariorum Romanæ Reipublicæ docemus, vno propemodum tempore, omnes Romanæ ditionis limites inuaserant. Itaq; an ex tanta Teutonicæ gentis, vt ita dicam, colluuie, victis & pulsis procul à Rheno Istroque Romanis, regna aliqua, & quæ tandem, quibusue Europæ locis surrexerint, inquirendum semper existimaui: & præcipue quidem (quod multi autumant) vtrum

ex Francis Sueuisq; , qui Rhætias incolere cœperunt, & tractũ prouinciæ illius hodie tenent, quã maximã Sequanæ Romani appellauerant, orti sint? ex Boiis vero, Marcomanis, Herulis & Francis, qui Bauariã, Styriã & Austriã incolimus, processerint? Præterea, an Carni sint, qui adhuc Carnorũ nomine secus Drauũ Sauumq; amnes, vocantur? & Longobardi veteres illi supersint, qui mutatis lingua & moribus, antiquũ tamẽ nomen retinent, inquisitione non admodũ vulgari opus esse videbã. Deniq; an senescente iam mundo, à Gothis Arragonii, Castilienſesq; in Hispania, & Italiæ populi plerique: à Sueuis rursus Portugallenſes: à Saxonibus Angli, Belgæ, & Transyluani, qui Hungariæ adiacent: à Vandilis insuper Burgundiones: ab Herulis ac Rugis Meclaburgenſes, & qui his in finibus tenẽt, descenderint, vt Annales pleriq; referunt, & prouinciarũ appellationes cõtestantur, nõ temere quẽuis facile definire posse: ac omnino versato aliquo cũ in historiis tum gẽtiliciis annalibus viro, & singulari iudicio prædito, indigere intelligebã. Ac tametsi meas eo in genere rationes extollere verear, ne Diogenis mihi illud Cynici obiici poßit, quo insolitis laudib. puerũ prosequenti cuidã, respondisse dicitur: Quid igitur eges me? Tamẽ vt semper soleo, saniorẽ de Christo doctrinã amplexus, Maiorũ nostrorũ primas politias indagare, quo tẽpore & ordine, quibus doctoribus singuli populi Christo vendicati fuerint, si paulo altius res repeteretur, omnẽ caliginẽ ab animis nostris facile remoueri poße animaduertebã: vt quo tẽpore à beato Remigio Frãci in fide Christi instructi fuerant, iã tum aliqua Latini sermonis rudimenta hausissent, quæ gentẽ paulatim immutarẽt. Quod similiter de Gothis in Hispania, in alios & mores & vestitus, linguãq; diuersam transgreßu, postquã per beatos Leandrũ atque Isidorũ ab Arriana perfidia repurgati fuissent, dicere possemus. Illustriora in Burgundis sunt exempla, qui & priores Christũ cognouerũt, & à plurib. Latinæ linguæ beatis viris cõuersi fuerunt, Valerio, Germano Altisiodurẽsi, Claudio & Donato Bisuntinis, Eutropio Euricẽse, Symphoriano, & aliis pluribus: quos credendũ est, rudibus Germanorũ animis, simul cum religione, aliquas Romani sermonis reliquias infudisse. Quod cur nõ idẽ euenerit iis qui Rheno Dãubioq; propiores colũt populis, qui de veteri lingua adhuc retinẽt, & pluramorũ, vestitus, armaturæq; insigniora vestigia seruarũt, arbitror hanc causam extitisse, quod & posterius ouili Christi accesßissent, & nõ à Latinis amplius, sed Gallis, Anglis, Scotisq;, qui salubrẽ doctrinã à Romanis edocti erãt, & late domo profecti, ad meßẽ Domino colligendã, in vinea Sabaoth laborare & ipsi didicerant, imbuerẽtur. Hoc instituto à diuo Hilario, Fridolinũ Scotũ ad Sequanos apostolũ mißũ: & Leodegariũ Francum ab aliis, ad Alsatas & Austrasianos: à Galliæ episcopis, sanctos Dei viros, Amandum, Arbogastẽ, & Pyrminiũ, Anglos videlicet, ordinatos fuisse legimus. Quẽadmodũ & Sueuos cõstat fidẽ Christi docuisse, à Gallo & Magno sanctis Dei viris instructos, cõgentiles, S. Othmarũ, beatũ Ioannẽ ac Martinũ præsules Constantienſes, Victerbũ ac Thossonẽ Augustæ episcopos ordinatos. Quos secuti diui Vdalricus atque Cunradus, Sueuos suos, Sueui ipsi, in sana doctrina cõfirmarunt. Ita Boiarios beatus Rudbertus Bormatienſis episcopus, Frãcus natione, & eius discipuli Giselaricus, Vuilo, ac Sodomus, ex Boiis oriundi: & qui hos sequuti sunt lapsosq; cõgentiles suos, vel saltẽ eiusdẽ idiomatis populos reduxerũt diui Corbinianus, Emerannus, Bunifridus Anglus, Bonifacius cognomento, VVunibaldus & VViliboldus Scoti, Christo sanæq; doctrinæ illius mãciparunt. Quã operã in Carnis Doningus, Modelhamus, Modestinus, à beato Rudberto apostoli mißi, & sanctus Virgilius antistes Iuuauienſis, qui Domitianũ ducem Christo vendicauerat, ante baptismũ VValchunonẽ appellatũ, omnes Teutones scilicet feliciter nauarũt. Et in Germaniæ interioris populis cõuertendis, beatos Kilianũ ac Burchardũ Scotos præstitisse cõstat. vt quamobrẽ omnes hi populi, quos diximus ab Anglis, Scotis, Frãcis, cæterisq; Teutonici idiomatis apostolis persuasos, à lingua veteri, vestitu, armaturis, moribus & institutis gentiliciis parum admodum recesserint, elucescat. Et

vt

vt cæteros multos surda aure pertranseam, satis constat, tot laborãtib. in vinea Domini, siue Romanis, in iis prouinciis, quæ de Romana maiestate ac lingua aliquid retinent: siue Scotis, Anglis atq; Francis, qui edoctis in fide Christi patrium sermonem non immutarunt, messem ad postremum fructuosissimã creuisse, per omnes Teutonicæ originis populos late per Europam dispersos. In qua vtinam, qui ante patrum memoriam laborare debebant, nõ ita segnes fuissent: aut qui nostro tempore eadem laudis opinione nituntur, sanius eam docerent, & nõ ad perniciosam illam libertatem animorum vocarẽt: esset fortasse, quod adhuc spes aliqua foret, si non de propagatione Germanici nominis, saltem de illius cõseruatione, in tot hostium Christiani nominis ambitu. In quo, vt ad vestigia reliquiasq; veterum incolarum redeã, vindices scilicet diuinæ semel conceptæ iræ, nomẽ in sese ac Republicã retraxere, Rhætorum populorum Chuxvvalbenses, Alemanni. In Heluetiis Suedi ac Taurisci cõsederunt: ab Alemãnis Sundgouiẽses, Brisgouienses, Hercimani, Alsatii ac Tyrolenses, ꝓpagari cœpti sunt, & qui Brigantinum lacum accolunt. Progenuerunt eadem pene tempestate & Sueui, Wyrtenbergenses, Algouienses, Rissianos, & qui adhuc Sueuorum nomen gloriamq; retinẽt, Burgouienses, Rauenspurgianos, Hegouianos, Hochbergenses, Vlmenses, Augustanos, & qui hodie Palatinatus eã ditionẽ incolunt, quæ Nouoburgẽsis nuncupatur. Post ea tempora, à Boiis, Marauãnis, Marcomanis, Quadis & Frãcis Austriaci: ab Herulis Marcomanorũq; reliquiis Carnis atq; Tauriscis, qui hodie Carni atq; Styri appellãtur, profluxerunt. Præterea à Marcomanorum alia tribu Marchfeldenses in Austria Dani, Nortmanni, & qui Sylesiã tenent, ac Brandeburgensem Marchã, emerserunt. Ex Herulis Mechelburgenses, è Vãdalis Pomerani ac Stetinenses egressi sunt. Cæteri suis primæuis sedibus manserunt in angustias tamen redacti, & nõ minima sui parte alio abducti, Franci, Thuringi, & Saxones. His adde nouã Saxoniam in Britannia, nouã Franciam in Galliis, nouam Gothiam in Hispania, nouã Longobardiam in Italia, & nouam denique nostra ætate in India ac insulis incognitis Hispaniam. Adde & Germanico nomini præreptas olim prouincias: Sueuis, quod hodie Bohemiæ regnum nominatur: Gothis Hungariã, Vandalis Africam, & Francis Palæstinam, quam Gotofridus Boloniensis Germanico simul Christianoque nomini vendicarat. Abstraxere & nostro seculo Lotharingiã atque Nordmaniã Francigenæ, à Teutonica penitus lingua atque Republica desciscentes, vt hodie istæ nomine magis prouinciæ, quã re ipsa supersint. Porro cõtigerunt huiuscemodi migrationes & in Principum stemmatibus, qui populis imperarunt: qui, partim regnandi libidine exciti, partim Rhamnusiæ rota impulsi, late per Europam sedes mutarunt. Quemadmodum Andegauenses Comites ex Gallia Franci, principatũ in Apulia & Sicilia acceperunt: vbi ante hos & Nordmãnia Comites, & post illos Sueuiæ principes ex Rhætia rerum potiti erãt. Eadem erroris ratione Aquitania Holãdis principes, Alsatia Flãdris, Aurelianum Thuringis, Lotharingia Palæstinæ ac Portugalliæ, Lotharingiæ rursus Brabãtia atq; Burgundia gubernatores dedere. Sic occulta pariter Dei prouidentia, Austriæ, in Norico & Pãnonia superiori cõstituta prouincia, principes è Babenberga Frãconiæ primũ, deinde ex domo inclyta Sueuorum Habesburgo postulãtur: Bohemia è LutZelburgo vsq; in Belgis, reges exciuit: Dania ex Saxonia Oldenburgenses comites vocauit; & nostra memoria ab vltimis Hispanis Hungaria ac Britãnia dominos accepere. Adhuc magis mirãdum est, quod Vuelphones quondã Sueuiæ ac Bauariæ principes, iam in Saxonia gubernent, Austriæ duces iã in Hispania atque Italia imperent. Administrarunt quõdã & in Bauaria Saxones, Henrici auspicio: & in Sabaudia adhuc manent, qui ab Othone secundo rectores quondã dati fuerant. Multæ quoque familiæ ante aliquot secula in Italia celebres, in Germaniam transgressæ sunt: Marchiones Spoletini, vnde duces à Schiltach & Vrspingen, domini à Wynsperg & Rapoltensteyn processerunt;

Marchiones Patanini, unde Badenses & Hochbergenses principes defluxere, & principes Veronenses, qui modo in Bauaria ditionē habent satis angustam. cæteræ ignobiliores sunt, quam ut hic recenseantur. Laterani è Roma egreßi, in Tyroli nunc habitant. Frangepanes Romani pariter in Lyburnia & Carnis, Austriæ modo parent. Columnensium præterea posteritas Velsiani in Tyroli, & Rosenbergii in Bohemia cōmemorantur. Tum & Turrianos cōstat Mediolanenses in Carnis receptos, & alibi alios. Cōtraria arbitror ratione ductos Astenses, Gonzagas, Carrarienses, comites de La arcu, ac Mōtisferrati principes, prima origine Germanos, agros in Italia accepisse, ubi adhuc sub Principū titulis ac fastigio late ditiones habent. Gloriabātur & Hungarorum prosapiæ pleræq; Teutonica origine, quæ omnes tamen paulatim interciderunt. Quippe à Misniæ Marchionibus stirpem dominorum à Keled, à Comitibus ab Orlamund BuZadios, à Comitibus à Stoufen Guthkelodios, à Comitibus Ratisponensibus Bodios, à Comitibus Vueissenburgensibus Iakios, à Comitib. Sunebürgensibus, qui de Babocha titulum usurpauerant: à Comitibus Homburgensibus Hedericos, & qui nostra primum memoria interciderunt à Comitibus ab Altenburga PorZingenses, & S. Georgii comites, gentilicii annales deriuare solēt. ut de Martindorfensib. Caquinis Gersæ, nihil addamus, quos abusq; Hispania, Apulia, atq; comitibus de Castria deducunt. Nec mirum hoc quidem videri cuiquam debet, quando & Salmenses comites Lotharingi, & Gusmanni Hispani, atque Laterani etiam Itali, pleraq; dominia ac castra in Austria poßident. Illud porro minus mirum, quod ex Zolrensibus Sueniæ comitibus, Brandeburgenses principes: ex Bauaris, Palatini Rheni processerint. Sunt & hodie non ignobiles apud Carnos prosapiæ, quarum ex Ostrofrancia initia repetuntur, Vngnadiorum, Ingenuorum à Gera ac Kefenhullorum. Quæ ut iucundum est scire, ac posse reddere rationes singulorum, ita utilitatem nō minimam administrationi rerum, & lucem Historiis atq; Annalibus adfert, & succeßiones populorum docet, & mutationes nominū prouinciarum ostendit, denique genealogias Principum Comitumq; explicat: & quæ interciderunt stemmata in singulis prouinciis, eorum memoriam reuocat: & prouinciam in qua coluerunt ista, reddit illustriorem. His adde, unde mutatæ dialecti in nostra lingua existant, certius queamus deprehendere, hæc de migrationibus cognitio, via una, ac ceu manuductus quispiā erit: & quod præcipuum est, quam minimum in humana conditione ponendum siet, ac fastu illo mundano, demonstrabit, ut deinceps in officio suo magis Principes esse pergāt, tyrannidem fugientes, ac sacrilegia, dum quales maiores fuerint, considerabunt, & tot inclinationes & populorum & stemmatum illustrium ob oculos ponent: recordati illius Chilonis dicti, Potentiæ adiungendam mansuetudinem, ut à suis Princeps non tam metum extorqueat, quam impetret reuerentiam. Est enim reuerentiæ comes amor, metum vero odium comitatur. Adhæc medebitur ista tractatio nostra, fastui quorundam, qui præ generis vetustate, dignitate & opibus cæteros contemnunt, quos vident virtute & rerum gestarum gloria niti ad gradus eosdem, in quibus ipsi superbiunt, non proprio, sed atauorum suorum Marte adeptos: dum & sese ardeliones isti deprehensuri sint, suasque stirpes, ex tenuioribus aliquando principiis creuisse, fuisseque in eorum genealogiis qui ceris & imaginibus caruerant. Atque de consiliis euulgati operis nostri, de Gentium migrationibus, linguis, familiarumque Germaniæ propaginibus, ac in varias prouincias distributione, hactenus. Iam ad te nostra conuertetur oratio, IOHANNES IACOBE inclytißime, cuius quidem generis amplißimi, non solum in bonas literas merita, verum adeo in Romanum imperium, & Austriadum domum collata, afflictu Europæ rebus, optimus quisque & scit & meminit: atque fateri etiam maleuoli coguntur. Quod cum vobis omnibus de gente vestra, ex innata quadam propensione hæreditarium pene existat, tum in te præ cæteris resplendent ea omnia animi ac naturæ

Vtilitas ac usus tractationis de Gentiū migrationibus.

bona,

bona, ut ceu solis radii inferiora omnia illustrant, ita tuis præsidiis, liberalitate, ac plane in literas pietate veluti quadam, illuminas eorum qui de literis, in tanto illarum odio, benemerentur, animos, caligine huius ingrati seculi pressos: latitantes educis, timidos erigis, pigros stimulas: ac breuiter, vitæ subsidiis destitutos, tu solus sustines, ac tuis subinde fortunæ bonis imples. Quorum felicia ingenia à fortunæ iniuriis, tua sic ope vindicata, non literariæ solum Reipublicæ, verum adeo etiam Politicæ, & prosunt quotidie multa, & prodesse ex tua munificentia possunt deinceps cumulatius. Plane illud te Socratis dictum, credo animo complexum esse, Nullam esse possessionem preciosiorem, vero bonoque amico: ego addo, Mæcenate. Quippe & Diogenem Cynicum dixisse ferunt, Bonos viros esse simulachra deorum. Superorum vero hoc proprium est, vt bene faciant, nemini noceant. Quod tu vnus omnium, in tanto numeno Heroum, ita animo impressisti, vt non solum in tanto contemptu literarum, virtutum, ac bonarum scientiarum, à Musis earumq; cultoribus non abhorreas, vt cæteri tui similes plurimi: verum etiam illas sepultas atque absconditas, vel reuocas è caligine, vel ne pereant profligatæ vndique, tuis humeris atque opibus sustentas. Vt de alumnis illarum hic nihil addam, quorum tot munifica manu per orbem pene vniuersum in omni genere scientiarum foues, alis, atque beneficiis tuis incomparabilibus ita prosequeris, vt si vel commemorare genera rerum hic vellem, Præfatio in iusti voluminis magnitudinẽ excresceret. Illud (vt arbitror) carmen Homeri legisti, Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Quo fit, vt in stadio omnes qui hodie currimus, qui vel literas scriptis colimus, vel vetustos autores ab obliuione vindicamus, deperditosque inquirimus, atque à situ reducimus: denique qui nodos intricatos in his qui nobis beneficio talium Mæcenatum extant soluimus, ad te vnum, IOHANNES IACOBE, *tanquam ad scopum tendamus: tibi vni, tuoque iudicio, quod habes in omnis generis scientiis limatissimum, nostras vigilias perlibenter quisque offeramus: memoriasque nominum, nomini tuo, omni memoria dignissimo, consecremus frequenter plerique: vel quod fores tuæ nemini non, vel mediocriter docto, pateant, & manus nunquam clausæ existant: vel quod ea est munificentia tua in conseruandis literis, earumque alumnis ab iniuria fortunæ vindicandis. Quod olim constat maximos principes, Augustum, Traianum, Marcum Cæsarem, Alexandrum, Constantinum, Theodosios, & alios plures cum laude totius orbis fecisse: & qui nomen suum patronis literarum futuris omnibus impartiuit, Mæcenatem: & ante patrum memoriam, familiam Medices apud Florentiam Italiæ, non sine manifesta vtilitate, præstitisse illud piæ admodum operæ atq; præsidii, insigni apud posteritatem memoria celebratur: vt per illos multa fœcunda ingenia hodie viuant, quos nec monumenta absolutissima, nec sudores difficillimi ab obliuione potuissent liberare. Quos tu nostro seculo deploratissimo, quando exulant fere vbique Musæ, vt longo interuallo post te relinquis: tum illud sequeris Philippi Amyntæ Macedonum regis & consilium & dictum aureum. Nam cum Smycithus quispiam ex purpuratis atque adulatoribus, Nicanorem præclarum in Macedonum Republica virum apud Philippum detulisset, quod male loqueretur de ipso: non commotus vir prudens, donum insuper iussit Nicanori mitti: quo facto, cum laudare Philippum Nicanor inciperet, conuersus ad amicos: Videtis (inquit Philippus) in nobis esse situm, vt bene vel male audiamus. Neque vero hoc dico, quod tibi aduler, aut magna apud te munera ambiam: verum, vt intelligeres, quo iudicio, & quibus causis adductus, fœturam nostram de Gentium migrationibus, nemini alteri quam tuo nomini inscribendam censuerim. Primum omnium enim iniquum videretur, vt solus communi via decedens, alium quã cæteri, vigiliis meis patronum eligerem. deinde rectius mihi visum est quoque, vt docto Mæcenati, & aliquo in historiis iudicio prædito, Commentarios nostros subijcerem:*

qui non solum recte sciret de singulis iudicare, verum etiam in primis historiarum lectione delectaretur. Et quae praecipua causa fuit, vt ingenue fatear, quo autoritatem operi nostro apud eos qui viuunt maiorem conciliarem, & posteritati illustriorem magisque gratam nostri memoriam relinquerem: quod eum adsciuerim aduocatum, & aduersus obtrectatores defensorem: qui, vt omnis generis virtutibus, disciplinis ac linguis coruscat, ita apud eum cultoribus illarum asylum patet omnibus: & qui de optimo atque doctissimo quoque & gaudet benemereri, & beneficiis suis neque exultat, neque modum cessat imponere, finemque. illud Ausonii poetae in memoria retinens: Tu bene si quid agas, non meminisse fas est. Celebre est illud Antisthenis Atheniensis dictum, quod credo te, IOHANNES IACOBE, nunquam non animo volutare. nam cum rogaretur, Quae res portenderet ciuitatibus exitium? Cum in his (respondebat) nullum esse potest discrimen bonorum ac malorum. sentiens nimirum, eam Rempublicam non posse consistere, vbi nec honos esset virtuti, nec poena scelerosis. quod & apud Homerum stomachatur Achilles, cum ait, ἐν δ᾽ ἰῇ τιμῇ. Sed venio ad censores, qui vtinam docti mihi contingerent, & in historiis lectione ac iudicio vberiori versati, atque (quod in Graecorum gymnicis ludis Anacharsis quondam Scytha philosophus reprehendebat) de Poetis, Mimis, Sophistis & Musicis, populus iners, illarumque artium expers non iudicaret, aliis applaudens, qui nihil nossent: aut si quid nossent, male scirent: alios vero explodens, qui merito palmam ferrent. Quod si vitare tales scopulos non licet, & suborituri sint ex tali hominum genere Aristippi quidam: his te, Heros magnanime, tanquam clypeum validissimum obiiciam, qui & ad hoc me periculum famae induxisti, & imploranti mihi auxilium, vtramque manum aduersus obtrectatores armatam porrexisti: & contra sumptus laboresque munificam, liberaliter promisisti: vt merito omnibus possim illud Anacharsis Scythae dictum liuidis obtrudere, ἕνα φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον, ἢ πολλοὺς μηδενὸς ἀξίους. Porro & quosdam nasutos non defuturos puto, qui in alienis vel examinandis vel culpandis, paulo curiosiores, quum nihil inueniunt sua dignum reprehensione, nunc partum immaturum accusant, nunc patroni dignitatem exaggerant: vel premendum opus diutius fuisse: vel maiori verborum lenocinio, dictione magis tersa, ac diligentius conquisitis vocibus expolitum esse debuisse, vt tanto patrono satis digna, quae dedicantur, viderentur. Quibus ego cum Themistocle, laudatissimo quondam Graecorum imperatore, respondebo. Nam cum illum Adamantus quispiam ex Graecorum ducibus, à pugna nauali, ad quam Graecos induxerat, dehortari conaretur: O Themistocles, inquiens, qui in certaminibus ante alios prosiliunt, mos est flagris caedere. cui ille: Sic est, Adamante (ait) vt dicis: sed nec eos, qui se subducunt, coronat quisquam. Sit igitur haec causa, haec defensio mea, aduersus censores quosuis, sicubi aliquando hallucinatus, scopum non semper tetigerim. nam nec industrii sagittarii eum feriunt semper: & qui in hac arte excellere cupit, vt aberret interdum oportet, & errando artem exactius discat. Iam vero, si omnes perfecti mox artifices esse vellent, & interea nihil experirentur, nulla esset ars vel scientia recte tradita à quoquam, aut in vsum adhibita ab his qui didicerunt, vnquam. Fateor, ac nolens volens dicere cogor, splendidiore te dignum munere fuisse: & metuisse me non semel, ne incultis cogitationibus meis, nomini Fuggerorum per orbem terrarum fulgentissimo, plus caliginis quam lucis accederet. tamen illud pressius consideraui, eiusdem Themistoclis dictum vere aureis literis scribendum, Scripta similia esse picturatis stragulis. nam quemadmodum illae, dum extenduntur, ostendunt imagines: dum contrahuntur, easdem celant & abolent: ita vel incultissima quaeque communicata posteris, officio lucis quam adepta sunt, clariora esse putandum est, vel limatissimis atque elaboratissimis foeturis, diu pressis, ac carcere conclusis: atque, quod leui momento fieri potest, partim ob vitae nostrae breuitatem,

partim

partim propter hæredum vel incuriam vel ingratitudinem quotidie intercidentibus, ac magno literariæ Reipublicæ incommodo morientibus. Id quod cum in aliis pluribus, tum vero præcipue Ioannis Auentini, Iacobi Manlii, Iohannis Stabii, ac Beati Rhenani vigiliis hac ratione amißis, historiarum alumni merito deplorare debemus. Habes, magnifice Heros, rationem & institutæ dedicationis, & tanti à nobis suscepti laboris: vt vel eo libentius ab obtrectatorum morsibus me defendere digneris, vel veniam ego apud æquum lectorem faciliorem adipiscar. Bene feliciterque vale, Heros magnificentißime. Viennæ, ex ædibus nostris, in solenni Dei genitricis festo: Anno redemptionis nostræ,

M. D. LV.

ABORIGINUM FORMA ET HA-
bitus: Libri primi figura.



DE GENTIVM MIGRA-
tionibus Liber primus:

DE ABORIGINIBVS, ET IIS QVI MOX post diluuium in tractu Austriacarum prouinciarum inferiorum sedes habuerunt, populis:

AVTORE WOLFGANGO LAZIO
VIENNENSE, REGIO HISTORICO.

TAMETSI primam post diluuiũ, Noæ progeniem gentemq́;
extitisse, eamq́; solam per orbis vastitatem propagatam, abun-
10 dè sacræ nobis literæ ostendant: tamen illud forsan in multo-
rum animis dubitationem relinquet, quòd vetustissimæ illius
gentis, atq; adeò primæuę, in agro Pannoniarum, Noricią; se-
des collocata: relictaq́; Meridie, vltra mare, cultam mox terrã
fuisse, adseuerare audeã. Nolo hic fidem tribuere Austriæ an-
nalibus, qui Abrahamum fabulosè quendam repetunt, cum
filiis Ataym & Salim, filiáq; Rebecca, & Susanna coniuge,
oriundum (vt ipsi nugantur) e regione Sanianiorum, anno post
diluuiũ Noæ DCCCX in Austrię tractũ vlteriorem venisse,
20 ex nescio qua terra Theomanaria, longis itineribus profectum, ac in eo demum vlterioris
Austriæ loco ad Danubii ripam consedisse, quem incolæ Stokeraun appellant, diui Colo-
manni martyrio nobilem pagum, & mansioni nomen dedisse Auratym: tractũ verò huius
terræ vniuersum, Iudaisaptam nuncupasse. atq; in eo ordine successisse Israeliticos princi-
pes, siue quo alio appellare nomine debeã, Ataym, Rabam, Laptam, Synnam, & harum Bar-
baricarum nuncupationũ plures. Præterea (q; magis absurdum est) cenotaphia illorum su-
peresse, & recõditas reliquias eodem in vico, locisq; proximis Tulnæ, Grayczenstayn, ipsa-
que Austriæ cultiori ciuitate Vienna, adseuerant. Quibus omnibus impudenter & illas ad-
iiciunt nugas. frequẽter ab huiuscemodi incolis, principibusq́; proximis agris, nominis ac-
cidisse mutationem. Deniq; Indaisaptę atq; Auratym nomẽclaturis paulatim abolitis, Sau-
30 ritium, Sannas, Pannans, Filas, Fynay, Corrodanciam & Auaratam cum terræ tractum, in
quem Austria hodie ab vtraq; Danubii ripa excurrit, appellatum nominibus fuisse. Quæ
omnia ex vano hausta, ad fabulas potius (quarum ante patrum memoriam, qui res adnota-
runt, fuere studiosissimi) quàm historicã referenda esse fidem, semper credideram, & quòd
sacrosanctis ea passim literis refragẽtur, & quòd matrimonia hos principes contraxisse cum
Bohemorum & Hungarorum regibus cõmemorent: quas gentes, multis postea seculis, in ea
loca Europæ transgressas constat. Transeo hic data opera & illud, quod iidem multis ver-
bis Annales exaggerant, sepultos aduenæ eius gentis principes fuisse (ne dicam vana & ficta
nomina principum) ante mœnia & portas Viennæ, Tulnæq́;, multis ante seculis quàm cõ-
dita fuerint, & Annales adeò ijdem cõstructa testantur. Et vnde potissimũ nugas istorũ de-
40 prehendas, diui Stephani apud nos protomartyris basilicam, à quodam Ioanne, Romani
præsidis (si dijs placet, cuiusdã Aman nomine, affine, & beati Alexii cognato ac synchrono,
à fundamentis surrexisse, impudentissime mentiuntur. Et sarcophagum non huius modò,
sed qui secuti sunt posteriorib. seculis, Petri, Alberti, Ludouici, Hẽrici, Ottonis, ac Chunra-
di, eo in templo extare, affirmare non erubescunt. Quod multo ante Carolum magnum tẽ-
pore (si Sanctorum historiæ ac Chronologiæ rationem obseruare voluerimus) contigisse
oportuit. Quo tempore à Gothis & Hũnis Pannonias pressas, & nulla saluberrimæ doctrinæ

in ea rudimenta fuisse, constat. Mitto hic rursus aliorum, ac vetustiorum multo, magisq; fidedignorum Annalium traditiones, qui anno primum à nato Christo MCXI. nō à Iohanne siue Amanno, excogitatis illis, & qui nunquā in rerū natura fuerunt, sed ab Henrico, primo hoc nomine Austrię duce, omnibus sanctis in Fabiana templū, q; postea beati item Stephani protomartyris nomenclaturā adsciuit, à fundamentis positū fuisse, & quidem ad fidē magis prona historia, commemorant. Quæ vti sunt absurda omnia, & inter seipsa dissidēt, nullā mihi (vt supra est dictū) eius coniecturæ occasionē fecerunt, qua primū Noæ sobolis in Pannonias immigrationē, ante adhuc Celticos Gallogræcorumq; populos, & ipsum antequā nomen etiam Pæoniæ siue Pannoniæ auditum fuisset, in huncce librum retulerim.

Nota vetustatem inscriptionum Hebraicarum.

Sed quod monumēta apud nos eruta sunt, dum difficili ac diuturno opere, vrbi nostrę munitiones adiiciuntur, vetustissima quæq; literis Hebraicis contexta, ingentes saxorū moles insolentibus vna simul aliquando ossibus inuentis: in quibus (incredibile dictu) quā antiqui annorum numeri à condito (vt habent expresse) mundo subducti. Tum vero ab eius linguæ doctissimis viris, & quorum sum ea in re interpretatione & iudicio vsus, D. Ioanne Alberto Vuidmanstetter Iurisconsultiss. sacratissimi Rom. Regis FERDINANDI Cōsiliario, ac Scriniorum Austriæ præfecto, Francisco Stancharo Italo, Christophoro Mylandro Hesso, & Ioanne Syluestro Pannonio, ita fuere in literas eumq; sensum missi (facta à postremis duobus ex ipsis saxis descriptione) vt alia à cōdito mundo ter millesimū, annū octingētesimum & tricesimumnonū, hoc est, annos solares ante natū Saluatorē CXXI. alia vero annos post statim natū CHRISTVM repræsentent, qui in Tiberii, Neronis, Cōstantiniq; imperia incidunt. Et q; auitas illas Noæ posteritatis (vnde & Hebræi posterius Iudęiq; processerunt) primasq; vel solum vel maxime, nobis potest in Pannoniis sedēs confirmare, ad primum lapidē à Vienna proximo ac perquā vetusto vico, saxum quoddam literis ferme excisis, iisq; Hebraicis, extat: in quo hi, de quibus diximus viri, annorū à condito mundo positi lapidis collegēre duo millia, quingentos & sexaginta. Qui numerus in annū ab exitu Ægypti incidit, centesimū & octauum. Quo tempore Israelitæ adhuc Egloni Moabitarum regi seruierunt: apud Assyrios autē Belloperes, Paris apud Celtas, & in Italia apud Aborigines Tarchon & Amnus rerū potiebantur. Deniq; Gerion paulo ante in Hispanias, ac ad Rhenum Hercules Alemannus (cuius & Cornelius Tacitus meminisse videtur) transmigrauerant: à Bosphoro Cimerio autē nondum Cimerii adhuc, duce Heleno mouissent, à quibus Cymbros primū, atq; inde Sycambros Francosq; descendisse, haud ambigua res est: Helenumq; eundē Cimeriorū regē (vti Homerus est author) Troianis in auxiliū venisse, legitur. Adeo, vt constet plane, ante Troiani belli secula Hebræos, siue potius illorum maiores, in Pannoniis coluisse. Siquidem vnū ex his de quibus loquuti fuimus monumentis, quod cæteris antiquius videtur, mortuū isthic, hoc est, prope Viennā, atq; sepultum Mardachai, de genere Gigantū ingentē, literis vt post videbitur, expressis, numerisq; à creato mūdo testatur, MMDLX. Quod tametsi multis fidem excedere videatur, suffragari tamen vetustæ inscriptioni nostræq; coniecturæ poterit locus, qui est capite decimo Geneseos, vbi Noę filios orbē terræ inter se esse partitos his verbis legitur: Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium. Post quæ statim mentio fit, & vltra fluuium eos fuisse profectos: qua credo periphrasi mare posteritati insinuari. Clarius de Tuiscone rem prosequitur Berosus Chaldęus libro IIII. Babylonicarū rerū: Ab exordio (inquit) huius, Ianus pater misit in Ægyptum cum coloniis Chemesenuū. In Libyā vero & Cyrenē, Tritonē: & in totā reliquā Africam, Iapetum, Priscum, Atalaa. In Asiam orientalē misit Gangem, cum aliquot ex filiis Gomeri Galli. In Arabiam felicem præterea Sabum, cognomine Thuriferum: Arabū præfecit Arabiæ desertæ, & Petræum Petræę. Canam deniq; posuit in Damasco, vsq; in extima Palæstinæ. Adhæc in Europa regē Sarmatiæ fecit Tuisconē, à Tanai ad Rhenū vsq;: iunctiq; sunt illi omnes filii Histri & Mæsæ, cum fratribus suis, ab Adula monte, vsque in Mesembricam Ponticam. Hactenus Berosus. Quæ si cum præcedentibus verbis compares, reperies ab exordio conditæ Babylonicæ turris, multiplicatis linguis, istam Tuisconis ex Asia in Europam, ad sedes quærendas occupandasq;, inter Rhenum & Scythiam, factam fuisse profectionem, seu potius nauigationem. Id quod contigērat anno post diluuium CXXXI. Scribit enim idem Berosus: Anno CXXXI. à salute ab aquis, prima omniū gentium atq; ciuitatū fundata est à Saturno Babylonico nostro, vrbs & gens nostra Babylonica, multiplicataq; est nimis numero posteritatis: magisq; studuit paci & religioni Saturnus deorū, quam opulentiis. Et turrim quidem ædificauit, sed non compleuit: nec designatam vrbem fundauit. quia post quinquaginta sex annos subito non comparuit, translatus à diis. Et causam reddens huius Aboriginum ex Asia in Europam factæ transmigrationis FABIVS pictor: Circa finem aurei seculi (inquit) primus omnium Ninus rex Assyriorum, hos

Locus Geneseos de Hebræorum siue posterorum Noæ sobolis transmigratione in Europā.

Locus Berosi de Tuiscone filio Noæ, ex Asia in Europam progressu.

aureos

aureos mores noua regnandi cupiditate mutauit: & primus limites transgressus, bella finitimis mouit, & totius Asiæ populos perdomuit: Sub quo Cameses præfectus fuit Aboriginibus. Et paulo post, frementibus vndiq; contra se armis, toto prius pererrato orbe, Saturnus ad Ianum se contulit. Eum comi hospitio Ianus receptum, Latio & Aboriginibus præfecit. Constat igitur, Tuisconem anno mox post diluuium C X X X. à Noe, quem Ianũ perpetuo Berosus appellat, & eius ex fratre nepote Nymbrodo siue Saturno, in Europam missum fuisse, occupasseq; agros inter Tanaym & Rhenum. Equidem à Tuiscone Germanos descendisse, Cornelius etiam Tacitus testatur: eumq; terræ filium extitisse, ob antiquitatẽ nimirum, commemorat. Sic Noæ coniugem & Berosus alia voce Titæam cognominat. Manet adhuc à primo authore Germanis nobis nomen vetus, quos Tuiscos vel Dodescos externæ gentes vocant, & nosmet Duiczios appellamus. A qua longe vetustissima nomenclatura, & Duicziburgum in Cleuensi ducatu (quod primum conditum à Tuiscone, post illã ex Asia nauigationem, credendum est) & Duicium e regione Coloniæ Agrippinæ, nomina ad posteros transmiserunt. Testatur præterea antiquitatem, & nostram à Tuiscone Noæ filio originem, vetus prouerbiũ, quo Rhenenses notantur, Die Rheyngeckhen, ab Ogyge nimirum: quo nomine etiam Noa, quemadmodum Ianum, pariter vocitatum, Berosus autor est. Sed hic obiiciet aliquis, Tuiscorum terram ad Tanaym Sarmatiæ non extendi. Cui respondemus: Ante constitutum imperium, imo eo etiam constituto, Germanicos populos eo vsq; tenuisse. Nam & Bastarnas supra Dacias colentes, ex Germanis descendisse, Strabo libro 4. author est. Et Cornelius Tacitus, Catualdam Marcomanorum regem in Dacia inter Marum & Cusum flumina cum aliquot millibus Germanorum à Tiberio locatum fuisse, libro X I. author est. Huc pertinet quod Plinius scribit libro quarto Historiæ naturalis, capite X I I I I. Genera Germanorum sunt quinq;. Primum Vindali, quorum pars sunt Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Secundum genus Ingeuones, quorum pars Cymbri & Teutoni ac Cauchorum gentes. Proximi autem Rheno Istæuones, quorũ pars sunt Cymbri mediterranei. Hæc ille. Qui rursus libro 4. cap. 12. Vannianum regnum Sueuorum, à Maro Daciæ fluuio incipere tradit. Sic deniq; Gothiam, hoc est Germaniam ad Tisciam flumen Daciẹ, codex Theodosianus extendit. Adhæc omnia constat, Germanicos populos Vandalos, Gothos, Burgundiones, Francos, siue Cimerios, non aliunde quam ex Asiæ confinibus in Europam transgressos, vt libro huius Operis quarto prolixius ex historica sum fide enarraturus. Scitum est quod Berosus de Iano, siue Noe, patre Tuisconis, & Nimbrodi auo scriptum reliquit: Post finitum diluuium, multiplicatum est (inquit) in immensum genus humanum, & ad comparandas nouas sedes necessitas compellebat. Tum Ianus pater adhortatus est homines principes ad quærendas nouas sedes. Designauit itaq; illas tres partes orbis, Asiam, Africam, & Europam, vt ante diluuium viderat. Singulis autem his principibus singulas partes, ad quas irent, partitus, ipse per totum orbem colonias se traducturum pollicitus est. Porro celebrantur adhuc apud Hebræos phracæ illæ, hoc est, diuisiones terrarum, quæ desinente diluuio, altera quidem ad dextram, Europæ videlicet, emersit: altera ad læuam, Africæ inquã tractus, longe lateq; exporrectus, à phraca illa Hebraica, a litera adiecta, appellationem retinens. Inter quas nimirum mediterraneum mare, ex diluuii inundatione remansit. Vltra quod scilicet nauigantes, quod fluuii nomine literæ Hebraicæ vocant, in Europam atq; Africam, vtramq; nimirum phracam illam, Noæ filii ac nepotes venerunt. Venisse præterea in Europam Noæ pronepotẽ ex Gomero, אשכנז, hoc est, Aschæna, quem Ascanium Berosus vocare videtur, dubium non est, quando ab illius nomine in hodiernum vsq; diem Iudæi Hebræorum tribus ac posteritas, Germaniam Teutonasq; denominare solent. à quo & Asciburgium forsan, cuius Cornelius Tacitus ad Rhenum meminit, & mons eodem nomine, quem Ptolemæus ad Sueuum fluuium describit, appellata manserunt. Et si coniicere licet, & Ascaniæ Comitatus apud Saxonas, quo titulo Anhaldenses principes gaudent, ab Ascanio nimirum illo, siue vt Hebræi dicunt, Aschæna, nomenclaturam primitus accepit. Cæterum commemorat hanc Iaphet ex Asia in Europam transmigrationem Eusebius: Iapetus (inquit) tenuit in Asia & Europa. In Asia quidem tenuit, ab Amano Taurоq; montibus Syriæ ac Ciliciæ vsq; Tanaym: in Europa vero totum tenuit à Tanai ad Gadiram, relinquens locis ac gentibus vocabula, ex quibus quædam mutata sunt à posteris, alia permanent, vt fuerunt. Huc pertinent & quæ de Ismahele ex Agar filio Berosus idem animaduertit: duodecim videlicet ex hoc principe viros natos esse, qui per orbem terrarum vagabundi, alii alias fuerint sedes sortiti, anno elapso à condito mundo M M C L X X. Quod si verũ est, quid impedit, in Europã forte ex his aliquos, atq; Pannonias præcipue, & Mœsias Thraciamq;, quæ Asiæ prouinciæ propiores sunt, peruenisse? Qui Iaphet soboli mixti, Theodonis videlicet, eiusque Germani

Teutonicæ nationes vsq; in Asiã primis temporibus tenuere.

Phraca Hebræorum.

Aphrica vnde dicta.

Secundus Europæ cultor.

Memoria Ascanii Germaniæ.

Iaphet trãsmigratio in Europam.

Ismahelis propago in Europa.

Tuiſconis progenici, atq; adeo (vt breuiter dicam) Aſchænæ poſteritati, ſenſim lingue morumq; ſimilitudine coaleſcentes, commixtum quoddam ex Hebræo & gentilicio, idioma tale ſuſcitarint, quale in repertis apud nos monumentis, eiuſdem quidem linguæ, ſed aliter poſitis literis, ſine omni punctorum ſubſidio, occurrit. Quanquã & annorum numeri ipſi, itemq; clauſula à condito mundo, in hiſce integra exiſtant: atq; legi vel citra laborẽ, à quouis in ea lingua vel mediocriter erudito, poſſint. Sed redeo ad filios Noæ: quorũ Iaphet (vt de Sem & Cham, & qui poſt diluuium natus fuerat, Tuiſcone, quem alii tamen adoptatum modo, & Iaphet filiũ extitiſſe autumant, nihil dicamus) qui Europam ſortitus dicitur, multos liberos procreauit, interq; eos Europæ vaſtitatem diuiſit. Quo factũ eſt, vt cum delecta ſuorũ manu Thubal in Italiã tranſmigraret, Diſſametes Galliã inuaderet, Iatan in Græcia ſedes quæreret: Magog in Septentrionẽ, vbi late Sarmatia extenditur: in Ioniam vero Ianus concederet, & in Macedoniã Kytim. Qua in diuiſione (ſorte ne an voluntate, incertũ) Gomero filiorum Iaphet poſtremo, a Viſtula agri vſq; ad mare Atlanticũ obtigere, in quibus Germania poſtea, ſiue Teutonia, Gallia, & Hiſpania prouinciæ diſtinctæ ſunt. Siquidẽ Gomerus Aſchænas filium progenuerat, quẽ alii fratrẽ fuiſſe autumãt: à quo Cimbri, Galatæ & Teutones, qui poſtea & Germani Alemaniq; cognominati ſunt, proceſſere. Quorũ Galatæ (qui ſequentibus annis & Celtæ & Galli, atq; etiã Gallogræci, & ſecundum tribnũ locorumq; diſcrimina, Boii, Brenni, Senones, Tauriſci, Scordiſciq; & Geſatę dicti fuerãt) interræ tractũ primum Rheno fluuio Pyrenæiſq; montib. & mari vndiq; concluſum, abiuere. Deinde vero, abundante multitudine, in Norico paſſim, Rhætiis, Pannonia, imo ipſa Italia deniq;, ac Græcia ſedes quærere: traiectoq; audacter mari, Aſiã armis inuadere, Brẽno duce: pars, Bathanatio autore, Pannonias repetere: prorſus omnib. reliquis nõ ſolũ Iaphet, ſtẽmatibus permiſceri, ſed Semetiã in Aſia Noæ filii poſteritati coaleſcere cœperunt. Hinc in Aſia, Gallogręcia ſiue Galatarum prouincia exordia ſumpſit. Et quia iam turri Babylonica excitata, ſermonis diſcrimina ſuborta fuerant, Nimbrodo autore, illi qui in occidua plaga Latinũ Græcumq; idiomata, & exciſa Troia, Romanã iam Gallicãq; linguas paulatim populi perſonabant) quibus Troianã nimirũ originẽ ambabus, Æneę, Antenoris Priamiq; iunioris errore, dedere) dũ fœcundiores inquirunt ſedes, alii cũ aliis ſedes permutarunt. Quantulũ n. (vt Taciti verbis vtar) amnis obſtabat, quo minus, vt quęq; gens eualuerat, occuparet, permutaretq; ſedes promiſcuas adhuc, & nulla regnorũ potentia diuerſas? Igitur Aſchænas, vt pote Iaphet nepos, & Noæ pronepos, quẽ Tuiſconẽ fuiſſe multi cõtendunt: tametſi filiũ Mannũ reliquiſſet, ad Danubiũ & Rhenũ imperatorẽ, quem Ingeuon, & ſub ipſum fere Abrahę obitũ Marſus quidã, in regno ſecuti ſunt: factũ eſt tamẽ, exciſa Troia, & diſſipatis Aſiaticis nationibus, Europæiſq;, quæ vel ad eam oppugnandã confluxerãt, vel in ea præſidiũ agitabant, vti ad Rhenũ poſterius, atq; inde ad Danubium claſſib. in mari Arctoo vectę, fatalis illius belli reliquię appulerint, Cimmerii, primũ, Saxones, Celtę & Turingi: atq; eo pariter, Vlyſſe duce, Gręci peruenerint: q, ſiue pulſa primęuę gentis colluuie, Aſchęnas, hoc eſt, Tuiſconis fines occuparint: ſiue cũ illis cõmixti, in vnã paulatim nationẽ coaluerint. Quæ paruo admodũ diſcrimine morũ linguæq;, Gallos deinde & Germanos in his agris excitauit, haud ſatis equidem cõſtar. Idioma tamẽ mutatũ, mutatos ſane & mores crediderim, trib. diuerſiſſimis gentibus eiſdẽ, de quibus loquimur, finibus cõgregatis, qui videlicet ab Italia late ad Oceanũ Sẽptentrionalẽ exporriguntur: hoc eſt, Noæ progenie, quos Aborigines dici autoribus exiſtimo, Troianis atq; Græcis, & his quidem aduenis. Scitũ eſt q, ſcribit Corn. Tacitus, Germanorũ paulo altius initia repetens: Ipſos (inquit) Germanos indigenas crediderim, minimeq; aliarũ gentiũ aduẽtib. & hoſpitiis mixtos. Quia nec terra olim, ſed claſſib. aduehebãtur, qui mutare ſedes quęrebãt. Et immenſus vltra, vtq; ſic dixerim, aduerſus Oceanus raris ab orbe noſtro nauib. aditur. Quis porro præter periculũ horridi & ignoti maris, Aſia aut Africa aut Italia relicta, Germaniã peteret, informem terris, aſperã cœlo, triſtẽ cultu & aſpectu, niſi ſit patria? Celebrãt carminib. antiquis (q vnũ apud illos memoriæ & Annaliũ gen' eſt) Tuiſconẽ deũ terra editũ & filiũ Mannũ originẽ gentis: cõditoriq; Mãno tres filios adſignãt, è quorũ nominib. ꝓximi Oceano Ingeuones, medii Heruiones, cæteri Iſteuones vocẽtur. Quidã autẽ licentia vetuſtatis plures deos ortos, pluresq; gẽtis appellationes, Marſos, Gãbriuios, Sueuos, Vãdalos affirmant, eaq; vera & antiqua nomina: cęterũ Germaniæ vocabulũ recens & nuper additũ. Quoniam qui primi Rhenũ tranſgreſſi, Gallos expulerunt, ac nunc Tungri, nunc Germani vocati ſunt, ita nationis nomẽ, nõ gentis eualuiſſe paulatim, vt omnes primũ à victore ob metũ, mox à ſeipſis inuẽto nomine, Germani vocarẽtur. Fuiſſe apud eos & Herculẽ memorãt, primũq; omniũ virorũ fortium ituri in prælia canunt. Sunt illis hæc quoq; carmina, quorũ relatu, quẽ barritũ vocãt, accendunt animos, futuræq; pugnæ fortunã ipſo cantu augurãtur. Terrẽt enim,

tre-

Beroſus tamen exiſtimat, Ianum Noam appellatum fuiſſe.

Gomerus filius Iaphet cum ſuis inter Viſtulã & mare Atlanticũ conſedit.

Quæ nationes ab Aſchana proceſſerint.

Gallorum nationes Vltra Rhenum.

Gallorũ longinqua per orbem terræ emigrationes.

Gallogræcia in Aſia.

Troiana originis populi in Europa.

Referunt autores, à Cham 30 linguas, à Sem 27. & à Iaphet eiuſq; ſobole 15. ortas.

Tuiſco & Mannus.

Quæ gentes acceſſerint Aboriginib. in Europa.

Locus Taciti de Aboriginibus in Germania

Auentinus cantilenas Germanorũ antiquas Annalium inſtar eſſe refert, & Theodiſcum Gomerumque Iaphet filios, ipſum vero Iaphet Tuiſconis fratrem fuiſſe ex Beroſo colligit.

Germania Vocabulum recens.

trepidantue, prout sonuit acies. nec tam vocis illi quàm virtutis cōcentus vidētur. Affectatur præcipuè asperitas soni, & fractū murmur, obiectis ad os scutis, quo plenior & grauior vox percussu intumescat. Cæterùm & Vlyssem quidā opinantur, longo illo & fabuloso errore, in hunc Oceanum delatū, adijsse Germaniç terras: Asciburgiumq́; quod in ripa Rheni situm, hodieq́; incolitur, ab illo constitutum, nominatumque [illegible]. Aram quinetiam Vlyssi consecratam, adiecto Laertis patris nomine, eodem loco olim repertam: monumentaq́; & tumulos quosdam Græcis literis inscriptos, in confinio Germaniæ Rhætiæq́; adhuc extare. Hactenus Tacitus. Quæ non equidē, quòd hoc capite de Germanicis Gallicisq́; nationibus agamus, de quibus peculiarem & seorsim postea sermonem instituemus: verùm uti Germanicæ linguę nationisq́; siue Gallicæ exordia ostenderentur, deducta à nobis ad fidem rerum fusius sunt. Deniq́; qui populi ante has adhuc gentes Pannoniç Noriciq́; agrū inhabitarint, & vtrum hę, vtpote aduenę, cum Aboriginibus coluerint: an his pulsis, agrum solæ obtinuerint, paulo rem altius repetere voluimus. Aborigines enim (vt Marcellini verbis vtar) in his regionibus quidam visos arbitrantur. Atq́; hos ego Iaphet, nimirū Gomeri & Aschænas posteritatem fuisse, in qua Tuisco & Mannus imperarunt, existimo, primæuos videlicet Tuiscones atq́; Galatas, qui posterius Alemanni Germaniue, Celtæ Galliue nominati fuerunt. Siquidem & Iosephus, Hebraicarum rerū non improbandus autor, Gomeritas alio nomine Galatas dici affirmat. Cæterùm Pæonum Illyriorum, Gallorū siue Celtarum, Germanorumq́; siue Teutonū recentiora nomina sunt, quę Romano iam posito populo, multis post Æneæ in Italiam transmigrationem seculis, audita sunt primùm, veluti & supradicto Marcellinus loco sentire videtur, ita nominatim scribens: Alij Dorienses antiquiores, secutos Herculē, Oceani locos inhabitasse. confines Drasidæ memorant: reuera fuisse populi partem indigenam. Sed alios quoq́; ab insulis confluxisse, ex tractibus Transrhenanis celebritate bellorum, & alluuione feruidi maris sedibus suis expulsos. Aiūt quidam, pauco post excidium Troiæ, & fugitantes Græcos vbiq́; dispersos, loca hæc occupasse, tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adseuerant, quod etiam nos legimus in monumentis eorum incisum, Amphitryonis filium Herculem, ad Geryonis & Taurisci sęuorum tyrannorum perniciem festinasse: quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat: superatisq́; ambobus, coisse cum generosis fœminis, suscepisseq́; liberos plures. Et hęc de Aboriginib. pulchrè Ammianus noster. Sed ne mendacij arguamur, monumentorum de quibus mentionē fecimus, & rhapsodiam subijciemus, & interpretationē, ut ea Franciscus Stancharus latinè olim, eodem omnino sensu quo Christophorus Mylander Hessus, & conversatione & natiuitate Hebræus, ex lapidibus delineata Germanicè reddiderat, in ista nominatim verba explicuit; [illegible]: id est, Mordachi de genere gigantum vir magnus (scilicet mortuus, vel sepultus est) anno à creatione mundi bismillesimo, quingentesimo & sexagesimo. Hic deest dies & mensis. Est autem monumentum antiquum. nam post latam legem fluxissent tantum D L X anni [illegible]: id est, Ephraim sacerdos à Tanurath, cum in solennitate sua ipse elegisset diem mensis, hoc est Calendas & sabbathū Iunij, gaudium fuit cordi suo. Hic arbitror posuisse Iod literā pro nun, ideo verti Cordi suo; alioquin Cordi meo: quod non videtur quadrare. Adiectus est etiā annus sepulturę, à condito mundo M M M D C C C X C I X, deest dies: & multa arbitror caduca & corrosa præ vetustate fuisse. Verti autem, In solennitate sua, hoc est, In die solenni. Et sic vacaret prænomen, quo sæpe Rabbini vtuntur. Vel etiam vocauit diem illum festum suum, in quo mortuus fuit, [illegible]: id est, Mortuus est (nam propriū esse non videtur, sicut Petyra) filius meus Rabbi Iudas sacerdos à Tanurath Vintera. qui sepultus est in die decimanona Ianuarij, à creatione mūdi ter millesimo, octingentesimo, & tricesimonono, iuxta numerum minorem erectus est. Hic porrò duplex numerus habetur, ut in epitaphio Petyræ. [illegible], id est: Salem filius Rabbi Baruchi, quod apud nos est Benedicti, sepultus est vicesimosecundo Decembris, anno à creatione mundi quatermillesimo & sedecimo. Hic notandum est, Iudęos numerare à creatione mundi usq́; in præsens tempus, M M M M M C C C, & nescio quot annos. [illegible]: id est, Petarach (quo nomine primogenitum significare videtur) etsi pro proprio etiam interpretari possit. Petnyn, siue Faunyn, secundum quosdā interpretes, filia Rabbi Ioseph, quæ abijt in secula, hoc est, mortua est, X X I I anno, subintellige ætatis suæ, prima mensis Martij, à creatione mundi quatermillesimo trecentesimo & vicesimo (iuxta numerum maiorem) die verò secunda Aprilis lapis erectus est. [illegible] & [illegible]. Nam duæ priores literæ, quoad numerūm significāt X X I I: duæ verò posteriores abbreuiatio est, quæ principium mensis significant. ideo addidi, ætatis suæ anno (lectorem enim fallere nolo.) Si enim hæ duæ priores literæ essent postpositæ, ut in alio epitaphio, significarent, Cum gloria & honore: hoc est, puellam istam maximo cum honore sepultā fuisse. At coniecturæ sunt. Addo & hoc pro declaratione illius,

Græci misti Germanis & Gallis, Iaphet posteritati.

Locus Ammiani Marcellini lib. 15. de Aborigenibus in Europa.

Primi monumenti Hebraici interpretatio.

Secundi monumenti Hebraici interpretatio.

Tertii monumenti interpretatio.

Quarti monumenti Hebraici explicatio.

ad numerum scilicet maiorem: Quod Iudæi dupliciter suum numerum à creatione supputant, hoc est, duplici numero vtuntur in scribendo, vt infra hoc modo: Anno à creatione mundi M M M M M C C C & iste est numerus eorum maior. minor verò est, C C C anni: vt nosquoq; hodie à nato Christo subducimus, M D L I I I. maiorem & minorem, D L I I I, vel L I I I. Hæc ex autographo Stanchari, huius linguæ peritissimi. Et cum magna ex parte Ioannes Syluester, publicus eius linguæ in gymnasio Viennensi apud nos professor, ad eundẽ sensum transtulisset, subiecit tandẽ versioni: Interpretari antiquitates huiuscemodi, multis nominibus difficile est, in lingua potissimum Hebraica. Primùm quòd variæ in hac sunt abbreuiationes, quas vna ferè dictionis litera solent notare: ideoq; apicula supernè addita, per quam veluti per vestigium quoddam certum, origo simul & ratio dictionis inuestigatur. Secundo, quod vulgus Iudæorum his variè solet vti, nec certam aliquam in his rationem sequi. Cuius rei certissimum indicium est, quòd vulgata abbreuiationum ratio, nullibi apud authores, qui hac de re scripserunt, inuenitur. Tertiò, quòd variæ in hac lingua literarum sunt affinitates, quas non facile est cuiuis internoscere. Verisimile autem est, vt hi quibus talia monumenta exsculpendi datum est negocium, literarum fuerint rudes: & propterea procliuè illis fuit, vnam literam pro alia sibi cognata ponere, aut etiam transponere. Hæc ipsa literarum affinitas multis ab initio in Bibliis sacris erroribus materiam præbuit. Inter quos an' non hic maximus fuit? quòd pro illo Dei optimi maximi nomine, nempe [illegible], id est, Adonai, quod [illegible] dicunt, similitudine decepti, multis seculis (si Hieronymo credimus) in ecclesia Dei [illegible] multi legerint. Hæc multos studiosos iuuenes ab hac lingua alienant. Hæc porrò (si Capnioni illi credimus) effecit, vt pro Aben Ruiz, vsu rationem superante, Hebræi Abenrosd, & nos confusa voce Auerrois scribamus, & proferamus. Sed nec literarum transpositio minorem in ecclesia Dei inuexit errorẽ. Inter quos & hic est, quòd pro [illegible], Caramnata, quam vocem in fine prioris ad Corinth. epistolæ & Paulus vsurpat, & Hebraicè & Græcè & Latinè scribatur & proferatur Maranatha, [illegible]. Cuius vocis per transpositionem corruptæ, certum etymon Theologi veteres cum reddere vellent, non potuerunt, licet variè se in hoc torserint: inter quos & Hieronymus & Ambrosius fuere. Hactenus Syluester. Induit autem anathematis significationem: vt lib. II. de Lingua corrupta, doctissimus vir Ioannes Albertus Vuidmanstadius, Austriæ Cancellarius, eleganter testatur, ex illo euentu: quia Iudæi gloriantes de venturo Messia, dicere solebant vulgò [illegible] Maran: hoc est, Dominus noster. Contra quos ex Hebręis qui fidem Christi iam susceperant, & Messiam venisse iam crediderãt, dicere solebant [illegible], Maranatha, quod est, Dominus noster venit. Hinc simultas, siue potius inimicitia orta Christianorum aduersus cæteros, qui negabant Messiam venisse, & quorum in ore erat Maran duntaxat, hoc est, Dominus: quos per contemptum Maranitas postea nominabant, & tanquam sectam abominabantur. Quoties igitur vel aduersus desertores fidei, vel hæreticos, qui falso scripturas interpretabantur, loqui volebant, exclamantes, non alia magis voce, vt Christiani, illis malè precabantur, quàm vt illam ipsam fidem suam, infidelibus cum alacri animi testimonio obtruderent, dicentes Maranatha: hoc est, Dominus noster venit, vel inuitis vobis. Hinc factum arbitror, vt voce ista posterioribus seculis facta communi & generali, nõ solum Palæstinis Maranitæ appellarentur, qui Christum agnoscere nolebant, verumetiam apud Hispanos in hodiernum diem omnes apostatæ Marani vocentur. Solent porrò abbreuiationibus Hebræi vti inter cætera, cum aut beneprecandi vtuntur formulis, aut personæ alicuius citant nomen, quæ omni ferè linguæ sunt propriæ. Sic Christiani, cum alicui mortuo beneprecamur, his & similib. vtimur formulis: Bene sit manibus illius, Anima illius Deo viuat. Hebræi ad eundem modum citandi personas, has habent formulas: Laudetur magnificentia eius, laudetur gloria eius. quas hisce notant literarum abbreuiationibus, [illegible]. Vbi verò beneprecantur, cũ abbreuiatione scribunt, תנצבה: hoc est, Sit anima iusti cũ Deo. Quas omnes & formulas & abbreuiationes in hisce videre antiquis monumentis est. Quibus non possum non subiicere, quæ longè doctiss. vir Ioannes Albertus Vuidmanstadius, insignis Iureconsultus, ac Regis nostri Cancellarius, ex suis nobis scriniis communicauit, vt est linguarum antiquiorum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæq; ac Græcæ expertissimus, super vestigiis siue reliquiis illarum in vernaculo nostro Teutonico idiomate: vt quod antea ostenderamus; Germanos nos atq; Hebræos, eandem originem à Noæ posteritate ac sobole trahere, candidus lector intelligat. Atq; vt sinamus quòd appellationes populorum antiquiorum in Hebraica lingua extent, Arabica Syriacaq; pronunciatione, & Teutonica postremò, corruptæ parũ. vt videlicet ab [illegible], Vmber, Gamber, & Kymber, tanquam populi diluuio superstites (fontem enim ipsi aquarum [illegible] dicunt) & à [illegible], hoc est Guualli Galli, Guueltæ Keltæ, Guelgæ & lapsu temporum Belgæ, ab vndis & fluctibus

Difficultas Hebraica interpretanda.

Maranatha vox Hebraica origo & etymon.

Reliquiæ & vestigia Hebraicarum vocum in lingua Teutonica.

ctibus nominati illis: vt relinquamus (inquam) illa, satis constat, Germanos nos eisdē pene vocibus has ordine res exprimere atq; repræsentare, מר, quod est Mar, dominus Latine, quē veteres Franci Mayr vocare solebant. Sic לב, cor illi, nos Germani simili pronunciatione Leben: גחל, carbonē ijdem, nos similiter Kol: rursus גי vallem dicunt, nos Gcüw: linū vel linteum illi בד, id est Vad, nos Wath dicimus. Locū cœnosum hi literis repræsentant, בצה, id est Bieza, nos Teutones Pfitzen. Fatum illi גד, id est Gad: quo nomine Güdt, hoc est bonū, appellamus. Talia multa sunt apud illos, quæ nostra adhuc in vernacula lingua similiter efferuntur. Exēpli gratia, בער Baar, q; nobis est Brennen: בטל, apud nos Beütlen, hoc est, euacuare: סובב Soueb, nos Schweben dicimus, quod est Latinis circuire: שחט Schachat, Latine mactare, q; olim in nostra lingua vocare solebamus Schlachten: vnde Schlacher, latro. Iidem Hebræi terrā nominant ארץ Aretz, siue Arda Arabice, quam Germani nos similiter Erdan dicimus: & pugillū, אגף Agaf, nos Gouff pronunciamus. Sunt & Persica deniq; Arabicaq; In nostro idiomate vocabula pleraq;, quę & ipsa nostrę linguę primordia à Noæ posteritate deriuare possunt: veluti חדא Choda, Gott, hoc est Deus: דכתירא Dactira, Dochter, id est filia: שכון Sechon, Sachen, quod est causa Latinis: עבר Abar, quod über dicere, & latine supra solemus. גרדא Garda, hoc est circuire: q; nos Germani Garden, & hinc Gardknecht, id est satelles proloquimur. vnde corrumpentes Itali suam vocem, satellitiū Guardam nominant. Et hæc quidē de vestigiis siue reliquiis, quæ etiamnū nostra in lingua vernacula Teutonica ab Aboriginibus illis, siue Aschęnas & Iaphet sobole remanserunt, dicta sufficiant. Cōsequens est, vt rapsodias etiam illorū quorum meminimus monumentorū, fidei ergo, vt ea Mylāder delineauit, æquo lectori ob oculos ponamus: tametsi ex multis pauca selegerimus, & ea dūtaxat hic inseruimus, quæ numeros annorum à condito mūdo habent expressos. Quorum primum vendicat sibi locum, quod extat in pago Gumpndorff, ad primum lapidem à Vienna, quod annos refert à creatione mundi, MMDLX.

Primi monumenti Hebraici rhapsodia.

סירבי · קיזוג גבויי חגדול — בשנת

סיבריאת עלום באׄ סׄתׄ סׄ ——

Monumentum ordine secundum, de Ephraym sacerdote, eiusq; epitaphio, quod positum est anno à condito mundo, MMMDCCCXCIX.

אפרים הכחז סיתנוית בי בסידעדו חוא

בזרי יום חושושבת תסיוז חשוש לבי

שבת בפטירת בני ׳ר יהודה הכחז סיתנוית

זריגטלא חנסבי יוׄ בׄ יׄטׄ שנט סיבריאת

עולם גאׄ שנת תׄתׄצׄטׄ לפׄ תנצבה

Monumentum ordine tertium, de Salem, Viennæ repertum: quod numeros annorum habet à creato mundo, MMMMXVI.

שלם בי בריוז ונקבי כבׄ טבת

סיבריאה עולם דאׄ יו

Monumentum ordine quartum, de Petyrach Penin, Viennæ item repertum: quod numeros habet annorum à creato mundo, MMMDCCCXX.

פטיר פעניז בת ׳ר יוסף שחלב לעולסי

בׄכׄ לׄחׄ ניסז סיבריאת עלום ראׄ שנת

סׄיׄבׄ לפרט ביום בׄ אייר תנצבה

LIBRI PRIMI FINIS.

Gallogræcus, vel Galata.



DE LINGVA VETERVM GALLOGRAECORVM.

POrro nec illud transeundum silentio est, Gallogræcos, vtpote Germanos, simulatque in Græciam profecti fuissent, vt posthac in transcensu sermonis ostendemus, ex Pausania & Atheneo, ductoribus Brenno, Acichorio Belgio, Cetethrio & Bathanatio regibus, à Græcis multa hausisse, suoque idiomati vocabula immiscuisse, quæ in hanc vsque diem nostra in lingua Germanica supersunt. Quippe cum diris Apollinis ob eius templum spoliatum agitati, alii in Asiam, alioque terrarum traiecissent, Bathanatium regem Athenæus in Dipnosophistis refert, eum non minima Galatarum manu rediisse in Pannoniam ad Istrum. Inde ad Pyrenæum vsque, & vltra, in Germaniam sedes mutasse, Appianus Alexādrinus, in libro cui titulum fecit Illyricus, memoriæ prodit. Id quod cum & libro sequente prolixe doceamus ex historica veritate, & vbi de Cimbris tractamus libro tertio prosequamur: tamē libet æquo lectori syluam quorundam vocabulorum præ oculis ponere, quæ cum Teutonica sint communi ac quotidiano vsu, tamen si introspicias, vel Gręcam vel Latinam originem referunt: nimirum à Gallogræcis, cum ex Græcia rediissent, spoliato templo Apollinis, hausta: vel à Romanis, cum victis Germaniæ populis, hi cœpissent iura dare, ac legiones cohabitantes accipere coacti fuissent, accepta, vsuque confirmata.

EX GRAECA LINGVA, quæ Gallogræci in suum idioma transtulere.

οὖθαρ, authar/ vbera.
ἄττα, atte/ id est vatter.
δμωὶς, ain meyd/ ancilla.
δίνη, dunnen/ vnda.
ῥάκος, rokh/ tunica.
τίτθη, tutten/ mammillæ.
στρουθός, straus/ struthio auis.
κάρπος, heürig/ hornum.
σιρός, scheyrn/ horreum.
λάκκος, lakhen/ palus.
λάγηνος, lagel.
νέρτερος, nider/ nier Belgice.
μήτηρ, mûter.
ἅλς, falß.
ἄλσος, holtz/ sylua.
λάτρις, lother/ nebulo.
λάρξ, larf/ persona.
λίνον, leyn/ linum.
λογοι, lüge/ mendacium.
τύφη, stuben.
μάχαιρα, messer/ ch in ss.
νὺξ, νυκτὸς, nacht/ nox.
μυῖα, mukhen.
μῦς, mus.
ἥρως, ain hürt/ pastor.
μύλων, mül/ pistrinum.
ἡμεῖς, mein.
ἤθη, sitten/ mores, s aspiratione adiecta.
μόρος, mord/ mors.
σκῶμμα, skhumppe
μέλαν, melaun.
στῦλος, stül/ sedes.
ἄσθμα, athem.
δίσκος, disch.

EX LINGVA ROMANA, quæ Galli & Teutones à legionibus limitaneis mutuati sunt.

Templum, tempel.
Symbolum, bolctle.
Suauis, süß.
Fenestra, fenster.
Pyrum, pyrn.
Rapum, rüb.
Nasus, nas.
Cantharus, kanten.
Vulgus, volkh.
Tapetes, teppich.
Cacabus, kachel.
Pixis, püren.
Tabula, tafel.
Vrina, harn.
Xenia, schenkh.
Vmbilicus, nabl.
Vetula, vettel.
Barbo, barb.
Puer, püb.
Buxus, purbaum.
Trepidatio, truppl.
Trux, tratzig.
Vadum, wad.
Tripus, trifüß.
Superstitiosus, apostepser.
Propheta, prophet.
Sella, sessel.
Altare, altar.
Pulpitum, pulpret.
Camera, camer.
Capo, capaun.
Turris, turn.
Tectum, dach.
Amphora, ampher.

Pagus,

κορη, hür/ meretrix, aspiratione adiecta.
σιλλος, schiller/ luscus.
νεφελη, nebel.
οζος, ast/ ramus.
δαις, thail/ portio.
νυν, nun/ iam.
μαστος, mast.
οπωρα, ops.
βοσκη, bosch/ nemus.
οκτω, acht.
εκυρα, schwiger/ addita aspiratione, Latinis socrus.
σταμνον, scidel/ situla.
νοννα, nonn/ monialis.
ρησις, red/ oratio.
νυκτος, nahet/ addita aspiratione.
στιβος, steg/ semita.
αγκυρα, agst/ olim in Francica lingua anchon.
νεος, new.
ωον, ay/ ouum.
αστομος, stumm/ mutus.
κρωσσος, khrausz/ vocali in diphthongum versa.
χωρα, khrasz/ regio.
οκκος, aug/ oculus.
συς, saw.
χορδη, sait.
σαγματευς, saumer/ qui equis vasa fert.
σκαφος, schiff/ schaff.
ελαιον, öl.
σινος, sünd.
παλλατιον, pallast.
παρτισαν, partison.
αμελγειν, melkhen.
μορμυρειν, murren.
κορυσσειν, khörissen.
πελλιξ, pelsz.
γλυμμα, glufft/ rima, m litera omissa.
σχιδακα, schindel.
χαραβος, grüb/ fossa.
σκαφιον, schauffel.
ασπορος, sat/ s litera & aspiratione addita.
χειρα, grampen/ rechen.
ραβδος, rüt/ virga.
πωλος, pful/ pullus gallinæ.
κωας, skhusz Belgice, puluinar.
ζαγκλον, sichel/ falx, literis aliquot omissis.
κογχυλος, khögel n littera deleta.
κυκλος, khugel.
τραπητης, traber/ equus succussator.
σφελας, schwel/ scabellum, per aspirationem Germanicam.
γλαυκος, glantz/ splendor.
σταλ, stal.

Pagus, pach.
Passus, pasz.
Lyra, leyren.
Macellum, metzg.
Grandis, grosz.
Placenta, fladen/ f pro p litera.
Pastillus, pastetle.
Gabalum, galgen/ literis transmutatis.
Rictus, rachen.
Patronus, patron.
Pellex, palkh/ meretrix.
Pellis, fell/ p litera pro f posita.
Peregrinus, pilgran/ l litera pro r.
Sceptrum, scepter.
Pecia, fetz.
Tumultus, tummel.
Pestis, pestilentz.
Pila, pal.
Pilum, pfeil/ per aspirationem.
Pix, pech.
Culcitra, khulter.
Plaga, plag.
Porro, ferr/ p litera in f versa.
Postis, pfoste.
Presbyter, priester/ per syncopen.
Raptor, rauber.
Romphea, rappir/ vna litera deleta.
Mantellum, mantel.
Medius, mittel.
Monasterium, münster.
Musculus, maus.
Vannus, wann.
Myrrha, myrrhen.
Nucha, nakh/ u litera in a versa.
Sorbillare, sürblen.
Nubilari, neblen.
Domare, demmen.
Eiulare, heülen.
Pluma, pflum/ per aspirationem.
Saccus, sakh.
Ruga, runtzel/ vna litera adiecta.
Saga, saggon.
Salus, hail/ s in h aspirationem.
Sanus, gesund/ per aspirationem.
Sedes, gsesz.
Stemma, stam/ e litera in a.
Stigma, stich.
Amylum, ymerdum/ genus farinæ.
Persona, person.
Quartus imber, quattember.
Parata, braut.
Nurus, schnür/ per aspirationem.
Vermis, wurm.
Verum, war/ per syncopen.
Pentecoste, pfingsten.
Præbenda, pfrend.
Papyrus, papyr.
Infula, infel.

[illegible], will/ voluntas.
[illegible], stelz/ zum vnderpulgen.
[illegible], chum/ insanus.
[illegible], dün/ s litera dempta.
[illegible], erd/ terra.
[illegible], chittel/ tunicæ genus.
[illegible], dritte/ tertius, coniunctis literis.
[illegible], topff/ turbo.
[illegible], abloß/ absolutio:
[illegible], fort/ vadum.
[illegible], wyn.
[illegible], khalble/ vitulus.
[illegible], thurn.
[illegible], gwaltig/ per aspirationem Germanicam.
[illegible], mistel/ viscus.
[illegible], elen/ vlna.
[illegible], schad/ vmbra.
[illegible], vncz.
[illegible], resch/ velox.
[illegible], stapffe/ vestigium.
[illegible], wikhe.
[illegible], bekhanter/ per aspirationem.
[illegible], peitl/ marsupium.
[illegible], nachpaur/ vicinus:
[illegible], o wee/ dolentis.
[illegible], ain latter/ lauacri, siue lotionis genus apud nos Austriacos.
[illegible], schiter.
[illegible], ber/ aper.
[illegible], weld/ η in e literam.
[illegible], garbe/ fasciculus frumenti.
[illegible], ellend/ laydig.
[illegible], trymm.
[illegible], gönner/ fautor.
[illegible], khratzen.
[illegible], lekhen.
[illegible], malen.
[illegible], laichen/ lasciuire.
[illegible], mischen.
[illegible], melkhen.
[illegible], mussen/ mussare.
[illegible], murzhen.
[illegible], nephen/ nuere.
[illegible], gelahen/ ridere.
[illegible], maynen.
[illegible], schwimmen/ addita aspiratione.
[illegible], bdän/ cacare.
[illegible], beraiten/ parare.
[illegible], paen.
[illegible], schmukhen/ id est ornare.
[illegible], tenkhen:
[illegible], rinnen.
[illegible], skarzen/ schaben.

Mynium, mynl.
Pruneus, praun.
Durus, dürr.
Mala, maul.
Asellus, esel.
Magister, meister.
Mactator, metzger.
Mespilum, nespel.
Matutina, metten.
Mitra, mitze.
Moneta, müntz.
Phasianus, phasian.
Organum, orgel.
Hospitale, spittel/ prima syllaba omissa.
Martius, mertz.
Messor, meder.
Minor, minder.
Lepidus, lieplich.
Nepos, neff.
Muscus, müß.
Nomen, nam.
Nidus, nest.
Planum, plan.
Testamentum, testament:
Platea, platz.
Armarium, armar.
Centenarius, centner.
Plaga, plagen.
Piscis, visch/ per aspirationem.
Pileus, filtz.
Populus, pöfel.
Porta, pforten.
Coquina, khuchen.
Potior, pesser.
Vespa, wesp.
Oriza, reiß/ prima litera deleta.
Viola, veiel.
Viduus, wittwer.
Luxus, lust.
Scribere, schreiben.
Legere, lesen.
Studere, studieren.
Torrere, torren.
Tolerare, dulden.
Vexare, vexieren.
Incendere, anzinden.
Induere, anthün.
Offendere, finden/ prima syllaba dempta.
Nuere, naigen.
Porrigere, raichen/ prima syllaba dempta.
Spargere, sprengen/ transpositis literis.
Sternutare, nutten/ niesen.
Scabere, schaben.
Spuere, speyen.
Stipare, stopffen.

Nictare

σχίζειν, schideren/ schneiden.
χράζειν, grakhen/ khreysten/ screare.
βιέσσειν, worgen/ strangulare.
τρίβειν, reiben.
τορεύειν, tráen/ tornare.
θιγεῖν, getigen/ tasten/ tangere.
λακτίζειν, lakhen/ calcitrare.
ἀζαίνειν, sengen ain praten.
πρήθειν, praten.
ἄγειν, sagen/ aspiratione accedente.
λασθαι, lástern/ id est, criminari.
μοχθεῖν, machen.
κνήθειν, khnetten.
καχάζειν, gakzen.
θραύειν, thrasen.
νυστάζειν, napfzen/ dormire, per syncopen.
ἀλλάζειν, tauschen/ per aspirationem.
δύειν, tunkhen.
χαίνειν, gapffen.
χέζειν, schiessen.
γαργαλίζειν, khutzlen/ titillare.
στραγγεύειν, strekhen/ torquere.
βρώσκειν, freschen/ uorare.
πρήθειν, brennen.
πλέκειν, plitschen/ plectere.
τιλίζειν, welzen/ uellicare.
ὑφαίνειν, weben/ texere.
πλῆξαι, plagen.
ληχάδαι, liegen/ mentiri.
βράζειν, brassen/ crapulari.
φλύειν, fliessen/ fluere.
δράττειν, dratzen.
νεϊδεῖν, neiden/ inuidere.
σφάλλειν, fallen/ labi.
βαίνειν, watten/ vadare.
θέλγειν, dailgt mich auf/ vana me spe lactat.
κιχλίζειν, khutlen/ id est clanculum ridere.
σείειν, schütlen/ quatere.
καρτερεῖν, harren/ durare.
στῆναι, steen.
στορνύειν, streen/ sternere.
ῥέγχειν, ranchen.
στύφειν, stopfen.
κτενίζειν, khammen/ pectere.
μεστοῦν, mesten/ saginare.
κυνεῖν, küssen/ osculari.
τανταλίζειν, tantlen/ iocari.
ἐλαύνειν, lauffen/ currere.
ψελλίζειν, wisplen.
φωλεύειν, füllen.
ἐμβάλλειν, anfallen.
ἅπτειν, hefften.

βρύλλειν,

Nictare, nichtzen.
Metiri, messen.
Offerre, opferen.
Ordinare, ordnen.
Vincire, binden.
Compescere, paschkhen.
Feriari, feyren.
Dispendere, außspannen.
Trahere, trekhen.
Titubare, teuplen.
Parare, berayten.
Pipare, pfeiffen.
Plectere, flechten.
Raptare, rupfen.
Rodere, retzen.
Ructare, reukhtzen.
Sannare, tzannen.
Ruere, rüren.
Sculpere, skalpen.
Serere, seen.
Sedere, sitzen.
Minuere, mindren.
Monere, manen.
Imbuere, inbeützen.
Irritare, anreitzen.
Lambere, lappen.
Laxare, lassen.
Locare, losiern.
Pangere, pakhen.
Porrigere, raichen.
Residere, rasten.
Rigare, regnen.
Rigere, ragen.
Regnare, regieren.
Sorbillare, surfflen.
Scarificare, schrepffen.
Spectare, besichtigen/ per syncopen.
Spuere, speuwhen.
Trufare, treiben.
Triumphare, triumphiern.
Turbari, turblen.
Vlulare, heülen.
Cachinnare, gakhitzen.
Plantare, pflantzen/ per aspirationem.
Premere, pressen.
Palare, wahlen.
Propinare, bringen/ per syncopen.
Stridere, striden.
Molere, malen.
Sugere, saugen.
Stringere, streichen.
Vacillare, wakhlen.
Fluere, fletzen.
Stare, stehen.
Gubernare, gubernieren.
Languere, langmütig seyn.
Lenire, lindren.
Anhelare, lehitzen.

Crepa-

βρυλλειν, brellen.
ῥωειν, rühen.
γαργαρίζειν, gurglen.
σαυσαι, sausen/ per aspirationem.
ὑλον, hold.
ἐλεεινος, elendig.
ἐνάγγελος, änlich/ similis.
ἔργον, werkh/ per aspirationem.
χαμαλιος, gamalich.
θανατος, thot/ per syncopen.
γνεβολος, gnebl.
κεμμας, gembs.
κραβος, hart.
χαλαπης, schlepper/ per syncopen.
κελυφα, schelffe.
κλωθμος, khlotz.
κυμβαχος, gumpechtig.
αυλος, schuel/ addita aspiratione.
θαρρειν, darren.
κονειν, khennen.
κριζειν, khritzen.
κυθριζειν, khytren.
λαιμαν, schlemmen/per aspirationem.
πνευσαι, schnauffen.
ῥησσειν, reissen.
σηθειν, siechten.
μελδειν, schmeltzen/per aspirationem,
πραγμα, prauch.
κοτινα, khot.
βρωμα, brot.
φοβος, forcht/timor, r litera inserta.
σκοπελος, fels / prima syllaba dempta.
ἱκανος, genůg/satis, per syncopen.
θρυμαγδος, grumpel/ rumor.
ταννος, dann/ abies.
στωγον, stahel/ calybs.
βοηθος, voit/ vogt/ præses.
θυμος, můt/animus, transpositis literis.
ἀγχος, angst/ tristis.
βακινον, bekhyn/ peluis.
σαρπης, bart/ barba,
ἀγκων, ekh/ angulus.
βομβαξ, bomwol.
ἄξων, axen.
πινυρον, bret/ asser, transpositis literis, per syncopen.
βικαριον, becher/cyathus.
βυβαλος, buffel.
πυξος, purbaum.
πυρρον, pyrzhet.
ψαλιον, hemat/ camisia.
χαρτης, kharten.
βατινα, butten.
χασμα, gaumitz/ oscitatio.
ῥοδον, rosen/ d litera in s aspirationem.
βαρβαξ, spärber/ accipiter.
ἀνθρακιον, kholen/ carbo, prima syllaba dempta.

Crepare, krachen.
Agitare, achten.
Ringi, rimpffen.
Macula, mal.
Socci, sokhen.
Sus, saw.
Sata, saat.
Labia, lippen/ lefftzen.
Proba, ain prob.
Venale, feyl.
Bene venale, wolfeyl.
Mustum, most.
Mortarium, morser.
Modulus, model.
Pallidus, bleich.
Penicillus, pensel.
Partus, purt.
Nequam, nichtig.
Præpositus, probst.
Rubigo, rost/ per syncopen.
Regula, regel.
Sigillum, sigel.
Turtur, turtltaub.
Vastus, wůst.
Lancea, lantzen.
Metallum, metall.
Linea, liny.
Rheda & rota, rad.
Castus, kheüsch.
Caballus, khlepper.
Cicer, khicher.
Buccella, bißle.
Falco, falkh.
Elementum, element.
Expendenda, spend.
Fracidum, frat.
Formido, forcht.
Grossuli, khrösel.
Grillus, grill.
Festum, fest.
Iugum, joch.
Iustum, just.
Ilico, glich.
Maior, mayr.
Mensor, messer.
Mulus, mul.
Nemo, niemand.
Nebulæ, nebel.
Nux, nuß.
Stolidus, toll/ per syncopen.
Crudelis, grausich.
Apage te, pakh dich/ abi.
Aprilis, April.
Mensis, mónat/ s litera in t.
Bandum, bamer/ vexillum.
Bursa, burß.
Butyrum, butter.
Cerdo, gerber/ c litera in g.
Communis, gemayn.

καραβος, kharebs/ cancer, per syncopen.
κάπηλος, khauffman/ khopman Belgice, addita voce man.
ἀτὰρ, oder/ sed.
εἴσω, inten/ intus.
κάττης, katz/ catus.
κάμπτρα, kästen.
κατάρρους, catarr.
κῆνσος, zinß/ census.
κνώδαλον, khnyttel.
σπιθαμή, spann.
ἀμήχανος, amáchtig/ a litera addita.
κεράσιον, khersen.
αἰθάλη, ásch/ cinis.
βυσσὸς, phut/ cunnus.
κίτριον, citran.
πέλεκυς, pikhel/ securis.
κόλαβος, kholb/ claua.
κλαῖστρον, closter/ monasterium.
κλεισία, clausen.
χλαῖνα, khlainat.
χολή, gall/ cholera.
καυλός, khaul/ khól/ beta.
κολλάριον goller/ amiculum.
ἀκτῆ, attich/ ebulus.
λοισθος, der lest/ vltimus.
φηγὸς, büch/ arbor.
βλαδὸς, blöd/ debilis, per mutationem vocalium.
σκάφη, schaff.
κρυπτὴ, krufft/ sub terra.
ἐγγελος, gunkhel.
κωρυκος, khocher.
κρόβαλον, khreperle.
φωτιγξ, vloit/ fistula.
κοκκυξ. khukitz/ auis.
κυρβις, khyrbis.
πέταλον, blat/ per syncopen.
στόρξ, starch/ ciconia.
ἐλεημοσύνη, almüsen.
φάλαγξ, fal/ wal.
Θύελλα, wellen/ fluctus.
Θυγάτηρ, tochter/ filia, per syncopen.
ἀγγεῖον, angster/ poculum.
κωθων, khotzen.
δέκατον, per aspirationem Germanicam, der zechend.
ἐσθίειν, essen.
δρασσειν, dratzen.
ὑφαίνειν, weben/ texere.
στραγγεύειν, strikhen/ torquere.
βουλεσθαι, wöllen.
ἐμβαίνειν, anfallen.
ψάλλειν, schallen.
χλοάζειν, grünen/ virere.
τείνειν, dänen/ ziehen/ tendere.

Cuprum, khupfer.
Culus, culifhy Belgice.
Copula, khöpfle.
Duplum, doppel.
Saccus, sakh.
Esca, eß.
Mercatus, márkht.
Fax, fakhel.
Feriæ, feyrtag.
Frigus, frisch.
Sclopus, klopp.
Sinapis, senff.
Sputum, speichel.
Rotundus, rund/ per syncopen.
Scorpius, scorpion.
Strigil, strigel.
Gipsum, gibs.
Speculum, spiegel.
Ager, agger.
Securus, sicher.
Alpes, alpen.
Anas, ánten.
Catena, khetten.
Carcer, kárkher/ per aspirationem.
Nucha, nakhe.
Clarus, clar.
Elephantus, elephant.
Ancora, ánkher.
Alter, ander/ litera l in n.
Ruga, runtzel.
Fructus, frucht.
Pomarium, paumgarten.
Ornus, ahorn/ transpositis literis.
Speculum, spiegel.
Strenuus, streng.
Puluinus, pfulkhyß.
Rhetor, redner.
Rhythmus, rhaym.
Sapo, seyff.
Sabbatum, sambstag.
Cella, ezel.
Secola, sichel.
Septem, siben.
Sedile, sidel.
Spinula, spindel.
Spinacia, spenat.
Tignum, tigel.
Titulus, tittel.
Pellicea, beltz.
Pauo, pfaw.
Scribere, schreiben.
Ordinare, ordnen.
Puluis, puluer.
Rapum, rüben.
Rastrum, rächen.
Capitium, khapp.
Rosa, rosen.
Circinus, cirkhel.
Rutilus, vel rubeus, rot.

κυδή, Gilnus,

χλαῖνα, klaid/ vestis.	Giluus, gelb,
ἀκρατής, kranckh/ ægrotus.	Schedula, zedel.
ἀγκύλιον, angel/ aculeus.	Seta, sait/ chorda.
ἰαμερ, iamer/ lamentum.	Serilla, schür/ per aspirationem.
στείρα, stur/ prora nauis.	Simila, semel.
σύνεσις, sinn/ mens.	Stramen, stro/ per syncopen.
κάπηλος, kauffman/ mercator.	Fasciola, faczelet.
ἄρτιον, art.	Irretitus, irrig.
φαῦλος, faul/ piger.	Ventus, wind.
χαράκας, kharst/ ligo.	Tyrannus, tyrann.
βοῦς, phiech/ pecus.	Laterna, latern.
ἀγχιτέρος, nachpaur/ vicinus.	Palus, pfal.

Cæterum Gallogræcos cæsariem aluisse, Homerus testatur Iliados libro 8.

ἔνθεν ἄρ' ἐπιζέντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ. Id est:
Cæsarie insignes redimebant vina Pelasgi,
Aere alii, ferro quidam lucente, &c.

SEQVITVR LIBER SECVNDVS.

DE GENTIVM MIGRATIONIBVS LIBER SECVNDVS: DE GALLOGRAECIS ET BARbarogræcis in Pannonias & Noricum migrantibus: *Autore* WOLFGANGO LAZIO *VViennense, Regio Historico.*

GRÆCORVM in Pannoniis & Norico sedes, tametsi nulli ante nos, aut linguam saltem Græcam barbaris isthic commixtam coaluisse, tradiderint: extant tamen non paucæ in Germanica lingua (quā olim Gallis fuisse communem, Illyricisq;, deinceps ostendemus) Græcæ originis voces, eiusdem vt apud nos significationis. Quæ id plane coarguere possunt, quod dicimus. Et in Commentariis rerum Gallicarum libro primo, scribit Cæsar: In castris Heluetiorum tabulæ repertæ sunt, Græcis literis confectæ, & ad Cæsarem perlatæ: quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset, eorum qui arma ferre possent. Et rursus lib. sexto e-
10 iusdem historiæ, cum de Druidum iudicio loquitur: Ita nonnulli annos vicenos (inquit) in disciplina permanent, neq; fas esse existimant, ea literis mandare, cum in reliquis fere rebuspublicis, priuatisq; rationibus, Græcis literis vtantur. Quæ tametsi ad Gallos pertinere videri possent, tamen Gallos docebo libro huius Operis quinto, in Pannoniis & Norico coluisse. Quos Teutonicam insuper linguam familiarem habuisse, cum alia permulta ostendunt, quibus Cæsar in Commentariis, & Cornelius Tacitus itemq; Strabo non semel, Germanos cum Gallis, & motum armaturæq; similitudine, & belli comparant administratione: tum præcipue ex capite libri XVIII. Plinii illud aduertitur, vbi videlicet aratra rotulis instructa, Phlurada, gentilicia Gallis lingua, & Padum fluuium, quod fundo careat, Podincum apud Ligures dici commemorat. Quæ vox eodem posterius euentu,
20 nimirum ab Alemanis lacui Acronio in Rhætia prima, indita fuit, vtpote vere Teutonica. Vt nihil addam, quibus vocabulis idem Gallos anserem repræsentare, & medullā picemq; adseuerat: hoc est, Gansa, marga, ac becha, quas ipsissimas constat, omnes Teutonicas voces esse. Refert & Quintilianus, rhedam Gallos currum vocare: & Cicero, rhedarium Gallis aurigam dici. Porro & hodie Germani currum rhadam appellare solemus. Cæterū (quod dicere cœpimus) Græcam linguam primis mundi temporibus, vsq; in Pannonias & Noricum fuisse propagatam, tametsi vel ex Herculis possimus, Vlyssisq; & Cadmi erroribus confirmare: tamen & gentes quasdam Græciæ ostendam, partim diris numinis agitatas, partim vero, dum fœcundiores inquirunt sedes, non solum in eum fuisse tractum delatos, qui postea Illyricum, ab Illyriis Gallis aduenis, vel vt alii volunt, Cadmi filio Illyrico,
30 dici cœptus est, verumetiam multis in eo seculis tenuisse: & præcipue vbi hodie Hungariā Austriamq: & Styriam prouincias, Carinthiamq; excurrere videmus. Incipiam à fabulosis & vetustioribus, quæ tamen magnis etiam video autoribus celebrari. Quorum Appianus

Alexandrinus, in Illyriorum historia sic scribit: Longitudo Illyrici in triplo productior est, vt Græci perhibent. Romani eam regionem mensuræ subijcientes, longitudinem sex millium stadiorum, latitudinem mille & ducentorum numero contineri putant: asseruntque eius prouinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemo ortum habuisse. Polyphemo quippe Cyclopi ac Galateæ, Celtum & Illyrium & Gallum filios extitisse: eosque ex Sicilia progressos, Celtis & Illyriis & Galatis ab ipsis cognomen adsumentibus, imperitasse. Et hæc mihi inter pleraque a multis memorata placuere. Illyrio deinde filios Achillem, Autarium, Dardanum, Medum, Taulantium, Perrhœbumque referunt: filias quoque Partham, Daortam, Daseram, aliasque: à quibus Taulantii, Perrhœbi, Achillei, Autarici, Dardani, Partheni, Daserecii, Dartiique prodiere. Autario ipsi Pannonium, vel Pæonum potius, & Scordiscum filios fuisse aiunt. Pæoni Tribalum, à quibus pariter nationum cognomina traducta sunt. Et hæc quidem ab antiquitate repetuntur. Quibus adnumerandi sunt alii, qui Illyrium non Polyphemi, sed Cadmi fuisse conditoris Thebarum filium aiunt. Cuius pater ex Phœnicia mutatis sedibus, profectus cum esset in Græciam, conditisque Thebis, Bœotiam nouam à Boue regionem denominasset, demum à Zetho & Amphione regno pulsus, in Illyrios, hoc est, tractum terræ Istro Adriaticoque mari comprehensum, abiuerat. Vt verisimile sit, si his fides est quædam tribuenda, literas Græcas allatas ex Phœnicia, α, β, γ, δ, ε, κ, ι, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ, vti fuerunt in Bœotiam à patre diffusæ, ita non minus ab Illyrio filio in Illyricum peruenisse. Quibus & scribi res quæuis conceptæ & meditatæ, & ab hominibus pronunciari poterant. adeo videlicet, vt eadem pene origine, ijsdemque initiis, Græca lingua, quum in Hellade atque Achaia, tum in Macedonia pariter & Illyrico plantata existat. idque ante adhuc belli Troiani tempora. Constat enim, Palamedem in bello Troiano Cadmæis literis reliquas quatuor adiecisse, ξ, θ, φ, χ.

Græca lingua eodem tempore in Illyrico quo & in Hellade exorta.

Huc pertinent quæ de Amphitryonis filio Hercule Ammianus Marcellinus lib. XV. memorat: ab Ambigentibus etiam & Druidibus de sua origine apud Gallos repeti, esseque à Timagene in Græcas literas missum. Nempe Taurisco, qui tyrannide Gallicos populos premebat, occiso, Herculem cum generosis fœminis Gallorum coiuisse, suscepisseque plures liberos, & eas partes quibus imperitab[ant]ur, suis appellasse nominibus. Quam rem codex admodum vetustus nostræ gentis Annalium à nobis repertus, & in quo fide digna sunt adnotata, confirmare videtur. In quo de etymologia Norici hæc nominatim verba extant: Et quia Noricum nominauimus, etymologiam eius si placet exprimamus. Boiarii traduntur ab Armenia oriundi, qui cum magna multitudine de finibus suis egressi, hanc terram sunt ingressi, expulsisque Aboriginibus, pro eis habitauere, & terram de nomine ducis Bauaro Bauariam nominauerunt. Hanc post multos dies, Norix filius Herculis expugnans, Noricum de suo nomine vocauit. In qua & ciuitatem Tiburtinam [quæ] nunc Ratisbona dicitur, ædificauit. Ripensis autem, quæ nunc Orientalis dicitur, i[ta] vocatur: quia subductis montibus, ripa Danubii vndiq; vineis & aruis fœcundatur. Hæc ex libro Annalium vetusto.

Meminit Herculis in Germaniã transgressi & Tacitus de moribus Germanorum.

Norici etymon & origo.

Hic rursus vt transeam Cadmi Illyricique filii fabulas, quem ex Phœnicia in Bœotiam, atque inde in agros Illyrici, conditis iam Thebis, transmigrasse poetæ canunt: vtq; denique Vlyssis errores omittam, quibus delatos in Germaniam Græcos plerosque ad Rhenum fuisse, suoque tempore etiamdum in confinio Rhætiæ & Germaniæ Laertæ Vlyssis parentis tumolum literis Græcis inscriptum fuisse visum, Tacitus affirmat (Id quod Marcellinus, de Gallorum differens origine, confirmare videtur libro XV, cum ait: Aiunt quidam paucos post excidium Troiæ fugitantes Græcos, vbiq; dispersos, loca hæc adiisse tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus asseuerant, quod & nos legimus in monumentis eorum incisum.) Hæc vero omnia surda aure vt transeam, constat Pæonem demum Endymionis filium, à fratre Epæo fatalis illius equi Troiani fabricatore, victum cursu in certamine publico, cum ignominiæ casum grauius ferret, in Macedoniam ex penetralibus Græciæ commigrasse, Pæoniam in Macedoniis prouinciam fecisse, Epiro, Illyriis, & Dardanis vicinam: quam salis copia ac coctura, Liuius Decade quinta commendat, & Stobis Pæoniæ oppido eius refert emporium fuisse, vnde Dardani & Illyrii sal petebant. Atque eo euentu Græcos aliquos ductore Pæone, in vltimas Macedoniæ partes venisse, verisimile est. Vnde pulsi, ne à Paulo Æmylio, cum Perseum Macedoniæ istlic regem debellasset, Genthiumque Illyriorum in acie victum cæpisset regem, vel transpositi auitis de finibus, ad Istrum cõmigrarint, seu libertatis denique prærogatiua lares suos sponte vltra Sauum in Illyrici tractum transtulerint, haud equidem satis constat. Pæoniam tamen nouam Sauo fluuio, Celticis Alpibus, Dardania, Dalmatia atque Istria, qui hęc secuti sunt tempora autores circumscripsere. quam Pannoniam Romani postea, cum ad eos cũ exercitu, duce Octauiano Cæsare peruenissent, nominarunt. Neq; enim

Cadmi Illyrici & Vlyssis in Germaniã Danubiũ Rhenumq; migrationes.

Pæonis Endymionis filii cum Græcis in tractũ Illyrici immigratio.

Noua Pannonia intra Sauũ, Danubium & Alpes.

enim ante Augusti Cæsaris ætatem Pannoniæ legitur auditum vocabulum fuisse, neque à quoquam qui res ante hunc gestas adnotarunt, in literas missum: Pæoniaque, de qua (vti dictum est) & T. Liuius decade quinta, & Arrianus Nicomedensis in historia Alexadri Magni loquuntur, nō hæc noua in Illyrico posita, sed vetus illa intelligenda prouincia est, intra Macedoniæ fines collocata. Pæones igitur, hoc est, à Pæone Endymionis filio in Macedonia coloni missi, Græci fuerunt: quos postea, bello inter Paulum Æmylium Romanorum ducem & Persæum Macedoniæ regem, atque inde etiam Genthium Illyriorum principem flagrante, traiecto Sauo in Illyricum commigrasse adserimus, vbi posterioribus seculis Pannoniæ celebrati agri fuere. Fuisse vero & illam Pæoniam a Græcis prouinciam appellatam, Pæonesque ab Illyriis colonos admissos (id quod institutum nostrum prorsus confirmat) Appianus Alexandrinus aperte in eo libro ostendit, quem Illyricum inscripsit his verbis: Pæones vero natio ingens, circa Istrum per longum incolens, ab Iapidum populis supra Dardanos protenditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonii appellantur, & ab illis, vt præmisimus, inter Illyrios adnumerati sunt. Et iterum: Gloriosi hi admodum ob Macedonum Agrianos, qui potissimum Philippo & Alexandro operam in bellis præstiterunt. Quoniam & hi Pæones fuerunt ex his, qui inferiorem incoluut ab Illyriis coloni editi. Hactenus Appianus. Ex quibus non solum Pæones, apparet, quo euentu in Illyricum transgressi sint, verum Græcæ ipsos originis extitisse: tametsi barbaris passim isthic immixti, ac Troianorum posteritati, amissis paulatim moribus, ac ciuilitate deposita, linguam quoque postremo deprauarint. Id quod posterioribus seculis Latinis in Italia, Francisque in Gallia accidisse cognouimus. Vt qui olim Romanam quidem illic puram & tersam linguam, hic vero Teutonicam habuerint, nunc corruptis omnibus pene verbis, nec à Latino nec à Germano intelligi amplius possint. Atque hæc de his, qui ex Macedonia Græcæ originis in Pannoniam siue Illyricum populi commearunt, & à Pæone Endymionis filio Epæique fratre descendisse dicuntur, linguam tamen corruptam & non prosus Græcam importantes: non enim dubium est, Macedones diuersum à cæteris Græciæ populis idioma habuisse. Nunc de reliquis Græcis eundem casum docebo. Quibus videlicet pestilentia laborantibus, oraculum respondisse fertur, vt ad vltimum Mysorum nauigarent. Itaque cum diu dubitassent, quid sibi vellet hoc oraculum, tandem diu circumacti, repererunt Æolidem in extremis Mysorum esse sitam: atque eo demigrandum esse, monuisse numen. Traditur & Telephus, siue post interemptos auunculos [illegible] thii suasu, siue vt matrem quæreret, cum manu Græcorum ad fines Mysiæ venisse, atque isthic ad Teuthraniam in plaga occidua ciuitatem consedisse. Est autem Mysia prouincia, quæ modo Seruia & Rascia dicitur, Hungariæ, hoc est Pannoniæ, de qua sermo est, proxima: & quondam à Romanis non minus atque Pannonia, inter Illyrici prouincias adnumerata. Cæterum miserunt in Pannonias Noricumque colonias, & Dorienses atque Phocenses, quemadmodum Ammianus libro xv scriptum reliquit. Alii Dorienses antiquiorem secutos Herculem, Oceani locos inhabitasse vicinos Thrasidæ memorant. Reuera fuisse populi partem indigenam, sed alios quoque ab insulis extimis confluxisse, ex tractibus Transrhenanis, celebritate bellorum & alluuione feruidi maris, sedibus suis expulsos. Aiunt quidam, post excidium Troiæ, & fugitantes Græcos vbique dispersos, loca hæc occupasse tum vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adseuerant. Et de Doriensium migratione quidem hæc Marcellinus scripsit. At de Phocensium erroribus Stephanus Byzantius in lib. de Vrbib. sic inquit: [illegible Greek text] Id est, si latine reddas: Taurisci populi, prope alpes montanas, dicuntur & Taurini, vt Polybius in tertio. Eratosthenes Teriscos ipsos vocat, per e. Dicuntur vero Troiani fuisse. Taurus quoq; ciuitas Celtica est, late habitantium Luctiorum colonia. oppidani Taurēti. Apollodorus in primo Geographiæ ait, quod Taurophorus nauis fuerit, quæ transuehebat ad ciuitatem hanc fabros, qui relinquentes exercitum ac classem Phocæorum, & permanentes isthic, ab insignibus nouis ciuitatem appellarunt. Gentilicium est Taurini. Hæc ille. Porro nota est historiis Phocensium emigratio, plena execrationum, ad quam & Horatius libro Epodon isto carmine respexit.

Forte quid expediat communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia Phocæorum.
Velut profugit execrata ciuitas,

Veteres Pæones, & qua loca autorum de ipsis intelligenda.

Veteres Pæonum lingua corrupta.

Græcorum ab pestilentiam migrationes.

Telephus cū Græcis in Mysiam migratio.

Doriensium in Illyricum migratio.

Phocensium in Celtas & Illyricū migratio.

Huius Phocæorum migrationis meminit etiam Marcell. li. 15. tradens, ... Phocenses Harpalo Cyri regis præfecti crudelitatē vitantes, ... Celticam terram ...

[illegible]gros atque lares patrios habitandaq; phana
Apris reliquit, & rapacibus lupis.

Quoniam vero historica ex fide constat, & Massiliam in Galliis à Phocæis conditam; ne quis hunc Byzantii locum, vel de Taurino Italiæ in alpibus ciuitate, quam hodie Duronam nominant, in Pedemontis, siue vt corrupte vocant, Piemonte sitam: vel de [illegible]is etiam Tauriscis intelligere velit, qui cum Tigurinis & Toigenis, inter Heluetios quondam sedes acceperant, additum est non temere in textu, Late habitantium Luetiorum: Taurum videlicet illam de qua Stephanus loquitur, ciuitatem Celticam fuisse late habitantium Luetiorum. Ac tametsi Celtas omnes eos incolas dictos fuisse, qui ex Galliis vsq; ad Istri fontes, ac latius, secus eius fluminis ripas, versusque Italiæ alpes sedes in ortu habuerant, Herodotus etiam in quarto ostendit, cum scribit, [illegible] tamen Luetios, quorum coloniam fuisse Taurum Phocæorum illam, in Noricis alpibus habitasse, ad Hercinium nemus & non procul a Pannoniis ex Strabone aduertitur qui Cimbros tradit Boiorum armis ex Hercinia eiectos, ad Istrum se contulisse, & cum Scordiscis ac Tauriscis, Gallicis inibi gentibus habitasse: ab [illegible]que rursus ad Luetios, viros plurimo locupletes auro (vt Strabonis verbis vtar) & in pace vitam agentes commeasse. Denique ne quis addubitet, Tauriscos in alpibus Italiæ versus coluisse, vbi Plinius scilicet libro tertio, capite decimonono in Tauriscis deletam Noræam tradit, & ad Istrum, siue in Pannoniis, siue Norico, proxime Dacis, Getis, Germanisque sedes habuisse, quanquam illud vel ex Ptolemæi authoritate demonstrari luculente possit, qui libro tertio, capite octauo, tabula Europæ nona, Tauriscos Carpathi montis accolas, maxime Occidentales depingit: & Plinii præterea, qui capite duodecimo libri tertii, Claudium P[illegible] montem delineans, a fronte Scordiscos, & a tergo illius Tauriscos habitare scribit, vtramque Gallicam (a eius [illegible]) gentem: libet tamen idem ex Strabone quoque nostro demonstrare, qui libro quinto Geographiæ: Priscis igitur (inquit) [illegible] temporibus, plurimæ Gallorum gentes P[illegible] accolebant, e quibus amplissimæ fuerant Boii, Insubres, & [illegible] Romana per imperium potiti sunt [illegible]be. Ho[illegible] R[illegible] [illegible] deletos perdiderunt, Boios vero è finibus eiecerunt [illegible] inde migrantes, circumiacentes Istro locos, simul cum Tauriscis habitarunt. Et iterum de Borebista Getarum rege locutus (Traiectoque audacter Istro, ait) Thraciam d[illegible], vsque in Macedoniam & Illyricum magnum Romanis terrorem incussit, [illegible]que [illegible] finitimis, Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportauit. Boios autem, & subditos Getoseyro populus funditus deleuit, simul & Tauriscos. Hactenus ille ad quos [illegible] & ipse Stephanus respiciens, ne quis eum de aliis Tauriscis, citato iam loco, quam de his qui ad Istrum Germanis proximi, hoc est, Marcomanis colebant, originis Gallicæ, & ad quos Phocenses [illegible]elatos Apollodorus commemorat, locutum crederet: [illegible] Hoc est. Magistricce regio Tauriscorum est ad alpium montana. Incola Magistriceus, qui Germanis proximi accolunt. Hæc Stephanus. Q[illegible] ex locis autorum luce clarius iam liquet, & Tauriscos Danubio proximos, Pannoniamque accoluisse, imo ipsissimos Pannoniæ incolas, Phocenses ad se Græcos exules recepisse, qui condita ciuitate, in iis tandem finibus quam ab insignibus † Taurunum nominarunt linguam simul illhic gentiliciam, hoc est Græcam [illegible] excitarunt, aut Gallico cum idiomate (quod Teutonicum [illegible] pra often[illegible] confusam, ita permiscuere, vt illa tandem loquela prodierit, quæ nobis modo vernacula & Germanica appellatur, innumerasque adhuc Græcas in se voces comprehendit quas sub finem capitis inseremus. Has transmigrationes Græcorum, in Illyricum & Celtarum alpes, confirmarunt Galatæ postea (ita Galli primis temporibus nominabantur) qui postea quam Roma auspiciis Furii Camilli pulsi, Italia denique [illegible] ex parte c[illegible]ent, pluribus electis regibus, [illegible] ducibus, Brenno, Ceret[illegible] Ac[illegible]orio, Bolgio & bathanatio. per Noricas alpes in Pannonias mouerunt [illegible] [illegible] haud ex[illegible] a quibus videlicet & C[illegible] pes po[illegible] maiore parte populorum [illegible] in Græciam reges profectionem continuarunt. [illegible] quippe Brennum, in corona exercitus, Pausanias in Phocide refert [illegible], & [illegible] multitudinem in ærariis publicis, plura [illegible] argentum & aurum in templis Græcorum [illegible] exercitum in Græciam subeundam expedi[illegible] & equi[illegible] xx[illegible] quæ Pausanias super hac re in Phocide scripta reliquit, hic inseram: [illegible]

Taurum ex[illegible] Luetiorum qua, & vbi fuerit.

Locus Herodoti de Celtarum agro.

Taurisci in Pannonia coluisse, & ad Istrum.

Taurisci Germanis proximi.

† Hunc Taurunum Ptolemæus in confluentibus Istri & Saui [illegible] Alba Græca Hungaria. [illegible] à Taurisco [illegible] Taurunum, vbi modo est [illegible] & Taurunum.

Gallorum in [illegible] profectio.

[illegible] Quod est Lat[illegible]e versum: Concta abundus [illegible] præcessit. in P[illegible]noniam vero habitatū Brennus ibat, & Acichorius princ[illegible] vero, iuxta Macedonas & Illyri[illegible]s sedes fixit. Recitat eandem historiam & Athenæus [illegible]o quinto Dipnosophiston [illegible] Ex quibus [illegible]mus, [illegible] Græciæ inua[illegible]ione quæ tum, atque ab his quorum meminimus regibus, fa[illegible]a fuit, ob spoliatum [illegible]phi[illegible]te[illegible]plum d[illegible] numinis agitatos, in varia loca Galatas fuisse dispersos. Ex quibus nomina[illegible] B[illegible]thanatius rex cum su[illegible] ad Istrum redierit in Pannon[illegible] adeo, vt Athenæ[illegible] etiamdum tempore locus ibidem a rege Bathanatium nominatum ex[illegible]terit. P[illegible] [illegible] Gallos [illegible] Græciam p[illegible] in [illegible] de quibus loquimur, erroribus, ex Latinis etiam T. Liuius lib. 8. Decadis 4. men[illegible]nisse, vt [illegible] verbis: G[illegible], magna hom[illegible]num vis, seu inopia agri [illegible] prædæ spe, nullam gentem per quas ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos peruen[illegible]. Ibi sed[illegible]io orta, & ad XX. millia hominum cum Lomnorio & Lutario regulis, secessione facta a Brenno, in Thra[illegible]iam iter auerterunt. Ibi cum resistentibus pu[illegible]ando, pacem petentibus stipendium imponendo, By[illegible]antium cum peruenissent, aliquandiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis eius vrbes obtinuerunt. Et subdit in oratione consulis Cn. Manlii, qui in Gallogræcia Asiæ bellum tum gerebat, quo temp[illegible]ore [illegible]acedonicum in Europa bellum flagrabat: Cum hoc hoste, inquit, tam terr[illegible] [illegible] omn[illegible] regionis ei[illegible] quia bellum g[illegible]rendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum allocutus est consul. Non me præterit, milites, omnium quæ Asiā colunt gentium, [illegible]allos fama belli præstare inter mitissimum genus hominum ferox, natio perua[illegible]ata bel[illegible]o [illegible]rope orbem terrarum, sedem cæpit, proce[illegible] corpora, promissæ & rutilātes comæ, [illegible] scuta, prælongi gladii: adhoc cantus ineuntium prœlium, & vlulatus & tripudia, & quatientium scuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus, omnia de industria composita ad terrorem. Sed hæc quibus insolita atque insueta sunt, Græci & Phryges & Cares timeant: Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt. Semel primo congressu ad Alliam eos olim fuderunt maiores nostri. ex eo tempore per [illegible]iam annos, pecorum in modum consternatos cædunt, fugantque: & plures prope de G[illegible] [illegible]phis, q[illegible] de toto orbe terrarum acti sunt. Iam vsu hoc cognitum est, si primum i[illegible]petum, quem feruido ingenio & cæca ira effundunt, s[illegible]stinuer[illegible] fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma, mollia corpora, molles, vbi ira consedit, animos sol, pul[illegible]s, si[illegible], vt ferrum non admoueas, prosternunt. Non legionib. legiones eorum solū experti sumus, sed vir vnus cum viro congrediendo T. Manli[illegible], M. Valerius, quantum Gallicam rabiē vinceret Romana virtus, docuerunt. Iam M. Manlius, vnus agmine scandentes in Capitolium Gallos d[illegible]sit, & illis maioribus nostris, cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat. Hi iam de[illegible]eneres sunt, mixti, & Gallogræci vere, qui appellantur: sicut in frugibus pecudibusque nō [illegible] semina ad seruandam indolē valent, quantū terræ, proprietas, cœliq; sub quo aluntur, mutat. E[illegible] [illegible]quitur postremo eadem in Consulis oratione: [illegible] [illegible]demne hos creditis esse, qui [illegible]atres eorū, auique fuerunt? extorres, inopia agrorum profecti domo, pe[illegible] asperrimam Illyri[illegible] [illegible]oram, Pæoniā inde & Thraciā pugnando [illegible] feroci[illegible] [illegible]us emensi. Hæc ille. quæ eo prolixius adducere voluimus, primo ve[illegible]lā migrationē Gallo[illegible] in I[illegible]ricum, & Græci[illegible] Asiamque, postremo, non Græcis modo autoribus, sed Latinis quoque in [illegible]iteras relatam ex[illegible], lector candidus intelligat. de[illegible]nde vt Gallos vet[illegible]res Germanos siue Teutonas fuisse, Gallogræcosque, mixtum idioma ex Teutonico [illegible]ræcoque habuisse, o[illegible]b[illegible] [illegible]. Siquid[illegible] præter ea quæ supra adduxim[illegible] ex [illegible]nio, pleraque vocabula citantur a T. Liuio, loco supra allegato, Gallogrecorum in A[illegible] [illegible] Teut[illegible]nica [illegible], deprauata a Latinis parum: qualia & ill[illegible] regulorum nomina [illegible] Lamnerius [illegible] Lutarius: nobis Germani Landherr & Lother. Sic & De[illegible]otarius, q[illegible] [illegible]orum in Asia rex, Ci[illegible]eronis tempore fuerat cel[illegible]bris, Teut[illegible]onica est, si penit[illegible] [illegible]spiciamus, vulg[illegible] [illegible] Dietther. E[illegible]dem porro Liuii loco [illegible] nomina [illegible]rorum commemorantur, populorumque, videlicet Combolom[illegible] [illegible]aulotus, Orgiag[illegible], Tol[illegible] bo[illegible], [illegible] Cuballus, quæ etiamnum n[illegible]ro in idiomate Teutoni[illegible] supersunt, & gēdlite[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] hoc est, heroum [illegible] ro[illegible]genitores, ami[illegible] pro [illegible]. S[illegible] rursus Gallos, postea quam in G[illegible] [illegible] de qui[illegible]us loquimur erroribus [illegible] Græcis rudimenta nouæ linguæ hau[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] voces demonstrant, quæ nos Teut[illegible] adhuc Græca retinemus, ac vulgo [illegible] in commun[illegible] sermone vsurpamus.

Loca extra [illegible] Gallos ex Græciam Pannoniā reuersi.

Forma Gallogræcorum, & habitus, ex Liuio.

Vel ista de [illegible] Gallos antiquos Teutonas fuisse [illegible].

Quæ lingua Gallis [illegible] Teutonica [illegible] Græca.

Gallos in Pannonia fuisse.

Germanica vocabula Gallogræcorum apud Liuium.

Græca vocabula in Germanica lingua quæ manserunt.

quale est Purgum, pro ciuitate ac castro, quod Græci πύργον appellant: & ab his edocti quoque Gallogræci similiter protulerunt, quemadmodum Liuius libro septimo tertiæ Decadis. Eo die (inquit) castra quinq; millia passuum ab vrbe Aetolorum posuit. postero die omnes copias ad propinquum [illegible] leorū castellum, (pyrgum vocant) duxit. Sunt & alia pleraque, sed nos ne tædio lectorem afficiamus, è multis pauca commemorabimus. Quod Germani appellamus ain thier, hoc est animal, Græci θήρ dicunt. ain thür, hoc est ianuam, Græci θύραν nominant. Et breuiter, quæ Græce proferuntur [illegible]: Germani nos in hunc vsq; diem, qui a Græcis hæc in illis ipsis migrationib. hausimus, etsi corrupt[illegible] parum, pronūciare solemus, Pach/dunen/gew/mayd/ scaff/ platten/ spatten/erkher/rokh/newes/autar/nebel/nacht/leber/leymbt/leynes/ diegon/ stumm/ piren/ kopff an der khandel/leysgeen/ain larer mensch: Latinis videlicet nominata, riuulus, vnda, terra, virgo, dolium, cimba, gladius, prom[illegible]uens ædificium, tunica, nouum, vbera, nebula, nox, iecur, faba, linum, heros & exercitus ductor, mutus, pixis, caput vel capitellum, suspenso gradu incedere, mendax homo, & inconstans. Quin & templum Germani kirchen non aliunde quam à Græco nomine κήρυκος, quod est præco, vbi videlicet verbū Dei enarrat præco. Idē à σφάλλειν cadendo, ain vall: zwaifall, hoc est, duplicem casum ad vtramq; fortunam: ainfaltig, hoc est vnius fortunæ, simplicem: glückfall, casum fortunæ appellare sole[illegible]. Ita rursus, quas res Græci verbaliter efferunt, [illegible]: hæc Germani similiter nos, etsi deprauate, vna interdum litera vel dempta, vel adiecta, pronunciamus, Callen/fallen/ligen/bdeen/id est cacare, pachn/ pro suffumigare, sieden nassen/bremen/gumpē/quod est Latinis lasciuire, reyren/rayczen/jrren/ nüchter sein/ pro [illegible]io: zu pechen/ pice conglutinare, schlemmen/addita aspiratione, lekhen/ khlingen/ addita aspiratione ch, baten/quod est vadare Romanis: khüriß anlegen/id est armare: khratzē/ reyssen/wellen/schütten/scheppen/es zimbt mich/[illegible] est puto, es rond/ es daucht mich/ quod est videtur Latinis. Ad hæc omnia vtimur nos Germani simili compositione, in propriorum nominum conflatione, adiectis clausulis, dur[illegible]ain, constantiam, famam, vastationem, amorem, sermones, diuitias & animositatē sig[illegible]ficantibus. Quos namq; Græci nuncupant [illegible]: in gentilitio idiomate Germani tanquam verbum verbo reddentes, vocare solemus Wolkhard/Wolf[illegible]art/Liebhart/Leonhart/Bernhart/Albrecht/Luyprand/ Herold/ Luybpold/ Rumbhold/Sig[illegible]und/Friderich/ Wyetkhind/ Hardtman/ vnd Waldman. Constat præterea, Græcos tela l[illegible]ngiora vocare solitos [illegible], quæ ipsissima vox est Teutonica, qua sane voce & nos pugionem longiusculum appellamus ain dolichen. Græci quoq; vasa vinaria χόας dicunt, quæ Germani nos litera vna r adiecta, choar nominamus. Hinc est illud Plut. [illegible]. Idem lignea canistra ex viminibus confecta, [illegible], a flectendo, vt Suidas interpretatur, [illegible]. Eadem porro ac simili plane pronunciatione, & nos vocamus nostra etiamnum ætate, ain flechten. Denique & hodie bibere Germani vt plurimum solemus ex vasculis corneis, vel fictilibus, auro, argentoue circūdatis, quod de Celtis ac Luetiis Massiliensibus Athenæus lib. IIII. tradit in hunc mod[illegible]: [illegible]. Ex quibus locis authorum liquet, multa adhuc Græca in nostra lingua Teutonica superesse, vt supra ostensum est: quam cum Cel[illegible]ica eandem extitisse, libro huius Operis sexto ostendemus. Id quod siue ex Phocensi[illegible] in Gallias Celtasq; nauigatione, siue Doriensium Pæonisq; in Illyrici tractum, siue reditum deniq; Galatarum, ductore Bathanatio ad Istrum, contigerit, parum refert. Equidem non modo Gallos ab eo tempore constat G[illegible]cæ lin[illegible]uæ amore peruenisse in Græciā, sed Getas etiam atq; Scythas Athenas profectos, decora philosophiamq; G[illegible]æcorum ad barbaras procul nationes transportasse. Et Gallis quidem, postquā Græcia floruit, lege cautum erat, vt in Græciā quidam percipiendaru[illegible] l[illegible]erarum l[illegible]nguæq; gratia delegarentur, authore Philostrato in vita Phauorini philosophi: qui Phauorinum [illegible], per leges patrias philosophiā fuisse secutū refert. Lucianus p[illegible]r.[illegible] Her[illegible] ste[illegible]tueri affirmat, scribens nominatim: [illegible]. Id e[illegible]: Hæc ego quidem, longo tempore ad[illegible]tebam, videns, mirans atq; dubitan[illegible], & demum indignatus. Gallus autem quidam astans philosophus, non ignarus nostrarum literarum, vt videbatur, optime Græcā linguā

Propriorum nominum compositio eadem Germanis cum Græcis.

pronun-

pronuncians, philoſophus vt putaui illius regionis vnus: Ego tibi (inquit) ô hoſpes, ſoluam picturæ ænigma. Meminienim & Comicorum veſtrorum quoſdam iambos penes vos in Græcia diſcens. Manifeſtum eſt igitur, Gallos olim Græca lingua vſos, vt hodie Germani à præceptoribus Latinam ſumptam addiſcere ſolemus, quod de Gothis libro octauo ſecundæ Decadis, ſimiliter oſtendemus. Atque hactenus de Græcæ linguæ in noſtra Teutonica veſtigiis, & à Gallogræcis his importatis, qui ducem Bathanatium & Bolgium in Pannonias ac Noricum Rhætiaſq; habitatum euntes ſequuti ſunt. Gallos quippe eoſdem, ſiue Galatas, Græcæ tum linguæ in Græcia rudimenta hauſiſſe, vel illud teſtatur, quod Pauſanias in Phocide refert, Galatas, occiſo Kydia, Græcorum aduerſus ſe deſignato imperatore, Græ-
10 cis literis huiuſmodi carmen templo Iouis Eleutherii adfixiſſe, quo ſignificabatur, Kydiam imperatorem, ea tempeſtate ab ipſis deuictum, quo ferus Mars in manibus Galatarum floruerat. Carmen autem huiuſmodi erat:

> ἢ μάλα δὴ πθένοι καὶ ἐπὶ κυδὶν ὅπλων
> ἀμφὶ ἀεξήλου φωτὸς ἄγαλμα δίῃ,
> ἃς ἄζῃ δὴ πρῶτος λαιῷ ποτὶ πήχει ἔτεινε
> εὖτ' ἔβη ὁ γαλάταις ἤκμασε θοῦρος ἄρης.

Quæ omnia eiuſmodi ſunt, vt partim oſtendant, Gallos aliquandiu ſedes in Græcia habuiſſe: partim vero literis iam Græcis imbutos, non ſolum Græcum potuiſſe pro victoriâ
20 Ioui Eleutherio carmen offerre, verum reuerſos poſtmodum in Pannoniam, Dardaniam, Dalmatiamq; horum non paucos, Græcæ ſimul linguæ rudimenta tuliſſe, atq; adeo auſpicatum à Dorenſibus & Phocenſibus Græcum in his finibus idioma confirmaſſe. Et Germanos quidem (quos eiuſdem ſemper dico cum Galatis Celtiſque, ſiue Gallis, & linguæ & originis extitiſſe) Alexandro adhuc apud Macedonas regnante, Ionium ſinum coluiſſe, apud Græcos Arrianus Nicomedenſis in hiſtoria Alexandri author eſt. Nam cum Alexandri aduerſus Getas expeditionem deſcriberet, eo fere ſitu, vbi hodie Tranſyluania Iſtrum attingit, & ſecus hunc Walachia propagatur, nominatim hæc verba ſubiicit: Res prorſus ingentis audaciæ iis viſa, Alexandrum tam facile, vna modo nocte Danubium, omnium prope Europæ fluminum ampliſſimum atque altiſſimum, nullo ponte iniecto, tranſiſſe. ter-
30 rorem augebat phalangis ſeries, ac ferox equitum impetus: ac primo quidem effuſo curſu vrbem repetunt, quatuor abhinc millia paſſuum flumini proximam. Cæterum vbi conſpicati ſunt ALEXANDRVM equitatu immiſſo eo concedere, peditatum ſecus flumen agentem, ne ab hoſtibus circumueniri ex inſidiis poſſet, quoniam vrbs ipſa mœnibus parum firma videbatur, impoſitis in equos pueris ac fœminis, quos inde auferre potuerunt, in ſolitudines ſe recipiunt. Alexander vrbem vacuam nactus, capit ac ſolo æquat, prædam Meleagro & Philippo agendam tradit. deinde in amnis ripa Ioui ſeruatori atque Herculi, & ipſi amni (quia ſe haud difficilem tranſitu exhibuiſſet) ſacrum facit, eodemque die ſuos incolumes in caſtra reducit. Huc loci legati & à cæteris Danubii accolis, & à Sirmio Triballorum rege, item à Germanis qui Ionium ſinum incolunt, aduenere. Sunt quidem Ger-
40 mani, vt grandi corpore, ita animo elato, magnoque. Hæ legationes ad Alexandrum venerunt, vt amicitiam cum eo iungerent: quibus in fidem & amicitiam receptis, è Germanis quæſiuit: Quidnam eſſet in humanis rebus, quod præ cæteris extimeſcerent? ratus nominis ſui magnitudinem ad illos, multoq; etiam interius penetraſſe: idq; eſſe, quod præ cæteris omnibus ſibi formidoloſum faterentur.

Germanos Alexandri Magni tempore Ionium ſinum coluiſſe ſupra Dalmatiã.

Illi vero, quod procul ab ALEXANDRO agebant, quod loca acceſſu difficilima incolebant, ipſumque ad alia intentum videbant: Timere ſe aliud ante omnia dixerunt, ne forte in ſeſe aliquando cœlum rueret. Nihil mouit ALEXANDRVM, ſuperbum legatorum reſponſum. Itaque nihilominus tamen in amicitiam & ſocietatem receptos, domum remiſit: tantum elocutus, Germanos arrogantes eſſe. indeque in Agrianos & Pæonas iter perſequenti, nunciatum eſt, Clytim Zardilæ ab eo defeciſſe. Hactenus Arria-
50 nus de his Germanis, qui Ionium ſinum, proximi Græcis accolebant, haud procul ab Adriatico mari: quos nimirum Galatas fuiſſe, atque eos quidem, de quibus paulo ante ex autoritate Pauſaniæ & Athenæi locuti fuimus, credendum eſt. Hi vero ſpoliato in Græcia Apollinis templo, diris numinibus agitati, ac peſte fere confecti, ductore Bathanatio, in Pannonias, regioneſque vicinas ſecus Iſtrum rediere: multis etiam cum Brenno in Aſiã tranſfretantibus. Ad quos nimirum PAVLVS apoſtolus epiſtolas ſcripſit, quæ ad Eccleſia, ad Galatas leguntur. Cuius Galatarum in Aſiam nauigationis meminit ad longum T. LIVIVS lib. VIII. decadis quartæ, & Claudianus poeta lib. II. in Eutropium hocce carmine:

Galatarum in Aſiam ex Græcia tranſfretatio.

que

Gallogræcus, vel Galata.



DE LINGVA VETERVM GALLOGRAECORVM.

PORRO nec illud transeundum silentio est, Gallogræcos, vtpote Germanos, simulatque in Græciam profecti fuissent, vt posthac in transcursu sermonis ostendemus, ex Pausania & Athenęo, ductoribus Brenno, Acichorio Belgio, Cerethrio & Bathanatio regibus, à Græcis multa hausisse, suoque idiomati vocabula immiscuisse, quæ in hanc vsque diem nostra in lingua Germanica supersunt. Quippe cum diris Apollinis ob eius templum spoliatum agitati, alii in Asiam, alioque terrarum traiecissent, Bathanatium regem Athenæus in Dipnosophistis refert, eum non minima Galatarum manu rediisse in Pannoniam ad Istrum. Inde ad Pyrenæum vsque, & vltra, in Germaniam sedes mutasse, Appianus Alexādrinus, in libro cui titulum fecit Illyricus, memoriæ prodit. Id quod cum & libro sequente prolixe doceamus ex historica veritate, & vbi de Cimbris tractamus libro tertio prosequamur: tamē libet æquo lectori syluam quorundam vocabulorum præ oculis ponere, quæ cum Teutonica sint communi ac quotidiano vsu, tamen si introspicias, vel Gręcam vel Latinam originem referunt: nimirum à Gallogræcis, cum ex Græcia rediissent, spoliato templo Apollinis, hausta: vel à Romanis, cum victis Germaniæ populis, hi cœpissent iura dare, ac legiones cohabitantes accipere coacti fuissent, accepta, vsuque confirmata.

EX GRAECA LINGVA, *quæ Gallogræci in suum idioma translalere.*

ουθαρ, authar/ vbera.
αττα, atte/ id est vatter.
δμωις, ain meyd/ ancilla.
δινα, dunnen/ vnda.
ρακκ, rokh/ tunica.
τιτθη, tutten/ mammillæ.
σρυς, straus/ struthio auis.
εαρινος, heürig/ hornum.
σιρος, scheyrn/ horreum.
λακκος, lakhen/ palus.
λαγηνος, lagel.
νειρος, nider/ nier Belgice.
μητηρ, müter.
αλς, saltz.
αλσος, holtz/ sylua.
λοτρος, lother/ nebulo.
λαρξ, larf/ persona.
λινον, leyn/ linum.
λογη, lüge/ mendacium.
στοφη, stuben.
μαχαιρα, messer/ ch in ss.
νυξ, νυκτος, nacht/ nox.
μυια, mukhen.
μυς, mus.
υρος, ain hürt/ pastor.
μυλον, mül/ pistrinum.
μην, mein.
ηθη, sitten/ mores, s aspiratione adiecta.
μορος, mord/ mors.
σκωμμα, skhumppe
μελαν, melaun.
σολος, stül/ sedes.
αθμα, athem.
δισκος, disch.

EX LINGVA ROMANA, *quæ Galli & Teutones à legionibus limitaneis mutuati sunt.*

Templum, templ.
Symbolum, boltle.
Suauis, süß.
Fenestra, fenster.
Pyrum, pyrn.
Rapum, rüb.
Nasus, nas.
Cantharus, kanten.
Vulgus, volkh.
Tapetes, teppich.
Cacabus, kachel.
Pixis, püxen.
Tabula, tafel.
Vrina, harn.
Xenia, schenkh.
Vmbilicus, nabl.
Vetula, vettel.
Barbo, barb.
Puer, püb.
Buxus, purbaum.
Trepidatio, truppl.
Trux, tratzig.
Vadum, wad.
Tripus, trifüß.
Superstitiosus, apostepser.
Propheta, prophet.
Sella, sessel.
Altare, altar.
Pulpitum, pulpret.
Camera, camer.
Capo, capaun.
Turris, turn.
Tectum, dach.
Amphora, ampher.

κορη, hůr/ meretrix, aſpiratione ad- iecta.
σιλλος, ſchiller/ luſcus.
νεφελη, nebel.
ὄζος, aſt/ ramus.
δαίς, thail/ portio.
νυν, nun/ iam.
μαστος, maſt.
ὀπωρα, ops.
βοσκη, boſch/ nemus.
οκτω, acht.
ἑκυρα, ſchwiger/ addita aſpiratione, Latinis ſocrus.
σιτλον, ſeidel/ ſitula.
νοννα, nonn/ monialis.
ρησις, red/ oratio.
νυδος, nakhet/ addita aſpiratione.
στιβος, ſteg/ ſemita.
ἀγκων, agſt/ olim in Francica lingua anchon.
νεος, new.
ωον, ay/ ouum.
ἄστομος, ſtumm/ mutus.
κρανος, khrauß/ vocali in diphthongum verſa.
χωρα, khraiß/ regio.
ὀκκος, aug/ oculus.
συς, ſaw.
χαιτη, ſait.
σαγμάρος, ſaumer/ qui equis vaſa fert.
σκαφος, ſchiff/ ſchaff.
ἔλαιον, öl.
σινος, ſünd.
παλλάτιον, pallaſt.
παρθεταιον, partiſon.
ἀμέλγειν, melkhen.
μορμύρειν, murren.
κορυσσειν, khöriſſen.
πέλλιξ, pelß.
γλυμμα, glufft/ rima, m litera omiſſa.
σχινδαλα, ſchindel.
κραβος, grůb/ foſſa.
σκαπτιον, ſchauffel.
αλθαιος, ſat/ s litera & aſpiratione addita.
γραφα, grampen/ rechen.
ῥαβδος, růt/ virga.
πωλος, pful/ pullus gallinæ.
χυσον, skhuß Belgice, puluinar.
σιγελον, ſichel/ falx, literis aliquot omiſſis.
κογγυλος, khögel n littera deleta.
κυλλος, khugel.
τραπητης, traber/ equus ſuccuſſator.
σφέλας, ſchwel/ ſcabellum, per aſpirationem Germanicam.
γλανος, glantz/ ſplendor.
σταλη, ſtal.

Pagus, pach.
Paſſus, paß.
Lyra, leyren.
Macellum, metzg.
Grandis, groß.
Placenta, fladen/ f pro p litera.
Paſtillus, paſtetle.
Gabalum, galgen / literis tranſmutatis.
Rictus, rachen.
Patronus, patron.
Pellex, palkh/ meretrix.
Pellis, fell/ p litera pro f poſita.
Peregrinus, pilgran/ l litera pro r.
Sceptrum, ſcepter.
Pecia, fetz.
Tumultus, tummel.
Peſtis, peſtilentz.
Pila, pal.
Pilum, pfeil/ per aſpirationem.
Pix, pech.
Culcitra, khulter.
Plaga, plag.
Porro, ferr/ p litera in f verſa.
Poſtis, pfoſte.
Presbyter, prieſter/ per ſyncopen.
Raptor, rauber.
Romphea, rappir/ vna litera deleta.
Mantellum, mantel.
Medius, mittel.
Monaſterium, münſter.
Muſculus, maus.
Vannus, wann.
Myrrha, myrrhen.
Nucha, nakh/ u litera in a verſa.
Sorbillare, ſürblen.
Nubilari, neblen.
Domare, demmen.
Eiulare, heülen.
Pluma, pflum/ per aſpirationem.
Saccus, ſakh.
Ruga, runtzel/ vna litera adiecta.
Saga, ſaggon.
Salus, hail/ s in h aſpirationem.
Sanus, geſund/ per aſpirationem.
Sedes, geſeß.
Stemma, ſtam/ e litera in a.
Stigma, ſtich.
Amylum, ammerdum/ genus farinæ.
Perſona, perſon.
Quartus imber, quattember.
Parata, braut.
Nurus, ſchnůr/ per aſpirationem.
Vermis, wurm.
Verum, war/ per ſyncopen.
Pentecoſte, pfingſten.
Præbenda, pfrenð.
Papyrus, papyr.
Infula, infel.

βελλ, Myni-

[illegible], will/ voluntas.
[illegible], stelz/ zů in vnderpulgen.
[illegible], thum/ insanus.
[illegible], dün/ s litera dempta.
ἔρα, erd/ terra.
[illegible], chittel/ tunicæ genus.
τρίτος, dritte/ tertius, coniunctis literis.
[illegible]. topff/ turbo.
[illegible], abloß/ absolutio:
[illegible], fort/ vadum.
[illegible], wyn.
[illegible], khalble/ vitulus.
πύργος, thurn.
[illegible], gwaltig/ per aspirationem Germanicam.
[illegible], mistel/ viscus.
[illegible], elen/ vlna.
[illegible], schad/ vmbra.
[illegible], vncz.
[illegible], resch/ velox.
[illegible], stapffe/ vestigium.
[illegible], wikhe.
[illegible], bekhanter/ per aspirationem.
[illegible], peitl/ marsupium.
[illegible], nachpaur/ vicinus.
[illegible], o wee/ dolentis.
[illegible], ain latter/ lauacri, siue lotionis genus apud nos Austriacos.
[illegible], schiter.
[illegible], ber/ aper.
[illegible], weld/ ɳ in e literam.
[illegible], garbe/ fasciculus frumenti.
[illegible], ellend/ laydig.
[illegible], trymm.
[illegible], gönner/ fautor.
[illegible], khratzen.
[illegible], lekhen.
[illegible], malen.
[illegible], laichen/ lasciuire.
[illegible], mischen.
[illegible], melkhen.
[illegible], mussen/ mussare.
[illegible], murzhen.
[illegible], nephen/ nuere.
[illegible], gelahen/ ridere.
[illegible], maynen.
[illegible], schwimmen/ addita aspiratione.
[illegible], bdán/ cacare.
[illegible], beraiten/ parare.
[illegible], pacn.
[illegible], schmukhen/ id est ornare.
[illegible], tenkhen.
[illegible], rinnen.
[illegible], starzen/ schaben.

Mynium, mynt.
Pruneus, praun.
Durus, dürr.
Mala, maul.
Asellus, esel.
Magister, meister.
Mactator, metzger.
Mespilum, nespel.
Matutina, metten.
Mitra, mitze.
Moneta, müntz.
Phasianus, phasian.
Organum, orgel.
Hospitale, spittel/ prima syllaba omissa.
Martius, mertz.
Messor, meder.
Minor, minder.
Lepidus, lieplich.
Nepos, neff.
Muscus, müß.
Nomen, nam.
Nidus, nest.
Planum, plan.
Testamentum, testament.
Platea, platz.
Armarium, armar.
Centenarius, centner.
Plaga, plagen.
Piscis, visch/ per aspirationem.
Pileus, filtz.
Populus, pöfel.
Porta, pforten.
Coquina, khuchen.
Potior, pesser.
Vespa, wesp.
Oriza, reiß/ prima litera deleta.
Viola, veiel.
Viduus, witwer.
Luxus, lust.
Scribere, schreiben.
Legere, lesen.
Studere, studieren.
Torrere, torren.
Tolerare, dulden.
Vexare, vexieren.
Incendere, anzinden.
Induere, anthůn.
Offendere, finden/ prima syllaba dempta.
Nuere, naigen.
Porrigere, raichen/ prima syllaba dempta.
Spargere, sprengen/ transpositis literis.
Sternutare, nutten/ niesen.
Scabere, schaben.
Spuere, speyen.
Stipare, stopffen.

σχίζειν, ſchideren/ſchneiden.
κράζειν, grakhen/ khreyſten/ ſcreare.
βρόχειν, worgen/ ſtrangulare.
τρίβειν, reiben.
τορνεῖν, träen/ tornare.
θιγεῖν, getigen/ taſten/ tangere.
λακτίζειν, lakhen/ calcitrare.
ἀζαίνειν, ſengen ain praten.
πρήθειν, praten.
ἄγειν, jagen / aſpiratione accedente.
λοιδορεῖν, läſtern/ id eſt, criminari.
μαχεῖν, machen.
κνήθειν, khnetten.
καγχάζειν, gakzen.
θραύειν, thratzen.
νυστάζειν, napfzen/ dormire, per ſyncopen.
ἀλλάζειν, tauſchen / per aſpirationem.
δύνειν, tunkhen.
κάπτειν, gapffen.
σχάζειν, ſchieſſen.
γαργαλίζειν, khutzlen/ titillare.
στραγγεύειν, ſtrekhen/ torquere.
βρώσκειν, freſchen/ uorare.
φρύγειν, brennen.
πλέκειν, plitſchen/ plectere.
τίλλειν, welzen/ uellicare.
ὑφαίνειν, weben/ texere.
πλήσσειν, plagen.
λέγειν, liegen/ mentiri.
βράζειν, braſſen/ crapulari.
φλύειν, flieſſen/ fluere.
δράσσειν, dratzen.
φθονεῖν, neiden/ inuidere.
σφάλλειν, fallen/ labi.
βαίνειν, watten/ vadare.
θέλγειν, daulgt mich auf/ vana me ſpe lactat.
κιχλίζειν, khutlen/ id eſt clanculum ridere.
σείειν, ſchütlen/ quatere.
καρτερεῖν, harren/ durare.
στῆναι, ſteen.
στρωννύειν, ſtreen/ ſternere.
ῥέγχειν, ranchen.
στύφειν, ſtopfen.
κτενίζειν, khammen/ pectere.
μεστοῦν, meſten/ ſaginare.
κυνεῖν, küſſen/ oſculari.
τωθάζειν, tantlen/ iocari.
ἐλαύνειν, lauffen/ currere.
ψελλίζειν, wiſplen.
φαλεύειν, füllen.
ἀναβάλλειν, anfallen.
ἅπτειν, häfften.

Nictare, nichtzen.
Metiri, meſſen.
Offerre, opferen.
Ordinare, ordnen.
Vincire, binden.
Compeſcere, paſchkhen.
Feriari, feyren.
Diſpendere, außpannen.
Trahere, trekhen.
Titubare, teuplen.
Parare, beraytten.
Pipare, pfeiffen.
Plectere, flechten.
Raptare, rupfen.
Rodere, retzen.
Ructare, reukhtzen.
Sannare, tzannen.
Ruere, rüren.
Sculpere, ſkalpen.
Serere, ſeen.
Sedere, ſitzen.
Minuere, mindren.
Monere, manen.
Imbuere, inbeitzen.
Irritare, anreitzen.
Lambere, lappen.
Laxare, laſſen.
Locare, loſiern.
Pangere, pakhen.
Porrigere, raichen.
Reſidere, raſten.
Rigare, regnen.
Rigere, ragen.
Regnare, regieren.
Sorbillare, ſurfflen.
Scarificare, ſchrepffen.
Spectare, beſichtigen/ per ſyncopen.
Spuere, ſpeuwhen.
Truſare, treiben.
Triumphare, triumphiern.
Turbari, turblen.
Vlulare, heülen.
Cachinnare, gakhitzen.
Plantare, pflantzen/ per aſpirationem.
Premere, preſſen.
Palare, wahlen.
Propinare, bringen/ per ſyncopen.
Stridere, ſtriden.
Molere, malen.
Sugere, ſaugen.
Stringere, ſtreichen.
Vacillare, wakhlen.
Fluere, fletzen.
Stare, ſtehen.
Gubernare, gubernieren.
Languere, langmütig ſeyn.
Lenire, lindren.
Anhelare, lehtzen.

βρυλλειν, brellen.
ρωειν, rühen.
γαργαριζειν, gurglen.
σαυειν, sausen/ per aspirationem.
ελδω, hold.
ελεινος, elendig.
εναγγαιος, ánlich/ similis.
εργον, werkh/ per aspirationem.
γαμαλιος, gamalith.
θανατος, thot/ per syncopen.
ομβολις, gnebl.
γεμμας, gembs.
καρτος, hart.
κελητης, schlepper/ per syncopen.
κελυφος, schelffe.
κλωθμος, khloß.
κυμβαχος, gumpechtig.
σκολιος, schuel/ addita aspirationè.
θαρρειν, darzen.
καιειν, khennen.
κραζειν, khrißen.
κυθριζειν, khytren.
λαιμαν, schlemmen/ per aspirationem.
πνευστιαν, schnauffen.
ρησσειν, reissen.
σηθειν, siechten.
μελδειν, schmelßen/ per aspirationem,
πραγμα, prauch.
κοτινα, khot.
βρωμα, brot.
φοβος, forcht/ timor, r litera inserta.
σκοπελος, fels/ prima syllaba dempta.
ικανος, genúg/ satis, per syncopen.
ορυμαγδος, grumpel/ rumor.
τανινος, dann/ abies.
στυγον, stahel/ calybs.
βοηθος, voit/ vogt/ præses.
θυμος, mût/ animus, transpositis literis.
αγχος, angst/ tristis.
βακινον, bekhyn/ peluis.
παρτις, bart/ barba,
αγκων, ekh/ angulus.
βομβαξ, bomwol.
αξων, axen.
πιτυρον, bret/ asser, transpositis literis, per syncopen.
βικαλιον, bether/ cyathus.
βυβαλις, buffel.
πυξος, purbaum.
πυρρος, pyrzhet.
ιματιον, hemat/ camisia.
χαρτης, kharten.
βυτινα, butten.
χασμη, gaumiß/ oscitatio.
ροδον, rosen/ d litera in s aspirationem.
βαρβαξ, spárber/ accipiter.
κακολον, kholen/ carbo, prima syllaba dempta.

Crepare, krachen.
Agitare, achten.
Ringi, rimpffen.
Macula, mal.
Socci, sokhen.
Sus, saw.
Sata, saat.
Labia, lippen/ lefftzen.
Proba, ain prob.
Venale, feyl.
Bene venale, wolfeyl.
Mustum, most.
Mortarium, morser.
Modulus, model.
Pallidus, bleich.
Penicillus, pensel.
Partus, purt.
Nequam, nichtig.
Præpositus, probst.
Rubigo, rost/ per syncopen.
Regula, regel.
Sigillum, sigel.
Turtur, turltaub.
Vastus, wûst.
Lancea, lantzen.
Metallum, metall.
Linea, liny.
Rheda & rota, rad.
Castus, kheüsch.
Caballus, khlepper.
Cicer, khicher.
Buccella, bißle.
Falco, falkh.
Elementum, element.
Expendenda, spend.
Fracidum, frat.
Formido, forcht.
Grossuli, khrösel.
Grillus, grill.
Festum, fest.
Iugum, joch.
Iustum, just.
Ilico, glich.
Maior, mayr.
Mensor, messer.
Mulus, mûl.
Nemo, niemand.
Nebulæ, nebel.
Nux, nuß.
Stolidus, toll/ per syncopen.
Crudelis, graulich.
Apage te, pakh dich/ abi.
Aprilis, April.
Mensis, mónat/ s litera in t.
Bandum, banier/ vexillum.
Bursa, burß.
Butyrum, butter.
Cerdo, gerber/ c litera in g.
Communis, gemayn.

κάραβος, kharebs/ cancer, per syncopen.
κάπηλος, khauffman/ khopman Belgice, addita voce man.
ἀλλ', oder/ sed.
ἔνδον, inten/ intus.
κάττος, katz/ catus.
κάψα, kåsten.
κατάρρος, catarr.
κῆνσος, zinß/ census.
κνώδαλος, khnyttel.
σπιθαμή, spann.
ἀμήχανος, amåchtig/ a litera addita.
κεράσιον, khersen.
ἄσχη, åsch/ cinis.
βυθός, phut/ cunnus.
κίτριον, citran.
πέλεκυς, pikhel/ securis.
κόλαβος, kholb/ claua.
κλαῦστρον, closter/ monasterium.
κλεισις, clausen.
χλαμύς, khlamat.
χολή, gall/ cholera.
καυλός, khaul/ khôl/ beta.
κολλάριον goller/ amiculum.
ἀκτή, attich/ ebulus.
λοῖσθος, der lest/ vltimus.
φηγός, büch/ arbor.
βλαδύς, blöd/ debilis, per mutationem vocalium.
σκάφη, schaff.
κρυπτή, krufft/ sub terra.
κογχύλιον, gunkhel.
κώρυκος, khocher.
κρωβύλον, khreperle.
φλοιός, vloit/ fistula.
κόκκυξ. khukitz/ auis.
κύρβις, khyrbis.
πέταλον, blat/ per syncopen.
στόρξ, starch/ ciconia.
ἐλεημοσύνη, almůsen.
φάλαινα, fal/ wal.
θύελλα, wellen/ fluctus.
θυγάτηρ, tochter/ filia, per syncopen.
ἀγγεῖον, angster/ poculum.
κώθων, khotzen.
δέκατον, per aspirationem Germanicam, der zechend.
ἔδειν, essen.
δράσσειν, dratzen.
ὑφαίνειν, weben/ texere.
στραγγεύειν, strikhen/ torquere.
βούλεσθαι, wöllen.
ἐμβάλλειν, anfallen.
ψάλλειν, schallen.
χλωρεῖν, grünen/ virere.
τείνειν, dånen/ ziehen/ tendere.

Cuprum, khupfer.
Culus, culkhy Belgice.
Copula, khöpfle.
Duplum, doppel.
Saccus, sakh.
Esca, esch.
Mercatus, mårkht.
Fax, fakhel.
Feriæ, feyrtag.
Frigus, frisch.
Sclopus, klopp.
Sinapis, senff.
Sputum, speichel.
Rotundus, rund/ per syncopen.
Scorpius, scorpion.
Strigil, strigel.
Gipsum, gibs.
Speculum, spiegel.
Ager, agger.
Securus, sicher.
Alpes, alpen.
Anas, anten.
Catena, khetten.
Carcer, kårkher/ per aspirationem.
Nucha, nakhe.
Clarus, clar.
Elephantus, elephant.
Ancora, ankher.
Alter, ander/ litera l in n.
Ruga, runtzel.
Fructus, frucht.
Pomarium, paumgarten.
Ornus, ahorn/ transpositis literis.
Speculum, spiegel.
Strenuus, streng.
Puluinus, pfulkhys.
Rhetor, redner.
Rhythmus, rhaym.
Sapo, seyff.
Sabbatum, sambstag.
Cella, czel.
Secola, sichel.
Septem, siben.
Sedile, sidel.
Spinula, spindel.
Spinacia, spenat.
Tignum, tigel.
Titulus, tittel.
Pellicea, beltz.
Pauo, pfaw.
Scribere, schreiben.
Ordinare, ordnen.
Puluis, puluer.
Rapum, rûben.
Rastrum, rächen.
Capitium, khapp.
Rosa, rosen.
Circinus, cirkhel.
Rutilus, vel rubeus, rot.

κλαῖδ, klaid/ vestis.	Giluus, gelb.
ἀκρασίης, kranckh/ ægrotus.	Schedula, zedel.
ἀγκύλιον, angel/ aculeus.	Seta, sait/ chorda.
ἰαμος, iamer/ lamentum.	Serilla, schür/ per aspirationem.
στεῖρα, stir/ prora nauis.	Simila, semel.
σύνεσις, sinn/ mens.	Stramen, stro/ per syncopen.
κάπηλος, kauffman/ mercator.	Fasciola, faczelet.
ἄρτον, art.	Irretitus, irrig.
φαῦλον, faul/ piger.	Ventus, wind.
χαρακας, kharst/ ligo.	Tyrannus, tyrann.
βῦς, phiech/ pecus.	Laterna, latern.
ἀγχίθυρος, nachpaur/ vicinus.	Palus, pfal.

Cæterum Gallogræcos cæsariem aluisse, Homerus testatur Iliados libro 8.

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ. Id est:
Cæsarie insignes redimebant vina Pelasgi,
Ære alii, ferro quidam lucente, &c.

SEQVITVR LIBER SECVNDVS.

DE GENTIVM MIGRATIONIBVS LIBER SECVNDVS: DE GALLOGRAECIS ET BARbarogræcis in Pannonias & Noricum migrantibus: *Autore* WOLFGANGO LAZIO *Viennense, Regio Historico.*

GRÆCORVM in Pannoniis & Norico sedes, tametsi nulli ante nos, aut linguam saltem Græcam barbaris isthic commixtam coaluisse, tradiderint: extant tamen non paucæ in Germanica lingua (quã olim Gallis fuisse communem, Illyricisq;, deinceps ostendemus) Græcæ originis voces, eiusdem vt apud nos significationis. Quæ id plane coargue re possunt, quod dicimus. Et in Commentariis rerum Gallicarum libro primo, scribit Cæsar: In castris Heluetiorum tabulæ repertæ sunt, Græcis literis confectæ, & ad Cæsarem perlatæ: quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exisset, eorum qui arma ferre possent. Et rursus lib. sexto eiusdem historiæ, cum de Druidum iudicio loquitur: Ita nonnulli annos vicenos (inquit) in disciplina permanent, neq; fas esse existimant, ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus publicis, priuatisq; rationibus, Græcis literis vtantur. Quæ tametsi ad Gallos pertinere videri possent, tamen Gallos docebo libro huius Operis quinto, in Pannoniis & Norico coluisse. Quos Teutonicam insuper linguam familiarem habuisse, cum alia permulta ostendunt, quibus Cæsar in Commentariis, & Cornelius Tacitus itemq; Strabo non semel, Germanos cum Gallis, & morum armaturæq; similitudine, & belli comparant administratione: tum præcipue ex capite libri XVIII. Plinii illud aduertitur, vbi videlicet aratra rotulis instructa, Phlurada, gentilicia Gallis lingua, & Padum fluuium, quod fundo careat, Podincum apud Ligures dici commemorat. Quæ vox eodem posterius euentu, nimirum ab Alemanis lacui Acronio in Rhætia prima, indita fuit, vtpote vere Teutonica. Vt nihil addam, quibus vocabulis idem Gallos an ferem repræsentare, & medullã picemq;, adseuerat: hoc est, Gansa, marga, ac becha, quas ipsissimas constat, omnes Teutonicas voces esse. Refert & Quintilianus, rhedam Gallos currum vocare: & Cicero, rhedarium Gallis aurigam dici. Porro & hodie Germani currum rhadam appellare solemus. Cæterũ (quod dicere cœpimus) Græcam linguam primis mundi temporibus, vsq; in Pannonias & Noricum fuisse propagatam, tametsi vel ex Herculis posſimus, Vlyssisq; & Cadmi erroribus confirmare: tamen & gentes quasdam Græciæ ostendam, partim diris numinis agitatas, partim vero, dum fœcundiores inquirunt sedes, non solum in eum fuisse tractum delatos, qui postea Illyricum, ab Illyris Gallis aduenis, vel vt alii volunt, Cadmi filio Illyrico, dici cœptus est, verumetiam multis in eo seculis tenuisse: & præcipue vbi hodie Hungariã Austriamq; & Styriam prouincias, Carinthiamq; excurrere videmus. Incipiam à fabulosis & vetustioribus, quæ tamen magnis etiam video autoribus celebrari. Quorum Appianus

Alexandrinus, in Illyriorum historia sic scribit: Longitudo Illyrici in triplo productior est, vt Græci perhibent. Romani eam regionem mensuræ subijcientes, longitudinem sex millium stadiorum, latitudinem mille & ducentorum numero contineri putant: asseruntque eius prouinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemo ortum habuisse. Polyphemo quippe Cyclopi ac Galateæ, Celtum & Illyrium & Gallum filios extitisse: eosque ex Sicilia progressos, Celtis & Illyriis & Galatis ab ipsis cognomen adsumentibus, imperitasse. Et hæc mihi inter pleraque a multis memorata placuere. Illyrio deinde filios Achillem, Autarium, Dardanum, Medum, Taulantium, Perrhœbumque referunt: filias quoque Partham, Daortam, Daseram, aliasque: a quibus Taulantii, Perrhœbi, Achillei, Autarici, Dardani, Partheni, Daserecij, Dassiique prodiere. Autario ipsi Pannonium, vel Pæonum potius, & Scordiscum filios fuisse aiunt. Pæoni Tribalum, à quibus pariter nationum cognomina traducta sunt. Et hæc quidem ab antiquitate repetuntur. Quibus adnumerandi sunt alii, qui Illyrium non Polyphemi, sed Cadmi fuisse conditoris Thebarum filium aiunt. Cuius pater ex Phœnicia mutatis sedibus, profectus cum esset in Græciam, conditisque Thebis, Bœotiam nouam à Boue regionem denominasset, demum à Zetho & Amphione regno pulsus, in Illyrios, hoc est, tractum terræ Istro Adriaticoque mari comprehensum, abiuerat. Vt verisimile sit, si his fides est quædam ttibuenda, literas Græcas allatas ex Phœnicia, α, β, γ, δ, ε, ζ, ι, κ, λ, μ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ, vti fuerunt in Bœotiam à patre diffusæ, ita non minus ab Illyrio filio in Illyricum peruenisse. Quibus & scribi res quæuis conceptæ & mediatæ, & ab hominibus pronunciari poterant. adeo videlicet, vt eadem pene origine, ijsdemque initiis, Græca lingua, quum in Hellade atque Achaia, tum in Macedonia pariter & Illyrico plantata existat. idque ante adhuc belli Troiani tempora. Constat enim, Palamedem in bello Troiano Cadmæis literis reliquas quatuor adiecisse, ξ, θ, φ, χ. Huc pertinent quæ de Amphitryonis filio Hercule Ammianus Marcellinus lib. xv. memorat: ab Amhigentibus etiam & Druidibus de sua origine apud Gallos repeti, esseque à Timagene in Græcas literas missum. Nempe Taurisco, qui tyrannide Gallicos populos premebat, occiso, Herculem cum generosis fœminis Gallorum coiuisse, suscepisseque plures liberos, & eas partes quibus imperitab[illegible]r, suis appellasse nominibus. Quam rem codex admodum vetustus nostræ gentis Annalium à nobis repertus, & in quo fide digna sunt adnotata, confirmare videtur. In quo de etymologia Norici hæc nominatim verba extant: Et quia Noricum nominauimus, etymologiam eius si placet exprimamus. Boiarii traduntur ab Armenia oriundi, qui cum magna multitudine de finibus suis egressi, hanc terram sunt ingressi, expulsisque Aboriginibus, pro eis habitauere, & terram de nomine ducis Bauaro Bauariam nominauerunt. Hanc post multos dies, Norix filius Herculis expugnans, Noricum de suo nomine vocauit. In qua & ciuitatem Tiburtinam [illegible] nunc Ratisbona dicitur, ædificauit. Ripensis autem, quæ nunc Orientalis dicitu[illegible] vocatur: quia subductis montibus, ripa Danubii vndiq; vineis & arnis fœcundatur. Hæ[illegible] ex libro Annalium vetusto. Hic rursus vt transeam Cadmi Illyricique filii fabulas, quem ex Phœnicia in Bœotiam, atque inde in agros Illyriei, conditis iam Thebis, transmigrasse poetæ canunt: vtq; denique Vlyssis errores omittam, quibus delatos in Germaniam Græcos plerosque ad Rhenum fuisse, suoque tempore etiamdum in confinio Rhætiæ & Germaniæ Laertæ Vlyssis parentis tumulum literis Græcis inscriptum fuisse visum, Tacitus affirmat (Id quod Marcellinus, de Gallorum differens origine, confirmare videtur libro xv, cum ait: Aiunt quidam paucos post excidium Troiæ fugirantes Græcos, vbiq; dispersos, loca hæc adiisse tunc vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus asseuerant, quod & nos legimus in monumentis eorum incisum.) Hæc vero omnia surda aure vt transeam, constat Pæonem demum Endymionis filium, à fratre Epæo fatalis illius equi Troiani fabricatore, victum cursu in certamine publico, cum ignominiæ casum grauius ferret, in Macedoniam ex penetralibus Græciæ commigrasse, Pæoniam in Macedoniis prouinciam fecisse, Epiro, Illyriis, & Dardanis vicinam: quam salis copia ac coctura, Liuius Decade quinta commendat, & Stobis Pæonię oppido eius refert emporium fuisse, vnde Dardani & Illyrii sal petebant. Atque eo euentu Græcos aliquos ductore Pæone, in vltimas Macedoniæ partes venisse, verisimile est. Vnde pulsi, ne à Paulo Æmylio, cum Perseum Macedoniæ isthic regem debellasset, Genthiumque Illyriorum in acie victum cæpisset regem, vel transpositi auitis de finibus, ad Istrum cõmigrarint, seu libertatis denique prærogatiua lares suos sponte vltra Sauum in Illyrici tractum transtulerint, haud equidem satis constat. Pæoniam tamen nouam Sauo fluuio, Celticis Alpibus, Dardania, Dalmatia atque Istria, qui hęc secuti sunt tempora autores circumscripsere. quam Pannoniam Romani postea, cum ad eos cũ exercitu, duce Octauiano Cæsare peruenissent, nominarunt. Neq; enim

Græca lingua eodem tempore in Illyrico quo & in Hellade exorta.

Meminit Herculis in Germaniã transgressi & Tacitus de moribus Germanorum.

Norici etymon & origo.

Cadmi Illyricis & Vlyssis in Germaniã Danubiũ Rhenumq; migrationes.

Pæonis Endymionis filii cum Græcis in tractũ Illyrici immigratio.

Noua Pannonia intra Sauũ, Danubium & Alpes.

enim ante Augusti Cæsaris ætatem Pannoniæ legitur auditum vocabulum fuisse, neque à quoquam qui res ante hunc gestas adnotarunt, in literas missum: Pæoniaque, de qua (vt dictum est) & T. Liuius decade quinta, & Arrianus Nicomedensis in historia Alexandri Magni loquuntur, nõ hæc noua in Illyrico posita, sed vetus illa intelligenda prouincia est, intra Macedoniæ fines collocata. Pæones igitur, hoc est, à Pæone Endymionis filio in Macedonia coloni missi, Græci fuerunt. quos postea, bello inter Paulum Æmylium Romanorum ducem & Persæum Macedoniæ regem, atque inde etiam Genthium Illyriorum principem flagrante, traiecto Sauo in Illyricum commigrasse adserimus, vbi posterioribus seculis Pannoniæ celebrati agri fuere. Fuisse vero & illam Pæoniam à Græcis prouinciam appellatam, Pęonesque ab Illyriis colonos admissos (id quod institutum nostrum prorsus confirmat) Appianus Alexandrinus aperte in eo libro ostendit, quem Illyricum inscripsit his verbis: Pæones vero natio ingens, circa Istrum per longum incolens, ab Iapidum populis supra Dardanos protenditur. Hi Pæones a Græcis, à Romanis Pannonii appellantur, & ab illis, vt præmisimus, inter Illyrios adnumerati sunt. Et iterum: Gloriosi hi admodum ob Macedonum Agrianos, qui potissimum Philippo & Alexandro operam in bellis præstiterunt. Quoniam & hi Pæones fuerunt ex his, qui inferiorem incolunt, ab Illyriis coloni editi. Hactenus Appianus. Ex quibus non solum Pæones, apparet, quo euentu in Illyricum transgressi sint, verum Græcæ ipsos originis extitisse: tametsi barbaris passim isthic immixti, ac Troianorum posteritati, amissis paulatim moribus, ac ciuilitate deposita, linguam quoque postremo deprauarint. Id quod posterioribus seculis Latinis in Italia, Francisque in Gallia accidisse cognouimus. Vt qui olim Romanam quidem illic puram & tersam linguam, hic vero Teutonicam habuerint, nunc corruptis omnibus pene verbis, nec à Latino nec à Germano intelligi amplius possint. Atque hæc de his, qui ex Macedonia Græcæ originis in Pannoniam siue Illyricum populi commearunt, & à Pæone Endymionis filio Epæique fratre descendisse dicuntur, linguam tamen corruptam & non prosus Græcam importantes: non enim dubium est, Macedones diuersum à cæteris Græciæ populis idioma habuisse. Nunc de reliquis Græcis eundem casum docebo. Quibus videlicet pestilentia laborantibus, oraculum respondisse fertur, vt ad vltimum Mysorum nauigarent. Itaque cum diu dubitassent, quid sibi vellet hoc oraculum, tandem diu circumacti, repererunt Æolidem in extremis Mysorum esse sitam: atque eo demigrandum esse, monuisse numen. Traditur & Telephus, siue post interemptos auunculos Pythii suasu, siue vt matrem quæreret, cum manu Græcorum ad fines Mysiæ venisse, atque isthic ad Teuthraniam in plaga occidua ciuitatem consedisse. Est autem Mysia prouincia, quæ modo Seruia & Rascia dicitur, Hungariæ, hoc est Pannoniæ, de qua sermo est, proxima: & quondam à Romanis non minus atque Pannonia, inter Illyrici prouincias adnumerata. Cæterum miserunt in Pannonias Noricumque colonias, & Dorienses atque Phocenses, quemadmodum Ammianus libro XV scriptum reliquit. Alii Dorienses antiquiorem secutos Herculem, Oceani locos inhabitasse vicinos Thraciæ memorant. Reuera fuisse populi partem indigenam, sed alios quoque ab insulis exiimis confluxisse, ex tractibus Transrhenanis, celebritate bellorum & alluuione feruidi maris, sedibus suis expulsos. Aiunt quidam, post excidium Troiæ, & fugitantes Græcos vbique dispersos, loca hæc occupasse tum vacua. Regionum autem incolæ id magis omnibus adseuerant. Et de Doriensium migratione quidem hæc Marcellinus scripsit. At de Phocensium erroribus Stephanus Byzantius in lib. de Vrbib. sic inquit: Ταυρίσκοι ἔθνη περὶ τὰ ἄλπεια [illegible] Id est, si latine reddas: Taurisci populi, prope alpes montanas, dicuntur & Taurini, vt Polybius in tertio. Eratosthenes Teriscos ipsos vocat, per e. Dicuntur vero Troiani fuisse. Taurus quoq; ciuitas Celtica est, late habitantium Luctiorum colonia. oppidani Taurēti. Apollodorus in primo Geographiæ ait, quod Taurophorus nauis erit, quæ transuehebat ad ciuitatem hanc fabros, qui relinquentes exercitum ac classem Phocæorum, & permanentes isthic, ab insignibus nouis ciuitatem appellarunt. Gentilicium est Taurini. Hæc ille. Porro nota est historiis Phocensium emigratio, plena execrationum, ad quam & Horatius libro Epodon isto carmine respexit.

Forte quid expediat communiter, aut melior pars
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia Phocæorum.
Velut profugit execrata ciuitas,

Veteris Pannonia vbi, & qua loca autorum de ipsa intelligenda.

Veteris Pannonum linguæ corruptio.

Græcorum ab pestem migrationes.

Telephi & Græcorum Mysiam migratio.

Doriensium in [illegible]

Phocensium in Celtas & Illyricū migratio.

Huius Phocæorum migrationis meminit etiam Marcell. li. 15. tradens nominatim, Phocenses Harpali Cyri regis præfecti crudelitatem [illegible] in Celticam [illegible] migrationem.

Agros atque lares patrios habitandaq; phana
Apris reliquit, & rapacibus lupis.

Quoniam vero historica ex fide constat, & Massiliam in Gallia a Phocæis conditam; ne quis hunc Byzantii locum, vel de Taurino Italiæ in alpibus ciuitate, quam hodie Duronam nominant, in Pedemontis, siue vt corrupte vocant, Piemonte sitam: vel de his etiam Tauriscis intelligere velit, qui cum Tigurinis & Toigenis, inter Heluetios quondam sedes acceperant, additum est non temere in textu, Late habitantium Luetiorum: Taurum videlicet illam de qua S[illegible] loquitur, cum tamen Celticam fuisse late habitantium Luctiorum. Ac tamen Celtas omnes eos incolas dictos fuisse, qui ex Galliis vsq; ad Istri fontes, ac latius, secus eius fluminis ripas, versusque Italiæ alpes sedes in ortu habuerant, Herodotus etiam in quarto ostendit, cum scribit, [illegible] tamen Luetios, quorum coloniam fuisse Taurum Phocæorum illam, in Norici alpibus habitasse, ad Hercinium nemus, & non procul a Pannonia ex Strabone aduertitur. qui Cimbros [illegible] Boiorum armis ex Hercinia electos, ad Istrum se contulisse, & cum Scordiscis ac Tauriscis, Gallicis inibi gentibus habitasse: ab illisque rursus ad Luctios, viros plurimo locupletes auro (vt Strabonis verbis vtar) & in pace vitam agentes commigrasse. Denique ne quis add[illegible] Tauriscos in a[illegible] Italiam versus coluisse, vbi Plinius scilicet libro tertio, capite decimonono in Tauriscis deletam Noræam tradit: & ad Istrum, fine in Pannoniis, siue Norico, proxime Dacis, Getis, Germanisque sedes habuisse, quanquam [illegible] Ptolemæi authoritate demonstrari luculenter possit, qui libro tertio, capite octauo tabula Europæ nona, Tauriscos Carpathi montis accolas, maxime Occidentales depingit: & Plinius præterea, qui capite duodecimo libri tertii, Claudium P[illegible] montem describens, a fronte Scordiscos, & a tergo illius Tauriscos habitare scribit [illegible] Callicam [illegible] gentem: libet tamen idem ex Strabone quinque nostro demonstrare, qui libro quinto Geographiæ: Priscis igitur (inquit) [illegible] plurimæ Gallorum gentes [illegible] accolebant, e quibus amplissimæ fuerunt Boii, Insubres, & qui olim [illegible] Romana per imperium potiti fuere vrbe. Hos Romani posterioribus annis [illegible] deletos perdiderunt, Boios vero e finibus eiecerunt [illegible] migrantes, circumiacentes Istro locos, simul cum Tauriscis [illegible]. Et iterum de Borebista Getarum rege locutus: Traiectoque audacter Istro ait) Thraciam diripiens, vsque in Macedoniam & Illyricum magnum Romanis terrorem incussit, [illegible] finitimis, Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportauit. Boios autem, & subditos Getoseuro populos funditus deleuit, simul & Tauriscos. Hactenus ille. ad quos [illegible] & ipse Stephanus respiciens, ne quis eum de aliis Tauriscis, citato iam loco, quam de his qui ad Istrum Germanis proximi, hoc est, Marcomanis colebant, originis Gallicæ, & ad quos Phocenses delatos Apollodorus commemorat, locutum crederet: [illegible] inquit [illegible] Hoc est. Magistrice regio Tauriscorum est ad alpium montana. Incola Magistriceus, qui Germanis proximi accolunt. Hæc Stephanus. Quo [illegible] ex locis autorum luce clarius iam liquet, & Tauriscos Danubio proximos, Pannoniamque accoluisse, imo ipsissimos Pannoniæ incolas, Phocenses ad se Græcos exules recepisse, qui condita ciuitate, in iis tandem finibus (quam ab insigni bus † Taurunum nominarunt) linguam simul isthic gentilitiam, hoc est, Græcam [illegible] excitarunt, aut Gallico cum idiomate (quod Teutonicum fuisse, [illegible] alibi [illegible]) permiscuere, vt illa tandem loquela prodierit, quæ nobi modo vernacula & Germanica appellatur, innumerasque adhuc Græcas in se voces comprehendit, quas sub finem capitis interemus. Has transmigrationes Græcorum in Illyricum & Celtarum alpes, confirmarunt Galatæ postea (ita Galli primis temporibus nominabantur) qui posteaquam Roma auspiciis Furii Camilli pulsi, Italia denique [illegible] fori ex parte c[illegible]ent, plu[illegible] bus electis regibus, siue [illegible] ducibus, Brenno, Cerethrio, Acichorio, Bolgio & Bathanatio, per Noricas alpes in Pannonias mouerunt: reliquaque [illegible] montan[illegible] haud exigua manu, a quibus vide[illegible] & Celtæ alpes posteris [illegible] cum maiore parte populorum [illegible] in Græciam reges profectionem continuarunt. Enarrasse quippe Brennum in corona exercitus, Pausanias in Phocide refert, impotentiam Græcorum, & pecuniæ multitudinem in ærariis publicis, plurima denique ornamenta [illegible] causa, argentum & aurum in templis Græcorum refertum. [illegible] apertum [illegible] exercitum in Græciam subeundam expeditum [illegible] peditum [illegible] & equitum [illegible] xx [illegible] a. [illegible] omittam [illegible] rem [illegible] quæ Pausanias super hac re in Phocide scripta reliquit, hic interam. [illegible]

Taurum coloniæ Luetiorum quæ. & vbi fuerit.

Luetios Herodotus de Celtarum agro.

Taurisci ex Pannonia [illegible] ad Istrum.

Taurisci Germanis proximi.

† Hodie Taurunu Ptolemæo [illegible] Danubio [illegible]

Desiderabatur [illegible] Taurunum [illegible] modo est [illegible]

Galatarum [illegible]

[illegible] Quod est Latine versum: Conctabundus [illegible] præcessit. In Pannoniam vero habitatū Brennus ibat, & Aciehorius princeps [illegible] vero, iuxta Macedonas & Illyrios sedes fixit. Recitat eandem historiam & Athenæus libro quinto Dipnosophiston: [illegible Greek]. Ex quibus verbis [illegible] ea Græciæ inuasione quæ tum, atque ab his quorum meminimus, eg[illegible], facta fuit, ob spoliatum Delphicum templum diris numinibus agitatos, in varia loca Galatas fuisse dispersos. Ex quibus non[illegible] Bat[illegible] rex cum suis ad Istrum redierit in Pannoniam adeo, vt Athenæi [illegible] tempore locus ibidem a rege Bathanatium nominatum extiterit. Porro Gallos in Græciam peruenisse, in illis de quibus loquimur, erroribus, ex Latinis etiam T. Liuius [illegible] 8. Decadis 4. meminisse [illegible] verbis: Galli, magna hominum vis, seu inopia ag[illegible] prædæ spe, nullam gentem per quas ituri essent, parem armis rati, Brenno duce in Dardanos peruenerunt. Ibi seditio orta, & ad [illegible]x. millia hominum cum Lomnorio & Lutario regulis, secessione f[illegible] Thraciam iter auerterunt. Ibi eum resistentibus pugnando, pacem petentibus stipendium imponendo, Byzantium cum peruenissent, aliquandiu oram Propontidis vectigalem habendo, regionis eius vrbes obtinuerunt. Et subdit in oratione consulis Cn. Manlii, qui in Gallogræcia Asiæ bellum tum gerebat, quo tempore Macedonicum in Europa bellum flagrabat: Cum hoc hoste, inquit, tam [illegible] regionis [illegible], quia bellum gerendum erat, pro concione milites maxime in hunc modum allocutus est consul. Non me præterit, milites, omnium quæ Asiā colunt gentium, Gallos fama belli præstare inter mitissimum genus hominum ferox, natio [illegible] orbem terrarum, sedem cæpit, procera corpora, promissæ & rutilātes comæ, vasta scuta, prælongi gladii: adhoc cantus ineuntium prœlium, & vlulatus & tripudia, & quatientium scuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus, omnia de industria composita ad terrorem. Sed hæc quibus insolita atque insueta sunt, Græci & Phryges & Cares timeant: Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt. Semel primo congressu ad Alliam eos olim fuderunt maiores nostri. ex eo tempore per [illegible] iam annos, pecorum in modum consternatos cædunt, fugantque: & plures prope de Gallis t[illegible]phi, quam de toto orbe terrarum acti sunt. Iam vsu hoc cognitum est, si primum [illegible], quem feruido ingenio & cæca ira effundunt, sustinueritis, fluunt sudore & lassitudine membra, labant arma, mollia corpora, molles, vbi ira consedit, animos sol, puluis, [illegible], vt ferrum non admoueas, prosternunt. Non legionib. legiones eorum solū experti sumus, sed vir vnus cum viro congrediendo T. Manlius, M. Valerius, quantum Gallicam rabiē vinceret Romana virtus, docuerunt. Iam M. Manlius, vnus agmine scandentes in Capitoliū Gallos de[illegible] & illis maioribus nostris, cum haud dubiis Gallis in terra sua genitis res erat. Hi iam degeneres sunt, mixti, & Gallogræci vere, quod appellantur: sicut in frugibus pecudibusque nō tantū se[illegible] ad seruandam indolē valent, quantū terræ proprietas, cœliq; sub quo aluntur, mutat. Et sequitur postremo eadem in Consulis oratione: Eosdemne hos credis esse, qui patres eorū, auique fuerunt? extorres inopia agrorum profecti domo, per asperrimam Illyrici oram, Pæoniā inde & Thraciā pugnando cum ferocissimis gentibus emensi. Hæc ille, quæ co prolixius adducere voluimus, primo vt illā migrationē Gallorū in Illyricum, & Græciam Asiamque; postremo, non Græcis modo autoribus, sed Latinis quoque [illegible] celebratam ex[illegible], lector candidus intelligat. deinde vt Gallos veteres Germanos [illegible] Teutonas fuisse, Gallogræcosque, mixtum idioma ex Teutonico & Græcoque habuisse, ostenderemus. Siquidem præter ea quæ supra adduximus ex Plinio, pleraque vocabula [illegible] a T. Liuio, loco supra allegato, Gallogræcorum in Asia [illegible] Teutonica sunt, deprauata a Latinis parum: qualia & illa regulorum nomina [illegible], Lamnerius & Lutarius: nobis Germanis Landherr & Lother. Sic & Deiotar vox, qui [illegible] Gallogræcorum in Asia rex, Ciceronis tempore fuerat celebris, Teutonica est, si penitius [illegible] spi[illegible]amus, vulgo hodie Dietther. [illegible] dem porro Liuii loco [illegible] lia nomina virorum commemorantur, populorumque, videlicet Combolom[illegible], Gaulotus, Orgiago, Tolibogii, [illegible], Cuballus, quæ certissimum nostro in idiomate Teutonico si persunt, & gentiliter [illegible] Sumpf [illegible] / Gulat [illegible] / [illegible] hoc est, heroum progenitorem [illegible] Gallos, posteaquam in Græciam venissent, de quibus loquimur erroribus [illegible] Græcis rudimenta nouæ linguæ hausisse, suæque gentis miscuisse, quemadmodum [illegible] Liuius Gallogræcos [illegible] vocat, innumeræ voces demonstrant quæ nos Teutones adhuc Græcas [illegible], ac vulgo passim in communi sermone vsurpamus.

Loca iter Gallorum in Pannoniam.

Galli ex Græcia in Pannoniā reuersi.

Forma Gallogræcorum, & habitus, ex Liuio.

Validissimi Gallorum antiquitus Teutones fuisse creduntur.

Qua lingua Gallogræci vsi sint, Teuto & Græca.

Galli in Pannonia fuisse.

Germanica vocabula Gallogræcorum apud Liuium.

Græca vocabula in Germanicam linguam quæ inſſerunt.

quale eſt Purgum, pro ciuitate ac caſtro, quod Græci πύργον appellant: & ab his edocti quoque Gallogræci ſimiliter protulerunt, quemadmodum Liuius libro ſeptimo tertiæ Decadis. Eo die (inquit) caſtra quinq; millia paſſuum ab vrbe Aetolorum poſuit. poſtero die omnes copias ad propinquum [illegible]leorũ caſtellum, (pyrgum vocant) duxit. Sunt & alia pleraque, ſed nos ne tædio lectorem afficiamus, è multis pauca commemorabimus. Quod Germani appellamus ain thier/hoc eſt animal, Græci θήρ dicunt: ain thür/hoc eſt ianuam, Græci θύραν nominant. Et breuiter, quæ Græce proferuntur [illegible] Germani nos in hunc vſq; diem, qui a Græcis hæc in illis ipſis migrationib. hauſimus, etſi corrupta parum, pronũciare ſolemus, Pach/dunen/gew/mayd/ſcaff/platten/ſpatten/erkher/rokh/newes/autar/nebel/nacht/leber/leymbt/leynes/diegon/ſtumm/yiren/kopff an der khandel/leyſgeen/ain larer menſch: Latinis videlicet nominata, riuulus, vnda, terra, virgo, dolium, cimba, gladius, prominens ædificium, tunica, nouum, vbera, nebula, nox, iecur, faba, linum, heros & exercitus ductor, mutus, pixis, caput vel capitellum, ſuſpenſo gradu incedere, mendax homo, & inconſtans. Quin & templum Germani kirchen non aliunde quam à Græco nomine κήρυκος, quod eſt præco, vbi videlicet verbũ Dei enarrat præco. Idẽ à πάλλω cadendo, ain vall: zwaifall/hoc eſt, duplicem caſum ad vtramq; fortunam: ainfaltig/hoc eſt vnius fortunæ, ſimplicem: glückfall/caſum fortunæ appellare ſolent. Ita rurſus, quas res Græci verbaliter efferunt, [illegible] ſiue [illegible]: hæc Germani ſimiliter nos, etſi deprauate, vna interdum litera vel dempta, vel adiecta, pronunci[a]mus, Tallen/fallen/ligen/bdeen/id eſt cacare, pach/pro ſuffumigare, ſieden/naſſen/brennen/gumpẽ/quod eſt Latinis laſciuire, rehren/rayczen/jrren/wüchter ſein/pro ſoutio: zupekhen/pice conglutinare, ſchleinmen/addita aſpiratione, lekhen/khlingen/addita aſpiratione ch, baten/quod eſt vadare Romanis: khüriß anlegen/id eſt armare: khratzẽ/reyſſen/wellen/ſchütten/ſcheppen/es zimbt mich/id eſt puto, es rynd/es daucht mich/quod eſt

Propriorum nominum compoſitio eadem Germanis cum Græcis.

videtur Latinis. Adhæc omnia vtimur nos G[erm]ani ſimili compoſitione, in propriorum nominum conflatione, adiectis clauſulis, [illegible]iam, conſtantiam, famam, vaſtationem, amorem, ſermones, diuitias & animoſitatẽ ſignificantibus. Quos namq; Græci nuncupant [illegible]: ingentilitio idiomate Germani tanquam verbum verbo reddentes, vocare ſolemus Volkhard/Wolfhart/Liebhart/Leonhart/Bernhart/Albrecht/Lunprand/Herold/Luybold/Rumbhold/Sigmund/Friderich/Wytikhind/Hardtman/vnd Waldman. Conſtat præterea, Græcos tela longiora vocare ſolitos δολίχους, quæ ipſiſſima vox eſt Teutonica, qua ſane voce & nos pugionem longiuſculum appellamus ain doluchen. Græci quoq; vaſa vinaria χοὰς dicunt, quæ Germani nos litera vna r adiecta, choar nominamus. Hinc eſt illud Plu[tarchi] [illegible]. Idem lignea caniſtra ex viminibus confecta, πλεκτὰ, a flectendo, vt Suidas interpretatur, [illegible]. Eadem porro ac ſimili plane pronunciatione, & nos vocamus noſtra etiamnum ætate, ain flechten. Denique & hodie bibere Germani vt plurimum ſolemus ex vaſculis corneis, vel fictilibus, auro, argentoue circũdatis, quod de Celtis ac Lueriis Maſſilienſibus Athenæus lib. IIII. tradit in hunc modum: [illegible] Ex quibus locis authorum liquet, multa adhuc Græca in noſtra lingua Teutonica ſupereſſe, vt ſupra oſtenſum eſt: quam cum Celtica eandem ext[iti]ſſe, libro huius Operis ſexto oſtendemus. Id quod ſiue ex Phocenſiũ in Gallias Celtaſq; nauigatione, ſiue Dorienſium Pæoniſq; in Illyrici tractum, ſiue reditum deniq; Galatarum, ductore Bathanatio ad Iſtrum, contigerit, parum refert. Equidem non modo Gallos ab eo tempore conſtat Grecæ linguæ amore perueniſſe in Græciã, ſed Getas etiam atq; Scythas Athenas profectos, decora philoſophiamq; G[r]æco[ru]m ad barbaras procul nati[o]nes tranſportaſſe. Et Gal[l]is qu[i]dem, poſtq[uam] Græcia floruit, lege cautum erat, vt in Græciã quidam percipiendarum [l]iterarum linguæq; gratia delegarentur, authore P[hi]loſtrato in vita Phauorini philoſophi: qui Phauorinum [illegible], per leges patrias philoſophiã fuiſſe ſecu[tum] refe[rt]. Luc[ia]nus p[ict]urã Herculis ſe intueri affirmat, ſcribens nominatim: [illegible] Id[em]. Hæc ego quidem, longo tempore a[d]ſtans[?], [intu]ens, mirans atq; dubitans, & demum indignatus. Gallus a[u]tem quidam [a]ſtans philoſophus, non ignarus noſtrarum literarum, [v]t videbatur, optime Græc[e] linguã

pronun-

pronuncians, philosophus vt putaui illius regionis vnus: Ego tibi (inquit) ô hospes, soluam picturæ ænigma. Memini enim & Comicorum vestrorum quosdam iambos penes vos in Græcia discens. Manifestum est igitur, Gallos olim Græca lingua vsos, vt hodie Germani à præceptoribus Latinam sumptam addiscere solemus, quod de Gothis libro octauo secundæ Decadis, similiter ostendemus. Atque hactenus de Græcæ linguæ in nostra Teutonica vestigiis, & à Gallogræcis his importatis, qui ducem Bathanatium & Bolgium in Pannonias ac Noricum Rhæniasq; habitatum euntes sequuti sunt. Gallos quippe eosdem, siue Galatas, Græcæ tum linguæ in Græcia rudimenta hausisse, vel illud testatur, quod Pausanias in Phocide refert, Galatas, occiso Kydia, Græcorum aduersus se designato imperatore, Græcis literis huiusmodi carmen templo Iouis Eleutherii adfixisse, quo significabatur, Kydiam imperatorem, ea tempestate ab ipsis deuictum, quo ferus Mars in manibus Galatarum floruerat. Carmen autem huiusmodi erat:

ἦ μάλα δὴ ποθέουσα νέαν ἔτι κυδίου ἥβαν
ἀσπὶς ἀριζήλου φωτὸς ἄγαλμα Διί,
ἇς διὰ δὴ πρώτας λαιὸν ποτὶ πῆχυν ἔτεινε
εὖτ' ἐπὶ τὸν γαλάταν ἤκμασε θοῦρος ἄρης.

Quæ omnia eiusmodi sunt, vt partim ostendant, Gallos aliquandiu sedes in Græcia habuisse: partim vero literis iam Græcis imbutos, non solum Græcum potuisse pro victoria Ioui Eleutherio carmen offerre, verum reuersos postmodum in Pannoniam, Dardaniam, Dalmatiamq; horum non paucos, Græcæ simul linguæ rudimenta tulisse, atq; adeo auspicatum à Dorensibus & Phocensibus Græcum in his finibus idioma confirmasse. Et Germanos quidem (quos eiusdem semper dico cum Galatis Celtisque, siue Gallis, & linguæ & originis extitisse) Alexandro adhuc apud Macedonas regnante, Ionium sinum coluisse, apud Græcos Arrianus Nicomedensis in historia Alexandri author est. Nam eum Alexandri aduersus Getas expeditionem describeret, eo fere situ, vbi hodie Transyluania Istrum attingit, & secus hunc Walachia propagatur, nominatim hæc verba subiicit: Res prorsus ingentis audaciæ iis visa, Alexandrum tam facile, vna modo nocte Danubium, omnium prope Europæ fluminum amplissimum atque altissimum, nullo ponte iniecto, transisse. terrorem augebat phalangis series, ac ferox equitum impetus: ac primo quidem effuso cursu vrbem repetunt, quatuor abhinc millia passuum flumini proximam. Cæterum vbi conspicati sunt ALEXANDRVM equitatu immisso eo concedere, peditatum secus flumen agentem, ne ab hostibus circumueniri ex insidiis posset, quoniam vrbs ipsa mœnibus parum firma videbatur, impositis in equos pueris ac fœminis, quos inde auferre potuerunt, in solitudines se recipiunt. Alexander vrbem vacuam nactus, capit ac solo æquat, prædam Meleagro & Philippo agendam tradit. deinde in amnis ripa Ioui seruatori atque Herculi, & ipsi amni (quia se haud difficilem transitu exhibuisset) sacrum facit, eodemque die suos incolumes in castra reducit. Huc loci legati & à cæteris Danubii accolis, & à Sirmio Triballorum rege, item à Germanis qui Ionium sinum incolunt, aduenere. Sunt quidem Germani, vt grandi corpore, ita animo elato, magnoque. Hæ legationes ad Alexandrum venerunt, vt amicitiam eum eo iungerent: quibus in fidem & amicitiam receptis, è Germanis quæsiuit: Quidnam esset in humanis rebus, quod præ cæteris extimescerent? ratus nominis sui magnitudinem ad illos, multoq; etiam interius penetrasse: idq; esse, quod præ cæteris omnibus sibi formidolosum faterentur.

Germanos Alexandri Magni tẽpore Ionium sinum coluisse supra Dalmatiã.

Illi vero, quod procul ab ALEXANDRO agebant, quod loca accessu difficilima incolebant, ipsumque ad alia intentum videbant: Timere se aliud ante omnia dixerunt, ne forte in sese aliquando cœlum rueret. Nihil mouit ALEXANDRVM, superbum legatorum responsum. Itaque nihilominus tamen in amicitiam & societatem receptos, domum remisit: tantum elocutus, Germanos arrogantes esse. indeque in Agrianos & Pæonas iter persequenti, nunciatum est, Clytim Zardilæi ab eo defecisse. Hactenus Arrianus de his Germanis, qui Ionium sinum, proximi Græcis accolebant, haud procul ab Adriatico mari: quos nimirum Galatas fuisse, atque eos quidem, de quibus paulo ante ex autoritate Pausaniæ & Athenæi locuti fuimus, credendum est. Hi vero spoliato in Græcia Apollinis templo, diris numinibus agitati, ac peste fere confecti, ductore Bathanatio, in Pannonias, regionesque vicinas secus Istrum rediere: multis etiam cum Brenno in Asiã transfretantibus. Ad quos nimirum PAVLVS apostolus epistolas scripsit, quæ ad Asiæ Ecclesia, ad Galatas leguntur. Cuius Galatarum in Asiam nauigationis meminit ad longum T. LIVIVS lib. VIII. decadis quartæ, & Claudianus poeta lib. II. in Eutropium hocce carmine:

Galatarum in Asiam ex Græcia transfretatio.

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens.
Illis ante vagus tandem regionibus hæsit,
Gesaq, depofuit, Graio iam tectus amictu,
Pro Rheno poturus Halym, dat cuncta vetustas.

Galatarum vestigia in Pannonia & Norico.

Porro, vt in nostro limite maneamus, secus Istrum videlicet sitis prouinciis, vbi Gallogræcos mox post Aborigines Græcosq; tenuisse asserimus, supersunt adhuc, cum apud Hungaros in Pannoniis, tum apud nos Austriacos in Norico Ripensi, montes Galata & Galenberg appellati, qui veterum nobis incolarum suggerunt memoriam: quibus ceteræ mixtæ posterius gentes, quæ ordine, vt dicturi sumus, immigrarunt, cõfusum illud idioma excitarunt, quo hodie vtimur, qui Istrũ supra Hungaros incolimus. In quo ausim affirmare, tertiam vocabulorum partem Græcorum esse. Quin & à Bathanatio Galatarum rege, vti refert Athenæus, regio secus Istrum, quæ nomen acceperat, hac etiamnum appellatione superest: Hungari Bathiensem comitatum vocant, inter ostia Draui Sauique excurrentẽ.

Locus Ouidii de lingua Pannonica & Mœsica ex Græca confusa.

Atq; vt nihil non nostræ sententiæ suffragetur, Græcæ linguæ semina in Pannonias Mœsiamq; allata esse iam tũ, à Doriensibus videlicet, Phocensibus & Gallogræcis, testatur quoq; Ouidius Naso, dum exilium Ponticum carmine solatur, & in Tristibus sic canit.

Mœsia vocis habet, quid barbara lingua Latinæ
Græcaq, cum Getico mixta loquela sono est.

Et rursus libro III. Tristium:

Sic quoq, sunt vrbes Graiæ (quis credere posset)
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Huc quoq, Mileto missi venere coloni,
Inq, Getis Graias constituere domos.

Et iterum libro v. Tristium:

Turba Tomitanæ quæ sit regionis, & inter
Quos habeam mores, dis[illegible]re cura tibi est:
Mixta sit hæc quamuis inter Græcosq, Getasq,
A male pacatis plus trahit ora Getis.

Sicambri Græca origine nominati.

Quare & Sicambros posterioribus seculis, multi contendunt, quum victis Alanis spiritus nouos sumpsissent, Græco nomine gentilicioq; ab audacia Francos nominatos. Neque enim Cimmerios modo, à quibus Cimbri & Sicambri defluxere, dũ à Gothis procul à Ponto pellerentur, duce Meradaco, Pannoniam ingressos, anno videlicet à condito mundo MMMDXX. Berosus & Herodotus tradidere: verum etiam Ptolemęus adeo in descriptione Pannoniæ βρύγων intra Sauum Danubiumq; collocare videtur, populum nimirum Teutonicum, & Græcæ tum originis tum linguæ, a Cimbris isthic quondam relictum, qui ex Hercinia ad Tauriscos in Pannonias transgressi (vt supra visum ex Strabone fuit) atque inde in Græciam palantes cum venissent, spoliato Apollinis delubro, sedes è Pannonia vsq; ad Pyrenæum montem mutare coacti sunt, vti Appianus Græcus historicus literis animaduersum reliquit. quam de Galatis atq; Gallogræcis antiquiores historiographi, Pausanias & Athenæus historiam de verbo ad verbum perscripsere. Fuisse vero autumo, de quibus loquimur βρύγων, non modo Cimbrorum posteritatem (id quod Cimbrianum oppidum in Pannoniis in itinerario Antonini descriptum arguere poterit) verum socios etiam & fratres Sicambrorum, eorum, qui apud Rhenum mansere: qui quidem Francorum tardius nomenclaturam nacti fuere, quum iam Gallia & Pannonia Romano iuri cessissent, in Germaniæ se saltibus, partim Cimbrorum sub appellatione, hoc est pugnantium & militum, vulgo gentilicia lingua Kempffer/partim in Pannoniarum palustrib. Phrencorũ ascita noua nomenclatura occultasse. Vt de Sicam[illegible]is, hoc est, maritimis militibus Germanorum nihil addamus, quos in hodiernum diem Die seekempffer/ recte nominamus. adeo gẽti nostræ vsitata semper, vel à robore atque virilitate (id quod in Marcomanis, Germanis, Nordmannis, Alemannis videre est) vel a bello, pugna & victoria, nomina fuere. Quod etiam Cimbrorum & Sicambrorum appellationes contestantur: vel deniq; à libertate, vnde [illegible]ăcos dictos autumant, Die [illegible] uman/hoc est, liberos, audaces. Nolo hic reliquorum Germ[illegible] populorum nomen[illegible]turas curiosius examinare: quorum aliqui (id quod à maior[illegible] suis Græcis poti[illegible]umpsisse verisimile est) a malitia Quadi, aliià bonitate ac certaminum laude Gothi: alii rursus ab erroribus Vuandali: pleriq; a constructis castellis, mutati[illegible] de sedibus, Burgiones & Burgundiones; nonnulli præterea à tarditate Gepedes ([illegible]) cæteri adhortari, instigare solebant his verbis, Gepaldt/Gephãndt/

Brygias in Pannonia.

Explicatio nominum appellationum gẽtilitiorum Germaniæ populorum.

hoc

hoc est, accelera) à fixis denique sedibus, siue prolixis barbis, Landwarter / id est, terrarũ cultores firmatos: & Langbarder / hoc est, longarum barbarum homines, sese mutuo ac per risum, vt credo, vocare consueuerant. Quemadmodum in hanc vsque diem, singuli habent populi Germaniæ, quibus sibi inuicem illudant, allusione vt plurimum etiam ex ipso vocis etymo desumpta. Sic Austriacos, nos latina vocula Austriæ, cum Teutonico Ostern confusa, Pascalios cæteri appellant. Nos rursus Bauaros, gentem quippe mixtam ex Boiorum reliquiis, & Auaribus Hunnis, Hundsbayrn nuncupamus. Sueuos præterea à leuitate morum (Schweben enim in patria lingua est, quod Latini dicere solent vagari, & leuem esse) Die leichtfertigen Schwaben / Die Schwanderer / Mit vrlaub ain Schwab dicimus. Huc spectat, quod in hanc vsq; horam, cæteri populi Saxonibus illudentes nimirum, ac victoriã à Carolo magno de hac gẽte reportatam quondam exprobrantes, circumscribere hisce verbis solent, ain Sarenkhärl. Sed hactenus de gentiliciis Germanorum nomẽclaturis. transeo nũc ad cæteras Gallogræcorum, siue potius, vt ita dicam, Barbarogræcorum tribus, quæ in Illyricum ex Græciæ finibus immigrarunt: Agriani videlicet, Authariatæ, & Bastarnæ, quos Germanicæ originis etiam Strabo lib. IIII. Geographiæ facere videtur. Atq; vt de his ordine dicamus, quantum nobis lectio historiarum suggerit: Agriani quidem, cum ab Appiano Alexandrino, tum à Stephano Byzantio referuntur: & ex Thesprotis Authariatæ, itemque Dardania Taulantii. Quos omnes populos vel ante adhuc Pæonas, intra Sauum, secusq; Istrum, Celtis proximos, Pæonibusq; immixtos habitasse, historica nobis fides tradit.

Barbarogræcorum populorum tribus ingressa Illyricum.

Atq; de Agrianis Stephanus Byzantius in codice de Vrbib. hæc scribit: Ἀγριᾶνες, ἔθνος Παιονίας μεταξὺ Αἵμου καὶ Ῥοδόπης πρὸς τῇ Θρᾴκῃ. Sic Arrianus Nicomedensis, cum Alexandri magni procinctum aduersus Getas atq; ad Istrum describeret, quo Germani, Gallogræcorum nimirum soboles, qui in Ionio sinu colebant, legatos miserant, subdit nominatim hæc verba: Nihil mouit Alexandrum superbum Germanorum responsum. Itaq; nihilominus tamen in amicitiam societatem receptos, domum remisit: tantum elocutus, Germanos arrogantes esse. Inde in Agrianos & Pæonas iter persequenti, nunciatum est, Clytum Zardilei ab eo defecisse, Taulantiorum regem ipsi Clyto auxilio profectum. Hæc ille. quæ nimirum verba de Sauiensi situ intelliguntur. Porro tribuit Agrianis Appianus Alexandrinus Macedonicam originem, ita in libro quem Illyricum inscripsit, nominatim inquiens: De quibus nunc mihi Illyriorum res recensenti, videtur differendum. Gloriosi hi admodũ ob Macedonum Agrianos, qui potissimum Philippo & Alexandro in bellis præstiterunt. Quoniam & hi Pæones fuerunt, ex his qui inferiora incolunt, ab Illyriis coloni editi. Atq; hactenus quidem de Agrianorum origine Appianus. Ad quod pertinere & illud censeo, quod Stephanus in libro de Vrbibus scribit, Galatarum socios Agrianos in occupatione Græciæ, ex epigrammate quodam commemorans: λέγονται καὶ Ἀγριᾶνες, ὡς ἐν τῷ ἐπιγράμματι, τῷ εἰς τοὺς πολεμάρχους τοῖς ὑπὸ Αἰτωλῶν εἰς Δελφοὺς ἀνατεθεῖσι, πολεμάρχων παίδων οὕτως·

Agrianorum origo.

> Εἰμὶ πολέμαρχος κρατοῦ, τοίαι τοῦ δ᾽ ἐν ἀδελφῶν
> ἔγκαιον πλούτου κῦδος ἐμὸν δέξετον
> οὕνεκα παῖδας καὶ Ἀγριᾶνες, ἠδ᾽ Ἀγριᾶνας
> καὶ Γαλάτας νέους ἀντιάσας ἔριδι.

Cæterum celebrantur historiis & Lagarus Agrianorum rex, Alexandro magno fidissimus, & cui Cynam sororem desponsauerat: & Agrianorũ equitatus, quo in omnibus Alexander susceptis bellis, ceu præcipuo phalangis subsidio fuit vsus. Liuius lib. IIII. Decadis V. Agrianos diuersa ab Illyriis Gallisq; natione extitisse, significare videtur, cum dicit: Erãt in præsidio Cassandræ præter nõ contemnendã iuuentutẽ, oppidanorũ octingenti Agrianes, & duo millia Penestarum Illyriorũ, à Pleurato inde missi. Et iterum: Postquã patere vrbem accepere, præfecti præsidii Pytho & Philippus Proco, qui occupasset, aggredi opus factum esse rati, cũ valida manu Agrianũ Illyriorumq; erumpunt. Hæc de Agrianis, quantum obseruare apud classicos historiarũ autores licuit, adferre voluimus: à quibus an Agria episcopalis hodie Pannoniæ ciuitas, nomenclaturã acceperit, definire haud possum. illud autẽ constat, & aliã ad Saui ripã, positam ciuitatẽ, cathedra non minus insignẽ, quã Sagrabiã Hungari vocãt, Germanos nos, qui Francorũ posteritas sum⁹, Agrã nominare. vt cõiectura forsitan sit, vetus hoc indigenarũ cognomentũ, ad eos vsq; populos defluxisse, qui posterioribus seculis immigrarunt, atq; locis quibusdã ex illa rara vetustate mansisse. Reliquũ nunc est, vt Authariatæ qui fuerint, & quando, aut quem Pannoniæ agrũ incoluerint, quod in titulo libri proposuimus, explicemus. De quibus Stephanus de Vrbibus hæc scribit: Αὐταριᾶται, ἔθνος Θεσπρωτικόν. χώρα ἐξ ἰδίων γενναῖα, καὶ συμβαίνοντος ἐν αὐτῇ. [illegible] Atqui & hos ad Istrũ populos vel proximos Pæonibus, vel intra Pannoniæ limites coluisse, ex his potest Arriani Nicomedensis verbis accipi: Inde in Agrianos & Pæonas iter persequenti (subintelligo

Agrianorum vestigia in Pannonia.

Autariatarum sedes ad Istrum.

Alexandro) nunciatum est, Clytum Zardilei ab eo defecisse: Glanciam Taulantiorũ regem, ipsi Clyto auxilio profectum. Erant & qui nunciarent fore, vti Autharitæ ipsum in itinere inuaderent, quapropter inde celeriter mouendum censuit. Recensuerat vero paulo ante hæc verba, quemadmodum Alexander Getieam ad Danubium vrbem expugnasset; vt necessum sit, Authariatas proximos Pannonibus habitasse, siquidem iter intercipere redeunti è Pannoniis conabantur. Præterea non modo proximos hosce populos Pęonię coluisse, verum omnino ad Istrum, confines Bastarnis & Germanis tenuisse, ex hoc Appiani Alexandrini loco aduertitur: qui in historia Illyriorum sic scribit: Pari modo & Ardiæi cum mari finitimi optima Authariorum loca circa littus inuasissent, eos expulere. Post hos Liburni nauibus plurimum insignes fuisse memorantur. Illyriorum natio alia, qui Ionium insulasq; prædabantur, nauibus citis vsi, leuitateq; præcipuis. Qua ex causa Romani nunc quoq; naues quæ leuitate celeritateq; præstarent, Liburnicas appellare solent. Fama est, Autharios Apollinis indignatione, in extremam decidisse cladem: quippe eosdẽ, Celtasq; Cimbros vocant, ad Delphos posuisse castra, statimq; omnes dispersos aufugisse, multosq; ante inceptam pugnam, pluuia in eos cum procellis fulguribusq; desæuiente, periisse. His vero qui ad propria rediissent, infinitam ranarum vim subortam, quæ putrescentes flumina corrumperent: vapore deinde ex terra exhalante, pestem Illyriorum ac corruptionem insecutam esse, quæ postremo Autharios inuaderet, donec profugi à patria, ac pestem deferentes, eum nemo ob timorem suscipere auderet, trium ac viginti dierum progressi iter, ad tellurem palustrem inhospitamq; venere, ac iuxta Bastarnarum gentes condiderunt vrbes. 20

Bastarnarũ sedes.

Hactenus Appianus. Iam vbi Bastarnarum tũ sedes extiterint, libet ex Strabone audire, qui libro septimo Geographiæ: Supra iacens (inquit) regio vniuersa, inter Borysthenem & Istrum, prima est Getarum solitudo, postea Tyragetæ, post hos Sarmatæ, cognomento Iaziges & Basilei dicuntur, & Vrgi. Ex quibus pars maxima nomadibus, hoc est, pastoribus constat: pauci agrorum colendorum studio tenentur. hos vtramq; Istri ripam incolere, sæpe traditur. Intra terram sunt Bastarnæ Tyragetis vicini, & Germanis, & ipsi fere ex Germanis originem ducentes. Ex quibus adeo Strabonis verbis liquet, Bastarnas ad Danubiũ sedes habuisse, Germanis vicinos. Et quia Germanorum confinia ad Pannonica hyberna quondam fuerant (vt ex duodecimo capite Plinii libro quarto elucescit) sequetur necessario, Authariatas in Pannoniis tum vrbes condidisse, atq; iuxta Bastarnas tum coluisse, cuius adhuc hodie terra palustris est. Sed placet Plinii verba commemorare: Superiora autem (ait) inter Danubiũ & Hercynium saltum, vsq; ad Pannonica hyberna Carnuntii, Germanorumq; ibi confinium. Campos & plana Iazyges Sarmatæ, montes & saltus pulsi ab his Daci, ad Parthiscum amnẽ, Amerhois siue Duria est, à Sueuis regnoq; Vanniano dirimens eos: ex aduerso Bastarnæ tenent, Haliq;, inde Germani. Quæ & ipsa nostram confirmant de Authariatarum quondam in Pannonia ad Istrum sedibus constituendis coiecturam. Superest, vt de Taulantiis pariter quam cœpimus orationem continuemus. Quorum videlicet regem Glauciam, Clyto Zardilæi principi, aduersus Alexandrum Macedonię regem cognomento Magnum, suppetias tulisse, Arriants scribit, quum per Pæonas & Agrianos ad Pellam oppidum Clyti, Erigone & Zordiaco fluuiis superatis, mouisset. Atqui de Taulantiis Stephanus in libro de Vrbibus sic scribit: Ταυλάντιοι ἰλλυρικὸν ἔθνος. εὐφορίων δὲ κατὰ τῶν, ταυλαντίνους αὐτοὺς φησι. ὅτι τούτοις ἐκ μέλιτος οἶνον γίγνεσθαι, φησὶν ἀριστοτέλης ἐν θαυμασίοις. λέγεται καὶ ὑδετέρως ταυλάντιον, καὶ ταυλαντὶς θηλυκῶς. Id est, si Latine reddas: Taulantii populi Illyrici. Euphorion in lib. XIII. Taulantinos ipsos vocat: Apud hos ex melle fieri vinum, Aristoteles in De admirabilibus mundi refert. Hæc ille. Cæterum Illyricum hic Stephanus describit, quod à Thracia vsque ad Celtas extendebatur, Pannoniasque vt præcipuas in se partes complectebatur, de quibus in sexto huius Decadis libro à nobis tractabitur. Ait enim Stephanus alio loco: ἰλλυρὶς καὶ ἰλλυρία χώρα πλησίον τοῦ παγγαίου, ἀπὸ ἰλλυριοῦ τοῦ κάδμου παιδός. οἱ οἰκήτορες ἰλλύριοι. Addidit Suidas: ἰλλύριοι βάρβαροι θρᾳκικοί. οἱ δὲ πρεσβεῖς αὐτοὺς φασι. καὶ φησὶν ἀριστοφάνης, ἰλλύριοι κεκραγότες, ἀντὶ τοῦ πλείω φωνὴν ἀποπνέοντες. κεκραγότες ... ἀπόφασιν τῆς φωνῆς αὐτῶν. χρῶνται γὰρ ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τετριγμὸς τοῖς ὀδοῦσι γινόμενος. Ex quib' verbis apparet, Pangęo proximam Illyriam fuisse. Erat autem nomen montis Pangæum. Vnde canit Statius: 50

—Pangæa resultant, Ismaraq;.—

Bastarnæ proximi Germanis.

Incolæ veteres Hungariæ Vltradanubianæ.

Deniq; fuisse barbaros in Thracia, vel Thracibus vicinos, qui in prœlio & contra tumultum vocem elangentem ita efficiebant, vt similem stridori morientium, qui dentibus fit, sonum ediderit.

FINIS LIBRI SECVNDI.


REX FRANCORVM
crinitus, in sua maiestate.
MILES FRANCVS.

FIGVRARVM, VT HIC DEPICTÆ
sunt, Regis militisque Sicambrorum imagines, paraphrasis ac confirmatio.

REGIS Francorum siue Sicambrorum habitum, speciem, totamque corporis structu͂, qualis fuerit, cum ea gens rerum potiretur, hac præsente figura expressimus. Crinitos enim Sicambrorum reges fuisse, quia Cimmeriis siue Cimbris descendebant, haud aliter, vt nostra ætate in sexu muliebri videmus, Agathius Græcus autor, libro primo historiæ Gothicæ his verbis ostendit: Neque enim fas erat, Francorum imperatoribus comam tondere, sed à pueris intonsi manent, atq; adeo, vt a tergo his defluant crines. nam à fronte discriminatim vtrinq; feruntur. Nec sane Turcorum more, Abarorumq;, impexi & squalidi, sordidiores capilli his sunt, vel alias calamistrati. Hæc ille. Quæ ita esse, vti scribit Græcus homo, ipsi gentis illius historici, & quidem gentiles attestantur. Gregorius Turonensis episcopus, qui historiam Francorum sub Dagoberto scripsit, ante annos plures quam octingentos: & Eginhartus, Caroli illius magni Notarius: quorum hic historiam suam Francorum sic auspicatur: Gens Merouingorum, de qua Franci reges creare sibi soliti erant, vsq; in Huldrichum regem, qui iussu Stephani Rom. pontificis depositus, ac detonsus, in monasterium trusus est, durasse putatur. Quæ licet illo finita possiut videri, tamen iamdudum nullius vigoris erat, nec quidquam in se clarum, præter inane regis vocabulum præferebat. Nam & opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur. Nec regi aliud relinquebatur, quam vt regio tantum nomine contentus, crine profusu, barba submissa, solio residens, speciem dominantis effingeret: legatos vndecunq; venientes audiret: eisq; abeuntibus, responsa quæ erat edoctus, vel etiam iussus, ex sua veluti potestate redderet. cum præter inutile regis nomen, & precarium vitæ stipendium, quod ei præfectus aulæ, prout videbatur exhibebat, nihil aliud proprii possidebat, quam vnam, & eam perparui redditus villam. in qua domum, ex qua famulos sibi necessaria ministrantes, atq; obsequium exhibentes, paucæ numerositatis habebat. Quocunq; eundum erat, carpento ibat: quod bobus iunctis, & bubulco, rustico more agente, trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conuentum, qui annuatim ob regni vtilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni administrationem, & omnia quæ vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, præfectus aulæ procurabat. Alludit ad huiusmodi capillitium in persona regis, & quantum in eo momenti Franci posuerint, qui Eginharto est vetustior, Gregorius Turonensis, ita nominatim scribens: Dagobertus vero collecto hoste plurimo, Rhenum transiit, aduersus Saxones, ad pugnam: illisque fortiter certantibus, Dagobertus super galeam capitis sui percussus, abscissa particula de capillis eius ad terram, à retro stans armiger eius collegit. At ille læsum cernens populum suum, dixit ad armigeru͂: Perge velociter cum crine capitis mei nunc ad patrem meum, vt succurrat nobis, antequa͂ cunctus corruat exercitus. qui currens velociter, Ardennam syluam transiens, vsq; fluuiu͂ penetrauit. Illuc Clotharius rex cum exercitu plurimo peruenerat: cumq; nuncius ille detulisset regi abscissum crinem filii sui, nimio dolore commotus pater, cum strepitu tubaru͂ de nocte consurgit, & cum exercitu Rhenum transiit. Hæc ille. A quo haud dissimiliter Otto Frisingensis lib. Chronicorum 4. cap. 32. faciem crinemq; Francorum principis delineat. Hi nobilissimi Francorum (inquit) qui Salici dicuntur, adhuc vtuntur: Faramundo mortuo, Clodius filius eius crinitus, à quo Francorum reges criniti sunt dicti, successit. Huc pertinere videtur carmen elegans Claudiani, in primo Stiliconis Panegyrico:

Francorum regis imago & habitus.

Capillitium Francorum regis.

Flumineum perstruxit iter: ducis impetus, vndas
Vincebat celeres, & pax a fonte profecta
Cum Rheni crescebat aquis, ingentia quondam
Nomina, crinigero fluentes vertice reges:
Qui nec principibus, donis precibusq; vocati,
Paruerant, iussi properant, signique verentur
Offendi [illegible] mora.—

Cæterum, vehendi ritum, quo a duobus bobus rex inuehebatur, Sicambros sumpsisse a [illegible] suis Cimmeriis, dum adhuc ad Bosphorum colebant, facile ex dialogo Luciani apparebit, cui titulus est [illegible]. Nam cum de Toxari Scytharum rege, vt pote Geta, loqueretur, [illegible] inquit [illegible]

Id est: In patria vero no͂ è regali stemmate nat⁹ est, veru͂ pare͂tib. alioquin diuitib. & plebeiis, quales

quales f[illegible] ipsis Octapodes dicuntur, qui duos boues & vnum currum possident. Por[illegible] Get[illegible] Cimmerios a Bosphoro fuisse pu[illegible]os. & Toxarim regē extitisse, qu[illegible], ad [illegible]dam humilitatem, vt reges Francorum (quod libro septimo de Carnorum etiam [illegible]ibus probaturi sumus) sic inuehi solitum, arbitror. Sic Leucanor rex apud Lucianum, [illegible] suam Arsocomæ, collocaturus Getæ, cum quæsiuit, πόσα δὲ βοσκήματα, ἢ πόσας ἁμάξας [illegible]· Quot boues, aut quot plaustra possides.

Vulgi & cæte[illegible]um conditionum vestitus ac corporis strues, ornatusq;, tametsi in armat[illegible]a diuersa a principibus haud fuerit, fuit tamen in ratione capillorum barbæq; & q[illegible]ibu[illegible]am vestimentis habitus alius: vt videlicet præsenti in icone, quoad eius fieri potuit, expressimus. Non enim vel promissos hi audebant capillo[illegible], au[illegible] barbam alere submissam: sed raso capite in sincipite, cæsariem in fronte & a temporibus curabant. flaui vt plu[illegible]um, ex ratione climatis, coloris. pro barba vero cristarum instar, ex sumn[illegible]is labris ceu pendulos floccos pilorum habebant, vt hic imaginum altera repræsentat. Præterea non ceu principes, suffultis aut preciosis vestimentis induebantur, arcto duntaxat & breui è corio facto amiculo humeros tecti: quod adhuc obseruare posteritatem Francorum videmus, & præcipue equites. vocantque etiamnum hoc amiculi genus gentilicio sermone Ain Frankisch mäntele. Alioquin nec thoraces ferrei Francis erant, quales hodie passim vsurpamus: nec sagittæ fundæq;, sed illud passim omnes tam reges principesq;, quam populares, gestabant telum, quod Anconam Procopius & Agathius, Fr̄ācescam autem Gregorius Turonensis appellat, de quo postea seorsim nobis sermo erit. Tales igitur vulgares capillos, hoc est, qualem delineauimus cæsariem habuisse, talemq; barbam, collegimus ex Sidonio Apollinari, qui in Panegyrico Maiorano Augusto dicto sic canit:

Hic quoq; monstra domat, rutili quibus arce cerebri
Ad frontem coma tracta iacet, nudataq; ceruix
Setarum per damna nitet, cum lumine glauco
Albet aquosa acies, ac vultibus vndiq; rasis
Pro barba tenues perarantur pectine cristæ.

Idem in epistola ad Lampridium libro VIII.

Isthuc Saxona cærulum videmus,
Assuetum ante salo solum timere:
Cuius verticis extimas per oras
Non contenta suos tenere morsus
Altat lumina, marginem comarum.
Et sic crinibus ad cutem resectis,
Decrescit caput, additurq; vultus.
Sic tonso occipiti senex Sicamber,
Postquam victus es Helicis retrorsum
Ceruicem ad veterem nouos capillos.

Et iterum Claudianus libro I. in Eutropium:

Militet vt nostris detonsa Sicambria signis.

Et in bello Getico:

Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris,
Quæq; domant Scinthos, immansuetosq; Cheruscos.

Et in Panegyrico Stiliconi dicto:

Hæc Alemannorum spoliis, Australibus illa
Ditior exuuiis. illinc flauente Sicambri
Cæsarie, nigris hinc Mauri crinibus irent.

Alludit deniq; ad huiusmodi cæsariem vulgi & autor annalium Francorum v[illegible]simus, quem à situ vendicauimus, Turonensis ille Gregorius: Sequenti tempore, inquit, Dagobertus rex ægrotans mortuus est, regnauitq; annis quinq;. Franci nimirum D[illegible]helem quendam clericum, cæsarie capitis crescente, in regno stabiliunt, cumq; Chilpericum nuncupant. Habuisse vero flauos capillos, & in nodum colligatos, similiter vt Sueuos, Martialis panegyricus testatur hoc carmine:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Et Iuuen[illegible]s

Tanquam de Gethis aliquid, toruisq; Sicambris.

Et Apollinaris libro x x.

—Flauaq; in prœlia fronte Sicamber.

Et Festus Ruffus:

Flauaq; cæsariem Germanus porrigit ora.

De vestitus ratione veterum Francorum, Agathius libro secundo Gothicæ historiæ: Perpauci, inquit, casside operti, armis decernunt: sed pectore nudato, & tergis ad infimos renes: amiculo prætereа lineo partim, partim è corio succincti, & tibias contegunt. Erat autem amiculum vestimenti genus, quod humeris mox poterat iniici, Germanice Ain mätele. Cicero libro secundo de Diuinatione: Visus est in somnis amicæ amictus amiculo. Ad Francorum deniq; vestiendi rationem & ritum alludit Sidonius Apollin. in Panegyrico Maiorani Augusti:

Amiculum Frācorum.

Strictius assutæ vestes, procera cohercent
Membra virum, patet iis arctato tegmine poples:
Latus, & angustam suspendit baltheus aluum.

Porro vestitum vniuersum, qualem in icone repræsentauimus, delineat ad vnguē Clemens quidam Scotus, cuius de vita Caroli magni librum à situ vindicauimus, vna cum aliis plerisq;: Erat antiquorum (inquit) ornatus Francorum, calciamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciolæ æstiuales vermiculatæ, & subrus eas tibialia ac coxalia linea, quamuis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata. Super quæ & fasciolas in crucis modum, intrinsecus & extrinsecus, ante & retro longissimæ illæ corrigiæ tendebantur. Deinde camisia cilicia, posthæc baltheus spatæ colligatus. Quæ spata primo vagina, secundo corio qualicunq;, tertio linteamine candidissimo, creta lucidissima roborato, ita cingebantur, vt per medium cruciculis eminentibus, ad peremptionem gentilium denudarentur. Vltimum habitus eorum erat pallium canum, vel Saphyrinum, quadrangulum, duplex, sic formatum, vt cum imponeretur humeris, ante & retro pedes tangeret, de lateribus vero vix genua contegeret. Tum baculus de arbore malo nodis parib. admirabilis, rigidus & terribilis, cuspide manuali ex auro vel argento cum celaturis insignib. præfixo, portabatur in dextra. Quo habitu lentus ego, & testudine tardior, cum in Franciā nonnumquā venirem, vidi capulum Francorum in monasterio S. Galli, duosq; flores aurieomos ex eius femoribus progressos, qui proceritatem illius adæquabant. posterior autē paulatim excrescens, verticē stipitis sui summa gloria decorauit, & trascendendo contexit. Sed vt se mos humani habet ingenii, inter Gallos Franci militantes, cum virgatis eos sagulis lucere conspicerent, nouitate gaudentes, antiquā consuetudinem dimiserunt, & eos imitari cœperunt. Quod interim rigidissimus imperator idcirco non prohibuit, quia bellicis rebus aptior ille videretur habitus. Sed cum Frisones hac licentia abutentes aduerteret, & breuissima illa palliola, sicut prius maxima, vendere comperisset, præcepit, vt nullus ab eis nisi grandia latissimaq; illa longissima pallia, consuetudinario precio emeret. adiiciens, Quid prosunt illa pictaciola? in lecto non illis possumus cooperiri: cauallicam contra vētos & pluuias nequeo defendi, ad necessaria naturæ secedens tibiarum gelatione deficio.

De Armatura, & ratione generibusq; armorum, veterum Francorū, qui à Cimmeriis Cimbrisq; & Sicambris defluxerunt, prolixe adeo scripsit Agathius, Græcus autor, ex cuius Gothicæ historiæ lib. secundo, locus Latine redditus sic habet, cū de Francis dissereret: Huic nationi (inquit) tenuis est & neglectior armatura, & quæ non varia ad ornatum indigeat opificum arte, nisi eorum qui ea vtuntur, si quid forte, vt fit, corrumpatur. Non enim thoraces hi, vel ocreas norunt: plerisq; in bello detecta sunt capita: perpauci casside operti, armis decertant, sed pectore nudato, & tergis vsq; ad infimos renes. amiculo prætereа lineo partim, partim è corio succincti, & tibias contegunt. Equis haudquaquam vtuntur, præter paucos admodum, vt qui patrio more pedestri in pugna coaluerunt. Itaq; exerciti egregie sunt. Ensis a femore læuo, ex latere scutum dependet: arcus, funda, & tormenta eiusmodi, cæteraq; tela saxum torquentia, insueta his sunt. Sed dolabras securesque ancipites gestant, & breuia pro patria consuetudine tela, quæ ipsi Ancones, vt diximus, vocitant, & quibus res magnas cum opus est, gerunt: ac tunc præsertim, quum pede collato decertant, aut in hostem incurrunt. Et postea, depingens hoc telum: Huius teli pars maior ferro obducta est, ita vt ex hasta parum aliquid preter capulum totum vix proferatur.

Caliga Frācorum.

Ancone figura ex Agathio.

In superiori autem parte, circa ferri aciem ipsam, recuruæ extant vtrinque, tanquam hami, lamulæ quædam coarcuatæ, & ad ipsius teli partem inferiorem deuergunt. Id teli genus in ipso congressu emittunt, ita vt si altius forsitan inhæserit corpori, subeat mox,

vt

vt par est, & acies ipsa hamata: vnde, nec qui vulnus exceperit, nec alius quispiam queat id telum auellere. Vrget namq; recurua acies illa, ceruice latius hærens, doloresque adfert acerbiores: atq; adeo, vt etsi non alias hostis lethali sit vulnere ictus, ex eo tamen emoriatur. Quod si impactum clypeo telum id fuerit, ex eo mox pendulum hæret, & circumfertur, per solumq; trahitur. Vnde ea est Francorum consuetudo, vt vbi adfixum scuto telum id viderint, impetu facto, ac pede collato, capulo conculcato hostis scutum vmbone quassatum perfringant. Quo fit, vt gestantis manu depressa, caput illi nudetur & pectus. Hoc pacto hostem quis nactus, nulla parte munitum, siue frontem securi percutiat, siue gulam ferro traiiciat, confestim obtruncat. Meminit eiusdem & armaturæ & teli Procopius, Græcus item author, libro secundo historiæ Gothicæ: Franci interea certiores iam facti, Gothorum vires assiduis fuisse bellis debilitatas, per eosdemq; facile sibi considerent, maximã se Italiæ partem vendicaturos, moleste ferebant, si tam diu de eius prouinciæ principatu hi bello decernerent. Quæ si esset tum proxima, ipsi vero quiescendo, & segniter omnia peragendo, nihil cuiquam negocii exhiberent. Exemplo itaque iurisiurandi & fœderis prorsus obliti, quæ paulo ante, vt cum Romanis, ita & Gothis iniuerant (est namq; ea hominũ natio ad fidem prodendam cæterorum mortalium longe promptissima) ad hominum millia centum contracto exercitu, Theoberto duce, in Italiam veniunt. Sed maiorem in partẽ hi pedites erant, perpauci equires, & hi quidem hastati: cæteri vero nec arcus quidem nec tela gestantes, sed ensem & clypeum, securimq;, cuius ferrum crassius erat, & vtrinq; acutũ, hasta vero breuis admodum. Hanc Franci securim in primo congressu in hostem iacere consueuerunt: & eo impetu, vt hostium scuta perfringant, & ipsos simul interimant. Hæc ille. Quæ ita esse, vt hi Græci de Francis animaduertere, testantur Annalium gentilium authores: & ex his præcipue, quem à vetustate eximimus, ac situ, Gregorius Turonensis, quondam sub Dagoberto rege episcopus, qui huiusmodi bipennem Francescam appellat, & reges quoque gestare fuisse solitos scribit. Nam loquutus de Clodouæo, subdit: Transacto anno, Clodouæus exercitum suum apto armorum apparatu in campo Martio lustrauit, armorum cuiusq; nitorem visurus. Verum vbi rex cunctum exercitum circuiuit, venit ad hominem illum, qui antea vrceum percusserat, & ait ad illum: Nullus tam inculta & sordida arma habet, quam tu: quia neq; clypeus, neq; lancea, neque bipennis est tibi vtilis. accepit autem rex francescam eius, quæ est bipennis, & proiecit in terram. at ille, cum se inclinasset colligere eam, rex statim eleuatis manibus suis, francescam suam in capite eius defixit. Idem author rursus in eiusdem regis historia: Tunc proiecit (inquit) in directum à se bipennem suam, quod est Francesca, & dixit: Sic fiat Ecclesia beatorum Apostolorũ, dum auxiliante Domino reuertemur. Et iterum: Reginhartus cæsum cernens exercitum suũ, fugere nititur: sed ab ipsis traditoribus comprehensus, ligatis à tergo manibus, vna cum Richario fratre suo, Clodouæo præsentatur. Cui Clodouæus dixit: Cur humiliasti gentẽ nostram, vt te vincire permitteres? nonne melius tibi fuerat mori? & eleuata bipenni, in caput eius defixit. Non dissimilem bipennem videtur delineare Appianus Alexandrinus, libro quinto Ciuilis belli, illius ab Hiberis originem repetens. At vero Menecrates cum iaculo ad Hiberorum formam, multis hamis ferreis inserto, femur saucius, subito telum educere non posset, & ob id bello inutilis existeret, reliquos ad pugnam hortaturus constitit. Ad huiusmodi secures Francorum adludit etiam Sidonius Apollinaris in Panegyrico ad Martianum, cum Francorum formam habitumq; recensuisset, subdit:

Francesca Francorũ.

Excussisse citas vastum per inane bipennes,
Et plagæ præscisse locum, clypeosq; rotare
Ludus, & intortas præcedere saltibus hastas,
Inq; hostem venisse prius puerilibus annis,
Est belli maturus amor.—

Audaciam Francorum idem Sidonius exprimit eodem mox loco, hoc versu:

Seu numero, seu sorte loci mors obruit illos,
Non timor, inuicti perstant, animoq; supersunt,
Iam prope post animam.—

Ferrei thoraces Francorum.

Francos postremis temporibus circa tempora Pipini & Caroli magni, vel paulo ante etiam, thorace ac armillis tibialibusque ferreis vsos fuisse, vt hodie etiamnum Germani, qui à Francorum posteritate descendimus, vtimur, tradit Werymbertus S. Galli abbas, in eo libro quem de bellicis gestis Caroli magni ex relatione Adalberti cuiusdam militis, qui omnibus Caroli gestis interfuit, perscripsit, à nobis inter alia multa repertum, & à situ eru-

rum, vbi ſub finem hæc verba leguntur: His necdum expletis, primum ad occaſum Boreã cœpit apparere, quaſi nubes tenebroſa, quæ diem clariſſimum horrentes in vmbras conuertit. Sed propiante paululum imperatore, ex armorum ſplendore, dies omni nocte tenebroſior oborta eſt incluſis. Tunc viſus eſt ipſe ferreus Carolus, ferrea galea criſtatus, ferreis manicis armillatus, ferreo thorace, ferreum pectus, humeroſque Platonicos tutatus, haſta ferrea in altum ſubrecta, ſiniſtram impletus. Nã dextra ad inuictũm chalybẽ ſemper erat intenta: coxarum exteriora, quæ propter facilem aſſenſum in aliis ſolent lorica nudari, in eo ferreis ambiebantur bracolis. De ocreis quid dicam? quæ & cuncto exercitui ferreæ ſolebant ſemper eſſe vſui. In clypeo nihil apparuit niſi ferrum. Caballus quoq; illius animo & colore ferrum retinebat. Quo habitu cuncti præcedentes, vniuerſi ex lateribus ambientes, omneſq; ſequentes, & totus in commune apparatus iuxta poſſibilitatem erat immutatus. Ferrum campos & plateas replebat, ſolis radii reuerberabantur acie ferri: frigido ferro, honor à frigidiore deferebatur populo.

DE FRANCORVM VETERI IDIOMATE, ETSI IN PROGRESSV LIBRI PLVRA A NOBIS DICENTVR,

libet tamen pauca hic ante principium libri præfari, ac in ſchemate præmittere, vt quam & Francica noſtra in Germania, & altera Francigenarum in Gallia, à primæua illa receſſerint, appareat.

IN OSTROFRANCORVM LINGVA VEtuſta qua deſierunt aut corrupta ſunt, vocabula.

Dinemanni/Dienſtmannen / Curiales.
Nuappene/arma, Wappen hodie.
Suuaerd/gladius, Schwerdt hodie.
Vrede/pax, Frid hodie. inde Freda mulcta, pro pace violata.
Rachebürge/ſpõſores litis, hodie Rechtobürgen.
Zagele / cauda.
Vueregeldo/mulcta pro eductione gladii.
Vnſuberpilde / ſimulacra læſa.
Numigelde / ex numero mulctæ pecuniariæ.
Vray/Vrank/ liber, hodie Frey Frankhen / vnde Vriathus dux Gallorum.
Hinterſcrenchi/Hinderſchrencken/tergiuerſationes.
Placitum/Comitia, hodie Platz.
In der gechzedo/repudium, in der ſchaydung.
Orloghe/bellum, & orlochen bellare, Vrlag.
Jour dhay/hoc anno, Jar/heüt hodie.
Furtinatrn/ſummo mane, Frü hodie.
Samawiſt/conciliũ, Zuſamẽkhunfft hodie.
Hubeiburge/Haubtſteet/metropoles.
Vuerken/operari, Werkhen.
Giuardo/Gefirt hodie, præiudicium.

Trochtin/Glauben/fides Latinis, Trewen.
Ancingas/Anken/pertica.
Parefreti/Kolaten/angariare vulgo.
Vetto/ Wetten/ dato arrabone certare.
Reuuantelinge/ Wandlen / mulctare.
Hrevund/Recht wund / bene vulneratus.
Per fortia/Proforß/ſubito, violenter.
Infanc/Fangen /comprehendere.
Gangi / proceſſiones.
Gihoffe/Zühoff/curialis.
Geſtrite / Streit / contentio.
Vnſamfter / pro moleſtus.
Tobeutor/Dobender/inſanus.
Ervarener/Erfarner / erfragt / deprehenſus.
Gnadigora/Gnediger/inclinatior.
Saga/oratio, Sag.
Spenta/Ain ſpent / conuiuium.
Frihouen/Frenthoff / cœmiteria.
Gechorenen/Außerkhoren/deliberatum Lat:
Chepſe/Khepſweyb/pellex.
Frundalnn/Frayle/ amaſia, amica.
Vuitue, Witwe/vidua.
Chetif / Dieb / fur.

IN FRANCIGENARVM HODIERNA LINgua, cum Latina & Gallica confuſa, quæ adhuc de veteri idiomate Germanico maneant voces.

Placa, Platz / forum Latine.
Trouble, Trüb / turbidum.
Cler, Clar / ſerenum.
Plourer, Plarrer/ lachrimator.
Cruche, Khrüg hodie, amphora Latine.
Lye, Leger hodie, fex vini Romanis.
Gronuilla, Grundling hodie, rana Latinis.
Court, Khurtz / breuis Latine.
Eſſeyr, Eſſen hodie, guſtare Romanis.
Baignar, Baden/balneare.
Greislar, Grißlen hodie, grandinare.

Froit, Froſt/frigus Romanis.
Trompe, Trummeten/buccina.
Harpe, cithara, Harpffen hodie.
Sor, ſtultus, adhuc in Saxonia.
Raugne, Rauden/ ſcabies.
Toutiours, Taug alle tag.
Eſcollier, Schüler / ſcholaris.
Foreſt, Forſt/ſylua. Foreſtier, Forſtmayſter.
Manebor, tutor: hinc Mundi burdi, tutela.
La manche, in lingua Saxonica adhuc diminutiue, Mantel.

Bruſ-

Bruslet, Braßlen hodie, cōburere Latine.
Taylar, Taylen/ diuidere Latine.
Sises vourbas, Setz dich fürbaß/ sede prior.
Ie ne le wil riens, Wil nichts/ nihil volo.
Ie ne le weil pas feyre, Ich wils nicht thün.
Bon marche, Ain güt markht.
Cloche, campana: Clochier, campanula.
Bouc, Bokh/ caper.
Haren, qui Häring/ haleces Latinis.
Ostruche, Strauß.
Robour, Rauber/ raptor Latine.
Grass, Groß/ pinguis Latine.
Magre, Mager/ macilentus Latine.
La vit, Fut/ vulua Latinis.
La gorge, Gurgel.
Fausse, Ain faust voll/ manipulus Latinis.
Manteau, Mantel/ pallium.
Iambe, os, Beyn.
Burgeoisse, Burger/ ciuis.
Espieur, Außspecher/ explorator.
Out loupe, euadere, Entlauffen.
Mercher, Marche/ forum.
Maraghe, Margengab/ dos matrimonii.
Hayc, sepe, Ain hag.
Chausses, Hosen/ caligæ.
Hakhe, securis, Hacken.
Courtil, Gurten.
Chreme, bouillici collustrū cum bulla, Der milchraum.
Feu, Feür/ ignis. Feuuyer, pro foco.
Chetif, Dieb/ fur.
Witue, Witwe/ vidua.

LIBER MIGRATIONVM GENTIVM TERTIVS, DE CIMMERIORVM IN TRACTVM ILLYrici immigratione: *vnde Cimbri, Sicambri ac Franci, notißimi Europæ populi processerunt: Autore* WOLFGANGO LAZIO *VVienense, Regio Historico.*

CIMMERIOS, quorum propagines per Europam late quondam diffusas, aliosq; Cimbros, Sicambros alios, Francosque appellatos, in confesso est, in Pannonias transgressos, videlicet, cum sedibus ad Bosphorum Cimmerium à Gothis fuissent exuti, non solum ex lib. IV. Herodoti elicitur: sed perscripsit hanc, ad plenum, quod aiunt, historiam, Berosus Chaldæus: qui, duce Meradaeo id contigisse, anno à creato mundo MMMDXX aduertit. Nam de Heleno Cimmeriorum rege, quem Troianis in auxilium venisse Homerus canit, hic nihil attinet dicere. Sed nec de ea emigratione hoc loco repetemus, quam iidem populi per Septentrionalia magis loca, classibus in Oceano Germanico vecti, & ad Chersonesum isthic delati, subiuere: vbi multis postea seculis Cimbrica Geographis Chersonesus fuit celebrata: atq; vnde tanquā ex equo Troiano, Saxones in Germaniā, ad Britanniam Anglos, in Heluetios Suitas, & in Armoricā Nordmannos, plenis processisse agminibus constat. Illud aūt silentio inuoluendū non erit, antiquitatē gentis esse qui petant a Fracis illis, quę post diluuium filiis Noæ in tellure apparuerunt, hoc est, diuisiones illæ terrarum intercurrente mediterraneo mari. Quarū quæ ad dextrā in Europa distincta fuit, Fracos illos Hebræis dedit, vt altera ad sinistrā Africos, à litera accedente, discriminis causa. Antequā igitur adhuc à Fracis illis Franci cognominati fuissent, Cimmerii incolæ hi omnes prope nominabantur, de quibus sermo noster vniuersus futurus est: qui itinere terrestri, non classibus, per Thracias & Mœsiam, in Pannoniam commigrauere. Et cum hanc eandem prouinciam reliquissent, multis postea seculis reuersi, sed mutato nomine, Cimbri iterum reperiuere. Qua iterum pulsi, diris Apollinis tentati, in Noricum ad Pyrenæum montem penetrauere: positisq; in alpibus Celticis sedibus, cum latrociniis insuescerent, Romana in se arma concitauere. Sed victores, Aureliū Scaurum, Manlium Cæpionem, & Carbonem Papirium, contra se cum legionibus missos fuderunt. Quo ex tempore aucti & animo & numero, Ambronibus & Teutonibus in commilitium ascitis, aperto Italiam marte inuadere ausi sunt: sed victi ad Athesim à Mario & Luctatio Catulo, maiore parte exercitus deleta, qui cladi superfuere, per Noricum hinc inde Pannoniasque dispersi, deperdito iam vna cum viribus nomine, Briones quidem in alpibus, in Pannoniæ vero campestribus βρύγχαι nominati sunt. Quibus Sicambri congentiles à Rheno & Gallus propulsi procul à Caio Iulio Cæsare, accessere: posteaquam in Romanorum venisset Illyricum potestatem, sub Cæsarum vsq; tributo vixere: conditaq; Sicambria ciuitate ad Istrū, sub signis Romanis meruere: primum quidē in cohortē admissi (qua Cor. Tacitus Tiberium Cæsarē in Thracia fuisse vsum, libro quarto scribit) postremo integrā ex his legionē conflatam, inclināte iam pene imperio, Romani Augusti aluere.

Cimmeriorum tribus & propagines.

Helenus R. Cimmeriorum.

Fraca Hebræorū, vnde Franci.

Cimmeriorum in Pannoniam commigratio.

Cimbrorū quot fuerint in Pannonia habitationes.

Sicambria in Pannonia ciuitas.

Sicambrorũ in Germaniam migratio.

De qua & inſcriptio Budę reperta, & Claudianus in hiſtoria Getica, & primo in Ruffinum libro, mentionem faciunt. Cæterum Gothis & Hunnis in Pannoniis inualeſcentibus, & quod Valentinianus hoc nomine Secundus, tributum non relaxaret, ductore Priamo & Antenore, in Germaniam conceſſere: proximiq; Turingis habitantes, vbi poſtea Francia orientalis prouincia fuit, quę modo Franconia dicitur, congentilibus ſuis ad vtramq; Rheni ripam habitantibus, aduerſus Romanos auxilio fuere. Quo tempore nouo adſcito nomine, ſiue ob audaciam, ſiue Franco rege, aut denique Fracis illis poſt diluuium occupatis, omnibus modis limitem Rheni Galliarumque inceſſere: tantiſque copiis effuſi, Romanum in orbem Cæſares poſtremo adegere, vt in Neruiis, Belgis, Menapiis & Contrufiis, proximi ſedes haberent. Qui poſtea Franci, Toxandri, Aduatici ſiue Adnarii nuncupati ſunt. Quare & Cornelius Tacitus, inſignis Romanæ hiſtoriæ autor, libro XII. Sicambrorum videtur in Galliis meminiſſe. Atq; hi quidem Romano ſub tributo viuebant, Romaniſque ſub ſignis interdum militabant: quemadmodum idem Tacitus libro quarto cohortis Sicambrorũ in Thracia & Mœſia mentionem facit. At maior eorum pars, cis Rhenum à Friſiis vſque ad Salam fluuium, Turingis proximi colebant, quos Salios inde atque Salignos dictos reperio, perpetuos atque acerrimos Romani nominis hoſtes, & qui Galliis iam inde ab initio inhiabant ſemper, & limitaneos ad Rhenum exercitus nunquam non infeſtabant. Vnde Claudio Aureliano & Proculo Auguſt. tes cum Francis ſecus Rhenũ fuit, vt in ipſorũ hiſtoriis Fla. Vopiſcus animaduertit. Quinimo Maximiniano & Diocletiano imperantibus, Franci iidem Rheno traiecto, in Neruiis & Treuiris conſederunt, agroſque ibi permiſſu Cæſarum aliquos ſub tributo obtinuerunt. Hi pacati cum Romanis ab eo tempore, vſq; ad Iuliani & Valentiniani imperia, vixerunt ſemper: in militaria etiam à Romanis ſigna admiſſi, & in Palatio apud Conſtantium Imperatorem officia geſſerunt, vt apud Amm. Marcellinum libro XV. legitur. Verum enimuero Valentiniano poſtea ad culmen Auguſtale euecto, Melobaudis regis auſpicio & Saxonum auxilio, noua Francorum manus ex interiore Germania excita, Rhenumq; tranſgreſſa, dum Cæſar Marcomanico Sarmaticoq; bello apud Illyrieũ detinetur, littoralem Belgicę oram occupauit: quemadmodum Marcellinus libris XXVII & XXX refert. Ab eo tempore confirmatis ſedibus Francorum in Galliis, quum & numero & viribus hi creſcerent quotidie, & Romani contra inteſtinis partim bellis, partim à tot ferarum gentium examinibus, multis in locis, Hunnorum præcipue & Gothorum, affligerentur, Ægidio atque Siagrio Galliarum præſidibus debellatis, Belgicas totas, & magnam Lugdunenſis Galliæ partem ſui iuris fecerunt: quo tempore & Burgundi Narbonenſem Sequanæq; partem, ac Gothi Aquitaniam, Romanis ademiſſent. Cum quibus aliquandiu, fœdere percuſſo, communi auſpicio rem aduerſus Romanos, Hunnos, Alemannoſque gerebant: donec Franci omnem ad ſe rei militaris laudem trahentes, ſociis ſuperiores facti, & illis inferre bellum cœpere. Ex quibus Gothi in Hiſpaniam, ex Aquitania profligati, abierunt: Burgundi vero ſerui Francorum facti, in vnam cum illis gentem coaluere. Supererant adhuc Alemanni, Francis in maxima Sequanorum, & tractu Argentoratenſi, & Turingi prope Salam vicini. Hi negocium indomitæ perpetuo genti faciebant, atque imminuere contractas iam vires conabantur. Quare Clodouęus ille magnus, qui tum principatui Francorum inſiſtebat, quod Anaſtaſio imperante contigit, priores Alemannos adortus, claram de illis victoriam reportauit: auctoque imperio, & promota ditione, limitem regni ad Rhenum vſque propagauit. Hinc Weſtraſiæ & Weſtriæ, ſiue Neuſtriæ regni initia repetuntur, quod in tractu Obruncano atque Argentoratenſi, inter maximam Sequanorum prouinciam, Belgicas atque Germaniam ſecundam late procurrebat, & vbi natu ſemper minores Francorum filii gubernabant. Atque Clodouæi hæc præcipua gloria fuit, & quod Chriſto vendicatus, Brunehildis coniugis & ſancti Remigii perſuaſu, gentem efferam ſalubri doctrina primus imbuiſſet. Cuius filii Theodericus Turingos, Himelfrido rege occiſo, Theobaldus Alemannos & Sueuos pene vſque ad Vindelicos, ad obſequium compulere, limite iam Francici imperii hinc atque inde late in ortum extento. Non ceſſarunt & poſteri horum, quos memorauimus regum. nam Dagobertus Saxonas vltra Turingos adgreſſus vicit magis, compeſcuitque, quam quod ſubieciſſet. Hildericus vero egreſſus limitem qui in Rhetiis fuerat, Sueuos, Boiarios, Carnoſque Francorum imperio adiecit. Atque tum quidem Auſtraſiæ ſiue Auſtriæ regni, vulgo Oſtenrich, voces ortæ ſunt: quod per præfectos duceſque Orientale hi regnum adminiſtrauere ſemper, ab Hunnis Sclauiſque defendentes. Hinc Paulo Diacono libro 5. cap. 39. & Ottoni Friſingenſi cap. 20. libri 5. Chronicorum, Auſtria Venetiis proxima deſcribitur. Et Rhegino Prunienſis loquens de anno incarnationis Dominicæ DCCLXXVIII: Carolus (inquit) cum exercitu Hiſpanias ingreſſus eſt. venit enim

Etymon nominis Francorum.

Francorum prima in Galliis ſedes.

Duo genera Francorum.

Francorum ſecunda in Galliis ſedes.

Tertia Francorũ in Galliis ſedes.

Belgica à Francis quãdo occupata.

Burgundi victi, & ſubiecti Francis.

Alemanni victi & ſubiecti Francis.

VVeſtraſia regni vocisque initia.

Turingi victi & ſubiecti Francis.

Saxones victi a Fracis.

Sueui & Boiarii Carnique victi, & ſubiecti Francis.

Auſtraſia Auſtriaque regni vocisq; initia.

Auſtria Venetiis vicina.

primo Pompilonam ciuitatē, deinde ad Cæsaraugustam vrbem perrexit: vbi innumerabilis multitudo de partibus Burgundiæ & Austrasiæ vel Boiariæ, seu prouincia & Septimana, pars etiam Longobardorum in auxilium conuenere. Hæc ille. Porro is idem Carolus Francorū rex cognomento Magnus, Austriā siue Austrasiam apud Boiarios Carnosq; constitutā, debellans ac submotis Hunnis Auaribusq;, ex Vindelicia in Noricū, & inde in Pannoniā vsq; extendit, amplissimo Orientali regno, q; gentilicia lingua Osterrich vocabant, & Latine sacerdotes illorum Austriam vel Austrasiam, constituto: quare cū præfectus vnus non sufficeret, limitaneos huiusmodi regno duces dedit, qui limites aduersus hostes tuerentur, dū ille aduersus Saxones Sclauosq; bello detineretur. Hos Marchgrauins gentilicia lingua,

Austrasia in Boiaria.

Austria in Pannonia.

Marchiones regni Austrasia.

10 & Latine horū diaconos Marchiones nominabāt: quorum vnus Pannonici limitis custos (vt Eginharti verbis vtar) aduersus Auares & Hunnos excubabat, qui labentibus seculis, cū gnauiter rem semper ageret, totius regni nomine ascito, Austriæ Marchgrauius, siue orientalis Marchio cognominabatur. Secūdus vero apud Carnos cōstitutus, in Norico mediterraneo Sclauos arcebat, Carinthiæ siue Carantanę Marchgrauius nuncupatus. Quē in opere iuuabant Istriæ Marchio tertius, & dux Foroiuliensis. De quibus postremo huius operis libro, vbi Austriacorū principum gentem prosapiamq; ex professo tractamus, copiosiorem sermonem instituemus. Sed redeo post longam digressionem ad Cimmerios, Cimbrosq;. Quorū repetuntur primordia à Gomero Iaphet filio, & Noe nepote. Quem tametsi in Italiā Galliamq; venisse Berosus testatur, tamē rursus scribit idem: Anno quadragesimo eius-

Marchio Orientalis Austria.

Marchio Carinthia.

Marchio Istria.

Redit author ad sermonem inceptum de Cimmeriis.

20 dem regis (loquitur de Saturno Babylonico) aliquot Coloni ex filiis Gomeri in Bactrianis sibi sedes quæsiuerunt. Porro nec Cimmeriorum vox abludit, vnica vocali mutata, & potuerunt errasse Græci o in e vertentes. Cæterum quod de illorum in Pannoniis atq; Illyrico constitutis fixisque sedibus, antequam adhuc Romani Pæonesque hīs agros vel colere, vel sui iuris facere cępissent, tractaturos nos inter initia libri istius polliciti sumus, iam prosequemur. Igitur Cimmerios primum omnium ex vltimis Thracię finibus, atque Bosphoro Cimmerio, alios quidem ad Germanię littoralem oram, vbi Cimbrica Geographis versus arctum describitur Chersonesus, alios vero habitatum in Pannonias profectos, eius rei grauissimos habemus authores, antiquissimosq;, Homerum, Herodorum, & Berosum rerum Babylonicarum scriptorem, trecentis ante Christum annis florentem. Quorum Ho-

30 merus libro XI Odysseæ, cum Vlyssis in mari cum sociis errores describit, iam tum finito Troiano videlicet bello, Cimmeriorum videtur in Septentrione & ad oram Germanici maris meminisse. Homeri versus non grauabor subscribere:

Cimmerii in ora & littore maris Germanici mox post Troianum bellum coluere.

> Ηδ' ἐς πείραθ' ἵκανε βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο,
> ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
> ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
> ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
> οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
> ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Quæ verba pene hisce verbis transtulisse videtur Valerius Flaccus libro tertio Argo-

40 nauticorum:

> *Cimmerium domus, est superis incognita tellus,*
> *Cæruleo tenebrosa situ, quo flammea nunquam*
> *Sol iuga, sidereas nec mittit Iuppiter auras.*
> *Stant tacitæ frondes, immotaque sylua comanti*
> *Horret verna iugo, specus, vmbrarumque meatus*
> *Subter, & oceani præceps fragor, aruaque nigro*
> *Vasta metu, & subita post longa silentia noctes.*

Eundem Homeri locum Latine eleganter, vt solet, Ioannes Stigelius reddidit, quem non grauabor subscribere:

50

> *Est locus obscuro densi sub climate cæli,*
> *Vmbrarum nebula & caligine semper opacus.*
> *Cimmerii arua tenent, non illos lucidus vnquam*
> *Aspicit, aut aliquo dignatur lumine Phœbus:*
> *Siue adeat veniens stellantis lumina cæli,*
> *Siue iterum in terram summo decedat Olympo,*
> *Ventilat æternas nox perniciosa tenebras.*
> *His celerem allapsi nauem subduximus oris:*
> *Acceptisque ouibus sinuosi ad littora Ponti,*
> *Erraus explorans, donec loca certus adirem.*

Et rursus in vaticinio Tiresiæ ad hanc Cimmeriorũ plagam, oram videlicet Germaniç Septentrionalem & littoralem, idem alludit Poeta:

Et iterum spaciosa leges per marmora pontum,
Donec ad extremas traducas carbasa gentes,
Quæ mare nec norunt, nec sal in prandia sumunt,
Nec minio pictas unquam videre carinas,
Aut remos agiles facientes nauibus alas.
Verum aliud moneo, memori tu mente recondc.
Quando alius medis visus per flumina ponti
Obuius ire tibi, tranquilli flamina venti
Adferet a tergo: tunc terræ infigito remum,
Tunc sacra Neptuno facito, cui cærula parent,
Et nauem conuerte domum. tunc denique diuis
Centum supplicibus fument altaria votis.

Huc videtur pertinere locus Strabonis Geographi, quem non grauabor ascribere, quoniam Cimmerios iam tum fines patrios exisse larrocinantes, testatur in hæc verba: καὶ τὸν κιμμερικὸν βόσπορον οἶδε, τοὺς κιμμερίους εἰδὼς, οὐ δήπου τὸ μὲν ὄνομα τῶν κιμμερίων εἰδὼς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν, οἳ κατ᾽ αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, μέχρις ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γῆν τὴν ἐκ βοσπόρου πᾶσαν. αἰνίττεται γοῦν καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν ζοφῶδες ὂν, καὶ ὥς φησιν,

ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ᾽ αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν,
οὐδ᾽ ὁπότ᾽ ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
ἀλλ᾽ ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν.

Quæ Guarinus Veronensis sic reddidit: Et idem Bosphorum Cimmericum agnouit, cum & Cimmericos sciuerit. Non vtique nomen Cimmeriorum cognitum habens, ipsos ignorauit, qui eius ætate, vel paulo ante illum totam è Bosphoro ad Ioniam vsq; terram discursarunt. Eorum igitur agros, clima insinuans, attigit, quæ tenebrosa sciuit, sic Homerus eorum meminit, aere ae nebula eos coopertos ostendens.

Porro testatur Cor. Tacitus, tumulum Laertæ patris Vlyssis, inscriptionemq; Neptuno dedicatam, in Germaniæ & Rhætiæ confinibus fuisse repertam. Et extat hodie adhuc, ita vt Tacitus commemorat, in Wirtembergiæ ac Badensis Marchionatus confinio, vbi videlicet Germaniæ veteris liberæ fines cernuntur, haud procul a Rotuilla, Neptuno dicata huiusmodi aliqua inscriptio, quæ Homerico suffragari carmini, atque Tacito, videri potest. Huc pertinet, quod Gregorius Turonensis in historia Francorum scribit, vt Francos à Cimmeriis descendisse, atq; ex Asia nauigio ad Rhenum, inque Germaniam venisse appareat: Principium (inquit) regum Francorum, eorumque originem, vel gentium illarum ac gesta proferemus. Est autem in Asia oppidum Troianorum, vbi erat ciuitas quæ Ilium dicitur, & vbi quondam regnauit Æneas. Gens vero illa fortis ac valida, viri bellatores atque rebelles nimis, in inquieta se certamina ingerentes, per gyrum finitimos debellabant. Surrexerũt autem reges Græcorum aduersus Æneam, cum multo exercitu, pugnaueruntque contra eum cæde magna, corruitq; illic multus populus Troianorum. Fugit itaq; Æneas, & se conclusit in ciuitate Ilio, pugnaueruntque Græci aduersus hanc ciuitatem annis decem. ipsaque ciuitate subacta, fugit Æneas in Italiam, locauitque gentes ad pugnãdum. Alii vero ex principibus, Priamus videlicet & Antenor, cum reliquo Troianorum exercitu, x [illegible] millibus intrantes nauibus discesserunt, & venerunt vsque ad ripas Tanais fluminis: ingressiq; Mæotidas paludes, nauigantes tandem peruenerunt ad terminos Pannoniarum, & cæpere ibi ædificare ciuitatem ob memoriam eorum, appellauerũtq; eam Sicambriam: habitaueruntque illic annis multis, creueruntque in gentem magnam. Non dissimile legitur in alia quadam Francorum historia, a nobis sine nomine autoris reperta: quod quia ad locum præsentem facere videtur, dignum duxi vt inseratur. De Francorum vero regibus (inquit) Hieronymus, qui iam olim fuerant, scripsit, quod prius Virgilii poetæ narrat historia, Priamum primum habuisse regem, cum Troia fraude Vlyssis caperetur: & exinde fuissent egressi, postea Phrygiam habuissent, bifaria diuisione, partem eorum Macedoniam fuisse adgressam, alios ex Phrygia, Asiam peruagantes, littoribus Danubii fluminis, & supra mare Oceanum consedisse: denuo bifaria diuisione, Europam media pars ex ipsis cum Francione eorum rege ingressa, vaga per Europam cum vxoribus & liberis Rheni ripam occupauit, nec procul a Rheno ciuitatem ad instar Troiæ nominis ædificare conata est. Cœptum quidem, sed imperfectum opus remansit. residua vero eorum pars, quæ [illegible] littus Danubii remanserat, electum ad se Torchot nomine re[illegible], per [illegible] m vocati sunt

Cimmerios ex Asia in Europam venisse.

Cimmeriorum distributio per Europã & ex Asia na-[illegible]

ſunt Torchi hi, & per Francionē alii Franci. Multis poſt temporibus, ſub ducibus, cum externas dominationes inquirerēt, extinctis ducibus, in Francis denuo reges creantur, ex eadem ſtirpe qua prius fuerant. Franci electum ad ſe regem, ſicut fuerat, crinitum inquirentes d[illegible]genter, ex genere Priami Phrygii, & Franciones [illegible]per ſe creant Teudomerem, filiū Richomeris, &c. quæ ſequuntur in eadem Francorum hiſtoria: quæ docent, à Cimmeriis Francorum eſſe originem, illorum vero ex Phrygia & Troianis. Patetque, quando, & quo itinere huiuſmodi populi & ad Danubium Pannoniamque, & ad Rhenum, vbi Cimbrorum poſtea nomen auditum fuit, peruenerint. Et vt nemini dubium ſit, Francorum, vnde Germani Teutones deſcendimus, a Phrygibus Troianiſque primordia eſſe, non poſſum temperare mihi, quin hiſtoriam illam recenſeam, quam attingit Herodotus libro ſecundo: Pſametychum regem Aegypti tradens, cupidum noſcendi, quinam primi hominum extitiſſent, Ægyptiine (de quibus, Luciano authore, illud inualuerat prouerbium, Αἰγύπτιοι ἀρχαιότεροι τῶν ἀνθρώπων) an Phryges potius, quos Apuleius in XI Aſini, Primigenios Peſſinunticos nominat, & de quibus Claudianus canit,

—Dat cuncta vetuſtas,
Principium Phrygibus, nec rerum Aegyptius vltra
Reſtitit, humani poſtquam puer vberis expers,
In Phrygiam primum laxauit murmura vocem.

Pſametychum, inquam, ſuper antiquitate vtriuſq; gentis huiuſmodi periculum feciſſe, Herodotus ſcribit: Pueros duos recens natos paſtori educ[a]ndos tradidiſſe, ac ſimul interdixiſſe ſerio, ne coram eis vocem aliquis ederet, ſed ſolitaria in caſa, ſine hominum commercio, a capra nutritos, biennium diligenter obſeruari iuſſiſſe. Tum exacto biennio, paſtorem, qui puerorum nutricationem ſuſceperat, vti iuſſus erat, ianuam caſæ aperuiſſe, ac ambos clamantes infantes audiuiſſe Bechus. Quod primo audiens paſtor, obticuit: cum vero crebrius adeunti, & obſeruanti, idem verbum ab infantibus ederetur, rem ad regem re[illegible]t, eiuſq; [illegible]i pueros exhibet: quos cum & ipſe Pſametychus audiuiſſet, iuſſit fieri inquiſitionem, quinam mortalium Bechus in lingua vocem haberent familiarem. quod curioſe perquirens, comperit Phrygas ſic panem vocare. Quo argumento confutati deinceps Ægyptii, Phrygas primigenios, primoſque hominum, & ſe ipſis priores conceſſerunt. Sed quorſum hæc. niſi vt liqueat, Francos, eorumq; poſteritatem Germanos, à Phrygibus originem trahere, qui hanc vſque in diem, piſtorem am becken/ pinſere bachen/ & panificium am becke appellamus. Quare nec mihi diſplicet coniectura illa Io. Auentini, & Phrygas Aſiaticos Teutonas fuiſſe lingua, a libertate ſic nominatos, Die Phreyen: qui poſtea ab eadē libertate deprauata pronūciatione, Die Frian/ & addita aſpiratione in fine, Die Frnaufhn/ hoc eſt Franci appellati ſunt. vnde & Friſios deſcendiſſe, ab eademque libertate cognominatos, mutata ſecundū locorum diuerſitatem pronunciatione, exiſtimo. Atq; de Cimmeriis hactenus, quemadmodum ex Phrygia atq; Aſia, cum ad Iſtrum in Pannoniā peruenerint, tum ad Rhenum etiam in Germania cōſederint, condita vtrobiq; ciuitate Sicambria in Pannoniis, & Troia noua ad Rhenum. Supereſt nunc, vt Cimbros ex Cimmeriis proceſſiſſe doceamus: & quomodo, ac quando ad Rhenū peruenerint: ac eo propter inundationem aquarum relicto, per Hercyniā ſyluam in Noricū, Ital[i]æq; confin[i]a: indeq; pulſi à Romanis, pars in Græciam, pars in [P]annoniā habitatum abierint: adeo, vt præter primas Cimmeriorū iſthic ſedes mox poſt Troianum bellum conſtitutas, eiuſdē gentis alia manus, alio tamen nomine Cimbri, Illyrici agros incolere cœperint, poſt Macedonicū a Romanis cōfectum bellum. Vbi amiſſo paulatim & ſecundo nomine, [illegible] & Briones nominati ſunt: & Pæonibus immixti, Galliſque, vſq; ad Tyberii Cæſaris tempora, agros in pace coluere. Atque vt primum Cimbros ad oſtia Rheni coluiſſe, vbi eſt hodie Holandia & Geldria, manifeſtum faciamus, ſcribit nominatim Cæſar libro ſecundo Gallicæ hiſtoriæ: Cum ab his quæreret, quæ ciuitates, quantæque in armis eſſent, & qu[i]d in bello poſſent, ſic reperiebat: pleroſque Belgas eſſe, ortos a Germanis, Rhenumque antiquit[us] tr[a]nſductas, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe: Galloſq;, qui ea loca incolerent, expuliſſe: ſoloſque eſſe, qui patrum noſtrorum mem[o]ria, om[n]i Gal[li]a v[exa]ta, Teutones Ci[m]broſque intra fines ſ[u]os ingredi prohibuiſſent. Qua ex re fieri, vti earum rerum memori[a], magn[am] ſibi authorit[at]em, magnoſq; ſpiritus in re militari ſumerent. [I]t[em] rurſus libro prim[o] e[iu]ſd[em] hiſtoriæ, dum conſilia Cæſaris deſcri[bi]t. Pau[l]at[im] [aute]m Germanos con[ſ]ueſcere Rhen[um] tranſire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano peri[c]uloſum videbat, neque ſibi homi[n]es feros ac barbaros obtemperaturos exiſtimabat, quin cum omnem Gal[liam] occupaſſent, vt ante Cimbri Teutoneſq; feciſſent, in Prouinciam exirent, atque i[n]de in ipſ[a]m

Vnde Franci primum Cimmerii dicti fuerunt.

Phryges Teutonicā linguam habuiſſe.

Secunda Cimbrorum in Pannoniam tranſmigratio.

Cimbrorum in Gallias Rheno traiecto migratio.

Italiam contenderent, præsertim cum Sequanos à prouincia nostra Rhodanus diuideret. Refert Polybius libro 4. atque inde Plutarchus repetit, in libello de Romanorum fortuna, Cimbros, vtpote Germanos, venisse in Galliam tempore Camilli, quo tempore Brennus cum congentilibus regibus, quos Pausanias nominat Belgium, Cerethrium, Bathanatium, &c. ingentem Gallorum multitudinem in Italiam, & inde in Pannoniam, indeque rursus in Græciam & Asiam traduxisset. Verba Plutarchi non grauabor ascribere: εἰ γὰρ ἀληθὲς Πολύβιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ περὶ τῶν τότε τὴν ῥώμην κατασχόντων κελτῶν ἱστόρηκεν, ἀληθὲς δὲ, ὅτι προσπεσούσης αὐτοῖς ἀγγελίας, φθείρεσθαι τὰ οἴκοι ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν, καὶ κρατούντων, ἀπεχώρησαν, εἰρήνην θέμενοι πρὸς τὸν κάμιλλον. οὐδ᾽ ἀμφισβήτησις ἐστὶ πρὸς τὴν τύχην, ὡς οὐχὶ τῆς σωτηρίας αἰτία γέγονε, περισπάσασα τοὺς πολεμίους. μᾶλλον γὰρ ἀποσπάσασα τῆς ῥώμης ἀπροσδοκήτως. Si enim verum est (inquit) quod de Gallis vrbem Romanorum occupantibus, Polybius in IV lib. prodidit, scilicet dum Gallis nuncia accidissent, eorum domos ab aduenis Germanis militantibus eorum regionem dirumpi ac deuastari, ad patriam eorum redierunt, percussa pace cum Camillo. Nulla igitur contentio sit ad fortunam, quod scilicet non Romanorum saluti adfuerit, quia eis tot hostes immiserit: Si verum dicimus, magis hostes à Roma auertit, etiam inexpectato. Huc pertinet, quod libro II eiusdē historiæ Cæsar de Aduaticis scribit: Aduatici, inquit, de quibus supra scripsimus, cum omnibus copiis auxilio Neruiis venirent, hac pugna nunciata, ex itinere domum reuerterunt. Et subiungit: Ipsi erant ex Cimbris Teutonisque procreati, qui cum iter in Prouinciam nostram atque Italiam facerent, his impedimentis, quæ secum agere ac portare non poterant, citra flumen Rhenum depositis, custodiæ ex suis ac præsidio VI millia hominum reliquerunt. Hi post eorum obitum multis annis à finitimis exagitati, cum aliàs bellum inferrent, alias illatum defenderent, consensu eorum omnium pace facta, hunc sibi domicilio locum delegerunt. Atque hæc de Cimbrorum in Gallias traiecto Rheno transmigratione, C. Iulio Cæsare imperante, manifesta sunt. Iam à Tiberio multis post annis, alios ex Germanis non paucos populos translatos vltra Rhenum in Gallias esse, Tranquillus in eius vita testatur: Exin (inquit) Rhæticum ac Vindelicum bellum, inde Pannonicum, inde Germanicū gessit. Rhætico atque Vindelico gentes Alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas subegit: Germanico XL millia dedititiorum traiecit in Galliam, & iuxta ripam Rheni sedibus adsignatis collocauit. Ad quam historiam alludens Horatius Oda XIV, sic canit, de Tiberio loquens:

Teutonici in Gallias translati.

Auspiciis pepulit secundis.
Nilus & Hister, te rapidus Tygris,
Te cæde gaudentes Sicambri,
Compositis venerantur armis.

Sicambrorum nomen quando ac vnde ortum.

Porro Sicambri Cimbrorum eorum posteritas fuit, qui aliis ab inundatione maris & Rheni in Italiam Noricumque, atque inde in Græciam ac Pannonias abeuntibus, domi remanserāt. Quippe cum Cimbri primum ad Rhenum venissent, siue ex Pannoniis terrestri itinere, vt Gregorius Turonensis & Vrspergensis volunt: siue nauigatione ex Phrygia & Thracia per Germanicum mare huc delati, hominum quidem (vt historiæ habent) numero 489360, à Teutonibus proximisque Thuringis Neumagi, hoc est, noui cognati, erāt appellati. Deinde cum rex Antenor, qui tantas copias duxerat, Cambram è Britannia vxorem in vitæ consortium fæminam prudentiss. asciuisset, in coniugis gratiam, populum suum Sicambros nominauit. Idque euenit anno conditi mundi MMMDL, sub ipsam Artaxerxis tyrannidem, & quo primum tempore Hannibal in Italiam nauigarat. Quod si nostræ linguæ arcana rimari velimus, Sicambros à victoria bellatoris nominatos inueniemus, Der sig des kempffer. Sic & Cimbros, Gomerumque autorem populi illius, à bello quod kampff, & Saxonice kamp, nuncupatos crediderim: vnde bellatores viri, Die kempffer/Die kemper. Græcis enim literis Germanos vsos, etiam Cæsar tradit, qui κίμβρες scribunt. Videtur ad hunc locum pertinere, quod scribit Cor. Tacitus libro de Moribus Germanorum: Cæterum Germaniæ vocabulum (inquit) recens & nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi, Gallos expulerunt, nunc Tungri, nunc Germani uocati sunt. Hæc eiusmodi sunt, quæ ostendant, Cimbros collecticiam fuisse gentem, ex Cimmeriis primis, & Teutonibus: atque eiusdem tribus siue propaginis extitisse Tungros, Aduaticos, Sicambros, ac postremo Francos, quorum omnium nō nisi Teutonicum in vsu semper erat idioma. Quapropter Plinius lib. IV. cap. XV. Genera, inquit, Germanorum sunt quinque: Primum Vandali, quorum partes sunt Burgundiones, Varini, Catinni, Gutones. Secundum genus Ingeuones, quorum pars sunt Cimbri & Teutoni, à Canchorum gente. Proximi autem Rheno Istæuones, quorum pars sunt Cimbri mediterranei &c. Hinc Procopius quoque in Gothica historia, Francos Germanos nominat: eorumque reges primos Clodouæum,

Etymō Cimbrorum.

Franci & Cimbri Teutones fuere.

um, Theodericum, Theowaldum, & Theodeberrum, Germanorum reges aperte vocare videtur. Id quod & ipsa nomina propria eorum coarguunt, mera Teutonica: Dietrich/hoc est, Germanus diues: Dietwald/hoc est, Germanus syluestris: Dietbrecht/id est, Germanus famosus. Sed hæc alias. Redeo ad Cimbros Rheni accolas, quorum non minimam multitudinem ob erebras maris Rhenique ostiorum inundationes Rhenum reliquisse, atq; in Noricum Italiam versus profectam, iam antea ex Cæsaris commentariis ostendimus. Porro in tali itinere longinquo, primum in Hercyniam syluam Germaniæ notissimam venisse atque inde à Boiis pulsos, ad Danubii ripas consedisse, proxime Tauriscis & Scordiscis, Strabo libris quarto & quinto Geographiæ testatur: indeque Luetios adiisse, viros plurimo locupletes auro, & in pace vitam agentes. Ab his verisimile est Cimbros in Italiam, dum signa mouerent, in Foroiulio ad Norzam, vbi est hodie Goritia, Romanos vicisse, Scaurum & Papyrium Carbonem. Et cum vlterius ad Athesim se converterent, a Mario & Catulo Romanis Coss. victos esse. legitur namque apud Strabonem quinto Geographiæ: Extra Venetiæ quidem fines Aquileia est, quæ flumine ab alpibus descēdente distermina̅tur, per quod sursum nauigatur stadiis mille & ducentis, ad vrbem vsque Norzam: vbi Cn. Carbo, collatis aduersus Cimbros signis, re infecta discessit. Fuerunt & alii à Cimbris eodem tempore & loco Romanorum duces victi, quos breui hocce carmine longè doctiss. vir Vdalrichus Huttenus comprehendit:

Cimbri relicto Rheno in Noricum & Hercyniam syluā profecti.

Romani à Cimbris in Norico victi.

Carbo fugit, capitur Scaurus, Sillanus in hostem
Frustra agit, ostensa pœnam dat Cassius ira.
Capit, succubuit Marius, data copia pugnā
Queis non ille dolis, qua non se fraude tuetur?

Porro commemorat & Plutarchus in Parallelis, Cimbros per Noricum fuisse cōtra Lucatium profectos. Κιμβροὶ (ait) μὲν ἔλαχον διὰ Νωρικῶν ἄνωθεν ἐπὶ Κάτλον χωρεῖν, καὶ τὴν πάροδον ἐκείνην βιάζεσθαι· Τεύτονες δὲ καὶ Ἄμβρωνες Λιγύων ἐπὶ Μάριον παρὰ θάλατταν. Id est: Partitis copiis, Cimbri per Noricos contra Catulum, vt itinera illa per vim occuparent proficisci statuerunt: Teutones autem & Ambrones per Lingones, contra Mariū contendebant. Sic & Catulum ad Athesim postea Cimbros obuios habuisse, eo in itinere idem refert, cum ait: Κάτλος Λυτάτιος ἐν τῷ Κιμβρικῷ πολέμῳ περὶ τὸν Ἀτισῶνα ποταμὸν στρατοπεδεύων. Hic ergo forte pro Atisone legendum censeo, litera adiecta, Natisona: profectosque non per Tyrolim Cimbros, sed proxima per Carnos via, & Forum Iulium: cuius Natiso fluuius, qui Aquileiam præterfluit, ab autoribus describitur. Sic igitur iam constat, victos a Mario & Catulo in Italiæ vicinia Cimbros fuisse. qui Romanam historiam scribunt, omnino deletos adserunt. At ego partem non minimam, quæ cladi superexat, in Græciam abiuisse, atque inde rursus diris Apollinis exactos rediisse in Pannonias: & vsque ad Pyrenæum Rhætiæ montem, qui hodie in Tyroli Brennerus dicitur, sedes habuisse. Sic enim scribit Appianus Alex. in Illyriorum historia: quippe eosdē Celtas, quos Cimbros vocant, ad Delphos posuisse castra, statimque omnes dispersos aufugisse, pluuia in eos ante inceptam pugnam, cum procellis fulguribusque desæuiente. Et subdit: Celtarum porro tellurem, Apollinem concussisse aiunt, vrbesque absorbuisse: nec prius finem tantæ cladi impositum, quam ipsi pari modo e laribus egressi sunt, & in Illyrios, qui cum ipsis vna deliquissent, peruenere. quas peste iam confectos, & ob id debiles, cum facile vicissent, contractione earum rerum morbo correpti, in fugam abiere, & ad Pyrenem vsque mutauere loca. Hæc ille. Intelligit autem Pyrenem Appianus, quem in Rhætiis, haud procul à Rheni fonte his versibus Maximus Planudes delineat:

Cimbri victi a Romanis in foro Iulio.

Cimbri in Græciam profecti.

Cimbri ex Græcia in Pannoniā profecti, & Pyrenæum

Οὔρεα Πυρηναῖα καὶ ἠλιβατώδεες Ἄλπεις,
αἳ Ῥήνου προχοὰς ἐγγὺς ἀποβλέπετε,
μάρτυρες ἀκτίνων Γερμανικοῦ, αἷς ἀνέτειλεν
ἀστράπτων Κελτοῖς φῦλον ὀλέσσας.

Pyrenæus mons Rhætia.

Hos versus Beatus Rhenanus, historiæ vnicum nostro seculo lumen, sic transtulit:

Saxa Pyrenæi, & depressa vallibus alpes,
Quæ Rheni fontes haud procul aspicitis.
Vidistis radios, Cæsar Germanicus edit
Quos cum Teutonibus fulgure belligerans.

Ex hoc præterea carmine colligimus, Germanicum Cæsarem a Pyrenæo monte Teutonas pep[illegible]e hoc est, Cimbros, vel ipsorum posteritatem Brencos & Stambræos, Brionesque. Huc pertinet quod scribit Suetonius in Tyberio, qui Germanici patruus fu[illegible] [illegible] xin Rhæticu[illegible] & Vindelicum bel[illegible]n. I[illegible] de Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhætico atque Vindelico gentes alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas subegit. De Brencorum

Brencorum reges in Pannonia.

regione à Pannoniis in Rhætias extentis, Strabo libro quarto Geographiæ hæc scribit. Huius autem nationis sunt Lepontii & Camuli, atq; Vindelici & Norici, & montana exteriora tenent maiori ex parte cum Brencis & Tenatis, his iam Illyricis. Sed & Plinius libro tertio, cap. 25. in descriptione Pannoniæ, Saum per Colapianos & Brencos fluere in Istrum tradit: quamuis vitio Breucos per u literam legatur in vulgaribus exemplaribus, quod magna videlicet sit affinitas inter literas u & n. Atq; de Brencis hactenus, vnde nimirum Francorum posterius nomenclatura exorta fuit: fuisseque Brencos Cimbrorum reliquias, qui & Siambræi ac Briones labentibus seculis vocabantur. in eadem mecum est doctiss. vir, PHILIPPVS MELANCHTHON opinione. De Siambræis idē Strabo lib. v. refert: Supra Venetos (inquit) Carni & Cenomanni & Medoaci & Siambræi, ex quibus Romano nomini hostes extiterunt aliqui. Hos puto esse, qui pessum eunte Romana maiestate, Briones passim à Francis ac Gothis eorumq; scriptoribus nuncupabantur. De quibus Iornandes in historia Gothica mentionem facit, hos in exercitu Attilæ inter Teutonicos populos commemorans: & Romanorum fuisse milites, conductitios forsan, vt ego opinor, de legione Sicambrorum, quæ Valentiniano secundo imperante, Illyricanum limitem ad Istrum nomine Romanorum tuebatur. Hinc & Otho Frisingensis libro Chron. quarto, cap. 26. scriptum reliquit: Igitur Attila, dum hoc modo procedere nō posset, bellum Gothis aperte indicit: qui pulsatis per legatos Romanis, Aetium patriciū in auxiliū accipiunt. Hinc adscitis sibi Francis, Sarmatis, Armoricanis, Burgūdionibus, Saxonibus, Ripariolis, Brionibus, multisq; Celticæ & Germanicæ nationibus, Gothis succurrit. hæc ille. Ex quibus omnibus iam liquet, Cimbrorum in Pannoniis posteritatem post cladem illam a Mario acceptam remásisse. Id quod vel Cimbrianū municipium, quod in Pannonia Antonini itinerariū describit, confirmare potest. Legimus præterea in antiquissimis Annalibus, Cassandrum Sicambrorum regem, Borbistar Gothorum regem, in acie vicisse: quod haud equidem alibi quā ad Danubium factum fuisse, necessum est, vt pote cui flumini Gothi tum in Dacia proximi fuerant. Et verisimile est bellū inter eos, vt fere heri adsolet, de finibus fuisse ortum. Borbistar autem illum esse existimo, quem Bærobistam Strabo vocat, & Caii Iulii Octauianique Augusti Cæsarum ætate ad Danubium celebrat. Iam vero ne & illud quis vocare in dubiū possit, Cimbros Teutones extitisse (quoniam Sicambros & Francos, Germanos videlicet, à Cimbris defluxisse hic adstruimus) visum est mihi locum vnum ex Velleio Paterculo adducere, vnde illud colligi præcipue potest: At C. Marius L. Syllam iam tunc vt præcauentibus fatis copulatum sibi Quæstorem habuit, & per eum missum ad regem Bochum, Iugurtha rege abhinc annos ferme CXXXVIII potitus est, designatusque iterum Cos. in vrbem reuersus, secundi consulatus initio Cal. Ianuarias, eum in triumpho duxit: effusa, vt prædiximus, immanis vis Germanorum gētium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum Cæpionem Manliumque Coss. & ante Carbonē Syllanumq; fudissent. Sic idem Velleius, cum de supplicio Marii à Sylla constituto verba faceret: In carcerem (inquit) Minturnēsium, iussu Duumuiri perductus est: ad quem interficiendū missus cum gladio seruus publicus natione Germanus, qui forte ab Imperatore eo bello Cimbrico captus erat, vt agnouit Marium, cum magno eiulatu, exprimente indignationem casus tanti viri, abiecto gladio profugit è carcere. Et hæc hactenus de Cimbris. Venio nunc ad Sicambros, quos diximus à Cimbris descendisse, ea nominis origine, quod Antenor rex Cimbrorū in honorem vxoris Cambræ Britannæ, subiectum populum ita appellasset. quorum sedes itidem (quod antea de Cimmeriis & Cimbris probauimus) duplices fuisse: alias, & quidem priores, in Rheni ostiis, vbi nostro æuo est Geldria ac Cliuia: alias vero in Pannoniis, cum Sicambri Romanam in legionem admissi, inclinante imperio, isthic præsidium agitarent, ciuitatemque Sicambriam condidissent, vbi hodie veteris Budæ ruinæ cernuntur. Ac Traiano quidem imperante Sicambros ad Rhenum dicto loco sub Romano tributo coluisse, isthicque vsque ad Maioriani Augusti Valentinianiq; postremi mansisse gubernationem, Ptolemæus in tabula Galliæ Germaniæque testatur: & suffragantur antiquissimi annales, qui Antenorem referunt ex Cambra regina Britanniæ, vnde cognominatio genti accessit, Priamū Sicambris ad Rhenū filium regem reliquisse. Hunc Marcomedes secutus est, qui à ripa Rheni vsq; in Thuringiam ditionem dilatauerat, quo tempore Pericles Atheniensibus iura dabat: & Romæ consulatum T. Quintius Capitolinus & Agrippa Furius gessere. Enumerat postea reges Sicambrorum iis in locis ordine, qui omnes pene Troiana nomina vsurpabāt (vt dubium non sit, a Cimmeriis ac P[illegible] Sicambros, vt præfati sumus, defluxisse) Helenum secundum, nam primis Cim[illegible] B[illegible]oro adhuc Cimmerio imperauerat, & Troianis legitur in auxilium venisse, Basanum primum, quem referunt castrum in [illegible]acensi agro construxisse, quod Basanburgum [illegible] Basanum secundum, quē tradunt

Briones Cimbrorum reliquiæ.

Cimbrorum in Pannonia sedes confirmata. Cimbros fuisse Teutones.

Sicambri Cimbrorum tribus ac posteritas. Duæ Sicambrorū sedes.

Sicambrorū in ostiis Rheni sedes prima.

Catalogus regū Sicambrorum ad Rheni ostia habitantiū.

dunt Tabor[illegible] Tigarenorum regē in Westphalia viciſſe, & arcem Montbabur ad Rheni & Lani flumi[illegible]m confluentes co[illegible]ſtruxiſſe, partæ victoriæ inſ[illegible]gne, Anno a condito mundo MMMD[illegible]CX, & ab vrbe condita CCCCXLIX. Atq; ab eo tempore creſcentibus iſthic ad [illegible]henum & numero & diuitiis, Sicambris, reges imperaſſe conſtat, qui limites late vltra & cis Rhenum propagarunt: Clodomyrum N[illegible]anorem [illegible] Gothis e Saxonia profligatis, ad poſtremum contra Oreadum inſularum regem nauali prælio infeliciter pugnauerat, Anno a condit[illegible]undo MMMDCCXXX Marcomyrum ſecundum, Clodium, Clodomyrum ſecundum, ſub ipſam tertij belli P[illegible]nici ætatem, Meradacum & Bolonem. Quibus ductoribus Cimbri relictis oſtiis Rheni, ob inundationem ac æſtum maris crebrum vehementioremque, vt Strabo refer[illegible] facta cu[illegible] Teutoni[illegible]bus ſocietate, ma[illegible]is exa[illegible]inibus domo exiuerant: remanentibus tamen non paucis, qu[illegible] Romanis poſtetius vna cum cæteris Galliç populis, Rhenique accolis ſubiugati, non ſolum agros natales, vſque ad [illegible]clinantis Imperij ſeculum, in oſtiis Rheni coluerun[illegible], veru[illegible] e[illegible]iam in Rom[illegible]nas le[illegible]iones admiſſi, late in prouinciis extra domum ſtipendia fecerunt. Hinc cohortis [illegible]ambrorum Corn. Tacitus libro quarto hiſtoriæ Aug. in Thracia merentis commeminit [illegible]ce verbis: At Sabinus donec exercitus in vnum conduceret, datis mi[illegible]ibu[illegible] reſpon[illegible], d[illegible]m Pompeius Labeo è Mœſia cum legione, rex Rhœmetalces cum auxiliis popular[illegible]ius, q[illegible]dem non mutauerant, veniret, addita præſenti copia ad hoſtem pergit, co[illegible]poſi[illegible] iam per anguſtias ſaltuum. quidam audentius, apertis in collibus, viſebantur: quus [illegible]ux Romanus acie ſuggreſſus, haud ægre pepulit, ſanguine barbarorum modico, ob propi[illegible] [illegible]ſuffi[illegible]ia. mox caſtris in loco communitis, valida manu montem occupat angu[illegible]m, & æquali dorſo continuum vſque ad proximum caſtellum, quod magna vis armata ac incondita tuebatur. Hi dum eminus graſſabantur, crebra & multa vulnera fecere. propius incedentes eruptione ſubita turbati ſunt, receptique ſubſidio Sicambræ cohortis, quam Romanis promptam ad pericula, nec minus cantu & armorum tumultu trucem, haud procul inſtruxerat. Meminit & Claudianus poeta de bello Getico, legionis Sicambrorum in Romano exercitu Archadio & Honorio imperantibus, hoc verſu:

Cohors Sicambrorum in Romano exercitu.

Legio Sicambrorum Romanis militabat.

> *Venit & extremis legio prætenta Britannis,*
> *Quæque Scoto dat frena truci, ferroque notatas*
> *Perlegit exanimes picto moriente figuras.*
> *Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris,*
> *Quæque domant Scythas, immanſuetoſque Cheruſcos:*
> *Huc omnes vertere minas, tutumque remotis*
> *Excubiis Rhenum ſolo terrore relinquunt.*

Et iterum lib. 1. in Eutropium:

> *—Tum forte decorus*
> *Cum Stilicone gener, pacem implorantibus vltro*
> *Germanis, reſponſa dabat, legeſque Caycis,*
> *Arduus, & flauis ſignabat iura Sueuis.*
> *His tribuit leges, his obſide fœdera ſancit*
> *Indicto, bellorum alios tranſcribit in vſus,*
> *Militet vt noſtris detonſa Sicambria ſignis.*

Sicambri victi ab Honorio Cæſare.

Porro ex eodem poeta liquet, Sicambros Honorio Cæſari (forte in iſta barbarar[illegible] gentium in Romanum orbem inundatione) obſe[illegible]uium detrectaſſe, victoſque ab eode[illegible] deinceps tributarios eſſe factos. Ita enim canit in Panegyri quarta ad Honorium Cæſarem:

> *Ante ducem noſtrum, flauam ſparſere Sicambri*
> *Cæſariem, pauidoque orantes murmure Franci*
> *Procubuere ſolo, miratur Honorius abſens.*

Sidonius in Panegyrico Narbonæ:

> *Pacem te medio darent feroces*
> *Hunnus, Sauromata, Getæ, Gelonus.*
> *Tu Tuncrum & Vahalim, Viſurgim & Albim,*
> *Francorum & penit[illegible]imas paludes*
> *Intrares, venerantibus Sicambris.*

Claudianus in Panegyri 1. ad S[illegible]

> *Ante redis qu[illegible]m [illegible]lena[illegible] uit, Rhenumq; minacem*
> [illegible]

E 1

Vt Suenus iam rura colat, flexosque Sicambri
In falcem curuent gladios, geminasque viator
Quum videat ripas, quæ sit Romana requirat.

Origo Sicambrorũ.

Hæc cum ita sint, potest accedere authoritas Vrspergensis, qui ex Annalibus antiquis Francorum sic scriptum reliquit: Francorum gentis exordia, de antiqua Troianorum prodiere prosapia. nam eo tempore, quo post excidium Troiæ, Æneas Italiam venit, quidam ex eisdem Troianis simili modo profugi, circa Mæotidas paludes appulerunt, ibique considentes, terminos suos vsq; in Pannoniam dilatauerunt. Construxerunt autem ciuitatem Sicambriam: ibiq; per multos habitantes annos, in populum multum creuerunt, & Sicambri primum dicti sunt. Hi, pro eo quod Alanos (vt dictum est) a Mæotide palude expulerunt, Franci a Valentiniano vocati sunt: & pro hac victoria per decennium, remissione tributorum donati sunt. Decennio vero peracto, misit Valentinianus ad eos quendam ducẽ pro cogendis tributis: sed illi, vt erant feroces, tributis vlterius subiacere dedignati sunt, missosque ad se interfecerunt. Fuerunt autem tunc principes inter eos, antiquiorum vocabulorum præferentes insignia, Priamus & Antenor. Audiens itaq; Imp. eorum factionẽ, nimis iratus, iussit omnem Romanorum exercitum, cum pluribus exterioribus gentibus, pugnare contra eos: pugna commissa, cum ex vtraque parte multi caderent, tandem Franci multitudinem tantam sustinere non valentes, fugerunt: ibique mortuus est Priamus rex eorum. Egressi autem de Sicambria, venerunt in terram Germaniç, ad gentem scilicet Romanis infensissimam: habitaueruntque aliquanto tempore in Thuringia, cum Marcomede filio Priami, & Sunone filio Antenoris. Hæc Vrspergensis. Ex quibus liquet, in Pannoniis quoq; Sicambros coluisse, & inde ad Rhenum venisse in Germaniam: & quod libertatem fuissent consecuti, hac primum voce noua appellatos extitisse, tanquam diceres, Die Franckherren/ id est liberi domini: & per syncopen, aspiratione gentilicia interiecta, à Romanis cæterisq; gentibus Frianchi vel Franci nuncupãtur. Nam & hodie vulgo, quasi prouerbio nominantur, Die freyen Franckhen. Quorum historicus Hunibaldus de libertate suæ gentis multa scribit. Hoc itaque euentu venit illa primum gens in Germaniam. Quod si verum est, Cimmeriorum eadem cum Sicambris natio fuit, quos constat post Troianum bellum in Pannonias, per Mæotidem paludem venisse. Sed quod dicit, Alanos sub Valentiniano Cæsare a Sicambris victos, & ex Sarmatia expulsos, non videtur cum cæteris historiarum autoribus conuenire.

Qua occasione Sicambri sub Valentiniano Aug. peruenerint in Pannoniam.

Marcellinus quidem Francorum meminit sub Constantino, qui Valentinianum antecesserat, & in Romana militia, & in palatio Cõstantinopolis. Quare coniectura est, non quidem tum primum ex Phrygia venisse in Thraciam, Pannoniasque: sed ea occasione, quod cum essent tributarii Romanorum, ad Rhenum stipendia fecerunt, & præcipue contra Sarmatas & Quados in Pannoniis, cõtra quos populos diutino Valentinianus bello detinebatur. Fieri igitur potuit, vt partem Pannoniæ, pulsis Romanorum hostibus, qui occupauerant ripas Danubii, in præmium nauatæ operæ, victoriæque relatæ, à Cæsare impetrarint: ac ita tertium iam sedes fixerint in Illyrico, diuersis tamen locis.

Diuersa loca Pannoniæ Cimbri, Brenci & Sicambri coluere.

Cimbri namque & Brenci, ante constitutum Imperium Valeriani, & Pannoniam primam, qua Noricum contingit, & Rhætias, hoc est, vsque ad Pyrenæum, quemadmodum Appianus scribit, agros habebant: id quod per Charinthiam Tyrolisque confinia multæ adhuc locorum appellationes à Brionibus deductæ testantur, vt videlicet Praunekh/ Weißbriach/ Dobriach/ Pibriach.

Sicambria ciuitas Pannoniæ inferioris.

Cæterũ Sicambri, qui a Valentiniano demum admissi fuerant, ripas inferioris Pannoniæ incolebant, vbi Sicambriam quoq; ciuitatem condidere, quam Attilam destruxisse, Hungarorum annales referunt: cuius rudera etiamnũ Hungari prope Budam Schambri appellant, maximæ ciuitatis vestigia: vbi & inscriptio ista reperta est, quæ nostram coniecturam non inepte confirmare videtur, ratione militię videlicet, tertias has sedes Francorum in Pannoniis fuisse constitutas labente Imperio:

Initia ciuitatis Sicambriæ in Pannonia.

LEGIO SICAMBRORVM
HIC PRÆSIDIO COLLOCATA
CIVITATEM ÆDIFICAVIT
QVAM EX SVO NOMINE
SICAMBRIAM
VOCAVERVNT

Atq; hactenus de Sicambris, cum ad Rhenum, tum in Pannoniis colentibus: quorum ad Rhenum modo posteritas mansit, eorum qui Geldrenses hodie dicuntur, & C[illegible]p[illegible]enses Transeo[illegible]ne[illegible] d Francos, quos [illegible]e poste[illegible]itatem, [illegible]e tribum congen[illegible]m Franci[illegible] existimare quis velit, satis constat, duas ap[illegible] ab [illegible] prouincias & infessas fuisse, [illegible]

deno-

d[illegible] Franciam videlicet orientalem, siue Franconiam, [illegible] Saxonum, & regnum Franciæ in Galliis. Porro Claudianus poeta, vnicus ex tot superiorum seculorum autoribus, Francos videtur à Sicambris Cimbrisq; seiungere, hoc carmine, quad in quarta est Panegyr[illegible] [illegible]latus Honorii.

De Francorum populo.

[illegible]nte ducem nostrum flauam sparsere Sicambri
Cæsariem, pauidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo: iuratur Honorius absens,
Imploratque tuum supplex Alemania nomen.
Bastarnæ venere truces, venit accola syluæ
10 *Bructerus Hercyniæ, latisque paludibus exit*
Cimbrus, & ingentes Albim liquere Cherusci.

Siue igitur eadem Sicambris Cimbrisque, atque etiam Germanis natio fuerit Francorum (quod post paulo probabimus) siue diuersa, satis constat ex historiis, Francorum nomen inclinante primum Imperio fuisse auditum, sub Aureliano, Probo, Floriano & Proculo Augustis. Id quod arguit, eandem cum Sicambris gentem extitisse: & nouum illud, siue à rege, siue audacia animoque, siue denique Fracis illis Hebfaicis nomen fuisse expressum. Aureliano Cæsari primo negocium fuit cum Francis, cum illi Rhenum transire in Gallias conarentur. Vnde scribit Fla. Vopiscus in eius historia: Idem apud Moguntiacum tribunus legionis sextæ Gallicanæ, Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, 20 sic adflixit, vt trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit. Vnde iterum de eo facta est cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus: Mille mille mille Persas quærimus. Verum non ita debellati tum Franci fuerant, quin posterioribus quoque Augustis, annisque rebellarint: Floriano, inquam, Taciti Imp. fratri Probo & Proculo, si eidem autori credimus Fla. Vopisco. Duo igitur principes; inqu[illegible]a extiterunt domo: quorum alter sex mensibus, alter vix duobus imperarunt, quasi quidam interreges inter Aurelianum & Probum, post interregnum Principes nuncupati. Horum statuæ fuerunt Interamnæ duæ, pedum tricenûm, ex marmore: quod illic eorum cenotaphia constituta sunt, in solo proprio. sed deiectæ fulmine, ita contritæ sunt, vt membratim iaceant dissipatæ. Quo tempore responsum est ab aruspicibus, quandoque ex eorum 30 familia Imperatorem Rom. futurum, seu per fœminam, seu per virum, qui det iudices Parthis ac Persis, qui Francos ac Alemannos sub Romanis legibus habeat. Et iterum in Probi vita, cum seriem orationis illius in senatu habitæ recenset: Testes sunt Marmaridæ, inquit, in Aphricę solo victi: testes Franci, inuiis strati paludibus: testes Germani & Alemanni, longe à Rheni submoti littoribus. Idem in Proculi historia: Nam Alemannos (ait) qui tunc adhuc Germani dicebantur, non sine gloriæ splendore contriuit, nunquam aliter quam latrocinandi pugnans modo. Hunc tamen Probus fugatum vsque ad vltimas terras, & cupientem in Francorum auxilium venire, à quibus originem se trahere ipse dicebat, ipsis prodentibus Francis. quibus familiare est ridendo fidem frangere, vicit, & interemit. Et hæc de prima Francorum in Romanis historiis mentione. Nunc Germanos eos 40 extitisse, & linguæ Teutonicæ, manifestum faciemus. Qua de re extant apud Agathium, Græcum autorem, hæc verba: Est autem Francorum hæc natio Italiæ proxima, & terminis iuncta. Veteres autem, hos esse Germanos dixere, quod vtique ex eo sat liquet. Nam circa Rhenum hi habitant, & huic propinquas incolunt terras, Galliarumque maximam possident partem, non propriam, sed vi & in posterum occupatam. Habent præterea Massiliam vrbem, Ionum olim coloniam, Hanc enim Phocenses quondam per Medos sedibus abacti incoluere, Dario Hystaspi filio rege Persarum regnante: nunc vero Græca ex vrbe, reddita barbara est. Nam patrio illo reiecto & prisco viuendi modo, imperantium vtitur institutis: tametsi hoc tempore videatur non admodum pristina dignitate defectior, nimirum cum Germani haudquaquam sint, vt plurimi barbarorum, pastores: sed Romanorum 50 politia & aliis institutis & multis vtuntur, iisdemq; legibus viuunt, & cæteris item, vt in conuentibus faciendis, & nuptiis, eadem statuunt. sunt quippe hi omnes Christiani, & rectissimæ inter omnes cæteros opinionis. Habent præterea per ciuitates antistites, sacerdotesque, festos insuper haud secus ac nos peragunt die[illegible]. Et sane hi mihi, etsi cætera barbari, moribus tamen videntur quam optimis præditi, & maximum in modum ciuiles: nec quicquam habe[illegible]t quod a nobis faciat alienos, præter vestitus barbariem, & vocis innatæ sonum, linguæque. Quos equidem cum ob eorum virtutes, tum ob in cæteros æquitatem, interseque concordiam, mirum in modum admiratione ac laudibus prosequor, & magnif[illegible]o. Nam etsi antehac sæpe, & nost[illegible] quidem tempor[illegible]bus, in principes tres, pluresque eorum sit partitum imperium: nunquam tamen inuicem bella suscepisse constat,

Francorum nomē quando innotuit.

Mentio Francorum apud autores historicos.

Francos fuisse Germanos.

Laus Francorū a Græcis scripta.

nec ciuili patriam sanguine inquinasse. Hæc A[illegible]athius, Græcus author, in laudem Germanicæ nationis, eleganter ac vere dixit. cui suffragatus Procopius, Græcus item historiographus, libro primo Gothici belli, a Iustiniano imperatore eiusque ducibus in Italia gesti, non solum Germanos esse Francos adseuerat, verumetiam antequam adhuc Francorum eam adsciuissent nomenclaturam, Germanos fuisse appellatos testatur. Franci autem isti (inquit) Germani quondam vocabantur. quemadmodum autem a principio fuerint id nomen sortiti, & Gallias deinde inuaserint, ac Gothis [illegible] hostes effecti, explicaturus mox sum. Et subdit: Rhodanus siquidem in mare Tyrrhenum exit, & in Oceanum Rhenus [illegible]: paludes præterea hic fecit locis non paucæ, vbi primitus Germani, gens barbara, habitabant: nec magni tunc primum momenti viri, qui Franci nunc vocitantur. His finitimi Arborichi accolæ erant, qui cum cætera Gallia atque item Hispania iampridem Romanis parebant. Post hos in orientem solem Thoringi barbari sunt, qui Cæsaris Augusti permissu, sedes has tenuere: & ab his Burgundiones haud procul ad Notum ventum vergentes inhabitant. Sueui deinceps & Alemanni, gens valida, liberi omnes, & iam diu hæc incolunt loca. Temporis vero processu Visogothi, vi in Romanum imperium facta, Hispanias omnes & Gallias vltra Rhodanum flumen suæ ditioni subactas, vectigalesque redditas tenuere. Erant autem Arborichi Romanorum tunc milites, quos sibi Germani cum obedientes facere & subditos vellent, vt qui finitimi essent, & pristinos mores penitus immutassent, eorum agros adsiduo populari, & hos copiis vniuersis inuadere. Arborichi vero eum & virtutem præ se, & erga Romanos beneuolentiam ferrent, viros fortes eo in bello præstiterunt. cumque his vim inferre Germani non possent, societatem vt secum saltem inirent, & mutua inter se facerent connubia, precabantur: quas non inuitæ conditiones Arborichi mox accepere. Erant namque vtrique Christianæ fidei sectatores. Sic itaque in vnum coeundo populum, ad maximam potentiam euasere. Hæc Procopius. quæ clarius libro secundo eiusdem historiæ intelliguntur, vbi quos Francos appellat, alibi Germanos dicit. ita enim inter alia scribit: Quam rem Bellisarius vt primum accepit, alios & ipse ad eundem Vitigem legat, Francorum oratoribus contradicturos: quos inter, & Theodosium misit suæ familiæ præsidem. Priores igitur Germanorum legati, vbi in Vitigis conspectum est ventum, orationem huiusmodi habuere: Germanorum nos principes ad vos miserunt, permoleste ferentes, per Bellisarium vos obsideri: quibus ex fœdere auxilium ferre, quam fieri celerius potest, nunc student. Et iterum libro tertio, cum de Francorum origine disserit, eos Teutonicæ linguæ, & Germanos antea extitisse nuncupatos, commemorat: Vandili (inquit) interea circa Mæotidem considentes, vbi fame pressi sunt, in Germanos irruunt, qui nunc Franci dicuntur, simulque Rhenum flumen traiecerunt. Porro quia de veteri Francorum idiomate nobis sermo incidit, Teutonicum illud fuisse, non possum mihi temperare, quin ex antiquo Conciliorum volumine ante annos scripto DCC, glossulas quasdam, a Franco dubie procul, verbis quibusdam supranotatas, hic inseram, quæ vt primæua origine Teutonica sunt, ita ab hodierna nostra Germanica lingua, iam non pura amplius, sed ex multis mixta, nonnihil alludere videntur: non pauca eodem pene modo pronunciata erant, sed imitatione linguæ latinæ pulchre desinentia inflexa. E multis pauca adferre placet. Supra hanc orationem siue sententiam, Si quis superbiæ visus affectu, supraseriptum est veteri Germanica lingua siue Francica, De weitigere. Item, cum contractu & consilio metropolitani, additum est Githoffe; quod nos hodie dicere solemus, Zuhoffe. Rursus supra illa, Pro corporis diligentia [illegible] veste [illegible] fucatum, supraseriptum cernitur vnum vetus Germanicum verbum, Vngeuanwotis. Et supra hæc verba Latina, Nonnulli per contentionem propria contradictione: addita est vna vocula Germanica, Gistrite. Et iterum, Episcopo non licere per se alterum successorem constituere: adiectum videtur vnicum verbum, In sinen stall. Præterea supra illam sententiam, Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex collatis, vel commessationes, vel conuiuia celebrare: supraiecta glossula apparet vnicæ vocis, Giwerfun. Sub prætextu diuini cultus, Vurdanchaut, Teutonica est interpretatio iuncta. Similiter & illud, Ad hoc haberet præsumptum, glossa accessit, Er baldet. Porro Teutonica illa esse censenda vocabula, ne quis addubitet, alia multa ostendunt, quæ adhuc eadem fere nobis pronunciatione in vsu sunt. Qualia eodem in vetusto volumine a nobis reperto leguntur, exempli gratia: Funditus et radicanda, Zewerfen: Quibuscunque spectaculis, Spilen: Possessionibus, Etgin: Criminanom, [illegible]: A[illegible] Sterneter: [illegible]teula: Subsellis, Seamel: Fraudetur, Verbunteratwerdun: [illegible] quarta sept[illegible] Wochun: [illegible] beios psalmos canere, [illegible]singe gesang [illegible]: Quia hæc apud gentes rep[illegible] [illegible] [illegible] est [illegible]: quod modo [illegible] Denique vt app[illegible] R[illegible] [illegible] e vocum gentis

Franci Galliam occupaverunt.

Arborichi Teutonum populi.

Germanis populis subscribuntur primo.

Franci Teutones fuere.

Voces aliquot veteres Francicæ.

genera atq; inclinationes omnes in suis Franci vocabulis sint æmulati, vt scilicet barbaram linguam o atu quodam ac similitudine Rom nis commendarent, in eodem peruetusto codice, vbi q; scriptæ sunt voces, Molestus, furiosus, deprehensus: & in genere fœminino, Oratio, querimonia, inclinatior, suprascripta cernuntur Francica vocabula eius seculi, Unsa fter Tobeuuer/Eruarener Saga/ Claga/ Gnadigora. Ita vbi genitiui sunt positi in decret eiusdem peruetusti conciliorum voluminis, vt exempli gratia vbi scribitur, In sinu capiti, In exploratæ vitæ, Cuiusd. sacrilegi instar, adiectæ sunt Teutonicæ glossulæ Hou lescahe Unnersuhtes/ Zoubres. dicunt enim Græci ... soletq; quam plurimum eo casu & confundi, aut in transferri. Similiter accusandi casum, Franci illi veteres nō solum ornatus gratia, vt Roman, sed etiam aut in a aut en terminabant: id quod glossulæ demonstrant, supra illa verba antiqui illius conciliorum codicis scriptæ: Si quis agapas vel conuiuia, Solutas & fractas in vestibus, Per cœmeteria, Deliberatam paschalem diem, Ad aliam cop, Ad inf atio nem, Ad Dom um vota, Si nec concubinam nec pelicem. Spenta ardicha/ Nyphisota Frihouen/ Gechorenen/ Hileichen Nihtungen/ Gibeta/ Noh frindalun hebepse. Nec aliud in ablatiuis & pluralibus nominatiuis obseruauimus. leguntur longq; supra hæc nominatim verba, In fronte, præmio, mercede, præiudicio, consortio, in territorio, dissimulatione, in disciplinatione, replicatione, non conueniente, de coniugali violatione, repudio, in apice nobilitatis: quorum singula ita glossata sunt, Furnatige/ Miete/ Gmardo/ In der samawiste/ In der gehsceedo (id est, Underschiedung) Mit fursamedo/ Eunstrugi/ Vonedersago/ Giarcutcino/ Pinerido Scentunge/ Hertume. Nec minus supra hosce nominatiuos plurales, Timelici designati, de tantis criminibus purgati, famosi typi Ecclesiæ, tergiuersationes, processiones, Curiales, emerserint causæ, contractus diuortio eiecta, duæ metropoles, stant istæ nominatim glossulæ gentiliciæ, in i & e literas, vt genera exigebant, desinentes: videlicet Spilmani/ vurgenomium/ auuge sagti/ vn suber yildi/ hinder serechi/ Gaugi dunemani/ Schulde/ Emisside/ voneder Scevtunge/ hubetburge. Sed hæc nimis prolixe persequor, quæ huius nec sunt loci, nec temporis, & de quibus ad finem libri illius copiosius attigi. Redeo igitur ad sermonem nostrum de Francis institutum, quos Germanos lingua & moribus extitisse, & inclinante primum Imperio, hocce nomine sub Aureliano, Probo Florianoq; Augustis orbi innotuisse, præfati sumus. Quapropter illorum seculorum autoribus, subinde interdum vt socii Romanorum, interdum vt hostes commemorantur. Hinc Ammianus Marcellinus de Constantio filio Magni Constantini scribens: Hæc Malarichus subito nactus, etiam tunc squalens & mœstus, suamq; & popularis Syluani vicem grauiter ingemiscens, adhibitis Francis, quorum ea tempestate in Palatio multitudo florebat, erectius iam loquebatur. Et libro trigesimo: Dein vicinorum Galliis regum immanitatem, maxime omnium Macriani vt formidati tunc prætendentes: quem constabat impacatum relictum, etiam ipsa vrbium mœnia tentaturum. Et subiiciens: Hisque perfectis, discessit turbarum rex artifex delinitus, futurus nobis deinceps socius, & dedit postea adusque vitæ tempus extremum, constantis in concordiam animi, facinorum documentum pulchrorum. Periit autem in Francia postea. Quam dum interneciue vastando perrumpit auidius, oppetiit, Mellobaudis bellicosi regis insidiis circumuentus. Ex quo loco liquet, iam tum Francos, dum adhuc in ostiis Rheni colerent, vbi est hodie Cleuensis Ducatus, & Geldriæ, Galliis inhiasse: quos Macriani Alemanorum regis auxilio, Cæsares tum temporis Valentinianus & Gratianus coercuere: donec non paucis post annis excusso iterum iugo, sub Archadio & Honorio idem tentarent: repressi ab his, quos memorauimus, Augustis, magis quam victi, aut debellati. Vix enim Galliæ prouincias aduersus vim Francorum tum Romani tueri poterant: ita qua tempestate Saxones Angli Britanniam, & Sueui Rhætias infestabant, Gothiq; Italiam, & Hispaniam Aphricamque Vandili, arrepta occasione Franci Gallias inuadebant: quas omnes posterius sub Valentiniano, postremo Honorii filio, prouincias barbari Romano imperio ademerant. Hinc Claudianus poeta ad Honorium canit:

Locus Marcellini de Francis.

Non longinqua docent domito quod Saxone Thetys
Mitior, aut fracto secura Britannia Picto,
Ante pedes humilis Franco, tristiq; Sueuo
Perfruor, & nostrum video Germanice Rhenum.

Sub Honorio Franci vix è Galliis profligati.

Et iterum in tertium Honorii consulatum:

Lustrauitq; tuos aquilis victricibus ortus
Miles, & in mediis venabula præbuit hastis.
Te nascente, ferox toto Germania Rheno

Intremuit, mouitq; suas formidine siluas
Caucasus, & positis numen confessa pharetris.

Cæterum laudem retentæ tum aduersus Francos Galliæ, idem poeta Stiliconi Honorii socero tribuit hoc carmine, in panegyri ad Stiliconem prima:

Miramur rabidis hostem succumbere bellis,
Quum solo terrore ruant: nunc classica Francis
Intulimus, iacuere tamen: nos Marte Sueuos
Contudimus, quis iura damus. quis credere possit?
Ante tubam nobis audax Germania seruit.
Cedant Druse tui, cedant Traiane labores:
Vestra manus dubio quicquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilico, totidemq; diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis.
Quem ferro, alloquiis quem vos cum milite, solus
Impiger à primo descendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus, & iuncta paludibus ora,
Flumineum præstrinxit iter: Ducis impetus undas
Vincebat celeres, & pax à fonte profecta
Cum Rheni crescebat aquis, ingentia quondam
Nomina, crinigero flauentes vertice reges:
Qui nec principibus donis, precibusq; vocati
Paruerant, iussi properant, segniq; [illegible]erentur
Offendisse mora, transuectis lintribus amnem
Occursant vbicunq; velis. nec fama fefellit
Iustitiæ, videre pium, videre fidelem:
Quem venient timuit, rediens Germanus amauit.

Ex quibus liquet, Honorium Cæsarem Stiliconis soceri industria vix tum Gallias retinuisse. Quas cum Hunni postea duce Attila miseris modis deuastassent, nō difficulter sui iuris fecerunt Franci, & ex his præcipue Belgicas. Vnde canit Sidonius Apollinaris ad socerum suum, qui tum occidentali imperio præfuerat:

Post Attilam & Hūnorum aduentū Frāci Belgicam occuparunt.

Quin & Aremoricus piratam Saxona tractus
Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum
Ludus, & assuto glaucum mare scindere lembo:
Francus Germanum primum, Belgamq; secundum
Sternebat, Rhenumq; ferox Alemanne bibebas,
Romanis ripis & vtroq; superbus in agro.

Et rursus in Panegyrico ad Maioranum Augustum:

Quodq; per Europam est, riguis hoc abluit vndis
Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa, Matrona, Secana, Lydus,
Clytis, Claris, Arar, Vacalis, Ligeriq; bipenni
Excisum per frusta bibis, cum bella timentes
Defendit, Turonem, Aberas. post tempore paruo
Pugnastis pariter Francis, qua Clotho patentes
Atrebatum terras peruaserat: hinc coeuntes
Claudebant angusta vias, arcuq; subactum
Vicum Helenam. flumenque simul sub tramite longo
Arcus suppositis trabibus transmiserat agger.
Illic te posito, pugnabat ponte sub ipso
Maioranus eques, fors ripæ, colle propinquo
Barbaricus resonabat hymen, Scythicisque choreis
Nubebat flauo similis noua nupta marito.

Sic igitur Galliarum tandem Franci potiti, posteaquam illud ante secula aliquot tentassent, in eius sunt quoque habitatione à Iustiniano imperatore confirmati, cum recipere scilicet eas prouincias dubitaret. Qua de re Procopius libro tertio Gothici belli, in hęc scribit verba. Dum hæc gererentur, totius occidentis barbari potiuntur. Romani vero cum Gothis, etsi paulo ante, vt diximus, debellatis, bellum tunc integrant, pecuniarum hominumq; iactura ingenti [illegible]acta: & sine vllo eorum commodo Italiam amisere, cum hac simul Illyri-

Illyrios fere omnes, Thracesque, cum a barbaris iam finitimis factis, sua omnia agerentur in prædam, & ipsi item fœde deperderentur, Galliarum partem suæ quondam ditionis effectam, in huius belli principio Gothi Germanis tradiderant, cum minus se posse existimarent Romanos [illegible] & Germanis resistere. Id sane factum non solum nil prorsus Romani [illegible] erpetlarunt, sed vt Gallias sibi Germani haberent, Iustinianus vltro permisit. Non enim illi has tut[illegible] se possessuros rebantur, nisi & Imperator, vt suæ ditionis futuras perpetuo confirmaret. Q[illegible] factum, vt ex eo tempore principes Germanorum Massiliam, Phocensium quondam coloniam, & cætera circa id mare loca tenuerint, totiusq; eius oræ maritimæ potiti imperio sint. Vnde & Arelatæ nunc resident, ad certaminis equestris spectaculum. au[illegible]um [illegible] natiuo Galliarum metallo hi cudunt, non Romani imperatoris, vt cæteri solent, imagine, sed sua impressa. Persarum siquidem Imperator, etsi ad arbitrium argenteum num[illegible]ma facit, aureo tamen non illi fas est suam vt imponat effigiem, nec barbarorũ principes alius quisquam id facere ausit. Hæc ille. Quæ docent, & causam ostẽdunt, quare, cum cæteros Romani Imperatores barbaros tentarint ac adflixerint, in occupatis prouinciis, vt videlicet Gothos in Italia, Vandalos in Aphrica, Herulos in Illyrico, a Francis tamẽ semper abstinuere.

Franci à Romanis confirmati in Galliis.

Quo factum est, vt Belgicis adsertis, mox Celticam, Lugdunensemque & Aquitaniam compararint: Lugdunensem quidem, Siagrio & Ægidio Romanis ducibus (qui diu imperio eam Galliæ partem retinuerant) debellatis. Aquitaniam vero, posterius pulsis Gothis sui iuris fecerunt. Hic iam duo se nobis offerunt dubia: Qui factum fiet, vt non solum hi Franci, qui in Aquitaniam Lugdunensemq; commigrarunt, pulsis Romanis & Gothis, verum etiam qui in Belgis manserant, aliud longe idioma à natiuo gentilicioq; adsciuerint: adeo vt Francus, qui in superiori Germania proximo Turingis agro, primis scilicet sedibus mansit, quem Salium autores historiarum appellant, intelligere congentilem in Belgicis, qui Aduarius Marcellino libro XX. dicitur, multo minus qui in Aquitania Lugdunensique agro accepit, nequeat: nec ij prætera qui in Belgicis, apud Menapios, Tungros, Cõdrusios, Eburones, Neruios, Batauosq; coaluerant, quæ Franci hodie, siue potius Francigeni in Gallia (quantum eius regno Franciæ additum est) proferunt verba, capere possint. Adeo enim in vna eademq; gente mutatio facta est, vt nemo à Francis, quos toties Germanos Agathius Procopiusq; appellant, aut qui hodie Franci dicuntur, descendisse: aut qui Lotharici postea, hodieq; Germani inferiores nominantur, existimaret: cum constet, Carolum magnum sedem regni Francorum apud Aquisgranum habuisse: & Austrasiam illam, præcipuam Francorum regni partem, per eas prouincias fuisse extentam, quæ hodie in Brabãtiam, Geldriam, Holandiã, Cleuensem, Iuliacensem, Leodiensem, Lucelburgensem, Namurcensemq; principatus diuiduntur. Atq; de mutatione linguæ Francigenarum in peniotiore Gallia, Otho Frisingensis libro quarto Chronic. cap. XXII. sic scriptum reliquit: His diebus, vt supra dixi, Francia, quasi eiurata Roma, paulatim cœpit imminui. Nam gentes quæ Romanorum prouincias, non regna habitabant, reges creare, iam ex illorum potestate subduci, ac in proprii arbitrii auctoritate stare discunt. Hinc Gothi, dum ipsam quoque vrbem depopulati essent, in Gallica prouincia, vt dixi, vltra Ligurim consederunt. Burgundiones quoq; iuxta Rhodanum habitauerunt. quin & illi non multo post, reges habere cœperunt. Sic & Franci Rhenotransmisso, Romanos qui ibi habitabant, primo fugant: post captis Caeraco & Tornaco Galliæ vrbibus, ac inde paulatim progredientes, Remos, Suessonam, Aurelianum, Agrippinam, Treuerim, ac pene totam Galliam atq; Germaniam, ab Aquitania vsque in Boiariam sibi subiugant. Clodio mortuo, Merouæus filius eius, a quo Franci Merouingi dicti sunt, successit: post quem Hildericus regnum adeptus, dum luxuriose viueret, a suis pulsus est, Ægidiusq; Romanus in locum eius substitutus. Porro Hildericus post octo annos reuocatus, Agrippinam inuadens, eiectis inde Ægidii fautoribus Romanis, positisq; suis, ex Francorum colatu Coluniam eam vocauit. Mortuo autem Ægidio, filius eius Siagrius in ciuitate Suessona regnauit. Hildericus etiam vita decedens, Clodouæo filio suo regnum dimisit. Hic est Clodouæus, qui à beato Remigio baptizatus, primus Francorum regum Christianus fuit. Verum Siagrius Clodouæo decertare non valens, ad Alaricum, qui vndecimus ab Alarico magno Gothorum regnum tunc gubernabat, confugiens, a Clodouæo reposcitur, traditusq; necatur.

Lingua Francica Germanica in Galliis mutata.

Ex eo Othonis de mutata lingua Francorum in Galliis.

Romani etiam qui in Gallia habitabant, ita vt nec reliquiæ ibi inueniantur, extenuati sunt. Videtur [illegible] inde Francos, qui in Gallia morantur, a Romanis linguam eorum, qua vsque hodie vtuntur, accommodasse. nam alii qui circa Rhenum ac in Germania remanserant [illegible] Q[illegible] naturalis fuerit, ignoratur. [illegible] Otho. Digna [illegible] huc inferantur, quæ de Romanæ linguæ abolitione in

Loca Sidonii de mutata lingua Francorum in Galliis.

Galliis, & cum barbara Francorum confusione, Sidonius Apollinaris scribit libro quarto Epistolarum, epistola ad Eruagastum, quorum vterq; mox post ingressum Francorum in Gallias floruit, ibidē. Tertia vrbanitas (inquit) quia te ineptire facetissime allegas, & Quirinalis imbutus fonte facundiæ, potor Mosellę Tiberim ructas. Sic barbarorum familiaris, quod tamen nescius barbarismorum, par ducibus antiquis lingua manuq;. Sed quorū dextera solebat non minus stylum tractare quam gladium. Quocirca sermonis pompa Romani, si qua adhuc vspiam est, Belgicis [illegible]m, [illegible] Rhenanis abolita terris, in te resedit. Quo vel incolumi, vel perorante, si apud ipsum limitem Latina iura ceciderunt, verba non titubāt. Quapropter alterum salue rependens, granditer lætor, saltem in illustri pectore tuo vanescentium literarum remansisse vestigia. Hæc ille. Ex quibus liquet, iam tum Latinum sermonem in Galliis desiisse, cum Sidonius ibidem floreret: quod Maioriano Augusto imperante Occidenti, mox post Hunnorum profligationem, Francorumq; ingressum contigit, annum circiter salutis CCCC[illegible]XII. Prætera Romanos, qui remanserant, & cum barbaris isthic coaluerant, Teutonicam linguam didicisse, vt ita cor[illegible] idioma in Galliis e Romano Teutonicoq; emersisse credendum sit, idem Sidonius testatur libro V. Epistolarum, epistola ad Siagrium, forte illum quem postremum in Galliis ex Romanis iura dedisse Lugdunensi prouinciæ supra præfari sumus. Immane narratu est (inquit) quantum stupeam, sermonis te Germanici notitiam tanta facilitate rapuisse. Atqui pueritiam tuam competēter scholis liberalibus memini imbutam, & sæpe numero acriter eloquenterq; declamasse coram oratore, [illegible] habeo compertum. Atque hæc cum ita sint, velim dicas, vnde subito hauserunt pectora tua euphoniam gentis alienæ? vt modo mihi post ferulas dictionis Maronianæ, postq; desudatam varicosi Arpinatis abundantiam, loquacitatemq;, quasi de Hilario vetere nouus Falco prorūpas? æstimari minime potest, quanto mihi cæterisq; sit risui, quoties audio, quod te præsente formidet facere linguæ suæ barbarus barbarismum. Sic libro septimo, epistola ad Lupum papam. Namq; iam fœminas (ait) de affectibus suis, quam forte Vargorum, hoc enim nomine indigenas latrunculos nuncupant, superuentus abstraxerat. Teutonica porro hæc prorsus vocula est V[illegible]r, quem hodie vulgo vocamus ain warger / id est, interfectorem. Porro extant in hanc vsq; diem in lingua Gallica, hoc est Francigenarum, multa Teutonici idiomatis vestigia, vocabula videlicet Germanica, deprauata licet, à quouis tamen Germano intelligibilia. vt exempli gratia, Harnois, Panciere, Esperons, Dague, Heaulme, Ri[illegible]he, Paye, Boue, Gerbe, Espruuer, Creuisse, Banniere, Bauche, Trauble, Emble, Nonnes, Taillet, Scire, Manche, Cuquelin, Tettin, Grater, Gaingnie, Bat[illegible]n, Cuissin, Gloche, Tu, Burgois, Layd & Lasse. Quę Germanica origine nimirum sunt, ab Germanisq; nobis in hanc vsq; diem proferuntur, harnasch / pantzer / sporen / degen / helmet / rich: hage id est, sepes: bokh: gerb / id est manipulus: Spanner / khrepsen: banner / id est vexillum: Trüb / id est turbidum: hemlich id est secretum: Nonne / id est monialis: Daller: zerren / id est lacerare: Manglen / id est carere: khuechlin: Tutten id est mamilla: kratzen: gewinnen / id est lucrari: Bekhen / id est peluis: khüssen / glokhen: dott / id est mors: Burger / leid: laß / id est dimitte. Manent præterea idiotismi loquendi plane Teutonici in hodierna Gallica, qualia sunt (vt è multis pauca inseramus) Que ha tu fait, was hast du thon? quæ sententia linguæ Latinæ minime respondet: nam non dicitur, quid habes fecisti. Sic, ie lay fait, ich habs gethon / id est, ego habeo feci. Item, ie lay veu, ich habs gesehen. Vien auec moy, khom mit mir: id est, veni cum me. Mayne via, für hinweg / quasi dicerent (si latine reddere velimus) duc viam. Il a cheuauche, Er hat geritten: id est, ipse habet equitauit. Quę omnes sunt dialecti ac loquendi formulæ Teutonicæ, procul à Romana lingua alienæ. Hæc eo prolixius adduximus, vt ostenderemus initia hodiernæ linguæ Francorum in Galliis, quos cæteri Franci Salii in Germania (quos quidem Francones hodie nominant) nulla ratione intelligunt. At quamobrem & Franci in Belgas, quos Aduarios videtur Marcellinus libro XX. appellare, a lingua patrum transgressi sint, inquirendum nobis erit. Equidem constat Carolum Magnum, decem millia Saxonum in Belgas traduxisse. quos arbitror non minimam causam fuisse, vt a patrio sermone Franci, iis quoq; finibus paulatim discederent. Quibus & suas Romani voces, cum simul colerent, vt reliquis locis addidere. Quamobrē Germani, quos hodie Brabantinos Flandrensesq; vocamus, mixtum genus hominum ex Francis Aduariis, Saxonibus & Romanis. proprium habent idioma, quod nec Francigenæ in Galliis, siue Gallofranci, nec Franci Salii in Germania, hoc est Francones, quos orientales dicimus, intelligere possunt. Huius confusionis linguarum, & quod tot Romanæ Maiestatis vestigia, [illegible] apud Francigenas in Gallia [illegible]riori, tum in Belgis & Germania quam vocāt [illegible], mentionem etiam fecit Procopius libro I. Gothicæ historiæ, cum [illegible] eorum [illegible] def[illegible]ret. Sic itaq;, inquit, vnum hi coeundo in populum, ad maximam

Francorum genera & tribus.

poten-

potentiam euasere. Romanorum interea milites alii, qui in Galliæ finibus erant custodiæ gratia constituti, cum neq; Romam redire iam possent, nec a d hostes vt Arrianos concedere, esse cum signis, & locum insuper quem pro Romanis seruabant, Arborichis Germanisque prodidere, ac potius mores continenter seruatos, suos transmisere ad posteros. vsqueadeo, vt vel ad hanc nostram ætatem, eodem tenore, vel etiam cultu, pristinos seruare ritus non dedignentur. Descripti namq; ex numero ad id fermè tempus hi demonstrantur, quo taxat antiquitus militabant. Quandoquidem & suis productis nunc signis in aciem prodeunt, & patriis vtuntur perpetuo legibus, Romanumq; habitum vt in cæteris aliis, ita & soccis, nunc seruant. Hæc ille. Quæ ostendunt, Francos multa a Romano habitu traxisse,

20 videlicet chlamydem, paludamentum, prætextum triumphalem, diadema, quæ Carolus magnus inaugurationi Imperatoriæ consecrauit. Cæterum plura Francorum fuisse genera, sine tribus, præter iam enumeratos, hoc est, penes distinctionem prouinciarum locique Austrasios & Westrasios, & penes regum prosapias, Merouingos & Carololingos, postremo huius Operis libro docebimus. Certum est autem, nec Salios, qui hodie Francones vocantur, hoc est, qui ad Salam fluuium Thöringis proximi colunt, & ad Rheni ripam vsq; extenduntur, eandem habuisse linguam cum Saliis veteribus, quorū Marcellinus libro XVII. meminit, & a quibus leges Salicæ nominatæ sunt. Id declarant vocabula pleraq; in legibus posita, quæ hodie nullus equidem Franco intelliget. vt videlicet March, pro generoso equo, vnde Marchscalci origo: Anargnago pro vili equo, Wild pro mediocri, Lidscarti pro mu-

30 tilatione auris (vnde fortasse Scharten) Herietta pro discinctura, Wanestodal pro retentione hominis fugientis, Tandhregal pro claudo, vnde fortasse spanrhadig equus claudus) Frilar pro manumisso (inde freyle fœmina denominatur) Arufcart, pœna pro ægris incantatis: Reuumtelunge, pœna pro rebus Ecclesiæ incensis: vnde nimirum commune pœnarum vocabulū defluxit wandel) wetto/ pro arrhabone: hinc wetten/ nos Germani adhuc dicimus, quando deposito arrhabone ac pignore certamus de re quapiā, Ezzunga, pro sæpe maiore. Hreuauund, pro vulnere interiorum, quod nos hodie dicimus mutata parum pronunciatione, recht wund. Sic Persottia, Concambium, Campiones, Arcreti, Trochtin, Pulichslach, Palepruft, Infanc, Kepolezkeyn, Franci veteres pronunciabant, pro his quæ Latini dicere solent, violenter, mutatio, pugna, arteriarum vulnus, fides, alapa, fractura os-

30 sium, manus iniectio, denudatio cranei. Manent adhuc de his quædam vestigia, corruptis veteribus vocibus. Sic Germani etiamnum, cum violentiam volumus exprimere, dicimus per forcz: cum per fidem iuramus, auff mein trew/ forte a Druidibus, sacerdotib. ac vatibus Germanorum. Rursus cum de digladiatione loquimur, palgen/ vocem vsurpamus, quod brachia pedesq; in illa frangi soleant. Mansit & de infanc vmbra nobis, fangen pro cōprehendere, infangen: furfanch/ pecunia iudici data pro comprehensione hominis. Sunt porro multa in his ipsis legibus, quę hodie adhuc eadē prene vocabulorum compositione pronunciantur: vt quondam Marchzant, pro dente maxillari: pandnurf/ pro detractione mitræ fœmineę: braopand/ pro vinculo: fürstfalle/ pro detractione rei alicuius ad tectum pertinentis: nam & rustici adhuc tecti culmē den first vocant. hinc firstsul/ colūna media,

40 quæ rectū ac domū totā sustētat: trunch sul/ pro lateralibus tignis domus. Spange/, p tignis concludentibus, dem man die andern teils gleich nit werden: Argarta, pro ianua sepea, am gatter/ Morgangibi pro dote, Vehadinc pro variarum contractu. Alloden pro domo feudo accepta, am belehnets guet. Mundibur, pro tutela pupillorum: Mondbar nos Austriaci dicimus, hoc est, ex tutela liberandus, adultus. Fredum pro mulcta iudici vel fisco addicta, quam Austriaci adhuc hodie appellamus am frduel. Rachiburgi pro sponsoribus & vadimonus iudicii, quos hodie vocamus rechtburgen: Tancano pro accusare, & Tancanus pro curatore: in veteribus adhuc rescriptis literis quę dingen pro accusare legimus. Talia multa in legibus Salicis leguntur, quorum etsi voces totæ non maneant, tamen consuetudo ac similitudinis quædam ratio superest: vt videlicet cum Franci dicebant, quenquam vocantes in ius, Má-

50 nire ad Mallum, nos dicimus zu gericht laden. Fuit enim mos apud illos, vt actor iudicibus prandium vel cœnam cogeretur dare, donec causa fuisset decisa: cuius sumptum reus, vbi causa cecidisset, suppeditare tenebatur. Hinc iudicib. conuocatis, & cōuiuio instructo reū vocabat, responsurum coram iudicibus, vt ipsi loquebantur, ad Mallum mannibat, zu dem malzeit ermanen lassen/ oder laden für gericht/ vt hodie pronunciamus. Porro in iudiciis fundorum vetus manet consuetudo, vt post audi as causas iudices sumptu actoris conuiuentur: volgo in Austria pandadingung nominamus. Sic placitū, illi conuentum vocabant, & de communibus prouinciæ vel ciuitatis tractabatur. a Germanico nimirum vocabulo platz id est loco designato ad conuentum. Hinc lex ista lex Saliqua: Quod si, quam seruum ad ligneum implicuerit, fuga lapsus fuerit, ad placitum veniens cū tribus

Sylua vocabulorum veterum Francorum, & eorundē vestigia quę supersunt.

Placitum Francorū. Malstad, Mallum. Rachiburgii Francorum.

testibus in aracho coniuret, quod seruus ille quem ad ligneum repræsentare debuerat, extra eius voluntatem fuga lapsus sit, & sic denuo placitus ei concredatur. Vulgo adhuc dicimus, sol im widerum plaß geben werden. Placet & de cæteris, vt veteres magis Francorū consuetudines ac voces cognoscantur, exempla legum inserere. De Rachiburgüs, & mannire ad mallum, von recht bürgen/vnd ermanen zu der malstat/ laden für gericht / tales leges Saliorū extant: Si manoitus fuerit ad secundo mallo, ad tertio seu quarto vel quinto: qui ad sexto venire distulerit, pro vnoquoq; mallo x v sol. culp. iud. Si ille qui eum mãnit, cum trib. Rachinburgiis in aracho cooiuret, quod legitimum mannitum habuerit. Quod si ad septimo mallo nō venerit, tunc ille qui eum mannit ante Comitem cum x i i. Rachiburgiis in Aracho iurare debet. Hinc nimirum vices vocandi malli nomenclaturam conuiuii iudicialis adsciuerunt, zum anderen/ dritten/ vierten mal. In Aracho coniurare, quod lex dicit, hodie vocant, zurecht/oder vor recht schweren. Sic & altera lex super eodem habet: Si quis testis ad mallum, ante Centenarium vel Comitem, seu ante Ducem, patricium vel Regem, necesse habuerit, & donent testimonium, & forte testes noluerint ad placitum venire: ille qui necessarium habet, mannire illos debet, vt in testimonium quod sciunt, iurati dicant. Et iterū alia lex clarius: Si quis iudicem fiscalem (inquit) ad res alienas ioiustè tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut adstrude ad mallatum habuerit, inuitare præsumpserit, bis vicenis & quinis sol. multetur.

Mundiburde vox Frācica.

Sic legitur quoq; lex, quæ Muodiburde vocem, quæ sæpissime in diplomatibus vetustis occu it, explanat: Si quis ingenuam puellam vel mulierem, quæ in verbo regis, vel Ecclesiastica est, accipere vel reducere sine parentum voluntate, de Mundiburde abstulerit: id est de tutela, Ee dann sye manbat wäre. Factum autem est posterius, vt vox illa quæ tutelis tantum pupillorum propria erat, generaliter ad omoes tutelas accōmodaretur, etiam pto iure patronatus vsurparetur: quod hodie Germani vocamus Erbsvogtey. Placet rem exemplo antiqui diplomatis illustrare, quod sancti Lamberti cœnobio in Carinthia ab Othone secundo concessum fuit. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, amen. Otho diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si aliqu d de nostrę magnitudinis regia munificentia Dei Ecclesiis emolumenti, pro stabilitate illarum conferimus, proculdubio illud in mercede proprium habemus. Quapropter omnium fideliū nostrorum animaduertat industria, tam præsentium quam futurorum, qualiter nobis interuentu & admonitione Othonis Carentorum ducis, quoddam nostræ proprietatis spacium, capiens ex omni parre in longitudine siue latitudine iugera tria, in monte Carentino, cum dimidia parte ligni montis illius in larere positi, cum decem iugeribus pratorum iuxta flumen Glana iacentium, ad Ecclesiam S. Lamberti martyris, qualitercunq; supra dicti montis parte, excepta nostra Regali sede, inibi S. Lamberto seruientibus placuerit, perpetuo possidēdam tradere, atq; delegare cum exitibus & reditibus, & cum omoibus vtil tatibus ad pręfara iugera pertinentibus, ea videlicet ratione, vt nemini quidquam in eadem Ecclesia Deo militantes inibi debeaot, nisi quod ad Dei seruitium spectat. Sed ipse locus, & in eodem loco Deo & S. Lamberto militantes, sub nostri sint Mundiburdii defensiooe suscepti, ita videlicet, vt nullus iudex publicus, vel quilibet ex iudiciaria potestate, in Ecclesias aut loca vel agros, seu reliquas possessiooes, quas vel nunc idem locus S. Lamberto dooatus possidet, vel quæ deinceps in ius ipsius diuina voluerit pietas augere, ad causas audiendas, vel ad Freda exigenda, aut mansiones vel adparatas faciendas, aut fideiussores tollendos, authomines ipsius Ecclesiæ iniuste distringendos, aut vllas redhibitiones seu illicitas exactiones requirendas, &c. Hæc ex diplomate, vbi & freda, & adparata, voces Fraocicæ vetustæ occurrunt.

Freda vox Francorū.

De fredis, genere mulctæ fisco vel iudicio debitæ, lex Saliqua huiusmodi legitur: Si quadrupes hominem occiderit, ipsa quadrupes quæ eum occiderit, immediate Vueragreldo suscipiatur, & aliam medietatem dominus quadrupedis soluere studeat absq; fredo. quia quod quadrupedes faciunt, freda non exi ntur. Et iterum: Si quis seruum fugientē ad ecclesiam vi abstraxerit, & iniuriam ecclesiæ fecerit, componat x x x v t i. sol. ad ecclesiam, & pro fredo soluat io fisco L x. sol. quod contra legem fecerit, & ecclesiæ honorem non impenderit. Hodie nos Germani dicere solemus, sol für den fräuel geben/ &c. Et iterum alia lex habet: Si quis liber, liberum infra ianuas Ecclesiæ occideri, cognoscat se contra Deum iniuste fecisse, & Ecclesiam Dei polluisse. Ipsam Ecclesiam quam polluit, cum L x sol. cōponat, & in fisco fredum acquirat, parentibus autem le oum Vuerigeldum soluat.

Vuerigeldū vox Francica. Nuyngeldū, & Triungeldum.

Erat igitur Vuerigeldum, pecuniaria mulcta pro sanguine fuso data vt Nuyngeldum & Triungeldum, pœnæ fuerant pecuniariæ. & Nuvngeldum in furti pœna celebrabatur, cum nouies furatam restituere rem fur tenebatur. & Triun pœna ternione comprehensa dicebatur. Superest, vt parafredum quid fuerit, explicemus. Hic notandum est, parafredū, quæ vox in legibus Francorum occurrit, alterius fuisse significationis quam -dum.

dum. Vnde extat lex Saliorum huiusmodi: De colonis & seruis Ecclesiæ, qualiter seruiant, vel qualia tributa reddant, agrarium videlicet, secundum æstimationem Iudicis, peruideat hoc Iudex. Secundum quod habet, donet. de x x x. modiis tres donet. & pascuaria soluat secundum vsum prouinciæ. & Anzingas legitimas, hoc est perticam x. pedes habentem, quatuor perticas in transuerso, xl. in longo, arare, seminare, claudere, colligere & trahere & recondere. Plasto appensum vnum sæpe circumdare, claudere, secare, colligere, attrahere. Ac temissæ vnusquisq; accola ad duo modia sationis excolligere, seminare, colligere & recondere deberet, & vineas plantare, fodere, propaginare, præcidere, vindemiare, reddant fascem de lino, de apibus x. vasa, pullos IIII. qua xv. reddant, parafretos donent, aut ipsi vadent vbi eis iniunctum fuerit, angarias cum carra faciant, &c. Hoc vulgo hodie nuncupamus robates. Cæterum quia superius de placitis Francorum mentio facta est, vbi publicæ causæ cognoscebantur, non abs re facturus videor, si legem Francorum de illis introduxero, præsertim cum vestigia huiusmodi placitorum, seu vmbræ potius adhuc in Centenis & comitatibus supersint, quæ Germani appellamus monatlich oder quotdemberlrch pangericht/pandadigung. Lex vero Saliqua sic habet: Vt conuentus secundum consuetudinem antiquam fiat in omni centena, coram Comite, aut suo misso, aut coram Centenario ipse Placitus fiat, & de Sabbato, aut qualem dies Comes aut Centenarius voluerit, de septem in septem noctes, quando pax parua est in prouincia. quãdo autem melior est, post XIIII. noctes fiat conuentus in omni centena, sicut superius diximus. Et si quis alium mallare voluit, de qualicunq; causa in ipso mallo publico, debet mallare ante Iudicem suum, vt ille Iudex eum distringat, secundum legem, & cum iusticia respondeat vicino suo, aut qualiscunq; persona eum mallare voluerit, in vnum eum placito mallet causam suam: in secundo si vult iurare, iuret secundum constitutam legem, & in primo mallo spondeat sacramentales, & fideiussores præbeant, si lex habet, & Wandium, donet admissum Comiti vel Centenario, qui præest, vt in constituto die, aut in legiuma iurent. aut si culpabilis est, componat, qualiter per neglectum non euadat. Et si euaserit, LX. sol. de fredo sit semper culpabilis. Sed hæc fortasse nimis prolixe, & non absq; tædio candidi lectoris adducimus. Sed vt insererem, linguæ veteris maiestas coegit, vt quam abfuerit ab hodierno Francico idiomate, non solum eorum, qui Galliam occupant, verum etiam illo quo Saliorum posteritas ad flumen Salam proxime Thuringis vtitur, in diœcesibus Babenbergensi, Wirziburgensi & Moguntiacensi. De Francis Saliis, vnde & leges Salicæ cognominatæ fuerunt, quas supra adduximus, meminit Marcellinus, qui sub Valentiniano primo scripsit, libro XVII. Quibus pacatis (ait) petit primo omnium Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit, ausos olim in Romano solo apud Toxandriam habitacula sibi figere perlicenter. Et iterum libro xx. de Francis Aduariis: Rheno transmisso (ait) regionem subito peruasit Francorum quos Aduarios vocant, inquietorum hominum, licentius etiam tum percursantium extima Galliarum. Porro manserunt memoriæ quædam de vtroq; genere Francorum ad Rhenum. nam tractum terræ, qui est inter Brabantiam & Geldriam, Holãdiamq; supra Buscum ducis, hodie etiamnum ab Aduariis das land von Wert appellant: & qui Frysiam Geldriamq; intercidit, das Salland. Et hæc quidem ex historica fide, quæ super Francorum populo diceremus, habuimus. Nunc antequam summam capiti manum indamus, libet veteri huius nationis idiomate, exempla quædam prosa & metrice ante annos DCC. scripta, subiicere. Et prosa quidem, ex tractatu quodam de natura animalium, sic incipit

Parafreda.

Mallo, id est Malstad.

Fráci Salii.

Exemplum prosæ in lingua Francica antiqua.

Hier begin ih ainna reda vmbe diu tier/ was son gesliho. Liebe bezehinet vnserin trohtin/ turh sine sterihchi be diu wiret er ofto an heligero gescrifte genanin. Tannan sagit Jacob/ do er nameta sinen sun Judam/ Er choat/ Judas min sun ist welf des leuin. Ter lebe hebit driu dinc an jmo. Ein ist/ das so er gat in deino walde/ vn er die Jagere gestincit/ so vertelgot er in das spror mit sineino zagele/ zediu daz sien nimen vinden. So teta vnser trochein/ da er an der werilte mit menischon waz zediu das der fiend nihet verstandet/ das er Gotes sune war. Et quæ plura ibi sequuntur. Rhythmus vero habet cantilenam Francicam, quæ sic incipit:

Cantilena Francica.

Vellet jr gehoren Dauidein den guoton/
Den sinen Touginon sin er gruzzte sinen trochtin/
Ja gihuri du mich Trochtin in teir chenistuer
Jh pin fone deino ane gine vnein an daz enti
Neine gih in gidan chun fore dir gitanchon
Duir chenist allo stiga seuarot so ih gingo
So uare seih cherte nune zungo so rado
Gonen den uehfuri vorheestu mir daz jhn becherte

Du habest mir diu zungon so vasto bidungon
Das ih ane din gipet ne speriche noh ein wort
Vnd di geh dust vor din giu zido cherist fene mir
Zee dir gnadinne/nein a hab dir inirinnen
Harhuff ze hunle dar pistu nut herie istze
Hello nimfart dar pistu giuuart neineghin
Noh ein Lanz nupe ich habet din hand.
Nu vill ih nian fleecan alle sone mir giton/
Alle die nur rieton den virchion rihtuoin/
Die sind fienta/din mit vill ih gisehen
Di inder dir vellent tuon de villih fastondon/
Alle durch dinen rilm mir ze fiente tuon/
Du got ia din ere Cherest pinun du moda serpin
Noh hof ih desne longino des du tati
Toungino nupe ih sone gipurti ze erdun
Lac ih in dem fenstor du hnpest dum hsar
Ih verß das din naht mah siu so lichte also tuch.

Et quæ plura sequuntur, quæ longum esset omnia recensere. Talia nimirum sunt, quæ Beatus Rhenanus Frisingæ Boiariæ in vetusto codice Euangeliorũ, a Waldone quodam scripta reperit, in hæc verba:

Nu wil ih scriban vnser heil
Euangeliono deil
So wir nur hiar begunnon
In Frenkisga zungon
Hiar hores io ziguate
Waz Gotimo gebiete
Thaz wir imo hiar sungun
In Frenkisga zungun
Nu frewes sihes alle
So werso wolla wolle
Joh wer si hold in muate
Francono thute:

Et post hæc, comparando Francos Romanis & Græcis:

Sie sind so sama kuani
Selpso thio Romani
Nu darf man thas ouch redino
Thas Kriachi nith es widarou.

SEQVITVR CATALOGVS PRINCIPVM ET regum Cimmeriorum & Cimbrorum, qui & in Asia & Occidente, apud Celtas videlicet, Celtiberosq́ regnarunt.

1 COMERVS, is, authore Beroso, filius Iaphet, nepos Noe siue Iani, relicto agro Bactrianæ regionis, Asiæ minoris, primus transfretauit in Europam cum Samothe, qui & Dis, & Tubale, fratribus: diuisisq; cum [illegible] terris, post diluuium inuentis, [illegible]liam [illegible] retinuit: & à Rheno vsq; Pyrenæos montes, Samothen: & Tubal, alterum fratrem, in Hispaniis regnare permi[illegible]it.

2 AS[illegible]IENAS, siue Ascanius, vt Berosus eum vocat, Comeri filius, c[illegible]m fratribus Tago & Italo, qui & Kyt[illegible]m vocabatur, paternam ditionem partitus, ipse [illegible]bi ripam Rheni vlteriorem retinuit, & [illegible]yscōnis se posteritati in Germania magna commiscuit. vnde Germaniam [illegible] hanc vsq; diem, Iudæi Aschenas appe[illegible]ant. Italum vero in Oenotriam [illegible]iue Latium, & Tagum in Hispanias [illegible]isit: vnde Italiæ nomen primum auditum est, Tagiq; auriferi in Hispaniis fl[illegible]. Horum minores fratres, Riphæus in Sarmatiam & Dodonæus in Græciam sedes mutarunt

3 CAMBR[illegible]VIVS nepos Aschenas siue Ascanii, sub obit[illegible]m Abrahæ, ad Rh[illegible] G[illegible]allis, hoc est, in[illegible]dantis præfuit anno mundi MMCXLV[illegible] a quo [illegible]imbri ac Cam[illegible]ri primi[illegible] appel[illegible]i fuer[illegible]

4 [illegible]GALATH[illegible], Itali ex Pleiade filius, cum Samothei prosapia in G[illegible] deficeret admissus in regimen Celt[illegible]orum à Druydibus [illegible]alatis nomen indidi[illegible] quos Comentas

dici etiam folitos, Iosephus in Antiquitatibus Iudæorum autor est. Hunc alii Herculis fuisse filium ex Galathæa pellice,& Itali filia, adserunt: floruit autem, vt ex Beroso quidam colligunt, anno mundi conditi MMCCLI. temporibus Abrahæ. Quo tempore in Germania magna Marsus, Tuyſconis ex Manno filio nepos, vel filius, vt alii volunt, & in Gallia interiori Magus & Bardus, cum filiis Sarrone, Hamnete, Celte, & Druydibus, rerum potiebantur.

5 GERYON Celtiberis venas auri ostendit. Erat autem aduena, quemadmodum & Hercules Alemannus in Germania vi regnum adeptus: primam stirpem Comeri ex Asia egressam cum ipso Comero finiuerunt, circa annum conditi mundi MMCCCXXI. Et administrabatur ab eo tempore tractus Rhenensis promiscue cum à posteritate Tuiſconis, post Mannum videlicet, Marſumq;, Istæuone, Ingeuone, Hermione, Vandalo, Sueuo & Teutono: tum etiam à progenie Samothes, Comeri fratris. Reperitur rerum esse potitos apud Celtas, Belgium, anno mundi MMCCCLXXX. Allobrogen, MMCCCCLV. Romum, MMDXV. Lemannum, MMDXC. Galathen iuniorem, MMDCLX. & Francum Hectoris Troiani filiũ anno creati mundi MMDCCLXXXX. cum apud Celtiberos administrassent sub eadem tempestate, ab anno videlicet conditi mundi MMCCCLXX. Sicorus, Sicanus, Sicileus, Lusus, Palatuus, Cacus, quem Hercules occidit, & Erichtrus.

6 HELENVS primus eorum Cimmeriorũ princeps, qui adhuc proximi Phrygibus colebant, eiusdem cum illis linguæ. Qui legitur Troianis cõgentilibus in auxilium contra Græcos venisse, anno mundi MMDCCLXXIIII.

7 FRANCVS, Hectoris Troiani ab Achille occisi filius, fugiens è Troia, à Celtiberis congentilibus susceptus est, & super se rex designatus. Ita quod ab eo tempore duplex fuerit Cimmeriorũ regnum: in Asia vnum, quod postea ad Danubii ostia propagatum est in Europam: & alterum in occidente, per Italiæ partem, ac Gallias.

8 PIPINVS occidentalium Cimmeriorum rex, apud Tuſcos, Celtiberos & Celtas regnauit, circa annos MMDCCCL.

9 HELENVS secundus orientalium Cimmeriorum rex, ad ostia Danubii claruit sub Porsena rege, anno conditi mundi MMMCCCCLX.

10 ANTENOR primus orientalium, item Cimmeriorum rex, victus à Gothis & Scythis, cedere coactus est, anno MMMDXX.

11 MARCOMYRVS, hoc est, si Latine reddas vocem Teutonicam, limitis dominus, primus populum suum, propagato limite, memoria congentilium, qui sub Comero, Ascanio, Cambriuio, & Galate Celteq; ad Rhenum agros coluerant, in Germaniam traduxit, & inter Rheni ostia, Visurgimq; collocauit, vbi hodie sunt Frisia, Geldria & Westphalia prouinciæ. Traduxerat autem 489360. Cimbrorum, exceptis seruis: quo tempore decemuiri Romæ primum creati fuerant, ab vrbe condita CCCX. Coss. T. Quintio Capitolino, & Agrippa Furio. qua tempestate & Pericles & Pythodorus Athenienſium rerum summæ præfuerunt, anno videlicet conditi mundi MMMDXXV. ante Saluatoris nostri natiuitatẽ annox LIII. cum vixisset ipse annos 28. Sunt alii, qui pulsum à Gothis reliquisse Mæotida & Asiæ cõfinia tradunt. alii, spectro sibi à saga Alruna obiecto, quod habebat tria capita, aquilæ, leonis & bufonis. Quod ostendebat, posteros illius, Romanos, Germanos & Gallos subiecturos fore.

12 ANTENOR secundus, Marcomyri filius, fixis iam ad Rhenum Germanicumq; mare vsq; sedibus, Britonum regis vt pote vicini filiam, Cambram nomine, vxorem duxit. In cuius gratiam, cum esset prudentissima fœmina, nouum genti nomen indidit: & qui antea Cimbri nominabantur, ex hinc Sicambri dici cœpti sunt. quod contigit anno conditi mũdi MMMDL. tempore Artaxerxis Persarum regis, & quo tempore Hannibal primum Siciliam inuaserat. Fertur vixisse annos XXX.

CATALOGVS REGVM SICAMBRORVM, QVI & in Germaniæ tractu, qui hodie Franconiam, Hassiam, VVestphaliam, Frisiamq;, comprehendit, & in ostiis Rheni coluere, per Holandiam, Geldriam, Cliuiam, Iuliacenſemq; ditiones, à tempore Artaxerxis regis Persarum, Hannibalisque Pœnorum, vsque ad Saluatoris nostri natiuitatem.

1 PRIAMVS, Antenoris ex Cambra Britannica filius, rerum cœpit ad Rheni ripam dextram, & vsque in Germaniam potiri, paulo ante ALEXANDRI magni ætatem. Sub hoc nouum Cimbri nomen Sicambrorum asciuere, nouam etiam Saxonum linguã didicere, anno labente a creato mundo MMMDLXXV. Gubernauit annos XXVI.

2 HELENVS tertius superioris filius, quo tempore Philippus pater Alexandri magni

claruerat,& M. Curtius Romæ se armatum deuouerat, Sicambris siue Cimbris ad Rhenũ præfuit annos XIX. labente anno mundi MMMDCV.

3 DIOCLES Heleni filius, ætate ALEXANDRI magni,& Archidami Lacedæmoniorum regis imperauit Sicambriæ, annos ordine CCCIX. labente anno conditi mundi MMMDCXXVI.

4 HELENVS quartus, Dioclis filius, cum rexisset annos XIIII. ob ignauiam depositus, regno exuitur: euoluto a creato mundo anno circiter MMMDCLXV.

5 BASANVS primus, frater Heleni, quo tempore Demetrius Antigoni filius apud Macedones, Lysimachus in Thracia,& Romæ M. Claudius Marcellus ac C. Nautius Rutilius Coss. rerum summæ præfuerant, Sicambris apud ripam Rheni imperauit: ac castrum Basanburg in agro Iuliacensi condidit, circa annos mundi MMMDCLXXVII. Sub cuius imperio clarus habitus est Heligastus, summus sacerdos ac legislator Sicambrorum. Qua tempestate LXXII. Interpretes sacram scripturam, Ptolemæo rege curante, in linguã Græcam transtulerant.

6 BASANVS secundus, anno conditi mundi MMMDCCX. Taborium Teguranorũ regem, qui Westphaliæ agrum colebat, acie vicit, ac Monthabor castrum eorundem finium construxit.

7 CLODOMYRVS primus, filius Basani, annos reperitur imperasse Sicãbris seu Cimbris XVIII. re nulla præclare gesta.

8 NICANOR Clodomyri filius, anno mundi creati MMMDCCXXX. patri successit in Sicambria occidentali. Qua tempestate Antigonus in Macedonia, & in Ægypto Ptolemæus Philopator imperabant. Gubernauit annos XXXIIII. cum Gothos prius in Saxonum fines incursionem facientes (cuius historiæ videtur & Iordnandes meminisse) & Orcadum insularum regem acie vicisset. Vnde illi Græcum nomen à victoria inditum putarim.

9 MARCOMYRVS secundus, annis XXVIII. in regno Cimbrorum durauit, vsque ad bellum quod Romani cum Perseo Macedoniæ rege gesserunt, circa annos mundi MMMDCCLXVI.

10 CLODIVS primus, captiuitatem PERSEI regis attigit,& annos à creato mundo MMMDCCXCI. quo tempore & Terentius comicus claruerat. Gubernauit suos annis vndecim.

11 CLODOMYRVS secundus, imperauit Sicambris ad Rhenum annis XIII. & claruit anno vrbis conditæ DCIX. à mundo vero creato, MMMDCCCXX. tempore tertii Puoici belli.

12 MERADACVS primus hoc nomine, præfuit suis ad Rhenum, annis viginti. Postea cum Cimbri ob crebras maris Rheniq; ostiorum inundationes relinquere Rhenum coacti fuissent, in Hercynio nemore habitantibus, vbi est hodie Wirtenbergia & Bohemia, Sicambros, siue Cimbros adhuc rexit annos octo. Reliquerunt igitur Rhenũ circa aonos mundi MMMDCCCXL.

13 BOLO, siue Baleus primus, Cimbros ex Hercinia, vnde à Boiis pellebantur, in Noricum transito Danubio traduxit. Vnde cum in Italiam mouere cœpissent, à Scauro, Sillano & Papyrio Romanis sunt ducibus coherciti. Victores tamen Romanos acie fuderunt. Et Bolo quidem rex Scaurum tum captum interfecit, anno labente ab vrbe condita DCXLI. creati vero mundi MMMDCCCLX.

14 MERADACVS secundus, ascitis in auxilium Teutonibus & Amronibus, superatis alpibus Noricis & Rheticis, cum Cimbris Italiam petere cœpit. Quibus obuiam à Romanis missi C. MARIVS & L. Catulus, Meradacum vicerunt, multis millibus Cimbrorum cæterorumq; interfectis. id quod contigit anno conditæ vrbis DCXLVIII. orbis vero MMMDCCCLXIIII.

15 CASSANDER primus Meradaco successit, Cimbrosq; in Germaniã reduxit. Quã etiam à Borbistar Gothorum rege infestatam, auxilio Arabii Saxonum & Hameri Thuringorum regum, liberauit, anno circiter à mundo creato euoluto, MMMDCCLXIX.

16 SICAMBER, frater Cassandri fuisse traditur.

17 AVTHARIVS primus, vlturus Romanos, Moguntiacum Romanorum coloniam apud Rhenum, per insidias cæpit & euertit, anno mundi MMMDCCCC. Victus tamen postremo a Romanis, Gallorum auxilio, anno creati mundi MMMDCCCCXX. cum annos imperasset suis haud procul Rheno XXXV.

CATA-

CATALOGVS REGVM FRANCORVM, QVI in Germaniam primum, deinde per Gallias Rhætiasq; rerum potiti sunt, à natiuitate Saluatoris nostri vsq; ad Henricum primum Augustum, anno a salute reparata DCCCCXX. *à condito autem mundo* MMMMDCCCLXXXII.

1 FRANCVS, filius Autharii, Sicambrorum postrémi regis, primus nouum à se ipso genti subiectæ nomen imposuit, ita vt qui antea Cimbri Sicambriq; appellati fuerunt, iam paulatim a rege nouo Franci vocari inciperent. Gubernauit vero is tẽpore Octauiani Augusti, annis XXVIII. anno ab vrbe condita DCCXI. à mundo creato MMMDCCCXXV. Duas res præclaras gessit: quod Galliam vlturus, parentem scilicet misere iugularit. & quod fœdere se perpetuo aduersus Romanos cum cæteris Germanicis nationibus colligauerit.

Annum quo hunc ante Saluatoris natiuitatẽ XLII. annis præfuisse Francis scribant.

2 CLOGIO, filius Franci, imperauit annis XXX. & Turingorum ac Saxonum auxilio, M. Lollium aduersus se missum vicit atq; interfecit. Reliquit tres filios, Phrysium, quẽ orae maritimæ Germaniæ præfecerat, vnde Phrysia nomenclaturam accepit: Hermerum, & Marcomyrum.

3 MARCOMYRVS, anno cõditi mundi MMMDCCCCXCV. vrbis autẽ DCCLXXXVIII. & a nato Christo XXXIII. ad famam peruenit: quo tempore Arminius Teutonum princeps, vulgo Hermam, bellum cum Romanis gerebat. Cuius vxor Tosueld, & filius Tumelicus, a Germanico Cæsare in triumphum ducti fuerant.

4 SICAMBER, Sygemyr, & Veromyr, fratres erant, ita Cimbrorum inter se agros partiti, vt Veromyr terram inter ostia Rheni, vbi est hodie Hollandia, occuparit. Huius filiam Ramam Sigemyrus in coniugio habebat, qui cum filio Sisetacho eos agros gubernabat, in quibus hodie Phrysia extenta cernitur. Sicamber vero cum filio Melon, vbi est hodie Geldria, & Cleuensis ducatus, principabatur. Hi omnes a Germanico sunt Cæsare victi, & triumphati. Floruit illis temporibus & Segestes, eum filio Sigismundo, Cheruscorum princeps, vbi est nostra ætate Palatinatus & Chreuchgouia, à Cheruscis denominata: quorum omnium apud Tacitum libro secundo & tertio fit mentio. Ita igitur Franci à Romanis tũ adflicti fuerant, vt non amplius reges, sed principes, ex voluntate Augustorum haberent: quorum nomina vsq; ad Constantinum Magnum deprehendere nondum potuimus, gente videlicet nobilissima in Romanam potestatem ac seruitutem quasi redacta, quam annis CCXCIII. sustinuere, vsq; ad Constantinum Magnum.

5 RATHERIVS, Nerone Romanis imperante, Francis ad Rheni ostia confidentib. præfuit: ibidemq; Ratherodamam, à se cognominatam ciuitatem construxit, ibique terræ traditus dicitur, quam nostro seculo doctissimus vir Erasmus, trilinguis ille Coryphæus, suis nobilitauit incunabulis.

6 CLODOMYRVS, hoc nomine in catalogo regum Franciæ tertius, circa annũ Domini CCCX. Francos ad ostia Rheni in Geldria & Hollandia gubernauit: qui fratrem Gen[illegible]ldum, cum non minima Francorum multitudine auxilio Thuringorum regi Henrolo contra Sueuos & Saxonas misit, circa annum Domini CCCXXVI. qui potitus victoria, Sueuos ex eo tractu expulit, vbi hodie Hassi habitant, Danubii ripam & Rhætiam petẽtes: ideoq; in præmium laboris, agrum eum vel obtinuit, vel occupauit, qui hodie Ostrofranciam siue Franconiam complectitur. De cuius successoribus & posteris sub finem huius libri dicturi porro sumus.

7 EROCVS, siue, vt Germanice pronunciamus, Ericus, Constantino Magno Britanniam tum regenti, ad imperium retinendum auxilio fuit: vt Eutropius & Orosius authores sunt.

8 ASCARICHVS & RAGAISVS, cum à Romanis defecissent, & Gallias inuasissent, victi à Constantio Constantini magni filio, apud Toxandriam bestiis obiecti fuere, vt Panegyristæ memoriæ prodiderunt.

9 PHARAMVNDVS hoc nomine primus, Honorio & Archadio imperantibus, Frãcorum regnum ad ostia Rheni administrauit. Primusq; limitem ausus transcendere, pedemq; terre in Belgicam proximam, regionem Mosellanam cæpit, Treuirorum Augusta deuastata. Quem Aetius ne fœcundis agris potiretur, armis demum fugauit. Habuit fratrem Marcomirum, quem Ostrofranciæ in Germania præfecit. Huius quoq; sec[illegible]lo, exonerantes se Franci, manum non exilem suæ gentis habitatum ad Danubium misere, [illegible] & A[illegible] d[illegible]bus. qu[illegible] ad Ogidoram in Silesius ten[illegible]ent, quorum memoriam in hanc vsq; diem Francoforda Brandeburgensis repræsentat, accersiti in auxi-

lium à Valentiniano [illegible] ndo aduersus Sarmatas & Halanos, cum acie eas gentes vicissent, atque a Danubio remouissent, tractum terræ in Pannonia inferiori sub tributo a Romanis impetrauere. Vbi Sicambriam ciuitatem condidere, cuius & hodie ruinæ vna cum inscriptione haud procul a Buda Hungariæ metropoli cernuntur. Laxauerat autem tum Valentinianus his Francis ad decennii spacium tributum. quapropter exacto illo tempore, cum dare contemnerent, bello a Valentiniano petiti, & e Pannoniis pulsi sunt. Cæterũ ad hunc Pharamundum leges Saliquæ referuntur, quas consilio & opera sacerdotum suæ gentis, Wisegasti & Salegasti, tulit.

10 CLODIVS, is fortunam rursus parentisq; conatum secutus, Francos trans Rhenum duxit ac quo tempore Gothi ac Burgundiones Gallias diripiebant, ac Attila Hunnorum rex Romanos affligebat, potitus victoria, omnem eam Belgicæ terram subiecit, quæ Scaldim ac Somnam fluuios interiacet: Romanis coloniis, quæ isthic præcipuæ fuerant, expugnatis Treueri, Tornaco, Agrippina, Cameraco, Aurelia, & Remorum vrbe. & Sabino Mosellanæ regionis præfecto in acie occiso. regnauit annos xx. & Merouingum filium reliquit: cuius natiuitas admiranda, ac prope illis diuina visa est. Nam cum in æstate aliquando iuxta mare, æstus leniendi causa sederet, bellua marina tauro similis fœminam compressit. quo casu cum filium posterius peperisset, a maculis [illegible] næ [illegible] bus belluæ, parentis videlicet, patrio sermone Merwech est nominatus, quam vocem Latini in Merouęum detorserunt. Huius tempore Marcomedes & Sunno filii Priami & Antenoris, quos Pannoniam reliquisse diximus, cum magna multitudine Francorum [illegible] G[illegible] redierunt: quos Clodius in tractu Galliæ Romanis adempto, præcipue [illegible] Mosell[illegible] & Belgica collocauit, duodecim millibus Gallorum Romanorumq; [illegible] cum adductis, & vltra Rheni ostia collocatis, vbi est hodie Holandia & Ph[illegible]a.

CATALOGVS FRANCORVM, MEROVINgorum, qui in tota Gallia, tractu Argentoratensi, Sequanis ac [illegible]a-ua, rerum sunt potiti.

1 MEROVEVS (vulgata [illegible] lingua Teutonum Merwech) Clodii superioris, siue marinæ bestiæ filius, ex fabula gentis, vnde & nomen, præterquam quod genti nouum a seipso nomen indidit, præclari nihil gessit. Regnauit in Belgis, Theodosii iunioris & Valentiniani vltimi imperio, circa annum Domini c c c c x l. Vangionum Nemetumque ciuitates a Romanis adsertas, imperio suo subiecit, & Aetio aduersus ATTILAM auxilium tulit.

2 HILDRICVS, vel vt gentilitio sermone proferimus, Hildrech, cum suis grauior esset, vel ignauus videretur, regno pulsus, Ægidium [illegible] passus est successorem. Sed mox restitutus, in Ægidium Romanum mouit, eidemq; Agrippinam & Treuirorum Augustam ademit. Siagrio quoq; Ægidii filio bello superato atq; profligato, Aurelianensem & Andegauensem, interioris Galliæ tractus, [illegible] diecit. Regnauit annos x[illegible] & floruit circa annum Salutis [illegible] c c c l x x x.

3 CLODOVÆVS, vel si patrio sermone recte exprimere velimus, Ludwich, primus omnium totius Galliæ dominus effectus, cum [illegible] An[illegible] laricum [illegible] la Aquitania, in Hispaniam [illegible] dent, quatuor maxima bella victor gessit. Primum contra Romanos, eorumq; ducem Siagrium: quo capto & interfecto, fusisq; Romanis, totam Lugdunensem Galliam imperio suo adiecit. Secundum vxoris Burgundæ Gothildis precibus, aduersus Gothemarum & Gategi[illegible]lum suscepit, qui patrem vxoris Hilpericum & Sigismundũ patruelem Burgundiæ reges occiderant. Tertium bellum in Alemannos mouit, qui ab A[illegible]na vsq; Vosagum montem secus Rhenum, vbi hodie [illegible] Germani [illegible], colebant. Id quo [illegible] di[illegible] imum videbatur bellum, persuasus ab vxore, Christianam doctrinã suscepturum se vouerat, si victoria potiretur. Itaq; cum ad Tolbiacum postea Alemannos vicisset, cumque tractum [illegible] vi[illegible] suscepto baptismo [illegible] Rem[illegible] Remensi episcopo [illegible] tota [illegible] gente [illegible] cepit Clod[illegible] pr[illegible] [illegible] annum salutis [illegible] x[illegible] i x. Quartum bellum contra Alaricum Gothorum regem gessit, quod Ruotl[illegible] dam [illegible] anni [illegible]. In[illegible] S. MARTIN [illegible] apud Turonas [illegible] ta [illegible] ac [illegible]. [illegible] x[illegible] x filios, & [illegible] m Ruo[illegible] ld m[illegible] quam diximus Go[illegible] [illegible]. [illegible] erant gen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] que [illegible] Co[illegible] [illegible] Theobert[illegible] aldum, Hi[illegible] [illegible] in [illegible] in Agadno ac [illegible] pio videre est. Ad [illegible] Arg[illegible]

tor

tus, ipse quod ligneum primus construxisse dicitur: postea vero Dagobertus rex Austrasiæ in m[illegible] [illegible]mam ac faciem redegit.

4 C[illegible] MYR[illegible]s, siue, v[illegible] recte euphonia Germanicæ pronunciemus, der Luytmaer/ filius [illegible] natu maior erat, qui matris iniurias ob Hilpericum auum interemptũ [illegible] Gundobaudi interfectoris filio, bello petito ac capto apud Agaunum [illegible] a A[illegible] æ captum, in puteum proiecerat. Sed dum Gotom[illegible] alterum [illegible] bello similiter adoriretur, fortunam aduersam passus, ex equo corruit, & oc[illegible]. Suscepit & ex [illegible]deuca coniuge duos filios, Clotarium & Hildebertum, sepul[illegible] apud T[illegible] in æde S. Petri, iuxta auum

10 5 CL[illegible]TARIVS, siue, vt patriam pronunciationem sequamur, Lauther / vel Lother/ successi[illegible] nuit, septem relictis post se filiis, & vnica filia. Hab[illegible] in matrimon[illegible] coniuges: primam Gundeucam Clodomyri fratris relictam filiam sterilem: secundam [illegible]dam, de qua suscepit Guntramum, Sigebertum, Heribertum, Hildricum, G[illegible], & Clodes[illegible]. tertiam duxit Ingundæ sororem, Regingundam nomine: ex qua progenuit Hilpericum filium. ex quarta denique Gusnia, Granianum filium [illegible] patri rebellans: sed captus igni combustus est a patre. Sub hoc rege floruit S. M[illegible] quem [illegible] sepeliri fecerat. Obiit fere anno regni sui quin[illegible].

6 G[illegible]RA[illegible] regnauit [illegible] annos, in diuisione cum fratribus Burgundiam [illegible] Aurel[illegible] uit. Is est, de quo historici referunt quod cum aliquãdo [illegible] ex venatione fessus, inque prato quiescens in somnum incid[illegible] occultato somniauit, & quomodo per ponte[illegible] ferre[illegible] somnium narrat[illegible] seruus [illegible] animal paruum de ore eius egressum se vidisse dixit: quod cum ad proximum riuum maturare conspiceret, se gladio super vndas posito iuuisse animalculi iter, ipsum autem riuo superato per foramen montem esse ingressum: intellecto igitur somnio, [illegible] fodere cœpit, vbi magnam vim auri & argenti reperit: vnde & tumbam S. Marcello martyri in Gabilone ciuitate fieri curauit.

7 SIGEBERTVS Guntrami frater, & Clotarii filius, vulgo Sigenbrecht/ quod est, si 30 Latine reddas, clarus & gloriosus victoriis: in diuisione cum fratribus sortitus erat Austrasiam, sedem regni sui habens Metensium vrbem. Is est, qui Sueuis terras Saxonum concedebat, cum Saxones cum Longobardis in Italiam abiuissent, vt Diaconus scribit. vxorem habuit Brunechildim Hispanam, ex qua suscepit vnicum filium Hildebertum. Bellum gessit cum Hilperico fratre, qui regnum eius depopulatus fuerat: in quo victor, Turinũ & Pictauium metropoles occupauerat omnibus quoque ciuitatibus quę vltra Parisios sunt, ad eũ deficientibus. Ad postremum tamen dolo ac insidiis Fridegundis fratris coniugis circum[illegible], [illegible] XI [illegible] quadragesimo. His S. Columbanum ex Hybernia in Galliam [illegible] hospitio suscepit. Filius eiusdem Hildebertus secudus h[illegible] insidiis Hilperici patrui ac Fridegundis libera- 40 [illegible], reliquit post se duos filios, Theodebertum secundum, & Theodericum [illegible]. Quorum hic qui Austrasiam sortitus fuerat, a fratre Tol[illegible] & [illegible] & ad postremum interfectus est. Ille vero, cum Burgundiam aun[illegible] hæred[illegible] ab a[illegible] Brunechilde, fratrem Austrasiæ regno exuir atque occid[illegible]. Propterea fulmine ictus, apud Metenses, [illegible] ac suæ stirpis vltimum post [illegible] Sigeberto [illegible], quam S. Gallus a dæmonio liberauerat, [illegible] a Clothario tertio fratruele, filio Hilderici, occisus est, ac [illegible] e pro[illegible] est [illegible] mma [illegible].

Hildebertus [illegible] anno D XCIX. [illegible] anno D CXVII.

8 H[illegible]RICVS siue vt alii scribunt, Hilricus, post [illegible] fratribus Sigeberto primo ac Guntramo diuisionem facta, Aquitaniam ac Lug[illegible] sedes [illegible] 50 prouincias susceperat, apud Parisios & Andes [illegible] sedes [illegible]. Vxorem habuit A[illegible] ex qua Theobertum [illegible], Clodouęum [illegible], & M[illegible] [illegible] erat. qui omnes in iuuentute [illegible] Fridegundis [illegible] præterea m[illegible] excitauerat [illegible] Sigebertum fratrem [illegible] ad p[illegible] ad [illegible] erer, Sigebertum primo Austrasiæ regẽ, [illegible] Hilpericum [illegible] a matre [illegible] mortua Audenora, alterum cum [illegible]

9 Clotarius hoc nomine secundus, quem gentilicia Francorum lingua rectius Lauthar dixeris, filius Hilperici ex adulterio Fridegundis, monarchiam totius Galliæ consecutus matris dolo: & cum Sigebertum secundum de altero stemmate ipse occidisset, Brundehildim vxorem Sigeberti interfecti agnatam in matrimonium accepit. ex qua Dagobertum primum tulit, cum annis in Francia regnasset XLIV. Is coniugem suam, quę maritum priorem prodiderat, & multa mala designauerat, ferocibus equis alligatam, discerpi iussit. Imperauit circa annos Domini DCLXXXI.

10 Dagobertus hoc nomine primus, siue vt vocem more Germanico pronunciemus, Degenprecht/ quod est, si Latinè reddas, gloriosus heros, in monarchia Galliæ patri successit: cui Boiariam etiam & magnam Germaniæ partem adiecit, præter diuitias. Pius quoque princeps fuit, & religiosus. Wormaciensem & Argentoratensem episcopatus instituit, & Weissenburgum ac Surburg monasteria posuit. Ad hunc Heracl[illegible]s imperator, cum oraculo admoneretur, fore vt imperio circumcisi potirentur, legatos misit, vt Iudæi ad baptismum cogerentur. Habuit in matrimonio Machtildem, Saxonum regis filiam: & primus habere maiores domus cœpit, Gundoaldum, & post hunc Erchinoaldum. Obiit anno Domini DCLXV. Huic aliqui fratrem tribuunt Heribertum, qui in Aquitania imperauerit. Reliquit duos filios, Sigebertum secundum, & Clodouęum tertium. Alii & Hildericum secundum adiiciunt. Sigebertum quidem in venatione ab apro occisum, vbi est hodie Ebershaymmunster, ab eo euentu appellatum, S. Arbogastes, Antistes Argentoratensis ad vitam reuocauit.

11 Sigebertus hoc nomine secundus, partitus cum fratre regnum, Austrasiam gubernandam suscepit, quam consilio S. Choniberti Coloniensis episcopi, & Pipini ducis, nec non Ang[illegible]s maioris domus, qui [illegible]lius Sancti Arnolfi fuerat, Metensis episcopi, in pace multo tempore gubernauit. Reliquit post se vnicum filium Dagobertum secundum, quem Grymoaldus maior domus in monasterium abstrusit: etsi duos liberos haberet, H[illegible]lper[illegible] [illegible]um secundum, & Reginfridum, quos Carolus Pipini ducis filius, Lotharii tertii maior domus, priuatos viuere coegerat. Sunt qui Sigeberto & alterum filium cognominem tribuunt, & ipsum factionibus Grymoaldi ac Caroli maiorum domus Franciæ, pulsum concessisse in Germaniam affirment, ad duces Francorum orientalium, agnatos Gundoaldum & Godefridum. vnde Comitum Habspurgensium est origo, de quibus postremo huius operis libro prolixe tractamus.

12 Clodovæus, siue, vt gentilitiam prolationem sequamur, Lutauicus, id est, Leytuich, hoc nomine tertius in hac prosapia, regnauit in Gallia interiori annis circiter XXV, & brachium S. Dionysii simulachro abscidit. quod factum multæ sunt turbæ in regno Franciæ secutæ. Obiit anno salutis DCLXIII, relictis post se tribus filiis, Lothario, Hildrico, & Theoderico, his nominibus in Francia tertiis. Hos tamen alii non Clodouęi filios, sed ex Theodcrico nepotes fuisse scribunt.

13 Lotharius, siue vt Germanicæ pronunciationi insistamus, Lother, hoc nomi[illegible] tertius.[illegible] diuisione cum fratribus Austrasiam possedit, & consilio S. Leodegarii Augustu[illegible]unensis epi[illegible]i ac E[illegible]humoaldi [illegible] domus, quem Ebroymus postea interfecerat, prudęter imperauit. Floruit circa a[illegible]os Domini DCLXVI, nulla post se prole relicta.

14 Hildrichus tertius i[illegible] in isthac appellatione in Francia, ob ignauiam & luxuriam vna cum imprægnata coniuge i[illegible]terfect[illegible]s est a Francis.

15 Theodericus, siue, vt Fran[illegible] [illegible]o vocabant idiomate, Dietreich/ quod est si Latine reddas, diues Germanus, superiorum frater, & Clodouęi filius, in cœnobio Luxouiensi primum monachus: deinde Hildrico interfecto, [illegible]roymi maioris domus suffragio atq; auxilio monarchiam tot[illegible]is Gall[illegible]ę consec[illegible]tus, mona[illegible]rium egressus est, relictis post se tribus natis, Lutouico videlicet quarto, H[illegible]ldeberto te[illegible]o, & [illegible]othario quarto. Is con[illegible]o Ebroymi maioris domus, S. Leodegarium occidit. Vnde indignati Franci, & [illegible]broymum interfecerunt. Obiit Leonis Im[illegible]pe[illegible]toris seculo, circa annos Dom[illegible]

16 H[illegible]oe[illegible]ert[illegible] secundus hoc nomine, Theoderici s[illegible]p[illegible]ori[illegible] fi[illegible]us, sexto post mortem patri[illegible] anno suffragio atq; auxilio Pipini ducis regnum Francorũ adeptus, postremo monarchiam Galliæ, Alemanniæ, Boiariæque so[illegible] ob[illegible]tin[illegible]t [illegible]fratrib. Ludouico & Lothario q[illegible]rtis hoc numero [illegible]ito e[illegible]ti[illegible]is: & fi[illegible] [illegible] pr[illegible], Dag[illegible]bert[illegible]m tertiu[illegible]. S[illegible] adm[illegible]ione S. Lambertus Leodien[illegible]is episcopus senior occisus, à Dodone: [illegible] sororem Adelhaidem Pipinus dux, maior domus H[illegible]ldeberti regi[illegible] superinduxerat P[illegible]ctr[illegible] ile[illegible]itimæ vxor[illegible] id quod sanct[illegible]s vir [illegible]de[illegible]at.

Factum est hoc anno salutis DCCL.

17 Da[illegible]bert[illegible] [illegible]er[illegible] [illegible]hoc nomine, [illegible] præc[illegible] fe[illegible]t nisi quod duos [illegible]os progenuer[illegible]t, [illegible]heodericum quartum, & Hildrichum quartum. Is est Hildrichus, [illegible]uæ nobilissimæ

lissimæ prosapiæ Merouingorum postremus: quem ob ignauiam à Stephano pontifice maximo depositum, Pipinus Caroli magni pater, & Caroli Martelli filius, ex Francia orientali, cum maior domus illius esset, cœnobio S. Emeranni Ratisponæ conclusit, & monasticum habitum induere coegit.

CATALOGVS FRANCORVM CAROLINGORVM, QVI per totam Galliam, Hispanias, Saxoniam, Germaniam, Boiariam, Pannonias atq; Italiam, rerum potiti fuere.

1 CAROLVS cognomento Martellus, & Fortis, maior domus Franciæ, cum Hilpericum & Reginfridū Dagoberti regis iunioris filios spe regni deiecisset, Lothario tertio regnū procurauit: cuius exinde multo tempore maior domus mansit, ab eo Dux quoq; Brabantiæ, & Comes Namurcensis creatus. Bellum pro principatu gessit cum Reginfrido Andegauēsi Comite: quo victo, maioris domus officiū per annos XXVII gessit: & ex Schwynhilde Bauara vxore, Pipinum regē, primum huius stirpis: Carolomannum primo Germaniæ regem, post Monachum: Grosgundū episcopum Metensem, Griphonem ducem Alemanorum, Laudradam & Hildraudim Odilonis Boiariæ ducis coniugem suscepit. Sunt qui illi & S. Adalagiam filiam tribuunt. Obiit anno salutis DCCXLII.

2 PIPINVS hoc nomine quartus in hac nobili prosapia, & primus Francorum rex, authoritate Stephani Rom. pontificis, Hilderico Merouingo, cuius maiorem domus egerat, ob ignauiam in monasterio concluso: tria gessit bella. Primum cum Griphone fratre, quem mater Suandehildis, Odilonis ducis Boiorum filia, vt obsequium fratri detrectaret, induxerat. in secundo Sarracenos ex Italia profligauit. in tertio, vocatus in auxilium à Romano pontifice, Aistulphum Longobardorum regem debellauit. Ex Berchrada duos reliquit filios, Carolum cognomento magnum, & Carolomannum ducem. qui in diuisione cum fratre Celticam ac Suessonensem vrbem acceperat: sed non contentus æqua diuisione, Desiderium Longobardorum regem induxerat contra fratrem. Duxit & secundam vxorem Leutburgim, ex qua tulit Blamanum & Leonem Talandum, Caroli magni fratris præfectum in Alemania: quem postea ob insidias structas Hildegardi coniugi, deportari fecit in insulam. Sunt qui illi adhuc duos filios tribuunt, Rapatonem & Bennonem. Genuit porro Pipinus rex quinque filias: Berchtam, Rolandi Galliarum principis matrem, coniugem Milonis ducis de Engers: Giselam, monialem: Rothaym, sepultam Metis ad beatum Arnolphum: Adam, Treuiri apud S. Maximinum humatam, cum tali epitaphio, Ada ancilla Christi soror Caroli magni: & Symphorianā, Amberto Lotharingorum siue Belgicæ duci nuptam. Ex qua processere Sambertus Abbas Murbacensis, & postea episcopus Augustanus, Rotolandus dux, Talatina & Rorynna, Rothardo Sueuorum duci desponsata.

3 CAROLVS tertius hoc nomine, cognomento Magnus, patri in regno Francorum secundus suæ familiæ succedit, natus in Ingelhaym prope Moguntiacum, anno Salutis DCCXLII. multis bellis fœliciter gestis orbi inclaruit, quorum contra Saxonem eorumque regem Witikyndum præcipuum fuerat, & trigesimo primum anno finitum. Secundum contra Lupum Hispaniæ tyrannum: tertium contra Desiderium Longobardorum regem gessit, à Leone pontifice Roman. in auxilium adscitus, a quo & contra Constantinum Cæsarem Græcum, Imperator occidentis Romæ effectus, bellum in Tassilonem Ducem Boiorum conuertit, qui Longobardum iuuerat, & Hunnos Auaresque in perniciem regni adduxerat, itaque proscripto publice apud Borbetomagum Tassilone, eoque cum filio Theodone in monasterio proximo Laurissanensi incluso, Hunnicum siue Pannonicum exinde contra Chabanū regem administrauit: victor eas quoque prouincias, vsque ad Sauum, Francorum imperio adiecit, nouamque in Pannoniis Austriam auspicatus est. Postremo omnium contra Slauos & Wilzos decertauit, quos vltra Vistulam submouit. In quibus omnibus opera ac consilio vsus est præstantissimorum virorum, Heroldi, Rumbholdi, in occidente: in oriente vero, Theoderici, ac Gerholdi, Hildebrandi ducis Sueuorum filii, & coniugis ipsius fratris, quem & Austriæ Marchionem creauit: & Ericum, cuius opera similiter aduersus Hunnos & Auares vsus fuerat, Istriæ & Carantanorum principem dixit. Porro nec illud ignorandum est, ex sex ordine coniugibus, & quinque pellicibus, liberos numero XXIV Carolum magnum procreasse. Ex Robeda prima vxore, quam alii Galienam vocant, Galastrii Taletani regis filia Hispana, Hugonem ducem Aquitaniæ, & Drogonem episcopum Metensem: ex Hermingardi, Desiderii Longobardorum regis filia, quam & repudiauerat postea, nihil tulit. ex Hildegardi, Hiltebrandi Sueuiæ ducis filia, quatuor filios, & totidem (aut vt alii, sex) filias susceperat: videlicet Ca-

rolum, ab Hungaris occisum: Pipinum, regem Italiæ: Ludouicum, ex cognomento Pium, postea Imperatorem: Lotharium, qui puer obiit, & gemellus cum Ludouico in lucem exierat: Hildegardim & Adelhaida, sepultas ad S. Arnulphum Metis: Giselam Vestalem: Gertrudim, Vigetam, & Rotrudim Imperatori Constatinopolitano nuptam. Ex Fastrada præterea quarta vxore, Ratolũ Comitis apud Ostrofrancos nata, Hildrudim, Rothaida & Theodoretam filias tulit. Huic successit Luitgardis Sueua sterilis. & postrema coniugum Gersuuynda, vel Garsula Comitissa de Ingelhaym, ex qua genuit Adeltrudim filiam. Atque tot quidem liberos legitimos habuit. Ex pellicibus vero, & illegitimo thoro, ex Adelinde Theodoretum filium, ducem Prouinciæ procreauit. ex Himeltrude, Pipinum gibbosum, ob clandestinam in patrem coniurationem conclusum S. Galli cœnobio: Berchtam, quæ obiit puella: Immam, Eginhardo Notario suo & historico desponsatam, fundatricem Saligenstadensis cœnobii in Ostrofrancis: Gerdrudim, & Rothildem. Ex Rothilde præterea pellice, siue Richilde, progenuerat Carolus Adelrodum, Rothrudam & Adelindam. Ex regina quadam Hugonem. Atque hactenus de filiis, coniugibus atq; pellicibus Caroli magni Imperatoris, ac Francorum regis post hominum memoriam longe clarissimi: qui pleuritide obiit, anno Domini DCCCXIV, sepultus apud Aquisgranum, in templo diuæ Virginis, quod ipse à fundamentis construxerat, palatio suo regio contiguum, vbi in hanc vsque diem Imperatores diademate redimiuntur. Porro Carolus Magnus res omnes suas gessit per duces hosce ferme, scientia rei militaris celebres: Geroldum, Hiltebrandi Sueuorum ducis filium, sororium suum, cuius erat opera aduersus Hunnos & Auares in Pannonia vsus: Rulandum, nepotem ex sorore, præfectum limitis Hispanici: Theodericum cognatũ, ducem aduersus Slauos & Bohemos: Meginfridum Camerarium, filium naturalem: Amalovvynum, Saxonici limitis præfectum: Rudolpbum alterum socerum, parentem Fastradæ coniugis, Britannici limitis præfectum, & epularum magistrum: Anshelmum, præfectum prætorio, interfectũm à Vasconibus: Echardum, mensæ præfectum, interfectum à Vasconibus: Gryllum, magistrum equitum, a Saxonibus occisum: Volradum, aulæ magistrum. His adde, quorum cõsilio fuit perpetuo vsus, Erchynobaldum supremum scribam, Eginhartum notarium & historicum, Alcuynum præceptorem, Albinum atque Clementem Anglos, literarum bonarum in Germania auspices.

4 LVDOVICVS primus huius stirpis, patri non solum in regno Francorum, verumetiam in Monarchia atque adeo Imperio successit. Gessit duo bella, aduersus Ludouicum Carentanum, & Sclauinos, ad Albim, in vtroque victor. Duas in matrimonio habuit nobiles fœminas, Irmengardam Comitissam à Ringelbaym, vnde Lotharium Cæsarẽ & Ludouicum regem Germaniæ tulerat. alteram postea duxit, nobilissimi Sueuorum Comitis Welphonis filiam, Iuditham nomine, ex qua Carolum quartum tulit, Franciæ regem, vulgo den kaln könig. Duxerat autem hanc Iuditham viduam, quæ Pipinum ante pepererat, ducem Aquitaniæ & Longendoken. Hunc senior filiorum Lotharius in senectute captiuauerat, propter Iuditham, quam vt nouercam Lotharius amauerat. Sunt qui tertiam Ludouico vxorem tribuant Luitgardim, Brunonis ducis Saxoniæ filiam. Obiit anno imperii sui XXVI, relictis bis quos memorauimus filiis.

5 LOTHARIVS hac appellatione in hac stirpe primus, qui patri non in Monarchia, sed in imperio Italiæque regno successerat, de diuisione patrimonii cum diu, postremo etiam armis cum fratribus Ludouico secundo & Carolo tertio contendisset, ad postremum Austrasiæ regnum gubernandum accepit, quod Lotharicum à se appellauit, cuius adhuc titulo Austriaci vtuntur, & cuius est portio hodierna Lotharingia. Habuit duas coniuges, Irmengardim, fundatricem Erensteyn prope Argentoratum: ex qua tulit Ludouicum secundum regem, & postea Cæsarem, anno salutis DCCCLV: & Carolum regem Burgundiæ, anno DCCCLVIII: & Luytharium secundum Belgicarum principem, anno DCCCLXIIX. Secũdam duxit Dietburgim, Hugberti abbatis sororem, matrem Ludgardæ ducissæ Brunsuicensis: propter quod Hugberto is ducatum concessit inter Iuram & Iouis montem. Habuit postremo & concubinam Waldradram, quam viuente legitima vxore acceperat, & ex ea Hugonem & Alidam filiam tulerat: excommunicatus à Papa Nicolao propterea. Diuisit moriturus filiis ditiones suas, ita: Ludouico maiori nato Italiam, cum titulo Imperii permiserat, cuius filiam Irmingardim Boso vxorem duxerat: Lothario secundo Lotharicum regnum in Austrasia, & Carolo quinto Prouinciam. Is Carolus Pipinum filium Ludouici secundi patrui iam regnantem, in Aquitania cæpit, & monasterio conclusit. Vocabatur autem cognomento Crassus: cuius vxor Richardis Andlau, Alsatiæ cœnobium, fundauit.

6 LVDOVICVS rex Francorum & Bauariæ, Pii filius, & Lotharii Cæsaris frater, cui in di-

in diuisione cum fratribus Francia orientalis, Sueuia & Bauaria obuenerant, multa contra Sclauos bella fœliciter gessit, mortuo fratre Lothario, a Iohanne pontifice Augustus salutatus est, ab Augusto septuagesimus. ex Henna Holandina vxore tres filios reliquit: Carolum tertium ex cognomento Crassum, cui postremo erat abrogatum imperium, sepultum in Reichnau: Carolomannum, ducem Carinthiæ, & postea regem Bauariæ: & Ludouicum terti[illegible]m, qui apud patrem in Laureskaym sepultus cernitur. Obiit pater anno Sal. DCCCLXXVI. filius autem DC[illegible]CLXXXVIII. Is familiam suam sustinuerat solus. quippe Carolomannus Arnolphum Cæsarem filium reliquerat, patrem Ludouici postremi, ad Lycum flu. ab Hung[illegible] interfecti. Sunt qui huic & Veronicam filiam tribuant, 10 monialem.

7 CAROLVS hoc nomine quartus, & ipse Ludouici Pii filius, superiorum, hoc est Lotharii & Ludouici secundi frater, cognomento Caluus, ex Bosonis ducis sorore Irmengarde tres tulit liberos: Ludouicum tertium, cognomine Balbum: Carolum quintum, regem Gal[illegible]æ, a Balduino occisum: & Carolomannum monachum, anno DCCCLXX excæcatum. Porro iste Carolus Bosoni sororio suo prouinciam dedit, & eum regem appellari voluit, anno DCCCLXXVII. Is Boso Carolo mortuo, paruipendens superioris Ludouici filios, Burgundiam inuaserat: contra quem adolescentes auxilio procerum ex Francia multo tempore bellum gesserunt.

8 LVDOVICVS tertius cognomine Balbus, quem ab apro interfectum in venatione 20 memorant, ex Adelha[illegible]de quadam nobili puella, tres filios tulit: Carolum ex cognomento Simplicem, natum anno salutis DCCCCXXVI. posthumum Ludouicum, & Carolomannum, duces. Port[illegible] Ludoui[illegible]us inuaserat Germaniam, & pro ea diu bellum gesserat cum Carolomanno Boiariæ rege. Huius præterea filius fuit, Ludouicus dux Ostrofrancorum, quem aiunt Othone adhuc primo imperante vixisse. Eius quoque nepos Lotharius, circa annum Domini DC[illegible]C[illegible]LXXXVI floruerat etiamnum: duosque post se reliquerat filios, Ludouicum regem Franciæ & Carolum ducem Burgundiæ, quem aiunt floruisse anno millesimo.

9 CAROLOMANNVS Ludouici secundi regis Germaniæ filius, & tertii frater germanus, duas habuit coniuges, Lyndosuinam, ex qua Arnulphum imperatorem suscepit, 30 quam alii volunt pellicem, non vxorem extitisse. Habuit autem secundis nuptiis, eum iam ex duce Carinthiæ in regem Boiariæ fuisset inuestitus, & Portugalliæ regis natam.

10 CAROLVS ex cognomento Simplex, Galliarum rex, pulsus regno ab Hugone comite, ex regina Ang[illegible]æ suscepit Ludouicum regem Franciæ restitutum, & Giselam comitissam Nordmanniæ. Quorum Ludouicus ex Gerbirge sorore Othonis primi, genuit Lotharium tertium re[illegible]em Franciæ, Ludouici vltimi in Gallia regis de hoc semine patrem: & ex filia Lotharii regis Italiæ suscepit Carolum ducem Brabantiæ, & Hildegardem comitissam Hollandiæ.

11 ARNOLPHVS Carolomanni ex Carenthana filius, dum adhuc Carinthiæ dux esset, & ipse ex Carinthiæ duce rex Boiariæ primum, deinde totius Germaniæ, Imperato- 40 rioque titulo a Romano pon[illegible]fice cõdecoratus: & cum in Germania, Italia, Belgiique Caroli magni prosapia in totum [illegible]tercid[illegible]sset, monarchiam consecutus, pene vt eam Carolus magnus habuerat: duas habuit coniuges, ducissam Carinthiæ Dertam, ex qua Ludouicum regem successorem, ab [illegible]ngaris a[illegible] [illegible]y[illegible]um interfectum, suscepit: & Chunradum ducem Ostrofranciæ, ab Adalberto comit[illegible] [illegible]abe[illegible]bergensi occisum. Duxerat & alteram Pannoniam Agnetem nomine, vnde Zuentenbaldum filium tulit, Belgicarum ducem, à suis occisum. Porro Dertæ Caren[illegible]hanæ prim[illegible] vxoris, filius suus Ludouicus, postremus Carolingorum Cæsar, in diplomate quodam meminit hisce verbis: In nomine sanctæ & indiuiduæ Tri[illegible]itatis, Ludouicus Dei fauente clementia rex: Nouimus nos ad sacra regimina & Imperialem autoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beatæ 5 gratiæ remunerationem æternis diebus mereri, si loca [illegible]co dicata, diuino accensi amore procuramus. Ideoq; sciat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum posteritas, qualiter nos, per [illegible]nteruentionem nostræ dilect[illegible] [illegible]enitricis Dertæ, quasdam res sui proprii iuris, quas a largitate beatæ memoriæ patris no[illegible] Arnolfi imperatoris, per Impetiale præceptum su[illegible] [illegible]perat, ad cellam beati Emeranni martyris Christi, nostra regali autoritate donauimus. Et quæ sequuntur.

ALIA FILIORVM CAROLI MAGNI GENEALO-g[illegible] [illegible]cundum Chr[illegible]nogr[illegible]phos quosdam.

PIP[illegible]NV[illegible] maior nat[illegible] Caroli, cui [illegible]taliæ regnum pater destinauerat, p[illegible]og[illegible]

Bernhardum regem, qui contra Ludouicum patruum conspirauerat, quem Pium cognominant: priuatus visu ea de causa, & cœnobio inclusus. Ipse ante patrem extinctus, nepotem Bernhardum reliquit, excæcati filium: qui Pipinum dedit Italiæ similiter regem, a Ludouico Pio regem Aquitaniæ creatum: quem Carolus Caluus, Ludouici Pii filius, Galliarum rex, cæperat, & monachum fieri coegerat in Syluanectēsi cœnobio Lotharingiæ. Cuius frater Carolus exul, opera Ludouici secundi Germaniæ regis, post Rhabanum consecratus fuerat archiepiscopus Moguntinus.

LVDOVICVS excognomento Pius, à Carolo Magno Aquitaniæ rex constitutus, patre mortuo monarchiam per Gallias, Germaniam, Italiam, Pannoniasque & Noricum cōsecutus, ex Iuditha filia Welphonis comitis ab Altorff Sueua progenuit Carolum Caluum: 10 cum ante ex nescio qua Lotharium Imperatorem, & Ludouicum Boiariæ atq; Germaniæ regem suscepisset. Quorum stemmata sic habent, vt sequitur.

LOTHARIVS Ludouici Pii filius maior natu, qui in diuisione cum fratribus, Italię regnum cum Imperii titulo obtinuerat, & Austrasiam in finibus Galliarum atque Germanię amplissimum terræ tractum, & secundum aliquos Narbonensem Galliam quoque consecutus fuerat, genuit duos filios, Ludouicum tertium, & Lotharium secundum: quorum Ludouicus in Imperatorem electus post parentem, Italię similiter rex, ex Angelpyrga coniuge Irmogardem reliquit, vxorem Bosonis Burgundi, fratris Richildæ coniugis Caroli Calui, qui postea Burgundiam occupauerat contra Ludouicum quartum & Carolomannum. Cæterum Lotharius Ludouici tertii frater germanus, primus Lotharici regni ac 20 Lotharingiæ conditor, in distincta sibi à fratre portione, traditur repudiata legitima coniuge Tyetberga, Hugoberti Habsburgensis filia, Waldradam cōcubinam superinduxisse, Guntheri episcopi Coloniensis sororem. Vnde Hugo ille processit, qui Galliam inuaserat contra Ludouicum & Carolomannum Ludouici Balbi filios. Quam etiam, Caroli magni stirpe deficiente, vsucaptam retinuit, atq; ad posteros transmisit. quem vulgus Chronicorum Hugonem Schapplarium vocat, vnde dicuntur hodierni Galliæ reges originem ducere.

LVDOVICVS secundus hoc nomine, Lotharii frater germanus, & ipse Pii filius, ex diuisione cum fratribus, Boiariæ primum, deinde totius Germaniæ rex: qui postremo aliquot etiam ciuitates in Lotharico regno consecutus fuerat. Diutissime vixit, adeo quod 30 fatruelibus superstes, obiisset primum anno regni Boiarici quinquagesimo, Germanici trigesimo, salutis nostræ DCCCLXXVI, è Francofordia delatus Wormaciam, Laureshaymiæ sepelitur, cum ex Hemma Hispana Carolomannum filium reliquisset, ducem Carinthiæ, atque Marchionem orientalem (qui mortuo patre, Boiariæ quoque regnum nactus fuerat, & Carolo Caluo patruo extincto Italiæ regnum deniq; susceperat) Carolum Crassum ex Sueuiæ duce Italiæ regem & Imperatorem, & Ludouicū tertium Germaniæ regem, Irmendrudem Bosonis Burgundi vxorem, & Luitgardam abbatissam in Chiemsee. Cæterum Carolomannus obiit ex apoplexia, Odingæ: vbi in cœnobio propria fundatione humatur, relicto ex concubina Lytowynda nobili Carna Arnulpho filio, qui monarchiam Francorum, omnibus extinctis, consecutus fuerat, & Imperii fasces subierat. Porro 40 Hemma vxor Ludouici secundi, & Carolomanni mater, Ratisponæ in maiori Virginū cœnobio quiescit: quæ Baturico Ratisponensi episcopo cœnobium Mansee in Norico donauerat, quod Henricus Claudus Cæsar ab episcopatu vendicatum, monachorum ordini restituit.

LVDOVICVS tertius hoc nomine, secundi filius, patre viuo Saxoniæ limiti præfuit. Post cuius mortem Germaniam veterem quatenus secus Istrum propagatur, cum fratribus Carolomanno & Carolo Crasso sortitus, multa bella fœliciter aduersus Danos & Nordmannos gessit, regia ad Neomagum cōstituta, haud procul ostiis Rheni. Fratre deinde veterno correpto, in Boiarici regni administrationem admittitur, vbi Charinthiæ ducatu Arnulpho fratris spurio concesserat. Idem Ludouico Balbo Calui filio extincto, Lotharingi- 50 am, Brabantiam, Geldriam, Hannoniam, Flandriam, & tractum Parisiensem consecutus, cum Bosone di[illegible] pro Bu[illegible]g[illegible]dia armis concertau[illegible]it. Dicitur ex Luitgarda filia Ethiconis comitis ab Altorf, Henrici Welphonis sorore (qui primus in Bauaria a sotorio tractum Lycatiorum impetrauerat) nullam prolem post se reliquisse.

CAROLVS excognomento Crassus, Ludouici secundi filius, & tertii frater germanus, patre viuente Sueuię dux constitutus, & eo mortuo cum fratribus Ludouico tertio & Carolomanno partitus paternas prouincias, sibi Sueuiam, Alsatiam, Lotharingiam, & Germaniam in Gallis sitam secus Rhenum retinuit. Qui mortuo fratruele Ludouic[illegible] Balbo, Italiæ pariter r[illegible] & Imperii fasces nactus, cum per socordiam & ignauiter iura daret,

vxorem

vxorem præterea Richildam Bosonis Burgundi sororem, falso adulterii crimine insimulatã reieciſſet, primo ab Imperio deturbatur, deinde omnibus regnis ſuis à proceribus Francorum exuitur, vix vnico pago Sueuiæ Nidinga à ſucceſſore Arnulpho fratris filio impetrato. Quem ad tantam egeſtatem poſtremo perueniſſe Annales memorant, vt à Luitberto Moguntino epiſcopo precario victum quotidianum accipere cogeretur. Obiit anno ſalutis DCCCLXXXVIII, ſepultus in cœnobio lacus Bodmanici Reychenau. Coniunx vero etſi candente ferro innocentiam probaſſet, tamen reiecta à viro, in Andelauu propria fundatione, haud procul Argentorato, vitam finiuit, & humatur. Huic aliqui Annales Bernhardum ſpurium filium tribuunt, & Boiariæ aliquandiu regnum ante Arnul-
10 phum, Ludouico quarto mortuo gubernaſſe, inſignemque de Nordmannis victoriam reportaſſe referunt.

CAROLVS Caluus cognomento Tertius, LVDOVICI Pii filius, frater LOTHARII primi & LVDOVICI ſecundi, ſed ex alia matre, IVDITHA videlicet, Welphonis filia, natus: partitus cum fratribus poſt prælium Fontanienſe prouincias, & Galliæ regna, hoc eſt Franciam occidentalem ſeruauit. Qui mortuo LVDOVICO Imperatore Lotharii fratris filio, ITALIÆ quoque regnum cum Imperatoris titulo cooſecutus, vt poſſeſſionem eius, atque Lotharingiæ ſuæ ſtirpi retineret, aliquoties cum LVDOVICO tertio Boiariæ rege armis decertauit: cuius filium LVDOVICVM quartum, Boiariæ ſimiliter regem, paternam ditionem tueri in Lotharico regno volentem, dolo ad colloquium An-
20 tenniacum vocauerat. ſed prodito dolo vincitur, atque in GALLIAM fugatur, maiore exercitus parte deleta. Habuit duas vxores, ex quibus tres filios procreauit. Ex IRMENGARDE, Ludouicum Balbum: ex RICHILDA Carolum, in venatione ab Aluuyno nobili viro incognitum interfectum: & Carolomannum hoc nomine ſecundum, diaconum: quem clericatum egreſſum, & tyrannidem exercentem in clerum, Ludouicus tertius Boiariæ rex cum patrem viciſſet, Abbatem Epternacenſem conſtituerat, in agro Luczelburgenſi.

LVDOVICVS ex cognomento Balbus, Caroli Calui filius, qui à IOHANNE Octauo Pontifice maximo contra Carolomannum primum Boiariæ regem Auguſtus, etſi inuitus & repugnans, ſalutatus fuit. Sed mox obiit, relictis ex Adelhaide coniuge quidem
30 legitima, Carolo Simplice, qui poſthumus naſcitur: & ex Anſgara concubina, Ludouico & Carolomanno tertio illius nominis. Quos Ludouicus quartus Boius iuuerat contra Boſonem, qui Narbonenſem ac Burgundiam præripuerat: & aduerſus Hugonem Lotharii ſecundi regis ex Waldrada concubina filium, qui Galliam occupauerat. Sub quorum adminiſtratione tutelario nomine (quia Carolus Simplex in pueritia adhuc conſtitutus erat) Dani & Nordmanni ſæpe & miſeris modis Galliæ prouincias deuaſtauerant, Agrippinenſi Colonia, Treuirorum vrbe, Tungris, Aquiſgrano, Louanio, Toroaco, Cameraco, Metenſium Auguſta, Bonna & Noueſio, excifis. Itaque primo cum Barbaris congreſſus Ludouicus, LX millia hoſtium occidit: mox poſt victoriam mortuus. Deinde cum renouata pugna cõſerere manus cum Sigefrido Nordmanorum rege & Carolomannus
40 mortui frater cogeretur, prælio fuſus, pacem à barbaris cauponatur, tributo promiſſo duodecim annorum, argenti pondo in ſingulos annos millibus duodenis, & auri XXIV. Is Boſonem, qui Burgundiam præripuerat, obſeſſum apud Viennam, vna cum Richardo fratre, coniuge & liberis, in poteſtatem redegit: & Hugoni abbati Lotharingiam, inter Sequanam & Ligerim extentam, gubernandam commiſit. Dicitur in venatione fuiſſe ab apro interfectus.

CAROLVS ex cognomento Simplex, ſiue quia mortuo patre Ludouico Balbo in lucem eſſet editus, Poſthumus appellatus, cum eſſet minorennis, diu ſub tutela primo fratrum, etſi illegitimo thoro natorum, Ludouici & Carolomanni tertii, Carolo craſſo iuben-
50 te: deinde Arnulphi Cæſaris conſtitutione, Ottonis Andegauenſis Ruperti filii, laritabat, cum eſſet remiſſo animo, & ſimplex moribus princeps, multos in regno ſuo tyrannos perpeſſus eſt, qui ampliſſimas prouincias Galliæ regno ademerunt. Primo enim Otto Andegauenſis Galliam, quoad viueret, Arnulphi iuſſu adminiſtrauit, fruſtra ſæpe paternum regnum Carolo reperente. Deinde Boſo Burgundiam, Suetibogus ſiue Czuoetenbaldus Arnulphi Cæſaris filius Lotharingiam, præripuere. Lotharingia vero ea tempeſtate comprehendebat prouincias, quæ modo nominantur, Lotharingiam, Luczelburgum, Lymburgum, Brabãtiam, Namurcum, Haonooiam, Flandriam, Geldriam, & Arduennam ſyluam. Vixit vſque ad tempora Henrici Aucupis, à quo ex agro Moguntino, cum Germaniam Chunrado primo mortuo inuaſiſſet, fugatur. Decertauit pro Gallici regni poſſeſſione

cum Ruperto Andegauense, tutoris sui Ottonis filio: & Ludouicum filium, vt aliqui volunt, ex Angla coniuge reliquit.

LVDOVICVS postremus Caroli magni stirpis in Galliis, Caroli Simplicis natus, secundum quosdam septimus hoc nomine, in Gallia vero siue Francia occidentali tertius, floruit Ottone primo imperante, à quo Belgicas repetiit, & Germaniam in Gallia veteri contentam. Quod cum renueret Otho, instigantibus Friderico Moguntino, Ruthardo Argentoratensi, Giselberto Lotharingo, Eberhardo Franco, & Henrico Boiario imperatoris fratre, Alsatiam occupauit, Brisaco castello subiugato, & præsidio firmato. Sed auxilio Othonis, & Hermanni Sueuiæ principum, & Chunradi Wormaciensis ducis, cum epulantes apud Antennacum, Giselbertum ac Eberhardum obruisset, submersis in Rheno Lotharingo ac Franco, atque episcopis captis, mox Otho Imperator amissa recepit. Itaque fœdere percusso LVDOVICVS iste sororem Imperatoris, viduam ducis Giselberti suffocati, duxit vxorem. Quamobrem pulsum ex Galliis ab Ottone & Ruperto Andegauensibus, Imperator Germanus restituit, Hugone quoque Parisiorum comite ad obsequium Ludouici reducto. Qui Ludouico sine prole extincto, in regno occidentalis Franciæ successerat.

DVCES OSTROFRANCORVM COGNOMENTO Salicorum, qui egressi à Rheno, concedente Clodomyro rege, vocati à Thuringis in auxilium, qui vtrinque à Sueuis & Saxonibus premebantur, inter vtrosque consederunt, inter Fuldam videlicet, Salamque, amnes, vbi modo hodierna Franconia siue Ostrofrancia, ducali honore insignita, & pro maiori parte cathedræ Herbipolensi subiecta, cernitur.

1 GENEBALDVS accersitus à Thuringis aduersus Saxonas & Sueuos, in auxilium, triginta millia armatorum, exceptis liberis atque vxoribus mulieribusque, eduxit: inter quos artificum omnis generis fuere MMDCLXXX, & cum Thuringos aduersus vtrumque esset populum tutatus, inter vtrosque etiam cum suis consedit, Sueuos videlicet, qui in Hassia & Palatinatu tenebant, & Saxonas, qui à Septentrione & oriente, ex Misnia Westphaliaque vrgebant. Administrabat cum Thuringorũ regnum, Henrolus quispiam, qui Francos in auxilium vocauerat. Is etsi iniquo animo ferret, Francos ex sociis hostes factos: tamen necessitate temporis vsus, parte agri occidua illis concessa, quæ & hodie Franconia dicitur, Thuringos suos vltra montes & saltus in eos agros abduxit, vbi postea Landgrauiatus Thuringiæ constitutus fuit. Factæ porro sunt hæ transmigrationes circa annum salutis nostræ CCCXXVI.

2 MARCOMYRVS & DAGOBERTVS Genebaldi filii, in eo tractu Ostrofrancis videlicet imperarunt, quæ modo Franconia nuncupatur: & Marcomyrus quidem sine hærede obiit.

3 LVDOVICVS Dagoberti ducis filius, Marcomyrum secundum genuit.

4 MARCOMYRVS hoc nomine secundus dux Ostrofrancorum, duos filios procreauit: Marcomyrum tertium, successorem in ducatu Franconiæ: & Waramundum, siue Pharamundum, qui vocatus ad regnum Francorum, Westfrancis ad Rheni ostia & in Belgis iura dedit, & Merouingorum post se in eo tractu stemma reliquit, de quo supra dictum est.

5 MARCOMYRVS hoc nomine tertius, dux Ostrofrancorum ad Salam fluuium, filium genuit ducatus successorem, Helmericum nomine, qui & Helmus & Brunnwasser cognominabatur.

6 GVINOMADVS dux Ostrofrancorum, Hildericum Westfrancorum regem, Clodouæi magni ac primi Christiani parentem, à suis regno pulsum, contra Ægidium & Siagrium Romanos restituit in regnum Galliarum.

7 HELMERICVS cognomento Brunnwasser, Marcomyri tertii filius.

8 GENEBALDVS hoc nomine secundus, Helmerici filius, patri in ducatu Ostrofrancorum successit.

9 SVNO, quem Vrspergensis chronographus refert, cum Francis ex Pannoniis in Germaniam venisse, Valentiniano imperante.

10 LVITEMARVS Sunonis filius exinde Ostrofrancis, ad Salam Mœnumque amnes, præfuit.

11 HVE-

11 HVGBALDVS Luitemari filius, dux Ostrofrancorum.

12 HELMERICVS secundus Hugbaldi filius.

13 GOTOFRIDVS, cum Gundowaldo fratre, Sigebertum, filiū Dagoberti regis Austrasiæ, Theoderici patrui Franciæ regis tyrannidem, atque aduersus se conceptam iram fugientem, multo tempore exulem tenuit. Quem cōstat postea à Childeberto Theoderici tyranni successore partem regni Austrasiæ Rheno proximam, Danubiiq; fontibus impetrasse: à quo duces Alemaniæ primum, inde Alsatiæ & Brisgouiæ Landgrauii descenderunt, de quibus omnibus penultimo huius Decadis prolixe ad fidem transegimus, subdiuidentes nobile hoc stemma in propagines quæ insecutæ fuerant, Habsburgensium, Egeshaymensium, Kyburgensium, Veringensium & Tullingensium.

14 GENEBALDVS hoc nomine tertius, cum Ludouico fratre Ostrofrancis inter Salam, Fuldam Rhenumque amnes, præfuit.

15 LVDOVICVS tertius, cum Genebaldo quarto fratre germano, ducatum Franconiæ gubernandum post patrem accepit.

16 EREBERTVS Ludouici filius, patri in ducatu Ostrofranciæ successit.

17 LVDOVICVS quartus in hoc principatu, tempore Caroli Martelli Ostrofranciam gubernauit.

18 GOSBERTVS primus in ducatu Ostrofrāciæ sacris vndis perlutus, Christum agnouit, opera beati Kiliani, primi Wirczeburgensis antistitis. Quem cum à Geilanæ siue Geiselæ cognatæ cōsortio, sanctus Dei vir dehortaretur, absente marito Duce, furibunda mulier, beatum Kilianum cum sociis suis Cholomanno & Dietmanno, dum precibus vacant, per submissos clam sicarios interfici curauit, anno salutis nostræ sexcentesimo octuagesimo octauo.

19 GOSBERTVS secundus; partitus ditionem cum fratre Cuniberto, ducatum ipse Ostrofrancorum retinuit: fratri Rotenburgensi ditione ad Tuberam amnem concessa, vnde comites Rotenburgenses rite descendere dignoscuntur.

20 HETANVS Gosberti secundi filius, moritur sine filiis, & ducatum Ostrofrancorum ad Salam amnem, Pipino Francorum regi in Galliis, eiusque filio Carolo magno, vtpote vinculo sibi iunctis, testamento legauit. Quare qui sequuntur Ostrofrancorum principes, omnes pene vt reges Ostrofranciam administrarunt, scribentes se in diplomatibus reges Francorum & Germaniæ.

DVCES OSTROFRANCORUM ex Carolingis, in diuisa iam prouincia, inq; angustias redacto veteri Ducatu.

1 LVDOVICVS, à Ludouico Pio Imperatore, & rege Francorū patre, Ostrofrancis siue Frāconiæ præfectus datus fuit: mortuo patre, rex Francorū Germaniæq; cōstitutus.

2 HATTO ex Ostrofrācorum principe in archiepiscopum Moguntinū eligitur, cum & Fuldensis atque Elbangensis Abbas fuisset: qui ob proditionem Adalberti Babenbergensis comitis, postremo à muribus est deuoratus. Superest adhuc in Rheno turris, quæ veterem memoriam testatur.

3 CAROLOMANNVS Ludouici secundi filius, antequā ad regni Bauarici Germaniæq; apicem conscendisset, iuuante patre, dux præfuit Ostrofrancis atque Carenthanis, vt ex diplomatibus colligitur.

4 CHVNRADVS filius Arnolphi Imperatoris, & Ludouici regis ab Hungaris interfecti frater germanus. quem Adalbertus comes Babēbergensis interfecit, in campo forte cum suis obuiam factum, ob priuatam quandam simultatem: quod ob homicidiū & Adel-

COMITES ROTENBURGENSES, ex antiquis Ostrofrancorum principibus defluentes.

CVNIBERTVS Gosberti ducis frater, comes Rotenburgensis à fratre constitutus, fundauit instinctu sancti Burcardi episcopi Herbipolensis, cœnobiū beati Magni, sub radice montis, in quo arx Herbipolensis sita cernitur.

MAYNGVTVS secundus Comes Rotenburgensis, electus in præsulem Wirczibergensem, autoritate & consensu Caroli magni, Franconiæ ducatus titulum ac maiorem terræ portionem Episcopio adiecit, sanctoque Burcardo donauit.

RATVLPHVS comes Rotenburgensis, episcopatui Wirczburgensi Ostrofrancorumque ducatui simul præfuit, circa annum Domini DCCCXCVII.

HVGO comes de Rotenberga, cum episcopatu Wirczibnrgensi, ducatum quoque Franconiæ administrauit: eiusq; non minus titulum vsurpabat, quam qui ex Carolingis prodierant duces. fundauit S. Andreæ ad Mœnum cœnobium.

& Adelbertus comes postea apud Moguntiacum à Ludouico rege capite adficitur.

5 CHVNRADVS secūdus hoc nomine in ducatum Ostrofrancorum, interfecti Chunradi filius, occiso in acie ab Hungaris Ludouico Arnolphi filio, à Germaniæ proceribus, ex duce Ostrofrancorum, Romanæ reipub. rex designatur.

6 EBERHARDVS Chunradi regis frater Ostrofranciam gubernare cœpit, germano ad fastigium regni vocato, & altero fratre Hildeberto in archiepiscopum Moguntinum consecrato, qui Othonem primum vnxerat.

7 CHVNRADVS tertius hoc nomine, Chunradi regis filius, Eberhardo patruo in ducatu Ostrofrancorum successit. In matrimonio habuit filiam Henrici primi cognomento Aucupis Cæsaris, à Giselberto duce Belgicæ viduatam. Quem annales referunt, secūdos ludos Martiales, quod Torneamentum dicunt, apud Rotenburgam Tuberæ, nobilitati dedisse, circa annum salutis DCCCCXLII.

BERONOVVARDVS comes à Rotenburga episcopatui Herbipolensi, Francorumq; ducatui pariter præfuit. Obiit in Græcia, circa annum Domini DCCCCXCV, cum ab Othone secundo imperatore, ad Constātinopolitanum orator missus fuisset, pro Theophania coniuge.

HENRICVS comes à Rotenburga, dux simul & præsul, sancto Henrico Imperatori concessit ad preces & iussa Papæ, vt in districtu suæ diœcesis Babenbergensem posset episcopatum constituere.

MENHARDVS comes à Rotenburga, antistes Herbipolensis, & dux Ostrofrancorum, floruit anno MXXXII.

AYNHARDVS comes à Rotenburga, episcopum simul ac ducem gessit, in vtroque munere ab Henrico quarto confirmatus, annu MCIV. Quem sequuntur cæteri episcopi Herbipolenses, ex variis familiabus ad ducatum pariter præsulatumque vocati, & rite a Canonicis Wirziburgensibus electi.

8 CHVNRADVS quartus hoc nomine, filius Eberhardi ducis, vel secūdum aliquos Wernheri ducis, fratrueli in ducatu Ostrofrancorum successit: cui Otho primus Imperator filiam collocauit Luitgardim nomine, eumque Lotharingiæ postea ducem, atq; Wormaciæ comitem creauit. Quem constat tres habuisse regias siue sedes, Rotenburgam, Wormaciam, & Lymburgum. interficitur in acie ab Hungaris ad Lycum amnem, in ea victoria, quam de hac gente Otho primus retulit.

9 OTTO & CHVNO, posteaquam episcopi Herbipolēses dono Cuniberti & Mayngoti ducum Ostrofranciæ, ducatus agrum maiore ex parte possidere cœpissent, Francorum se modo Comites scripsere.

10 HERMANNVS, EBERHARDVS & SIGEFRIDVS Ostrofranciæ comites fuere: quorum Hermannus filios reliquit, Chunradum secundum Cæsarem, qui Henrico sancto successerat in imperio: & Gebehardum episcopum Ratisponensem, qui cum Henrico tertio imperatore, ex fratre nepote, profectus Petro regi in Hungariam auxilio, contra Abam tyrannum & regni inuasorem, Haymburgum oppidum Austriæ in finibus situm, a fundamentis construxit.

11 CHVNRADVS hoc nomine in ducatu Ostrofrancorum quintus, Hermanni filius, ex Comite Cæsar designatus, filiam suam Henrico Nigro Caluuensi comiti collocauit: adoptatumque in filium, Imperii successorem designauit. ipse Spirensi basilica extructa, Nemetumque vrbe amplificata, regum inibi ac Cæsarum conditorium sarcophagosque constituit.

12 LVTOLDVS, cuius fratrem Hermannum Henricus quartus Imperator, contra Altmannum episcopum Patauiensem, creauerat præsulem.

13 OTTO, vulgo cognominatus dux de Schwynfurt, à sede ducatus sui, inuestitur Ostrofrancorum dux, ab Henrico tertio: cuius frater Eberhardus marchio, in præsulem Aichstetensem eligitur, anno Domini MC.

14 FRIDERICVS vulgo dux à Rotenburga denominatus, similiter à regia principatus sui. erat autem filius FRIDERICI comitis ab Hohenstauffen, quem Henricus quartus Sueuiæ ducem, contra Berchtoldum Zaringensem creauerat. Commemoratur ab Ottone Frisingense in Chronicis suis. Anno Domini (inquit) millesimo centesimo sexagesimo septimo Fridericus Imperator (intelligit primum, ex cognomento Barbarossam) reuersus ad Cisalpina, totam terram & vniuersam substantiam Friderici de Rotenburg, ducis ditissimi, fidelis, in possessione prædiorum principis fratruelis sui hæreditaria possessione possedit.

15 FRI-

15 FRIDERICVS hoc nomine ſecundus eiuſdem ſtirpis, ex Sueuis, hoc eſt Cunradi tertii Cæſaris natus, reperitur coniugem habuiſſe Raxam. Obiit ſine filiis.

16 HENRICVS Friderici ſecundi imperatoris ex Arragona filius, Margaretham Auſtriæ duciſſam in coniugio habuit. captus ad poſtremum à patre, ob ſuſpicionem ambiti imperii, obiit anno MCCXXXII.

FRANCORVM DVCES IN BELGIS ET AVSTRASIA adminiſtrantes, ante Caroli magni tempora: vnde maiores domus Franciæ legebantur, qui & Brabantiæ duces vocabantur.

1 SVNO Gunebaldi filius, orientalis Franciæ rex, progenuit Dioclem ducem Belgarum. Vixit autem Suno imperante Valentiniano, cuius meminiſſe videtur & Vrſpergenſis chronographus, cum de Francorum origine diſſerit.

2 Diocles genuit Merouæum, gentilicia lingua der Mőruiech.

3 MEROVÆVS ab euentu natiuitatis gentilicia origine nominatus, quod maculis corpore reſperſus, capite inſuper beſtiam magis quam hominem referret, ain Mőruiech/ hoc eſt maritimum animal. Is vero procreauit Leontium.

4 LEONTIVS Heribertum dedit, qui dux erat Brabantię, circa annum CCCCLXII. cuius Frater Vtelo Antwerpienſis Marchio, vixit DXI: filius vero Pipis, & ipſe Brabantiæ dux, CCCCLXXXIX anno.

5 HERIBERTVS procreauit Priamum.

6 PRIAMVS Sigebertum & Hugobaldum reliquit, duces Belgicæ: quorum Sigebertus Theoberti Francorum regis maior domus extitit, procreato Carolomanno filio duce Brabantiæ, qui floruit circa annum DXC.

7 SIGEBERTVS Brabantiæ, vt diximus, dux, & ſub Theoberto rege maior domus Franciæ, circa annum redemptionis humanæ quingenteſimum nonageſimum, Nicanorem & Carolomānum duces genuit, quorum rurſus Pipinum Landgrauium Carolomannus reliquit DXC anno.

8 PIPINVS Sigeberti ex Carolomanno duce Belgicæ nepos, ex Itha Rotbaldi Treuirenſis epiſcopi ſorore, Grymoaldum maiorem domus Franciæ genuit.

9 HVGOPRECTVS, vel Hugobaldus ſecundum alios, Sigeberti ducis Brabantiæ frater germanus, quem alii Vrelii Antvverpienſis Marchionis filium faciunt, Ansbertum vel Amprechtum procreauit.

10 ANSBERTVS, vel Amprechtus, ex Pluthilde Lotharii regis Francorum filia, Angiſum ducem genuit. Porro Annales aliqui Ansbertum Nicanorem, & Angiſum Anchiſem appellant.

11 ANGISVS, qui & Anchiſes, reliquit Herconoaldum, & Odam filiam.

12 HERCONOALDVS, qui & Arnoldus, dux Belgicæ, progenuit beatū Arnolfum, ex duce Brabantiæ epiſcopum: S. Vetioldum Metenſem præſulem, Modericum epiſcopum, & Tarſitiam virginem.

13 ARNOLPHVS ob vitæ continentiam inter ſanctos Dei relatus, antequam adhuc eſſet in epiſcopum Metenſem conſecratus, dux Belgicæ & Brabantiæ, ex Doda coniuge genuit Angiſum maiorem domus Franciæ, ſanctum Lutolphum epiſcopum, & ſanctum Waltiſium ducem: vnde ſanctus Waldgriſalus proceſſit Abbas, & Martinus maior domus Franciæ.

14 ANGISVS hoc nomine ſecundus, maior domus Franciæ, & dux Brabantiæ, ex Begga coniuge, ſorore ſancti Lutolphi Treuirenſis præſulis, & beatæ Gertrudis, Pipinum ducem genuit: & Hildebertum Comitem, circa annum Domini ſexcenteſimum octuageſimum tertium.

15 PIPINVS ſecundus hoc nomine, Dux BRABANTIÆ & Belgicarum, à Dagoberto, cuius erat maior domus Franciæ, creatus anno ſeptingenteſimo vigeſimo quarto, victo Ratobode principe Phriſiæ, Traiectenſem cathedram primus in Holandia auſpicatus eſt, Willibrodo primo antiſtite conſtituto, circa annum ſalutis ſeptingenteſimum quadrageſimum primum. Habuit is & vxorem legitimam Plectrudim nomine, ex qua ſuſcepit GRYMOALDVM maiorem domus Franciæ, apud Dagobertum regem, patrem Ebroyni, & Drogonem ducem Burgundiæ & Campaniæ. Habuit & pellicem Adel-

haidem, Dodonis sororem: vnde tulit Carolum Martellum ducem, & maiorem domus: & vnam filiam, Leoni Constantinopolitano Cæsari desponsatam.

16 GRYMOALDVS dux Belgicæ, & maior domus Franciæ, ex Teutesinde Rapatonis Alemanni cuiusdam Comitis filia, procreauit Theobaldum maiorem domus Franciæ, occiditur à Leutherio.

17 CAROLVS MARTELLVS, illegitimus Pipini filius, Grymoaldi frater germanus, & maior domus Franciæ, cum Hilpericum & Reginfridum Dagoberti regis iunioris filios spe regni deiecisset, Lothario tertio regnum procurauit: à quo Dux Brabantiæ post Grymoaldum fratrem, & Comes Namurcensis creatus, bellum pro principatu gessit cum Reginfrido Comite Andegauense. Quo victo, maioris domus officium per annos XXVII gessit, limitemque Francicum per Sueuos in Boiariam vsque propagauit: ibi ducta coniuge Schwyndehilde, Odilionis Boiorum ducis filia, ex qua suscepit Pipinum suæ stirpis primum Francorum regem, Carolomannum ex rege Germaniæ monachum Cassinensem, Grosgundum episcopum Metensem, Griphonem Comitem, Landradam, Hiltrudim, & beatam Adalagiam.

18 PIPINVS maior domus apud Hildericum regem, ob ignauiam heri, cum solus omnia obire cogeretur, à Stephano Papa in Francorum regem eligitur: hero detonso, & S. Emeranni cœnobio Ratisbonæ incluso. Is limitem Francici Imperii vsque in Noricum ad Anisum fluuium propagauit, nouamque isthic Austriam auspicatus est, cum Pontifici Romano fidam operam & aduersus Sarracenos oram Italiæ deuastantes, & contra Aistulphum Longobardorum regem nauasset. Ex duabus vxoribus Berchtrada & Leutburga, genuit Carolum cognomento Magnum, Imperatorem suæ stirpis primum: Carolomannum regem Franciæ & Aquitaniæ, Rapatonem ducem, Bennonem ducem, Leonem comitem, Giselam, Adam, Symphorianam Amperto duci Belgicæ traditam, & Berchtam Miloni duci de Engiers nuptam: matrem Rolandi illius, cuius in bellis opera fida ac fœlice subinde Carolus Magnus vsus erat.

DVCES FRANCORVM IN AVSTRASIA, INTER IVram & Vosagum montes, vbi postea Lotharingiæ ac Arduennæ ducatus, comitatusque Salmensis ac Bolonensis esse cœperunt: vnde Portugalliæ reges, & Sarianipatricii Veneti exorti sunt.

1 CAROLVS ex Blisinde comitis Flandriæ filia, procreauit Carolum secundum. Obiit anno CCCCXC.

2 CAROLVS hoc nomine secundus, ex Hiltrude Scotiæ regis filia, tulit Carolum tertium, obiit anno DX.

3 CAROLVS tertius ex Matrina Othuelis Boloniæ comitis filia, genuit Carolum quartum, obiit DL.

4 CAROLVS quartus isthoc nomine in stirpe, ex Dorothea Otperti comitis Habsburgensis filia, is qui Auendum castrum in Vosago construxerat, procreauit Rainbaldum. obiit DLXXXVIII.

5 RAINBALDVS ex Itha, Caroli ducis Tongrensis & Hasbaniæ filia, Rainbaldum secundum tulit. obiit DCXVII.

6 RAINBALDVS secundus in genere isthac appellatione, ex Mathilde Arnoldi ducis Hasbaniæ nata, Rainbaldum tertium produxit: obiit DCXLVIII.

7 RAINBALDVS tertius ex Heduige, filia Comitis Alberici de Hanaw, Henricum primum procreauit. obiit anno DCLXXXI.

8 HENRICVS ex Haricza, filia Danielis regis minoris Britanniæ, procreauit Henricum & Ampertum. obiit DCCXXXI. Et hic stemma scissum est in Duces & Comites Lotharingiæ, quorum Comites Salmenses quoque nominati fuerant, ab insignibus videlicet, in quibus hoc genus pisceis tulerant.

DVCES ARDVENNAE & VVestrasiæ.

9 AMBERTVS Symphorianam, Pipini regis Fräcorum, Caroli magni Imperatoris germanam, in matrimonio habuit: cuius filia Rorynna Nothardo Sueuiæ duci nupsit.

10 ADELRICVS, cuius filiam Itham Henricus comes Salmensis coniugem duxerat. Verisimile est autem, fuisse Amperti filium.

11 Lo-

COMITES SALmenses.

HENRICVS, ex Itha Adelrici ducis Arduennæ, Fridericum ducem Lotharingiæ primum procreauit, & Henricum comitem. obiit anno DCCLXXI.

HENRICVS tertius hoc nomine, comes Salmensis, Friderici primi Lotharingiæ

11 LOTHARIVS, filius Imperatoris Lotharii, Ludouici regis Franciæ frater germanus, à patre præficitur prouinciæ à se denominatæ.

12 FRIDERICVS Henrici Comitis Salmensis hoc nomine secundi filius, primus dux Lotharingiæ creatus, (mutato nomine) à Lothario Imperatore, cum is partitus cum fratribus prouincias Belgicam & Austrasiam veterem, Galliæ tractus à Mosa ad Rhenum vsq; sibi retinuisset, & à suo no-
10 mine Lotharicum regnum (vulgo Lothrich) appellasset, cuius portio Lotharingia peculiari voce dici cœpta est, Ducatus honore insignita: cum reliquæ partes eiusdem Lotharici regni Brabantia, Louaniensis Comitatus, & Alsatię Landgrauiatus paulatim adempta, in alienum & nomen & domum trāsiuissent. Is vero ex filia comitis cuiusdā Salmensis Sadigerum procreauit, & obiit DCCCXXXVI.

13 SADIGERVS Friderici filius, stirpis videlicet Salmensis ex Mechtilde Wandelheri comitis
20 Alsatiæ & Hanouiæ filia, procreauit Adelhardum ducem Lotharingiæ, & HENRICVM hoc nomine quartum, Comitem Salmensem. obiit DCCCL.

14 ADELHARDVS dux Lotharingiæ, sub hoc nouo nomine tertius, legitur cœnobio S. Willibrodi apud Echternacum, præpositum dedisse, circa annum Domini DCCCLIX.

15 ROBERTVS dux Lotharingiæ, legitur in annalibus Echternacensibus, sub Arnolpho Cæsare Abbates cōfirmasse Helmigardum & Hildovvi-
30 num. Contra hunc Arnolphus filium Zuentenbaldum ducem Lotharingiæ creauerat, qui tamē mox à suis occiditur.

16 REYNERIVS legitur in annalibus Echternacensibus cœnobio dono dedisse pagos Pergen, Rodenacum, & Tremetem, anno currente à nato Christo DCCCCXV. Cuius frater Richvvynus consecratur in præsulem Argentoratensem anno DCCCCXX.

17 GISELBERTVS filius Reynerii, dux Bel-
40 gicæ & Lotharingiæ, de quo sæpe mentionem faciunt Chronographi, præcipue Rhegino Pruniensis, Luitbrandus Ticinensis, Otho Frisingensis, & Abbas Vrspergensis: vtpote quem se opponentē vix in ordinem redegerunt, Henricus primus cognomento Auceps Imperator, eiusque filius Otho primus, cuius etiam sororem Gerburgim in matrimonio habuerat Giselbertus, & ex ea aliā Gerburgim genuerat, Berchtoldo Boiariæ duci postea desponsatam.
50 18 CHVNRADVS, ex duce Ostrofrancorum Lotharingiæ dux, & comes Wormaciensis ab Othone primo inuestitur: sub quo in prœlio aduersus Hungaros haud procul Augusta occubuit, cuius subinde authores quoq; meminere. Habuit in matrimonio filiā Othonis Adelhaidem, ex sancta Adalhaide Burgundiæ regina natam.

19 HERMANNVS, dubium an Chunradi filius extiterit, qui legitur ducatui Lotharingiæ præfuisse circa annum redemptionis nostræ DCCCCL.

20 Si-

ringiæ ducis germanus frater, quem filium reliquerit, nondum reperi.

HENRICVS quartus hoc nomine, Sadigeri secundi ducis Lotharingiæ filius, & Adelhardi ducis frater germanus, ipse Lotharingiæ comes de Salmis nuncupatus, ex Heduige alterius comitis Salmensis filia, tulit Henricum quintum.

HENRICVS hoc nomine quintus, in stirpe comitum Salmensium, ex Berchta Reynbaldi comitis de Morti sua nata Reinbaldum quartum procreauit. obiit anno salutis DCCCCXX.

REYNBALDVS comes Salmensis in Lotharingia, ex Berchta comitissa Habsburgensi Sigaricum tulit. obiit anno DCCCCLXIIII.

SIGARICVS ex Berchta comitissa Verdunēsi procreauit Theodericum, Comitem Salmensem. obiit anno MIIII.

THEODERICVS comes Salmēsis in Lotharingia, ex Berchta comitis à Blancamont nata, Henricū comitem tulit: qui obiit MXL.

HENRICVS Comes Salmensis hoc nomine sextus, ex Clementia Rogerii comitis à Basmi nata, Wilhelmum & Othonē procreauit. obiit MLXXIX.

WILHELMVS ex Allida, Wilhelmi Comitis à Iuliers filia, Richardum progenuit. Obiit Wilhelmus anno Domini MCXII.

OTHO Comes Salmensis, Wilhelmi frater germanus, citatur inter testes ab Henrico quinto, vna cum Friderico comite montis Belgardi, Folmaro comite de Huncberg, Gothofrido de Nurnberg, & aliis Germaniæ comitibus, de anno MCXX.

RICHARDVS Wilhelmi comitis Salmensis filius, comitatui Salmēsi adiecit comitatum Blancimontis, ex Mechtilde Hugonis Comitis à Vadimonte (cuius generis hodierni sunt Lotharingiæ duces) filia, HENRICVM septimum tulit. Ipse obiit MCXL.

HENRICVS hoc nomine septimus, comes Salmensis, ex Maria filia Henrici comitis à Luczelburg Henricum octauum suscepit, & obiit anno Salutis MCLXX.

HENRICVS octauus, Comes à Salm & Blancamont, adiecit ditioni maiorum suorum, vallem definentē

20 SIGEFRIDVS, forte Hermāni filius, ducatum Lotharingiæ administrauerat circa annum DCCCCLXXX. qui expulsis Canonicis ex cœnobio Echternacensi, monachos substituerat.

21 CAROLVS de nobili stirpe Salmensiū, iterum postulatus ad ducatum Lotharingiæ, Othone tertio imperante, filium quoq; Othonem post se in ducatu reliquit.

22 OTHO Giselberti filius, quondam ducis exauctorati ab Othone primo, HENRICO Claudo Imperij habenas tenente, ducatū Lotharingiæ gubernauit. Sub quo Alsatia à Lotharingia resecta, & peculiari nomine dignitateq; Landgrauiatus nominata, Comitib. Habsburgensibus partim, & comitibus de Egesheym pro parte cōmittitur. Hinc superior & inferior Landgrauiatus distincti sunt: & quæ adhuc manent, duplex Alsatia, superior & inferior.

23 GOTOFRIDVS dux de Arduenna & Lotharingiæ, Othonis superioris patruelis, vt pote filius Richimeri, qui germanus frater Giselberti ducis extiterat, Arduennensem tractū sub ducis titulo administrauerat. fuit enim cōsuetudo, vt vbi plures essent filij in Lotharingia, alter Arduennæ dux diceretur, & comes à Bullion. Procreauit is alterum Gotofridum ducē, qui legitur floruisse circa annum CLXXV.

24 HERMANNVS, à Chunrado Saliquo cōfirmatur, vixit imperāte etiā Henrico tertio.

25 CHVNRADVS, dux Lotharingiæ cōfirmatur ab Henrico quarto.

26 GOTOFRIDVS dux de Arduenna, superioris Gotofridi ducis de Arduenna filius, Comes à Bullion, vel secundum alios, filius sororis Chunradi ducis. Is vēdito Arduennæ ducatu episcopo Leodiensi, contractoq; exercitu, collectisq; auxiliarib. copijs transfretauit in Palæstinam, terram sanctam ex manibus infidelium recepturus. Itaq; cū pulsis barbaris ac Sarracenis sanctam Hierosolymorū ciuitatē expugnasset, ac reliquas Palæstinæ ciuitates auxilio comitis Boamūdi & Balduini Flandrēsis principis sensim recepisset, concordi consensu totius exercitus Christiani, omniumq; principū suffragio qui aderant, primus Christianus Palæstinæ Hierosolymorumq; rex eligitur: ac nō aurea, sed spinea Domini corona redimitus, sine prole rebus humanis eximitur, regno Balduino Flandriæ comiti relicto. Habuit vero fratres Gotofridus Balduinū & Eustachium, qui postea Lotharingiæ quoq; duces fuerunt.

27 HENRICVS dux Lotharingiæ, ex comite Lymburgensi ab Henrico quarto Imperatore creatus, cui fidele obsequiū auxiliumq; præstitit aduersus quintū Henricū proprium filium, qui fasces patri eripuerat. Itaq; & latuerat in exilio aliquandiu Henricus quartus apud hunc Lo- in Alsatiam, nomine Breuschrall: ex Iuditha filia Mathiæ ducis Lotharingiæ Henricum nonum genuit, & obiit anno Domini MCCXXV.

HENRICVS hoc nomine in stēmate suo nonus, ex Adela filia Henrici comitis à Bars, Henricum decimum progenuit, MCCLIX.

HENRICVS decimus comes à Salm & Blancomonte, ex Loreta filia Henrici comitis de castro genuit Iohannē & Henricum. Is comes in Franciscanorum cœnobio apud Kiembsium Austriæ, ad latus Philippi ducis Carinthiæ, depictus ducali habitu cernitur: cuius picturę anni sunt à nato Christo, MCCLXXI.

HENRICVS vndecimus comes Salmensis siue Lotharingiæ, interfuit ludis Martialibus apud Ingelhaymā, celebratis anno MCCCXXXVII.

IOANNES Henrici supradicti frater germanus, ex Margaretha Iacobi comitis a Vademont procreauit Nicolaū. obiit anno MCCCXXIIII.

NICOLAVS hoc nomine primus comes Salmensis, ex filia comitis à Claromonte, Ioannem secundum procreauit. obiit anno MCCCXLIIII.

IOANNES hoc nomine secundus, comes Salmēsis in Lotharingia, ex Margaretha comitis à Chyni & Bandauyn filia Simonē primum genuit. obiit MCCCLX.

SIMON comes Salmēsis, ex Mahaulte comitis à Sataprukh filia, Iohannem tertium procreauit. obiit anno Salutis MCCCLX.

IOANNES tertius, ex Margaretha filia Comitis de Blamonte, Iohannē quartum produxit. obiit MCCCLXVIII.

IOANNES hoc nomine quartus in stirpe comitum Salmensium, ex Philippa filia comitis à Rognauls, siue Falkēburg, genuit Ioannem quintū. obiit anno Domini MCCCLXXXVI.

IOANNES quintus, ex Iohanna filia Domini Andreæ de Ianuille, Iohannem sextum procreauit.

IOANNES sextus in stemmate comitum Salmensium, ex Margaretha Iocobi liberi à Syrch, Iohannem septimum reliquit. Vixerat adhuc circa annū MCCCCXXXVI.

IOANNES septimus, ex quadam Anna coniuge Iohannē octauum procreauit.

IOANNES octauus ex filia Ludouici Domini de Staynuilla, nomine Loysa, Nicolaum secundum, & Barbarā Henrico comiti Montis Belgardi nuptā genuit: qui

Lotharingiæ ducem, qui fratrem habuit Adelbertum Moguntinum archiepiscopũ, fundatorem S. Petri in Ryngouia, vulgo Erbach, & cõstructorem castri Aschaffnaburgensis. Is Henricus reliquit Henricum & Chunradũ, suæ familiæ in Germania postremos. Siquidẽ Henricus accepta in coniugem Tyresia, vnica filia Alphonsi sexti Castiliæ & Legionis regis, lares in Hispaniã transtulit, vbi Portugalliæ rex a socero fuit inauguratus. Chunrado vero sine virili semine mox extincto, Henricus quintus Imperator Gotofredum & Wilhelmũ comites Louanienses substituit. Quare qui sequuntur, etsi de semine vetustiorum Lotharingiæ ducũ existant: translati tamen in Hispaniam, rerũ modo in Portugallia potiuntur.

REGES PORTVGALLIAE.

28 HENRICVS ex duce Lotharingiæ à socero Alphõso sexto Castil. & Leonis rege, primus Portugalliæ rex creatur, circa annum nostræ redemptionis MCX. Is cum præclara multa aduersus Mauros & Sarracenus in Hispania gessisset, Portugalliamq; ex illorum seruitute liberasset, ex Tyresia coniuge, filia Alphonsi sexti Castiliæ & Legionis regis, progenuit Alphonsum secundum Portugalliæ regem.

29 ALPHONSVS secũdus Portugalliç rex, belli studiis vt pater pręclarus, eadẽ pugna quinq; Sarracenorũ Maurorũq; reges vicit, & Vlixibonam seruitute diu barbara pressam Christianis suoq; imperio vẽdicauit. Hic primus ab euentu quinq; superatorũ regũ insignia vsurpare cœpit, quibus in hunc vsq; diem Portugalliæ reges vtuntur: videlicet in maiori clypeo cœlestino quinque albos minores clypeos, hac forma:

qui postea inuestitus in ducem Wirtenbergiæ, Georgium comitem montis Belgardi, qui adhuc viuit, reliquit.

NICOLAVS hoc nomine secundus in stirpe comitum Salmensium, genuit duos filios, Iohannem & Nicolaum: à quorum Iohanne, qui adhuc sunt comites Salmenses in Lotharingia descendũt: à Nicolao vero, qui belli studiis probatus Maximiliano Cæsari Austriaco, castra ac domiuia in Austria acceperat, Greveznstayn, Ort & Marhekh, qui in Austria clarent, defluxerunt: NICOLAVS videlicet quartus, Wolfgangus pręsul Patauiensis, qui nuper ex humanis decessit: Christophorus, & filia, quæ viduata à comite Posingensi, secundis nuptiis Adamo libero domino Hoffmanno à Strecha & Grunpubel, domino Styræ, coniungitur.

NICOLAVS quartus, eius filius, qui primus lares in Austriam transtulerat, & Franciscum Galliæ regem apud Ticinũ cæperat anno MDXXV. clarus & ipse belli studiis, acceptusq; Ferdinãdo Rom. Hungariæ & Bohemiæ regi, multo tempore in aula cubiculariorum præfectum egit, & foris per Hungariam & Austriam vtriusque militiæ magister splendida à Thurcis trophæa retulit. Qui ex comitissa ab Eberstayn genuit Eckium, FERDINANDI regis cubicularium: Iulium, eiusdem dapiferum: & Nicolaum, qui ingenii cultum Patauii accipit, dum hæc scribimus.



Is matrem Tyresiam cupientẽ nubere, in custodia habuerat, neque intercedente pontifice max. liberare voluit. Ob quod facinus, ordinatione diuina à Sarracenis postremo captus, in captiuitate diem suum obiit.

30 SANCTIVS, hoc nomine primus in Portugallia, Alphonsi secundi filius, genuit Alphonsum tertium.

31 ALPHONSVS tertius hoc nomine, ex Hieraca coniuge, filia Alphõsi regis Castellæ, Sanctium secundum tulit.

32 SANCTIVS hoc nomine secundus, cognomento Capella, Alphonsum quartum reliquit.

33 ALPHONSVS quartus, ex beatrice filia Alphonsi decimi regis Castellæ, Dionysium filium procreauit: qui primus consentiente socero in libertatem adsertus, regibus Castiliæ parere desiit, cum antea Portugalliæ reges tributarii essent regum Castellæ.

34 DIONYSIVS, Alphonsum quintum reliquit.

35 ALPHONSVS hoc nomine quintus inter reges Portugalliæ, ex Constantia Ferdinandi quarti Castellæ regis, Petrum genuit.

36 PETRVS Ferdinandum dedit.

37 FERDINANDVS hoc nomine primus rex Portugalliæ, ex regina Castiliæ nihil tulit. Cæterum ex pellice Iohannem reliquit.

38 IOANNES nothus, & ex pellice natus, inuasit regnũ, pulsa Beatrice legitima filia, quę Iohanni regi erat Arragonum desponsata. Primus inuenit insulas Baleares, Maioricam & Minoricam: primus etiam ordinem militantẽ apud Hispanos instituit. Ex Isabella Angliæ regis filia quinq; liberos tulit, videlicet Ferdinandum, Henricum, Petrum, Eleonoram

Arragonum regi,& Ioannem Castiliæ regi nuptas. Sunt qui illi & Philippi filiam tribuunt, Erico Danorum regi collocatam.

39 HENRICVS Iohannis primi Portugalliæ regis filius,late domo profectus,per marginem Hispaniæ,suæ gentis primus nauigauit in Indiam: adiutusq; opera ac sciētia Vespucii,insignis Cosmographi, inuenit Mederam & Cannarien insulas.

40 PETRVS Henrici frater Germanus,filius & ipse Iohannis, genuit Petrū regni Portugalliæ infantem (qui postea patri successit: & in Aphrica tres amplas ciuitates subiugauerat,Zeliam,Tigiam,& Alcazaram) & Iohannem, qui ob Caroletam vltimi regis Cypri filiam coniugem,fit rex Cypri: etsi Veneti in possessione præuerterunt.

41 FERDINANDVS secundus frater germanus Petri & Henrici, Sanctius ab Hispanis ob viræ continentiam appellatus, capitur in prœlio à Sarracenis, & pistrinum quoad vixit trahere cogitur. 10

42 EDVARDVS frater germanus Ferdinandi,Petri & Henrici, filius & ipse Iohannis primi Portugalliæ regis, & qui familiam suam propagauit ad posteros: ex Isabella filia Ferdinandi regis Arragonum, procreauit Ioannem secundum, Alphonsum sextum, Leonoram FRIDERICI tertii Imperatoris coniugem, & Ioannam Henrico Castiliæ regi nuptam.

43 ALPHONSVS sextus hoc nomine, ex Ioanna filia Henrici Castiliæ regis hoc nomine quarti, Ioannem tertium & Emanuelem primum produxit.

44 IOANNES hoc nomine tertius rex Portugalliæ, equi lapsu extinctus, Ferdinandi quinti regis Castellæ filiam Isabellam habuerat, vnde Ferdinandum tulit filium. 20

45 EMANVEL,qui nauigationem in occidentē primus inuenerat,ex Maria Ferdinandi Castiliç regis F. tulit Iohannem regē,qui adhuc in humanis est: Isabellam,Carolo quinto Imperatori nuptam: & Beatricem Sabaudiæ duci desponsatam, matrem Philiberti ducis qui adhuc in humanis est. Progenuerat ex eadem coniuge & alios liberos, qui in pueritia diem suum obiere, videlicet Ferdinandum, Ludouicum, Henricum, Eduardum, & qui attigerat vigorem ætatis Alphonsum cardinalem. Porto idem Emanuel extincta prima cōiuge Maria, secundis nuptiis duxit Leonoram Philippi ducis Austriæ filiam, Caroli quinti & Ferdinandi Cæsarum germanam: quæ vidua facta, postea coniungitur Francisco Galliarum regi. 30

46 IOANNES,qui viuit adhuc,ex Catharina,sorore Caroli quinti Imperatoris,genuit filium,qui nuper obiit.

GENEALOGIA COMITVM LOVANIensium, vnde Lotharingiæ ac Brabantiæ duces orti fuere.

1 RAGINERVS sub Othone secundo floruit: & mortuo Giselberto Belgicæ ac Lotharingorum principe, occupatores ducatuum illorum Arnuldum & Garneum expulit.

2 LAMBERTVS, ex Gerburge Brabantina procreauit Henricum primum.

3 HENRICVS ex Vda ducissa Arduennæ tulit Henricum secundum, Wilhelmum, Gozilonem,& Gotofridum barbatum. 40

4 WILHELMVS Henrici primi filius. Is partitus cum fratre ditionem veteris Lotharingiæ, quæ totum Luzelburgensem Brabantinumq; tractum cōprehendebat, sibi ducatum in Vosago, hoc est hodiernam Lotharingiam retinuit: Septentrionali parte, vbi hodie est Brabantia & Luczelburgensis ducatus, Gotofrido fratri relicta, qui se ducem Brabantiæ ac Lothariæ scribebat. Et ita non solum stemma sectum ex eo tempore fuit, verum etiam prouincia veteris Lotharingiæ in duas portiones diuisa, alterum ac nouum Brabantiæ nomen asciuit. Id vero contigit, Henrico quarto imperante.

50

DVCES LOTHAringiæ.

1 WILHELMVS, de quo supra diximus, ab Henrico quarto dux Lotharingiæ creatur, stirpe ducum Arduennæ deficiente. Is Theodericum filium reliquit.

2 THE-

DVCES BRABANTIAE ET Lotharingiæ.

GOTOFRIDVS Barbatus cognomento, partitus cū fratre Wilhelmo prouincias, Septentrionalem partem sibi retinuit, vbi postea Brabātiæ ac Luczelburgensis Comitatus fuere distincti. qui ex filia Henrici quarti Imperatoris Gotofridū secundum procreauit.

GOTOFRIDVS secūdus hoc nomine, ex filia Henrici ducis Lymburgensis Gothardum & Henricum reliquit.

HEN-

2 THEODERICVS secũdus, hodiernæ Lotharingiæ dux, ex stirpe Louaniensium comitum.

3 THEOBALDVS, Theoderici filius. Huius fortasse frater fuit Gisbertus, cuius filiam Gutam BERCHTOLDVS comes de Legsgmynd vxorẽ duxerat, anno MCXXX.

4 FRIDERICVS, sub quo nomẽ Lotharingiæ mansit, huic stemmati ducatuiq; Vosago monte ac Mosa amne cõcluso: altero stemmate à Gotofrido Barbato descendente, paulatim Brabãtiæ nomenclaturam vsurpante. Genuit vero FRIDERICVS Fridericum secundũ, & Mathæum ducem. subscripsit literis de anno M D X X X. inter cæteros Germaniæ principes & comites.

5 MATHÆVS Lotharingiæ dux, reliquit Simonem ducem.

6 FRIDERICVS hoc nomine secũdus, Mathæum secundũ procreauit: & floruit anno a nato Christo MCCXXXIX.

7 MATHÆVS hoc nomine in isto stemmate secundus, Fridericum tertium tulit.

8 FRIDERICVS tertius Theobaldũ secundum progenuit.

9 THEOBALDVS Fridericum quartum reliquit. obiit vero Theobaldus anno MCCCXI.

10 FRIDERICVS in stirpe nobili quartus, Rudolphum genuit.

11 RVDOLPHVS primus Ioannem primũ reliquit, & obiit anno MCCCXLVI.

12 IOANNES ex Sophia filia Eberhardi comitis Wirtẽbergensis, Carolũ primũ suscepit. sepelitur apud Nancium, anno salutis MCCCLXXXII.

13 CA-

HENRICVS Probus cognomento, ex Mathilde comitissa Boloniæ Henricum secundum genuit: & Mariã, Othoni quarto Cæsari locatam, qui erat dux Brunsuicensis: item Mathildam Rheni Palatini coniugem, & Tertiã Geldriæ comiti traditam.

HENRICVS hoc nomine secundus, ex Maria Philippi regis Romanorum, de stirpe Sueuorum, procreauit Henricum tertium, & Mathildam Florentio Holandiæ comiti nuptam.

HENRICVS tertius hoc nomine, ex cognomento Mansuetus, ex Adelhaide ducis Burgundiæ filia tres filios suscepit, & vnam filiam: videlicet Henricum quartum, Ioannem, Gotofridum tertium, & Mariam Philippo Franciæ regi locatam. floruit anno MCC.

IOANNES, ex Sophia Thuringiæ Landgrauia, vltimus, duos filios genuit: qui stemma iterũ secuerunt in duces Brabantiæ & Landgrauios Thuringiæ. Vxor quippe filia erat postremi Landgrauii, stirpis Aurelianensis, cuius genealogiam vltimo huius operis libro dedimus.

DVCES Brabantiæ.

IOANNES secundus dux Brabantię floruit circa annũ Domini MCCLII. & Ioannem tertium genuit.

IOANNES tertius ex comitissa de Truex, reliquit VI. modo filias, videlicet Ioannam Wilhelmo Holandiæ comiti nuptam: Margaretã, Ludouico Flandriæ comiti collocatam, qui & ducatum Brabantiæ possederat: Mariam ducis Sabaudiæ coniugem: Tertiã, locatã domino a Gaisbekh: & Reginã virginẽ. Ita igitur Flandriæ comes Brabãtiæ dux factus est, cum duas filias reliquisset tãtum, Mariam Philippo Frãciæ regi nuptam, & Margaretam Philippo Audaci comiti de Niuernia. Vnde posteriores duces Brabantię ꝓcessere, Antonius, eiusque filius Ioannes Academiæ Louaniensis author, anno M CCCCXXII. Cuius filia Wenceslao Luczelburgensi copulata, ducatum Brabãtiæ in domum Bohemicam transtulerat. erat enim filius Ioannis Bohemiæ regis, nepos Henrici septimi Imperatoris. Sed is Wenceslaus ductum cum vita amisit. Quippe LVDOVICVS comes Flandriæ

LANDGRAVII Thuringiæ & Hassiæ comites Louanienses.

HENRICVS Landgrauius & comes Louaniẽsis, ex duabus vxoribus, Mechtilde Cleuensi, & altera Brunsuicensi ducissa, genuit multos liberos: Ioannẽ Landgrauiũ, Othonẽ Landgrauiũ, Ludouicũ episcopũ Monasteriensẽ, Sophiã comitissã de Zigenhaym, Elisabetã comitissã a Waldekh, Agnetẽ Burggrauiã Numbergẽsem, Mechtildẽ comitissã Geldrię, & Margaretã comitissam de Sohyn. obiit an. MCCXLVII.

OTHO Landgrauius Thuringiæ & Hassię, ex Adelhaide comitissa de Rauẽsperg genuit Ludouicũ Othonẽ præsulem Magdeburgensem, & Henricũ Landgrauiũ: qui Othonẽ tertium reliquit, & Elisabetam ducissam Brunsuicensem.

LVDOVICVS ex Magareta comitissa Sponhamẽsi Hermannũ Landgrauiũ ꝓgenuit.

HERMANNVS Lãdgraui' Thuringiæ & Hassiæ, ex Margareta Burggrauia Nurnbergẽsi genuit Othonem quartũ, & Lodouicum secundum.

LVDOVICVS secundus ex Anna Friderici ducis Saxoniæ reliquit HERMANNVM Coloniensem præsulẽ, HENRICVM, Ludouicũ, & Eli-

13 CAROLVS vnicā modo filiam reliquit, quā vna cum ducatu Lotharingiæ Renatus Ludouici Andegauensis comitis filius vxorem accepit: electus in regem Siciliæ ac Apuliæ, etsi possessionē eorum regnorum nunquam sit consecutus. Cuius nepos quoq; Nicolaus cum sine liberis extingueretur, Fridericus comes de Vadimont, qui habuerat filium Renati, dux Lotharingiæ designatur: à quo, qui iam rerū potiuntur in ducatu Lotharingiæ, rite descendere dignoscuntur.

drix alteram filiā vltimi Ioannis in matrimonio habuerat, Margaretā nomine, sororem coniugis Wenceslai: quare à Bohemis ad Flandros Brabātiæ ducatus deuenit. Et natus ex hoc matrimonio Ioannes, Ludouici Flandriæ comitis filius, fit dux Brabantiæ: qui cū ex Iacoba Wilhelmi Holādini comitis filia, ex Philippi Burgundiæ ducis filia creta, Philippum ꝑcreasset, comitatui Flandriæ ducatuiq; Brabantiæ Burgundiā quoq; adiecit, ob aniā, extincta Burgūdiæ principū de Salinis & Chalon stēmate. Igitur Flandrēsis Philippus, secūdus sui generis dux Brabantiæ, reliquit Carolū, Maximiliani Imperatoris socerum.

Elisabetam comitis Nassouiensis coniugem.

HENRICVS ex Anna comitissa à Kaczenellenbogen, tulit Ludouicum tertium, & Wilhelmum.

LVDOVICVS tertius ex Mechtilde comitissa Wirtēbergensi Wilhelmum, Hermannum episcopum, & Reginam Siciliæ procreauit.

WILHELMVS reliquit Wilhelmnm secundum Catharinā comitissam de Baychlingen, & Annam monialem in Annaberg.

WILHELMVS secūdus, ex ducissa Meclaburgensi, genuit Wilhelmum tertiū, Philippum, Elisabetam ducis Saxoniæ coniugem, & Magdalenam.

PHILIPPVS huius nobilissimę stirpis vltimus, ex filia Georgii ducis Saxoniæ filiam genuit Misniæ marchioni nuptam, quæ Landgrauiatum Thuringiæ ad Misnenses transtulit: & alterum comiti Kaczenellenbogensi, quæ Hassiæ Landgrauiatum eidē domui adiecit: à qnibus hodierni Landgrauii Hassiæ descendunt. à Misnensibus autem, qui modo rerum in Saxonia & Thuringia potiuntur.

LOTHARICI SIVE BELGICARVM
Principatus alia vetustior & altius repetita distinctio.

LOTHARICVM regnum, siue Lotharingia vetus, pars Austrasiæ, Francici quondam regni fuerat, comprehendens hodiernas distinctas prouincias, Lotharingiam, Brabantiam, Luczelburgensem, Lymburgensem, Geldrensem, Namurcensem, Hannoniensem, principatus, vna cum ditione episeopatuum Leodiensis & Treuirensis, eoque Germaniæ agro ad Rhennm vsq; extento contra Maguntiacum, quem hodie Huntzrucken appellāt. In quo comitatus celebres sunt, Sponhaymensis, Veldenzensis, Arnbergensis, Manderschinensis, Sarprugensis, Byczensis, Leyningensis, Nassouiensis, & alii pleriq;. Nomen huic tractui (qui Romanis sub nomine Belgicarum, & tractu Mediomatricum atq; Obruncanonotus erat) primus Lotharius Cæsar, Ludouici Pii filius, indidit: cui in diuisione, post prœlium Fontanense, Austrasia sorte obtigerat, cum parte Lugdunensis prouinciæ: quam à proprio nomine, abrogata veteri appellatione, Lotharicum regnum, hoc est, in vernacula lingua, Lothreych (cuius adhuc titulo Cæsar noster CAROLVS V. vtitnr) nuncupauit. Atq; illud deinde Lotharicum regnum, vt pote latissime patens, cum plures liberos Lotharius Imp. procreasset, primo in angustias redactum, plerisq; ad Francos, Burgundos, & Alemannos agris abreptis, tractum eum duntaxar terræ comprehendere postremo cœpit, qui inter Vosagum & Iuram montes, Sequanamq; flumen & Belgas' excurrit. Qui posterioribus temporibus, ob principum nouorum ambitionem, subdiuidebatur in Lotharingiam superiorem, quæ nomen retinet: Lotharingiam inferiorem, quæ nostra ætate Brabantia dicitur: ducatum Mosellanum, vbi modo Luczelburgensis ducatus considet: & ducatum Arduennæ siue Boloniensem, vbi hodie confinia sunt Luczelburgensis, Namurcēsis, Leodiensis & Hannoniæ principatuum. Quam partitionem prouinciarum Lotharingiæ veteris in tales angustias reductarum primordia atq; occasionem accepisse mortuo Ludouico Balbo, verisimile est, cum Galliæ proceres Balbique spurii Ludouicus & Carolomannus tertius aduersus Bosonem tyrannum, Lndouicum Boiariæ regem in auxilium vocassent, Carolomanni primi Boiariæ regis fratrem: cui pro stipendio partem veteris Lotharingiæ concesserunt, à Galliarum regum iugo demptam, & imperio Germanico adiectam. His suffragatus Ioannes Auentinus, libro 4. Annalium Boiorum hæc scripta reliquit: Reginoburgii Boiorum negotiis intentus est Ludouicus, filius eius impubis, quem Luitgarda vxor

insta

iusta pepererat, de fenestra Palatinarũ ædium decidens, ceruices fregit, animamq; efflauit. Parentes luctu tristitiaq; saturi, hyematum Francofordiam tendunt. deinde primo vere cum vxore Luitgarda, rex Boius Francorumq; ad Aquas Graneas migrat: deinde Gallias subacturus, Clusiacum petit. Obuiam veniunt Gothelmus & Chunradus, cum suæ factionis hominibus, regemq; Germanum cum vxore honorifice excipiunt: per Galliæ occidẽtalis oppida vicosq; Attiniacum, Hercuriacum, Ribodi montem circumducunt. Tandem Ludouicus & Carolomannus germani Vestriacæ Franciæ reges, armati cum suæ partis proceribus, sese aduersariis opponunt, ab vlteriori regno eos vi prohibere conãtur. At amicis comitantibus, pax quæ superiori anno inter reges conuenerat, reintegratur, atq; iurisiurandi religione sancitur: vniuerso Lotharingiæ regno, vti supra, Galli denuo cedunt, & ad id quod quasi mancipio dare regi Austriaco debuerunt, veluti liberales venditores solent, auctarium addidere, Attrebates nimirum, atque diui Vedasti templum. Facto itaq; fœdere cum nepotibus, & indicto Gundolphiã conuentu, Ludouicus noster domum reuertitur. Sed placet Catalogum ducum illorum, qui in tractu veteris Lotharici regni Caroli magni stemmate desinente distinctas suas quisq; prouincias, Romanorum Cæsarum auspicio, gubernarunt, subnectere, vt ex Chronologiarum fide collegi.

DVCES LOTHAringiæ inferioris, vbi posterius Brabantiæ ducatus exortus est, in quo Louaniensis quondã comitatus celebrabatur.

1 LAMBERTVS, cũ Reginhero Hannoniensi comite, aduersus Henricum Claudum Imperatorem, sanctum illum, qui circa annum millesimum à nato Christo, rerum potitus fuerat: & Balderico Leodiensi episcopo, conspirauit. Erat autẽ de stirpe Louaniensium.

2 OTHO, qui & Belgicarum princeps Annalibus dicitur, ab Henrico tertio proscribitur, Theobaldo filio gratiam impetrante.

3 FRIDERICVS ab Henrico tertio constituitur aduersus Gotofredum Boloniensem. Sed fugat' à Gotofredo, apud Andvverpiam obsidetur, iuuante obsidionem Balduino Flandro sororio.

4 GOTOFRIDVS suæ stirpis primus, ab Hẽrico quarto Lotharingiam inferiorem beneficiũ accepit.

5 GOTOFRIDVS gibbosus filius Eustachii Boloniensis, ab eodẽ Hẽrico quarto dux inferioris Lotharingiæ cõfirmatur, &

DVCES LOTHARINgiæ superioris, vbi modo est Lotharingia ad fontes Mosæ.

1 HVGO Lotharii regis secundi, ex Waldrada concubina, Guntheri Coloniensis episcopi sorore, nothus filius, cũ diu latrocinatus fuisset in Belgis aduersus Carolum Caluum & Ludouicum secundũ, tandem à Ludouico quarto istum tractum Lotharici veteris regni impetrauit. Quo cum non contentus rebellasset, victus & captus, Metensibus à Carolo Crasso præsul datur. Sed cum tertium rebellasset, excæcatus ab Crasso, Prumiensi cœnobio haud procul Bonna includitur. Cuius sororem Gisalam Crassus vxorẽ locauerat Gotofrido Nordmanno, cum sacris tinctus vndis Christi doctrinam suscepisset: illiq; pro dote Phrisiam concessit. Quare Annales referunt, fretũ opibus Nordmannorum, toties rebellasse Hugonem.

2 HVGO iunior, superioris filius, cui Arnulphus Cæsar apud Forchaym regnum Arelatense feudo contulit. Qui postea vocatus ab Italis Mediolanum, rex Italiæ constitutus est, relicto Lothario filio: qui contra patrem à Berengario secundo rex Italiæ salutatur, patre in Lotharingiã & regnum Arelatense redeunte.

3 LOTHARIVS patri in Are-

DVCES MOSELlani, eius videlicet agri, in quo comites Luczelburgẽses & Lymburgenses ducum prærogatiuam impetrarunt. Pertinebat vero ad hunc ducatum totus tractus Huntzrugiensis, Sylua Ayssala, cum Comitatibus Artenburgensi, Sponhaymensi, & aliis vicinis.

CHVNRADVS Suetibogo Arnulphi filio, interfecto à suis, partem orientalem Lotharingiæ occupauit, qua Mosellam versus Treuerimque excurrebat, propriumq; ducatum in veteri auspicatus est.

GEBHARDVS & Chũradus, superioris Chunradi filii, bello decertarunt cum interfectoribus Suetibogi, Gerhardo, Stephano & Machefrido, Ludouico Arnulphi filio imperante.

FRIDERICVS, qui & dux Mosellanus, & Palatinus cognominabatur, fratres habuit Hẽricum Heczel Boiariæ ducem, Theodericum Metensem, Adelberonẽ Treuerensem episcopos: & Chunegundim, Henrici Claudi Imperatoris, quẽ sanctum vocant, coniugẽ: itemque Irmẽgardam, Welphonis secundi vxorem.

GOTHELO à Chunrado secundo, quem Saliquũ dicunt, Friderico sine liberis extincto, substituitur. Erat

& Marchio Antvverpiensis. Progenuit filios, Gotofridum regem Hierosolymorum, Balduinũ & Eustachium.

6 HENRICVS comes à Lympurg, sui generis primus, Gotofrido in Asiã lares mutanti sufficitur, circa annum Domini M C.

Ad hunc HENRICVS quartus Imperii insignibus spoliatus a filio Henrico quinto, profugit.

7 GOTOFRIDVS comes Louaniensis ab Henrico quinto sufficitur Henrico superiori exauctorato, quod patrem fuuisset.

8 HENRICVS filius Gotofridi, HENRICO quinto rebellauit, occupato Aquisgrano: sed armis ad obsequium est reductus. Hos secuti sunt, qui in superiori figura recensentur, partim Louanienses, partim Burgundi, Hollandiq; principes, atq; Luczelburgẽses Bohemiæ principib. cognati.

Arelatensi ac Italiæ regno successit, Lotharingia iam dempta, quam filio suo Arnulphus Cæsar concesserat, ex Adelhaide Burgunda, quę secundis nuptiis Othoni primo imperatori iuncta erat, nullam prolẽ reliquit.

4 SVVETIBOGVS, siue Zuentenbaldus secundum quosdam, Arnulphi Cęsaris ex Helinrada cõcubina filius, interficitur à Stephano, Gerhardo & Machefrido Lotharingiæ regulis.

5 GISALBERTVS ab Henrico ex cognomento Aucupe substituitur, Suetibogo sine prole mascula extincto. Habebat in matrimonio Luitgardam filiam Arnulphi Cæsaris, Svvetibogi sororem. Cum conspirasset aduersus Henricum Cęsarem vna cum Eberhardo Franconiæ duce, & Friderico Moguntino, victus ad Rhenũ, haud procul Andernaco profligatur: in fuga submersus, finẽ viuendi fecit.

6 LOTHARIVS secundi filius, Ludouici regis Francię nepos, Caroli Posthumi siue Simplicis ꝓnepos, Ludouici Balbi, cum aspiraret occidentali Francorum regno Aquisgranea occupata, Frãcię Germaniæque reges vt pacem cauponarentur, Lotharingiæ illi veteris occiduam partem concesserunt.

autem frater Gothofridi Lotharingiæ ducis.

FRIDERICVS secũdus filius Henrici Heczl Boiariæ ducis, qui ducatum cõsequitur ab Henrico tertio, qui Gothelonem proscripserat.

ALBERTVS ab Hẽrico tertio constituitur, annu MCXLVIII. occiditur in prælio à Gothofrido Lotharingo, hoste Imperii.

EBERHARDVS ex Landgrauio Alsatiæ, forte stirpis Habsburgiæ, ab Henrico quarto creatur.

THEODERICVS ab Hẽrico quarto dux Mosellanus cõfirmatur. Post illa tempora Lympurgẽses duces ad famam venerant: & Comites Luczelburgenses, qui maiorem eius ducatus partem feudo impetrauerãt, ducũ postremo titulo adornati, Imperii fasces, Bohemiæ regnum, & Lotharingiam, inferiorem iam Brabantiam denominatã, impetrauere ob fidem, ab Augustis.

7 CAROLVS frater Lotharii, confirmatur ab Othone tertio, aduersus Hugonem Gisalberti filium: qui occupato Franciæ occidẽtalis regno, orientalem limitem Germaniæ sacramento imbutum inuaserat.

8 OTHO filius Caroli, ab Othone tertio sufficitur.

9 GOTOFRIDVS filius Gotofridi, Arduennẽsis principis, ab Henrico Claudo substituitur Othoni. Is Lambertũ Louaniensem comitem, inferioris Lotharingiæ ducẽ, expugnato Louanio occidit. Reginherum Hannoniensem vicit & Gerhardũ Chunradi secundi post Cæsaris auunculum. Is fratrem Gothelonem habuerat, ducem Mosellanum.

10 THEODERICVS vi ducatũ occupauerat. Ideo ab Hẽrico duce Bauariæ, Chunegundis sanctę fratre, q̃ Henrico Claudo nupta fuerat, capitur. Cõiurauerat enim nõ solũ aduersus Gothofridũ Lotharingũ, verũ etiã cõtra Imperatorẽ Henricũ Claudũ, vna cũ Lãberto Louaniensi, Reginhero Hãnoniensi, & cęteris q̃busdã. Sed captꝰ gratiã meruit, & liberatur.

11 GOTHELO à Chunrado Saliquo Cęsare sufficitur Theoderico, qui Gothofridi superioris germanus fuerat. Qui pro Lotharingia cum Othone duce Belgicarum bellũ gessit, qui illi Tullum, Barum & Leucorũ vrbem abstulerat. Quem victũ acię occidit, hostisq; caput in Italiam Chunrado Saliquo trãsmisit.

12 GOTHOFRIDVS à Gothelone superiori, qui Mosellano ducatu contentus erat, in ducatum Lotharingiæ admittitur. Aduersus quem, fratrem suum Henricus tertius inuestire conabatur: quod maximum bello seminariũ fuit. Idcirco enim Gothofridus, cum rege Galliæ conspirans, pręripere fratri alterã Lotharingiã conabatur, atq; vtrumq; sibi ducatum vsurpabat. Cui ex Spyra Nemetum obuiam profectus Henricus tertius, & Brabantiã recepit, & ipsum in potestatem Gothofridum redegit. Qui dato filio obside, Lotharingiam alteram abiurauit. Sed mox reconciliatus Cæsari, vtriusq; possessionem accepit. Immemor tamẽ tanti beneficii, cum Balduino Flandro, & Theoderico Fletdingii limitis præfecto, in Imperatorẽ cõspirauit: occupatis Virduno, Chabarũ vrbe, & palatio Nouiomagẽsi incẽso.

Itaq;

Itaq; denuo proscriptus, tres ordine habuit à Cæsare substitutos successores in superioris Lotharingiæ ducatu: Gothelonem fratrem, Albertum & Fridericum. Sunt qui illum tamen in gratiam rediisse postremo cum Henrico tertio tradant, intercedente Leone nono papa, qui co nes a Dagsperg Alsatiæ erat. Habuit in matrimonio, Beatricē Bonifacii Mantuani principis viduam, Mathildæ matrem: ob quam ab Henrico quarto, in Marchia Italica confirm tus erat.

13 HENRICVS comes Louaniensis, ab Henrico quarto Gothofrido sufficitur. Habuit fratrem Chunradum Carinthiæ ducem, ab Henrico quarto adhuc puero, eiusq; matrē constitutum. Porro Henricus relicta vxore & liberis, in Gorczia cœnobio Mediomatricensi monasticen profiteri cœpit, a dæmonio (vt fe unt) instigatus. Itaq; & egressus, vxorem paulo post interfecerat.

14 GEROLDVS obiit [illegible] Henrico quarto.

15 THEODERICVS secundus hoc nomine, Geroldi filius, patri succedit.

16 REGINALDVS comes Barensis occupauit Lotharingiam, Henrico quinto imperante: quem contumacem, armis Henricus quintus compescuit. Reuersus posthac in gratiam Lotharii Saxonis Imperatoris, contra Rogerium Nordmannum, Siciliæ & Apuliæ rex inauguratur, consentiente Innocentio Pontifice maximo: a qu Barenses principes in Apulia defluere dignoscuntur.

GENEALOGIA DVCVM NORDMANNIAE,
quæ olim Armorica prouincia dicebatur, Angliæ opposita in littorali Gallia ora.

1 SIGEFRIDVS hoc nomine primus, à Witikyndo Saxonum principe aduersus Carolum magnum excitatus ex Cymbrica Chersoneso, primus littoralem Galliæ oram depopulatus, ab Ibenarabo etiam atq; Iosepho Sarracenorum principib. qui tum Hispaniam occupauerant, confirmatus, sedes figere in Armorica cœpit: sed profligatus à Francis, reuerti cogitur.

2 RORACVS cum Heroldo fratre non hostiliter, sed amice, cum ex Dania profugissent, à Ludouico Pio Dorstetensem agrum in Holandia ad ostia Rheni impetrauit feudo. Quorum Roracum falso accusatum, Lotharius Imperator in vincula coniecerat. Vnde liberatus a LVDOVICO secundo Boiariæ & Germaniæ rege, Lotharii fratre, inter DANOS & Saxones alio loco, vbi modo est Bremensis & Oldenburgensis tractus, collocatur.

3 GOTOFRIDVS primus, Roraci superioris filius, immemor beneficii, Carolo & Lothario Pii filiis Galliæ præsidentibus, latrocinatus rursus, Andegauensi vrbe, Turonis, Pictauia & Nannetibus destructis, pacem emere Francorum reges coegit. Qui aduersus hanc gentem, vt pote iam conterminam factam, Saxonem quendam, Rupertum nomine, in Andiensi siue Andegauensi prouincia collocauere, qui barbarorum excursiones in interiora Galliarum arceret.

4 HASTINCVS sub eodem Carolo Caluo depopulatus est Galliam interiorem, Turonis & Pictauia desolatis.

5 RORICHVS secundus hoc nomine, primus amplexatus pacem, subiecit se Ludouico secundo, Pii filio.

6 RVDOLPHVS, cum Galliam & Frisios depopularetur, à Francis vincitur, & profligatur.

7 GOTOFRIDVS secundus hoc nomine, adscitis in partem laboris Sigefrido Wormio & Halfino, [illegible] nouos ex Dania exercitus duxerant, circa annum Domini DCCCLXXX. [illegible] clade Galliam interiorē affecit, expugnatis & deuastatis Traiecto, Tungrorum vrbe, Louanio, Gandauo, Tornaco, Cameraco, Attrebatibus, Morinis, Bononia, Aquisgrano, Bonna, Nouesio, Treuirorum Augusta, Malomunduro, Stabulis, & præcipuis tum eius viciniæ cœnobiis S. Lamberti, S. Vdalrici, S. Richii, & Prumiensi. Vincuntur tamen à Carolo Crasso & Arnulpho Carinthiæ duce, Carolomanni Boiorum regis filio, in Asc[illegible]loche ciuitate. Quorum Sigefrido domum fugiente in Daniam, Gotofridus ad oram maris manet: Christiq; doctrina recepta, Giselam filiam Lotharii secundi regis ex Waldrada c ncubina, Hugonis Lotharingiæ ducis sororem in coniugium impetrauit, cū dote ducen orum millium, & [illegible] isiæ dominio. Quatamen reddita, Armoricam retinuit, in eaq; a Francorum regibus confirmatur.

De quo [illegible] loan. Aue[illegible] libro quarto: Eadem tempestate Hugo filius naturalis Lotharii regis, quibusdam stolida vanitate spem eius inflantibus, olim agitatum scelus ex-

equi statuit, clam à Gothofrido rege Danorũ, cui Gisela soror sua nupta erat, exposcit auxiliares copias, quibus auitum paternumq; regnum adserat, atq; cum sorore & Gothofrido partiatur. Guthufridus igitur cum Hugone inaudi[illegible] antea facinoris societate inita, in Augustum conspirat, cum tollere, eidem regnum præripere decernit. Quod cum vi atq; iure non posset, fraude adsequi tentat. Gero [illegible] & Gardolphum [illegible] primores ad Imperatorem mittit: ea postulat, quæ siue negata, siue concessa, prorsus [illegible] oportuna forent. Proponebat autem, se in palustribus locis, atq; incultis vit. m[illegible] bstentam, indignam [illegible] nere & meritis [illegible], in omni rerum penuria agere, direptuiq; Dani[illegible] vici[illegible] & popularibus suis (q[illegible] bus ub lares, sacra mur[illegible] s patiios desertos, inuisus esset patere. Petere igitur a Cæsare, vt in medi[illegible] Imperii, ad loca c[illegible] a, vitifera & tutiora, n[illegible] pe ad c[illegible] nfluentes, Mosellæque ripas amœnas, vbi more regio pro virtute [illegible] transferre [illegible]. Cæsar etsi fallacem gente[illegible], semper alia cogitante[illegible], alia simulantem bene co[illegible] am habe[illegible] at, atq; cum tam impuræ voci quantum nefas subesset, non lateret [illegible] tem[illegible] perabat. Sic [illegible] quæ petebantur, aperte negarentur, se [illegible] DANVS persuaserat. Ne igitur merito cum velit, queri, ac res nouas mui[illegible] Nordmãnus queat, Imperator legatos benigne appellat, cuncta sibi curæ fore respondet: Gothofrido nunciare iubet, vt constituto die in Bataiorum insula cum paucis præsto sit. e[illegible] se missurum amicos, qui cum illo de summis vtriusq; rebus colloquantur, atq; de post[illegible] ex voto animique sententia, prout æquum & vtrisq; dignum fuerit, transigant. Hæc [illegible] qui scribens quæ post gesta sunt, refert, Nordmannu[illegible] m haud ita multu post ab Henrico Nordmannici[illegible] s præfecto in publico consensu, iussu Imperatoris fuisse confussum, & Hugonem excæcatum, in Gundolphia, Prumensi cœnobio, inclusum. 20

8 ROL[illegible] qui & Rupertus, siue Robertus ablutus sacris vndis e[illegible] gnominatus fuerat, audita nece Gothufridi, excita gente Nordmannorum, qui in Frisiis consederant [illegible] lias circa an[illegible] salutis DCCCLXXXVI. miseris modis depopulatis, Louanio expugnato, Parysios [illegible] que excurrit: & inde flexo itinere, Tullum Virdunum, Trecassi[illegible] & Senonum vrbes, partim expugnauit, partim afflixit: nequicquam duobus limitum præfectis resistentibus, Henrico Antorfensi, & Othone Andegauensi, Rupe[illegible] Marchionis eorum finium primi filio, qui & eo in bello occubuit. Factumq; est hac populatione & victoria Nordmannorum, vt Carolus Simplex, qui tum rerum in Galliis potiebatur, & Rothomagensem tractum cum veteri Neustria prius occupatis adiicere coactus fuerit: data quumque cognata illi in vxorem, quæ virum ad Christi salubrem doctrinam persuasit atque induxit. 30

9 GOTHOFRIDVS hoc nomine in ducatu Nordmanniæ tertius, rescisso fœdere adscito Sigefrido quodam cum multis suæ gentis millibus, abusq; Dania circa annum salutis DCCCXC. in Galliam interiorem excurrit, castris primo prope Louanium in locis palustribus Tylæ amnis positis. Mosam exinde flumen traiecerunt: penetrataq; Arduenna sylua, Bunnam vsq; totum Ribuarium pagum deuastarunt, nequiequam resistentibus Arnulpho limitis [illegible] præfecto, & Sundolcho Moguntino præsule, quos aduersus Barbaros ac fœdifragos Arnulphus eius tempestatis Imperator, Bohemico bello occupatus, cum copiis miserat. Itaq; cæsis his quos memorauimus, pace inita cum Suatebogo Bohemiæ & Morauiæ rege, [illegible] nulphus Cæsar, cum omnibus Imperii Germaniæq; atque Franciæ viribus, ho[illegible] se opposuit: & ad ripam Tylæ amnis prope Louanium pu[illegible] nandi copia f[illegible] pene ad internecionem Nordmannos deleuit, Calend. Septemb. XVI. [illegible], quæ hostibus ademerat, in Bauariam trans[illegible]. 40

10 WILHELMVS primus princeps reli[illegible] iosissimus, Nordmanno[illegible] in Neustria gubernabat, circa annum Domini DCCCCXL[illegible].

11 HVNTHO conuersus ad fidem C[illegible] risti rursus pacem Franci[illegible] dedit.

12 GVNRIEDVS circa annum Domini DC[illegible] LXXIIII. egressus Galliæ orã. classe H[illegible] spanias occupare vo[illegible] uit. Vnde a Raymyro re[illegible] Legionis, & Sancto [illegible] Castellæ comite repell[illegible] tur. 50

13 RI[illegible] HARD[illegible] s Nordmannorum in G[illegible] a Armorica princeps, [illegible] HEN[illegible] RI[illegible] cundo Imper[illegible] Clav[illegible] & fa[illegible] quod c[illegible] m Bal[illegible] no Flandriæ comite, Vale[illegible] in agro H[illegible] ciuitatem occup[illegible].

14 TANCREDVS q[illegible] abundaret [illegible] classe Ro[illegible] & P[illegible] cupanda [illegible] ca abo emmit.

15 RO[illegible] RTVS & RI[illegible] hardus primi m[illegible] re cum[illegible] co classica industria, a Ch[illegible] ado [illegible] os [illegible] siue magn[illegible]

magnam Græciam continuis rapinis exhaurientes, locari cœpti sunt in Calabria. Itaq; præsidiales milites adsuefacti agri fœcunditate, adsciscẽtes multa ex Gallica Nordmannia gẽtilium millia, vtrique imperatori non solum terrori deinceps fuerunt: verumetiam contempto imperio domini, qui conduxerat eos, proxima quæq; in Apulia loca iuris sui fecere: donec Leo nonus papa, homo Germanus, ex comitibus a Dagsberg oriundus, animaduersa quæ inde emersura aliquando esset pernicies, fulmine tactos, bello eos insuper adgressus est. In quo superiores facti, totius paulatim Italiæ ad se summam imperiumque traxere.

10

NORDMANNORVM PRINCIPES, REGES EFFECTI.

IN GALLIA ET ANGLIA.

WILHELMVS hoc nomine secundus, princeps Nordmannorum, imperante Hẽricho quarto, quem alii cognomento Conquestorem & Bastardum vocant, consanguineus Eduuardi sancti, postremi Angliæ regis de gente Saxonum, à deuictis Anglis

20 rex creatur. Qui ex Mathilde Balduyni cognomento Mitis, Flandriæ comitis F. genuit Wilhelmum tertium, Henricum, ambos Angliæ post se reges: Robertum & Richardum, Nordmanniæ duces: Luciam, Ceciliam & Mathildem. Is primus trium leonum insignia armis Angliæ attulit.

WILHELMVS ex cognomento Ruffus, secundi filius, patri successit in regno Angliæ.

30 HENRICVS, fratri Wilhelmo sine mascula prole sublato, in Angliæ regno successit.

WILHELMVS quartus in gente Nordmannorum, non quidem Angliæ rex, sed dux Nordmanniæ post Robertum patrem, ab Henrico Angliæ rege patruo, post obitũ Caroli principis Flandrorum, comes Flandriæ cõstituitur. Sed ob tyrannidem vtrũq; principatum amisit, Theoderico Alsatio in

40 comitatu Flandriæ succedente: à quo in prœlio prope Alstam oppidum sagitta ante portam interficitur, anno salutis nostræ M. XXVIII.

STEPHANVS rex Angliæ, nepos ex Adela sorore Henrichi regis, prius comes Blesensis in Gallia.

HENRICHVS secundus Stephani filius, qui Hyberniam primus tributariam Anglis fecit. Sunt qui adoptiuum duntaxat Ste-

50 phani filium existiment, & Comitem Andegauensem extitisse. Anno Domini MC[illegible]X. regnauit.

RICHARDVS cognomẽto Cor leonis, Henrichi secundi filius, circa annum salutis regnauit M[illegible]

IOANNES cognomento sine terra, frater Richardi.

HENRICVS tertius, Iohannis regis filius.

EDV-

IN APVLIA ET SICILIA.

ROBERTVS, cum classe in Asiam ad terram Sanctam è manibus barbarorũ vendicandam profectus, a Græcis Italisque aduersus Sarracenos conductus, cum deniq; Siciliam atq; Apuliam Calabriamq; liberasset, principatum in his primus accepit, Pontifice maximo confirmante: deductisque Nordmannorum in his terris coloniis, nouam linguam à reliqua Italica variantẽ excitauit.

RICHARDVS primus, excusso iugo Imperatoris vtriusque, se in libertatem vendicauit. Contra quẽ Henricus quartus Gothofridum Lotharingum vicarium Imperii per Italiam cum copiis misit.

ROBERTVS secundus, cognomento Vischardus, primus Siciliæ rex salutatur à Romano pontifice Gregorio septimo, cognomento Hiltebrando: quod eius consilia aduersus Henricum quartum promouisset.

ROGERIVS Roberti filius, primus corona redimitur ab Innocentio papa: cuius filiam Chunradus Henrici quarti Imperatoris filius duxit vxorem, qui à Nordmannis & pontifice inductus aduersus patrem conspirauerat.

WILHELMVS Rogerii filius, se Honorio pontifici Romano primus subiecit: cum quo aduersus Fridericum primum Imperatorem diu pro imperio Italiæ, bello decertauit. Tãdem pace constituta, Pontifex filiam Wilhelmi Constantiam, Henrico sexto, Friderici Cęsaris primi filio desponsauit. Atque hoc titulo Sueui rerum in Apulia & Sicilia potiri cœpere.

TANCREDVS frater Wilhelmi obiit ante Constantiæ nuptias, & regna Siciliæ atque Apuliæ Henricho sexto Sueuo, Barbarossæ filio, transmisit: in quibus post Henrichum Fridericus secundus, Chunradus quartus, Henricus septimus, Chunradinus & Manfredus ordine regnarant: donec factione regum Galliæ, & hæc in his prouinciis familia fuisset extincta.

EDVVARDVS quartus hoc nomine in Anglia, Henrichi tertii natus, parenti in regno successit.

EDVVARDVS quintus filius, regnauit circa annum MCCC.

EDVVARDVS sextus, quinti natus, qui victo Galliæ rege, subactoq; regno, Franciæ titulum, & arma Franciæ vsurpare cœpit, cum Pontificis maximi intercessione subacto regno cessisset, tributo annuo contentus, floruit anno MCCC XVII.

RICHARDVS secundus, nepos ex filio homonymo.

HENRICVS quartus ex duce Landcastriæ, post patrem rex inauguratur.

HENRICVS quintus, filius quarti, circa annum floruit MCCCCXIIII.

HENRICVS sextus, filius quinti. 10

EDVVARDVS septimus, Marchiæ comes, agnatus regum, successit anno labente à nato Christo MCCCCLXI.

EDVVARDVS octauus filius patri successit.

RICHARDVS tertius ex duce Glocestriæ, patruus Eduardi octaui, circa annum Domini regnauit in Anglia MCCCCLXXXIIII.

HENRICVS septimus, sexti Henrici ex Edimundo filio nepos, ex comite Richomondiæ salutatur rex, circa annum salutis nostræ MCCCCLXXXVI.

HENRICVS octauus, qui nostra memoria ob tyrannidē & polygamiā male audiuit.

EDVVARDVS nonus, filius octaui, ex Iana Semerse a quarta coniuge, veneno ante paucos annos sublatus a duce Nordumbriæ, cuius hodie soror de prima legitima Octaui 20 vxore, rerū potitur in Anglia, vna cū marito Philippo Caroli quinti Cæsaris filio Austriaco.

GENEALOGIA MARCHIONVM HANDvverpiæ, siue limitis Anglici.

1 VTILO, Theodonis magni principis Boiariorum, ac primi Christiani, sacris vndis à beato Rudberto lustrati, à Theoderico primo rege Francorum limiti Armorico præponitur, designata ditione inter Scaldim, Mosam, Rhenumque amnes, & oceanum Germanicum.

2 HVGOBERTVS Vtilonis filius patri in præfectura limitis successit.

3 ASOPERTVS Pluthyldam Lotharii regis Francorum filiam in matrimonio habuit, ex qua Arnulphus pater S. Arnulphi episcopi Metensis processit. 30

4 ARNVLPHVS, S. Arnulphi siue Arnoldi Mediomatricum episcopi pater.

5 ANGISVS, ex Begga filia Pipini, Pipinum alterum tulit.

6 PIPINVS Angisi filius, regis Pipini pater.

7 PIPINVS maior domus Hilderici regis effectus, cum illi regnum Francorū abrogaretur, Franciæ rex designatur, Caroli magni Francorum regis ac Imperatoris pater.

8 RVLANDVS nepos Caroli magni Imperatoris ex sorore, ab eodem Anglicano limiti aduersus Saxonum incursiones præficitur: Interficiturq; à Vasconibus in bello Sarracenico, vna cum Anshelmo præfecto prætorio, & Echardo regiæ mensæ præfecto.

9 VIDO, vel Guido, Germanice Wyda/nepoti interfecto, à Carolo magno subrogatur in præfectura limitis. Britanniam rebellantem post Saxonicum bellum repressit, cum defuncta Fastrada Carolus duxisset Luitgardam. 40

10 HENRICHVS Popponis Sorabici limitis præfecti frater german', Sigefridū Nordmannorum regem Carolo Crasso imperante bis vicit, cum egressus limites Galliam interiorem Germaniamq; popularetur. Postremo ab eodem Carolo subordinatus, cum iniusta atq; perniciosa Reipub. expeteret, in publico conuentu, ad Vahalim amnem in insula Bataiua occidit. Interfectus postremo per insidias à Nordmannis, cum Rollonem quoq; ducem profligasset gentis, instructis in hoc fossis, ac arte tectis, in quas equo lapsus finem viuendi fecit, sepultus apud Suessonas in templo S. Medardi.

11 GOTOFRIDVS vltimus Andvverpiæ marchio, filius Eustachii, Boloniæ comitis, dux Lotharingiæ, ab Henrico quarto imperatore limiti Anglicano præficitur. 50

GENEALOGIA MARCHIONVM ANDAnensium, siue limitis Nordmannici, vnde Andegauenses principes processere.

1 WITICHYNDVS Saxo, à Carolo Caluo mercede conductus aduersus Nordmannos, Armoricam siue Neustriam infestantes.

2 RVPERTVS Wituchyndi filius, quem Carolus Caluus filius Ludouici Pii, propter

Bre-

Britan[illegible]m rebellionem, donauit ducatu inter Ligerim & Sequanam. Is posterius, dum Ha[illegible]gum Nordmann[illegible]rum regem Gallias deuastant[illegible]n arcere conatur, occiditur in acie, [illegible]a cum Ranulpho Aquitaniæ præside.

3 [illegible]HO Ruperti filius, cum fratre Ruperto, diu sub tutela Abbatis Hugonis, qui Lotharingiam gubernabat, constituti: tandem puberes facti, tutore a Nordmannis vna cum G[illegible]thelino episcopo Parisiensi, interfecto, Otho quidem Carolo Simplici siue Posthumo, à Car[illegible]lo Crasso tutor designatus, totius Galliæ regni administrator factus est. In quo munere confirmatus etiam ab Arnulpho Bauaro fuit, Romani imperii Cæsare. Qui tamen immemor fidei, Carolum Simplicem exclusit à Gallia siue occidentali Francia, vt vix in 10 Burgu[illegible]d[illegible]a is locum haberet.

4 HVGO cognomento Magnus, vulgo Schapplarius dictus, primo Parisiorum comes, hinc Andegauensis princeps, ab Arnulpho Imperatore postremo apud Forchaym Arelatensis regni gubernator in[illegible]tituitur: regnum [illegible]aneorum extincta Caroli magni prosapia in suam stirpem transtul[illegible]t. Qui Berengario denique apud Veronam interfecto, Rudolpho Burgundo ex Italia pulso, atque Burcardo Sueuo, qui Rudolphum iuuerat, Mediolani ne[illegible]ato, a Longobardis & Italis accersitus, Italiæ regnum suscepit. Cuius priuignus Albertus, cum matre Marozia Romam occupauerat, vitrico pulso Ioannem fratrem Papam fecerat. Contra hunc Ratherius Veronensis episcopus, Arnulphum, siue Arnoldum ducem Boiariæ in spem regni vocauerat: qui tametsi Tridento & Verona in fidem acce-20 ptis, rerum vltra alpes potiri cœpisset, tamen ab equitatu Hugonis profligatus, relinquere Italiam coactus est.

GENEALOGIA COMITVM FLANdriæ & Hannoniæ.

1 ESTOREDVS primus Forestarius Flandriæ,

2 LVDERICVS de Hatlebekh Forestarius Flandriæ constituitur à Carolo magno, anno DCCX[illegible]I[illegible]. cuius officium erat, tueri oram maritimam, & à deprædationibus Nordmannorum defendere.

3 ENGELRAMVS, vel Ingramus Luderici filius, Forestarius Flandriæ fit circa an-30 num Domini DCCCVIII.

4 AVDACHERVS, vel Odoacer, siue Othocharus, Engelrami filius.

5 ENGELRAMVS secundus Odoacri natus, Audacrum secundum reliquit.

6 AVDACHERVS secundus hoc nomine in prosapia, progenuit Hildericum, Engelramum tertium, & Balduinum.

7 BALDVINVS cognomento Ferreus, circa annum Domini præfuit oræ maritimæ DCCCLXXIX. Et ex Iuditha filia Caroli Calui regis Francorũ violenter rapta, & quæ secundis nuptiis Angliæ regi coniuncta fuerat, Balduinum secundum genuit. Is propugnaculum aduersus Nordmannos excitauit, in loco vbi est hodie ciuitas Brugensis in Flandria.

8 BALDVINVS secundus hoc nomine Flandriæ Forestarius, ex Cognomento Cal-40 uus, ex Etelfinde regis Franciæ sorore, reliquit Arnoldum cognomento magnum, primum comitem Flandriæ: Adolphum comitem Cameracensem, & S. Pauonis: & filiam nuptam Edigero regi Angliæ. Sub hoc Nordmanni victores in Flandriam peruenerunt, ibidemq; destruxeruut Taruanam, Duacum, Tornacum, Bologium, Aldenburg, Rodenburg. Ipse vero Balduinus sepelitur Gandaui.

9 ARNOLDVS cognomento Magnus, primus comes Flandriæ, ex duabus vxoribus, Ad[illegible]haid[illegible] comi[illegible]is Veramunduensis filia, & Mechtilde ducissa Luneburgensi, vidua relicta regis Angliæ, suscepit Arnoldum secundum, & Balduinum tertium. Is dicitur porro habuisse alterum fratrem Arnoldum, eodem quippe nomine comitem Bolongensem, & filiam Ioannam Gotofrido comiti Bergensi nuptam.

50 10 BALDVINVS tertius isthoc nomine, ex Mechtilde Hermanni Saxoniæ ducis filia, Arnoldum tertium produxit, cuius Susanna sterilis nihil reliquit.

11 ARNOLDVS, vel Arnolfus, hoc nomine secundus, frater germanus Balduini, ex Rosula filia Berengarii regis, quæ secundis nuptiis Roberto Capeto regi Franciæ nupserat, Baldu[illegible] quartum genuit.

12 BALDVINVS quartus hoc nomine, cognomento Barbatus, ex Iuditha vel Ogina comitissa à Luczelburg procreauit Balduinum quintum, & Mathildem vel Hildam Luitolphi marchionis Saxon æ coniugem. Accepit is dono ab Henrico quarto Cæsare Balkheren insulam Selandiearum vnam, pro qua diu cum Holandinis bello contenderat. Idem Ru[illegible]el oppidum ac castrum construere cœpit.

13 BALD[illegible]s quintus ex cognomento comes de Insula, & Mitis, ex duabus vxoribus, Richilde de Monte, & Elisabeta Philippi Galliæ regis nata, genuit Robertum comitẽ cognomento Frisiacum, Arnoldum quartum, Balduinum sextum, & Mecht[illegible]dem coniugem Wilhelmi ducis Nordmanniæ, qui postea in regem Angliæ electus fuerat.

14 BALDVINVS hoc nomine sextus, comes Hannoniæ, ob vxorem Richildim, Reginerii vltimi comitis filiam: ex qua procreauit Balduinum septimum, & Arnolphum quintum.

15 ARNOLPHVS, vel Arnoldus, hoc nomine tertius, reliquit post se Balduinum comitem de Goderner. Et is Balduinum octauum: qui rursus nonum Balduinum dedit, cuius Mechtildis ducissa vxor fuerat.

16 ROBERTVS cognomento Fri[illegible]us, frater german[illegible] Arnolphi tertii, & Balduini sexti, in diuisione cum fratribus comitatum Alst, & insulas Selandicas sortitus, Walchren, Sudbeueren, Nordbeueren, Scaldden & Worslen: Fri[illegible]iæ quoque maiorem partem suæ ditioni subiecit. Et cum Balduinus frater obiisset, fratrue[illegible]us tutor institutus, diu bellum gessit cum Richilda matre pupillorum, quæ tutelam reprobabat, & auxilio Roberti regis Franciæ se opposuerat. In quo bello intestino Richildis capitur, & ipse Robertus comes in altera pugna à Roberto [illegible]ranciæ rege comprehenditur. Factum est tertium prælium à filiis Roberti ac Richil[illegible]is, in quo Arnolfus filius Richildis occubuit. & Richildis paulo ante liberata è custodia, fugit ad episcopum Leodiensem: cui feudo Hannoniam subiecit, vt sibi suisque liberis auxi[illegible] foret aduersus Robert[illegible]m comitem, eiusque filios. Sed postremo res concordia transigitur, & Robertus comes e custodia liberatur. Qui ex filia Theoderici comitis de Arn[illegible]pe[illegible] & Westerland, relicta vidua Florẽtii Holandini, & altera Bernhardi ducis Saxoniæ nata, tulit Robertum secundum, Balduinum septimum cognomine de Hakhyn, cui fuit coniunx Margaretha Boloniensis: Philippũ, Arnoldum: Adelam Daniæ reginam, matrem Caroli regis, qui a Canuto cum matre pulsus, diu in Flandria latebat: Gertrudim a Louaniensi comite viduatam, & Theoderico Landgrauio Alsatiæ & comiti ab Egeshaym coniunctam: & tertiam anonymam, Rogerii Siciliæ regis vxorem.

17 ROBERTVS secundus, cognomine Hierosolymitanus, eo quod Hierosolymam ad recuperandam terram Sanctam cum classe domo exiuisset, ex qua peregrinatione redierat domum anno salutis M C. Obiit anno M C X I. Ex Clementia Burgundiæ ducis nata, Balduinum octauum, & suæ familiæ postr[illegible]mu[illegible] genu[illegible]t.

18 BALDVINVS octauus, hoc nomine postremus nobilissimi generis, ex cognomento Securis, eo quod hoc genus teli manu gestare consueuerat, patre absente in terra Sancta, Flandriam a latrociniis repurgauit, & emporia restituit: interfectus in bello Anglico, cum Galliæ regi auxilium ferret. Is cum filiis careret, instituit hæredem comitatus, ex sorore nepotem Carolum Daniæ regem exulem, principem misericordem, & pauperum patronum. interfectum postea in templo, dum oraret, à seditiosis. Post cuius mortem magna contentio orta est super Flandria, inter regem Galliæ & Cæsarem, cum hic Th[illegible]dericum A[illegible]at[illegible]æ Landgrauium, ille Wilhelmum Nordmanniæ principem Flandris principem daret.

GENEALOGIA COMITVM AB EGESHAYM, Dagsperg, & Honavv: unde Alsatiæ Landgrauii primi processere, & penultimi Flandriæ comites.

1 ALBERICVS comes ab Alsato & Egeshaym, floruit circa annum D C L X X. cuius filiam Hedvvigen Reynbaldus hoc nomine tertius duxit coniugem.

2 WAN[illegible]ELHERVS comes de Al[illegible]ato & Honavv, floruit labente anno à nato Christo D C[illegible] X L. cuius filiam Mechtildem Sadigerus comes Salmensis duxit vxorem. Ab his comitibus forte, qui adhuc multa prædia, lateque patentem agrum habent in Alsatia, hodierni comites ab Honavv descendunt. Quorum flo[illegible]it Vdalricus a[illegible]o M C[illegible] C X X X V I I. Interfuitque ludis Martialibus apud Ingelhaym celebratis. Reynherus vixerat anno à nato Christo M D X.

3 T[illegible]ODERI[illegible]VS primus ab Othone [illegible], primus Alsatiæ Landgrauius inuestitus. Sunt tamen qui hunc filium extitisse autumant Chunradi ducis Wormaciensis & Lothari[illegible]iæ, qui ab Hun[illegible]ari[illegible] i[illegible] prælio ab Othone prope Augustam Rhætiæ habito occisus est, d[illegible]x quondam & Ostrofranc[illegible]æ. Is genuit duos filios, Theodericum sec[illegible]ndum, & Gerhardum.

4 THEODER[illegible]VS secundus Lan[illegible]us Alsatiæ, & comes ab [illegible]ym, reliqu[illegible]it moriturus sine sem[illegible]ne v[illegible] Landgra[illegible] [illegible]atiæ, Ge[illegible]hardo fratri comiti ab [illegible]

5 GERHARDVS ex comite ab Egeshaym, à fratre vocatus ad Landgrauiatum Alſatiæ, reliqu[illegible]s filios: Gerhardum ſecundum Landgrau[illegible] Alſatiæ, & Vdalricum comitem ab Egeshaym,

6 GERHARDVS ſecundus Stephanum filium progenuit, quem tamen alii Vdalrici com[illegible] ab Egeshaym extitiſſe filium autumant.

7 STEPHANVS comes ab Egeshaym, & Alſatiæ Landgrauius, cœnobium Stechfeld haud procul ab Argentorato fundauit, & à ſuo nomine appellauit. Is progenuit Vdal[illegible] & Hugonem.

8 VDALRICVS floruit circa annũ MCXXXVIII. cuius frater electus in Tullẽſem epi-
10 ſcopum Burgundiæ, aſcendit d[illegible]m ad Pontificatũ maximum, Leo octauus nominatus.

9 HVGO author cœnobii Berig prope Colmariam, floruit circa annum MCXLIV.

10 THEODERICVS co[illegible] ab Eheshaym, Tertius nomine, ex Gertrude Roberti primi Flandriæ comitis filia, gen[illegible] Theodericum Flandriæ com[illegible]em, & Henricum comitẽ ab Egeshaym, Alſatiæ Landgrauium: qui alterum Henricum genuit, ſuæ ſtirpis in Alſatiæ Landgrauiatu poſtrem[illegible] [illegible] anno Domini M[illegible]CXXX[illegible]III. c[illegible] ſororem Ludo[illegible]icus comes Ottingenſis in ma[illegible]moni[illegible] habuerat, & Landgrauiatũ ſuperioris Alſatiæ feudo acceperat ab Imperio, quem e[illegible]copo Argẽtoratenſi poſtea certa ſumma pecuniæ vendiderat. Et hoc titulo præ[illegible]es Ar[illegible]entoratenſes magn[illegible]m Alſatiæ p[illegible]rem poſſident, & ſe Landgrauios Alſatiæ, non minus atq; Auſtriæ principes ſcribunt.

20 11 THEODERICVS hoc nomine [illegible], ex comit[illegible] la Flandriæ natus, duxit quoq; vxorem, Caroli Daniæ regis exulis, vltimi Flandriæ com[illegible]duam, Sibyllam videlicet, filiã Falconis comitis de Angiers, regis Hieroſolymitani: ratio[illegible] c[illegible]uius non ſolum matrimonii, verum[illegible] natiuitatis ſuæ a Chunrado tertio Imperatore, vel [illegible] alii volunt) Friderico primo ex cognomento Barbaroſſa, comes Flandriæ creatur, anno redemptionis humanæ M[illegible]LV. quo tempore ingens facta erat maris in Flandria inundatio, & magna pars Holandiæ Flandriæque tum ſubmerſæ fuere. Suſcepit tres in te[illegible]am Sanctã expeditiones, auxilio cognatorum ſuorum regum Hieroſolymitanorum profe[illegible]tus, & præcipue Falconis ſoceri, [illegible]ceſſoriſq; [illegible]us Balduini. Primam fecit anno Domini MCXXXVIII. ſecundam MC[illegible]VII. vna cum Chunrado Imperatore. Tertiam MCLVII, ex qua domũ reuerſus obiit
30 [illegible]dænus, anno ſalutis MCLXVIII. relictis tribus filiis, & quatuor natabus, videlicet Philippo, Petro Matthæo: Iſabella, Ludouici Franciæ regis coniuge, quæ regi poſtea Hieroſolymitano nupſit: Eliſabetha, duci Brabantiæ nupt[illegible] Sibylla, comiti Lucelburgenſi: & Margaretha, Balduino Hannoniæ comiti, quæ Flandriæ comitatum in ſtirpem Hannonienſem tranſtulerat: licet rex Franciæ ob matrem, quę & ipſa Theoderici filia fuerat, occidentalem Flandriæ partem ademiſſet, videlicet Atrebatum & S. Omarum.

12 MATTHÆVS cognomento Elſaſſer, Theoderici comitis filius, patri in comitatu Flandriæ ſuccedit: & conſilio Henrici Angliæ regis vltimam comitiſſam Bolognenſem, ſororem regis, acceptam ex monaſterio, vbi iam Abbatiſſam egerat, in coniugem duxit. Ex qua ſuſcepit duas filias, Mathildem, Henrici comitis Louanienſis coniugem: & Idam,
40 quæ tribus ordine nupſit, Gerhardo Geldrenſi comiti, Berchtoldo duci Zaringenſi, & Reg[illegible] comiti de caſtro.

13 PETRVS Mathęi frater germanus, Theoderici quoq; filius, primo epiſcopus Cameracẽſis, deinde ne intercideret nobiliſſima fa[illegible]lia, aſſe[illegible] Papæ [illegible] laicus factus, duxit vxor[illegible] Sibyllam Niuernienſis comitis filiam. Periit veneno ante Philippũ, vnica relicta filia:

14 PHILIPPVS frater Matthæi & Petri [illegible]nor natu filius Theoderici, ſuæ familiæ in comitatu Flandriæ poſtremus, duas hab[illegible] matrimonio claras fœminas, Eliſabetham comitiſſam de Veramandois, & ſecundam Mathildam [illegible]phonſi Portugallenſis regis natam, circa annum MCLXXXII. Ex quibus tamen nullum hæredem genuerat. Sed moriturus, ſororis ſuæ Balduinique Hannoniæ comitis filio Henrico comitatum Flandriæ lega-
50 uit. Suſcepit duas in terram Sanctam expeditiones, cognatis [illegible] regibus Hieroſolymitanis à Sarracenis & Saladino preſſis auxilio. V[illegible]n fecit anno Domini MCLXXVIII, accedentibus fidis auxiliis Holandiæ & Louan[illegible] comitum: ex qua noua inſignia in patriam retu[illegible] videlicet leonem in aureo clypeo. Alteram vero ſuſceperat anno MCXC[illegible]I, in qua & [illegible] Hieroſolymis ſepultus, c[illegible]XX[illegible]V anni[illegible] Flandriæ præfuiſſet. Hanc nobilem proſapiam deducit Auentinus a Bernha[illegible]do præfecto Palatii Ludouici Pii, ob cuius faſt[illegible]m at[illegible]ra[illegible]id[illegible]m proceres Germani[illegible] a que Belgicæ P[illegible] ab Imperio deiecerant. Hab[illegible] fratr[illegible] Lu[illegible]dum, & Bernhardum filium, quem Carolus Caluus rex Galliarum, Po[illegible] bello ſubiec[illegible]rat, vna cum Hugone Lutfridi filio, vnde alii Habsburg[illegible]es deriuare [illegible]

GENEALOGIA HANNONIAE COMITVM. VNde Flandriæ comites, extincta prosapia Egeshaymensium, tertii, & exinde postremi Burgundiæ ac Brabantiæ duces defluxerunt.

1 RAGINERIVS vltimus comes Hannoniæ, cuius filiã Richildam Balduinus Flandriæ comes, natus ex Ali a re is Franciæ filia, vna cum comitatu vxorem accepit.

2 BALDVINVS Hannoniæ comes, prosapiæ Flandre sis, vtpote descendens Balduino antiquæ stirpis Flandrensis, & Richilda postremi Hannoniensis filia, cum Egeshaymensium genus in Flandria defecisset in Philippo, rediit iterum ex Hannonia in Flandriam, à qua antea di fus fuerat. Hoc vero contigit illo medio. in matrimonio habuerat Mar aretham Theoderici ab Eg haym, primi suæ fam iæ Flandriæ comitis, filiam, Philippi postremi Egeshaymensis in Flandria germanam. Sed quia Ludouicus rex Galliæ alteram filiam Theoderici comitis, Phi ippi quoque germanam, coniugem habebat. cogitur cum rege pro comitatu bel o decertare. In quo am it Artesiam, & sanctum Omarum. Prętcrea viduæ Philippi dotis loco concedebant r ad dies vitæ Rislel, Schluss, Duay, Furuonum. Itaque minori parte Flandriæ contentus, & titulum principis eius terræ gerens, ex Margaretha Alsata siue Egeshaymensi genuit Balduinum secundum, & Henricum: & duas filias, Elisam Franciæ regis cõiugem, sancti Ludouici regis matrem: & Iolam, nuptam Petro comiti Altistodorensi, matrem videlicet Roberti regis Constantinopolitani, & Philippi comitis Namurcensis.

3 HENRICVS Balduini superioris filius, Hannoniæ simul & Flandriæ comes, ex filia comiti Namurcen is Petri, Petrum & B duinum filios procreauit.

4 BALDVINVS secundu Henrici frater germanus, creatus Cæsar Constantinopolitanus anno MC IV, natus ex hærede Hannoniæ comitissa Margaretha: ex Maria, filia Henrici comi is Campaniæ, sorore Philippi regis Franciæ, duas filias tulit, Ioannã & Margaretha . quarum Ioanna, dinaudo Portug l regi, Sanctii filio, nupsit. Qui eum pro Flandria certaret an duodecim, capitur a rege Franciæ, circa annũ Domini MCCXIV. Margaretha vero nupsit primo Bochardo comiti de Auiennis in Francia: & secũdo Dampetro Burgundo, vnde hæ des Flandriæ Hannoniæque processerunt, Ioannes comes Auiennensis, Balduinus tius comes Hannoniensis, Wilhelmus Dampiero cognominatus, & Ioannes Dampiero Fland iæ comes Philippus & Henricus. Porro Ioanna, capto marito Hispano, Fland m terim nihilominus pro parte administrauit. Quo tempore quidam surrexit, c Balduinum Cæsarem amissum fingebat, propterea quod is prope Adrianopolin n obsidione eius vrbis, nescio quo casu atque euentu amissus fuerat. Sed dolus prud a episcopi Be ouacensis proditur, & veterator apud ci tatem Risselin crucem agitur. Præterea I an liberato marito e custodia, anno MCCXXVI, & mox extincto, nupsit rursus Th mæ fratri ducis Saba diæ. Margaret quoq; soror Ioa æ, quæ Boccardo nupserat, & exinde Dampe ro Burgundo, mul s beros & omnium ditionum hæredes progenuit: cum n tus, educatus a Ph ippo Alsatio, Iuris v. professor Aureliæ prius extitisset, Laudunen & Tornacensis canonicus: sed Romam profectus, conditione illa à Diaconatu liberatur, vt in terram Sanctam profectus, Christianos illic aduersus Sarracenos iuuaret: quod cum ille impigre fecisset, tamen a Pontifice, cuius authoritate vxores duxerat, postea excommunicatur, anno Domini MCCXXI.

5 IOHANNES filius Buccardi Auiennen s comitis, ex Margaretha vltima Hanoniensi atque Fland iæ comitissa, & Hola ni comitis sorore, nullam prolem tulit, quemadmodum nec rater eius Baldu s. Is diuturnũ bellum gessit cum Wilhelmo Dampiero vterino fratre, pro Flandriæ comitatu. & ad p ernum occup au t Land von Waes & Alstiam, cum IV. officiis.

6 WI HE MVS Dampiero, Mar arethæ v landrensis Hannoniæque comi ssæ ex Wilhelmo Dampiero Burgu fi s, p o Ioanne vterino fratre, comitis Auiennensis na o, atri in administrat ne landriæ suc e it, Galliæ regis auxilio & anthoritate ix s, contra Imperatoris authori em, qui Ioanni fauebat. Igitur confecto bello, & pu o fratre, p f ctus in terram Sa t m. indeque incolumis domum reuersus in ludorum Martia m olennitate, is a fratribus vteri is structis, conculcatus in turba ab equis, perit.

7 GV O cogn ne to Dampiero, Wilhelmi frater germanus, captus a W mo H landiæ co e, qui n regem Rom norum electus fuerat, vna cum Ioa ne fratre, quod is filiis Boccardi aueret, di & sque ad morte Cæsaris il ius in cu odia uit. Postea liberatus, filiam suam lorentio VVilhelmi Cæsaris demortui filio coniunxit, dotisque loco Selan-

Selandia Holandino concessa, quietus in possessione Flandriæ mansit. & ex duabus coniugibus, Mechtilde comitissa,& altera Isabella Luczelburgēsi, quindecim liberos procreauit: videlicet Robertum, Balduinum episcopum, Philippum, Willhelmum, Guidonem, Henricum, Ioannem, Margaretham Brabantinā, Margaretam alteram Scotiæ regi & postea Geldriæ comiti desponsatā, Ioannem Iuliacensem, Beatricem Namurcensem, & postea secundis nuptiis Holandiæ comiti traditam, Philippam & Aloysiam. Obiit in captiuitate regis Galliæ, anno Domini MCCCIV.

8 ROBERTVS Guidonis Flandriæ & Hannoniæ comitis filius, ex cognomento comes de Betunnen, patri in vtroque comitatu successit. Ex ducis Burgundiæ filia genuit duos Ludouicos, Robertum comitem à Casſel denominatum, ac Niuernēsem Mathildam Lotharingiæ ducissam, Ioannam & Iolam.

9 LVDOVICVS Roberti filius, patri in Flandriæ comitatu successit. Ex filia Philippi Longi regis Franciæ nihil procreauit. obiit anno MCCCXLVI.

10 LVDOVICVS secundus ex cognomēto Malinus, duos amplissimos ducatus familiæ maiorumq; ditioni adiecit: Burgundiam, primo ob matrem, postremi ducis filiam, & postea Brabantiam propter coniugem Margaretam, quæ Ioannis vltimi ducis vnica relicta filia fuerat. Sed vnicam modo filiam cum genuisset, stemma suum, quod Quintum fuerat, in Flandria, terminauit, videlicet Wilhelmi Dampetri Burgundi.

11 PHILIPPVS dux Burgundiæ, filius Caroli regis Franciæ, ducta in vxorem hærede Ludouici Malmi, fit dux Burgundiæ, Brabantięq;, atq; comes Flandriæ & Hannoniæ, sexta iam prosapia in Flandriam introducta. Progenuitque ex illa vnica hærede, Anthonium ducem Brabantiæ & Lotharingiæ, Philippū comitem à Niuernia & Cassel, Ioannem Burgundiæ ducem, Catharinam Leopoldo duci Austriæ, Mariam Amadæo Sabaudiæ duci, & Margaretham Holandiæ comiti nuptas.

12 IOHANNES hoc nomine secundus, Philippi filius, dux Burgundię & Brabantiæ, & comes Flandriæ atque Hannoniæ, familiam suam propagauit: & ex coniuge Holandię comitis filia, progenuit Philippum secundum cognomento Mitem: & tres filias, quarum Anna regi Angliæ, Agnes duci Borboniæ, & Maria duci Cleuensi nupsere.

13 PHILIPPVS secundus cognomento Mitis, progenuit Iodocum, Antonium, qui iuuenes obierunt: & Carolum cognomento Strenuum. & tres filias, Catharinam, Isabellam, & Margaretam.

14 CAROLVS cognomento Strenuus, Philippi secundi filius, sub quo conuenerunt, & in vnam ditionem redactæ sunt amplissimæ prouinciæ, atque vnius Caroli obsequio subiectæ, Burgundia, Brabantia, Luczenburgensis ducatus, Lymburgia, Flandria, Hannonia, Namurcensis comitatus, Phrisia, Selandia & Holandia. Huius potentiam grauiter ferens rex Galliæ, bellum intulit, in quo victus Gallus succubuit. Alterum fuit Carolo bellum cum episcopo Coloniensi, propter fines. ad cuius belli societatem, Imperium pertractum fuerat. Itaque cum Fridericus tertius, eius temporis Imperator, Episcopo auxilium ferret, ac acies vtrinque instructæ starent, matrimonio bellum componitur, Maria Caroli filia Maximiliano Friderici Imperatoris filio desponsata: quæ prima tum fortunarum accessio Austriacis facta erat. Tertium Carolo bellum lethale cum Heluetiis erat. Pulso enim Lotharingiæ duci cum Heluetii suppetias ferrent, belli molem in se conuerterunt. Sed victores in acie Carolum occiderunt, anno MCCCCLXXVI, vnica filia Maria Maximiliani coniuge, in tot ac tam opulentas prouincias succedente. Dicitur autem Carolus habuisse tres vxores: primam Caroli septimi Franciæ regis natam, secundam Elisam Borboniæ ducis filiam, & tertiam Anglam.

GENEALOGIA COMITVM BOLONIAE, VNde Arduennæ, Hasbaniæ, Lotharingiæque duces, & postremo Hierosolymorum reges processerunt.

1 OTHVELVS comes Boloniæ, obiit anno Domini DL. Cuius filiam Matrimam Carolus tertius Salmensis comes duxerat vxorem.

2 CAROLVS dux Tungrensis & Hasbaniæ, ex comite Boloniensi, circa anoum DCXVII. cuius filiam Itham Raynbaldus comes Salmensis coniugem habuerat.

3 Adalricus dux Arduennæ, ex Boloniensi comite, floruit circa annū salutis DCCLXXI. cuius filiam Itham Henricus Salmensis comes in matrimonio habuerat.

4 LOTARIVS & CAROLVS Raginerii primi Louaniēsis comites fratres germani.

5 OTHO filius Caroli, ex Boloniensi comite fit dux Arduennæ circa annum *.

6 GOTOFRIDVS adoptauit Eustachium quendam comitem, locata illi filia vnica.

7 EVSTACHIVS adoptatus filius Gotofridi, comes Boloniensis, & dux Arduennæ, progenuit Gotofridum filium hoc nomine in ista stirpe secundum.

8 GOTOFRIDVS secundus comes Boloniensis, & dux Arduennæ, res Christianorũ in Asia afflictas adiuturus, venditis ducatu & comitatu episcopo Leodiensi magnũ instruxit exercitum: cum quo in Palæstinam traiiciens, eam cum Hierosolymorum vrbe recepit: vnctusq; & coronatus omnium consensu fit rex Hierosolymorum.

9 BALDVINVS & EVSTACHIVS Gotofridi regis filii, manserunt in patrio solo, angusta ditione contenti: quorum Balduinus in Flandriæ comitem eligitur, & Adolphum filium reliquit, nobilissimi huius stirpis vltimum.

GENEALOGIA COMITVM AVRELIÆ, vnde Landgrauii Thuringiæ & Hassiæ defluxerunt.

1 HENRICVS, cuius sororem Mechtildem, Eustachius, comes Boloniæ vxorem duxerat.

2 WILHELMVS comes Aureliæ in Galliis, ex Francorum posteritate descendens, ex filia Saxoniæ principis Ludouicum procreauit, Thuringiæ principem: Gulielmum Aureliæ ducem, Hugonem comitem, & Blancam reginam Franciæ.

3 LVDOVICVS mutatis laribus matris hæreditatem in finibus Saxoniæ secutus, primus se Hassiæ Thuringiæque Landgrauium appellauit; ductaque in vxorem Cecilia, Saxoniæ & Brunsuigiæ ducis nata, ex ea procreauit Ludouicum Landgrauium, Berengerum comitem ab Honsteyn (vnde prosapia comitum ab Honsteyn, quæ adhuc superest, deriuatur, Ebervvyno quodam clara) & Albertum comitẽ Thuringiæ, cuius Lambertus chronographus meminit: Adelhaidem comitissam à Vuyra, Vtam comitissam à Lyndersbach, Lutgardam comitissam ab Hennenberg, & Hildegardam Poponi alteri comiti Hennebergensi nuptam.

4 WILHELMVS frater germanus Ludouici Landgrauii, Wilhelmi filius, ex comite primus Aureliæ dux fit, & Gulielmum tertium progenuit. Cuius frater Hugo, tertius videlicet filiorum Wilhelmi Aureliæ comitis, princeps Galliæ, ex comitissa à Sponhaym, Wigandum comitem à Sponhaym genuit: vnde comites Sponhaymenses defluxere.

5 LVDOVICVS secundus, Ludouici primi Landgrauii Thuringiæ natus, ex cognomento nuncupatus Springer, patri in Landgraviatu successit: & ex Adelhaide filia Othonis marchionis de Staden, in Saxonia, relicta vidua Friderici Palatini Saxoniæ, progenuit Ludouicum tertium Thuringiç Landgrauium, Henricum comitem de Raspenburg, Hermannum comitem, Othonem præsulem Cizensem, Ceciliam coniugem comitis de Wallensels, Kunigundim Wignoanno cuidam Saxoniæ comiti, & Adelhaidem Vdalrico comiti à Weymar, nuptas.

6 WILHELMVS hoc nomine tertius, Wilhelmi superioris hoc nomine secundi filius, Ludouici Landgrauii secundi fratruelis, dux Aureliæ secũdus, ex Æmilia filia Richardi Angliæ regis, Wilhelmum Angliæ regem procreauit, & Henricum tertium Aureliæ ducem, qui ex Mechtilde Scotiæ regis gnata Mechtildem genuit: quæ duobus maritis coniuncta fuit, Henrico quinto Imperatori, & postea secundis nuptiis Gotofrido comiti Andegauensi. Vnde Henricus rex Angliæ alter processit, qui in matrimonio habuerat Eleonoram Aquitaniæ ducissam.

7 LVDOVICVS hoc nomine tertius, secũdi filius, Landgrauius Hassiæ & Thuringiç, ex Heduige comitissa à Supplenburg, filia Lotharii tertii Imperatoris, genuit Ludouicum quartum, Fridericum comitem à Zigenhaym, Henricum comitem à Raspenburg: & filias, Ceciliam, Mechtildem, Guetam, & Adelhaydem abbatissam.

8 LVDOVICVS quartus, tertii filius, ex sorore Chunradi tertii Imperatoris progenuit Ludouicum quintum, Thuringiæ Landgrauium: Hermannum palatinum Saxoniæ, & Hassiæ Landgrauium: Henricum comitem à Raspenburg, & Fridericum comitem à Zigenhaym.

9 LVDOVICVS quintus Thuringiæ Landgrauius, quarti filius, ex filia ducis Austriæ Lupoldi septimi, nullam prolem tulit.

10 HERMANNVS palatinus Saxoniæ, mortuo fratre Ludouico quinto sine mascula prole, fit Landgrauius Thuringiæ. Qui ex duabus coniugibus, Sophia palatinissa Rheni, & altera Sophia Saxoniæ principe, genuit duos filios, Ludouicum sextum Thuringiæ Landgrauium, & Hermannum Hassiæ Landgrauium. Et ex eo tempore Hassiæ prouincia diuisa à Thuringia, Landgrauiatus distinctus seorsim esse cœpit.

11 LVDO-

11 LVDOVICVS sextus progenuit duos liberos: Henricum electum in Romanorum regem, contra Chunradum Sueuiæ ducem, Friderici secundi Imperatoris filium: & Hermannum secundum Landgrauium Thuringiæ. Quorum Henricus rex, ex Adelhaide Brunsuicense, nullam prolem tulit. Hermannus vero, ex Sophia Boiariæ ducis filia Gutam suscepit, Theoderico Misnensi marchioni nuptam. Porro filiarum Ludouici, Agnes duci Austriæ Henrico à Medlinga danominato, Irmengardis vero comiti ab Anhald, nupsere. coniungitur & tertia filiarum Guta Theoderico Misniç marchioni, vnde nimirum Misniç marchiones processere, qui in Thuringia postea Landgrauii & Saxoniæ duces effecti sunt. Quippe Henricus natus ex matrimonio isto, ex Constantia Lupóldi ducis Austriæ filia, 10 genus illud ad posteritatem transmisit, quod in hanc vsque diem rerum in Thuringia & Saxonia potitur.

12 LVDOVICVS septimus, sexti filius, & suæ nobilis stirpis postremus, ex sancta Elisabeta Hungariæ regis filia, ex ducissa Meranensi nata, Hermannum genuerat, qui puer obiit: & Sophiam, collocatam Ioanni duci Brabantiæ.

COMITES AQVITANIAE, VNDE HOLANDIAE principes, ac Phrysiæ processerunt, quanquam donatione Caroli Magni maior Holandiæ pars episcopo Traiectensi pareret. Quem cum vrgere cœpissent proximi Comites Holandiæ, Phrysiæ ac Geldriæ, coacti ad defensionem sui ædificarunt propugnacula Montfort, VVerden, Horst, & Volenho infra Snoll. 20 *Beperitur autem terra maris æstu pene submersa Holandiæ: vnde & nomen, quod subtus caua sit terra, ac ceu aqua plena, fortita fuit: annis videlicet (vt illam factam sub Cimbris, cuius Strabo meminit, prætercam)* DCCCLX, *quo tempore Rheni ostium in Batauia insula, à Traiecto retrusum, in VVikhtum flumen delapsum est. Manent tamen veteris & ostii & aluei vestigia in hodiernum quoque diem.*

1 RAYMVNDVS Aquitaniæ princeps, floruit Othone imperante. Cuius frater Boso Arelatensis comes, habuerat in matrimonio neptem Hugonis regis Italiæ. meminit Luyprandus.

2 CAROLVS dux Aquitaniæ, sub Ludouico Pio electus in archiepiscopum Moguntinum, post Rabanum, circa annum Domini DCCCLXIII.

30 3 THEODERICVS, forte frater Caroli, curialis Caroli Calui Cæsaris ac regis, heri donatione partem terræ decisam, sub comitis titulo possidere cœpit: quam vel a memoribus frequentibus eo in agro, vel quod ob crebram inundationem tota pene subtus terra caua videatur, Holandiam primus appellauit, circa annum salutis nostræ DCCCLXIII. Is fratrem habuit, siue fratruelem, Sigebertum ducem Aquitaniæ, quem secutus est filius Wilhelmus dux Aquitaniæ, & hunc aliquot comites huius generis: Remundus comes S. Ægidii, Eufrosius comes Tolosanus. Reperitur tamen & tertius Wilhelmus Aquitaniæ dux, cuius filiæ, Petronella comiti Veramanduorum, & Eleonora regi Angliæ, nupsere. Porro Theodericus, qui comitatū Holandiæ dono Caroli Calui acceperat, alterum Theodericum progenuit.

40 4 THEODERICVS hoc nomine secundus, primi filius, & secundus Holandiæ comes, & Frixiæ dominus, ex Gæua Pipini regis Italiæ ac Francorum filia, reliquit Theodericum tertium.

5 THEODERICVS hoc nomine tertius, secundi filius, ex Hildegardi filia regis Ludouici, genuit Egbertum Treuirensem archiepiscopum, Arnolphum comitem Holandię, & Gerliuam abbatissam in Rheynsperg.

6 ARNOLPHVS comes Holandiæ, tertii Theoderici filius, ex Leutgardi græca tulit Theodericum comitem Holandiæ, & Sigefridum Burggrauium Frisiæ, dominum in Camerland. Qui ex Dietburge Gotesnandi præfecti filia, genuit Theodericum baronem de Seuenburg & Bredrod, sepultum in Treytwingen, & Gotofridum Luczelburgensem.

50 7 THEODERICVS hoc nomine quartus, ex Vthilde filia Othonis primi genuit Adelboldum præsulem Traiectensem, Florentem comitem Holandiæ, & Theodericum quintum sepultum Egmondæ, anno MXXXIX. relicto post se Theoderico filio, qui stirpem suam destituit.

8 FLORENS comes Holandiæ, ex Gertrude filia Hermanni ducis Saxoniæ, vel, secundum quosdam, Gebhardi comitis à Supplenburg, suscepit Theodericum quintum, Florentem secundum, & Mechtildam coniugem Philippi regis Franciæ. Cæterum cum vxor secundis nuptiis esset coniuncta Ruperto comiti Flandriæ, Theoderico & Florente pueris existentibus, Rupertus vitricus Holandiam occupauit: quam eidem tamen mox Gotofridus dux Brabantiæ eripuit.

9 THEODERICVS quintus hoc nomine, Florentis filius, Holandiam magno vix labore, cum adoleuisset, ex potestate Gotofridi Brabantini recepit, anno labente MXXVI. Qui ex Wichilde, Friderici Saxoniæ ducis nata, Florentem secundum produxit.

10 FLORENS hoc nomine secundus, quinti Theoderici filius, ex Petronella Lotharii tertii Cæsaris filia genuit Symonem, Florentem, Theodericum sextum, & Hedwigem filiam.

11 THEODERICVS sextus hoc nomine in stirpe, ex Sophia Othonis Palatini filia procreauit Florentem tertium, Balduinum episcopum Traiectensem, Billigerum Burggrauium Holandiæ, & Othonem comitem in Beuchen. Filiarum Sophia abbatissam egit in Reinsperg, & Petronella virgo mansit.

12 FLORENS hoc nomine tertius, Theoderici sexti filius, ex Aila sorore Gulielmi regis Scotorum filia, Henrici comitis de Hunont procreauit multos liberos: videlicet Rupertum comitem, Florentem præpositum Traiectensem, Theodericum septimum, & Gulielmum qui stirpem propagauit. Reliquit & filias, videlicet Beatricem, Adelhaidem, Margaretam & Elisabetam.

13 THEODERICVS hoc nomine septimus in genere, ex filia Othonis comitis Geldriæ tulit duas filias, Margaretam, & Adelhaidem comitissam à Leonstayn.

14 GVLIELMVS primus, Theoderici septimi frater germanus, Florentis tertii filius, ex Adelhaide comitissa Geldriæ genuit Gulielmum secundum, Othonem præsulem Traiectensem, Florentem quartum comitem Holandiæ, Adam, & Richardam monialem in Rheynsperg. Is comitatui Holandiæ adiecit Ostrofrisiam & Seelandiam, circa annum Domini MCCIII. fuerat & Scotiæ hæres.

15 FLORENS hoc nomine quartus, Gulielmi primi filius, ex Mechtilde ducissa Brabantiæ Florentem quintum produxit, item Wilhelmum electum Cæsarem anno MCCXLVIII. & duas filias, quarum Margareta comiti Hannoniæ, Mechtildis vero comiti alicui ab Hennenberg nupsit.

16 WILHELMVS tertius hoc nomine, Florentis quarti filius, electus in Romanũ Cæsarem, ex ducissa Brunsuicensi Florentem sextum tulit, qui interficitur à Frisiis in acie.

17 FLORENS quintus hoc nomine, Wilhelmi tertii frater germanus, & Florẽtis quarti natus, ex Beatrice Guidonis Flandriæ comitis filia, genuit, qui sine liberis obierunt, Wilhelmum, Theodericum & Florentium.

18 FLORENS hoc nomine sextus, Wilhelmi Romanorũ regis filius, Holandię comes, & Frisiæ dominus, floruit circa annum salutis MCCLV, & genuit Florentinum septimum, Theodericum nonum: & filias aliquot, Beatricem videlicet, Mechtildem & Margaretam.

19 THEODERICVS hoc nomine nonus, & sui generis postremus, genuit Wilhelmũ quartum, & Inannem: & filiam locatam Hannonię comiti, vnde natus est Ioannes Hannoniæ comes, qui mortuus sine mascula prole Wilhelmo & Ioanne, comitatus Holãdię Phrisiæque dominii hæreditatem adiit, confirmatus in iis prouinciis à Romano imperio.

20 IOHANNES nepos ex filia Theoderici, extincta nobili prosapia, Holandiam Phrisiamque gubernandas accepit: & ex Elisabeta regis Angliæ filia tulit Wilhelmum quintum, Henricum, Ioannem Hannoniæ comitem, Mariam, Adelhaidem, Margaretam & Mechtildem.

21 WILHELMVS hoc nomine quintus, Ioannis Hannoniæ comitis nati filius, ex sorore Philippi Valesii regis Franciæ procreauit Wilhelmum sextum, Ioannem, Ludouicũ, Margaretam Ludouico quarto Romanorum Cæsari, & Bauariæ duci Ioanni, comiti Iuliacensi, & Philippam Angliæ regi desponsatam. itaque cum omnes sine hærede immatura essent morte sublati, Wilhelmus filius Ludouici regis ex Margareta Holãda, factus est comes Holandiæ, & à patre Cæsare inuestitus, circa annum salutis nostræ MCCCXLIII. Quem, vt aliquo vinculo fundamentoque in ea prouincia stabiliret, Ioannem alterũ filiorum Leodiensem præsulem constituit, & filiam Margaretam Burgundiæ duci collocauit.

22 WILHELMVS hoc nomine sextus, filius non superioris Wilhelmi quinti, sed Ludouici Cæsaris quarti stirpis Boiaricæ, ex Margareta Holanda, filia videlicet Wilhelmi quinti, à patre inuestitur in principem Holandiæ: qui ex coniuge de Landcaster Angla, cum nullam prolem suscepisset, Holandiam fratri Alberto reliquit.

23 ALBERTVS filius Ludouici quarti Cæsaris, & Bauariæ ducis, Wilhelmi sexti frater germanus, post mortem fratris Holandiam ac Phrisiam gubernandas prouincias patris authoritate accepit. & ex ducissa à Brigg Silesia genuit Ioannem episcopum Traiectensem, Ioannem, Wilhelmum septimum, Ioannam Wenceslao Brabantiæ duci collocatam: & tres alias filias, quarum vna nupserat Alberto duci Austriæ, secunda Ioanni duci

duci Burgundiæ,& tertia duci Geldriæ. Cæterum cum Ioannes & Wilhelmus septimus sine prole diem suum obiissent, dux Burgundiæ,& Brabantiæ dux,qui sorores in matrimonio habuerant,hæreditatem adiere.

GENEALOGIA COMITVM ANDEGAVENsium & Pictauensium, unde Hierosolymitani & Cypri reges processerunt.

1 GVLIELMVS, cuius filiam Henricus tertius apud Ingelhaym palatium coniugem duxit,& ex ea Henricum quartum procreauit: vt Otho Frising. libro 6. Chron. Cap. 32.

10 2 FALCO comes,regis Angliæ consanguineus,ex filia Balduini comitis Flandriæ,& secundi regis Hierosolymitani,Balduinum tertium regem Hierosolymitanum procreauit.

3 BALDVINVS tertius ordine rex Hierosolymitanus,ratione matris,quæ regis Hierosolymitani coniunx fuerat,successit.

4 ALMERICVS, vel Americus, Balduini tertii regis frater germanus, & Falconis Andegauensis filius alter, fratri prole destituto, in regno Hierosolymitano successit: qui ex Pollina Emanuelis Constantinopolitani Cæsaris nata, Balduinum Leprosum regem progenuit,& duas filias, Sibyllam atque Isabellam: quarum Sibylla duos consecuta fuerat maritos,Gulielmum videlicet de Longa spar, marchionis Montisferrati filium, & inde Guidonem Lyssignanum Cypri regem. Isabella verò tribus ordine nupserat: primo marchioni Montisferrati,vnde Ioannes Bregnagallus cognomento natus est, ob matrem constitutus rex Siciliæ: secundo nupsit Henrico, comiti Campaniæ: & tertio, Americo Cypri regi.

20

5 BALDVINVS ex morbo leprosus cognominatus, sororio suo Wilhelmo Montisferrati marchionis filio,qui Sibyllam germanam habebat in matrimonio, comitatum Ioppensem concesserat.

6 WILHELMVS & CHVNRADVS nepotes ex sorore Sibylla Balduini leprosi regis Hierosolymitani,pueri adhuc,commissi Raymūdi Tripolitani comitis tutelæ, ab auunculo: quorum Wilhelmum corona sancta redimitum, successorem in regno declarauerat: Chunradū vero Tyri ducem, qui & Tyrū postea cum adoleuisset à Saracenis seruauerat.

30 7 GVIDO de Lisignano rex Cypri,qui secundis nuptiis Sibyllam Balduini leprosi regis sibi cōiunxerat,ob vxorem, Wilhelmo & Chunrado pueris sub tutela existentibus regnum Hierosolymitanum administrauit,& Wilhelmo hærede ante annos extincto,occupauit atque retinuit,atque illud denique filio suo Hilgoltisignano reliquit.

8 HILGOLTISIGNANVS rex Cypri & Hierosolymorū, Guidonis filius, ex Brunsuicensi Petrum regem procreauit.

9 PETRVS rex Cypri & Hierosolymitanus, ex Valentia Barnabonis Mediolani ducis nata Ioannem regem tulit,fratre occiso.

10 IOHANNES rex Hierosolymitanus & Cypri,ex duabus vxoribus, ducissa Bauariæ, & Helena Brunsuicensi,Ioannem Iacobum regem genuit,& Annam Ludouico Sabaudię comiti nuptam. floruit autem circa annum MCCCC.

40

11 IOHANNES IACOBVS rex Cypri,amisso iam in vniuersum Palestinæ regno, duas habuit coniuges, primam Græcam,& secundam Marchionis Montisferrati filiam. Ex quibus suscepit Iacobum regem Cypri: & Carloram filiam, primo Sabaudiæ duci, & postea Ioanni regi Portugalliæ nuptam. Obiit vero Ioannes anno Domini MCCCCXXIII.

12 IACOBVS, Ioannis Iacobi filius ex pellice, vxorem duxit Marci Cornarii patricii Veneti filiam: quæ regni hæres a marito morituro nuncupata, regni ius ad Venetos transtulit, sub quorum obsequio adhuc vertitur.

GENEALOGIA ALTERIVS STEMMATIS comitum Andegauensium, unde Siciliæ Hungariæque reges, & Lotharingiæ Calabriæque duces processerunt.

50

1 CAROLVS comes Andegauensis, frater Ludouici regis Galliç, circa annū Domini MCCXL,à Pontifice maximo vocatus aduersus Cunradinum regem Apuliæ & Siciliæ, & Manfredum fratrem ducem Tarentinum, Sueuorū stirpis, a Friderico primo descendētis, autoritate soliius pontificis vtrumq; possidere regnum cœpit. Is est, qui Fridericum Austriæ ducē, domus Babenbergensis postremum, dū Chunradino Sueuo Apuliæ regi, vt cognato suo, subsidia fert, Neapoli captum, potitus scilicet dolo victoria, capite truncauit, vna cum Cunradino rege. & vt duæ nobilissimæ domus deficerēt, causa fuit, Sueuorum scilicet ducum,& Austriæ ducum primorum, à secundo Lupoldo descendentium.

2 CAROLO[illegible], vel Carolus Claudus, rex Siciliæ secundus suæ stirpis, Caroli Andegauensis filius, a Petro Arragoniæ rege, vero hærede regnorum a Chunradino genero iam iam morituro nuncupatus, cum à iure ad arma compulsus fuisset, abducitur, & quatuor annis in custodia habetur. Liberatus ad postremum, vrgente Pontificis intercessione, in regnum Apuliæ & Siciliæ restituitur: Arragoniis tamen iuri suo in nullo renunciantibus. Obiit Carolus anno M C C C V I I I. Ex filia Stephani quinti regis Hungariæ reliquit quinque filios: & Blancam filiam, quæ in constitutione fœderis, pacisque confirmatione Iacobo Arragoniæ regi desponsatur, mater Friderici primi Siciliæ regis ex Arragonum stirpe. Filiorum vero Caroloti nomina erant, Ludouicus episcopus Tolosanus, Carolobertus rex Hungariæ, Robertus rex Apuliæ, Philippus dux Tarentinus & Carolus Marcellus dux Calabriæ, cui Rudolphus Habsburgius Cæsar filiam Catharinam desponsauerat. Quorum Philippus dux Ludouicum filium tulit, qui Ioannam Andreæ regis Hungariæ cognati sui [illegible] sibi coniunxerat. Sed prolem nullam genuit.

3 ROBERTVS Siciliæ ac Apuliæ rex, vt maior natu inter fratres, ætatis prærogatiua regnare in Italia cœpit, duobus liberis procreatis, Carolo & Ioanna: quæ duobus nupsit, primo Andreæ Hungariæ regi, & deinde Ludouico Tarentino duci, patrueli suo. Obiit sine successione Robertus, anno salutis M C C C X L I I I.

4 CAROLOBERTVS frater Roberti, & Caroloti, vel secundum alios Caroli Marcelli ducis filius, in regnum Hungariæ vocatus ab Hungaris, papa Bonifacio octauo intercedente, adhuc puer, primo aduersus Andream quendam, deinde illo mortuo, aduersus Othonem Boiariæ ducem, ab Hungaris confirmatur & coronatur, anno salutis M C C C I X, præsente legato pontificio Gentile, tituli sancti Martini cardinale. Causa huius rei præcipua fuerat, quod auia huius Hūgara fuisset, & Stephani quinti regis Hungariæ filia. ex duabus coniugibus, puta Maria Cazimiri Poloniæ regis filia, & altera Beatrice Henrici septimi Imperatoris filia sorore Ioannis regis Bohemiæ, nullam prolem tulit. ducta igitur tertia coniuge Elisabeta, Ladislai regis Poloniæ filia, genuit Carolum, Vladislaum, Stephanum, qui iuuenes obiere: Ludouicum & Andream, ordine successores in regno Hungariæ. Obiit Carolus anno M C C C X L I I.

5 LVDOVICVS filiorum vnus Caroloberti, in regno Hungariæ patri successit: qui ex Margareta Ioannis regis Bohemiæ, qui Henrici septimi fuerat natus, filia, vnicam filiā Mariam procreauit, post mortem patris Sigismundo Bohemiæ regi desponsatam, quę regnum ad Bohemos traduxit. Is multa bella gessit aduersus Croatas, Tartaros, Venetos propter Dalmatiam, aduersus Stephanum Waiuodam, contra Ruthenos præterea, Lituanos, Bulgaros, & Carolum quartum Imperatorem: & quod præcipuum fuerat, bellum gessit cōtra Ioannam Andreæ fratris coniugem, quæ maritum interfecerat, & regna Apuliæ Siciliæque Ludouico Tarentino, quem mœchum superinduxerat, tradiderat. In eo bello hostibus pulsis, Apuliæ Siciliæque regna suæ ditioni subiecit: quæ per Wolfhardum à Wolfhard, & Nicolaum Trugsess, Germanos toto triennio administrauerat. Sed ad postremū, à Pontifice sollicitatus Innocentio quinto ad manus illius resignauit: qui illa Ludouico Andegauensi, comiti superioris familiæ tradidit possidenda.

6 ANDREAS frater vterinus Ludouici Hungariæ regis, vocatus in regna Siciliæ & Apuliæ, mortuo Roberto patruo, eius filiam Ioannam, crudelem fœminam, duxit vxorem. cuius consiliis ac dolo, postremo à Chunrado de Cathanciis interficitur, relicto Carolo filio, ex altera vxore Qui ducatum Dyrrachinum vix consecutus, Ludouicum Andegauensem ex Gallia, regnantem in Apulia & Sicilia, pontificis autoritate vidit.

7 CAROLVS dux Dyrrachinus in Dalmatia, Andreæ regis Siciliæ, Apuliæ & Hungarię filius, vlturus patrem, ac paternas prouincias recepturus, Neapolim obsedit atque expugnauit: ac nouercam suam Ioannam [illegible] marito suo Ludouico Tarentino, interfe[illegible] S[illegible] cum Apu[illegible] Sicilia a pontifice abstinere iuberetur, in Hungariæ tamen regno patruo Ludouico successit, Maria illius filia adhuc impubere: quæ, interfecto demum Carolo illo, nuptiis [illegible] Sigismundo postea Imperatori, tum Bohemiæ regi, regnum Hungarię [illegible], L[illegible] Caroli an[illegible] annos extincto, & Iohanna filia Iacobo Tarentino duci desponsata. Qui etiā ad regna Siciliæ ac Apuliæ vocatus esset, indigne tamen tractatus ab vxore, au[illegible], & in Gallus monasticen professus est: regnis Ludouico Andegauensi, quem pontif[illegible] regem n[illegible] permissis.

8 LVDOVICVS [illegible] Andegauensis, frater germanus Caroli regis Franciæ, & Phi[illegible] B[illegible], a Pontifice maximo vocatus ad regna Apuliæ & Siciliæ, eum Ludouicus rex [illegible] pontificis arbitrio permisisset: Carolus quoq; dux Dyrrhachinus, occisi regi[illegible] & qui illius filiam duxerat, Iacobus Tarentinus, tædio

tædio humanorũ casuum monasterium ingressus fuisset: coronatus quoq; Romæ à Papa, possessionem tamen regni consequi non potuit: eo quod Ioanna hæres, eius vxor qui monasticen profiteri tædio regnandi cœperat, Iacobi Tarẽtini videlicet ducis moritura filium Alphonsum Arragoniæ regẽ (cui familiæ ex antiquo etiam, abusq; Chunradino Sueuo ius regnorum illorum competebat) hæredem nuncupasset. Cuius filius Ferdinandus, præter adoptionem à Ioanna institutam, & traditionem regnorum à Chunradino Sueuo iampridem factam, heres etiam appellatus à moritura, armis insuper victor aduersus Gallos, Arragoniæ regno adiecit: à quo ante patrum memoriam, ad Austriæ principes, per Isabellam Ferdinandi postremi Arragoniæ & Castiliæ regis filiam, Philippo Maximiliani Cæsaris filio collocatam, peruenit: sub quorum obsequio, in hanc vsque diem fœliciter vertitur: nequicquam aliis, qui iure nullo nituntur, oppugnantibus, Thurcarumq; fidei nostræ sacrosanctæ hostium auxilio, cœlo terram miscentibus.

9 RENATVS Ludouici Andegauensis filius, præclusis iam Apuliæ & Siciliæ regnis, ac iure & armis ab Arragoniis possessis, ducta in vxorem filia vltimi ducis Lotharingiæ ex stirpe Louaniensium, in ducem Lotharingiæ eligitur, ac inuestitur. Calabriæ tamen & Bari ducatuum titulum, ex suo quod prætẽdebat iure in Apulia, retinuit, quo adhuc posteri eius Lotharingiæ duces vtuntur. Is Ioannem ducem Lotharingiæ reliquit.

10 IOANNES dux Lotharingiæ, Calabriæ ac Bari, Nicolaum filium genuit.

11 NICOLAVS Ioannis filius dux Lotharingiæ & Calabriæ, sine liberis obiit, relicta amita Yolanda, Renati aui filia. Quam Fridericus comes de Wadomont ex Burgundia, vxorem vna cum ducatu Lotharingiæ cõsecutus est. & ex ea Renatum ducem progenuit, à Carolo Burgundiæ duce Maximiliani Cæsaris socio pulsum, & ab Heluetiis restitutum. Is Renatus restitutus, ex Philippa Adolphi ducis Geldriæ nata genuit Antonium ducem, Ioannem cardinalem, & Claudium dominum de Gyes. Porro Antonium secutus est Franciscus filius in ducatu Burgundiæ, & hunc rursus frater Nicolaus ex Metensi episcopo factus secularis, qui ex Egmontensi comitissa Geldra procreauit Ioannem & Antonium Lotharingiæ duces nostræ tempestatis. de quibus omnibus, libro huius operis decimo, vbi de Burgundis tractamus, prolixiorem sermonem inseremus.

GENEALOGIA DVCVM SIVE COMItum Mosellanorum, vnde Lymburgenses principes descenderunt.

1 THEODERICVS Hermannum, Mosellanum comitem, procreauit: & Gertrudim, duobus maritatam: primo Henrico Heczel, Bauariæ duci, sancti Henrici Cæsaris genitori: & inde Wilhelmo Burgundiæ duci.

2 HERMANNVS duas habuit in coniugio, Gerburgim reginam Burgundiæ, & postea Heduigem Hannoniensem comitissam. Ex quibus procreauit Henricum & Fridericum, comites à Lympurg: & Giselam duobus ordine iunctam maritis, Ernesto videlicet Sueuiæ duci, & inde Chunrado secundo Imperatori, quæ illi Henricum tertium imperatorem peperit.

3 HENRICVS Hermanni filius, ab Henrico tertio fratruele dux Brabantiæ creatur: reliquit Henricum & Hermannum suę stirpis vltimos, quibus Louanienses comites postea ab Henrico quinto in ducatu Brabantiæ substituuntur: de quibus supra iam suo loco egimus. Porro hos principes antiquiores Geldriæ comites vinculo contingebant, qui & Lympurgensem ducatum ab imperio compararunt, quem Reynhaldus Geldriæ comes, in bello Coloniensi captus, ab Henrico Brabantiæ duce, Louaniensis stirpis, pro liberatione Brabantinis relinquere cogebatur: à quibus Brabantiæ adiectus, agrum eius ducatus fecit ampliorem. hodie Lympurgum ciuitas extat, infra Aquisgranum, ditionis & hodie Brabanticæ: à quo titulum adhuc Carolus quintus, vt dux Brabantiæ, vsurpat.

GENEALOGIA COMITVM LVCZELBVRgensium, vnde Bohemiæ reges, Imperatores aliquot, & Brabantiæ duces aliquot defluxerunt.

1 ADALBERTVS comes Luczelburgensis, in Annalibus reperitur vastasse S. Martini cœnobium extra Treuirim, anno salutis reparatæ DCCCCXCV.

2 CHVNRADVS comes Luczelburgensis, cõmemoratur à Lamberto Schaffnaburgense, inter initia Henrici quarti imperii. Vnde scribit Lambertus supradictus: Perlato ad episcopum Moguntinum tumultuantis ciuitatis nuncio, misit cõfestim cum armatis Cunradum comitem de Castello, quod dicitur Luiczelenburg, qui tum forte apud episcopum

præsens erat. Qui veniens, Eberhardum improbe sæuientem, atque in omnes qui obsisterent nunc, comminatione grassantem, ab oppugnatione ædium cum contumelia repulit, susceptosque pueros episcopo præsentauit.

3 HERMANNVS, forte Chunradi superioris frater germanus, electus dux Saxonum, aduersus Henricum quartum Imperatorem, circa aunum Domini M. & C.

4 ADELGOCHVS comes de Luezelinburg, citatur in literis de anno Domini MCXX.

5 GERHARDVS duas inuenitur coniuges habuisse: vnam Sibyllam, Roberti regis Constantinopolitani filiam, sororem Balduini Flandriæ comitis.

6 PLVNDELVS comes Luczelburgensis & Lympurgensis, progenuit Balduinum archiepiscopum Treuirensem, Waldramum comitem Luczelburgensem, & Henricum septimum Imperatorem: quem scissio familiæ secuta est, vna Bohemiæ regum, altera ducum Luczelburgensium.

7 HENRICVS electus in Imperatorem, Alberto primo Austriæ interfecto, septimi nomenclaturam adsciuit: cui in Sacrosancta Eucharistia venenum à monacho porrectum fuerat.

IOANNES Henrici Imperatoris filius à patre Bohemiæ rex constituitur, data illi in vxorem Wenczeslai postremi regis Bohemiæ filia. Hunc cæcum annales cognominant. qui duos genuerat filios, Carolũ quartum Imperatorem, & Wenczeslaum ducem Brabantiæ.

WENCZESLAVS dux Brabantiæ à fratre Carolo quarto Imperatore creatus, postremi ducis Louaniensis stirpis Antonii de Niuernia filia in cõiugium accepta: ex qua progenuit vnicum filium, Ioannem episcopum Argentoratensem, consecratum anno MCCCLXVI. qui demum & ad clauum archiepiscopatus Mogũtini sederat, circa annum MCCCLXXII.

CAROLVS Wẽczeslai frater & Ioannis Bohemię regis filius, hoc nomine in fastigio imperii ad quod erat vocat⁹, quartus: ex tribus vxoribus (quarum tamen prima Blanca Philippi regis Frãcię nata, iuuenis sine prole obierat) Iohanna, & Agnete palatinissa Rheni, procreauit Wenczeslaũ regem Romanorũ, Sigismundum Imperatorem, vtrunq; Bohemiæ regem: Ioannem, Henricũ & Iodocum marchiones Morauiæ: & filias, Catharinam Rudolphi Sapiẽtis Austriæ ducis, Elisabetam tertii hoc nomine Alberti Austriæ ducis, Margaretam Ludouici Hungariæ regis, Elisabetam Ioannis Galeatii Mediolani ducis, Margaretam alteram Ioannis burggrauii Norimbergensis, coniuges. Dicitur & Annam filiam habuisse, Othoni Bauariæ duci ac Brandeburgensi marchioni, filio Ludouici quarti Cæsaris, nuptam. Refertur & Helena Angliæ regis vxor, filia Caroli quarti.

WALRAMVS comes Luczelburgensis, Henrici septimi Cæsaris frater germanus, ex comitissa Cleuensi genuit Ioannem comitem Luczelburgẽsem, & Walramum Lympurgi comitem.

IOHANNES comes Luczelburgensis ex comitissa Artesiæ progenuit Ioannẽ & Guidonem filios, & quatuor filias: quarum prima Carolo regi Franciæ nupsit, secunda comiti Artesiæ, tertia duci Borboniæ, quarta Ludouico regi Siciliæ.

IOHANNES secundus Luezelburgensis dux, reliquit filias duas, regi Franciæ & Borbonio locatas.

GVIDO Ioannis secundi frater germanus, Ioannem & Walramum tertium reliquit: & duas filias, quarum Mechtildis nupsit comiti de Veramanduis, Ioanna comiti à Rotel Germano.

IOHANNES tertius hoc nomine dux Luczelburgensis, ex Mechtilde cõiuge Eulogium tulit, comitem S. Pauli, ac Petrum ducem. Eulogius alterum Eulogium & Carolum, comites S. Pauli dedit.

PETRVS in angustias redactus, genuit Ioannẽ comitem a Madis, Petri & Antonii comitum de Madis genitorem: Diepoldum comitem à Finies: & tres natas, quarũ Isabella nupsit domino à Roboys, Iacoba comiti à Berfort, Elisabeta domino à Namurco.

DIEPOLDVS Petri comitis filius, comes à Finies, ex filia Philippi de Mellei genuit Philippum præsulem, Franciscum, Iohannem, Iacobum, & Philippum comitem Namurcensem.

IACOBVS ex Maria de Villa tulit Ioannem Franciscum & Iacobum.

COMITES AB HORN, VNDE QVIDAM BRAbantia duces & barones à Gaysbeck defluxerunt.

1 IOHANNES ex comite de Horn, fit dux Brabantiæ: ex duabus vxoribus Luczelburgensi, & Philippi regis Franciæ filia, progenuit Wilhelmum comitem ab Horn, & primum baronem à Gaysbeck. vnde proceres in Brabantia, qui adhuc supersunt à Gaysbeck, recta defluunt.

2 WIL-

2 WILHELMVS comes ab Horn, ex comitissa Cleuensi genuit secundum Wilhelmum.

3 WILHELMVS secundus hoc nomine Wilhelmum tertium tulit, ex comitissa à Leon.

4 WILHELMVS tertius ex comitissa de monte Iacobum procreauit.

5 IACOBVS ex comitissa à Moers, Iacobum secundum reliquit.

6 IACOBVS secundus, comitissam reperitur à Wirtenberg habuisse coniugem.

GENEALOGIA COMITVM A PONT, SEV Ponte & Zupsen, vnde Geldriæ principes deriuati sunt, & aliquot Nassouienses comites, qui Geldriæ comitatum possederunt.

10

1 OTHO, à Ponte comes, sub Carolo Caluo claruit: quo tempore bestia quædam latitabat in planicie, quæ plurima quotidie vicinis damna inferebat: hanc filii Othonis comitis Wichardus & Lupoldus interfecerunt. quorum refertur Lupoldus cōstruxisse Geldren castrum, vnde posterius denominati fuere.

2 WICHARDVS præfuit comitatui XXX. annis, Is ex filia postremi comitis Zupsaniæ, Gerlacum progenuit.

3 GERLACVS circa annum Domini floruit DCCCCX. & dicitur XXVII. annis gubernasse, relicto Gotofrido filio.

20 4 GOTOFRIDVS annis vixit XXI. & Wichardum secundum reliquit.

5 WICHARDVS hoc nomine secundus, annis administrauit XV. Menegoso filio genito.

6 MENEGOSVS autor cœnobii Bomensis, ex Gerbirge comitissa quadam Wilringum, vel Wichingum produxit, & filiam primam abbatissam cœnobii Bomensis.

7 WILRINGVS, seu potius Wichingus, aut etiam Windekhinus (his enim omnibus nominibus refertur in Annalibus) progenuit Wichardum hoc nomine Geldriæ comitem tertium, Wilhelmum episcopum Traiectensem, & Meyuvvericum antistitem Padebornensem in Westphalia, qui sedit circa annum MIX.

8 WICHARDVS tertius in stemmate, progenuit Rothardum baronem à Buren: 30 qui sacris initiatus, Padebornensis episcopus in Westphalia consecratur: & Adelhaidem, quæ Othoni comiti à Nassou nupsit, & stirpem Nassouiensium in Geldriam asciuit: vnde qui sequuntur Geldriæ comites ac principes rectà descendunt.

9 OTHO comes à Nassou, ob Adelhaidem postremi comitis à Ponte filiam, inuestitur ab Henrico tertio Imperatore in Geldriæ comitem, circa annū salutis nostræ CLXXIX. Qui ducta in vxorem Sophia, Wikhmanni postremi comitis à Zupsania filia, eum sibi pariter comitatum subiecit: ex qua progenuit Gerlacum secundum, Gebhardū & Gerhardum Geldriæ & Zupsaniæ comites circa annum millesimum centesimum.

10 GERHARDVS, ex Heduige Florentii Holandiæ comitis filia, Henricum comitem tulit. Sepelitur Zupsaniæ, anno Domini MCXXXI.

40 11 HENRICVS ex filia Gotofridi comitis à Bullion, regis postea Hierosolymitani, quæ dotis loco Velnam attulerat marito, genuit Gerhardum secundum, Othonem, & filiam nuptam Engelberto comiti à Monte, matrem videlicet Adolphi comitis de Monte, & Engelberti episcopi Coloniensis.

12 OTHO ex RICHARDA comitissa à Iuliaco nullam prolem tulit. Claruit anno MCC.

14 GEBHARDVS tertius hoc nomine, Othonis frater germanus, ex Margareta comitissa à Sponhaym, vel secundum alios Hasbaniæ, progenuit Othonem præsulem Traiectensem, Gebhardum secundum, & Adelbaidem filiam Wilhelmo Holandiæ comiti nuptam.

50 14 GEBHARDVS secundus in hoc genere, ex Richarda comitissa à Nassou, & secunda vxore Mechtilde Brabantina, genuit Henricum episcopum Leodiensem, & Othonem Geldriæ comitem. floruerat anno MCCXXIX.

15 OTHO secundus, vel tertius in hac familia, ex Margareta Theoderici Iuliacensis comitis filia produxit Othonem Traiectensem episcopum, Henricum qui iuuenis obiit, & Reynholdum comitem Geldriæ, & Gerhardum quartum. habuit & filiam Irmengardem Theoderico comiti à Cleue nuptam. Is Otho à Wilhelmo Holandino Cæsare ciuitatem Neumagiam, ad Rhenum in finibus Geldriæ, oppignoratam accepit pro XXI. marchis argenti, anno salutis MCCLVIII.

16 GEBHARDVS tertius Othonis superioris filius, ex filia comitis à Nassou genuit

Othonem quartum, & Henricum Leodiensem episcopum, authorem cœnobii in Roremunda. Porro Otho quartus filiam Cleuensis comitis coniugem habuerat.

17 REYNHOLDVS duas consecutus est vxores, Guidonis Flandriæ comitis filiam, & Arnegardim Wilhelmi comitis à Lympurg: ex quibus procreauit Reynholdum secundum, primum Geldriæ ducem, à Ludouico quarto apud Franconofordam creatum, Guidonem comitem, Philippum comitem Zupfaniæ, & Isabellam monialem ad S. Clarã Coloniæ.

18 REYNHOLDVS primus Geldriæ dux, à Ludouico quarto inuestitus apud Franconofurdam, anno Domini MCCCXXIX. procreauit Reynoldum & Eduardum, qui sine prole obierunt: Margaretam, Mariam Gulielmo de Iuliaco nuptam, matrẽ Reynholdi tertii & Wilhelmi Geldriæ ducum: Isabellam abbatissam, & Mechtildem virginem. 10

19 RAYNHOLDVS tertius, cum Wilhelmo fratre, non quidem ex stemmate Nassouiensium, sed Iuliacensium, ob Mariam matrem postremi Nassouiensis in Geldriæ principatu filiam relictam, consecutus est ducatum. Cum vero & hi sine prole rebus humanis absoluerentur, circa annum Domini MCCCCXIII, sororius illorũ, dominus ab Etkhel, in ducatu Geldriæ inuestitur. Qui vnica relicta filia, & Arnoldo comiti ab Egmonda coniuncta, transtulit ducatum Geldriæ in stirpem comitum ab Egmonda & Holando, qui ex Gelrensi Arnoldum filium Geldriæ ducem tulit. Et is Adolphum filium progenuit: cuius natus fuerat, qui nostra memoria rerum est in Geldria potitus, Carolus vltimus Geldriæ ducum: a quo Carolus quintus Imperator Geldriam pecunia emit, sub cuius hodie potestate vertitur. 20

GENEALOGIA COMITVM ET ducum Iuliacensium.

1 GERHARDVS.

2 WILHELMVS comes Iuliacensis, floruit circa annum Domini MCCCLXXX. qui Gerhardum secundum procreauit.

3 GERHARDVS secundus hoc nomine, procreauit Wilhelmum secundum.

4 WILHELMVS secundus, tertiũ Wilhelmum produxit, ex vltimi Geldrię comitis Reynholdi filia. 30

5 WILHELMVS tertius, natus ex filia vltimi Geldriæ ducis, Bergensem ducatum matrimonio suo adiecit. Cuius frater Reynholdus, in Geldriæ ducem ascitus, Geldrensiũ stemma propagauit. Quippe cum is obiisset anno MCCCCXXIII. eius vidua Adolpho à Bergen se commiscuit.

6 WILHELMVS quartus, tertii natus, adiecit Geldriam, genuitq; Adolphum comitem de Rauenstayn, & filiam quæ nupsit Adolpho Cleuensi. Is interfuit ludis Martialibus celebratis apud Ingelhaym, anno MCCCXXXVII.

7 ADOLPHVS comes à Rauenstayn, duas habuit coniuges, Catherinam Cleuensem, & Margaretam Wirteobergensem. Ex qua filiam progenuit Wilhelmo domino ab Egmonda & Isselsteyn nuptam: qui à Ludouico Boiaro Imperatore hoc nomine quarto, in marchionem Iuliacensem est inuestitus, anno Domini MCCCLIX. apud Metenses. Cuius stemma cum defecisset circa annum MCCCCXXII. duo ducatus Cæsaris Imperio cesserunt, Geldrensis & Iuliacensis: qui Iuliacensem cootulit Bergensi marchioni, ob filiam postremi Iuliacensis ductam: ducatum vero Geldriæ Egmondensi prosapiæ commisit. 40

GENEALOGIA COMITVM DE ALTENACH, & Marchionum Bergensium, & de Marchte, vnde Cleuenses Iuliacensesq; principes processere.

1 EBERHARDVS & ADOLPHVS, Henrici primi cognomento Aucupis curiales ex Westphalia oriundi, qui & agros inibi Cæsaris beneficio plures accepere. Quorum Adolphus castrum refertur Arnsperg construxisse, quod antea nominabatur Volueshage: inde comites de Altenach, atq; Marcenses destruxerunt. Eberhardus vero cum condidisset Aldenburgum, sacris initiatus, monasticen profiteri cœpit, fratri relictis suis castris, suaque ditione. 50

2 ADOLPHVS secundus, primi filius, qui cũ esset comes de Altenach & Arnsperg, mundo renunciante fratre, Aldenburgum Bergensemq; ditionem adiecit. qui duos filios procreauit, Eberhardum secundum, & Engelbertum.

3 EBERHADVS secundus comes de Altenach, Fridericum comitem ab Altenach reliquit, & is Adolphum comitem ab Altenach.

4 EN-

4 ENGELBERTVS marchio Bergensis & de Marchte Eberhardi secundi comitis frater, pr[illegible] enuit Adolphum a Bergis, & Eberhardum comitem de Marchte. & sic stemma in duas est partes dissectum.

COMITES DE MARCHTE.

1 ENGELBERTVS secundus comes de Marchte, tertium Engelbertum protulit.

2 ENGELBE[illegible]VS tertius Adolphum comitem a Marchte tulit.

3 ADOLPHVS ex filia Theoderici a Cleue, Engelbertum & Adolphum genuit.

4 ADOLPHVS ex comitissa Cleuensi Adolphum secundum progenuit.

5 ADOLPHVS secundus ex filia Wilhelmi de Monte cognati, Adolphum tertium procreauit.

6 ADOLPHVS hoc nomine tertius, sit dux Cleuensis, unde Cleuenses atq; Iuliacenses recta descenderunt. Ab hoc descenderunt & comites à Marchte, quorum Erhardus egit præsulem Leodiensem, circa annum 1530. Descendunt ab hoc stemate & qui hodie vocantur comites siue marchiones à Berga, & prædia aliqua in Brabantia obtinent.

MARCHIONES BERGENSES.

ADOLPHVS marchio de Monte, siue Bergensis, cum non haberet liberos, marchionatum reliquit sororis suę filio Gerhardo, comiti Iuliacensi.

GERLACHVS de Berge, interfuit ludis Martialibus apud Ingelhaym habitis, anno millesimo trecentesimo trigesimo septimo.

GERHARDVS natus ex sorore Adolphi, ex Iuliacensi comite fit marchio Bergēsis, & Wilhelmum genuit.

WILHELMVS comes Iuliacēsis, marchio Bergensis, ex Anna filia Ruperti Cæsaris, & filia palatini Rheni, Gebhardum & Adolphum procreauit, & filiā Cleuensi principi nuptam.

WI[illegible]HELMVS primus Iuliacensis dux inuestitus, Geldrensem quoq; posterius ditionem adiecit, vltimi Reynholdi Geldriæ comitis sibi coniuncta filia: unde Reynholdum suæ stirpis primum Geldriæ principem produxit. Huic frater erat Rudbertus Padebornensis in Westphalia episcopus, consecratus anno 1390. quē secutus est in episcopatu alter Wilhelmus, cognatus dominorum à Berge.

GENEALOGIA COMITVM CLEVENSIVM.

1 THEODERICVS floruit circa annum salutis relatæ 680.

2 HELIAS Beatricem coniugem habuit, circa annum Domini 711. procreauit tres filios, Theodericum comitem Cleuensem, Gotofridum comitem, & Chunradum Hassiæ Landgrauium.

3 THEODERICVS hoc nomine secundus in stirpe, ex comitissa Hannoniæ Reynholdum tulit.

4 REYNH[illegible]LDVS genuit Lutolphum & Leonem.

5 LEO ex filia ducis Aquitaniæ Ioannem progenuit.

6 IOANNES, ex filia Michaelis Constantinopolitani Imperatoris, Rupertum genuit Lotharingiæ ducem, & Balduinum.

7 BALDVINVS ex filia Ludouici principis de Prouincia, Eberhardum & Rupertum reliquit.

8 RVPERTVS, Ludouicum comitem procreauit.

9 EBERHARDVS Eduardum tulit, & Berengarium episcopum Tullensem.

10 EDVARDVS Luthardum reliquit.

11 LVTHARDVS ex Berchta filia Arnolphi Imperatoris progenuit Balduinū secundum, & Richfridum. Is legitur possedisse Nussiam ciuitatem Rheni, anno 889.

12 BALDVINVS secundus tulit Arnoldum comitem, & Balderium episcopum Traiectensem, ex Saxona quadam coniuge.

13 ARNOLDVS ex filia Hermanni comitis Czupfaniæ Wigmannum reliquit.

14 WIGMANNVS, ex Landgrauia Thuringiæ Chunradum comitem dedit.

15 CHVNRADVS, ex comitissa à Seehyn Theodericum genuit.

16 THEODERICVS hoc nomine tertius, ex comitissa à Seumberg Theodericum quartum & Arnoldum secundum procreauit.

17 THE[illegible]DERICVS quartus sororem comitis ab Henneberg coniugem nactus est.

18 ARNOLDVS Theoderici quarti frater germanus, ex filia ducis Sueuiæ Theodericum quintum produxit.

19 THEODERICVS quintus, ex filia ducis Bauariæ Arnoldum tertium tulit.

20 ARNOLDVS hoc nomine tertius, ex [illegible]ia principis Bauariæ [illegible] sextum genuit.

21 THEODERICVS ſextus ſeptimum reliquit.

22 THEODERICVS ſeptimus in hac domo, ex filia Adolphi de Monte, Theodericum octauum tulit, & Eliſabetam, coniugem Ottonis Iuliacenſis comitis.

23 THEODERICVS octauus iſta appellatione, ex Armegardi Ottonis Geldriæ comitis filia, Theodericum nonum tulit.

24 THEODERICVS nonus cognomento Luczelburgenſis, ex coniuge Auſtriaca genuit Theodericum decimum, Ottonem & Ioannem: quorum Otto in matrimonio habuerat filiam Ioannis de Arkel, ex filia Engelberti ab Mar[illegible]a natam. Ioannes vero coniugē nactus eſt Reynholdi ab Marca patrui filiam. Hi poſtremi fuere in ſtirpe, circa annum Domini 1330. Comitatum reliquerunt Adolpho de Marca Colonienſi epiſcopo, qui facultate à Romana ſede accepta, duxit vxorem, a Carolo quarto in comitatu confirmatus, & ex ea Adolphum ſecundum genuit.

25 ADOLPHVS ex comite de Marca, & Colonienſi epiſcopo, comes Cliuiæ confirmatus, ſecundum Adolphum reliquit.

26 ADOLPHVS primus Cliuiæ dux, inueſtitus à Sigiſmundo Cæſare in concilio Conſtantienſi, ex filia Gulielmi comitis, ſiue marchionis de Monte, Gerhardum & Adolphum tertium produxit, circa annum Domini 1389. Huius præterea filiæ Beatrix Niuernicæ comiti, Margarethia Alberto Bauaro, Catharina comiti a Norenberg nupſit: quarta fertur Carolo quarto Imperatori nupſiſſe.

27 ADOLPHVS ſecundus, ex filia Ruperti Bauariæ ducis, Romanorum regis, & Mariæ Burgundæ, tulit Ioannem ducem Cliuiæ, Adolphum comitem à Rauenſteyn, Helenā duciſſam Brunſuicenſem, Margaretam Wilhelmi ducis Bauariæ, & inde comitis Wirtenbergenſis coniugem, Cathatinam Arnoldo duci Geldriæ, Agnetem regi Nauarræ, & Eliſabetam comiti a Schvvarzenberg locatas. quorum Adolphus comes à Rauenſteyn, habuit in coniugio filiam Portugalliæ regis.

28 IOANNES dux Cliuiæ, ex Eliſabeta comitiſſa de Niuers, procreauit Ioannem, Engelbertum & Adolphum. floruit circa annum Domini MCCCCLIIII. & ab epiſcopatu Colonienſi comparauit Soſt ciuitatem.

29 IOANNES ſecundus prioris filius, ex Eliſabeta comitiſſa à Kaczenellenbogen, Ioannem tertium genuit. floruit circa annum MCCCCLXXX.

30 IOANNES tertius, duxit Mariam vltimi ducis Iuliacenſis vnicam filiam, & ducatus Iuliacenſem Bergenſemq; ſuæ ditioni adiecit. ex qua progenuit Wilhelmum, & Sibyllam Ioanni Friderico Saxoniæ duci nuptam.

31 WILHELMVS dux Cliuenſis, Iuliacenſis & Bergenſis, dum hæc ſcribimus, ex Maria Ferdinandi Romanorum regis filia, multos liberos generat.

GENEALOGIA COMITVM DE ZVVAYPRVCK & Zamburg, vnde comites à Bytſch profluxere. Porro comitatum Zvvayprucкh Ruperto Palatino vendiderunt. poſſident adhuc in finibus Alſatiæ dominium Liechtenberg, VVeſthouen, Nevvvíler, Liechtenavv, IncZvvíler & Buſvvíler.

1 WECKER comes de Zvvayprnck.

2 EBERHARDVS ex baroniſſa de Aſpermont Curienſi, Fridericum & Eberhardum ſecundum genuit, quorum Fridericus comitiſſam ab Eberſteyn coniugem habuit.

3 E[illegible]RHADVS ſecundus, ex comitiſſa à Salmis, Symonem & Henricum comites produxit. quorum Henricus in matrimonio habuit comitiſſam à Leyningen.

4 SYMON ex cognomento Wekher, ex baroniſſa a Feynſtingen, Symonem ſecundum, F[illegible]id[illegible]ri[illegible]um, Eberhardum & Henricum tulit.

5 H[illegible]NRICVS ex comitiſſa à Veldencz Cunradū genuit, qui Fridericum, & Fridericus ex baroniſſa à Fey[illegible]ſt[illegible]gen H[illegible]nricum ſecundum reliquit.

6 SYMON ſecundus, primi filius, & Henrici primi frater, duas habuit coniuges: comitiſſam a Naſſou, & alteram a Sarvverden, ex quibus genuit Chunradum ſecundum, & Hammam.

7 HAMMA ex Imagina ab Ottingen comitiſſa, tulit Simonem tertium, Ludouicum & Fridericum.

7 FR[illegible]ER[illegible] ex com[illegible]iſſa Rheni, procreauit Henricum tertium, Fridericum, Waldrabum, & S[illegible] quartum. Huius quoque filia Anna, nupſit Georgio baroni de Oxenſtayn.

9 SY-

9 SYMON ex Anna Landgrauia de Leuchtenberg progenuit Reynhardum, Wekherum, Elisabetam Henrico comiti à Wirtenberg & monte Pelgardi, Annam comiti à Mötfort, & tertiam Gulielmo domino à Rappolstayn, nuptas. Occubuit in acie aduersus Heluetios, bello à Lupoldo Austriæ duce suscepto, anno MCCCLXXXVI.

10 REYNHARDVS, & frater Wekher, progenuerunt, qui adhuc viuunt illius generis.

GENEALOGIA COMITVM DE VELdencz & Sarpruck.

1 ADALBERTVS comes de Sarprukh, episcopus Moguntinus erat: cuius soror nuperat Chunrado tertio Imperatori.

2 GEORGIVS comes à Veldencz, canonicus Spirensis, anno MCCII.

3 WALDRAMVS comes à Veldencz, episcopus Spirensis, consecratur anno MCCCXXX.

GENEALOGIA COMITVM DE SARvverda, unde comites à Moers defluxerunt.

1 IOANNES Margaretam comitissam à Sponhaym in coniugio habuit, & ex ea procreauit Henricum, Sigebertum, & Catharinam, SIMONIS comitis à Bytsch coniugem.

2 SIGEBERTVS comes à Moers, ex comitissa quadam Bauariæ, Ioannem comitem à Moers procreauit: qui ex ducissa à Lympurg Claram tulit filiam, comitis à Cleue coniugem.

3 HENRICVS Sigeberti frater, comes à Sarawerda, ex Helena comitissa à Leyningen tulit Fridericum episcopum Coloniensem, & alterum quendam Fridericum comitem.

4 FRIDERICVS comes à Saravverda, ex comitissa de Salmis genuit Theodericum præsulem Coloniensem, & Henricum comitem.

5 HENRICVS hoc nomine secundus, ex comitissa de Cleue, Vincentium filiũ protulit, & tres filias: vnam desponsatam comiti ab Horn, alteram domino à Blankenhaym, & tertiam comiti de Berge.

6 VINCENTIVS ex comitissa quadam Bauara, Fridericum filium genuit.

7 FRIDERICVS ex baronissa à Roedebach, tulit Bernhardum, & filiam nuptam comiti de Widen.

8 IOANNES Friderici primi filius, & secundi Henrici frater germanus, ex comitissa à Leyningen procreauit Iacobum.

9 IACOBVS comes de Sarvverda & Moers, ex comitissa à Sonneberg, genuit Iacobum, Ioannem & Nicolaum.

10 IOANNES ex Anna comitissa de Monte, vnicam filiam Catharinam reliquit, Ludouico comiti à Nassau nuptam.

11 NICOLAVS Ioannis frater, ex ingenua quadam de Feynstingen, duas filias tulit: Ioannam comiti Rheni nuptam, & Anastasiam comiti ab Eysenberg. Horum comitum erant in Westrafia, Sarvverda, Buckenhaym, Diembrigen, Pfingstingen, Otuuiler, Hohenburg, & Bocherbach.

GENEALOGIA COMITVM A SPONhaym, hanc quære libro sexto, inter Carnorum comites.

GENEALOGIA BARONVM A Bremberg.

MICHAEL dominus à Bremberg, floruit circa annum MCCCXXX. cuius filia nupsit Rudolpho comiti à Werthaym.

MICHAEL secundus, prioris natus, Wilhelmum reliquit.

WILHELMVS genuit Michaelem, Erasmum & Ludouicum.

MICHAEL hoc nomine tertius, Wilhelmi filius, Georgium progenuit.

GEORGIVS Michaelem reliquit vltimum.

GENEALOGIA BARONVM A MOERspergconsequi nequiuimus, haud ignari antiquissimam hanc esse stirpem.

GENEALOGIA COMITVM AB Eberstayn.

1 EBERHARDVS in coniugio habuerat Hedwigem, filiam Henrici Imperatoris primi, cognomento Aucupis, & possederat castrum Hegouiæ Duellum nomine, quod hodie Altum Tuiellum dicunt. Eius fundationes pleræq; leguntur in scriniis monasterii proximi, quod in insula lacus Brigantini Reychenavv vocant. Porro Heduigis S. Galli cœnobium ab Hungaris destructum renouauerat.

2 BERCHTOLDVS ex Adelhaide comitissa Hugonem, Theodericum & Eberhardum secundum progenuit: & circa annum Domini MCXLVIII. cœnobium in nigra sylua nominatissimum construxit, quod Herrenalb, hoc est, dominorum Albiam vocant.

3 EBERHARDVS secundus genuit Henricum, & Cunradum præsulem Spirensem, qui sedit anno currente, MCCXXXVII.

4 HENRICVS tulit alterum Henricum, & Ioannem, & Theodericum archiepiscopum Moguntinum, captum ab Alberto duce Brunsuicensi, anno MCCLVII.

5 HENRICVS hoc nomine secundus, floruit circa annum MCCXCVIII. & tres filios procreauit, Berchtoldum secundum, Wilhelmum & Othonem: quorum erat adhuc in humanis Berchtoldus anno salutis MCCCXXX.

6 IOANNES Henrici secundi frater germanus, ex comitissa à Bytsch, circa annum Domini MCCCLXX. Berchtoldum tertium produxit.

7 BERCHTOLDVS tertius, ex Margaretha comitissa ab Oetingen, Wilhelmum secundum tulit, circa annum MCCCC.

8 WILHELMVS, secundus hoc nomine in genere, ex Margareta Pincernæ ab Erpach nata, Bernhardum comitem genuit.

9 BERNHARDVS ex baronissa de Feynstingen procreauit Bernhardum secundũ: & filias, Adelhaidem Friderico baroni de Hevven, & Agnetem Friderico comiti ab Helphenstayn, nuptas.

10 BERNHARDVS secundus, superioris filius, duos reliquit nostra memoria filios, Bernhardum tertium, & Wilhelmum: & quatuor filias, quorum Elisabeta nupsit Gabrieli Salamancæ Hispano, declarato comiti Ortenburgensi in Carinthia: Æmilia Nicolao iuniori comiti à Salmis, in Austria: Gertrudis præterea, Iulio comiti ab Hardekh Austriaco: & Praxedis libero domino Andreæ à Puechay in Austria marescalco, collocatæ fuere: omnes multorum matres filiorum. Quippe Elisabeta Ferdinandum & Bernhardum, comites Ortenburgenses: Æmilia Ekhium, Iulium & Nicolaum, comites à Salmis: Gertrudis quoq; tulit comites ab Hardekh quinq; numero, qui iam ad Rhamnusiæ dona, & reipublicæ administrationem omnes expectantur.

11 BRVNO comes ab Eberstayn.

GENEALOGIA COMITVM A LEYNIGEN, quorum est ditio supra VVeyssenburgum Rheni, in VVestrasia, vbi Furbach & Rtexingen: & in finibus Spiræ Nemetum, Laubshaym & Turkhaym possederant.

1 EMICHO ductor Germanici exercitus in Asiam, sub Chunrado Imperatore anno Domini MCXL. habuit fratrem Sigefridum, præsulem Spirensem, consecratum anno MCXXXVII.

2 EMICHO secundus, cuius germanus Guntherus Spirensis episcopus, cum Walthero à Lamershaym opulentissimnm illud in finibus Wirtenbergiæ cœnobium posuit, Mulbrunnum videlicet, Friderico primo imperante.

3 HENRICVS, cuius filii Wilhelmus Herbipolensis episcopus, & Henricus Spirensis præsul, consecratus circa annum MCCL.

4 LVDOLPHVS Babenbergensis episcopus fit, anno MCCLXXXV.

5 FRIDERICVS comes à Leyningen, interfuit ludis Martialibus apud Ingelhaym celebratis, anno MCCCXXXVII. cuius frater Ernicho, consecratur in Spirensem episcopũ anno MCCCXII.

6 GOTOFRIDVS comes à Leyningen, in archiepiscopum Moguntinum eligitur anno MCCCXCV.

GE-

GENEALOGIA COMITVM DE *VVerthaym.*

1 POPPO floruit circa annum MCCC.

2 RVDOLPHVS coniugem habuit à Bremberg, quæ hoc dominium marito dotis loco attulit.

3 EBERHARDVS progenuit Ioannem,& Rudolphum præsulem Herbipolensem, electum anno M CCCVIII.

4 IOANNES ex Friderici ducis à Dekh filia, procreauit Ioannem secundum, Albertum episcopum Bambergensem,& aliquot filias. Is partem dominii Mindelhavm, deficiente stirpe ducum à Dekh, coniugis videlicet hæreditatẽ, vendidit Rechpergiis in Sueuia, quorum vnus habuerat alteram filiam postremi ducis a Dekh.

5 IOANNES secundus procreauit Georgium comitem.

6 GEORGIVS genuit Eberhardum,& Ioannem canonicum Coloniensem.

7 MICHAEL habuit fratrem Ludouicum, commendatorem Rhodiensem, & Georgium filium, anno à nato Christo currente MDC.

GENEALOGIA SEMPER LIBERORVM *& Pincernarum à Lympurg, quorum est ditio in Kochertall.*

1 GEROLATVS floruit anno MCCXLV.

2 FRIDERICVS, ex comitissa ab Ottingen, Fridericum secundum produxit.

3 FRIDERICVS secundus, ex ducissa à Dekh, Chunradum reliquit.

4 CHVNRADVS, ex Itha de Wynsperg, Fridericum tertium genuit.

5 FRIDERICVS tertius, ex Elisabetha comitissa ab Hobenloe, cuius mater fuerat Hennebergensis, Fridericum quartum tulit, & Gotofridum antistitem Herbipolensem, anno electum MCCCCXL.

6 FRIDERICVS quartus, ex Susanna comitissa à Tierstayn, cuius mater fuerat domina a Blankhenburg, duos filios reliquit, Chunradum & Georgium.

7 CHVNRADVS cognomine à Geylindorf, ex comitissa a Montfort genuit Albertum.

8 ALBERTVS ex Elisabeta comitissa à Mörfort, cuius mater erat de I. a scala Christophorum procreauit, Albertum II. & Beatricem abbatissam in Kirchaym.

9 CHRISTOPHORVS genuit Fridericum & Albertum, quorum alter fuerat canonicus Argentinensis.

10 ALBERTVS, Erasmus & Ioannes, hodie agunt canonicos, potissimum Herbipolensi atq; Babenbergensi ecclesiis.

GEORGIVS, ex Margareta Sigismundi postremi comitis ab Hohenberg filia, Fridericum genuit, & Elisabetam Ludouici ab Helfenstayn comitis coniugem.

FRIDERICVS, ex baronissa à Schvvarczenberg Philippum progenuit, & Erasmũ episcopum Argentoratensem, qui adhuc in viuis est.

GOTOFRIDVS citatur in literis de anno MDX.

GEORGIVS episcopus Babenbergensis.

PHILIPPVS superioris Philippi natus, præpositum Babenbergensem agit.

GENEALOGIA BARONVM A RAPOLTENstayn, *qui à ducibus Spoletinis descendebant, & cognati fuerant ducum à Schiltach, & Vrsplingen, ac dominorum à VVynsperg. vnde & eadem hi insignia vsurpant, tres videlicet rubros clypeos in maiori albo.*

1 ROCHVS, ex prosapia Vrsinorum, marchionis Spoletini exulis filiorum alter, frater videlicet ducis à Schiltach, & alterius domini à Wynsperg, mercatus agrum in Alsatia, castrum ibi construxit, idq; à suo nomine familiæq; appellatione coniunctis vocibus Rokspoletio nominauit: quod postea deprauate Rapoltenstayn dici cœptum est.

2 ANSHELMVS, circa annum Domini 1292. capitur in Colmaria, ab Adolpho comite a Nassavv, Cæsare Romanorum: quod is in fide Alberti Austriaci, Cæsaris pariter electi, maneret.

3 WILHELMVS, floruit circa annum 1300. & Albertum procreauit.

4 ALBERTVS, floruit circa annum 1340. & Wolfgangum reliquit.

5 WOLFGANGVS, Maximum tulit, qui vixit anno 1420.

6 VDALRICVS, ex ducissa Lotharingiæ nullam prolem tulit.

7 BRVNO, Vdalrici frater germanus, genuit Ludouicum, Vdalricum secundum, & Suasinam.

8 SVASINAS, ex comitissa à Bytsch Casparum & Wilhelmum procreauit.

9 WILHELMVS, ex coniuge Burgunda a Mozar, tulit filios Wilhelmum, Georgium, & filiam locatam comiti a Lupfen. floruit anno 1490.

GENEALOGIA DOMINORVM ET BARONUM a Staufen Brisgouiæ, qui sunt aduocati cœnobii S. Trutberti in Nigra sylua.

WERNHERVS episcopus Constantiensis, anno 1200 10

GENEALOGIA BARONVM AB Oxenstayn.

1 ANONYMVS baro ab Oxenstayn, in coniugio habuerat Elisabetam, Gotofridi comitis ab Habsburg & Laufenburg natam: cuius soror Adelhaida nupsit Rudolpho marchioni Badensi. vixit anno 126 .

2 WILHELMVS, claruit anno Salutis 1290. qui ex filia Rudolphi Habsburgēsis Cęsaris, dum adhuc priuatus erat, tulit Henricum, & Ioannem episcopum Argentoratensem, electum contra Hermannum de Tycrstayn, & Ioannem a Dierphaym.

3 HENRICVS, ex filia Theobaldi comitis Pfyrtetarum, procreauit Osualdum, & Arnoldum canonicum Spirensem: qui electus fuerat in præsulem, sed possessionem cōsequi non potuerat. floruit Henricus anno 126 . 20

4 OSVALDVS ex baronissa a Ramsteyn, circa annum 1348. Ottonem genuit & Ioannem præpositum Argentinensem, electum ibidem in antistitem aduersus Fridericum baronem de Blankenhaym.

5 OTHO, ex filia Lupoldi ducis Austriæ Volkmarū produxit, qui claruit hoc cognomine anno Salutis relatæ 1420.

GENEALOGIA BARONVM A BREMBERG.

MICHAEL dominus à Bremberg, floruit circa annum 1330. Cuius filia nupsit Rudolpho comiti a Werthaym. 30

MICHAEL secundus, prioris natus, Wilhelmum reliquit.

WILHELMVS genuit Michaelem, Erasmum, & Ludouicum.

MICHAEL hoc nomine tertius, Wilhelmi filius, Georgium progenuit.

GEORGIVS, Michaelem reliquit vltimum.

GENEALOGIAM baronum a Morsperg consequi nequiuimus, haud ignari antiquissimam hanc esse stirpem.

LIBRI TERTII FINIS.

ICON

ICON PAEONIS SIVE
Pannonis antiqui.



LIBRI QVARTI ADNOTATIONES, super vestitu Pæonum.

DE VESTITV, LINGVA ET MORIbus Pannoniorum.

VESTITVS Pannonum rationem ac ritum describit Dion Cassius, libro historiæ suæ XLIX. in hæc verba: ἐπεὶ δ᾽ οὗτοί τε ἀπηλλάγησαν, καὶ οἱ ἄλλοι κατεστρέψαντο, μηδὲν ἀξιόλογον πράξαντες, ἐπὶ Παννονίους ἐστράτευσεν, ἔγκλημα μὲν οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιφέρων (οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἠδίκητό τι ὑπ᾽ αὐτῶν), ἵνα δὲ δὴ τούς τε στρατιώτας ἀσκήσῃ ἅμα, καὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων τρέφῃ, πᾶν τὸ τῷ κρείττονι τοῖς ὅπλοις ἀρέσκον, δίκαιον εἶναι τοῖς ἀσθενεστέροις τιθέμενος. οἱ γὰρ δὴ Παννόνιοι οἰκοῦσι μὲν πρὸς τῇ Δαλματίᾳ, παρ᾽ αὐτὸν τὸν Ἴστρον, ἀπὸ Νωρικοῦ μέχρι τῆς Μυσίας τῆς ἐν τῇ Εὐρώπῃ, κακόβιοι δὲ ἀνθρώπων εἰσίν, οὔτε γὰρ γῆς, οὔτε ἀέρος εὖ ἥκουσιν, οὐκ ἔλαιον, οὐκ οἶνον, πλὴν ἐλαχίστου, καὶ τούτου κακίστου γεωργοῦσιν, ἅτε ἐν χειμῶνι πικροτάτῳ τὸ πλεῖστον διαιτώμενοι, ἀλλὰ τάς τε κριθὰς καὶ τοὺς κέγχρους καὶ ἐσθίουσιν ὁμοίως καὶ πίνουσι. νομίζονται δ᾽ οὖν ἀνδρειότατοι πάντων ὧν ἴσμεν ἀνθρώπων εἶναι. θυμικώτατοι γὰρ καὶ φονικώτατοι, ἅτε μηδὲν ἄξιον τοῦ καλῶς ζῆν ἔχοντες, εἰσί. ταῦτα δὲ οὐκ ἀκούσας, οὐδ᾽ ἀναγνοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ μαθὼν, ὡς καὶ ἄρξας αὐτῶν, οἶδα. μετὰ γὰρ τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν, τῆς τε Δαλματίας, ἧς ποτε καὶ ὁ πατήρ μου χρόνον τινὰ ἦρξε, καὶ τῆς Παννονίας τῆς ἄνω καλουμένης προσετάχθην. ὅθεν ἀκριβῶς πάντα τὰ κατ᾽ αὐτοὺς εἰδὼς γράφω. ὀνομάζονται δὲ οὕτως, ὅτι τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐκ τῶν ἱματίων τρόπον τινὰ ἐπιχωρίως τοὺς καὶ κατατέμνοντες καὶ προσονομάζοντες συρράπτουσι. καὶ οἱ μὲν εἴτ᾽ οὖν διὰ τοῦτο, εἴτε καὶ δι᾽ ἄλλο τι οὕτως ὠνομάδαται. τῶν δ᾽ Ἑλλήνων τινὲς τἀληθὲς ἀγνοήσαντες, Παίονας σφᾶς προσεῖπον, ἀρχαῖον μέν που τοῦ ὀνόματος τούτου ὄντος, οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖ, ἀλλ᾽ ἔν τε τῇ Ῥοδόπῃ, καὶ πρὸς αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ, τῇ μέχρι τῆς θαλάσσης. Et quæ plura sequũtur, quæ Latino sermone reddita sic habent: Postquam igitur alii fusi fugatiq; essent, alii vero in potestatem hostis redacti, nihil laude dignum egissent, in Pannonias arma vertit. Et criminationem quidem nullam inserebat (neq; enim vlla in re ab ipsis iniuria affectus erat) verum vt & simul milites exerceret, & ex alieno stipe aleret, æquum existimans, omnia pro libidine potentioribus armis, quæ possiderent imbecilliores, cedere debere. Pannonii vero prope Dalmatiam habitant, ad ipsum Istrum, a Norico ad Mysiam vsq;, quæ est in Europa. Atqui omnium mortalium cum vitam durissimam agant. (neq; enim terra neque aere fruuntur temperatis) non oleum, non vinum, excepto paucissimo, eoque acidissimo, agris illorum agricolis inest, per hyemem asperrimam vel plurimum victitantes, ordeum solum & milium edunt similiter & bibunt. Fortissimi igitur ob hæc omnia quæ scimus, habentur: iracundi maxime, nec non truculentissimi sunt, quippe nullo suauioris vitæ lenocinio irretiti. Hæc vero non audita solum, neq; lecta, sed reipsa expertus (vtpote qui & imperauerim ipsis) scio. Namq; post præfecturam Aphricæ atq; Dalmatiæ, cui per aliquod tempus pater etiam meus præfuerat, superior mihi Pannonia decernitur. Hinc igitur exacte edoctus, de rebus ipsorum singulis gestis scribo. qui ex eo vocati sunt, quoniam sagula manicata ex palliis quibusdam, pannos patrio more quodammodo incidentes & nuncupantes, consuunt. Itaq; sane hi, siue propter hoc, siue etiam subsit alia causa huius nominis, tamen ita nominãtur. Etsi quidam Græcorum a vero aberrantes, & ignorantia ducti, Pæonas ipsos appellarint. Vetus quidem hæc nominatio est: attamen non ibi, sed in Rhodope tum atq; Macedonia habitarunt, quæ protenditur nostris temporibus ad mare vsq;. Quapropter ego hos quidem Pæonas, illos vero Pannonios (quemadmodum seipsos nimirum, & ipsos Romani nominant) appellabo. Hæc ille. Quo loco apparet, Pannonios veteres vestimenta ex pannis incultis gestasse, quales hodie adhuc, qui Pannonias colunt Hungari ferunt tunicas manuleatas angustas, & corporis artus exprimentes. Cæterum quod dicit, patria lingua appellasse Pannos, vnde Pannoniæ nomen ortum sit, declarat hoc ipsum, à Romana lingua non multum diuersa vsos fuisse. Id quod & Velleius Paterculus asseuerare videtur: In omnibus Pannoniis (inquit) non disciplinæ tantummodo, sed linguæ quoq; noticia Romanæ, plerisq; etiam literarum vsus, & familiaris erat animorum exercitatio. Cæterum Pannonios etiam pileos pelliceos gestasse, forte vt hodie Transyluanis Walachis in more est, docet Vegetius libro primo de Re militari, capite 2[illegible]. Vsq; ad præsentem prope ætatem (inquit) consuetudo permansit, vt omnes milites pileis, quos Pannonicos vocabant, ex pellibus vterentur. Quod propterea seruabatur, ne grauius galea videretur homini in prælio.

INCIPIT LIBER MIGRATIONVM QVARTVS, DE PAEONVM SIVE PANNONIOrum gente, & eorum in tractum Illyrici occidentalis immigratione, initiis & reliquiis: authore WOLFGANGO LAZIO Viennense, Historico regio.

10 PÆONAS, siue Pannonios, inter Illyrios olim adnumeratos, & eorum fuisse colonos, magnamq; veteris Illyrici partem quondam occupasse, deniq; ad Tiberii primi hoc nomine Cæsaris vsq; tenuisse ætatem, Appianus Alexandrinus, in libro quem Illyricũ inscripsit, est author, cum ait: Pæones vero, natio ingens, circa Istrum per longum incolens, ab Iapodum populis, supra Dardanos protenditur. Hi Pæones à Græcis, à Romanis Pannonii appellantur: & ab illis, vt præmisimus, inter Illyrios adnumerati sunt. De quibus nunc mihi Illyriorum res recensenti, videtur differendum. Gloriosi hi admodum ob Macedonum Agrianos, qui potissimum Philippo & Alexandro in bellis præstiterunt: quoniam & hi Pæones fuerunt, ex his qui inferiora incolunt, ab Illy-

Paones Illyriorũ coloni.

20 riis coloni editi. Cæterum cum Cornelius aduersus Pæonas exercitum deducens, turpiter reiectus esset, ingens Pæonum fama, vniuersam formidine concussit Italiam: ac deinceps per longum tempus, qui consulatum apud Romanos gerebant, haudquaquam Pæonas bello adgredi ausi sunt. Et hæc iampridem tam ingentia de Illyriis & Pæonum populis scrutando reperi. In Cæsaris vero Commentariis, eius qui Augustus cognominatus est, nihil antiquius de Pæonum gente perscriptum legi. Hæc ille. Quæ satis docent, Pæonum siue Pannoniorum nationem ab Illyriis, Gallica gente admissam, in tractum Sauo, Istro ac Cætio monte conclusum. Nam etsi Pæoniæ Græci authores antiqui mentionem faciant, & à Pæone Priami filio deducant, ea tamen late à Sauo Dauubioq; in Macedonia prouincia fuit, vbi hodie inter Seruiam, Rasciam, Bosniam, Albaniamq; agri fertiles, superatis Scu-

Duplex Pannonia.

30 porum montanis visuntur. Atque eorum agrorum populos Homerus nominatim recenset: & Pæonem Endymionis & Epei, illius fatalis equi structoris fratrem, victum cursu à Germano, in Thraciam & Macedoniam sedes mutasse, poetæ scribunt. Altius originem repetit Berosus Chaldæus, à Bannone videlicet Mæsæ filio, Aramei nepote, & Sami primogeniti Noæ pronepote, nomenclaturam accepisse tradens. Mæsam quippe ex Armenia, & patris Aramei regno discedentem, cum aliqua suorum manu, totum eum tractum insedisse, qui est à Mæsembria Ponti Euxini, vsq; ad Adulam montem Rhætiæ. cuius filii postea, Getus a littore ponti ad Tyram fluuium, Tyrogetarum regionem: Dacus Daciam, à Tyra ad Marisium fluuium vsq;: Thynnus oram Danubianam cum Istro cognato: & Bannon, inter Sauum Istrumq; fluuios Pannoniam auspicati fuerunt, atq; nominibus insigniuerunt:

Fabula Pannonia nominis, & prouinciæ.

40 cum pater vtramq; à se Mœsiam, vbi cum suis colebat, denominasset. Porro aliter ex fide Græca minus fabulose initia huius & nominis & gentis deducere videtur Appianus Alex. in historia Illyrica. Asserunt eius prouinciæ cognomen (inquit) ab Illyrio Polyphemo ortum habuisse. Polyphemo quippe Cyclopi ac Galatheæ, Celtum & Illyrium & Gallum filios extitisse: eosq; ex Sicilia progressos, Celtis & Illyriis & Galatis, ab ipsis cognomen assumentibus, imperitasse. Et hæc mihi inter pleraq; à multis memorata placuere. Illyrio deinde filios, Achillem, Autarium, Dardanum, Medum, Taulantium, Perrhœbumq; referunt: filias quoq; Partham, Daortam, Daseram, aliasq;: à quibus Taulantii, Perrhœbi, Achillei, Autarici, Dardani, Partheni, Dasaretũ, Darsiiq; prodiere. Autario ipsi Pannoniũ, vel Pæonum potius, & Scordiscum filios fuisse aiunt: Pæoni Tribalum: a quibus pariter nationũ

50 cognomina traducta sunt. Hæc Appianus, fabulose magis quam veritate fundata, ad posteros de Pannonum origine scripta reliquit. Cæterum de Pæonia illa Macedonica, quæ prima omnium constituta a Pæone fuit, scribit Liuius Decade quinta: & salis hanc prouentu celebrat, vnde Macedones & Dardani sustinebantur. Nam cum Macedoniæ administrationem constituisse Paulum Æmylium dixisset, addit: Metalla quoq; auri & argenti non exerceri, ferri & æris permitti: vectigal exercentibus dimidium eius impositum, quod pependissent regi. & sale inuecto vti vetuit. Dardanis repetentibus Pæoniam, quod & sua fuisset, & continens esset finibus suis, omnibus dare libertatem pronunciauit, qui sub regno Persei fuissent. Post non impetratam Pæoniam, salis commercium dedit. tertiæ regioni imperauit, vt Stobos Pæoniæ deueherent: precjumq; statuit. Hæc Liuius. Huius itaque pro-

Pæonum in Pannoniã transmigratio.

uinciæ incolas siue colonos, ab Illyriis admissos in tractum Sauo Istroque fluuiis, & Cætlo monte, siue Celticis alpibus comprehensum, Appianus tradit: à quibus nimirum nouam isthic Pæoniam, quæ a Romanis Pannonia postea fuit dicta, auspicatam coniicimus. Verumenimuero quo potissimum tempore illa transmigratio contigerit, ex his potest T. Liuii verbis colligi, qui libro decimo Decadis quartæ, cum Macedonicum bellum à Romanis aduersus Perseum Macedoniæ regem, & Gentium Illyriarum gestum describeret: De Philippo auxerat curam (inquit) Martius. nam ita fecisse eum quæ senatui placuissent, fatebatur: vt facile appareret, non diutius quam necesse esset, facturum. neq; obscurum erat, rebellaturum: omniaq; quæ tunc ageret, diceretq;, eo spectare. Iam primum omnem fere multitudinem ciuium ex maritimis ciuitatibus, cum familiis suis, in Æmathiam, quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia est, traduxit: Thracibusq; & aliis barbaris vrbes tradidit habitandas: fidiora hæc genera hominum fore ratus in Romano bello. Ingentem ea res fremitum in tota Macedonia fecit: relinquentesq; penates suos cum coniugibus ac liberis, pauci tacitum dolorem continebant: execrationesq; in agminibus proficiscentium in regem, vincente odio metum, exaudiebantur. Hæc Liuius. qui rursus libro tertio Decadis quintæ, Carnunti Illyriorum oppidi meminit: quo videlicet è bello Macedonico legatus properabat, duobus iam municipiis expugnatis. Carnuntum vero, de quo loquitur Liuius, non solum Ptolemæus libro secundo Geographiæ, & Antoninus in suo itinerario, sed Velleius Paterculus insuper, Plinius, Spartianus, Eutropius, Orosius, & Codex præfecturarum Rom. in Pannonia superiori, siue prima, haud procul à Norici limitibus, delineant. Ita enim auspicatur librum tertium Liuius, cum de Persei cladibus præcedenti hunc libro disseruisset: Eadem æstate, qua in Thessalia equestri pugna vicere Romani, legatus in Illyricum à consule missus, opulenta duo oppida vi atq; armis coegit in deditionem: omniaque his sua concessit, vt opinione clementiæ eos qui Carnuntem munitam vrbem incolebant, alliceret. Hæc ille. quæ ostendunt, nondum victo Perseo, Illyrios Gallicam gentem, cum vniuersum adhuc tractum tenuisse, vbi postea noua Pæonia propagabatur: quam Romani, siue à Paunone Mæsi filio, vt Berosus est autor, siue a pannorum centonibus, quibus arctim populi vestiebantur, vt Dion scribit, Pannoniam nuncupauere. Atque hanc victo Perseo, nominis mutationem, gentisq; transmigrationem contigisse credendum est: cum Pæones Romanorum arma declinaturi, ad Istrum procul fuga se reciperent: quos multis postea seculis elapsis, Octauianus Augustus, eiusq; priuigni Tiberius & Drusus, horumq; rursus filii Agrippa & Germanicus, victis in acie illorum regibus Batone & Pynnete, ita paulatim debellarunt, vt terram postremo in prouinciæ formam redegerint: Siscia, Sabaria, Aquinco, & Carnunto, coloniis deductis, & legionibus pro limite dispositis. Quippe Appianus Alexandrinus in Illyrico, cum Augusti Cæsaris res gestas recenset: Cæsar per Pæonum tellurem (inquit) cum & hi nondum Romanis paruissent, in eos profectus est. Nemorosa quippe Pæonum regio est, & à Iapodum populis vsq; Dardanos protenditur. Pæones nullas vrbes habent, agros duntaxat & villas per cognationes possident, neq; iudicia communia illis adsunt, neq; principes qui cæteris præsint. Ipsi centum millia virorum ætate ad bellum integra vtiq; habebant: verum imperio carentes, minime in vnum congregarant. Appropinquante Cæsare, ad syluas delati fuga, si quos ex Romanis palantes reperissent, occidebant. Cæsar quoad illos ad se venturos credidit, neq; villas neq; agros eorum depopulatus est. Nō accedentibus, ignem omnibus immisit, & per continuos octo dies maximis affecit cladibus. Quibus in Segestanorum & Pæonum regionem, vsq; ad Saum fluuium est profectus. Huius in ripa ciuitas latissimo fluuio & ingenti fossa munita considet: qua ex causa potissimum Cęsar illam inuasit, veluti belli horreum in Dacos Bastarnasq;, qui vltra Istrum incolunt, habiturus. Idem fluuius his in locis Danubius dicitur: nec multo deinde inferius elapsus, vberioribus aquis pro Danubio Istri nomen adsumit: Saus autem Istrum influit. Hæc Appianus. Qui rursus sub finem libri: Eam ob rem triumphus (inquit) Illyrius à senatu Cęsari decretus est, quem post deuictum tandem egit Antonium. Residui deinde Illyriorum habebantur ante Pæones à Romanis Rhætii, post Pæones Norici Mysiiq;, qui ad Euxinum vsq; Pontum incolunt.

Etymon & origo Pannoniæ nominis.

Situs & qualitas terræ Pannoniæ.

Rhætios igitur & Noricos existimo Caium Cæsarem, cum aduersus Celtas depugnaret, subegisse: aut Augustum, cum Pæonas adgrederetur, bello superasse. Hæc ille. quæ magno testimonio sunt, Cai Iulii Cæsaris tempore, Illyrici portionem a Sao ad Istrum extentam, à Pæonibus iam fuisse habitatam. Nam & Sai & Danubii fluuii Appianus hic obiter mentionem facit, simul & Segestanorum: quæ omnia in sæpe dicto Illyrici tractu (in quo etiam potior regni Hungariæ portio considet) ab authoribus tam recentioribus quam vetustis describuntur. Atqui Iordanes in libro de Successione regnorum & temporum,

Aug-

Auguſti primum tempore Pannoniam Romano nomini acceſſiſſe adſerit, cum de Noricis locutus fuiſſet: Nec minore his ſæuitia (ait) Illyrici pariter accenduntur: contra quos Auguſtus è vicino egreſſus, pontem vnde aqua trãſiret, fieri imperauit. Dumque aquis & hoſtibus ad aſcenſum milites turbarentur, ſcutum ipſe rapuit, & viam primus ingreſſus eſt. Tum agmine facto, cum ſub motus multitudine pons ſuccidiſſet, ſaucius manibus & cruribus ſpecioſior ſanguine, & ipſe periculis auguſtior terga hoſtium cecidit. Pannonii vero duobus ſaltibus, tribus fluuiis, Drao, Sao, Hiſtroque vallantur. Contra quos Duennium miſit, qui eos plus fœliciter vicit, quam eorum flumina curſu rapido currunt. Dalmatæ ſimiliter ſyluis commorantes, plurimam partem latrocinando vaſtabant. Ad quos edomandos Vibium amandat: qui efferum genus fodere terras coegit, aurumque è venis repurgare. Mœſi vero quam feri, quam truces erant, vt vnus ducum ante aciem poſtulato ſilentio, Qui vos eſtis? inquit. reſponſum eſt, Romani gentium Domini. Et ille: Ita fiet (inquit) ſi vos viceritis. Sed mox ad bellum ventum eſt, nec claſſicum audire valuerunt. Sic à Martio ſuperati ſunt. Porro linguam Pæonum moreſque à cæteris Gallicis Illyridis nationibus fuiſſe diuerſam, non dubito: in eo præcipue, quod nullos videlicet hi principes, nullaſque ciuitates habuerint, rari tantum, vt inculti homines, & in villis degentes. Cæterum de eo ipſo Octauii Auguſti ſuſcepto in Pannones bello, Strabo & quarto & ſeptimo meminit. & Suetonius in hiſtoria Auguſti, capite XXI ita ſcriptum reliquit: Dum in hac parte Imperii omnia geruntur proſperrime, (loquitur autem de Pannonia) accepta in Germania clades. ſub legato M. Lolio, homine in omnia pecuniæ quam recte faciendi cupidiore. Subſcribit Suetonio & Appiano, Feſtus Ruffus: Sub Iulio & Octauio Cæſaribus (inquit) per Alpes Iulias iter factum: Alpinis omnibus victis, Noricorum prouinciæ acceſſerunt, Batone Pannoniorum rege ſubacto. Hæc ille. Ita, cum principia eius belli Octauium poſuiſſe conſter, finem tamen Tiberius Nero & Claudius Druſus fratres Germani, Auguſti videlicet ex Liuia priuigni, & poſtea horum filii Agrippa & Germanicus impoſuere. De quorum Tyberio Velleius Paterculus, vetuſtus admodum autor ſcribit in hunc modum: Cum vniuerſa Pannonia, & adulta viribus Dalmatia, omnibuſque tractus eius gentibus in ſocietatem adductis, conſtitit, arma corripuit: tum neceſſaria glorioſis præpoſita, neque tantum viſum, addito in interiora exercitu, vacuam tam vicino hoſti relinquere Italiam. Gentium nationumque quæ rebellauerant, numerus amplius à CCC millibus explebant, CCI ferme peditum colligebantur: armis habilia equitum IX. Cuius immenſæ multitudinis pars, acerrimis & peritiſſimis ducibus, properare in Italiam decreuit, iunctam ſibi Naupacti & Tergeſtis confinio: pars in Macedoniam effugerat, pars ſuis ſedibus præſidium eſſe deſtinauerat. Proxima duobus Batoni & Pynneti ducibus authoritas erat. Et iterum idem ſcribens: At Tiberius Cæſar (inquit) quam certam Hiſpanis parendi confeſſionem extorſerat? partem Illyriis Dalmanſque, Rhætiam autem & Vindelicos, ac Noricos Pannoniamque nouas Imperio noſtro ſubiunxit prouincias. Hæc ille: quæ de Druſo Cæſare Tiberii fratre, Florùs & Oroſius referunt. quorum ſcilicet poſterioris, hæc in hiſtoriæ illius libro ſexto, capite vigeſimo, verba leguntur: Druſus (inquit) priuignus Cæſaris, Galliam Rhætiamque ſortitus, maximas fortiſſimaſque gentes Germaniæ armis ſubegit. nam tunc, veluti ad conſtitutum diem pacis feſtinarent, ita omnes ad experientiam belli, deciſionemque fœderis, vndatim gentes commouebantur, aut ſuſcepturæ conditionem pacis, ſi vincerentur: aut vſuræ quieta libertate, ſi vincerent. Norici, Pannonii, Dalmatæ, Myſii, Thraces & Daci, Sarmatæ, plurimique & maximi Germaniæ populi, per diuerſos duces vel ſuperati, vel repreſſi. Hæc Oroſius. Adhæc & Germanicum Druſi filium in Pannonibus ſubiugandis fuiſſe occupatum, eoque in bello Lucii Piſonis ac Lepidi opera vſum, claſſici hiſtoriarum autores adſeuerant. Sic Cor. Tacitus libro primo hiſtoriæ Auguſtæ: Nunciata ea, Tiberium lætitia curaque affecere. Gaudebat oppreſſam ſeditionem: ſed quod largiendis pecuniis, & miſſione facta, fauorem militum quæſiuiſſet, bellica quoque Germanici gloria angebatur. Retulit tamen ad ſenatum de rebus geſtis, multaque de virtute eius memorauit, magis in ſpeciem verbis adornata, quam vt penitus ſentire crederetur. Paucioribus Druſum, & finem Illyrici motus laudauit: ſed intentior & fida oratione. cunctaque quæ Germanicus indulſerat, ſeruauit, etiam apud Pannonicos exercitus. Huc pertinent hæc Velleii Paterculi loca: Dum ea (ait) quæ prædiximus, in Pannonia Germaniaque geruntur, atrox in Thracia bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accenſis, Lucii Piſonis, quem hodieque diligentiſſimum, atque eundem leniſſimum ſecuritatis vrbanæ cuſtodem habemus, virtus compreſſit Quippe legatus Cæſaris, triennio cum his bellauit, genteſq; ferociſſimas, plurimo cum earum excidio, nunc acie, nunc expugnationibus in priſtinum pacis redegit modum. Qui

rurſus de Lepido loquens: Hyems (ait) emolumētum patrati belli contulit. Sed inſequenti æſtate, om[illegible]is Pannonia reliquiis totius belli in Dalmatia manentibus, pacem petiit, ferocem illam tot millium iuuētutem paulo ante ſeruitutem minatam Italiæ, conferentem arma quibus vſa erat apud flumen nomine Bathinum, proſternentemque ſe vniuerſam genibus Imperatoris, Bathonemque & Pynnetem excelſiſſimos duces, captum alterum à ſe, deditum alterum, iuſtis voluminibus ordine narrabimus, vt ſpero. Autumno victor in hyberna reducitur exercitus: cuius omnibus copiis à Cæſaribus Lepidus præfectus eſt, vir nominis ac fortunæ eorum proximus. Porro tribuit & Agrippæ, filio Tiberii, ſubiugatæ Pannoniæ laudem Velleius, quem in hiſtoria ſcilicet ſua allocutus: Ego tecum Imperator (ait) in Armenia, ego in Rhætia fui: ego a te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego Germania donatus ſum. Suetonius in Tiberii hiſtoria, non armis Pannones, eorumque regem, ſed muneribus ſubieciſſe ſcribit: Batonem Pannonum ducem (ait) ingentibus donatum præmiis, Rauennam tranſtulit, gratiam referens, quod ſe quondam cum exercitu iniquitate loci circūclusum, paſſus eſt euadere. hæc ille. Ex quibus omnibus iam conſtat, ſub CHRISTI Saluatoris noſtri ætatem, victis & ſubiugatis Pannonibus, tertiam in eum terræ tractum, per quem hodie Hungaria extenditur, gentem immigraſſe: nempe Romanorum. de quorum republica in his finibus, prouinciarumq; ſecus Iſtrum adminiſtratione, in noſtris Romanæ reipublicæ Commentariis prolixe tractamus.

Quādo Romani Pannoniā subegerint.

Iam porro, antequam colophonem huic capiti imponamus, quod antea prefatus ſum, aliam Pæonum à Gallica, nec eam admodum à Romana diuerſam, linguam extitiſſe docebo. Mitto hic interim, quod regibus vrbibuſque caruerint, vt antea eſt demonſtratum: tranſeoque, quod Illyriis bello ab Auguſto petitis, ſuppetias ferre neglexerint Pęones: Celtiſque deuictis, ipſe Caius Iulius Cæſar, Pæonum nationem, vt incultam pauperemque, bello adoriri contempſerit: quæ ex Appiano cuncta colligi poſſunt. At ſaltē clara ſunt hæc Cor. Taciti verba, in libro de moribus Germanorum: Non minus valent retro (inquit) Marſigni, Gothini, Oſi, Burii: terga Marcomanorum Quadorumque claudunt: è quibus Marſigni & Burii ſermone cultuque Sueuos referunt. Gothinos Gallica, Oſos Pannonica lingua coarguit non eſſe Germanos, & quod tributa patiuntur. Ad quod pertinet & illud Paterculi: In omnibus Pannoniis non diſciplinæ tantummodo, ſed linguæ quoque notitia Romanæ, pleriſque etiam literarum vſus, & familiaris animorum erat exercitatio. Itaque Hercules nulla vnquam natio tam maturo conſilio belli bellum iunxit, & decreta patrauit. Confirmat hæc omnia quæ adduximus, quod Vopiſcus refert in hiſtoria Aureliani, Apollonium videlicet illum Tyaneum, Aureliano Cæſari recipienti ſe in tentorium, ea forma qua videbatur ſubito adſtitiſſe, atque hæc Latine, vt homo Pannonius intelligeret, verba dixiſſe: Aureliane, ſi vis vincere, nihil eſt quod de ciuium meorum nece cogites. Fuit autē Aurelianus natione Pannonius, vtpote apud Sirmium ortus. Hæc omnia eiuſmodi ſunt, quæ doceant, Pannonum gentem, ſiue potius Pæonum, circa tempora Perſei, ab Illyriis Gallica natione vt colonos admiſſos, in eam videlicet prouinciam per quam nunc regnum Hungariæ cis Iſtrum extenditur: eoſque alterius plane à Gallica ſiue Germanica linguæ extitiſſe, nec admodum à Romana diuerſæ. Hinc illud eſt Tranquilli in Tyberio: Sub idem fere tempus, Quintilius Varus cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante quin victores Germani iuncturi ſe Pannoniis fuerint, niſi debellatum prius Illyricum eſſet. Et hactenus de Pæonum per tractum Illyrici republica: quę vſque ad Auguſti Tyberiique Cæſarum imperia potens & inconuulſa manſit, donec cōfecti diutino à Romanis bello, victores intra viſcera agrorum ſuorum admiſere. qui Pannonum reliquiis mixti, deductis coloniis, ac nouis municipiis conditis, limite denique nouo conſtituto Illyrici occidētalis, quem Hiſtricum hi pariter appellarunt, quatuor præcipue legionibus firmatum, decima videlicet Germanica, decimaquarta Gemina, ac prima & ſecunda Adiutricibus, Imperatores in ea natos [illegible]erra orbi reliquere, Decium, Aurelianum, Diocletianum, Probum, Valentinianum, Iouianum, Valentem & Gratianum: qua de re in libro primo Commentariorum Reipub. Romanæ copioſius egimus.

Lingua Pæonum diuersa à Gallica.

Pannonum respublica quam diu steterit.

Imperatores in Pannonia nati.

Iam de prouincia ipſa ab his populis denominata, eiuſque à Romanis facta diuiſione, diſſerendum videtur. quam primus omnium Ptolemæus, Græcus author, diuiſit in eam quam appellat Παννονίαν τὴν ἄνω, & Παννονίαν τὴν κάτω: id eſt, ſuperiorem & inferiorem. Harum vero vtraque ſubdiuidebatur: ſuperior quidem in primam Ripārienſem ſiue Valeriam, & Sa[illegible]: Inferior autem, quæ & ſecunda, in Amantinam, Sirmienſem & Bubaliam. Atque [illegible]arum omnium crebra mentio apud claſſicos autores occurrit. Continebat vero prima Pannonia eum fere tractum, quem hodie Auſtria continet i[illegible]ferior, a Vienna vſque ad Sabariam & Gunſium: cu[illegible]us nominis meminiſſe videtur in libro Præfecturarum Marianus noſter,

Prima diuisio Pannoniæ.

noster, quippe qui præsidem consularem in Pannonia prima collocet: adiungens illi in laboris societatem, ducem Limitaneum, & vnum classium præfectum apud Comagenum. Huius Pannoniæ superioris pars quoque erat Valeria, Ripariensis quoque Pannonia Codici præfecturarum Rom. nuncupata, & Interamnensis alijs, eo quod inter amnes Sauum Drauumque, multisque irrigua fluentis propagaretur: vt hodie in tractibus Rakliersburgensi, Pætouiensi, Ciliciensique videre est, quorum agri quondam ad Valeriam pertinebant, de cuius nominis origine Am. Marcellinus libro decimo nono hæc scripta reliquit, in narratione rerum à Iuliano Cæsare gestarum: Rem igitur (inquit) emendaturus vrgentem, profectus cum instrumentis ambitiosus Imperator, vt dictum est, Valeriam venit, partem quondam Pannoniæ, sed in honorem Valeriæ Diocletiani quondam filiæ & institutam, & ita cognominatam: sub pellibusque exercitu diffuso, per Istri fluminis margines Barbaros obseruabat, ante aduentum suum velamento, Pannoniam furiim vastandam, inuadere hyeme durissima cogitantes. Et iterum libro decimo septimo: Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ secundam prospectat Pannoniam: parique fortitudine contra Valeriam, opes barbaricas ferendo, rapiendoq; occurrentia, militaris turba vastabat. Porro Sextus Ruffus, Valeriam vsque ad ripam Istri extendere videtur, & cum Pannonia superiore confundit, Quados tradens sub Augusto expulsos è locis Valeriæ, quæ sunt inter Danubium & Drauum. Cæterum Ripariensis Interamnensisque voces, non solum Sexto in Præfecturarum codice, verum aliis quoque historiarum autoribus celebrantur, alijsque prouinciis simili euentu accommodantur. Sic Lampridius in Alexandro: Multos (inquit) Persarum accepimus, eosdemque vendidimus, terras Interamnas, Mesopotamiæ scilicet, neglectas ab impura illa belua, recepimus. Et Vopiscus in vita Aureliani: Hi compressi sunt, septem millibus Hyberorum Ripariensium, & Castrianorum ac Daciscorum interemptis. Et de Valeria, siue Ripariensi hactenus. Cui adhærebat secus Saum fluuium tertia superioris sectio, quam autor Noticiarum præfecturarumque Romanarum peculiari vocabulo, ab interfluente nimirum fluuio, Sauiam vocat: & à Correctore, ex quatuor videlicet Correctoribus Romanæ reipublicæ vno, administratam docet. Quam sectionem Pannoniarum, affabre Plinius depingit libro tertio, capite vigesimoquinto. Habitantur inde (ait) glandifera Pannoniæ, qua mitescentia Alpium iuga, per medium Illyricum a Septentrione ad meridiem versa, molli in dextra ac læua deuexitate considunt. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat, appellatur Dalmatia, & Illyricum supra dictum. ad septentriones Pannonia vergit, finitur inde Danubio. In ea coloniæ, Æmona, Siscia. Amnes clari & nauigabiles in Danubium fluunt, Drauus è Noricis violentior, Saus ex alpibus Carnicis placidior, centum quindecim mille passuum interuallo. Drauus per Serretes, Serrapillos, Iasos, Sandrigetes. Saus per Colapianos, Breucosque. Populorum hæc capita. Præterea Arinates, Azali, Amantes, Belgites, Catthari, Corneates, Aerauisci, Hercuniates, Latouici, Oseriates, Varciani, mons Claudius: cuius in fronte Scordisci, a tergo Taurisci. Insula in Sao Metabartis, amnicarum maxima. Præterea amnes memorandi, Colapis in Saum influens, iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur: alter amnis Bacuntius, in Saum Sirmio oppido influit, vbi ciuitas Sirmiensium & Amantinorum. Inde quadraginta quinque mille passus Taurunum, vbi Danubio miscetur Saus. Supra influunt Valdanus, Vrpanus, & ipsi non ignobiles. Hactenus Plinius. Huc pertinent, quæ de ista Pannoniæ sectione Dion scribit libro quadragesimo nono loquens de bello Pannonico a Traiano suscepto: [illegible] μὲν Παίονας, τούτους δὲ Παννονίους, [illegible] Ῥωμαίων [illegible] [illegible] Τουσκίαν [illegible] Σαουον [illegible] & quæ sequuntur, quæ Latino sermone versa sic habent. Quapropter ego hos quidem Pæonas, illos vero Pannonios (quemadmodum nimirum & ipsi seipsos, & Romani eos nominant) appellabo. In hos igitur Cæsar exercitum ducens, primo quidem nondum prædas agebat, etiamsi suos vicos in plano existentes deseruissent. Sperabat enim ipsos sponte in deditionem venturos. Verum postquam ipsum in Tusciam præcedentem, iniuria affecerant, irritatus est, atque regionem ipsorum incendiis vastauit: & quicquid poterat, in prædam vertebat. Sed cum appropinquasset ciuitati, indigenæ statim ab ipsis primoribus persuasi, non solum deditionē fecere ultro ipsi, sed obsides insuper dederunt. quo facto, & portas obserauerunt, & præsidiu ad obsidionem sustinendam munierunt.

Valeria pars superioris Pannoniæ.

Sauia Pannonia.

Habebant siquidē muros præeminentes & firmos, & breuiter duobus confidebant amnibus nauigabilibus: quorum alter Colops dictus, non procul ab ipso ambitu circumlabens, in Saum non longe distantem illabitur. Quo fit, vt tota ciuitas aquis inclusa, irrigua sit. Quippe Tyberius ipsum fossa quadam magna ad hanc rem deduxerat, per quam in veterem alueum iterum redit. Atque tum prætereunte Colope propter ipsa mœnia per vnum alueum, per alterum vero paulo longius præterfluente Sauo, vacui aliquid relictum erat, &c. Quæ omnia Carniolensi ducatui, & Wyndorum marchæ nostro seculo quadrant: quibus finibus non solum Saus Drauusque defluunt, verum haud procul etiam Colapis in Saum confluit: vetusto adhuc nomine, etsi parum corrupto, Culpan incolæ dicunt. à cuius ostio & Segestica illa memoratissima insula conspicitur, in confinio marchæ Windorum, Croatiæ atque Hungariæ. Incolunt & hodie montem Claudium eius viciniæ à fronte, orientem contra, Rasciani, Scordiscorum fortasse posteritas: & à tergo Taurisci, in occidentem videlicet & Arctum diffusi, quos nostra ætas Teutonico idiomate, tanquam translata Latina voce, Styros dicunt. Manent & Sisciæ, episcopalis quondam ac coloniæ prærogatiua insignitæ ciuitatis, vestigia: quæ Sysacum vocant, paucis infra Sagrabiam, hodie episcopalem ciuitatem, milliariis. Hic non possum præterire inscriptionem Romanam, quæ Celeiæ in castro visitur, & Valeriæ mentionem facit, cuius & quondam Celeia colonia metropolitana fuerat.

Quæ hodie in tractu Saui sita sint.

T. VARIO CLEMENTI CL. CEL. PROCOS. AVG. PROVINCIAR. RHÆTIÆ MAVRETAN. CÆSARIENS. LVSITANIÆ CILITIÆ PRÆF. ALÆ BRITAN. PRÆF. EQVITVM AL. PANNONIORVM TRIB. LEG. XXX. VLP. PRÆF. COH. SDÆ GALLOR. MACEDON. VALERIÆ. VRBANVS, LICINIVS, SECVNDINVS, DECVRIONES ALARVM PROVINCIÆ MAVRETANIÆ CÆSAR.

Pannonia secunda.

Sed recipio me ad alterum diuisionis membrum, Pannoniam videlicet inferiorem, quę Secunda passim autoribus historiarum nominatur, & cui liber Notitiarum proconsulem ac ducem attribuit. Meminit huius vocis subinde Marcellinus, vt libro videlicet decimo quinto. In Illyrico exoritur alia clades, ad multorum pericula, ex verborum inanitate progressa. In prouincia Aphricani Pannoniæ secundæ Rectoris, apud Sirmium poculis amplioribus madefacti, &c. Et libro proximo: Cupiens itaque augustissima omnium sede morari diutius Imperator, vt ocio puriore frueretur, & voluptate, assiduis nunciis terrebatur & incertis, indicantibus, Sueuos Rhætias incursare, Quadosque Valeriam, & Satmatas, latrocinandi peritissimum genus, superiorem Mœsiam & secundam populari Pannoniam. Idem libro XVII. Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ, quæ secundam prospect[illegible] Pannoniam, parique fortitudine contra Valeriam. Et libro XXI: Vbi victorem (inqu[illegible] [illegible]pud Sirmium visum, scriptorem historicū exinde venire præceptum, Pannoniæ secun[illegible] Consularem præfecit, & honorauit ænea statua virum sobrietatis gratia multilaudum. Videtur alludere ad eandem Pannoniæ partem Spartianus, in historia Ælii Cæsaris. adoptatus autem Ælius Verus ab Hadriano, eo tempore quo iam, vt superius dictum est, parum vigebat, & de successore necessario cogitabat: statimque Prætor factus, & Pannoniis dux & rector impositus, mox consul creatus. Fuit autem intercapedo huius Pannonię ea ferme, quæ hodie est Hungariæ Cisdanubianæ. Quam quidem sectionem, seu partem dicere mauis, subdiuisam apud autores reperio, in Sirmiensem, Bubaliam, siue Budaliam, & Amantinam: harumq; primam, vel à Sirmio Tribalorum rege, ab Alexandro magno haud procul a Sauo in acie victo: vel à Sirmio colonia ac metropoli eius prouinciæ denominatam autumo. secundam à bobus forsan, quibus in hanc vsque ætatem ea pars fœcunda est: tertiæ Amantini populi, quorum inter Pannonicos & Plinius videtur nomen expressisse lib. 3. cap. 25. appellationem reliquerunt. Erat autem Sirmiensis Pannonia inter ostia Saui & Draui, vbi hodie nobilissimum prouenit vini genus, quod Sirmiense vocant, Germanice vulgo Sumicher wein. Cassiodorus lib. 4. Variarum cognitionum, cap. 13. Colossei mentionem facit, Sirmiensis Pannoniæ præsulis. Hanc intelligere quoque videtur Pannoniam Procopius lib. 1. Ad dextram Daci (inquit) Pannoniique incolunt, quibus ad aliorum locorum possessiones Singidones Sirmiique accedunt, & vsque ad Istrum fluuium eorum propagatur imperium. Porro Budalia Pannonia in eo erat tractu terræ sita, qui in comitatus Valconēsem ac Posegiensem diuiditur hodie ab Hūgaris, Bosniæ regno vicines. Meminit huius vocis & Aurelius Victor in Decio: Decius è Pannonia (inquit) Bubalia ortus, imperauit menses triginta. Et Iordnandes in libro de Temporum successione (Decius inquit) Pannonia inferiore Budalia natus, occisis Philippis vtrisque regnauit. Amantinos denique

Sirmiensis Pannonia.

Sextus

Sextus Ruffus in penitiore Pannonia recenset, scribens nominatim: Sub Iulio & Octauio Cæsaribus per Alpes iter factum: Alpinis omnibus victis, Noricorum prouinciæ accessere: Batone Pannoniarum rege subacto, in ditionem Pannoniæ venerunt. Amantinis inter Drauum & Sauum prostratis, regio Sauiensis & secundarum loca Pannoniarum obtenta sunt. Hic ego Pannoniam secundam proprie eam puto fuisse, vbi nostro seculo Buda, Alba regalis, & Vesprimium ciuitates sitæ sunt: quemadmodum Chorographia Hungariæ an[illegible] a nobis superioribus euulgata exhibebit. Ad delineationem porro huius sectionis facit, quod scribit Plinius libro te[illegible]tio, cap[illegible]te vigesimo quinto, paragrapho de Pannonia: In[illegible]ula in Sao Metubarris, amnicarum maxima: præterea amnes memorandi, Colapis in Saum influens iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Sequestica appellatur. Alter amnis Bacuntius in Saum Sirmio oppido influit: vbi ciuitas Sirmiensium & Amantinorum. Inde quadraginta quinque mille passus Taurunum, vbi Danubio miscetur Saus. Supra influunt, Valdamus & Vrpanus, & ipsi non ignobiles. hæc Plinius. Quæ si conferas cum comitatibus Hungariæ, quos hodie vocant Waraniensem, Simigiensem, atque Albensem, Pelisiensemque, inuenies his in finibus, etsi deprauatis nominibus antiquis, ea omnia quæ Plinius recenset. Metubarrim insulam faciunt confluentes Bozuthæ, quem Bacuntium Plinii reor, Biczki: & Valponis, quem Valdamum fortasse illius esse reor. Denique ciuitas Amantinorum sita fuerat, vbi hodie Quinqueecclesiæ celebrantur, vino nobili eius viciniæ, quod Simigiense Hungari, nos Schumatetweyn dicimus.

Pannonia Amantina.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER MIGRATIONUM POPULO-
rum Teutonicorum quintus, de Celtarum ac Gallorum migrationibus: quorum has Icones delineauimus, ac eas locis autorum fide dignorum firmauimus.



GAL-

GALLORUM ALPINORUM, SIVE CELtarum in Norico, Rhetiisque, ex numismate veteri repræsentatio.



CRUPELLARIS
Gallus.



GESA

GESATÆ GALLI MERCENARII, vt hodie Lancigeri apud Germanos.



EQVES GALLICVS in Illyrico.



ICONVM LIBRI QVINTI EXPLICATIO.

CELTICARVM ALPIVM in Norico & Rhætiis descriptio, fœcunditatisque exaggeratio, extant apud Polybium libro secundo: (nam de hisce Gallis hoc loco agimus, qui egressi ex Gallia, Rheno relicto, sedes in alpibus Noricis quæsiuerunt: quibus hodie finibus Austriacæ inferiores sitæ pronínciæ cernuntur:) Basigi locum tenet, inquit, littus ipsum maris Adriatici, cuius magnitudo est à Sena vrbe, vsque ad intimum eiusdem maris sinum. De fertilitate huius regionis haud facile dixerim. Ita enim in omnia frugum genera fœcunda est, vt sæpenumero nostra ætate, medius frumenti siclus non amplius quatuor obolis venum ierit: ordei vero non amplius duobus, dolium vini totidem. Milii præterea & farris tanta copia est, vt opinionem hominum superet. Quam vero glandibus abundet, quæ ex nemoribus eius regionis, diuersis in locis producuntur, vel id in primis testimonio est, quod cum infinitam pene pecorum multitudinem Italici generis homines alant, & ad sacrificia facienda, & ad priuatos vsus, & ad necessarium exercitibus apparatum, his omnibus abunde hæc regio alimenta subministret. Iam vero quanta particularium etiam rerum, quæ ad victum hominum spectant in ea prouincia copia sit, ex hoc licet intelligere, quod viatores, cum in hospitia diuertunt, nunquam de rebus quas sunt accepturi particulatim paciscũtur, quod cæteris in locis fieri consueuit: sed quantum singuli quiq; homines soluere debeant,

cum

cum hoſpitibus conueniunt. Hi viatoribus honorifice exceptis, & omnibus ad victum neceſſariis abunde ſubminiſtratis, non amplius quam ſiliquam capiant. Hæc oboli tertia pars eſt: id precium raro excedunt.

De genere vitæ Celticorum populorum, in alpibus quondam Norici habitantium, idem Polybius libro ſecũdo hæc ſcripta reliquit: Inter Apenninum (inquit) & Padum, primo Ananes, poſt Boii, inde Eganes, poſtremo Senones, qui iuxta Adriaticum mare extremi omnium Gallorum incoluerunt. Præcipuæ igitur authoritatis populi, ex Gallis qui olim in Italia morabantur, hi ſunt. Villas habitant nullis ſeptas mœnibus. Apparatuum omnium prorſus expertes erant. In terra ſuper ſtrato gramine dormiebant: veſcebantur carne, bellicas ſolummodo res atque agriculturam exercebant: & ſimplicem vitam viuentes, neque ſcientiis, neque aliis artibus operam dabant. Diuitias ſuas in auro & pecudibus habebant: quod hæc ſola, cum ferret neceſſitas, quocunque liberet, facile transferri poſſent. Amicitiis comparandis maximum quiſque ſtudium adhibebant: quippe is maxime pollens inter eos putabatur, qui factioſis abundaret. Hæc ille Porro ſciendum eſt, illos in Alpibus Norici incolentes, Gallos Græcorum paſſim Macedonumque mercenarios extitiſſe: quemadmodum & T. Liuius libro ſecundo Decade quinta, Caſſignatum cum duabus aliis equitum Gallorum, in auxilium Perſeo veniſſe, aduerſus Romanos pugnaturo, memorat. Idem libro quinto, Clondicum quendam refert, decem millia peditum Gallorum, & totidem equitum, ex Illyrico, Perſeo in Macedoniam adduxiſſe. Polybius quoque, Gallos Phœnicem vrbem Ætoliæ præſidio aduerſus Aſdrubalem defendiſſe ſcribit. Qui denique Geſatas ex eo cognominatos commemorat, quod mercenarii reliquarum nationum hi præcipue Galli fuerint. Quo ſane euentu & Boios in Norico, Italiæque vicinos habitantes, à Rheno Geſatas conduxiſſe, cum ex Liuio, tum Polybio quoque manifeſtum eſt.

De habitv et strve corporum in hac natione, præcipue eorum Gallorum qui in alpibus Noricis colebant, Foro Iulio vicini, apud eundem Polybium locus extat libro ſecundo: Hominum vero tanta copia, (inquit) ea proceritas & pulchritudo corporum, tantum in rebus bellicis robur, vt facilius ſit id ex eorum rebus geſtis, quam ex cuiuſquam oratione intelligere. In alpibus ab vtroque latere loca montoſa habitant. ad eam partem quæ verſus Rhodanum & Septentrionem ſpectat, Galli qui Tranſalpini dicuntur: ad eam vero quæ campis imminet, Tauriſci. hæc ille. Cui ſubſcribit Cæſar libro ſecundo Comment. Nam plerunq; (inquit) omnibus Gallis præ magnitudine corporum ſuorum, breuitas noſtra contemptui eſt. Plinius libro 3. cap. 20. prolixis capillis Celticas in alpibus gentes celebrat, hunc in modum ſcribens: Cottianæ, ciuitates, Caturiges, & ex Caturigibus orti Vagieni Ligures, qui & Montani vocantur: Capillatorumque plura genera ad confinium Liguſtici maris. Videtur pertinere ad hũc locum, quod ſcribit T. Liuius libro 8. Decadis quartæ: Non me præterit, milites, omnium quæ Aſiam colunt gentium, Gallos fama belli præſtare: inter mitiſſimum genus hominum, ferox natio, peruagata bello prope orbem terrarum, ſedem cæpit: procera corpora, promiſſæ & rutilatæ comæ, vaſta ſcuta; prælongi gladii. Ad hoc cantus ineuntium prælium, & vlulatus & tripudia, & quatientium ſcuta patrium quendam in morem, horrendus armorum crepitus, omnia de induſtria compoſita ad terrorem.

De vestitv Celticarum in alpibus Noricis gentium, tametſi pauci exacte ſcripſerunt, tamen ex Polybio adeo apparet Boios omnium ſplendidiſſime indutos inceſſiſſe, auratis ſagulis, torquibus aureis ſplendeſcentes: geſatas vero, & qui mercede conducebantur, nudos paſſim omnes pugnaſſe. Sed placet verba Polybii, vt ea extant libro ſecundo, recenſere: Boii quidem atque Inſubres auratis fulgebant ſagulis. Geſatæ vero, ob magnitudinem animi & incredibilem gloriæ cupiditatem, huiuſmodi ornamentis abiectis, nudi, tantum cum armis, ante omnes ſtabant, rati per eum modum aptiores ſeſe, & magis expeditos ad bellum fore. Siquidem denſæ in his locis ſentes, implicarent veſtes, & armorum vſum præpedirent. Et ſubdit: Atqui Romani ſimul in ſpem victoriæ ducebantur, quod medios hoſtes quaſi de induſtria ſibi oblatos cernebant: ſimul ordinem ſtrepitumque Gallici exercitus formidabant. Terribilis erat claſſicorum ſonitus, cum quibus omnis ſimul Gallorum multitudo, tantum clamorem vlulatumque attollebat, vt incredibilis vociferatio audiretur: nec tubæ ſolum, militeſque, verumetiam circumſtantia omnia loca vocem emittere viderentur. Terribilis etiam præcedentium nudorum hominum aſpectus. Magna enim & nuda corpora, & bellici quidam motus ſub clypeis, miraculo ſimul ac formidini erant. Et iterum libro tertio idem autor hæc refert: Harum gentium aſpectus ſpecie ipſa ac nouitate rei terribilis videbatur. Galli ſupra

vmbilicum nudi pugnabant. Hispani lineis purpura prætextis, ac candidissimis tunicis prę-liabantur.

GALLOS VETERES habuisse peculiare genus vestimenti, quod Bracha gentilicio illis sermone vocabatur, memoriæ etiam proditum est. Erat autem subligaculum, siue tunicella, quæ à thorace ad genua demittebatur, & circa pudenda connectebatur, quæ podicem etiam arctim ambiebat atque celabat: quale nostro seculo adhuc gestare Sclauinorum posteritatem videmus, Windische ploderte gesҫhas. Sane in hanc vsque diem, Germani, qui Celtarum magna ex parte reliquiæ sumus, huius vestimenu vel imaginem saltem retinemus, quo pudenda velamus balneas ingressuri: extatque nobis vetus etiamnum appellatio, ain Bruͤcha. De hoc vestimento mentio fit apud Cor. Tacitum lib. 18. Ornatum Cecinnam municipia & coloniæ in superbiam trahebant, quod versicolore sagulo, brachas barbarum tegmē indutus, togatos alloqueretur. Suetonius Tranquill. in historia Dictatoris cap. De conspiratione coniuratorum: Gallos Cæsar in triumphum ducit, iidem in curia Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumpserunt. Ex quibus verbis liquet, brachas pudendorum velamen extitisse. Vnde beatus Ambrosius libro primo de Officiis, brachas dicit feminalia extitisse, quę Græci [illegible] appellant, à ventris regione pudica, quam videlicet id genus vestimenti velabat. Pomponius tamen Mela in sua Geographia: Brachati sunt (inquit) totum corpus Sarmatæ, nisi qua vident, etiam ora vestiti. Ex quo loco brachas fuisse vestimenti genus, quod vniuersum corpus tegebat, quale nostra ætate in Hippodromis pueri equos incitantes ad cursum gestare solent, & qui metalla effodiunt in montanis, da die hosen/wammas vnd gugel oder schappel an ainander gemacht sind. Nisi fortasse metaphoricōs Mela hoc sit vsus vocabulu. Ad hoc vestitus genus alludit Propertius libro quarto epigrammatum:

Dii Latias iuuere manus, desecta Tonantis
Ceruix Romanos sanguine lauit equos.
Claudius à Rheno traiectos arcuit hostes,
Belgarum vasti parma relata ducis.
Virdomari: genus hic Rheno iactabat ab ipso,
Nobilis erectis fundere gesa rotis.
Illi virgatis iaculantur ab inguine brachis,
Torquis ab incisa decidit vnca gula.

DE ARMATVRA Gallorum, quod videlicet pars ferro tecti fuerint, vt hodie etiam corysseі Germanorum sunt: pars magnos gladios, sarissas, tragulas, dolabra ac mazaras, scutaque magna in bello gestarint: recepu passim atque antiquiores seculi illius autores animaduertunt. Quorum T. Liuius libro octauo Decadis quartæ, de pugna Gallorum cum Romanis scribens: Tum in rabiem & pudorem (inquit) tam paruæ perimentis pestis versi prosternunt corpora humi, sic vt passim procumberent. Alii ruentes in hostem, vndique configebantur: & cum cominus venerant, gladiis à velitibus trucidabantur.

Tripedales parmæ Gallorum.

Hic miles tripedalem parmam habet, & in dextra hastas, quibus eminus vtitur, gladio Hispaniensi est cinctus. Quod si pede collato pugnandum est, translatis in læuam hastis, stringit gladium. Pauci supererant iam Gallorum: qui posteaquam à leui armatura, superatos se viderunt, & instare legionum signa, effusa fuga castra repetunt. Idem septimo

Mazara.

ab vrbe: Dum inter primores (inquit) incautus agitat, læuo humero mazara propę traiecto, cesserat parumper ex acie. Intelligit porro Liuius per hastas gesa, qualia duo quisque Gallorum manu ferebat, leuissimas hastas. Mazaræ nobis adhuc Germanis extant, & præcipue in equitatu: vulgo vocant ain pradtspis: genus gladii est equestris, oblongi, &

Tragula.

ex rotundo acuminati, ad arma penetranda & rumpenda idonei. Vtebantur Galli & tragula: qnibus fortasse comparare possumus eas hastas, quas vocamus Schäfflein. De quo genere Cæsar quinto Gallici belli: Tum Tito Baluentio (ait) qui superiori anno primum pilum duxerat, viro forti ac magnæ authoritatis, vtrunque femur tragula traiicitur. Et sexto eiusdem historiæ: Et nonnulli inter carros rotasque, mazaras & tragulas subiiciebant, nostrosque vulnerabant. Erant præterea inter arma Gallorum, ex genere hastarum quomo-

Secures. Dolabra.

dolibet secures & dolabra, quibus nostri adhuc homines vtuntur in castris belliq; procinctu: vulgo nominant Helepartien vnd Alspies. Tacitus libro tertio historiæ Augustæ: Clamirabant tamen pudendum ipsis, quod Germaniarum victores, aduersus Gallos tanquam in hostem ducerentur. Vna nuper cohors rebellem Turonum, vna ala Treuerum, paucæ

Kurasserū Gallorum descriptio.

huius ipsius exercitus turmæ profligauere Sequanos: quanto pecunia dites & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Heduos, euincite, & fugientibus consulite. Ingens ad ea cla-

ea clamor, & circumfudit eques, frontemq; pedites inuasere, nec cunctatum apud latera. Paulum moræ attulere ferrati, restantibus laminis aduersum pila & gladios: sed miles correptis securibus & dolabris, vt si murum perrumperet, cædere tegmina & corpora: quidã trudibus & furcis inertem molem prosternere. iacentesq; nullo ad resurgendum nisu, quasi exanimes linquebantur. Et quia mentio facta est ferratorum, quos vt dixi hodie Kotisseos Germani appellant, libet alium Taciti locum de Crupellariis adducere, qui extat eodem libro in hæc verba: Sacrouir occupauerat nobilissimarum Galliarum sobolem, liberalibus studiis ibi operatam, vt eo pignore parentes propinquosq; eorum adiungeret. Simul arma occulte fabricata iuuentuti dispertit. Quadraginta millia fuere, quinta sui parte legionariis armis, cæteri cum venabulis & cultris, quæq; alia venantibus tela sunt. Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati. Quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Hæc ille.

Crupellarii.

Hastas Longas, quæ Sarissæ dicebantur, omnibus Gallis familiares extitisse, & à Macedonibus mutuatas, eum huic genti auxilio mererent, apud autores passim historiarum reperire est. Vegetius libro tertio cap. 24. Quibus insidentes clibanarii (inquit) sarissas, hoc est longissimos contos, in elephantos dirigebant. Meminit & Liuius septimo quartæ Decadis: Ibi simul perturbati ordines, & impeditus incursu suorum vsus prælongarum hastarum (Sarissas Macedones vocant) intulere signa Romanæ legiones.

Hastæ Gallicæ.

Et sic intelliguntur loca poetarum, Ouidii XII. Metamorphoseos:

Qui clypeo, gladioque, Macedoniaque sarissa. Lucanus 8. Pharsal.
Primus Pellæas arcu fregere sarissas. Et libro decimo eiusdem belli:
Pro pudor, Eoi propius timuere sarissas,
Quam nunc pila timent populi.—

Gladios Longos ac prægrandes, Celtas in Alpibus gestasse, vt hodie eorum posteritas Tyrolensis adhuc, & Heluetii Austriaciq; ferunt, Polybius libro secundo scribit: Quippe Gallorum enses graues, & obtusa cuspide, scuta vero debilia erant. Et iterum: Hi enim, quod superioribus pugnis animaduerterant, Gallorum gentem primo impetu acerrime dimicare, mox vero labascere animis, atq; confringi: enses præterea illorum, quemadmodum supra memorauimus, vnam duntaxat plagam vehementem habere, sed esse ad crebriores ictus prorsus inutiles: cum structæ iam acies essent, acceptas à triariis hastas antesignanis tradidere, admonentes vt Gallorum impetum tamdiu distinerent, quoad primus ille ardor animi efferuesceret: tum demissis hastis, ensibus vterentur. Illi tribunorum imperio parentes, ex composito in Gallos inruunt, pectoraq; eorum hastis feriunt. Galli in præcidendis hastis omnem impetum effudere. Tum denique Romani abiectis hastis, pedem pedi conferentes, Gallorum conatum omnino inutilem fecere. Quippe auferentes iis spacium ex distantia pugnandi, quod proprium eius genus est, propterea quod obtusi sunt gladii eorum, nec nisi ad dimittendos ex distantia ictus propter longitudinem vtiles: ipsi vero breuioribus ensibus freti, nec cæsim vt illi, sed punctim ora pectoraq; Gallorum crebris ictibus ferientes, magnam partem hostium interfecere. Qui rursus libro tertio: Nam Hispani quidem (inquit) breuitate agiles, & cum mucronibus non minus punctim quam cæsim feriebant. Gallici vero longi, ac sine mucronibus erant. Meminit huiuscemodi gladiorum Liuius præterea libro secundo tertiæ Decadis: Cæterum magna ex parte ad Trasymenum capitis Gallis, Hispanisque, scuta eiusdem formæ fere erant, dispares ac dissimiles gladii. Gallis prælongi, ac sine mucronibus: Hispano punctim magis quam cæsim assueto petere hostem, breuitate habiles, & cum mucronibus ante cæteros armari.

Gladii Gallici.

Scvta magna gestasse, tripedalia, sed ex debili materia, atq; interdum è corio & viminibus, testatur Cæsar libro secundo Gallici belli: Partim cum his quæ retinuerant & celauerant armis, partim scutis è corio factis, aut viminibus intextis, quæ subito vt temporis exiguitas postulabat, pellibus induxerant. Polybius in secundo scribit: Quippe Gallorum enses graues, & obtusa cuspide, scuta vero debilia erant. Romani autem, & scutis ad protegenda corpora validioribus vtebantur, & gladiis breuioribus, sed tamen acutis. Subscribit Appianus Alexandrinus libro quinto Ciuilis belli: Imbre deinde vehementissimo coorto, vt autumnali in tempore, nonnulli ex armigeris scutũ Celticũ nocte perpetua supra illum tenuere. Tale est illud quoq; Liuii libro octauo quartæ Decadis: Hic miles tripedalẽ parmã habet, & in dextra hastas, quib. eminus vtitur: gladio Hispaniensi est cinctus. Quod si pede collato pugnandum est, translatis in læuam hastis, stringit gladium. Hic non possum

præterire consuetudinem mirandam Celtarum, cuius memoria saltē ad nos peruenit. Exploraturi quippe, qui verus atq; genuinus esset partus, filios recens natos scuto impositos, Rheno flumini immergebant. quod si euasissent periculū, tunc vero ex sese natos agnoscebant: sin minus, submersos inter adulterinos numerabant, & ex adulterio conceptos. hinc prouerbium manet adhuc in Germania, veterem morem indicans, si hominem aliqua nota insignem, vel spurium ostendere volumus, dicere solemus: Es hats jms der Rheyn nicht abgewasschen. Porro adludit ad hunc ritum GREGORIVS Nazanzenus in elegia κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων:

> κελτοὶ μὲν κρίνουσι γόνον ῥήνοιο ῥεέθροις,
> καὶ χρυσοῦ καθαροῦ ἀνδράσιν εἰσὶ κρίσις. Id est:
>
> *Progeniem Celtæ explorant sub flumine Rheni,*
> *Auri indicium carbo nitentis erit.*

Et iterum, ὡς νόθον εὐγενέος ῥῆνος κρίθοντα ῥέεθρος: Id est:

> *Nobilis vt Rheni exploratus spurius amnis.*

Huc Claudianus quoq; alludit, quando contra Ruffinum laudat Stiliconis exercitū, quod Gallos habuerit Rheno probatos:

> *Inde truces flauo comitantur vertice Galli,*
> *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus:*
> *Mens eadem cunctis, animusq; recentia ponunt*
> *Vulnera: non odit victus, victorq; superbit.*

Hunc morem, & præcipue quod scuto impositi infantes mergebantur Rheno, Græcum epigramma explicat, quod non grauabor subscribere:

> Θαρσαλέοι Κελτοὶ ποταμῷ ζηλάμονι ῥήνῳ,
> Τέκνα ταλαντεύουσι, καὶ οὐ πάρος εἰσὶ τοκῆες,
> πρὶν παῖδ' ἀθρήσωσι λελουμένον ὕδατι σεμνῷ,
> Αἶψα γὰρ ἠνίκα μητρὸς ὀλισθήσας διὰ κόλπων
> Νηπίαχος πρῶτον προχέει δάκρυον μὲν ἀείρας
> αὐτὸν ἐπ' ἀσπίδι θῆκεν, ὅπως γένεας ἀθρήσῃ
> κεκριμένον λουτροῖσιν ἐλεγχομένων ποταμοῖο.
> ἡ δὲ μετ' ὠδίνων ἔτ' ἄλγεσι, κ' ἄλγος ἔχουσα
> μήτηρ, εἰ καὶ παιδὸς ἀληθέα οἶδε τοκῆα,
> ἐκδέχεται τρομέουσα τί μήσει καὶ ἄστατον ὕδωρ.

Quos versus Pius Bononiensis in suis Adnotationibus posterioribus cap. 23, ita Latine reddidit:

> *Audaces rapido Celtæ noua pignora Rheno*
> *Explorant: non hæc genitrix prius vbere largo*
> *Alma fouet, vitreas fluuii qui venit ad vndas,*
> *Lympha nouum caput alta tegit, quod remigis instar*
> *Vmbo tegit, fluuiiq; euulsit corpus alumnus,*
> *Et fœtum sic nuda probat, lectumque iugalem*
> *Damnat adulteru, fœde sic decolor igne*
> *Post dubios genitrix casus, memor Ilithyia*
> *Accipiens natum gelidis in fluctibus ortum*
> *Anxia despiciens, cui mobilis annuat vnda.*

Et sic illud est Claudiani intelligendum, cum copias Styliconi collectas exaggerat:

> *Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.*

CARPENTA præterea, bigas, carrosq;, atq; couinarios equos duxisse Gallos, legimus: exercitumq; iis circundedisse muniminis gratia, Bohemorū instar, qui suas solent Wagenpurkh ex vectabulis construere, hisq; loco valli vti. Hoc autem T. Liuius libro tertio Decadis quintæ ostendit, scribens: Cneus Cornelius de Insubribus Cenomannisq; in magistratu triumphauit. Multa signa militaria tulit, multa Gallica spolia captiuis carpentis transuexit. multi nobiles Galli ante currum traducti. Et iterum: Breui post Marcellus Romam venit, triumphusque ei magno consensu patrum est decretus. Triumphauit in magistratu de Insubribus, Comensibusq;: Boiorum triumphi spem collegæ reliquit. quia ipsi proprie aduersa pugna in ea gente euenerat, collegæ secunda, multa spolia hostium captiuis carpentis traducta, multa militaria signa lata. Æris trecenta viginti millia, argenti bigati ducēta triginta quatuor millia: in pedites singulos dati octingenti æris, triplex equiti, cēturionique. Hæc ille. Ex quibus liquet, & signa militaria Gallos habuisse haud dissimilia, & argento æreq; vsos bigato, de quo genere numismatis in tertio Reipublicæ Romanæ copiose disseruimus.

Couinarii.

Wagenpurkh.

fusimus. Cæterum & vectabuli hoc genus Galli habuerunt, quod nobis etiamnum superest tectum, vulgo Kobelvvagen, couinarium Celtis dictum, eadem pene pronunciationis voce. Ad quod pertinet illud Taciti in vita Iulii Agricolæ: Media campi couinarius eques, strepitu ac discursu complebat. Et iterum: Interim equitum turmæ fugere, couinarii peditum se prœlio miscuere. Deniq; Celtas ex bigis carpentisque vallum construxisse, in ipsorũ castrametatione, docet Cæsar in Commentariis, in hunc scribens modum: Nam hoc toto prœlio, cum ab hora septima ad vesperam pugnatum sit, auersum hostem videre nemo potuit. ad multam noctem, etiam ad impedimenta, pugnatum est: propterea quod pro vallo carros obiecerant.

EQVITATVM Gallicum, qualis fuerit, depingit T. Liuius libro quarto Decadis quintæ: Sed etiam Genthii regis parata societas, & tum Gallorum effusorum per Illyricum ingens oblatum, auaritia dimissum est. Veniebãt decem millia equitum, par numerus peditum, & ipsorum iungentium cursum equis, & in vicem prolapsorum equitum, vacuos capientium ad pugnam equos. Idem equitum loricatorũ meminisse videtur septimo quartæ Decadis: Ad latus dextrum phalangitarum, mille & quingentos pedites Gallogræcorũ opposuit. His tria millia equitum loricatorum (Cataphractos ipsi appellant) adiunxit. hæc ille. Nos vero in frontispicio huius libri, equitem Gallicum veterem exprimere conati sumus, cum equo desultorio, qualem hodie Hungari ducunt. Erant autem leuis armaturæ equites Gallorum, non quales sunt hodie Sarmatæ, Hungariq;: sed quales in Italia, & Neapolitano præcipue regno, habentur.

DE NAVIBVS Gallorum non est quod multa dicam, quando Cæsar tertio Gallicæ historiæ satis luculenter describit hunc in modum: Carinæ aliquanto planiores quam nostrarum nauium, quo facilius vada ac decessum æstus excipere possint. Proræ admodum erectæ, atq; item puppes ad magnitudinem fluctuum tempestatumq; accomodatæ, nauesque totæ factæ ex robore, ad quamuis vim & contumeliam perferendam. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa, clauis ferreis digiti pollicis crassitudine. Ancoræ pro funibus ferreis, cathenis reuinctæ. Pelles pro velis, alutæq;, tenuiter confectæ, siue propter lini inopiam, atq; eius vsus inscitiam: siue, quod est magis verisimile, quod tantas tempestates Oceani, tantosq; impetus ventorum sustineri, ac tanta onera nauis regi velis nõ satis commode arbitrentur.

LINGVAM VETEREM GALLORVM Teutonicã extitisse, qua secus Rhenum adhuc vtuntur populi Germaniæ, multa sunt quæ declarant, cognomina præsertim, ac propria virorum nomina, à diuitiis, dominio, bardis, sacerdotibus Gallorum, vt in hanc vsque diem vsurpantur, deriuata. Sic quippe ab opibus (quæ corrupta in Commentariis Cæsaris leguntur, χ litera Græca, quæ facit ch, pro x Latina à librariis supposita: Dumnorix, Orgẽtorix, Gastorix, Ombiorix, Luidoulx, Viridorix, Orgetorix, & Phergobrest: quod literis Græcis Galli vtebantur, authore ipso etiam Cæsare) nomenclaturam asciuerunt, à Cæsare cõmemorati principes Gallorum: Dumrich/Irenrich/Gastrich/Emerich/Ludwich/Werdrich/Erenrich/Fergobrest. Quas Latine si voces reddere velis, non poteris nisi per circumlocutionem exprimere: insaniæ diues, erroris diues, hospitalitatis abundans, nutritionis potens, populorum diues, precii diues, honoris diues vel potens. Eiusmodi est quod Plinius scribit lib. 3. cap. 17. Eporedicos bonos domitores equorum Gallis nominari: Teutonica vero deprauata vox est, Perdrich/ pro eo quod est diues equorum. Nam & hodie Saxones, Angli, Brabantiniq;, Geldri ac Frisii, finitimiq; populi, equum Perd nuncupant. Cui Sueui, postea Franci, quiq; secus Danubii Rhenique ripas colunt, superiores quos vocant Germani, aspirationem adiiciunt, quemadmodum o vocalem Romani addidere. Eadem origine, pronunciationisq; Teutonicæ desinentia, Tacitus Melorigem Frisiorum legatum Romæ videtur celebrare, libro decimotertio: & Marcellinus libro decimosexto Medericum & Agenrichum: quæ & ipsæ Teutonica principia voces trahunt, Malrich/Müttrich/ vnd Rhüeurich: hoc est, si Latine vertas, sumptuosus, siue diues in conuiuiis, diues animi, & diues audaciæ. facile enim corrumpi hæ à Romanis voces potuere, vt etiamnum Teutonica vocabula vitio ab Italis exprimuntur. Et sic quidem ab opibus nominum Gallicorum etymon petebatur, vt Germanis nobis etiamnum simili origine pronunciantur propria nomina Fridrich/Gebrich/Hunrich/Huldrich/Dietrich/Hümelrich/&c. quæ voces Latinis significant, diues pacis, liberalis, gallinarum diues, clemens siue veniæ diues, Germanus potens, & cœli potens. Venio ad alteram veterum Gallorum nomenclaturæ rationem, siue deriuationem dicere mauis, qua à dominio atq; munere seipsos nominabant Mayr, hoc est, villarum dominos, adiecta muneris siue villæ appellatione gentilicia.

Nomenclatura Gallorum à dominio & officio.

Ita namque T. Liuius libro 8. Decadis quartæ, Gambolomari Gallorum reguli in Illy-

rico Perseo ac Genthio militantis: & libro quarto Decadis tertiæ, Cinismari itidem Gallorum principis in alpibus, meminisse videtur, quæ ipsissima sunt Teutonica vocabula, à Latinis deprauata, Gumpelmayr / vnd Zinsmayr / qui censui fuerat præfectus. Meminit & Cæsar libro 7. Viridomari, hoc est, Werdmayr / vera & genuina pronunciatione Teutonica. Eiusmodi sunt apud A. Marcellinum, Vadomarus, Chondomarus, Suemarus, nomina principum Germanorum ad Rhenum in obiecta Galliæ ripa, imperante Iuliano & Valētiniano, agros habentium: quæ rectius, ac ad gentilitiam nostrā linguam protuleris, Badmayr / hoc est Badensis princeps, vel dominus: Hundmayr / venationis siue canum dominus: & porcorum dominus, Sweynmayr. Recensentur in hanc terminationem & Gothorum principes à Iordnando, qui mortuo Attila, Pannonias inter se fuerant partiti, Widimyrus, Balamyrus, & Theodemyrus: quorum primo campestria, secundo nemorosa, & tertio superior in diuisione Pannonia obuenerat. Quæ vel ipsa authoris explicatio, Teutonicam originem vocibus deprauatis demonstrare potest: quasi dixisset der Waldmayr / der Waldmayr / vnd der Dietmayr: hoc est, dominus Theodiscis Germanis proximus accolens. Ad eadem primordia referenda sunt Francorum regum gentilicia quondam nomina, quibus aliqui celebrabantur, Marcomyrus & Clodomyrus: hoc est, si Latine reddas, limitis dominus, populorum dominus. Manserunt Germanis exinde eiusdem desinentiæ nomina propria, Othomarus, Hadamarus, Volmarus, Dietmarus, Sigomarus, & alia id genus multa. Nec alia ratione à Bardis, hoc est, sacerdotibus Gallorum, ac Druidibus fatidicis fœminis, nomenclaturæ desumptæ claris passim viris fœminabusq; accesserunt. Ac viris quidem à Bardis Gallorum sacerdotibus, vt exempli gratia, Degenbardus, Sigenbardus, Heribardus, Dietbardus, Rotbardus, Hildebardus, Lāgobardus, Lambardus, & Hugobardus: quæ postea vitio pronunciari cœpta sunt, Dagobertus, Sigebertus, Heribertus, Theobertus, Ruotbertus, Hildebertus, Lambertus & Hugobertus. Si Latine vertas, repræsentant hæ nobis voces, Heroicum sacerdotem, victorem sacerdotem, militantem sacerdotē, Teutonicum sacerdotem, rubeum sacerdotem, misericordem sacerdotem, humilem sacerdotem instar agni. Similiter & celebres mulieres, cum apud Gallos illos veteres, tum apud maiores nostros primæuos Germanos, à fatidicis fœminabus, Druidibus nempe, cognominatæ fuerunt: Gerdrudis, Hymeldrudis, Erendrudis, Ameldrudis, Adeldrudis, sanctitate partim ac vitæ continentia, partim ob alias virtutes raras superioribus seculis decantatæ fœminæ: vt de Druotberto nihil dicam, ac gentilicio fidei vocabulo Drauen, Drochtin, quod etiamnum nostra manet in lingua, antiquitatem simul atq; sanctitatem nominis apud posteros demonstrans. Non possum temperare mihi, quin quod Marcellinus scribit libro XV. hic recenseam: Post hæc loci (inquit) hominibus parum exculti ingruere studia liberalium doctrinarum, inchoato per Bardos & Eubages & Druidas. Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta, Heroicis composita versibus, cum dulcibus lyræ modulis cantitarunt. Eubages vero, scrutantes summa & sublimia naturæ pandere conabantur. Inter hos Druides ingeniis celsiores, vt auctoritas Pythagoræ decreuit, sodalitiis adstricti, cōsortiisq;, quæstionibus occultarum rerum altarumq; erecti sunt, & despectantes humana, pronunciarunt animas immortales. Atq; hactenus de primo testimonio, veterem Gallorū siue Celticorum populorum linguam Teutonicam extitisse. Sequitur secundum, à nomēclaturis prouinciarum siue regionum, tractuumq; desumptum. Liquet namq;, quos Strabo lib. 4. & 7. Plinius libro 3. Appianus in Illyrico, Celticos populos Italiæ per Noricum Rhætiasq; vicinos enumerant, vt videlicet Tauriscos, Iapodes, Caturiges, Albanos siue Alboceses, Glintidiones, Coccuantios, Regustas, Pyrustas, Tenauos, Virucinates, Brixantes, Hisarcos, Merromenos, Vennones, Nannes, Brēnos, Euganes, Rhucantios, Leopontios, Triumpilinios, Antuates & Esthiones: hos à vallibus ac terræ tractibus, quos colebant, idiomate Teutonico, vtpote gentilicio, fuisse cognominatos: quæ adhuc appellationes per Carnos Tyrolensesq; tractibus terræ passim manent, etsi à Romanis corruptæ, incolis inditæ fuerint. Vt exempli gratia, Styrer, Jappenaw / Jauntall / am Kharst / auff der Albey / Glātall / Khochaw / Khotnis / Khuchel / Reichnaw / Pürsterstall / Daufertall / in der Wirgin / Brītentall / an der Aysach. Meran olim ducatus titulo famigerata regio ad Athesim, Vinsgetall / Wusigauer / in der Wenng / in der Wumtz / auff dem Nansperg / am Brēnerberg / im Engadyn / Reichenhaid / Graenpünder / Trypleuer / in der Wat / im Vithland / vnd Eschentall / vnd am Esthenes. Scitum est, nec præteriri hic potest, quod Strabo scribit libro quarto, de Albanis; cum de Carnis & Iapodibus tractat: Attollitur (inquit) denuo ad Iapodes regio, quam Albiam vocant. pariter è Tergesto pago Carnico transmissio est, per paludem nomine Lugeum. Nauporto proximus est fluuius Corcoras. Qui locus non potest de alio tractu accipi, quam de montanis quæ Carniolam ab Istria diuidunt, quæ adhuc auff der Albey gentilicia

Secundum testimonium, linguā Gallorum Teutonicā fuisse.

Ger-

Germanorũ voce nominatur. Etſi iſthic atq; eiſdem in finibus, Albani montis Ptolemæus
& Iul. Capitol. in vita Maximini mentionem faciant: de cuius incolis Procopius libro 1.
Supra Rauennam autem vrbem (ait) ad Padi fluminis læuam, Ligures habitant. iuxta hos,
qui ad Boream vergunt, Albani, in terra omnium fœcundiſſima, Languilla nominata, in-
colunt loca. Supra hos Francorum ditionis ſunt gentes. Porro eiuſmodi ſunt nomina po-
pulorum, quos inter Vindelicos Ptolemæus recenſet: Lycates, Tunicates, Beluni, Brenni,
Suanetes, Ambiſontii, Ambidraui. manent adhuc veterum appellationum Gallicarum ve-
ſtigia tractibus Bauariæ, die Lechrayner/am Tinkha/an der Belhunerhaid/Brenlacherhaid/
Schwyndaw/an der Sunitz/an der Draun/ &c. Sed linquamus antiquas Gallorum nomē-
claturas, terris paſſim agriſq; inſitas: atq; examinemus vrbium atq; municipiorum cogno-
mina, quæ à turri plerumq;, pineto atq; domibus, eadem illa gens nunquam non vſurpauit,
Teutonicoq; idiomate denominauit: à Vindelicia quidem, incipiendo à turri quæ Ger-
manis nobis eſt ain Dorn (vnde etiamnum Rothenthurn/Wiſſenthurn/Dornſtet/Weiſſen-
khirch/Waldkhirch/Oberkhirch/&c. loca, nomina ſortiri dignoſcuntur) celebrantur Geo-
graphis paſſim Boiodurum, Comanodurum, Vitodurum, Solodurum, Octodurum, Du-
nodurum, Atiſiodurum: & ad Rhenum vſq;, Marcodurum, Theodurum. Commemoran-
tur & à pinetis, nemoribus videlicet proximis appellata, quæ Tannen nobis eſt: itidem à
Vindelicia alpibuſq; Celticis exordiendo, & in Galliam vſq; procedendo, Corrodunum,
Carnodunum, Campodunum, Nouiodunum, Auguſtodunum, Lugdunum, & Verodu-
num. Equidem & Liuius videtur libro 3. Decadis 3. aſſerere, Gallorum ſermone Lytanam
ſyluam dici à pineto, quod eſt Tannen Germanis. ita enim nominatim ſcribit: Luciũ Poſt-
humium conſulem deſignatum, in Gallia ipſum atque exercitum deleros: ſylua erat vaſta,
Lytanam Galli vocant. Idem libro x. eiuſdem Decadis, Tanneti Gallica origine mentionē
facit. Eadem origo traxit eos denominandi oppida à dumibus, ſiue domorum ordine atq;
congerie, quæ nihil aliud eſt quam oppidum. Ita nimirum Galli à Lyco Rhætiæ fluuio in-
cipiendo. quæ condiderant oppida, Teutonico ſimul idiomate, à Magis, hoc eſt domibus,
domuumq; factoribus, appellarunt paſſim, Druſomagum, Borbetomagum, Brocomagũ,
Iuliomagum, Rigomagum, Nouiomagum, Neomagum, Regiomagum, Rotomagum, &c.
Huc pertinet, quod Beroſus antiquitatis Chaldaicæ libro quinto ſcribit: Magum lingua
Gallica domificatorem dici, quæ vox eſt Teutonica corrupta, vulgo ain Macher/ id eſt fa-
ctor. Atq; hæc de teſtimoniis dicere voluimus, quæ ex propriis poſſunt nominibus ſumi.
Multa præterea alia apud autores receptos occurrunt, ex Gallica lingua repetita nomina:
quæ ſi paulo diligentius introſpicias, mera ſunt Germanica. E multis pauca adferre liber.
Cæſar in hiſtoria Gallica libro primo, meminit regulorum ſeu ducum Gallorum, Numei,
Diuiconis, & Catamantaledi, quæ homo Latinus vitio pronunciauit: rectius autem Teu-
tonicus diceret, Nihwmen/ Duſſwig/ Khaltenmantel. Idem quinto eiuſdem, Verticonem
nominant, nimirum quem Germanus Werdwig appellaret. Sic libro ſeptimo eiuſdem, re-
cenſentur Viridomarus, Catiuule, Ollouic, Cauarillus, & Teutomatus: quæ in gentilicia
Germanorum pronunciatione rectius efferuntur, Waidmayr/oder Wirdmayr/ Gotwolfg/
Alwig/Geber/vnd Gebehardus/vnd Teutsmayr. Idem ſummum magiſtratum apud Hedu-
os Galliæ populos refert Vergobreſt dici, quæ inuerſa eſt Germanica vox, Obreſtwerg/oder
Werger/ id eſt, ſupremus executor. Manet adhuc in Heduorum poſteritate vox Teutoni-
ca, ac vetus illa, etſi corrupta: Viergbriſt enim dicunt etiamnum præfectum. Et libro octa-
uo, Curruaci mentionem facit: quam vocem Germani Galtrad / Chůnrad efferunt. Talia
multa ſunt & apud Liuium Decade prima: Belloueſum & Sigoueſum, Ambigari Celtarũ
regis auunculos, profectos in Hercyniam tradit. Quæ corrupta ſunt Teutonica vocabula,
pro Baldweis/Sigweis/ Jngawer: quod & Ingeuon, id eſt, Jnwoner Tacito dicitur. Et
Decade tertia, Tricaſtinorum meminiſſe inter Gallos videtur: qui in illorum lingua no-
minabantur drey Kaſtner. Sic in Auſtria pagi extant Auſſer Kheſten/inner Kheſten. Idem De-
cade quarta, Carolamum, Cambolomarum, Orgiagonem, Lutatum, Deiotharum, Gaula-
rum, Lomerum, Menicaptum, Cuiſcuarum regulus Gallorum, & Toliſbogios ac Tectoſa-
ges populos, arcemq; in editiſſimo monte Cuballiun patria lingua commemorat. Quas ſi
diligenter voces conſideres, Teutonicas deprauatas ab homine Romano reperies: quas
gentilicio ſermone nos proferimus. Carlman / vnde Carolomannus Gumplmayr: Vriaſ-
ger/ id eſt vrorum venator: Loter/Diether / Gayler: Lewenhert / hoc eſt, leonum dominus:
vt Bernhert, vrſorum dominus: Manskhopff/ Zinſmayr/Talſchbayren/Degenſawer/ Kho-
bel/am Hochs ſchloß.

Recēſet is Decade quinta & Cincibulũ Gallorũ regulũ, quē illa gens patria lingua nomi-
nabat Gynſubl, h. e. qui malũ optaret. Et alios, Catemelũ, Clondicũ, ac Caſſignatũ: q Teu-

tonico more proferuntur Khatzmul/os cati: Clod Hlend/id est gentes, cum aspiratione Germanica: & Gotzgenad. Eiusmodi vox corrupta est apud Plutarchum in libello γυναικῶν ἀρεταί Thorodorax, quo nomine regulum Galatarum nominatum fuisse refert, vulgo in lingua nostra Teürrich/ hoc est, diues heros. Vel puto esse deprauatam vocem pro Theodorax, quod Germani Theoderich/Dietrich/dicere solebant. nā vt ante ostendimus, χ litera Græca apud Gallos semper fuit in fine dictionis vsurpata, quæ facit Latinas ch. Idem author libro eodem, mulierem Galaticam captam nominat Chiomaram, vxorē Ortiagontis. Teutonicæ voces sunt Gewmarin/Hart jager/ syluarū venator. Sed placet locū Græcū subscribere: Χιομάραν δὲ συνέβη, τὴν Ὀρτιάγοντος αἰχμάλωτον γενέσθαι μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν, ὅτε Ῥωμαῖοι, οἱ σὺν Γναίῳ, ἐνίκησαν μάχῃ τοὺς ἐν Ἀσίᾳ Γαλάτας. Polybius quoq; libro 1. Autaricum, Ancorestem, Cauarumq; Gallorum regulos adducit. Et libro secundo: Padum in exortu suo Valanam Gallica lingua dici, & deinceps Bodincum, tradit. Quæ non alia quam Teutonica vocabula sunt, à Græco homine parum inuersa, pro Haubtrich/ (nam & hodie Italus sine aspiratione oupt dicit) Ernest/Geber/an Fall/aunes dieffen poden/ grundloß. Quin & Gesatarum nomen Germanicū esse opinor, pro Gesell/socii. Esse enim mercenarios Gallorum refert: vt lancigeros nostro seculo, qui se mutuo appellant, Brüder/ Gesell/ fratres, socios, &c. Strabo præterea interpretem lingua Gallica scribit Trusman vocari, forte pro Teütschman/qui Teutonicam bene scirent linguam interpretari. Insuper Plinius libro tertio, cap. 16. Padum refert à Gallis, quod fundo careat, Podincum appellari. Vnde nimirum & lacus Acronius in Rhætiis, der Bodensee/ nuncupatus Germanis fuit, quod fundo videlicet careat, qui Boden nobis est. Idem author Gallis medullam Margam, anserem Gansam, picem Pecha, & aratrum Flurada, gentilicio idiomate appellari testatur: quæ ipsissimæ sunt Teutonicæ voces, & facile à quouis Germano intelligi possunt. Sic in Mœno fluuio Erlisbornum celebrat (quem locū Beatus Rhenanus restituit, cum antea Lisboum legeretur) hoc est, fontem arboreum, &c. Scribit & Tranquillus in Vitellio, dum is Galliæ ac Rheno præsideret, à pinguedine corporis Kalbam à Gallis, hoc est, vitulum nominatum. Idem Becco rostrum auium dici Gallice tradit Pecken. Eiusmodi sunt pleraq; etiam apud Cor. Tacitum, qui nominatim in vita Iulii Agricolæ, æstuaria Tam, & currus Gallicos Couinos vocat: quæ à Germano, citra difficultatem vocabuli capi possunt, & in hodiernum vsq; diem veteri significatione extant. Atq; de veteri lingua Gallorum hæc habuimus, quę libro sexto, ac Gallorum Celticis præcipue populis præmitteremus.

De Literis ac scriptura Gallorum siue Celtarum, diuersa est opinio autorum. Cæsar libro 1. Gallicæ historiæ, literis Græcis Gallos fuisse vsos, inuentasq; in castris eorum tabulas refert, literis numerilque Græcis adnotatas: & libro 6. Druidas historias gentis suæ Græcis literis adnotasse testatur. Id quod terminationes propriorum nominum eius quoq; gentis confirmare videntur, vt antea ostensum est: cum scriberent isti videlicet, quos gentilicio idiomate appellabant Hainrich, Dumrich, Erentrich, Gernrich, Gastrich, Luduich (quæ meræ sunt voces Teutonicæ) cū repræsentarent scilicet illas literis Græcis hoc modo, Αινειχ, Θύμειχ, Ηρωτειχ, Ορρίντειχ, Γάστειχ, Λούτειχ, quæ vocabula in Commentariis Cæsaris, Latinis deinde literis scripta, errorem illum pepererunt, vt multi postremam literam χ Græcā, quæ facit ch Latinas, pro Latino x legerent, atq; acciperent: atq; inde argumentarentur, Gallicam diuersam à Latina linguam extitisse. Quæ opinio si approbanda est, Gallos tum primum literis Græcis fuisse vsos credendum est, quum Phocenses ex Græcia in Galliam nauigantes, Massiliam condiderunt. Id quod & Strabo lib. 4. affirmare videtur: vel cum ducibus Brenno, Acichorio, Cerethrio, Belgio & Bathanatio Galli in Græciam profecti, templum isthic Apollinis spoliarunt: Gallogræciq; postea, hoc est, ex Gallis Græcisq; mixtus populus in alpes paternas redierat. Ad quod alludere lib. v. Dipnosoph. Athenæus videtur, scribens nominatim, cum Gallorum cæteri omnes in Asiam transfretassent, ad Istrū Bathanatium cum non minima suorum manu rediisse, locaq; vsq; ad Pyrenæum montem Rhætiæ occupasse. Præterea literis Græcis Gallos fuisse vsos, duæ literæ quæ in patria lingua supersunt, satis demonstrant, K & vu duplex u. nam & Græci simili ratione Digamma vsurpant: quas nimirum literas non à Latinis, qui hisce carent, sed à Græcis retinuisse Gallos, Teutonasq; horum fratres, censendum est. Contra hanc tamen opinionem disserit in Commentariis suis super Berosum Annius Viterbiensis, probans Gallos Italosq; literas legesq; non à Græcis, sed Græcos potius literas & philosophiam à Gallis sumpsisse, quorum & natio & instituta antiquiora reperiuntur. cuius verba non grauabor adducere. Nam Xenophon (inquit) in libro de Æquiuocis, cū plores Cadmos distinxisset, hæc subdit: Quintus Cadmus fuit paulo ante ruinas Troiæ, Armonia Samothraca inclytus, qui ob Armoniam à Prisca vxore certamen passus, rediens à Phœnicia, retulit in Græciam primas sedecim nume-

numero rudes literas, non Phœnicas, ſed characteribus Galatarum & Mæonum perſimiles. Et Archilochus in Epitheto temporum, cum octo diſcreuiſſet Homeros, hæc intulit: Vltimum hunc Homerum ætas noſtra cernit, qui Olympiade XXIII. & ab excidio Troiæ quingenteſimo anno, patria Mæon, in Olympico certamine victor, iudicio totius Græciæ, eximius poetarum eſt habitus, & ci ſoli ius tributum emendandi characteres, & nomina, & linguam Græcam: quæ, vt ferunt, Cadmus Samothrax fere barbara & plena ruditatis attulit, nihilq; Phœnicum habebant, ſed Galatarum & Mæonum figuras retinebant. Ioſephus item à publica fide ſacerdotum & Bibliothecarum probat, non habuiſſe literas à Cadmo: quia nulla certa & publica fide, ſed priuata poſteraq; opinione id dicunt. Sic enim contra Appionem Grammaticum arguit: Græci gloriantur ſe à Cadmo habuiſſe literas, cuius veſtigium non poſſunt oſtendere aut in archiuis ſacerdotum, vel publicis armamentariis ac bibliothecis. Simile probat contra Græcos Cato in commentariis de Originibus, Romanos & Italos non à Græcis originem habuiſſe, ſed antiquiores extitiſſe. Samothen præterea fratrem Comeri Beroſus refert, qui Galliæ tellurem partitus fuerat, ſapientiſſimum hominum fuiſſe, ita ſcribens: Anno eius duodecimo (inquit) Iubal condidit Celtiberos: & paulo poſt Samothes, qui & Dis, Celtas colonias fundauit, neque quiſquam illa ætate iſto ſapientior fuit. Loquitur vero Beroſus de annis Comeri in Italia. His addendum eſt & illud: Orpheum, Linum, & Muſeum, doctiſſimos Græcorum, cum Argonautis nauigaſſe, paulo ante Troię excidium. Ab his autem ad Phoroneum, priſcum & antiquiſſimum Gręciæ regem, numerantur anni DCCLXXX. cum Epigenes grauis & vetuſtiſſimus author teſtetur, annis circiter ſeptigentis ante Phoroneum laterculos fuiſſe repertos, cum inſcriptione aſtrorum, obſeruatione phyſica. Cuius rei & Plinius videtur meminiſſe, vltimo capite libri ſeptimi. Similiter Strabo ſcribit, Hiſpanos circa Beticam eruditos ætate ſua fuiſſe, (vixit autem is Auguſti ætate) affirmaſſeq; eos ſex millibus annis ante, leges, literas & carmina habuiſſe. Sunt autem apud Hiberos ſex millia annorum (qui, teſte Xenophonte, vtuntur quadrimeſtri anno) ex ſolaribus annis, duo millia annorum. Quæ, ſi ab Auguſto Cæſare recte ſupputes, peruenies nimirum ad initia Nini, à quo vſq; ad Argonautas colliguntur anni non minus ſeptingenti. Ex quo patet, literas Phœnicũ & Gallorum antiquiores Græcis extitiſſe, Galloſq; non literas à Gręcis mutuatos fuiſſe, ſed propriis vſos, eiſdem videlicet quibus Gothi. de quibus in libro de Gothorum migrationibus, Decade proxima copioſius loquemur.

INCIPIT LIBER HVIVS OPERIS QVINTVS, DE CELTARVM, EIVSQVE GENtis populorum minorum migrationibus, & in tractu Illyrici occidentalis habitatione, ingreſſu & egreſſu: authore WOLFGANGO LAZIO *Viennenſe, Regio Hiſtorico.*

GALLORVM veterum (eorum nimirum, quorum Teutonicum fuiſſe idioma ſermonis præfati ſumus) antiquiſſimam nationem, non ſolum Beroſi Babylonii, ſcriptoris antiquiſſimi, autoritas facit (qui libro quinto hanc à Comero & Samothe ſcribens (qui & Dis) fratribus Germanis Iaphet filiis, deducit, ita nominatim: Anno vndecimo huius (loquitur autem de Saturno Babylonico) Comerus Gallus poſuit colonias ſuas in regno quod poſt Italia dicta eſt, & regionem ſuam à ſuo nomine cognominauit, docuitq; illos legem & iuſtitiam. Anno eius vndecimo Iubal condidit Celtiberos: & paulo poſt Samoethes, qui & Dis, Celtas colonias fundauit, neq; quiſquam illa ætate iſto ſapientior fuit. Hæc ille. Verum etiam vetuſtatem gentis; nomen ipſum liquido demonſtrare poteſt, quod lingua Hebraica fluctus & inundatum ſignificat [illegible], hoc eſt Guualli, Walli: vnde nimirum ob varias locorum pronunciationes, Celtæ, Galatæ, Guelgæ & Belgæ, vocabula prodiere: tanquã mox iſti poſt diluuium eſſe cœpiſſent, & quod veriſimile eſt, diluuium vidiſſent, atq; euaſiſſent. Vnde quoties de Comero Beroſus loquitur, proprio epitheto inundatum illum vocat: vel quod Iaphet natus eſſet ante diluuium, & diluuium vidiſſet: vel quod mox poſt diluuium regnare is cœpiſſet. Ad quod videtur alludere Solinus, ſcribens veterũ Gallorum prolem Vmbros eſſe. M. Antoninus aſſeuerat, hos eoſdem, quia in clade aquoſa imbribus ſuperſtites fuerint, Græce Vmbros dictos, epitheto videlicet paterno veterum Gallorum Ianigerorum. Quare & Beroſus, Comerum Gallum primum omnium in Italiam veniſſe memorat: & coluiſſe ibi Comerum cum ſuis

Gallis inundatis, restantur adhuc loca quædam, ad hanc vocem autoris nimirum alludentia, Vallis Comera in agro Vetulonienti, Comersan in Phaliscis & Ryeomeri. Quare nec illa forsan coniectura inanis fuerit, Cameracum & Camersanam Galliæ notissimas ciuitates, ab hoc Comero esse denominatas. Atq; hæc de Gallorum initiis: nunc (qui huius præcipue libri scopus est) Gallos videlicet illos Comeri sobolem, vnde Celtæ Belgæ ac Cimbri posterius processerunt, non solum habitasse intra Rhenum, Hispaniamq; (vbi Galliæ prouinciæ peculiariter distinctæ fuerant) verum etiam in Alpibus Italiæ proximis, vsq; in Noricum, atq; inde in Pannonias vsq; tenuisse: imo Westvvallos, quos Westgallos Tritemius vocat, veterum Gallorum populos fuisse, & ab inundatis illis descendisse, eodemque euentu nominatos crediderim. Illud vero non ignorandum, postquã inundanti illi Tuisconis se posteritati miscuissent, secusque Rhenum ac late per Europam dispersi fuissent, euenisse, vt Teutones, omnes deinde peregrinos, & aliarum prouinciarum incolas, Wallos & Waliscos denominarint: quẽadmodũ in hanc vsq; diem tam Gallos quã Italos, Burgundionesq; Wallos appellant, & res quasuis exoticas Welisc ha vocant. Iam vero quod ex inundatis illis alii Walli, alii Galli, pleriq; Belgæ, nonnulli deniq; Celtæ atq; Galatæ nuncupati fuerint, contigit illud ex pronunciationis diuersitate, & ob alios atq; alios Teutonicæ linguæ dialectos, secundum prouincias variantes. Primum omnium enim cõstat, Teutonibus nobis 𝔚 duplex in frequenti vsu loquendi & fuisse & esse, atque subinde G & C. vu & B confundi. Quorum voces Romani posthac imitati, in molliendis Germanorũ vocibus, consonantes literas, expeditum vocalium cursum impedientes exterebant, & propter suauiorem sonum vocales literas vocalibus permutabant: quemadmodum ex Suabo, Ernuesto, Garamanno, Sueuum, Ariouistum, & Germanum, formatum illis videmus. Quæ & hodie consuetudo Italis manet, qui pro Wilhelmo, Widone, Welphone, Wartia, Werra: Gulielmum, Guidonem, Guelphum, Guardiam, & Guerrã pronunciant. Hinc nimirum factũ est, vt ex Wallo similiter Guallus, & per syncopen Gallus: deinde ex Welscha, extrito sh crasso Germanorũ sibilo, Welca, & pronunciatione molliore Belga, emerserint. Atq; postremo mutato eodem sibilo in T. ex Welscha Guelta, & per syncopen Kelta siue Celta processerint: vt nec dubium sit, originis Teutonicæ fuisse quondam cum Gallos, tum Belgas, & de quibus loquimur hic Celtas, in finibus Italiæ Norici & Pannoniarum colentes, corruptis Romana pronunciatione patriis vocabulis: nec diuersos fuisse Gallos, Belgas, Celtas & Wallos, primis a diluuio temporibus populos, ab eodem quoq; & ex euẽtu inundationis appellatos à Tuisconis posteritate, quod is post diluuium primum Noæ ꝓcreatus fuerit: alii autẽ à Gomero descendẽtes, nomenclaturã patris eorum atq; conditoris retinuissent, quod videlicet cum patre Iaphet diluuium vidisset. Sed hæc hactenus, de quibus prolixe disserit Ioannes Albertus Widmanstadius, nobilis Austriæ Cancellarius. Redeo nunc ad Celtas, in finibus Italiæ Norici Vindeliciæ atq; Pannoniæ quondã tenentes, vtpote Germanos lingua & moribus, quod per tractum Tyrolis, Carniam, Istriam, Carniolã, Forũ Iuliũ, Sclauoniæq; partem, atq; Liburniam coluerint, propter agrorũ vallũq; diuersitatem, aliter atq; aliter vocatos: id quod ex antiquissimis historiarum autoribus probabimus, quorum Herodotus libro secundo & quarto in hunc scribit modum: Ἴστρος τε γὰρ ποταμὸς ἀρξάμενος ἐκ Κελτῶν καὶ Πυρήνης πόλιος ῥέει μέσην σχίζων τὴν Εὐρώπην. οἱ δὲ Κελτοί εἰσι ἔξω Ἡρακλέων στηλέων, ὁμουρέουσι δὲ Κυνησίοισι, οἳ ἔσχατοι πρὸς δυσμέων οἰκέουσι τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικημένων. Ex quibus liquet, Danubium in Celtis Herodoto oriri, ac Celtarum populos totã pene Europam, Herodoti eiusdem tempestate, insedisse. Quare & Philostratus in vita Niceti Philosophi, eum eius viri errores describeret, eum per alpes Celticas transgressum docet, è Græcia in Germaniam ad Rhenum. Quo sane itinere dubio procul Pannoniæ fuerant, Noricũq;, penetranda. Verba illius subiiciam: ἐπιτραπεὶς δὲ τὰ Κελτικὰ στρατόπεδα, ὑπὲρ Ἄλπεις καὶ τὸν Ῥῆνον. Porro illã Gallorũ emigrationẽ in alpes Noricas, Rhæticasq;, atq; Pãnoniarũ agros, Histriãq;, insinuare pariter videtur Cæsar historiæ Gallicæ libro sexto, cũ inquit: Ac fuit antea tempus, cũ Germanos Galli virtute superarent, & vltro bella inferrent: ac propter hominũ multitudinẽ, agriq; inopiam, trans Rhenũ colonias mitterent. Itaq; ea quæ fertilissima sunt Germaniæ loca circa Hercyniam syluam (quam Eratostheni & quibusdam Græcis fama notam esse video, quam illi Orciniam appellant) Volgæ Tectosages occuparunt, atq; ibi consederunt. Quæ gens ad hoc tempus his sedibus se continet, summamq; habet iustitiæ & bellicæ laudis opinionem. Namq; in eadem inopia, egestate, patientia, qua Germani, permanent, eodem victu & cultu corporis vtuntur. Hæc Cæsar. vbi Volgæ voculam Teutonicam esse apparet, corruptam ab homine Romano: Volkos enim adhuc, populos Germani vocamus. Alludit ad eandem Gallorum in Germaniam emigrationem, limitumque ad alpes Noricas propagationem, T. Liuius quinto ab vrbe: Bellouesum tradens, & Sigouesum, impigros iuuenes, Am-

Quam late nomen Gallicum pateat.

bigati

bigati Celtarum regis ex sorore nepotes, in eas quas dii dedissent terras augurio emissos, in Germaniæ late patentem terram venisse, elegisseq; Hercyniam: quam à Danubii exortu ad Pannonica vsq; Hyberna Plinius videtur extendere, libro 3. cap. 12. & Cæsar libro sexto: Huius Hercyniæ (inquit) syluæ, quæ supra demonstrata est, latitudo nouem dierum expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neq; mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum & Nemetum & Rauracorum finibus, rectaq; fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus, multarumq; gentium fines propter magnitudinem attingit. Nec quisquam est huius Germaniæ, qui se aut vidisse, aut adiisse ad initium eius syluæ dicat, cum dierum iter sexaginta processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. Hæc ille. Ex quibus liquet, si Hercyniam ingressi sunt Galli, vt nouas quærerent sedes, sequentes nimirum eius semitam (vt ita dixero) vsq; in Pannonias, Illyriciq; tandem peruenisse fines. Nam & Strabo libro 7. refert, à Boiis Cimbros eiectos ex Hercynio, contulisse se ad Luetios, homines locupletes: atq; ab his latius progressos, ad Istrum venisse, Tauriscisq; & Scordiscis se inseruisse: quos populos in Claudio monte Pannoniæ habitare, Plinius libro 3. cap. 25. testatur. Et Strabo, Parthiscum fluuium, hoc est, Tibiscum, è Scordiscis Galatis in Istrum defluere, aperte scribit: vt nullum dubiũ sit, Gallicos populos, siue tribus, sedes in Pannoniis ante adhuc Romanos habuisse. Nam de Alpibus Noricis & Rhæticis ipse idem author cap. 20. apertius testatur. Huc pertinet, quod Iustinus libro 33. ex Trogo Pompeio repetit: Galatas, abundante multitudine, trecenta millia hominum ad quærendas sedes nouas, comites sibi asciuisse, studioq; augurandi in Illyricum primum profectos, inde in Pannoniis consedisse: fuisseq; hanc gentẽ asperam & bellicosam, primam quæ post Herculem, alpium iuga frigore intractabilia, conscẽderit, atq; superauerit: atq; ad postremum in Græciam ac Macedoniam delatos, reges Asiæ terruisse: qui ab ipsis lacessiti, pacem pecuniis mercari coacti sunt. Hæc Iustinus. quæ Pausanias in Phocide, & Athenæus libro 5. Dipnosophistôu, & Appianus Alexandrinus in Illyrico prolixe scripserunt, quemadmodum videlicet Galli vrbe pulsi, Camilli virtute, à Brenno rege in Pannoniam traducti fuerint, & Norici alpes: quibus locis aliæ manus Gallorum, qui partim ob maris inundationem, partim ob hominum multitudinem Galliam deseruerãt, ductoribus Cerethrio, Acichorio, Belgio & Bathanatio regulis, adiunctæ, cum plus roboris ac virium concepissent, Græciam atq; Macedoniam plenis castris inuasissent. Vnde Apollinis indignatione pulsi, pars Brenno duce in Asiam transfretarint, pars cum Bathanatio & Belgio in Pannoniam redierint, locaq; ab Istro ad Pyrenæum vsque montem Rhætiæ insederint atq; occuparint: à quorum nimirum posteris, Galatæ in Asia, & Gallogræci siue Celtæ in Alpibus Italiæ Adriæq; vicinis incolentes, existimandi sint. Quos non solum Plinius libro 3. cap. 20. sed Polybius quoque in secundo delineauit, & Appianus in libro quem Illyricum scripsit. Quorum ille sic scriptum reliquit: Inter Padum (inquit) ac Alpes habitant Lui, mox Lebetii, dehinc ingens Insubrum natio, post non longe à ripa fluminis Cenomanni.

Hercynia sylua longitudo & descriptio.

Galli in Hercynia Germaniæ sylua.

Galatæ in Dacia.

Galatæ in Pannonia.

Galatæ in Græcia & Macedonia.

Galli Italia pulsi.

Galli è Pannonia vsq; ad Pyrenæum montem Rhætiæ sedes habuerunt.

Loca vero mari Adriatico vicina, antiqua ex Paphlagonia gens colit. hi Veneti appellati, neque moribus neq; ornatu corporis, sed tantummodo lingua à Gallis differunt. Inter Apenninum rursus & Padum, primo Ananes, post Boïi, inde Euganes, postremo Senones, qui iuxta Adriaticum mare extremi omnium Gallorum incolunt. In Alpibus vero, ab vtroque latere loca montosa habitant: ad eam partem quæ versus Rhodanum & Septentrionẽ spectat, Galli, qui Transalpini appellantur: ad eam vero quæ campis imminet, Taurisci, Agones, & alia pleraq; Bardorum genera. Recenset & Gallicas gentes Appianus Alexandrinus inter Illyricos: At vero Cæsar (inquit) Augustus vniuersa adeptus, cum inter loquendum Antonii inertiam senatui explicasset, Illyriam gentem præ cæteris bellicosissimam, & eundem sæpenumero infestantem, mitem reddidisse: Oxyeos, Perthenetas, Bathiates, Taulantios, Cambeos, Cynambros, Merromenos atq; Pyrisseos, omni experientia edita sibi subdidit. Maiore insuper labore capti sunt, atq; ad tributa, quæ soluere desierant, cõpulsi, Docleatæ, Carni, Interfrurini, Narisii, Glintidiones atq; Taurisci. Præterea enumerat & Strabo Gallicos populos Italiæ proximos, & à vallibus passim origine Teutonica appellatos, Vennones, Vennonetas, Iapodes, Cotuantios, Regustos, Brixantes, Tenauos, Estiones, Virucinates, Peninos, Boios, Brennos, Senones, & id genus alios cum populos tum tribus, conuentusq; Gallorum, siue Celtarũ, in Alpib. Rhætiæ Noriciq; sedes habentium. De quorum insuper immigratione ex Gallia ac Rheno, in ea quæ diximus loca, idem author lib. 4. Geographiæ, cum de Belgis fuisset locutus, subiicit: Hos ergo Venetos esse opinor, in quibus Veneti, sinum incolentes Adriaticum, in coloniam deducti sunt. Reliqui enim fere omnes Galli è Transalpina Gallia commigrarunt, sicut Boii & Senones. Et causam postea

Venetorum origo.

Gallorum in Alpibus distributio.

Horum nominum vt pote Teutonicorum infra explicationes reperies.

Cur saepe quamobrem Galli saepe sedes mutarunt.

subiiciens: Cæterum (ait) ex antiquis temporibus hæc de Gallis accepimus, ex permanẽtibus adhuc confinibus Germanorum legibus. natura enim & ciuilibus institutis sic persimiles, & cognatione inter se iuncti, vicinum colunt agrum, quem Rhenus amnis separat, paria maxima ex parte cuncta ferentem. Sed Germania magis ad Arctum exponitur, si Australes ad Australes partes, & Septentrionales ad Septentrionales iudicaueris. Quamobrem eorum facilius desolationes contingit euenire, cum gregatim inferantur, & totus simul exercitus & vniuersus exciretur habitaculis, cum ab aliis validioribus eiiciantur. Et rursus libro eodem, cum de vino Rhætico loqueretur: Vinum Rhæticum inter vina Italica egregie commendata, non sane inferius, in montanis illorum radicibus nascitur. Ipsi autem (loquitur de Illyriis & Gallis) ad ea vsq; loca quæ Rhenus secat, extenduntur. Huius autem nationis sunt Lepontii, & Camuli atq; Vindelici, & Norici, & montana exteriora tenent maiore ex parte cum Brencis & Tenauis, his iam Illyricis. Isti finitimas Italiæ partes omni tempore, & Heluetiorum & Sequanorum & Boiorum & Germanorum incursabãt. Ex quibus patet, Brencos, Tenauos, Senones, Boios, cæterosq; ab ortu Rheni in ortum colentes, Italiamq; claudentes populos, partim à Strabone & Plinio, partim a Polybio & Appiano recensitos, Gallos extitisse, interq; Illyrios enumeratos: quos rursus Teutonicæ originis fuisse, voces ipsæ gentiliciæ ostendunt. Atq; vt verbi gratia ipsas explicem, incipiens à loco Polybii, nonne à Luis, quos à Pado in Alpes colere dicit, Laidischtall in Tyroli, Leitsch & Luitichfeld in Carinthia, nomenclaturas deriuare videntur? quemadmodum à Lapicinis, quos Labeotas Plinius dixit, Labacum ciuitas: à Lebitiis, Lebnaw/ Lebenberg in Carnis: ab Ananibus, Anasperg/ in Goritia, & Nansperg Tyrolis memoratissimus ac cultissimus mons à Nanis: a Boiis Bourmscrioch mons/ Bühenstain: itemq; a Brennis eisdem finibus, Brennerberg/ Brentzol/ Brandays/ Brenta fluuius: a Tauriscis, Taruisium, olim Taurisiũ, Marchionatus titulo quondam celebris & ciuitas & regio: à Senonibus præterea Sennaberg Teriolis, & Senatecz Carniolæ, Seniaq; Istriæ siue Liburniæ: a Parthenatis, Bersenberg metallifer haud procul à Tridento: a Bathiatis, Batzen/ ciuitas eiusdem viciniæ, Pulsonum Italis nominatum, Baslon & Bassiertall in Tyroli: a Pyrustis, Pürstertall: à Merromenis, Merona, ducatus quondam prærogatiua ciuitas & regio claræ, & vallis in der Merrenteyn. Vt de Tenauis, Taulantiis, Vennonibus, Cambeis, Brixentibus, Glintidionibus, Interfurinis, Narisis, Cotuantiis, Regustis, Virucinatibus, Estionibus, ac Acitauonibus, atque Caunis siue Camulis, Lepontiisq; nihil addam: à quibus valles amplæ in hanc vsq; diem per Carnos, Tirolenses, Rhætosq; denominatæ supersunt, Daufferetall/ Talland/ Vnngew/ Camertall/ Brixentall/ Brixen/ ciuitas & fluuius, Glantall/ vnder Furnperg/ ihm Noring/ Khastall/ Kochaw/ Reichnaw/ in der Virgyn/ Verruperg/ Eschentall/ Eschenloch/ Asch fluuius: Esawer vall/ Camun: & Grauenpünder/ prima syllaba dempta, & Graie vocula adiecta, quo nomine a Græcis Latinisq; alpes Lepontios cõprehendentes vocabantur. Ex quib. omnibus patet, Gallos siue Celtas, eandem fuisse cum Illyriis gentem: ac ante Imperiũ constitutionem, in alpibus conuallibusq; Italiæ proximis, per Liburniam videlicet, Noricum, Forumiulium, & Rhætias sedes habuisse: partim ex antiquis temporibus, vt supra patuit, in hæc loca ex intima Gallia egressos: partim occasione Macedonici belli, cũ à Perseo Macedonum & Genthio Illyrici regibus contra Romanos fuissent in auxilium sollicitati, ductoribus Cassignatio, Cloduico siue Clondico ac Cincibili regulis: quos nimirũ Galli patria lingua vocabant, Gotzgnad/ Clod/ Ginshbel. Cuius historiæ meminit T. Liuius libro quarto Decadis quintæ: Sed etiã Genthu regis parata societas, & tum Gallorum effusorum per Illyricũ ingens oblatũ auaritia dimissum est. Veniebant decẽ millia equitũ, par numerus peditũ, & ipsorũ iungentiũ cursum equis, & inuicem prolapsorũ equitum, vacuos capientium ad pugnã equos. Et subdit: Ad Almanam vrbem peruenit, & in ripa fluminis Axii posuit castra, circa Desubam. In Medica exercitus Gallorum consederat, mercedem pactã operiens. Eo mittit Antigonum ex purpuratis vnum, qui iuberet multitudinem Gallorũ ad Bylazora (Pæoniæ is locus est) castra mouere. Principes ad se venire frequentes, LXXV. millia ab Axio flumine & castris regiis aberant. Hæc mandata ad eos cum pertulisset Antigonus, adiecissetq; per viam, quanta omnium præparata cura regis copia multitudini foret: de his quidem se coram cognituros, respondent. Illud quod præsens pepigissent, interrogant: Ecquid aurum, quod in singulos pedites equitesque diuidendum esset, secum adduxisset? Cum ad id nihil responderetur, Clondicus regulus: Abi, renuncia ergo (inquit) regi, nisi aurum obsidesque accepissent, nusquam inde Gallos longius vestigium moturos.

Confirmatio habitationis Gallorum in alpibus Italiæ vicinis, in bello Macedonico.

Hæc relata regi cum essent, aduocato concilio, cum quid omnes suasuri essent appareret, ipse pecuniæ quam regni melior custos, institit de perfidia & feritate Gallorum disserere; multorum iam ante cladibus expertum, periculosum esse tantam multitudinem

in Macedoniam accipere, ne grauiores eos socios habeant quam hostes Romanos. Quinque millia equitũ sat esse, quibus & vti ad bellũ possent, & quorum multitudinem ipsi non timeant. Apparebat in omnibus, mercedem multitudinis timere, nec quicquam aliud. Sed cum suadere consulenti nemo auderet, remittitur Antigonus, qui nunciaret, quinq; millium equitũ opera tantum vti regem, contemnere multitudinem aliam. quod vbi audiuere barbari, cęterorũ quidem fremitus fuit, indignantium, se frustra excitos sedibus suis. Clondicus rursus interrogat: Ecquid ipsis quinq; millibus, quod conuenisset, numeraret? cum aduersus id quoq; misceri ambages cerneret, inuiolato fallaci nuncio (quod vix sperauerat ipse quoq; contingere) retro ad Istrum perpopulati Thraciam, qua vicina erat viæ, redierunt. Hæc ex Liuio, de Gallorum sedibus cum ad Istrum in Pannoniis, tum in alpibus apud Liburnos, Noricos, Carnos, & Rhætos constitutis. Qui rursus libro nono Decadis quartę, Gallos in Foroiulio coloniam ædificasse memorat. hisce verbis: Eodem (inquit) anno Galli Transalpini, transgressi in Venetiam, siue populatione, siue bello, haud procul inde vbi nunc Aquileia est, locum oppido condendo cœperunt. Legatis Romanis ea de re trans alpes missis, responsum est: Neq; profectos ex autoritate gentis eos, nec quid in Italia facerent se scire. Idem decimo quartæ Decadis, coloniam scribit Aquileiam fuisse deductam in agro Gallorum. Et libro postea quarto Decadis quintæ: Teuticum Genthũ Illyriorum regis ducem quendam commemorat, quem Appianus Alex. eandem historiam scribens, Teutimium appellat.

Galli in Foroiulio.

Ea vero plane Germanica vox est, quasi diceres, der Teutsche/ quem Todescum adhuc Itali vocant. Similiter libro primo Decadis quintæ, Gallorum in Histria & ora Adriatici maris meminit his verbis: Ab ea legione mille ferme passuum castra erant Gallorum: Catmelus pro regulo erat, tribus aut amplius millibus armatorum. Histri, vt primum ad lacũ Timaui castra sunt Romana mota: & quæ sequuntur. Et tantum de sedibus Gallorum in his locis, vbi hodie est Austriaca ditio inferior, eodem pene tempore constitutis, quo P eones ad Istrum & in Pannoniis rerum potiebantur. Nunc Gallorum ordine populos, & Illyrios præcipue, explicabimus, vnde insignes terrarum sunt factæ diuisiones. Celtarum igitur omnium vetustissimum in his finibus fuerat nomen auditum, de quorum moribus ac Republica in his finibus, etsi multi scripserunt, memorabilis tamen & dignus qui hic inseratur est locus Suidæ, qui Græce sic habet in paragrapho κελτοὶ· Κελτοὶ (inquit) οἱ λεγόμενοι Γερμανοί, οἱ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον [illegible] Ἀλβανῶν, οὓς καὶ Σένωνας καλοῦσιν. [illegible] Κελτοὶ κατὰ Ῥωμαίων [illegible] Βαλέριος [illegible] φάλαγγος [illegible] Ῥωμαίοις [illegible]. Id est, si Latine reddas: Celtæ Germani dicuntur, qui circa Rhenum fluuium habitant. Hi olim incursauerant Albanorum regionem, qui Senones dicti sunt. Celtæ igitur aduersus Romanos olim processerunt. Vnus autem eorum è ductoribus, tam corpore quam animo præstans, è castris militum suorum excessit, ac in singulare certamen hostium primatem inuitabat. Vnus igitur Romanorum Valerius nomine, dux phalangis, cum ipso pugnare decreuit: & rebus satis è sententia contingentibus, voti compos redditus est. Quamprimum enim suorum castra exierat armatus, coruus dextro brachio viri adhæsit, ac semper faciem Galli per totam pugnam impetiit, nunc vnguibus vultum eius incessens, nunc alis lumina Galli obtenebrans, ineuitabile fatum Valeriu composuit, fœliciter iuxta ac victoriam eidẽ retulit Valerio. vnde Valerius ab huiuscemodi rerum successione, cognomentum Coruini aucupatus est: & in virtutis eius testimonium, iure legitimo consularem dignitatem, licet iuuenis existeret, consecutus est. hæc Suidas. Ex quo loco liquet, non solum Celtas, Gallorum eorum posteritatem, quos diximus, alpes Italiæ proximas insedisse, verumetiam Albanis mixtam accessisse: hoc est, incultis, ac iis Gallis, qui montana colebant in confinio Istriæ & Carniolæ: vbi Albanum etiam videtur Ptolemæus describere, vulgo adhuc appellant auff der Alben/ bey Widpach/ vnnd Logitsch. Quem locum depingens Strabo libro quarto, cum de Iapodibus tractat: Attollitur (inquit) denuo ad Iapodes regio, quam Albiã vocant. pariter è Tergesto pago Carnico transmissio est, per paludem nomine Lugæum. Ἰάποδες (scribit Stephanus) ἔθνος Κελτικόν, [illegible]. Tales nimirum sunt, quos à corrupto Germanico vocabulo Cæsar libro primo Ciuilis belli, Albicos vocat.

Atq; acerrime (inquit) vtrinq; pugnatum est, & fortissime: neque multum Albici nostris virtute cedebant, homines asperi & montani, exercitati in armis. Eosdem Albenos li-

bro tertio Herodianus, & Albanos Procopius libro primo Gothicę historiæ appellauit: Supra Rauennam autem vrbem (ait) à Padi fluminis læua, Ligures habitant: iuxta hos, qui ad Boream vergunt, Albani, in terra omnium fœcundissima, Languilla nominata, incolunt loca. Supra hos, Francorum ditionis sunt gentes. Meminit denique Albani cuiusdam montis, prope Æmonam, ac supra Aquileiam, Iulius Capitolinus in historia Balbini & Pupieni. Quæ omnia ideo adducere volui, vt testatum appareret, eandem gentem extitisse Teutonicæ originis ac linguæ, quæ Illyricum tenebat, ac Alpes, potissimum Italiam prospectantes, in Norico & Rhætiis: ab eisdem Alpibus Albanos, & propriis locorum cognominationibus Iapodes, Pyrustas, Scordiscos, Tauriscos, aliisq; nominibus, quæ supra recensuimus, distinctos: vocibus gentiliciis, vt fieri potuit facile à Latinis hominibus, deprauatis. Et sic intelliguntur loca autorum, cum alia, tum Cæsaris quinto Gallicæ historiæ: Ipse conuentibus citerioris Galliæ peractis, in Illyricum proficiscitur, quod à Pyrustis finitimã partem prouinciæ incursionibus vastari audiebat. Eo cum venisset, ciuitatibus milites imperat, certumq; in locum conuenire iubet. Qua re nunciata, Pyrustæ legatos ad eum mittunt, qui doceant, nihil earum rerum publico factum consilio: seseq; paratos esse demonstrant, omnibus rationib. de iniuriis satisfacere. Ex quo loco non solum Gallos in tractu Illyrici tenuisse apparet (qui præcipuus totius est huius libri scopus) verumetiam inter hos Pyrustas extitisse, Illyriis proximos: hoc est, in finibus Rhætiæ Noricique colentes, vbi in hanc vsq; diem insignis vallis visitur, in medio Tyrolis & Carinthiæ, ab his quos diximus populis cognominata Purstertall. Eiusmodi sunt alia pleraq; loca authorum de Celtis. vt illa Appiani Alexandrini, libro primo ciuilis belli, cum Cæsaris Pompeiiq; exercitus recenseret: Quoquo modo se res habuit, vterq; maxime spem in Italis videtur posuisse. Sociorũ quidem Cæsaris equites Celtæ, ac Celtarum qui supra Alpes incolunt numerus fere alius. Item libro tertio eiusdem: Equitum numerus vtriq; par, Bruto Celtarum & Lusitanorum equitum quatuor millia aderant: Thracum vero, Illyriorum, Parthenorum, ac Thessalorum duo millia. Cassium, Iberorum ac Celtarum equitum duo millia comitabantur. Et in libro quem Illyricum inscripsit: Quamobrem Cæsar (inquit) copias in Dalmatas conuertit, gentem Illyriorum aliam, & Taulantiis finitimam. Teutonica reuera hæc vox est, pro eo quod dicimus Tallãnder. Extant enim innumeræ aliæ valles in finibus Liburniæ, Iapodum, Noriciq;, gentiliciis diuersis (vt supra visum est) appellationibus insignitæ, de quibus partim inter initia huius libri, partim proximo libro docebitur, cum de Tauriscis & Carnis tractabimus.

Scordisci Galli.

Horum finitimi fuerunt Scordisci, & ipsi Galli, quos Plinius libro tertio cap. 25. in frõte habitare Claudii Pannoniæ montis refert, cum terga Taurisci haberent. quorum sedes paulo exactius depingens Strabo libro septimo, ita scriptum reliquit: Hic Noarus (inquit) augetur, accepto Colapi, qui ex Albio monte fluens, per Iapodes Danubium illabitur, ad Scordiscos. Erant autem dierum quindecim itinere ex aliis Thracibus & Illyricis protensi, extincti vero à Scordiscis fuerant: postea autem à Romanis, qui etiam Scordiscos diutius potentissimos debellarunt. Enimuero hi penes Istrum habitarunt, duas in partes diuisi. nam & alii magni Scordisci appellati sunt, alii vero parui. Illi quidem duos inter fluuios habitant, Istrum illabentes: quorum alter Noarus appellatur, præter Segesticam fluens: alter Bargus. Parui autem vltra Istrum incolebant, Triballis & Mœsiis finitimi. Quasdam etiam insulas habebant Scordisci. Eo autem magnitudinis aucti sunt, vt vsq; Illyrios & Pæonas & Thracos pueniẽt sint terminos. Cõplures igitur iacentes in Istro insulas occupauerunt. Ipsi

Scordiscorũ sedes.

etiam vrbes habuere, Heortem & Capedunum. Et iterum libro eodem, cum de agro Pæonum & Dalmatarum loqueretur: Asper sane (ait) & sterilis ager est, & hominum minime culturæ deditorum, adeo vt funditus deleti penitus defecerint. quod & reliquis eius oræ mortalibus obtigit. Nam qui prius potentia valebant, ad ima redacti euanuere: sicut ex Gallis Boii & Scordisci. Ex quibus omnibus liquet, non solum Scordiscos, Gallos extitisse, in Illyrico habitantes: verum etiam ex his alios ad Sauum, vbi Colapis sunt confluentes, alios autem ad Istrum, & vltra Istrum tenuisse, vbi PTOLEMÆVS Iazigas Metanastas describere videtur: & quo hodie loco Segedinum est, Debritium, Bathor, ac Varadinum episcopale. id quod facile ex isto loco Athenæi libro quinto Dipnosoph. elicitur: τῶν δὲ Γαλατῶν οἱ Σκορδίσται καλούμενοι, χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὐτῶν χώραν. ληϊζόμενοι γὰρ τὴν ἀλλοτρίαν καὶ ἀδικοῦντες οὐ παραλείπουσι. τὸ γένος αὐτῶν ἐστὶ μὲν λείψανον τῶν μετὰ Βρέννου στρατευσαμένων ἐπὶ τὸ Δελφικὸν μαντεῖον. Γαλατῶν γὰρ τις Βαθανάττος ἡγεμὼν αὐτοὺς διῴκισεν ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους, ἀφ' οὗ καὶ τὴν ὁδὸν, δι' ἧς ἀνέστρεψαν, Βαθανάττιν ἔτι καὶ νῦν προσαγορεύουσιν. Hoc est, si Latine reddas: Galatæ, qui Scordistæ nuncupantur, aurum in regionem eorum non inferunt: populantes vero alienam regionem, ac occupantes, non negligunt. Hi autem Scordistæ sunt vocati, quia reliquiæ Galatarum extiterunt, qui cum Brenno duce

duce tunc temporis militauerunt, quando Delphos diripuerunt. Deinde Galatarum dux Bathanatius quispiam sic dictus est, qui eos in regione, quæ circa Istrum est, collegit, sedesque capere iussit. Vnde & viam, qua ad Istrum redierant, Bathanatium & hodie vocant. Qui locus non solus Scordiscorum sedes demonstrat, ad Istrum videlicet extitisse, vbi hodie Hungaria inferior est, illa insularis ac nemorosa: verum etiam Teutonas fuisse, & quo euentu ad Danubium venerint, ostendit. Meminit huius rei & Iustinus libro 33. Florus ac Eusebius, qui tributarios eos Macedonum fuisse, & vsque in Dalmatiam Thessaliamque excurrisse scribunt, Catonisque exercitum profligasse, victos postremo à Didio & Druso. Sic & Byzãtius in libro de Vrbibus: Σκορδίσκοι (inquit) καὶ Σκίσοι. ἔθνη Παιονίας, ὡς Φλέγων ἐν πεντεκαιδεκάτῳ ὀλυμπιάδι. Tradit & Liuius libro decimo Decadis quartę, Scordiscos proximos Dardaniis habitasse, cum Bastarnis, quibus & moribus & lingua similis erant, vtpote Germanicæ vtrique linguæ. Id quod etiam Strabo testatur, libro septimo, cum de Getbis & Tyragethis loquitur: Hos vtramque (inquit) Istri ripam incolere, sæpe traditur. Intra terram sunt Bastarnæ, Tyragethis vicini, & Germanis, & ipsi ferme ex Germanis originem ducentes. Porro libro Decadis quintæ primo, Liuius refert, Scordiscos cum Thracibus & Dardaniis in auxilium euocatos, contra Bastarnas, quos Perseus rex exciuerat, principium & occasionem belli, quod postea Romanis cum Perseo fuit Macedoniæ, & Genthio Illyriorum, regibus. Vt autem omnino intelligamus, Scordiscorum sedes fuisse ad Sauum, proxime lapidibus, ex his Liuii verbis aduerti potest, quæ in postremo libro Decadis quartæ extant: Dardanorum gentem delere propositum erat, inque eorum agro sedes dare Bastarnis. Duplex inde erat commodum futurum, si & Dardani, gens semper infestissima Macedoniæ, temporibus iniquis imminens, tolleretur: & Bastarnæ, relictis in Dardania coniugibus, liberisque, ad populandam Italiam possent mitti: per Scordiscos iter esse ad mare Adriaticum, Italiamque: alia via traduci exercitum non posse. Facile Bastarnis Scordiscos iter daturos: nec enim aut lingua, aut moribus æquales abhorrere. Qui & ipse locus satis declarat, Scordiscos ad Sauum eo quondam tractu fuisse collocatos, vbi sunt hodie Posegiensis, Sagrabiensisque & Sagoriensis Hungariæ comitatus, culti passim Hungaris Slauinisque populis. Siquidem ex Dardania, vbi est hodie Bosnia, qui Adriaticum sinum Italiamque petiturus est, per eos transeat agros necessum est. Eadem animaduertit de Scordiscis & Appianus Alexand. in historia Illyrica, in hunc modum: Illyriorum itaque gens, vt in tam ampla regione multa & vulgara nunc quoque inesse cernimus, Scordiscorum & Triballorum fuit: qui tellurem ingentem possidentes, tam diu inter se bello dimicarunt, quoad Triballorum, qui supererant, ad Gethas supra Istrum fuga transiere. Hæc natio ad Philippi & Alexandri vsque tempora potens habita, nunc adeo euiluit, vt nulla fere cognitione superesse videatur. Scordiscorum insuper gens debilior effecta est. Hi etenim à Romanis bello superati, ad Istri tandem fluminis peruenere insulas. Procedente vero tempore, nonnulli iterum egressi, Pæonas incoluere vltimos: & ob id nunc quoque inter Pæonas Scordiscorum genus superest. hæc ille. Ex quibus verbis tollitur dubium, quod de Scordiscorum sedibus oriri potest: quandoquidem Plinius libro tertio cap. vigesimo sexto intra Pannoniam, in Claudio hos monte collocare videtur: quos contrà Strabo in Dacia ripensi, cum Parthiscum, siue Tybiscum fluuium ex Cordiscis, Galatis appellatis, defluere in Istrum scribit. Erant enim ad Danubium & in Dacia ripensi minores vocati Scordisci, passim in insulis Istri habitantes: reliqui vero qui ad Sauum tenebant, magni Scordisci fuere, in Claudio videlicet monte, qui nostro seculo communis est Hungariæ, Slauoniæ, Styriæque limes, & gentilicio sermone Vogelpüchel / Khünigsperg / Roshiterperg nominatur. Verisimile est autem, Scordiscorum Teutonicam esse corruptam vocem, a nemoribus quæ incolebant: tanquam diceres, Harczistæ, die Hartz aussersten / id est, extra Hercyniam. Siquidem & Græci s aspirationem Germanis propriam omittentes, Germanismo propius accedunt, & Cordistas vocant, posita videlicet c litera pro H, solita Teutonum aspiratione. Idem etymon dari potest in aliis, minoribus videlicet Scordiscis, quos diximus in insulis Istri, & vltra Istrum ad Tibiscum in Dacia ripensi incoluisse: quos Germanici proximi populi, vt Boii, Taurisci, Brenni, Celtæque, à situ loci nuncupabant die Harttenster / hoc est, qui nemora Hercyniæ, siue eius syluæ propagines, secus Tibiscum tenerent. Quod si vana coniectura est, Scordiscos maiores illos ad Sauum colentes, pulsos a Slauinis crediderim, Adriæ propiores accessisse, vbi est hodie ab illis appellatus tractus fabulosus, asper & nemorosus, vulgo am Kharsth. Haud equidem dissimili euentu Gottos Sueuosque, qui in Pannoniis, atque ipsa prius Valeria sedes habebant, à Slauinis Auaribusque pulsos constat, in nemoribus ipsos se apud Iapodes Histrosque occuluisse, vt secunda huius operis Decade prolixius sumus ostensuri: quorum

Scordisci Germani fuere, & vnde nominati.

posteritas & in hanc vsque diem manet, Teutonicoque & idiomate & nomine vtentes, inque meditullio barbararum nationum accolentes, vulgo die Gotscheer vocantur. Atque de Scordiscis, cæterisque Gallorum siue populis siue tribubus in tractu Illyrici tenentibus, hęc habuimus quæ diceremus. Nunc adeo locus postulare videtur, vt explicemus, Illyrici qui fuerint, & quantus Illyrici tractus extiterit, in quo hanc nationem, & Macedonico bello & multis post annis coluisse: vsque ad Octauii Augusti Cæsaris tempora, supra præfati sumus. Non enim iisdem limitibus, omnibus historiæ autoribus, Imperiique ætatibus definitur Illyridis ager. Præterea aliter de Illyrico Græci, eorumque vetustiores autores loquuntur, aliter Romani: & inter hos ipsos populos, secundum temporum vicissitudines, sua fuerũt discrimina. A Græcis incipiam, quorum Suidas & Stephanus Illyrios Thraciæ proximos depingunt. Ita nanque Stephanus in libro de Vrbibus inquit: Ἰλλυρία, χώρα πλησίον τοῦ Παγγαίου, ἀπὸ Ἰλλυριοῦ τοῦ Κάδμου παιδός. οἱ οἰκήτορες, Ἰλλυριοί, καὶ Ἰλλυριὲς, καὶ Ἰλλυρικοὶ, καὶ Ἰλλυρίς, καὶ Ἰλλύριοι. Erat autem Pangæum, montis in Thracia nomen. Vnde est illud Statii poetæ: — *Illis Pangæa resultant, Ismaraque.* — Suidas vero Illyricum in hunc modum describit: Ἰλλυριοί, βάρβαροι Θρακικοί. οἱ δὲ Περσίδος αὐτοὺς φασίν. καί φησιν Ἀριστοφάνης, Ἰλλυριοὶ κεκραγότες, ἀντὶ τοῦ τοιαύτῃ φωνῇ ἀποπνέοντες. κεκραγότες οὖν, διὰ τὸ ἀσήμαντον τῆς φωνῆς αὐτῶν. κρίζει γὰρ ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τετριγμὸς, ὡς ὀδόντων γινόμενος. Ex quibus verbis colligimus, Illyrios quondam barbaros fuisse, Thracibus propinquos, qui in prælio, & contra tumultum, vocem clangentem ita habebant, vt similem stridori morientium, qui dentibus fit, ediderint. Ptolemæus porro, & ipse Græcus, libro secundo Cosmographiæ, latius paulo, à Thraciis Illyridem producens: Illyris (inquit) regio limites habet, à Septentrione vtramque Pannoniam, iuxta expositos fines: ab occasu vero Istriam, iuxta lineam, cuius medium partes retinet, ad Pannoniam superiorem XXXVLXXX.XLV.X: ab exortu vero, Mœsia superiori, iuxta lineam, à dicta exoneratione Saui fluminis, vsque ad finem Scardi montis, cuius situs habet partes XLVII.LX: à meridie, parte quadam Macedoniæ, iuxta lineam à prædicta extremitate, quæ apparet in sinu Adriatico. Hęc ille. Secundum quam descriptionem, Illyricum mediterraneus erat terræ tractus ille, à Sauo ad mare Ionium & Adriaticum exporrectus, tam late fere extentus, quantum hodie maritima pars Dalmatiæ, Croatiæque, & Bosnia dilatantur. Ad huiusmodi Illyrici descriptionem ea omnia pertinent, quæ de Genthio rege Illyriorum à T. Liuio quatuor prioribus libris Decadis quintæ sunt perscripta. Imo describit eam quoque Illyrici intercapedinem, idem author libro quarto eiusdem Decadis, in hunc modum: Anitius prætor eo tempore Apolloniæ, auditis quæ in Illyrico gererentur, præmissisque ad Appium literis, vt se ad Genusuum opperiretur, triduo & ipse in castra venit: & ad ea quæ habebat auxilia, Partinorum iuuentutis duobus millibus peditum, & equitibus duecentis (peditibus Epicadus, equitibus Agalsus præerat) parabat ducere in Illyricum, maxime vt Bassanitas obsidione solueret. tenuit impetum eius fama lemborum, vastantium maritimam oram. LXXX erant lembi, autore Pantauco missi à Genthio, ad Dyrrhachinorum & Apolloniatium agros populandos. Et subdit: Ad Scodram inde ventum est, id quod belli caput fuerat, non eo solum, quod Genthius eam sibi ceperat, veluti regni totius arcem: sed etiam, quod Labeatium gentis munitissima longe est, & difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina: Clausula, latere vrbis quod in orientem patet prætercurrens: Bardana ab regione occidentis, ex Labeatide palude oriens. Hi duo amnes confluentes incidunt oriundi flumini, quod ortum ex monte Scodro, multis & aliis auctum aquis, mari Adriatico infertur. Mons Scodrus longe altissimus regionis eius, ab oriente Dardaniam subiectam habet, à meridie Macedoniam, ab occasu Illyricum. Idem Liuius duplicis Illyrici, & triplicis interdum mentionem facit, libro tertio Decadis quartæ, cum Macedonici belli initia retexeret: Oreum & Erethria decem legati Eumeni regi Attali filio dabant. dissentiente Quintio, venit res in arbitrium senatus. Senatus libertatem his ciuitatibus dedit, Carysto adiecto. Pleurato Lingus & Partheni dati. Illyriorum vtraque gens sub ditione Philippi fuerat. hæc ille. Qui rursus libro quinto sequenti, cum ad finem fere Macedonici belli historiam deduxisset, triplex Romanis distinctum Illyricum, atque id vniuersum mari Adriatico proximum, delineat hisce verbis: Pacata Epyro, diuisisque in hyberna copiis, per oportunas vrbes regressus ipse in Illyricũ, Scodræ (quo quinque legati ab Roma venerant) euocatis ex tota prouincia principibus, conuentum habuit. Ibi pro tribunali pronunciauit de sententia consilii, S. P. Q. R. Illyrios esse liberos iubere: præsidia ex omnibus oppidis, arcibus & castellis sese abducturum: non solum liberos, sed etiam immunes esse, Issenses & Taulantios, Dassaretiorum Tirustas, Rizonitas, Olciniatas, quod incolumi Genthio ad Romanos defecissent. Daorsis quoque immunitatem dare, quod relicto Caromanno, cum armis ad Romanos transissent. Scodrensibus & Dassarensibus & Selepitanis, cæterisque Illyriis vectigal dimidium eius quod regi pendissent.

Illyricum quantum fuerit.

Illyris secundum Græcos.

Duplex & triplex Illyricum apud Liuium.

Inde

Inde in tres partes Illyricum diuiſit. Vnam eam fecit, quæ ſupra dicta eſt: alteram, Labeatas omnes: tertiam, Agrouanitas & Rizanitas & Olciniatas, accolaſque eorum. Hac formula dicta in Illyrico, ipſe in Epiri Paſſaronem in hyberna rediit. Atque hæ ſunt ſeptuaginta vrbes Illyrici, quas Paulum Æmilium vna hora cæpiſſe, Appianus Alexandrinus eſt autur, cum ait: Paulus Æmilius, qui Perſeum regem bello ſuperauit, & ad ſenatum miſit, ſeptuaginta Illyrici vrbes in hunc modum deprędatus eſt. Clanculum enim Romam profectus, & inde reuerſus à ſenatu ſumma celeritate, vrbium incolis commiſſorum veniam concedere velle, ablato omni quod haberent auro atque argento, pollicetur. Conſentientibus ipſis, exercitum ad vnamquamque earum vrbium per partes intulit. Tandem vniuerſis exercituum ducibus, definita die, ad auroram per præcones, vrbes publice diſcurrere, omneſque pecunias intra horarum trium ſpacium in forum deferri à ciuibus, imperat. Quibus allatis, reliqua omnia prædæ expoſuit. Sic Paulus vna hora ſeptuaginta ſpoliauit vrbes. Quibus ex verbis liquet, rametſi anguſtam adhuc Illyrici antiquiſſimi intercapedinem, fuiſſe tamen in tres partes à Romanis ſubdiuiſam, quantum videlicet agri Drillone, Tito & Narone fluuiis irrigabatur, vbi hodie comitatus ſunt partim Dalmatarum Croatarumque: partimque ſub Thurcæ & Venetorum obſequio, Rania, Glauna, Dlamocz, Gragobicz, Wrana, Corbau, & Lapacz: quæ vocula omnino Labeatas exprimit, vbi ſcilicet regiam tenuiſſe Genthium, non ſemel Liuius ſcribit. Atque in hac prima Illyrici diſtinctione, portus maris olim fuerant nobiles, Dyrrhachium & Epidaurus: hodie Raguſium & Epidaurus nominata, & Thurcarum iugo preſſa. At [illegible] ipſum Illyricum in inſcriptione quadam reperio Quirinale Romanis nuncupatum fuiſſe, quam non grauabor fidei ergo ſubiicere:

Illyricum Quirinale.

DETIVS L. F. M. N. GALLVS PROPRÆT. DE REGE PERSEO ET DXXI VR. ET IL [illegible] YRIIS QVIRINALIBVS, &c. ſubintellige, triumpha

Huic poſtea Illyrici tractui (in quo nulli G[illegible] populi, ſed mixtum genus ex Macedonibus, Baſtarnis, Dardaniſq; colebant) Romani [illegible] proximas adiecere prouincias, quãtum videlicet Dalmatiæ adhuc reliquum erat portubus celebre, Salona, Scardona, Iadera, & Acmona: quæ noſtra ætas loca appellat, Saram, Staragram, Segniam, & ſanctum Vitum: quorum priora duo Venetis, poſteriora vero Auſtriæ principibus parent. Præterea addidere Ardiæos, Palarios, & Iſtros: quos populos exacto Macedonico bello ſubiugauerant, Fuluii Flacci, Marci Figuli, Cecilii Metelli: & qui Iſtros domuerunt, Iunii Manlii, T. Claudii, C. Popilii, M. Ebutii, & L. Attii opera atque auſpicio. Etſi ante hæc tempora legatur reges quoſdam in Illyrico Romanos vectigales habuiſſe, quod Pineo rege T. Liuius libro ſecundo tertiæ Decadis animaduertit his verbis, cum Hannibalis per alpes in Italiam ingreſſum deſcriberet: Simul ad viſendum ex propinquo quæ in Boiis atque Inſubribus gererentur, ad Pineum quoque regem in Illyricos legati miſſi, ad ſtipendium cuius dies exierat poſcendum: aut ſi diem proferre vellet, obſides acciperent. hæc ille. Credendum eſt autem, priori Illyrici diſtinctioni ad mare, factam non minimam tum acceſſionem fuiſſe. Vnde Appianus Alexand. Quippe (ait) per triennium circa Eridanum cum Celtis dimicantibus, Demetrius veluti bello implicitos minus veritus, mare percurrit, & Hiſtros Illyriorum nationem ſibi vendicauit. Atintanos etiam à Romanis deficere coegit. Et iterum: Sic Paulus vna hora ſeptuaginta Illyriei vrbes ſp[illegible]auit. Ardiei autem & Palarii, alia Illyriorum natio, Illyricum quod à Romanis tenebatur, inuaſerant. Quibus Romani ob occupationes miſere legatos, qui eos deterrerent. non parentibus autem, exercitum decem millium peditum, equitum DC deſtinant. Illi re cognita, nondum parati in bellum, legatos ſuos Romam mittunt: & veluti geſtorum per eos pœniteret, veniam expoſtulant. Senatus damnorum impenſam, quam indigne oppreſſis intuliſſent, perſoluere eos iubet. Cum id quoque neglexiſſent, Fuluius Flaccus ingẽtibus copiis in eos proficiſcitur: prælium ad excurſionem duntaxat vſque finitum eſt. Et addit: Verum omnes non multo poſt à Romanis defecere. Dalmatæ Illyriorum ab his diuerſa natio, Illyrios Romanis obſequentes inuaſerunt, & legatos Romanorum eam ob cauſam ad eos venientes minime admiſere. Quamobrem videntur Romani aduerſus illos ſumpſiſſe arma, M. Figulo conſule ducente. At hi Figulo quam primum inferenre copias, cuſtodias aggreſſi ſuperarunt, eaſque ab exercitu in campum pepulerunt, ita vt ad Naronem vſque fluuium fuga peruenirent. Verum iidem retrouertere gradum: iam enim inſtabat hyems. Figulus ratus eos impune adgredi poſſe, diſcurrentes vndique ad eius impetum, ex oppidis offendens, in fugam vertit: donec ad vrbem Delminium (a qua Dalmatarum nomen illis inditum) terga dare compulit. Cum nihil ex impetu aduerſus munitam vrbem conati, neque machi-

Quarta Illyrici acceſſio.

Pineus rex Illyricus tẽpore Punici ſecundi belli Romanis Vectigalis.

nas ob altitudinem adhibere posset, ad alias excursiones se conuertit. Destitutus omnibus & inhospitis ob insultus in Delminium factos, ipse bicubitales sudes, pice ac sulphure stuppaque componens, ex catapultis in Delminium iacit. quæ ab impetu succensæ, & lampadarum vice per inane volitantes, quæcunque attigissent, igne corripiebant. Ita multa à flammis absumuntur. Eoque modo finis bello a Figulo Dalmatis imponitur. Sequenti tempore Cecilius Metellus consulatum adeptus, nihil delinquentibus Dalmatis, triumphandi libidine bellum ex decreto intulit. A quibus amice susceptus, in Salone eorum vrbe transegit hyemem. Postremo Romam delatus, nulla ex causa triumphauit. hactenus Appianus. Ad quem locum pertinere videtur exemplum illud Antiquitatis:

CN. FVLVIVS CN. F. CN. N. CENTIMALVS A. D. XXV. PROCOS. EX ILLYRIIS NAVAL. EGIT K. QVINTIL. 10

Porro de isto Illyrico intelligendus est locus Cæsaris libro quinto Gallicæ historiæ: Ipse conuentibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur, quod à Pyrustis, finitimã partem prouinciæ incursionibus vastari audiebat. Eo cum venisset, ciuitatibus milites imperat, certumque in locum conuenire iubet. Qua re nunciata, Pyrustæ legatos ad eum mittunt, qui docerent, nihil earum rerum publico factum consilio: seque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de iniuriis satisfacere. Et iterum libro quarto Ciuilis belli: Literas ad Gabinium mittit, vti cum legionibus tyronum, quæ nuper erant conscriptæ, proficisceretur in Illyricum: coniunctisque copiis cum quinto Cornificio, si quod prouinciæ periculum inferretur, depelleret. Sin ea non magnis copiis tuta esse posset, in Macedoniam legiones adduceret. omnem enim illam patrem, regionemque, viuo Cneo Pompeio bellũ instauraturam esse credebat. Gabinius vt in Illyricum venit, hyberno tempore anni, ac difficili, siue copiosiorem prouinciam existimans, siue multum fortunæ victoris Cæsaris tribuens, siue virtute ac scientia sua confisus, qua sæpe in bellis periclitatus, magnas res & secundas ductu ausuque suo gesserat, neque prouinciæ facultatibus subleuabatur, quæ partim erat exinanita, partim infidelis: neque nauibus, intercluso mari tempestatibus, commeatus supportari poterat: magnisque difficultatibus coactus, non vt volebat, sed vt necesse erat, bellum gerebat, ita cum durissimis tempestatibus, propter inopiam castella aut oppida expugnare cogeretur, crebra incommoda accipiebat: adeoque est à barbaris contemptus, vt Salonam se recipiens, in oppidum maritimum, quod ciues Romani fortissimi fidelissimique incolebant, in agmine dimicare sit coactus. Et hactenus de quarta Illyrici accessione: quam secuta postea quinta fuit, cum Iapodes posterius ductu Sempronii Tuditani, Tiberii Pandusii Liburni quoque, Gabinio authore, Segestani Lucii Cottæ ac Metelli consiliis, Scordisci præterea Lentuli ac Pisonis auspicio, Cornelio quoque ac Messala bellatoribus, Pæones in verba iurassent Romanorũ. Quod reliquum erat Gallorum in mediterraneis, ad Sauum fluuiũ, & vltra, in Alpibus Noricis, Drauumque vsque ad Istrum, Octauius Augustus, & eius priuigni Cl. Drusus & Tyberius Nero Romano nomini vendicarunt. Vnde est quod Appianus Alex. Græce perscripsit, quæ Latine reddita sic habent: Pari modo & Ardiæi, cum mari finitimi, optima Autthariorum loca circa littus inuasissent, eos expulere. Post hos Liburni nauibus plurimum insignes fuisse memorantur: Illyriorum natio alia, qui Ionium insulasque prædabantur, nauibus citis vsi, leuitateque præcipuis. Et iterum: Dalmatæ aliique Illyriorum populi, prospere rem gessisse visi sunt, & Liburnis (quæ Illyriorum gens alia habetur) Promonam abstulere vrbem. Liburni Romanis se dedentes, ad Cæsarem iam propinquum fuga peruenere. Cæsar legatos ad illos misit, hortatusque est, vt qui Promonam suscepissent, Liburnis restituerent. Sic Strabo, Augustum Cæsarem, Vendum, Metullum, Terponum, Autupenum & Monetium, Iapodum vrbes subiugasse tradit: & postremo in Segestanos profectum, eorum vrbem, Sauo flumini adiacentem, obsedisse. Pertinebat autem ad Segestanos, & Siscia, in eodem fluuio e regione Colapii ostii posita ciuitas, quæ colonia posterius deducta Romanis fuit. Quibus proximi inter Sauum & Drauum Scordisci tenebant, quorum oppida Strabo enumerat, Heortem & Capedunum: quos & ipsos debellatos per Lentulum, Augusti postremo & Tiberii auspicio, in prouinciæ formam redegerunt Romani. Porro occasio erat, quod arma is populus tam procul Italia, ad Sauum vsque, atque inde ad Drauum Istrumque fluuios mouisset, ac Illyrico veteri plures alios Gallorum adiicerent populos, vt refert Appianus: quod latrociniis Illyrii late insisterẽt, ac Italiæ confinia infesta redderent. Quippe libro secundo ciuilis historiæ de Cæsare Iulio locutus: Posthumio Brundusium adnauigante, Gabinius prinsquam Cæsaris mandatum attulisset, volentes per Illyrium nulla diei interposita quiete secum duxit: qui omnes fere ab Illyriis interfecti sunt, quod Cæsar per occupationes patienter tulit. Idem libro quinto, de Augusto scribens: Cum vero Illyriorum gens (inquit) aliæque nationes barbaræ vix adepta pace,

Quinta accessio Illyrici facta.

20 30 40 50

pace, arma sustulissent, occasionem paratam habere, quo illos ex bellis dites redderet: at illi vlterius militare velle, ni priora munera honoresque suscepissent, palam recusarunt. Et iterum sub finem libri: Defuncto Pompeio, Antonius cum exercitu Armeniam iterum adgressus est: Cæsar in Illyrios, qui Italiam latrociniis prædationibusque vexabant, bellum mouit, cum quidam Romanis minime parerent, alii ciuilibus distraherentur præliis. Ex quibus locis manifestum est, aliquos Illyriorum populos, & non omnes, ab Augusto fuisse subiectos. Quos vero Tiberius postea illius priuignus perdomuit, ostendit Velleius Paterculus, in hunc modum scribens: At Tiberius Cæsar, quam certam parendi Hispanis confessionem extorserat, partim Illyriis Dalmatisque: Rhætiam autem & Vindelicos ac Noricos, Pannoniamque & Cordiscos nouas imperio nostro subiunxit prouincias. hæc Velleius. Et de huiusmodi Illyrici accessione intelligendus est locus Strabonis, libro quarto Geographiæ: Alia sunt cacumina in Illyricum atque Adriaticum sinum conuersa, ex quibus est iam dictus mons Peninus, & Tullum, & Phligada, & subiacentes Vindelici. Extant vero horum montium adhuc nomina antiqua, & gentiliter magis pronunciata, in ditione Salisburgensi & Tyroli: appellantque loca ista incolæ inter Illyrios Vindelicosque iacentia, hoc est in medio Carinthiæ Bauariæque, das Pynzgaw/ das Pynzgetall/ Vältlin/ Telz/ Flutz. Quæ cuncta montana ad Draui fontes Noricum attingunt: & quos inter Illyrios Appianus enumerat, Merromenos, Pyrustas, Glintidiones: itemque quos Strabo recenset, Tenauos. Virucinates, Brixantas, Vennones, Cotuantiosque: Quos Galli siue Illyrii gentilicia prolatione dicere, ac à vallium discrimine nominare solebāt, die Meraner/ Burstersteller/ an der Glan/ Tauffertall/ in der Virgyn/ Wurmserioch/ Brixentall/ Vintzgawr/ Vinster müntz/ in der Wanyng/ Khochaw/ &c.

Cæsar Tiberium totum fere Illyricũ perdomuit.

His igitur iam enumeratis, & præcipue de quibus sermo erat, Scordiscis vel Cordiscis, vti positus ipsius succedebant ratione: ita ordine postea à Romanis debellati, in prouinciæ tandem redacti formam sunt, Pæones ac Mysii. quorum illi à Drauo vsque ad Istrum, hi vero à Saui & Istri confluentibus vsque ad Cyabrum Thraciæ fluuium tenebant: vtriq; vero Illyrico veteri accedentes, eorum de quibus præfati sumus auspicio, intercapedinem eius tractus apud posteros fecerunt ampliorem. Porro habebant Liburni quondam eum fere tractum, qui hodie inter Croatiæ regnum, Carniolensemque ducatum, secus Colapis fluuii ripam, quem Culpam nunc dicunt, extentus, marcha appellatur Wyndorum. Cuius celebratur metropolis Medlingum, castra vero munitiora Billigraczium & Iasterberga. Iapodum agros hodie pro parte Carniolenses colunt. Segestanorum vero terra, nostra ætate partim in Sclauoniæ regnum, partim Styriæ agros secatur. Quibus & Scordisci proximi colebant, vbi hodie sunt Hungariæ Styriæque confinia: & oppida celebrantur, Varasinum, Rakerspurga, & Hartperg mons vetus, à Scordiscis nomen retinens: quos videlicet iam antea demonstrauimus ab Hardis, hoc est, nemoribus, Romanis corrupte nominatos, Ita loca Pæonum, nostra ætate Hungari, gens Hunnica, tenet: & in tractu Mysorũ vel Mæsiæ, Rasciani ac Seruiani Sarmatæ habitant. Vt vel inde appareat, quanta ab eo tempore, facta Illyrico accessio fuerit. Ad quam Appianus Alexand. non semel alludit, historiamque Illyriorum in hunc modum auspicatus: Illyrios (inquit) Græci eos existimant, qui supra Macedoniam & Thraciam, à Chaonibus & Thesprotis, ad fluuium Istrum sedes habent. Hæc enim totius prouinciæ longitudo est. Amplitudo eius ex Macedonia & Thraciæ montibus ad Pæonas vsque, & Ionium mare, Alpiumque obiecta protenditur, quæ dierum quinque itinerationem continet. Longitudo in triplo productior est, vt Græci perhibent. Romani eam regionem mensuræ subiicientes, longitudinem sex millium stadiorum, latitudinem mille & ducentorum numero contineri putant. Hæc ille. Quæ descriptio haud multum à Ptolemæi abludere descriptione videtur, complectens videlicet intra se, excepta Hungaria, potiorem Seruiæ portionem, Bosniam, Croatiam, Schlauoniam & Dalmatiam: hoc est, Mysios, Dardanos, Plæreos, Ardiæos, Segestanos, Bassenitas, Dalmatas, Labeatas, Iassos & Scordiscos. Liquet autem, quod neque Histri, neque Iapodes, in hanc veniant distinctionem, imo nec Pæones, nec Norici: vel vt nostro seculo hi appellantur populi, Istri, Carniolenses, Carni, Styri & Hungari. Quam rursus Illyrici descriptionem idem author, sub finem supradictæ historiæ insinuare videtur, cum de Caio Iulio Cæsare loquitur: Residui deinde Illyriorum habebantur, ante Pæones à Romanis Rhætii, post Pæones Norici, Mysiique, qui ad Euxinum pontum vsque incolunt. Et subdit: Nec vlterius quicquam a Romanis Rempublicam regentibus contra Mysios actum fuisse, aut ad tributa redactos esse, aut ab Augusto gestum, legisse memini: sed Tiberium, qui post Augustum imperauit, eos tenuisse. Verum hæc à me, ante Ægypti adeptionem à populo peracta, suo loco scripta sunt. Quæ vero post Ægyptum

Illyrici amplitudo secundũ quosdam accessionem.

Imperatores tenuerunt, aut bello vendicarunt, veluti propria ipsorum opera, post communia tandem diximus, in quibus multa quoque de Mysiis continentur. Nunc autem, ex quo Mysios Illyrios Romani existimant, hic liber à me Illyriorum appellabitur. Qui vt absolutus crederetur, perscribere visum est, Lucullum, iam ante sub populo imperantem, Mysios excurrisse, Tyberium vero sub monarchia illos recepisse. hactenus Appianus. Hinc recte nimirum Tranquillus in historia Tyberii, Illyricum inter Danubium, Noricum & Thraciam includit. Et quanquam sæpius reuocaretur (inquit) tamen perseuerauit, metuens ne vicinus & prævalens hostis instaret vltro cedentibus: ac perseuerantiç grande precium tulit toto Illyrico, quod intra Italiam regnumque Noricum & Thraciam ac Macedoniam, interque Danubium flumen & sinum maris Adriatici patet, perdomito, & in ditionem redacto. Igitur cum & Norici posterius à Claudio Druso subiugati fuissent, & qui isthic habitabant Celtarum populi, Traiani quoque Cæsaris auspicio iugum Daci accepissent, tot iam accessionibus Illyricum inauctum, qui post ea tempora Romanis imperarunt Augusti, vniuersum Illyricum, tanquam in medio vtriusque imperii Occidentis Orientisq; situm, & inter duas nouam ac veterem Romam, in duas id quoque, iuxta administrationem Romanæ industriæ, portiones subdiuisere: hoc est, Illyricum orientale, & Illyricum occidentale. Quorum ORIENTALIS quidem administratio, ad Constantinopolitani imperii gubernationem, Occidentalis vero ad Italiæ prætorium pertinebat. Et complectebatur quidem ILLYRICVM Orientale, prouincias Daciæ quinq;, & Macedoniç septem. Hæ erant, Dacia mediterranea, Dacia ripensis, Mœsia prima, Mœsia secunda, Dardania & Præualitana, omnes sub Daciæ nomine ac genere conclusæ. Sub Macedoniæ vero appellatione numerabantur, Macedonia salutaris, Epirus antiqua & noua, Thessalia, Achaia & Creta. Quibus locis nempe nostra ætate sitæ prouinciæ cernuntur, Transyluania, Valachia, tractus Hungariæ secus Tibiscum, Seruia, Rascia, Bulgaria, Bosnia, & vniuersa pene Græcia. Cæterum OCCIDENTALE ILLYRICVM, quod ad præturam Italiæ spectabat, prouincias complectebatur septem: Pannoniam primam siue superiorem, Pannoniam secũdam siue inferiorem, Pannoniam Sauiam, vtrumque Noricum, Valeriam & Dalmatiam. Quibus nostro seculo positæ videlicet prouinciæ sunt, Austria Hungariæ pars, Sclauonia, Carniola, Styria, Carinthia, marcha Windorum, & pars Croatiæ. Hinc est illud Sexti Ruffi in epitome historiarum ad Valentinianum: Habet (inquit) Illyricum decem & septem prouincias, Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœsiam, Daciæ duas. Et in ditione Macedoniæ sunt septẽ, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duç, Præualis, & Creta. Hæc Sextus. cui subscribit Appianus in historia Illyrici: Hæc igitur de Illyricis (ait) à Græcis habita, longioribus verbis à me perscripta sunt. Romani vero non hos duntaxat, sed Pæonas vltra hos, nec non Rhætios, Noricos, & Mysios, qui Europam incolunt, & quoscunque alios his finitimos, qui Istrum à dextra nauigantibus sese offerunt, vicissim vt Hellenes à Græcis distinguunt, eosque propriis appellationibus separatim nominant: cæterum communi vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Hæc ille. Quæ tametsi aperte & Pannonias & Noricum intra Illyrici limites delineent, quia tamẽ dubitari à multis video, Austriam haud recte, Styriamque & Carinthiam Illyrico adscribi, qui vulgi magis opinionem vanam sequuntur, quam autorum censuræ tribuunt, rem paulo altius repetam. Ac primum omnium, Illyrici veteris tractum ostendam vsque ad Danubium fuisse extentum, qua is Germaniam præterfluit, veterem illam ac liberam, ad Carpatum mõtem, Vistulamque flu. propagatam, vbi Germaniæ confinia, Pannoniæque hyberna Plinius videtur describere, libro tertio, capite duodecimo. Id porro vbi demonstrauero, nec Austriam Styriamque dubitare quis poterit, multo minus Hungariam, Illyrici quondam tractui attinuisse. Strabo enim libro quinto Geographiæ, cum Aquileiam depingeret: Ad eam (inquit) flumine aduerso onerariis nauigatur nauibus, per Natisonem fluuium, plus stadiis sexaginta gentes ad Istrum Illyricæ ad ipsum subuehuntur emporium. Et iterum libro septimo: De Illyricis igitur dicendi sumamus initium, quæ Istro sunt Alpibusque contigua, interque Italiam & Germaniam iacentia. Sic Herodianus in historia Alexand. Seueri Cæsaris: Erant autem (ait) Alexander atque amici eius, etiam de Italia ipsa solliciti. neque enim par periculum a Persis atque à Germanis impendebat. nam qui sub oriente habitant, magno terrarum marisque interuallo discreti, Italiæ vix nomen audiunt. At Illyricæ gentes angustæ videlicet, neque multum agri Romanis subiecti possidentes, solæ discrimen faciunt inter Italiam atque Germaniam. Et subdit: Statim nuncii literæque ab Illyrici procuratoribus affuerunt, qui eum vehementer perturbarunt, curamque animo iniecerunt maiorem. quippe significabant, Germanos Rhenum Danubiumque transgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse, oppugnareque iam exercitus ripis insidentes, perque vrbes & vicos

Illyricũ Tiberius totũ perdomuit.

Sextu Illyrici accessio.

Diuisio Illyrici in duas partes.

Illyrici amplitudo secũdum Romanos.

vicos magnis copiis excurrere, quapropter haud leuiter Illyricas nationes vicinasque Italię periclitari. Adstipulatur huic sententiæ & Velleius Paterculus, cum Tyberii Cæsaris expeditionem in Carnunto describeret, aduersus Maroboduum Marcomanorum regem susceptam. Sentio Saturnino (inquit) mandatum, vt per Cattos excisis continentibus Hercyniæ syluis, legiones Boiohemum duceret (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est) ipse à Carnunto, qui locus Norici regno proximus ab hac parte erat, exercitum qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomanos orsus est. Huc pertinet & locus Plinii de Danubio, qui est libro Naturalis historiæ tertio, capite 12. qui sic habet: Ortus hic in Germaniæ iugis, ac per innumeras lapsus gentes, Danubii nomine, immenso aquarum auctu: 10 & vnde primum Illyricum alluit, Hister appellatus. Proinde recte quoque Ausonius poeta de eodem flumine cecinit:

Illyricis regnator aquis, tibi Nile secundus,
Danubius latum profero fonte caput. Et iterum in Mosella:
Quæque per Illyricum, per stagna binominis Istri,
Spumarum indictis caperis Mustella natantum:

Eiusmodi est & Propertii carmen illud:

An tibi sum gelida vilior Illyria? Qui versus de Danubio est intelligendus. Quando igitur constat, Danubium Illyricum alluisse: quis mirabitur, agrum non solum Hungarię, verumetiam Austriæ, intra Illyrici tractum fuisse cultum ab his populis, quos or-20 dine recensemus, Aboriginibus, Græcis, Gallogræcis, Gallis, Germanis, Sarmatisque, siue (vt specialius cuiusque nationis & populos & tribus nominem) Galatis, Celtis, Tauriscis, Scordiscis, Boiis, Senonibus, Brennis, Gelatis, Marcomanis, Buris, Sueuis, Gothis, Herulis, Longobardis: itemque Carpis, Gelonis, Gepidibus, Vandalis, Hunnis, Auaribus, Bulgaris & Hungaris? Iam vero & legiones possunt, quas libro Reipublicæ Romanæ quarto docuimus, ad ripam Danubii, Romanos in Pannoniis perpetuo quasi aluisse præsidio, institutum nostrum corroborare. Siquidē libro decimooctauo Cor. Tacitus, legiones Mæsicas, Pannonicas atq; Dalmaticas, quarum auxilio Vespasianus contra Vitellium nitebatur, hoc est septimam Claudiam, septimā Galbianam, octauam, vndecimam, & decimam tertiam Geminam, expressis verbis nō semel Illyricum exercitum appellitat: quem admo-30 dum legiones Britannicas, Rhenenses ac Rhæticas, quas è Galliis locisque vicinis aduersus Vespasianum Vitellius exciuerat, secundam, quartam, quintam, nonam, decimam, decimam quartam, decimam sextam, & vicesimam, Germanicum subinde exercitum, & legiones Germanicas idem autor & nominat & distinguit. Quæ omnia, vt recensuimus, prolixius possemus, BEATI RHENANI nostri censura concludere, ni colophonem placeret iam tandem huic libro indere, ac sermonem ad cæteros Gallorum tribus, populosque, Tauriscos videlicet, Carnos, Boiosque conuertere, à quibus adhuc integræ manent prouinciæ denominatæ.

CATALOGVS PRINCIPVM, SIVE REGVLOrum Celtarum, eorum, qui in alpibus colebant, quotquot inuenire ex hi-40 storiis receptis potuimus.

1 PINEVS commemoratur à T. Liuio libro secundo tertiæ Decadis, qui Romanis in tractu Illyrici erat tributarius, Hannibale Italiam ingrediente.

2 ANEROESTES, AVTARICVS, ET CAVARRVS (siue rectius gentilicio more prolati, Arnestus, Hauptrichus) à Polybio libro secundo recensentur, cum quibus Romani Q. Flaminio duce multa gessere.

3 GENTHIVS & Pleuratus, in bello Macedonico Romanis subiugati fuere: quibus parebant Reguli minores, à Liuio Decade 4. sæpe citati, Clondicus, Catmelus, Lannerus, Lutharius, Mænocaptus, & Cinismarus: quæ voces: si Germanice protuleris, sonant, Clo-50 duicus, Katzmaul/ Lewenherr/ Lotherr/ Manskhopff/ vnd Zynsmayr/ hoc est, tributarius dominus.

4 CAROLAMVS & Cinzibalis, quinta Decade a Liuio memorantur, quos Galli isthic in Alpibus colentes, & per Illyricum, pronunciarunt Caroloman vnd Gynsobl.

5 TEVTINVS, siue gentiliter prolatum vocabulum der Deütsch/ ab Augusto Cæsare victus erat secus Sauum & Drauum, teste Appiano Alexandrino.

6 BATO ET PINNETES à Tiberio vincuntur, cum tota gente subiecta: & sub his Galli rerum potiri in Illyrico, Pannoniis Noricisque desierunt, rerum summam ad se Romanis trahentibus.

CATALOGVS STEMMATVM QVORVNDAM A POPVLIS GALLICIS DENOMINATORVM: nempe à

CELTIS, vnde in Norico ripenti castrum & dominiũ a Celting excitatum est, quod vulgo vocant a Celkhing, & adhuc superest in Austria.

1 Wernherus, anno 111.

2 Cunradus & Henricus, anno 1270. & erat prouinciæ Austriæ prætor Chunradus.

3 Ludouicus & Albertus, 1274.

4 Chunradus, an. 1303. stemmati suo adiecit officium marescalci inferius per Austriam, vulgo Markhsnetterambt.

5 Otho, anno 1335 Friderico Austrio, contra Ludouicum Bauarum, pro imperio concertantibus auxilio fuit.

6 Henricus Stephanus, Vdalricus, Rudolphus & Adalgero, in fundatione Academiæ Viennensis subscripserunt, anno 1322.

7 Maynhardus & Ludouicus, anno 1333.

8 Henricus & Stephanus: quorum posterius parochus in Ruspach fuit, alter Viennæ sepultus ad Minores, anno 1349.

9 Iodocus possedit Bergschleuntz, anno 1351.

10 Ioannes, anno 1353.

11 Otho & Adelbero. quorum primus aulicus Rudolphi quarti erat, alter Schalapurkh possedit, anno 1[illegible]78.

12 Erhardus obtinuit Wemperg in Austria superiori, 1381.

13 [illegible]adoldus, Vdalricus, Ioannes [illegible] Henricus, anno 1400.

14 Ioannes & Christophorus: quorum primus præfectus L[illegible]ber[illegible]æ ciuitatis erat, sub Frideric[illegible]o Cæsare.

15 Ioannes præfectus prouinciæ Machland a Maximiliano Cæsare.

16 Vilhelmus & Vitus cum suis liberis nostro seculo fuere.

VOLGIS vnde in Norico ripenti castrum & dominium, quod vulgo vocant Volkhestorf in Austria superiori.

1 Otto, anno 1180.

2 Erenrichus, 1200.

3 Cunradus, 122[illegible]

4 Bernhardus & Henricus, quorum primus ab Hungaris est interfectus: al[illegible]er prouin[illegible] legatus, ad [illegible]udolp[illegible] ab Habsburg Cæsarem Augustum est missus, cũ Vlakero à Werhouen.

5 Harduicus, an. 1212

6 Adalbero & Theodericus, an. 1330.

7 Ioannes & Georgius, 1370.

8 Albero & Christophorus, an. 1411.

9 Vigilius, Volfgangus, & Georgius, anno 1448.

10 Casparus egit prætorem Austriç, an. 1518.

11 Ioannes & VVolfgangus, cum Vilhelmo filio, qui adhuc sunt in viuis.

TAVRISCIS: vnde peruetustus & nobilis comitatus de Thaur in Norico mediterraneo, sub cuius familiæ obsequio fuere pleraque apud Carnos prædia. in Vindelicio vero agro Schrobenhausen & Holtenward, vbi & cœnobiom posuere. Porro in Tyroli Taur castrum adhuc superest.

1 Fusa, qui filiam Garibaldi regis Boiorum duxit vxorem: nominatus item Comes de Tridento & Banzano. cuius Diaconus lib. 2 cap. 32 & lib. 3. cap 10. meminit.

2 [illegible]aydoal[illegible]us, de quo Diaconus lib. 4. cap. 1[illegible], quem is autor dicit habuisse cognatum Rugilonem, comitem de Lagere, id est Laderano, dominum castri Anagnis, quod hodie in Tyroli vocatur Engelur. Et quem dicit conflixisse cum Francis, in campis Rotaliana, id est, Rotenueld, lib. 3. cap 9

3 Alacarus comes Bulzonæ, qui Cuniberto regi Longobardorum rebellauit. de quo Diaconus lib. 5. cap. 39.

4 S Remedius & S Domitianus: quorum primus sepultus in Nansper: alter Christo vẽdicatus, Millestadiensem basilicam apud Carnos primus posuit.

5 Peruuinus, cum Adalburo filio, an. 865. fundarunt sacellum in castro Mosperg apud Carnos.

6 Ablo: cuius sub Arnoldo duce Boiorum, Henrico primo imperante, Luitprandus meminit lib. 3. cap 1[illegible].

7 Rapato in matrimonio habuit Hẽnam marchionissam orientalẽ ex Aust.

8 Ottolphus cum vxore Hiltrude castrum Hohenwardro cœnobium conuerterunt, haud procul ab OEno fl. & Rotenburga, anno 1060.

9 Henricus Cæsari Henrico 4 auxilio fuit, cuius Vrspergensis meminit.

10 Vilhelmus comes de Taur, &c.

A BRENNIS.

Reynberius comes a Brennberg cœnobium diuæ Virginis [illegible]ope Khutzbuchl posuit, anno 1326. Legit[illegible] [illegible]iam in Annalibus Austriæ quod in funesto prœ[illegible] duorum fratrum Marchionum orientalium, L[illegible]ldi videlicet, qui fuit pater Sancti, & Alberti, [illegible]uersa pene prosapia dominorum a Brennberg fuerit extincta.

SANONIBVS.

Comites à Sconberg in Austria, quos quidã corrupte à Sonnẽberg appellãt: à quibus & castrum prope Holenbrunnam hoc nomine constructum visitur.

1 Lutoldus an. 1096. in literis cœnobii S. Lamberti.

2 Rapato, anno 1159.

3 Ludwinus, qui cum Henrico duce Mediceti aduersu Leopoldum Austriæ ducem tertium cõspirauerat, anno 1182.

4 Hadamarus, 1223.

5 Albero, Stephani a Meissau nobilissimi & ditissimi Austriç satrapæ sororem in matrimonio habuit.

6 Hermannus & Reymbertus, sepulti in cœnobio Minoritarũ, an 1300 postremi huius inclytæ domus.

Comites à Sempta & Ebersperg in Vindelicia, à qua familia monasteria suscitata sunt, Ebersperg, Gaisenueld, Chubach, &c.

1 Raroldus Salzburgi, in basilica S. Amandi sepultus est: & ex Engeltrude duos reliquit filios, Adalberonem & Eberhardum.

2 Eberhardus Frisingiæ sepultus, ann. 949. cum prolis careret successione, quod ipse fortitus erat cum Vdalrico fratre, castrum Ebersperg in cœnobium conuertit.

3 Vdalricus, à S. Vdalrico epi[illegible]po è sacris vndis susceptus, filium cognominem reliquit.

3 Vdalricus secũdus, incœpit cœnobiũ Inothenhouen, [illegible]bi & habitauerat. Duas in matrimonio habuit: Adelhaidem, quæ obiit an. 1014 & alteram Richardam Marquardi comitis ab Eppenstayn & Muertztall, qui postmodum in ducem Carinthiæ inauguratus erat, ab Henrico quarto & Berchtoldo Zaryngẽsi substitutus. Fuitque illa, filia Henrici quarti, sepulta in Ebersperg, vbi & maritus sepe[illegible]tur anno 1029.

4 Eberhardus filius Vdalrici secundi. Is cum Adelhaide Saxonica Gaisenueld cœnobium ad Ilmum fluuium posuit, anno 962 qui in Ebersperg sepulti cernuntur.

5 Vdalricus tertius, secundi item filius, Eberhardum & Adalberonem reliquit: itemque Balborgim, comiti [illegible]Muriach desponsatam.

6 Adalber[illegible] vxorẽ habuit Richlindam, comitis ab Altorff filiam.

7 Eberhardus. Is cum coniuge Richarda, Rodolphi comitis ab Altorff nata Chubach cœnobium fundauit, & Geisenueld locupletauit. Postremus familæ, obiit anno 1029.

IAP[illegible]IBVS. Comites ab Epp[illegible]stayo & Muertztall. A Iapidibus namque & Appenau, & alia [illegible] denominata manent.

1 Adalbero in matrimonio habuit Beatricem, nobilem fœminam, C[illegible] secundi materteram [illegible] ea de causa centum mans[illegible] regales accepit [illegible]on[illegible]rado [illegible] [illegible] Anelantæ [illegible]grum vocamus Afflent [illegible] galem Istri Carinth[illegible] [illegible] [illegible] inuestitus, quem po[illegible] [illegible] cauit. Re[illegible] Beat[illegible] tres fili[illegible] M[illegible]uardum, Lutoldum, & Henr[illegible]um.

2 Marquard[illegible] [illegible] [illegible] cepit & He[illegible] [illegible] catum p[illegible] [illegible] pe Be[illegible] Z[illegible] [illegible] beneficii[illegible] [illegible] Et fi[illegible] os post se reliq[illegible] Vdalricum, S Lam[illegible] [illegible] fundationis ab[illegible] [illegible]mum [illegible] annum [illegible] ten[illegible] Galli apud Heluetios, & postea patriarcham [illegible]quileiensem: Mar[illegible]dum marchio[illegible] [illegible], Lutol[illegible] marchionem, & Henricum marchionem. [illegible] & duas filias [illegible]quarum Ric[illegible]am V[illegible]da rico comi[illegible] [illegible] Ebersperch in Boiaria desponsauit Hennam vero W[illegible] helmo comiti de Zeltschach & V[illegible]sach.

3 Henricus [illegible]toldo fratri primu[illegible] [illegible] [illegible] rinthiæ, & deinde etiam in ducatu [illegible] in anti[illegible] Annalium codice [illegible] Henricus consobrinus Henr[illegible] [illegible] [illegible] chio Carinthiæ, obiit anno [illegible] [illegible] [illegible]prius patris fundationem, S. Lambe[illegible] cœn[illegible] extremam manum perduxit: [illegible] bus [illegible] ribus, [illegible]dgard[illegible], Beatrice, & [illegible] filiam suscepit, Engelberto pa[illegible] [illegible] comiti in Sponha[illegible]m desponsatam [illegible] S. Pauli in Carint[illegible]. A cuius viri[illegible] [illegible] & [illegible] Carinthiæ, qui postea rerum apud [illegible] [illegible] sunt & comites Ortenburgen[illegible] [illegible] Vidua Sophia [illegible]o Italo [illegible] nob[illegible] de[illegible] nupsit, & cœnobium A[illegible] apud Carnos vna cum nouo marito posuit.

ICONES SEXTI LIBRI, EX VETERIBUS nummis, cum inscriptionibus, vt imagines habent subiectas.



TAVRISCVS EX NVMISMATE veteri depictus, vt hic repræsentatur.

CARNVS, EX SAXO ANTIquo, cum inscriptione Carni.



EXPLICATIO ICONVM SEXTI LIBRI.

NVLLA EST hic opus explicatione, quando iam antea ex libro superiore,
eum de Gallicis populis in genere loqueremur, satis superque ex fide histo-
riarum sunt confirmata. Illud addendum est, Carnos & Tauriscos olim &
auri argentique fodinis, & ferri conflatione fuisse percelebres: quemadmo-
dum in hunc vsque diem, hæc eumprimis decota commodaque Carnis no-
stro seculo, Stytiisque Tauriscorum posteritati adesse cernimus. Aurifodinæ quippe non
contemnendę prope & supra Villaeum habentur: & fœcundiores adhuc versus Noricum,
in ditione Salisburgensi, apud Raurisium, Gastaynam, Enneaperg, Ramstall, Brixentall, 10
Pynezgouia, Rachstadium, Slaningam, intra tamē Carinthiæ fines extant, è quibus præsu-
les Salisburgenses magnum quotannis & reditum & vectigal accipiunt. Id quod vel vni-
cus, quondam mediocris atque etiam infimæ fortunæ homo, Waydmoser docere potest,
qui ex minerarū auri argentiq; venis bono Genio repertis, vel principes etiam amplissimos
longo post se interuallo relinquit opum cumulo. Porro ferrum & hodie conflatur in Car-
nis apud Hutenbergam, ac Frisacum, & præcipue apud Tauriscos in montibus quos à si-
tu appellitant Vorder vnd Hynderspera. vbi & chalybs ille expolitur, cuius Homerus &
eius commentatores meminere. Sed placet, quæ dicimus, autorum testimoniis fulcire.
Quorum, scribit Strabo de Carnorum aurifodinis, ex Polybii autoritate, libro quarto Ge-
ographiæ in hūc modum: Polybius scriptum reliquit, suis temporibus aurifodinas in Tau- 20
riscis Noricis, maximeque penes Aquileiam reperiri, adeo a natura optimas, vt cum à su-
perficie terræ ad duos pedes solum detraxeris, fossile confestim aurum inuenias. Porro

chaly-

chalybis ferrique Norici, & Stephanus Byzantius in periphrasi vrbium, & Homeri commentator meoum[illegible], quæ loca posterius add[illegible] sumus.

LINGVA CARNORVM [illegible]TYRIORVMQVE eadem est, ab Austriaca ac Boiarica in[illegible] dialectis differens. habent vero hoc peculiare Carni Styriiq;, quod propriis nominibus [illegible]orum, cognominibusque fa[illegible]m, aspirationē cl[illegible] sub finem addant, Czelschach, V[illegible]ach, Obilach, Pibriach, Dobriach, Weyspriach, Gertschach, Petschach, Gorich R[illegible] Rei[illegible]chach, Luta[illegible]h, Offach, [illegible]riach, & huius generis [illegible]aque. Præterea pecul[illegible] [illegible]bent voces quasdam, à cæteris [illegible]ximis populis Boiarus Austriacisque. [illegible] nominan[illegible] nim Läben/Hasen/Stern/Rogel/Rigel/Prynibsen/Leuten/Fleg/Launig/Dassel/
10 D[illegible] Verdröder/die Frans. Quo significatu Bo[illegible] atque Austriaci vtuntur his vocibus, [illegible] vestibulum Latinis: Lynd/id est mo[illegible] Khoch id est pulmentū: Berg/id est mons: obristen Spitz/vertex montis: Wynckel/[illegible] via angusta Latinis: [illegible] est, collis: Erden/id est pauimentum: Traurig/[illegible] [illegible]asselo id est illud ipsum: Den/ id est illi: Geschwynder meusch quem veteratorem [illegible] dicut: die Böse Kranckhait/morbus comitialis a Romanis appellatus. O[illegible] autem, vt tandem finiam & alias peculiares huic populo voces a cæteris Germa[illegible] las, vt Reden/ pro loqui, Daug; pro discere: Prait pro Brot/id est pane: Lainig pro tristi, &c.

20

INCIPIT LIBER SEXTVS MIGRATIONVM GENTIVM, DE TAVRISCIS, CARnis, Cranis, & Iapodibus, eorundemque populorum sedibus antiquis & vestigiis: authore WOLFGANGO LAZIO Viennense.

QVANQVAM & hi inter Gallicas gentes Illyricum colentes populi extiterint, quia tamen nomine & multitudine fen[illegible]m creuerunt, atque eò fastigii euecti postremo fuerunt, vt pulsi ab Italiæ vicinia, quam latrociniis infestabant, vt Strabo ac Appion authores sunt, amplissimas in Norici tractu prouincias excitarint, quarum adhuc nomina manent, dicere
30 sensim, ac proprio de his libro constituimus: & eo magis etiam, quod soli pene illi Romanum iugum superantes, ad nostram vsque memoriam peruenerunt, Austriaco principi denique hæreditatis iure subiecti. De Carnis quidem, quando primum cogniti Romanis fuerint, & qua de causa, T. Liuius memorat libro Decadis quintæ tertio, in hæc verba: Alter consul C. Cassius, nec [illegible] Gallia, quam sortitus erat, memorabile quicquam gessit: & per Illyricum ducere legiones in Macedoniam vano incœpto est conatus. Ingressum hoc iter consulem, senatus ex Aquileiensium legatis cognouit, qui quærentes coloniam suam nouam & infirmam, necdum [illegible] munitam inter infestas nationes Histrorum & Illyriorum esse, cum peterent vt senatus curæ ha-
40 beret, quomodo ea colonia muniretur, interrogati, vellent ne c[illegible]m rem Cassio co[illegible] mādari: responderunt, Cassium Aquileiam indicto exercitu, prof[illegible]ctum per Illyricum in Macedoniam esse. Ea res primo incredibilis visa, & per se quisq[illegible] credere C[illegible] [illegible] [illegible] aut Histris bellum illatum. Tum Aquileienses, nihil se vltra [illegible]e, nec audi[illegible] affir[illegible], quam triginta dierum frumentum militi datum: & duces qui ex Italia itiner[illegible] [illegible] Macedoniam nossent, conquisitos, abductosque. Et subdit [illegible] t[illegible]pore de Caio C[illegible]o, qui consul [illegible] priore anno fuerat, tum Tribunus militum in [illegible]acedonia cum A. Hostilio erat, querelæ ad senatum delatæ sunt, & legati regis Gallorum C[illegible]cibili venerunt. frater eius verba in senatu fecit, questus Alpinorum populorum agros, sociorum suorum, depopulatum Cassium esse, & inde multa milia hominum in seruitutem abripuisse. Sub idem tem-
50 pus Carnorum Histrorumque & Iapodum legati venerunt, [illegible]ces sibi ab consule Cassio primum imperatos, qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monstrarent, pacatum ab se tanquam ad aliud bellum gerendum abiisse: Inde ex medio regressum itinere, hostiliter [illegible]rasse fines suos pa[illegible] [illegible]pinasque & incendia facta. nec se ad id loc[illegible]um [illegible] prop[illegible]r quam ca[illegible]m consuli pro hostibus fuerint. hæc ille. Quæ ei[illegible]mod[illegible], vt Carnos hau[illegible] pro[illegible], imo in finibus Aqu[illegible] sedes habuisse [illegible] [illegible] [illegible]iam & [illegible]rum coloniam, Te[illegible]tiumq[illegible] vocare Str[illegible] [illegible] locati Carni fuerint, atque [illegible] Equidem Ptol[illegible] [illegible] capite primo, tabula [illegible] [illegible]tet[illegible] [illegible] [illegible] epingere Carnos videtur, & N[illegible] [illegible] [illegible]m recensere, [illegible] [illegible] procul

Carnorum antiqua sedes.

N 3

Aquileia in Foroiulio scaturire. Idem Forum iulium, Concordiam, colonias Carnorum, municipia vero [illegible]lium Carnicum & Pucinum recenset, quorum hodie omnium ruinæ in Foroiulio, & præcipue Goricensi comitatu vi[illegible]: vt libro est postremo Comment[illegible]orum Romanæ reipublicæ prolixius demonstratum. Vt iam non mirer, quamobrem Gorizenses comites, apud maiores nostros Palatinorum Carinthiæ titulum vsurparint: Antenniæque comi[illegible] quid[illegible]es Carnorum a[illegible] a[illegible]nos trecentos fuerunt, ex Fo[illegible] gentis suæ primordia traxerint. Tantum semper commercium fuit, atque indis[illegible] [illegible] quædam coniunctio Forulii, comitatus Goritiæ, Carinthiæque ducatus. Quippe cu[illegible]ster etiam Carnos ex [illegible]oroiulio, Goritiæque tractu (vbi quondam Norcia fuerat, n[illegible] [illegible] qu[illegible]bus pulsos, sedes vltra Drauum, in Noricum mediterraneum mutasse. Quocirca & [illegible] hanc vsque diem, insignis haud procul a [illegible]aco, Millestadiensique lacu, ager [illegible] Noricis nomenclaturam retinet: vulgo jhm Noring appellant. Et diuus Domitianus, quem perhibent primum omnium ex Carnorum p[illegible]ibus CHRISTVM Saluatorem agnouisse, in primis exordiis Millestadiensis templi, N[illegible]orum & Carnorum dux in[illegible]ur: armis quoque eisdem insignitus, quibus hodie Buariæ principes vtuntur, de quorum initiis proximo libro a nobis copiosius differetur. Cæterum de C[illegible]orum vete[illegible]bus sedibus in tractu Goricensis comitatus, & Foroiulii, hæc quoque Strabonis loca inte[illegible]igenda sunt, libro quarto Geographiæ. Post istos, propiores sinui Adriatico, ad Aq[illegible] [illegible]m nonnulli Norici Carniq; tenent. Et rursus libro quinto, cum Polam Istriæ declinea[illegible] [illegible] Transpadanam inquit) incolunt Veneti, & alii vsque Polam. Supra Ve[illegible]s Carni, & Cenomani, & Medoaci, & Syambri: ex quibus nomini Romano host[illegible] [illegible]erunt aliqui. Idem libro septimo: Rhæti vero & Norici vsque ad Alpium summa[illegible]ent, & Italiam versus inclinant, hinc Insubribus, illinc Carnis propinqui, & Aquileiæ tractui. Et subdit: Pariter e Tergesto pago Carnico, transmisso est ad promontorium no[illegible]um. Sic quoque Appianus Alexandrinus, inter Norici gentes ab Augusto d[illegible]atas, Cynambreos, Merromenos, Bathiatas, Pyrisseos, Narisios, Glintidiones, Interfrunnos, Dodeatas, Oxiæos & Tauriscos. & Carnorum [illegible]iter in libro quem Illyricum inscr[illegible], mentionem facit. Quod de ipsis & Plinius libro quarto animaduertit, capite vicesimo: Incolæ alpium (inquit) multi populi, sed [illegible]lustres a Pola ad Tergesti regionem, Secusses, Subocrini, Attali, Mænocaleni: iuxtaque Carnos quondam Taurisci, nunc Norici. Et rursus capite decimo octauo: Sequitur decima regio Italiæ (ait) Adriatico mari apposita, Venetia: cuius fluuius Sylis, ex montibus Taurisi[illegible]nis: oppidum Altinium: flumen Liquentia, ex montibus Opiterginis, & portus eod[illegible]m nomine, colonia Concordia, flumen & portus Romatinum: Tiliamentum maius, minusque. Anassum, quo Varamus defluit: Alsa, Natiso, cum Thuro perfluente Aqu[illegible]eiam coloniam, duodecim millia passuum a mari sitam. Carnorum hæc regio. Quæ periphrasis nulli tractui magis quadrat, quam Goricensi comitatui: qui & posterioribus seculis, cum Franci rerum cœpiss[illegible]t in Romanis li[illegible]ibus potiri, ducatui fuit Carinthiæ siue Carentaniæ coniunctus, ab huius populi regibus Palatinatusque Carnorum titulo condecoratus. Porro de huiusmodi tractu & locus Plinii intelligendus erit, capite tertio libri trigesimi septimi, vbi de Glesso, hoc est succino scribit, e mari Germanico per mercatores in Italiam transportari solito. Locum non grauabor ascribere: Adfertur a Germanis in Pannoniam maxime prouinciam: inde Veneti primum, quos Græci Henetos vocant, rei famam fecere, proximi Pannoniæ id accipientes circa mare Adriaticum. Et subdit: Centum ferè millia passuum abest à Carnunto li[illegible]us Pannoniæ, quo id a Germania inuehitur, percognitum nuper. Et de tali Carnunto [illegible]tell[illegible]end[illegible]s est ille quoque Pauli [illegible]iaconi locus, libro Longobardicæ historiæ q[illegible]into, capite nono: Denique Lupo hoc modo interempto, Varnefridus eius fi[illegible] [illegible]it in loco patri[illegible] [illegible]pud Forumiulii obtinere d[illegible]ca[illegible]. Sed metuens Grymoal[illegible] [illegible]egis [illegible], fugit ad Sclau[illegible] C[illegible]untum, quod corrupte vocant Carantanum. Accipienda sunt & de eodem Carn[illegible]nto, [illegible]e Carantano, hæc loca Reginonis Prumien[illegible] abbatis, [illegible] A[illegible]nalibus [illegible] An[illegible] [illegible]4. Carolomanus sortitus est Boiariam, Pannoniam & Carnuntum, quod [illegible]e [illegible]rum dicitur, nec non & regna Sclauorum. E[illegible] iterum de anno Domini [illegible]oquens 89[illegible]. Ludouicus co[illegible]perto quod [illegible]ater obiisset, Boiariam [illegible]s, Ratisponam venit, vbi omnes optimates regni ad eum confluentes, ei ditioni [illegible]erunt. Concessit autem idem rex Arnolph[illegible] Ca[illegible]ntanum [illegible]o[illegible] [illegible]ater iam pri[illegible] [illegible]esserat, in [illegible]rum est castrum mu[illegible]ni[illegible] quod [illegible] [illegible]ncupa[illegible] eo q[illegible] [illegible]alude im[illegible]rabili locus vall[illegible]s, diffic[illegible] m[illegible]n adeuntibus [illegible] t accessi[illegible] R[illegible] [illegible]ndem hi[illegible]iam Otto Frisingensis lib[illegible] co[illegible] At L[illegible] nc [illegible] rex, morte fratris comperta, Ra[illegible]bon[illegible] metropoli[illegible] [illegible]et [illegible]æ [illegible]ius optimates di[illegible]

fu[illegible]

Carni olim in tractu Goricensi comitatus.

Carnuntū locus Norici mediterranei.

subiecit. Arnolpho quoq; ducatum Carantani, cum castro Mos burgk tradidit. Meminere quoq; Carantanorum prouinciæ, duciiq; Carnorum, Eginhartus in hist. Ludouici & Luitprandus Ticinēsis inter Henrici 1. quem Aucupem cognominant, res gestas aduersus Arnoldum Boiorum ducem. Ac Eginhartus quidem Carātanorum prouinciæ his videtur verbis meminisse: Transacta hyeme, vt primum herba pabulum iumentis præbere potuit, tres ille exercitus contra Ludouicum mittit, quorum vnus de Italia per alpes Noricas, alter per Carātanorum prouinciam, tertius per Boiariam & Pannoniam superiorem intrauit. Et iterum de Carantanis & Carniolis simul locutus, quorum nimirum vterq; a Carnis populus defluxit. Quibus domum reuersis, Carniolenses, qui circa Sauum fluuium habi-10 tant, & Foroiulientibus pene contigui sunt, Badrico se dediderunt. Idem & pars Carantanorum, quæ ad Ludouici partes a nobis defecerat, facere curauit. Similiter & Luitprandus Ticinensis lib. 3. cap. 14. huius vocis, Henrico primo regnante, mentionem facit, in hunc modum: Arnoldus (inquit) Boiariorum & Carantanorum dux, cuius superius fecimus mentionem, cum non multum ab Italia distaret, collectis copiis, quatenus Hugoni regnum auferret, aduenit, qui Tridentinam ea ex parte primam Italiæ marchiam pertransiuit. Et de Carnis quidem hactenus, quos populos procul colonias misisse vsq; ad Istrum, Vindeliciamq;, imo Germaniam vsq;, ex Ptolemæo apparet, qui Carnoduni in descriptione Vindeliciæ ad OEni fluminis ripam, item alterius Carnoduni secus Draunm, tertii deniq; intra Germaniæ veteris liberæ limites, meminisse videtur: quibus locis hodie nominum 20 saltem antiquorum vestigia supersunt, Karnburg & Khranburg Bauariæ (à quo loco principes Palatinatus prærogatiua conspicui, sub principū Carinthiæ tamen ditione ac imperio vsq; mansere) Khornburg Styriæ, quam prouinciam constat Carnorum marchiam extitisse, Carnithiæ similiter principi obnoxiam: & Kornoua, locus Syletiæ, Iagerdorfensi duci subiectus. Quin imo & Carnum, siue Καρνοῦν idem coloniam superioris Pannoniæ ad Danubii ripam describit, cuius & Antonini itinerarium, & liber Præfecturarum Rom. Mariani Scoti, Eutropius præterea, & Orosius in Marci Cæsaris historia, Lampridius in Seueri Septimii vita, Velleius Paterculus in retextu rerum à Tiberio Cesare aduersus Marobodum Marcomanorum Boiohemiq; regem gestarum secus Istrum, & Titus Liuius deniq; ab initio libri tertii Decadis quintæ, nomen situmq; in literas retulerunt. de quo in postremo 30 libro Reipublicæ nostræ Romanæ locuti sumus prolixius. Insuper non desunt, qui & Carithnos Germaniæ populos, à Ptolemæo secus Rhenum depictos, à Carnis deriuare cōtendant: & ab his Zaringiæ principes, qui Carinthiæ ducatus quoq; titulo nitebantur, prima litera mutata denominatos fuisse. Transeo hic Carnos, Galliæ Aquitaniæ populos: & Carnotum municipium ibidem, ab eadem gente appellatum: vt satis appareat, quam late hæc gens per vniuersam pene Europam propagata fuerit, coloniasq; excitarit. Cæterū ad Tauriscorum populos nostra transeat oratio: quod tamen antequam fecero, vt de Penino mōte, campis Raudis, Lingonumq; populorum valle quædam inferamus, operæ precium me facturum existimo, quod hæc scilicet loca inter vtrosq; populos fuerint, Tauriscorum magis tamen memoriam retinent. in Penino quippe monte, vbi est hodie Pyntzgew/ ditionis 40 Salisburgensis, supersunt iuga montiū, quæ incolę vocant Castenthaurn/ Ennebergthauern/ Vrezentalltthaurn. Sic supra Campos Raudis, Taurisertthaurn/ apud Carnos: & vltra vallem Lingonum, quam nostra ętate nominant das Lunkgaw/ est iugū montis, ducens versus Salisburgum & Rachstadium, quod proprio nomine der Thaurn appellatur. A quo aliud est versus Admontenſe cœnobium porrectum, itidem der Thaurn/ die Vberthestrung. Est & tertium iugum Thaurn nomine prope Rachstadium, ciuitatem ditionis Salisburgensis, apud Tauriscos, id est Styros, quam Teurinam Ptolemæi esse, libro Comment. Reip. Rom. vltimo ostendimus. Manet adhuc fluuio præterfluenti nomen, der Taurach. adeo immixti vbiq; fere his populi fuere, Taurisci ac Carni, Noriciq;. Sed placet locum de Penino monte ex Strabone adducere, qui est lib. 4. Geographiæ: Supra Carnos vero Peninus mons in-50 cumbit, lacum habens in fluuium Isaram confluentem. qui rapto secum Atage altero flumine effertur in sinum Adriaticum. Eodem autem ex lacu fluuius alter in Istrum labitur: Et itec ...; Alia sunt caeumina in Illyricū atq; Adriaticū sinum conuersa, ex quib. est iam dictus mons Peninus. Idē in Cranos Peninū montē procumbere, eodem loco refert: & (vt verbis eius vtar) per hæc Alpiū ipsarū montana quidā terrarum tumuli, qui pertōmode habitari possunt, vallesq; bene conditæ subdunt hęc ille. Porro nō ignarus sum, Peninā vallem aliam in Terioli esse & Alpes Penas siue Peninas in Heluetiis: quibus tamen hæc Strabonis non conuenit descriptio. nam ... vsq;, Carnosq; & Cranos, versus sinū Adriaticum, hunc propagari montem tradit, quod in Pyntzgouiensibus videre montanis est, ex quibus Lysara effluit, quam ISARAM, litera vna amissa, Strabo vocat.

Cu[illegible] [illegible]ximus est lacus M[illegible] stadiensis apud Carnos. Clarius tamen paulo Penini montis [illegible] in Noric[illegible] [illegible]penti de[illegible] eat Cor. T[illegible]us, [illegible] Vitellii à Rheno in Italiam profectione [illegible]: [illegible] A[illegible]pe Graia, inquit, ipse pau[illegible] [illegible]atus, [illegible] Rhæticis iugis in Noric[illegible]m [illegible] d[illegible] [illegible]n um vrb[illegible] procura[illegible], qui c[illegible]ncitis auxiliis & interruptis flu[illegible] pontib[illegible] [illegible]d[illegible] [illegible] i put[illegible] [illegible] S[illegible] metu ne amitteret præmissas iam coh[illegible]tes, a[illegible] mul, & [illegible] plus gloriæ [illegible], & [illegible]icunq; certatum foret, Nori[illegible]osque Rhæt[illegible]sq; in cætera vi[illegible] præmia ce[illegible] P[illegible] mo[illegible] [illegible] subsignanum mi[illegible]tem, & graue legion[illegible]. [illegible] nis adhuc [illegible] luxit. H[illegible]c ille. Quæ commodius fortassed[illegible]to [illegible] iugo pollent intellig[illegible], [illegible]od est in Tyroli Pyrenæo p[illegible]um, vbi vallis Peninæ in[illegible] perta est, quam hodie vocant das Finstertall. Sed p[illegible] de Lingo[illegible]bus luc[illegible]nc[illegible] [illegible] quoq; [illegible] est libro ab vrbe condita v. B[illegible] Lingon[illegible]q; [illegible]an gressi, atq; A[illegible]pibus om[illegible]tes, Pado ratibus tra[illegible]ecto, n[illegible] [illegible]truscos modo, [illegible] d etiam Vmbros agro p[illegible]lunt, [illegible]ra Peninum fessæ tamen tenuere. Huc pertinet locus [illegible]tarchi in Mario: [illegible] Id est [illegible] b[illegible] [illegible] [illegible] artitis cop[illegible]s, Cimbri quidem per Noricos contra Catulum, vt itinera [illegible] [illegible] [illegible]rent, proficisci statuerunt: Teutones autem & Ambrones, per Lingones contra Mari[illegible] [illegible]tēdebant. Hic nota, [illegible] in G[illegible]co exemplari dici, quo nomine in peruetusti[illegible] dip[illegible], Vallem [illegible] montem Ligni v[illegible]cari, quam hodie dicimus das Lunkha / liquet. [illegible] d[illegible] in Othone primo Sueuo, Carinthiæ d[illegible]e, exemplū literarum adducitur. Venio a[illegible] c[illegible]pos Raudis, qui hodie Rauris [illegible] [illegible]ana mineris celebria der Raurisz no[illegible]. Memi[illegible]t Velleius Patercul[illegible] [illegible]scriberet iter Catu[illegible] ac Marii per Norico[illegible], ad Athesim vsq;. quod per Lingo[illegible] [illegible]sceptū, Plutarchus scribit, nam & hodie Ra[illegible] & Lunkha proxima sunt.) Lo[illegible] [illegible]bet: Quartoq; [illegible] Alpes circa aquas Sextias, [illegible] Teutonibus conflixit, centum [illegible]us hostium priore ac postero die ab eo trucida[illegible], [illegible]ensque ipsa TEVTONVM [illegible]citra Alpes in campis, quibus nomen erat Ra[illegible] [illegible]q; consul Q. Luctatius Catu[illegible] [illegible] nat[illegible]simo decertauere prœlio, cæsa aut capta amplius centum millia hominum. H[illegible]c ille. Ita igitur intermediis locis explicatis, vbi sunt hod[illegible]e Carin[illegible]iæ, Styriæ Salisbur[illegible]aq; c[illegible]tiua, si an[illegible]iqu[illegible] more loq[illegible] placet, vbi inuicem se contingebant Car[illegible]i, Ta[illegible]rilci, & Norici: iam TAVRISCI veniunt nobis explicandi, proxime videlicet acc[illegible]ntes populi. Quos q[illegible] dem tribus locis constat Carnis proximos tenuisse: primo, It[illegible] su, vbi Tau[illegible] an[illegible] ab his de[illegible] marcha superest: secundo, a tergo Clau[illegible] inter Sau[illegible]m & D[illegible]uum exc[illegible] [illegible]bi est hodie Styria inferior, quæ vox prouincia, vt pote Te[illegible]ca, T[illegible] & T[illegible] exprimere videtur: tertio, ad Istrum flume[illegible], [illegible] Taurunum Pt[illegible]le[illegible]æo delineatur, in confluentibus Istri & Saui. Et quo loco, paulo supra in Noric[illegible] antiquissimus Stytorum, hoc est Taurisco[illegible] f[illegible]t comitatus: hodie in Austria supe[illegible]iore Styra ad[illegible]uc ciuitas ac fluuius co[illegible]omines [illegible] sunt, cum valle longa St[illegible]ertall. Constat vero Tauriscos, & duobus a[illegible] habi[illegible] l[illegible]c[illegible]: in finibus videlicet Insubrum & Allobrogum, vbi Taurunum, quod modo T[illegible]m dic[illegible]ur, in Pedemontis visitur: & quo nostra ætate locus Turgouia est H[illegible]etiorum, & Vri pagus H[illegible]ue[illegible], ad quem r[illegible] quias cons[illegible] disse Tauriscorum, historiæ [illegible]ocent. Atq; ea om[illegible]nia esse, vt pr[illegible]nonimus, recep[illegible]um testimonii co[illegible]rmabo. Atq; vt rem altius paul[illegible] repetam, B[illegible] T[illegible]m I[illegible] fratrem, post diluuium egressum ex Persia (vbi Taurus mon[illegible] & Tauri[illegible] li[illegible] gent[illegible] primæuæ initia demonstrant) venisse lo[illegible] itineribus in [illegible] [illegible]biq; [illegible]mo om[illegible] haud procu[illegible] Ponto c[illegible]nse[illegible]e Luxino, vbi Tyrageræ, [illegible], p[illegible] [illegible]om[illegible]iterunt. Ab his finibus, ad Danubii ripam consed[illegible]sse, cuius migra[illegible], vt p[illegible]st vi[illegible], & Str[illegible]bo me[illegible] [illegible]e videtur: quemadmod[illegible] & P[illegible] I[illegible] [illegible]i [illegible] co[illegible]fluente & [illegible] Carpato monte Tauriscos [illegible] [illegible]um hæc loca [illegible] f[illegible] diora inquirentem, venisse in [illegible]maniam, [illegible] Thuringiæ an[illegible]uissimum [illegible] [illegible]od postea Sa[illegible]es [illegible]runt, [illegible]nstitutum. I[illegible] ia con[illegible]itore & [illegible] & Tauri[illegible]os [illegible] [illegible]nominatos. qui late colonias in alpes Ce[illegible] [illegible]ri[illegible] [illegible] deduxerū, proxi[illegible] & C[illegible] his q[illegible]ibus diximus lo[illegible]is & [illegible] [illegible] [illegible]lere cœperunt. Vbi T[illegible] [illegible]ciu[illegible] [illegible]geta[illegible] A[illegible] [illegible] hodie T[illegible]pedi[illegible] m[illegible] [illegible] C[illegible] Tacit[illegible] [illegible] hæc scripta tel qui [illegible]egionem Graiis Al[illegible] [illegible]neris ire [illegible] V[illegible]m vit[illegible] [illegible] q; & Vien[illegible] [illegible]. N[illegible] [illegible] [illegible] p[illegible] [illegible]us, pars [illegible] [illegible]a: [illegible]d damn[illegible]m, [illegible] pler[illegible] [illegible] at[illegible] [illegible] in vrbi[illegible]m clad[illegible]us obli[illegible]tum est. [illegible] T[illegible] [illegible] facit [illegible] [illegible]) Lugdunensis Galliæ [illegible], [illegible] legi[illegible]ne & ala Taurina Lugdun[illegible]m t[illegible]n-

denti-

Taurisci.

Ab hac Tyra gigante Germani vor sprenten: [illegible]. [illegible] [illegible] Thewr man.

dentibus. Nec in Rhæticis copiis mora, quo minus statim adiungerentur. Non possum hic præterire, q; de Taurino ac Tauriscorũ origine scribit Stephanus in libro de Vrbibus: Ταυρίσκοι ἔθνος περὶ τὰς ἄλπεις ὁρμ. λέγονται καὶ Ταυρῖνοι, ὡς Πολύβιος τρίτῳ. Στράβων δὲ Τελέσκους αὐτούς φησι, διὰ τοῦτο, οἳ καὶ Τρῶες λέγονται. Ex quibus liquet, Tauriscos Alpinos populos fuisse, dictos & Taurinos, originis Troianæ. Aliam historiam idem refert: Fabros Phocenses videlicet, nauigiis profectos in Galliam, vbi Massiliam condiderunt, ab insigni quoq; Tauri, quo nauis ornabatur, aliam extruxisse, denominasseq; ciuitatem. Cæterum hæc de Tauriscis, qui in Alpibus Rhæticis colunt, & post Insubres, accipiẽda sunt, vbi adhuc hodie Turgouia in Heluetiis prouincia appellata manet: ac Turegum, & Vri, pagi insignes, vel ciuitates potius amplissimæ supersunt, quas Tauriscorum reliquias esse in confesso est. Quin & dignitas quædam siue munus ex antiquo mansit, eius qui cornu præcinere solet, & Taurus ex officio nominatur. Refert Marcellinus libro xv. historiæ Augustæ: Amphittyonis filium Herculem, ad Getyonis & Taurisci, sæuorum tyrannorum perniciem festinasse, quorum alter Hispanias, alter Gallias infestabat. Cæterum, vt illud quoq; confirmetur, Tauriscos in Norico tenuisse, vbi hodie Styriæ siue Styrorum, hoc est, si Latine reddas, Tauriscorum positus est ducatus, Styrosque adeo ipsos Tauriscorum esse reliquias, veteri nomine, sed gentilicio, retento, aperte Plinius demonstrare videtur capite libri tertii vicesimo: in Noricis (inquit) & Taurisci sunt. Et iterum: Incolæ Alpium multi populi, sed illustres, à Pola ad Tergestis regionem, Secusses, Subocrini, Attali, Mænecaleni, iuxtaq; Carnos quondam Taurisci, nunc Norici. His contermini Rhæti, & Vindelici. Idem capite 19. Noream in Tauriscis collocare videtur, cuius nos rudera in Goritia superesse, postremo Commentariorum Reipublicæ Romanæ libro ostendimus. à quo haud procul Taurisianum abest, colonia Tauriscorum, episcopatu veteri ac marchionis sede nobilitata. Idem capite 25. in monte Claudio, quem is inter Sauum atque Drauum fluenta depingit, in fronte Scordiscos, & in tergo Taurisios habitare tradit: quæ descriptio nulli melius prouinciæ, quam Styriæ, quadrat. Vocant hodie hunc montem den Vogel / den Rohitzerperg: a cuius dextro latere, ex Italia venienti, Slauini ac Hungari se obiiciunt: à sinistro vero, Styri accolunt, vbi hodie Pætouio & Cilia vrbes sunt: & castra in eius mõtis iugis, Khaiserſperg / Ankheſtayn / Trokhenſtayn / Khalmſſperg / Manſperg / Reichẽburg / & Treſen. Sed placet, ex Strabone testimonia quoq; non contẽnenda afferre, quibus & Tauriscos tenuisse, vbi hodie Styria extenditur, & à Tauriscis Styros defluxisse, candidus lector intelligat. Scribit enim Strabo libro quarto Geographiæ: Post ipsos, propiores sinui Adriatico, ad Aquileiam, nonnulli Norici Carniq; tenent. In Noricis & Taurisci sunt. Horum omnium impudentissimas incursationes repressit Tiberius, & eius frater Drusus, æstate vna. Vnde annus agitur tertius & tricesimus, ex quo quieti ordinarium tributa pendunt. Et iterum, de Ocra monte ac Nauporto locutus: Ocra vero (ait) humillima prorsus Alpium pars est, vbi Carnis adiungitur: qua ex Aquileia onera plaustris ad Pamportum (sic enim appellant) deuehunt: stadiis non vltra CCCC. iter est. Inde per fluuios ad Istrum vsq; vectantur. locaq; huic vicina. Pamportus enim amnis ex Illyriis nauigabilis defertur. Intrat autem Saum, vt facile in Segestanam oram, & Panuoniam & Tauriscos delabatur.

Taurisci in Styra marcha habitarunt.

Styros esse Tauriscorũ posteritatẽ.

Est autem Pamportus, qui modo Labacus, à Labeatis populis nuncupatur, ortus in montibus Cranicis. quem Ocram, corrupte fortasse, homo Græcus appellauit. Is Saum intrat paulo infra Labacum episcopale, a quibus confluentibus duplex iter ducit: alterum ad sinistram, versus Saanam fluuium, per Troiam (Metulli vestigia sunt) & Ciliam in Styros, quos Latini Tauriscos nimirum vocarunt: alterum vero ex dextro latere ducit, ad cõfluentes Colapis, & Sagrabiam Hungariæ episcopalem vrbem, quo loco Segestani quondam colebant. Erant autem mixti Scordiscis, in insulis habitantes, quas etiamnum Segestas Hungari nominant. Eiusmodi est locus de Tauriscorum agro, apud eundem Strabonẽ libro septimo Geographiæ: Nam post promontorium (inquit) ex Aquileia descendentibus Nauportum, stadia sunt CCCL. ad quam thedæ perducuntur. Ea vero est Tauriscorum colonia. Quanquam nonnulli id esse dicant promontorium, quod est Alpium pars humillima, qui ex Rhætia vsque ad Iapodes porriguntur.

Porro Nauportum, Labacum episcopalem Carniolæ vrbem hodie esse, postremo Cõmentariorum Reipub. Romanæ confirmauimus. Vt si istbic Tauriscorum colonia quondam fuerit, haud procul eam coluisse gentem, necessum sit. Idem in quarto Geographiæ, metallorũ ac præcipue argenti auriq; fodinas fœcundissimas, ex Polybii autoritate, in Tauriscis describit, quæ hodie in finibus Carinthiæ Styriæq; cernuntur. Verba Strabonis sic habent: Polybius scriptũ reliquit, suis temporibus aurifodinas in Tauriscis Noricis, maxime penes Aquileiam inueniri, adeo natura optimas, vt cum à superficie terræ ad duos pe-

des solum detraxeris, fossile confestim aurum inuenias. Fossam autem non vltra pedes x [illegible] esse. aurum vero ipsum per se partim purum esse, ad fabæ aut lupini magnitudinem, octaua tantum parte decocta: partim vero maioris indigere digestionis, valdeq; vtilissimæ. Adiutantibus autem barbaros Italis, bimestri tempore euestigio auri precium tertia parte catius venisse totam per Italiam. Quod vbi Taurisci senserunt, eiectis adiutoribus, soli venundedere. Hæc ille. Vbi nominatim Tauris[illegible]orum mentio fit, ad discrimen aliorum, quos ad Istrum idem author libro septimo describit, vt posterius docebimus. Porro N[illegible]rico attinuisse agrum, qui & hodie Styrorum manet, vt olim Tauriscorum fuerat, vel carmen Homericum demonstrat, vbi νώροπα χαλκόν, hoc est Noricum chalybem extollit, qui & hodie in Styria præstantissimus paratur ac politur, iuxta interpretis scholia: qui tamen, vt procul dissitus, Noricum Pannoniæ oppidum interpretatur, quod Norico illo videlicet Styria Pannoniæ coniungatur. Vnde est illud carmen Dionysii Geographi: 10

[illegible]
[illegible]
Παννόνιοι, Μυσοί τε, Βορειότεροι Θρήικες.

Huc versus facit ille Maronis, 3. Georgicorum:

Et sciat aerias Alpes, & Norica si quis
Castella in tumulos.—

Quod carmen non de alio quam mediterraneo illo potest Norico intelligi, intra quod hodie Carnorum Styrorumque ducatus siti sunt. Et vbi adhuc haud procul a Mulestadio Carinthiæ ingens terræ tractus superest, a Noricis vulgo [illegible] dictus. Constat præterea, & Norcam illam à Boiis obsessam, Cæsare in Galliis bellum gerente, in Carnis sitam fuisse, vbi est hodie Goritia, G litera pro N supposita, vt postremo libro Commentariorum Roman. Reipub. probauimus. Quin & Virunum, ab Antonino delineatum, omnino quadrat situi Wiesachi Carinthiæ, nec appellatio noua a veteri multum dissidet, quam à viro vno esse cognominatam certum est, qui aprum occiderat, Noricum vastantem, vt Suidas refert in hunc modum: [illegible] plura lege in capite de Virunio, vltimi Commentariorū Reip. Rom. libri. Ammianus quoq; Marcellin⁹ Pætouionē, quæ in Styria inferiori apud Tauriscos, & à tergo Claudii montis sita est ciuitas, libro decimoquarto Noricum oppidum vocat, ita scribens, de Gallo Cæsare locutus: Pandente itaq; viam fatorum sorte tristissima, qua præstitutum erat eum vita ac imperio spoliari, itineribus eiectis per mutationem iumentorum emensis venit Pætouionem, oppidum Noricorum, vbi reseratæ sunt insidiarum latebræ omnes. Et ne dubium sit, de Pætouione, quæ adhuc superest, eum fuisse locutum, tradit, Gallum Cæsarem tunica tectum, priuato carpento in Istriam proximam fuisse abductum. Sic ab initio libri XV. Nondum (inquit) apud Noricos exuto penitus Gallo. Et rursum, cum Iulianum referret Aquileiæ obsessæ in subsidium maturasse: Ideoq; (ait) Iouinum magistrum equitum venientem per Alpes, Noricosq; ingressum, ad id quod exarserat quoquo modo corrigendum redire citius imperab[illegible]t. Hæc ille. Sed locus iam postulat, vt de aliis Tauriscis, Danubianis videlicet, ex eodem Strabone, orationē nostram prosequamur. Qui libro septimo, cum de Bœrobista Getarum rege tractat: Vt intra paucos annos (inquit) latum adeptus sit imperium, plurimosq; fin[illegible]morum, Getarum ditioni subdiderit: traiectoq; audacter Istro, Thraciam d[illegible], vsq; in Macedoniā & Illyricum, magnum Romanis terrorem incusserit: deq; Ga[illegible]lis finitim[illegible], Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportauit. Boios autem, & subditos Cretosc[illegible]o populos funditus deleuit, simul & Tauriscos. Et iterum libro eodem: Priscis igitur, vt dixi, tempo[illegible]ibus, plurimæ Gallorum gentes fluuium accolebant: E quibus amplissimæ fuerunt, Boii [illegible]nsubres, & q[illegible] olim cum Gesatis Romana per impetum potiti sunt vrbe. Hos Romani post[illegible] annis funditus deletos perdiderunt. Boios vero è finibus eiecerunt · q[illegible] grantes, circumiacentes Istro simul cum Tauriscis habitarunt, bell[illegible]due c[illegible]tra Dacos gerentes, donec ea quoq; natio extincta est. Et rursus, cum e[illegible] autoritate de Cimbris loqueretur, in hunc modum scribit: Boios vero [illegible]rius Hercyniam [illegible] b[illegible]rasse, & Cimbros agmine facto hunc inuasisse locum, a Boi[illegible]q; eiectos Istrum & Scordiscos gentē Gallicam petentes descendisse, mox Teuristas & Taur[illegible]scos, & hos nationis Gallicæ. Hæc Strabo: quæ nulla possunt ratione ad Noric[illegible]n [illegible]rqueri. Quare alios Tauriscos coluisse secus Istrum, forte vbi nunc est Hun[illegible]aria, credendum est. Equidem Ptolemæus quoq; tabula Europæ nona, in Dacia ripensi Tauris[illegible] pop[illegible]los, & Turiscum municipium ponit. Præterea in delineatione Pannoniæ, ad confluentes Saui & Danubii, vbi hodie Alba est Grçca, 20 30 40 50

Tauriscorū memoria ad Istrum in Hūgaria.

Tau-

Taurunum municipium commemorat: vt Tauriscos non minus secus Istrum, quã in Norico mediterraneo tenuisse constet. Manent autem illius saltem nomenclaturæ vestigia ac testimonia quædam apud Hungaros, qui montem illum aurifodinis famigeratum versus Cepusium, Tarczal vocant, in quo Chremitium ac Semnitium loca celebria sunt: supra quem & comitatus Turocensis amplissimus tractus, & vltra Tibiscum versus Transyluaniam Tur oppidum mercatoribus notissimum. Fuit insuper in Norico ripensi haud procul à Danubio vetustissimus ac amplissimus Styrorum, hoc est, Taurisiorum comitatus, cuius hodie & ciuitas eodem nomine Austriæ principibus subiecta manet: & cuius deniq; possessores, Styræ marchiones in Tauriscis siue Noricis mediterraneis, ab Henricho quarto
10 creatos constat. Atq; de huiusmodi Styris siue Tauriscis, secus Danubium colentibus, mẽtionem etiam Iordnandes in historia Gothica facit, cum de Gothorum Sueuorumque bello in Pannoniis gesto tractat: Et dum multũ esset amator misericordiæ (loquitur de Theomyro Gothorum rege) facta vltione veniam condonauit, reconciliatusq; cum Sueuis, eundem quem cœperat adoptans sibi filium, remisit cum suis in Sueuiam: (Chunimundum intelligit, Sueuorum ad Drauum regem, a Gothis victum & captum.) Sed ille immemor paternæ gratiæ, post aliquod tempus conceptum dolum parturiens, Styrorum gentem incitauit, qui tunc supra Danubium considebant, & cum Gothis pacifice morabantur. Sed reuertamur ad Tauriscos siue Styros, Noricum mediterraneum incolentes, quo loco non solum nomen vetus patria lingua prolatum manet (Styrmarchenses namq;, & Styri vocan-
20 tur) verum etiam multis adhuc montibus Latina vox gentis, a dominis Romanis subditis impressa, ad nostram vsq; tempestatem defluxit, Rachstatterthaurn / Belserthaurn / Rotenmansthaurn / Raurisithaurn / &c. adeo vt præcipuos pene cunctos mõtes Styri, hoc est Taurisci, Thaurn / a sese & a veteri Latino nomine etiamnum appellitent. Huc pertinet, quod Ptolemæus Teurinæ ciuitatis in Norico mediterraneo, inter eius prouinciæ oppida, nomẽ recensuit: cuius rudera in Rachstadio Styriæ limitaneo municipio extare, in postremo Commentariorum Reipub. Romanæ nostrorum libro docuimus. Præterea celebrabatur apud maiores nostros insignis comitum a Taur prosapia, quæ in Carnis, Noricis, & apud Vindelicos multa prædia possidebat, de quibus seorsim sub finem huius libri sumus tractaturi. Possem hic de Taurisianis marchionibus, (quorum late ditio in finibus Foriiulii, Ita-

Montes Tauriscorũ.

30 liæq; patebat) sermonem continuare: nisi seorsim de his in catalogo Taurisiorum principum primæuorum obiter memorare visum esset: quo loco, vtpote Taurisiorum primis sedibus, episcopalis sedes semper extitit. Hinc Paulus Diaconus lib. 3. cap. 12. cum de beati Gregorii ætate tractat, inter reliquos præsules qui patriarchæ Aquileiensi parebant, rusticum de Taruisio quoq; recensere videtur. Mansit ad nostram ætatem duplex Taruisium: maius, quod Venetis paret: & minus, in conualle haud procul a Villaco, sub Babenbergensis antistitis obsequio. Hic ager totus marchionem proprium quondam habebat, cuius prosapia extincta, Carinthię primum principes, & post hos Albertus Habesburgius hinc nomine primus Austriæ archidux, ab imperio Romano, eiusq; posteri, vicarii marchæ Taruisianæ constituti sunt. Atqui iam finem libro eram impositurus, cum locus postulare videtur,

Marchia Taurisianorum.

40 vt Iapodum quoq; vetustas sedes lecturi indicarem, qui Tauriscis Carnisq; proximi, in Segestanos vsq; Istrosq; tenebant, secus Sauum flumen, vbi hodie Carniolensis visitur ducatus, primo marcha, & postea in angustias redactus, comitatus titulo literis passim celebratus. Qua de gente, vtpote & ipsa Gallica Teutonicæ & originis & linguæ, vt certius sedes inquiramus, lectoriq; indicemus, libet aliquot authorum historię loca examinare, quorum hæc nominatim scripta reliquit in Illyriorum historia Appion Alexandrinus Grammaticus: Iapodes, qui vltra alpes incolunt, natio ferocissima, ac pene syluestris, bis á se per annos fere viginti Romanos pepulere. Aquileiam quoque excurrere, & Torgium Romanorum coloniam depopulati sunt. Insurgente in eos Cæsare, per iter asperum atque aduersum, adhuc magis contra eum irritabantur, nemora in oppositum illi præcidentes. cum deinde

Sedes antiquæ Iapodũ.

50 ad aliam syluam diuertisset Cæsar, in fugam abeunt, & appropinquanti struxere insidias. Cæsar idipsum suspicatus, ad montiũ apices ex suis mittit, qui eos vtraque ex parte aggrederentur. Submissius aduentante illo, & syluas excidente, Iapodes ex insidiis subito apparuere, multosque affecere vulneribus. Verum maior eorum pars, ab his qui ex apicibus decurrerant, interfecti sunt: reliqui iterum ad syluas reuertuntur, vrbem relinquentes, cui Terponus nomen fuit. eam intercœptam, Cæsar minime cremauit: suis arbitratus, pariter illos se esse dedituros, vt fecere. deinde ad aliam processit vrbem, Metullũ incolæ nuncupant: quæ Iapodum primaria habetur vrbs. sita est autẽ in mõte nemoroso, duobus cõdita tumulis, quos vallis modica interfecat: & iuuentus ad trium milliũ numerũ armis animisque præpollens, Romanos circa mœnia pugnantes facile ab illis repellebat.

At hi aggerem erigentes, à Metulliis hinc inde discurrentibus, diu noctúq; vexabantur: & è muris machinarum ope, quas in bello acceperant, longius distare cogebantur. nam in ea pugna, quam Brutus haud longe ab eo loco cum Antonio & Cæsare simul habuit, machinas susceperant. Dissipantibus interim Romanis eorum mœnia, illi interius propugnacula alia struebant: & labore defessi, in ea quæ construxerant salu deferebantur. hæc ille. qui continuans historiam, Augustum Cæsarem, cum audacius murum subiisset, ab hostibus crus dextrum ac brachium vtrumq; vulneratum fuisse tradit. Eundem per omnia situm Iapodibus & Strabo tribuit, qui libro quarto Geographiæ sic scriptum reliquit: Porro Iapodes circa hos habitant locos, gens Illyricis Gallisq; immixta, & penes istos est sublimitas. Iapodes igitur virorum florentes robore antea, & vtroque ex montis latere domicilia habentes, ab Augusto tandem Cæsare, summo cum labore debellati sunt, cum late latrocinius inualescerent. Ipsorum autem oppida, Metullum, Aurupenum, Monetium, Vendum. Et iterum libro 7. huius nationis mentionem facit in hunc modum: Iapodes enim in Albio mõte siti sunt, qui Alpibus posterior est, excelsus admodum, hinc quidem ad Pannonios Istrũque pertinentes, hinc autem ad Adriaticum mare. pugnaces quidem, cæterum ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad vnum omnes. Oppida eorum, Metullum, Monetiũ, Vendum. hæc Strabo. à quo non abludit Stephanus in descriptione vrbium: [illegible] (inquit) [illegible] κελτικὸν πρὸς τῇ ἰλλυρίᾳ. Ex quibus omnibus authorum locis colligere facile possumus, Iapodes eos quondam agros coluisse, quos hodie Vipacenses versus Adriaticum mare, & Carniolenses versus Sauum tenent. In quibus rudera adhuc euersorum ab Augusto oppidorum, ac veterum nominum vel vmbræ quædam supersunt. Nun enim dubito, quin Aursperg haud procul à Labaco Aurupeni, Manspergum præterea Carinthiam versus Monetii, versus Ciliam deniq; Troia in Mednica valle Metulli, & Windischgratium Vendi ruinas posteritati repræsentent. Quippe & hodie à Windischgratio, vallis quæ secus Cancrum fluuium ducit Monspurgum, das Jauntall/hoc est, Iapodum vallis: & infra Capellam montem, qui Carniolam à Carinthia distinguit, die Apptaw: altera vallis denique haud procul ab Iggio, (quod Æmonæ reliquias continere, postremo Commentariorum Reipub. Rom. ostendimus) in summitate, vt Strabo refert, sublimitate Iapodum, qua iter est ex Carniola Vipachum, pagus superest Alben nomine, Albiam videlicet veterem, de qua Strabo loquitur, demonstrans. Isthic & Lugeum est, à cuius promontorio onera ex Italia ad Sauum fer ri per Iapodes, idem author scribit, vulgo hodie vocant [illegible] Porro credendum est, Iapodes (vt ex Appiano & Strabone liqu. r) vel omnino confectos ab Augusto tum fuisse, vel alio profectos, sedes mutasse. Id quod mihi ad fidem magis pronum videtur: in Noticum videlicet mediterraneum proximum, & inaccessas alpes fuga abiisse. Superest adhuc haud procul à Salisburgo vallis insignis, quam & ipsam à Iapodibus, die Jappentaw appellant. Insuper in loca derelicta Iapodum, ad fontes Saui, arbitror Carnos proximos à Romanis admissos, cum ipsi in Carnorum agro, qui hodie est Goticensis, colonias nouas deducerent, coloniam Iuliensem, quæ modo Austriæ ciuitas dicitur, Aquileiam, & Iulium Carnicum. Testatur hoc, etiam nomen nouum eo agro [illegible] dium. Forumiulium enim appellabatur, qui antea, iuxta descriptionem Ptolemæi, Strabonis, Antonini, Melæ, & aliorum Geographorum, Carnorum fuerat. Ita igitur mutato populo, mutari paulatim & nomen loci cœpit: vt quæ olim Iapidia nuncupabatur, deinceps Crania, & Carniola diceretur. Cranotum sane & Strabo meminit, & eos in Albio monte Carnis Iapodibusq; proximos tenuisse testatur: fortasse vbi hodie est Cancerina vallis, & montes Cranici, das Khrayn gepürg: quẽ Ocram montem, olitera adiecta, Ptolemæus dixit, Teutonicum vocabulum humo Græcus corrumpens. Superest [illegible] ibus ad [illegible] Craynburgum, municipium antiquissimum, vnde principes, qui proxima tenebant loca, Goriciam videlicet, & montana in Tyrolim vsque secus Drauum flumen extenta, marchiones à Craynburga dẽominabantur: qui iidem & Meraniæ duces, à Merromenis proximis Gallorum populis (quos iis finibus Appianus describit) & labentibus seculis diuiso ac propagato stemmate, comites cum Goritiæ, tum Tyrolis vocabantur: de quibus posterius dicem[us]. Cęterum Carniolæ nomen propinquius ad Carnos accedit, quod Caroli magni ætate, & ante aud[it]um iam fuerat. Meminit enim illius Diaconus Varnefridus, historiæ Longobardiæ libri 6. cap. 52. Rachis denique (ait) apud Forumiulii dux, vt diximus, effectus, C[arn]iolam Slauorum prouinciam cum suis ingressus est, multitudinem Slauorum [pr]osternens, e[orum] omnia vastauit. Eiusdem & nominis & prouinciæ mentionem facit [Eg]inhartus, [qui] à Carolo magno gestarum scriptor [illegible] deexpeditione Baldrici, Ludouici Pii Imperatoris præfecti, in Ludouicum Carniulensem marchionem, & Bornam Dalmatiæ ducem expeditione loquitur: Is tamen (inquit) qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Draui fluminis, ex loco-

Carniola nomen vnde.

Craynburgum.

Craynburgensis marchia.

Carniola prouincia.

locorum & aquarum insalubritate, soluti ventris incommodo grauiter adfectus est, & pars eius non modica hoc modo consumpta est. Deinde tres exercitus de Saxonia & orientali Francia & Alemania, Boiaria quoque atque Italia congregati sunt: quibus domum reuersis, Carniolenses, qui circa Sauum fluuium habitant, & Foroiuliensib. pene contigui sunt, Baldrico se dediderunt. Idem & pars Carantanorum, quæ ad Ludouici partes à nobis defecerat, facere curauit. De huiusmodi Slauorum prouincia Carnunto, quam modo Craniam vocant, intelligendus est & hic locus Rheginonis: Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXIIII. Henrichus rex Hungaros multa cæde prostrauit, pluresq; ex eis comprehendit. Eodem anno Slauos, qui Vncrani vocantur, hostiliter inuasit, & vicit. Et hæc 10 quidem de Carniola, ex antiquitate obseruata à nobis sunt. quam prouinciam Comitẽ habuisse proprium, non solum tituli principum Austriæ primæuorum demonstant, verum etiam hoc diploma testatur, à Cæsare Friderico secundo Aquileiensi sedi concessum, cuius textus sic habet: Fridericus Dei fauente clementia Romanorum rex Augustus, & rex Siciliæ: Ad salutis nostræ profectionem, & Romani imperii exaltationem pertinere non dubitamus, si iura & ecclesiarum prælatorum, & maxime eorum quorum deuotionem & fidem seruitio nostro & Imperii promptam & paratam inuenimus, regiæ Maiestatis clementia conseruauerimus illæsa. Inde nos attendentes fidem & deuotionem & obsequia, quæ Aquileiensis ecclesia, & specialiter dilectus princeps noster Volcherus, eiusdem ecclesiæ patriarcha, nobis & Imperio laudabiliter exhibuit, & in posterum Deo adiuuante exhibe- 20 bit, ducatum scilicet, ac comitatum Foroiulii, & villam quæ Lucinigo, cum omnib. ad ducatum & comitatum pertinentibus, placitis, collectis, fodro sanguinolento, venario, districtionibus vniuersis, & omni vtilitate, quæ inde iuste prouenire poterit. Præterea regalia omnia Episcopatuum Istriæ, scilicet Tergestinensis, Iustinopolitensis, Parentinensis, Æmonensis, & Polensis. Regalia quoq;, Concordiam & Belluneam Episcopatum. Regalia etiã trium Abbatiarum, S. Sexto, S. Pyiro, & S. Mariæ in orig ino, cum cunctis castellis, portubus, villis, mansis, venationibus, piscationibus, teloneis, placitis, nemoribus, molendinis, campis, pascuis, & omnibus aliis: & terram inter Pliam & Liquentiam iacentem, villas S. Pauli & S. Georgii, & omnia quæ antecessor noster diuæ memoriæ Chunradus imperator Aquileiensi ecclesiæ ibidem contulit, cum appendicus & vtilitatibus, agris, pratis, campis, 30 pascuis, terris cultis & incultis, molendinis, aquis, aquarũue decursibus, venationib. piscationibus, exitibus & reditibus, nemorosis, & aliis iurisdictionibus. Castrum quoq; Treuẽ, cum omnibus suis pertinentibus, ministerialibus, famulis, terris cultis & incultis, planetis, nemoribus, & omni iure in integrum, secundum quod Voldaricus quondam patriarcha, vna cum patre suo comite Voldrado, & matre sua Aquileiensi ecclesiæ contradidit. Et castrum de Atimis, cum omnibus suis pertinentiis, ministerialibus, famulis: secundum quod nobilis vir Vdalricus quondam marchio Tusciæ, Aquileiæ contulit. Insuper marchiã Carniolæ & Istriæ, cum comitatu & honore, & vniuersis pertinentibus, omniq; iure imperiali, secundum quod ab antecessore nostro Othone imperatore, tunc autem rege, Aquileiensi ecclesiæ de consilio & voluntate principum, & antiquorum priuilegiorum suorum libere 40 & absolute Voldarico patriarchæ supradicto, & per eum Aquileiensi ecclesiæ in perpetuũ possidendum donauit atq; concessit, atq; suo priuilegio confirmauit. Et quæ plura in codẽ diplomate sequuntur, quod datum erat apud Augustam Vindelicorum in curia generali, anno Domini MCCXIII. præsentibus Cunrado Ratisponensi, Menegoldo Patauiensi, Othone Frisingensi, Cunrado Brixinensi, Friderico Tridentino, Harduico Aichstetensi, Sifrido Augustensi, & Cunrado Tergestino, episcopis: Ludouico etiam duce Bauariæ, Alberto comite Tyrolensi, Friderico Burggrauio Nurnbergensi, Ludouico comite de Othestayn & Kirchperg, & fratre suo Ludouico comite: item nobilibus viris, Burcardo de Monosberg, Friderico de Comaro, Rudolpho de Curiano, Ioanne de Zuiciola, Berchtoldo de Spinola, Voltricho de Pertignstagno, Henrico de Pontebono, Cunrado de Portis, & aliis 50 innumeris. Et literis subscripsit Cunradus episcopus Spirensis & Moloniensis. Et hæc habuimus, quæ super Carnorum, Cranorum, Tauriscorum, Iapodum populorum migrationibus sedibusq; in Alpibus Celticis, Italiæ vicinis, vbi & vnde nostra ætate famigeratissimæ prouinciæ atq; ducatus Carinthiæ, Carniolæ ac Styriæ denominati supersunt, dicere ex fide historica potuimus. Reliquum est, vt principes horum, ordine, qui illis à primis quasi initiis, ad nostram vsq; ætatem imperarunt, non ex vna natione, sed multifarie secundum seculorum seriem potiti, subiiciantur.

Comites Carniolæ quoque antiqui.

CARNORVM PRINCIPES EX PRIMA Latiis Gallis electi, & qui ante constitutum Imperium gubernarunt.

1 Catimelvs, forte Germanica pronunciatione rectius prolatus Khatzmaul/cōmemoratur a Liuio libro 1. Decadis quintæ. Superest adhuc in Carnis Katzianerorum, & nobilium à Katzenstayn/familia.

2 Epvlo, eodem libro & Decade recensetur: forte gentilicia lingua, quem gens illa vocauit Eitel/vel Edwil: hoc est, qui desertas villas coleret.

3 Cincibelis à Liuio, tertio libro eiusdem Decadis, Gallorum illorum regulus citatur, qui proximi in Albio monte Italiæ colebant. Vox est hominis deprauata, pro Gynsybel/hoc est, qui malum Romanis optaret. 10

CARNORVM PRINCIPES, REGIO TItulo decorati, qui ex Sueuorum gente, à temporibus Valentiniani Cæsaris, tractui inter Sauum Drauumque iura dederunt.

1 Gabinivs à Marcellino commemoratur, quod à Valentiniano Cæsare regulus Sueuus Valeriæ Noricique mediterranei agros, sub tributo impetrarit.

2 Chvnimvndvs à Iordnande in historia Gothica recensetur, mortuo Attila, quod proximus Italiæ regnum Sueuorum administrarit: quem latrocinantem in Pannonia superiori, ad Drauum, Theomyrus rex Gothorum, cui Pannoniæ pars illa parebat, in acie vicit ac cœpit, captumque adoptauit. à Teutonibus forte idiomate gentilicio, der Khüenman/hoc est audax vir, efferebatur. 20

3 Achivlphvs superioris filius erat, cuius eadem Marcellini historia mentionē facit: gentiliter appellatus, der Aichen wolff/hoc est, quercinus lupus.

4 Remismvndvs, forte gentilicia lingua der Raumsinan/hoc est, gloriosus vir, ab eodem Iordnande, in illa Dalmatiis vicina Sueuia rex fuisse refertur, post Chunimundum & Achiulphum.

5 Gibolphvs, hoc est, si gentiliter pronunciaueris, Gehwolff/Gangwolff/ in historia sancti Seuerini rex eorum Sueuorum describitur, qui in Norico habitarunt. Eum videlicet regem, cum manu Sueuorum venisse in Noricum ripense, prouinciam videlicet Herulorum, Laureacumque atque Batauiam ciuitates præcipuas Herulorum in Norico ripensi, vbi hodie Ensium ac Passauia visuntur, eadem historia commemorat occupasse: Iuuauiam quoque euertisse, ac inibi S. Maximum antistitem loci occidisse, in rupe quæ hodie Salisburgo imminet. 30

6 Garibaldvs, hoc est, in natiuo idiomate, Garwald/totus nemorosus, rex & Carnorum & Boiorum à Diacono Varnefrido in historia Longobardica recensetur, Longobardorum ditioni, quæ in Foroiulio incipiebat, proximus tenuisse. Cuius filiam quoque nomine Theodelindam, Autharis Longobardorum rex in matrimonio habebat, fœminā prudentissimam: ad quam aliquot extant diui Gregorii Romani episcopi epistolæ. 40

7 Grimoaldvs filius supradicti Garibaldi, ditione siue regno suo pulsus a Francis, eorumque rege Hilperico, cum tota cognatione sua, concessit in Longobardiā, ad Theodelindam sororem: a quo dux Beneuenti creatus, aliquot in sua stirpe Longobardorū reges habuit successores. Meminit illius Paulus Diaconus.

8 Tassilo, vulgo der Tasl/hoc est, parua mutilata manus, ab eodē Diacono scribitur Carnis ac Boiariis eodem communique auspicio præfuisse, a Francorum rege confirmatus, ac posterius à superuenientibus Slauis Auaribus in Agunto victus: cuius rudera in Innechen Carinthiæ notissimo loco extare, postremo Commentariorum Reipub. Romanæ confirmauimus. Vnde in eo Teutonicorum, non principum solum, series in Carnis defecit, sed incolarum etiam imminui successio paulatim cœpit. Mixti enim ab eo tempore Slaui Carnis Teutonibus, in vnam paulatim eandemque gentem coaluere: quemadmodum in hanc vsque diem à Slauis æque ac Germanis Carinthiam cultam videmus. Et in peruetustis priuilegiis, Carnorū princeps Slauonica reperitur lingua fuisse inuestitus: & vt Æneas quoque Syluius adnimaduertit, querulantibus coram Imperatore, Imperiique ordinibus, non nisi Slauonica lingua respondere tenebatur. 50

CAR-

CARNORVM PRINCIPES EX SLAVORVM natione, qui Carnos subiecerant, acie victos, tempore Mauritii ac Phocæ Cæsarum.

1 SAMOCS (forte qui Tassilonem in Agunto vicerat, cuius historiæ Diaconus meminit in Annalibus gentis) refertur Slauonicus fuisse princeps in Carantana, siue Licurnia, & a Dagoberto rege Francorum victus, & cum tota subiecta gente subiugatus.

2 BARVCH, cum fratre Cotio, ab Auaribus Carantano regno exutus traditur, in eisdem gentilitiis Annalibus: verum à Francorũ denuo regibus in dignitatem restitutus.

3 CARASTVS primus sacris vndis perlutus fuit à beato Doningo, diui Ruperti Iuuaniensis episcopi discipulo, ac Carnorum apostolo.

CARNORVM PRINCIPES, EX GENTE Francorum dati, simulatq; victis Slauis, in Carantana, Francorum inibi reges, hoc est in Norico mediterraneo potiri cœpissent.

1 CETEMARVS, vel si gentilitia velis lingua proferre, der Setzmayr / der Satmayr / hoc est sementis & agrorum dominus: vel potius à Cetio monte, quem vsque ad Drauum iuga propagasse, Ptolemæus etiam scribit, nominatus, tanquam diceres, Cetii montis dominus. Ad hunc Annales referunt Iuuanienses episcopos, Modestum & Modelhaymum presbyteros, vt apostolos, missos in Carantanum, vt neophyti isthic in fide Christi confirmarentur. quos & cathedram Episcopalem in solio ad diuam Dei genitricem restaurasse, iidem memorant.

2 WALDCVNO, vetus est & incorruptum Teutonicum vocabulum, eius videlicet Carnorum siue Carantaniæ principis, ad quem diuus Virgilius Iuuaniensis antistes, Haymonem & Regebaldum presbyteros, & vnum diaconum Maioranum, pro fidei Christianæ instructione transmisit: vt gentilitii Annales testantur.

3 THEODO Tassilonis Boiariæ regis filius fuerat, quem pater Carnis præfecerat, circa annum Dominicæ salutis DCCLXXII. Quin & Tassilonem Carinthiam Slauis eripuisse, antiquiores Annales asserunt: & Romam profectum, Hadriano papæ filium recens natum Theodonem baptizandum obtulisse.

4 INGVON, hoc est, si recte Teutonico more pronunciaueris, der Inwoner / hoc est, mediterraneorum cultor ac dominus (tenebant namque Carni in Norico mediterraneo) quem Carolus Magnus videlicet Tassilone Boiorum rege, ac Theodone Carnorũ principe, quod Hungarum in Germaniæ perniciem euocassent, condemnatis in monasterium Laurissense, Carantaniæ, vt tum vocabant, præfecerat, comitem ex Francia. Is Arni Salisburgensis præsulis instinctu, vt Sclauorum regulos nobilitatemque sibi subiectos per Carnorum ditionem, omnes tandem ad vnum Christi ouile compelleret, aut aliqua ratione persuaderet, conuiuium fertur opiparum instruxisse: in quo rusticanam plebem Christo iam vendicatam intra regiam suam aureis & argenteis poculis liberaliter exceperat, nobilibus ac prouinciæ primatibus, qui idololatria adhuc tenebantur, ante fores regiæ in fictilibus, & quidem parce ministrans: immundiciem animarum, interrogatus, à dæmonibus adhuc obsessarum, causabatur. qua ducis astutia, Annales referunt, vniuersam paulatim Carinthiam in verba CHRISTI iurasse. Hinc inaugurandi ducem Carinthiæ consuetudinem, solennitatemq; profectam esse, quæ (vt verbis Æneæ Pii vtar) nusquam alibi obseruatur. Sed placet locum Syluii, hac de re, subiicere, qui sic habet: Quoties nouus princeps Reipublicæ gubernationem init, solennitatem nusquam alibi auditam obseruant. Nõ longe ab oppido S. Viti, in valle spaciosa, vetustæ ciuitatis reliquiæ visuntur, cuius nomen temporis aboleuit antiquitas. Iuxta in pratis longe patentibus marmoreus lapis erectus est: hunc rusticus ascendit, cui per successionem stirpis id officium hæreditario iure debetur. à dextra bos macer nigri coloris astat, ad sinistram pari macie deformis equa. Frequens circa eum populus, & omnis rustica turma. tum princeps ex aduersa pratorum parte procedit: purpurati eius proceres ambiunt. Vexillum ante ipsum & insignia principatus comes Goritiæ, qui Palatii curam gerit, inter duodecim minora vexilla procurrit. Reliqui magistratus sequuntur. Nemo in eo comitatu non dignus honore videtur, nisi princeps, per se ipse rustici speciem ferens. Agrestis ei vestis, agrestis pileus calceusq;, & baculus in manu gestatus pastorem ostendit.

Quem postquam rusticus ex lapide venientem cõspicatus est, sermone Sclauico (sunt enim ipsi Carinthiani Sclaui) Quis hic est, inclamat, cuius tam superbum incessum video?

Respondent circũstantes, Principem terræ aduenire. Tũ ille: Iustusne iudex est, salutẽ patriæ quærens? Liberæ conditionis dignus honore? Estne Christianæ cultor fidei, & defensor? Respõdent omnes, Est, & erit. Rursus ille: Quo me iure ab hac sede dimouebit? at Goritiæ comes: Sexaginta denariis abs te hic loc⁹ emitur: iumẽta hæc tua erunt (bouẽ atq; equam ostendens) vestimenta quoq; principis, quæ paulo ante exuit, accipies, eritque domus tua libera, & absque tributo. Quibus dictis, rusticus leui alapa principi data, bonum iudicem esse iubet: & surgens, iumentaq; secum abducens, loco cedit. Princeps vero conscenso lapide, nudum gladium manu vibrans, ad omnem se partem cõuertit, æquum iudicium populo promittens. Ferunt & aquam frigidam a rustico allatam pileo bibere, tanquã vini visum damnet. Deinde ad ecclesiam Soliensem pergit, quæ in propinquo tumulo sita est, sancti Petri vocabulum habens, & olim Pontificalis fuisse perhibetur. Vbi peractis sacrificiis, princeps rustica indumenta deponit, paludamentumq; induit: conuiuatusq; splẽdide, cum proceribus in prata reuertitur: ibiq; pro tribunali sedens, ius petentibus dicit, & feuda confert. Fama est, anno septingentesimo nonagesimo, post CHRISTI Saluatoris ortum, imperante Carolo Magno, ducem gentis Iguonem nomine, ingens conuiuiũ prouincialibus præparasse: & agrestibus quidem ad conspectum suum intromissis, in vasis aureis atq; argenteis, nobilibus vero & magnatibus procul ab oculis collocatis, fictilibus ministrare iussisse. interrogatum, cur ita faceret? respondisse: Non tam mundos esse qui vrbes & alta palatia, quam qui agros & humiles casas colerent. rusticis, qui CHRISTI Euangelium accepissent, baptismatis vnda purificatis, candidas & nitidas esse animas: nobiles vero ac potentes, qui spurcinas idolorum sequerentur, sordidas & nigerrimas. Se vero pro qualitatibus animarum instruxisse conuiuium. Castigatos ea re nobiles, cateruatim sacri baptismatis vndam quærentes, breui tempore sub Virgilio & Arnone Iuuauiensibus episcopis, vniuersus fidem CHRISTI accepisse. Hinc honos inuestiendi principis rusticitati datus. Hæc Æneas: qui huius solennitatis sub Friderico tertio Imperatore oculatus spectator fuerat.

5 CODOLAVS, vel Codelach, à Carolo Magno Iguoni erat surrogatus, & vsq; ad Ludouici primi gubernationem Carnis ac Carniolensibus præfuit: deiectus postremo dignitate a Ludouico quodam Pannoniarum prçside, vt Eginhartus in historia Ludouici his verbis testatur, cum de Palatio ac conuentu Ludouici primi apud Ingelhaym loqueretur. Erant ibi & aliarum nationum legati, Abodritorum videlicet, ac Bornæ ducis Guduscanorum & Timotianorum, qui nuper à Bulgarorum societate desciuerant, & ad fines nostros se contulerant: simul & Ludouici ducis Pannoniæ, qui res nouas moliens, Cadolaum comitem & marchæ præfectum, crudelitatis & insolentiæ accusare conabatur

6 BALDRICVS, vulgo Baldrich/ qui cito ditatus est: Codolao suffectus à Ludouico primo, testante idipsum Eginharto his verbis: Exercitu vero de Pannonia reuerso, Codelach dux Foroiuliensis febre correptus, in ipsa marcha decessit. Cui cũ Baldricus esset surrogatus, & in Carantanorum regionem, quæ ad ipsius curam pertinebat, fuisset ingressus, obuium ibi habuit Ludouici exercitum, quem iuxta Drauum fluuium, iter agentem parua manu aggressus, pluribus interfectis & auertit, & de illa prouincia fugauit. Borna vero dux Dalmatiæ, cum magnis copiis ad Colapum fluuium, Ludouico ad se aduenienti occurrẽs, in prima congressiune, à Gudiscanis deseritur. Et iterum alio loco idem autor, de eodẽ bello contra Ludouicum Pannoniæ ducem, à Ludouico primo Imperatore gesto: Hi tres exercitus, de Saxonia & orientali Francia & Alemania, Bolaria quoq; atq; Italia cõgregati sunt. Quibus domum reuersis, Carniolenses, qui circa Sauum fluuium habitant, & Foroiuliensibus pene contigui sunt, Baldrico se dediderunt. idem & pars Carantanorum, quæ ad Ludouici partes à nobis defecerat, facere curauit.

7 LVDOVICVS, hic Pannoniarum in primis præfectus, postea res nouas moliens, cum & proximis prouinciis inhiaret, Codolaum falso apud Imperatorẽ accusauit: factusq; ipse in eius locum dux Carnorum. cæterum detecto posterius dolo, ab Imperatore iterum depositus, cum cedere nollet, bello petitus est. Baldrico, de quo superius locuti fuimus, duce Foroiuliensi, in locum contumacis subrogato. qui & vi, vt supra visum est, Carantanorum prouinciam Ludouico proscripto eripuit. Recensetur hæc apud Eginhartum historia in hunc modum: Transacta hyeme, vt primum herba pabulum iumentis præbere potuit, tres illi exercitus contra Ludouicum mittuntur, quorum vnus de Italia per alpes Noricas, alter per Carantanorum prouinciam, tertius per Boiariam & Pannoniam superiorem intrauit. Et duo quidem, id est dexter & sinister, tardius ingressi sunt, eo quod vnus alpium transitu, hostium manu resistente, prohibebatur: alter & lõgitudine itineris, & Drauo flumine, quod traiiciendũ erat, impediebatur. medius autẽ, qui per Carantanos intrabat, quã-

quam

quam in tribus locis ei resisteretur, fœliciore vsus fortuna, ter hoste superato, Drauo etiam transmisso, celerius ad destinata loca peruenit. Contra hæc Ludouicus nihil molitus, in munitione tantum castelli, quod in arduo monte construxerat, se suosq; continuit, & nec belli, nec pacis vel per semetipsum vel per legatos vllum cum eis sermonem habuisse tunc dicitur. Exercitus vero postquam in vnum conuenerunt, tota pene regione ferro & igne deuastata, haud vllo graui damno accepto, domum reuersi sunt. Is tamen qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Draui fluminis, ex locorum & aquarum insalubritate soluti ventris incommodo grauiter affectus est, & pars eius non minima hoc morbo consumpta est.

8 DOMITIANVS, vel ob vitæ continentiam, vel propter miracula in diuorum numerum relatus, in matrimonio fertur habuisse Mariā Meraniæ ducis filiam: cum qua ecclesiam in Millestadio posuit, mille idolorum statutis euersis, & in proximo lacu submersis. confirmauerat idem & cathedralem in solio sedem: ac fortasse primus extitit, qui ista, de qua Æneas scribit, solennitate inauguratus fuit in ducem Carnorum. Quippe in sede illa, quam dixit in campo esse Æneas, ego ipse ante paucos annos, literis antiquissimis hos characteres vidi, DVX DOMITI. Porro huic primæ ecclesiæ Millestadiensi, Abbatiam primus adiecit Albertus Artenburgii comes, & Tridentinus præsul, circum annum Domini MCCCXL. quam Fridericus tertius Imperator, in regiam generalis Magistri, diui Georgii ordinis, assensu habito summi Pontificis, commutauit. Porro Otho abbas ante annos trecentos, beati Domitiani, vxorisq; reliquias inuenerat, in occulto sarcophago, cum tali inscriptione:

DOMITIANVS DVX NORICORVM ET CARENTANORVM CVM VXORE MARIA MERANIENSI PRIMVS FVNDATOR HVIVS ECCLESIÆ QVI CONVERTIT ISTVM POPVLVM AD CHRISTIANITATEM AB INFIDELITATE.

Ibi & imago eius reperta est, ducis videlicet in throno sedentis, & gladium manu tenētis. Hæc in ædicula iuxta maiorem Ecclesiam extant.

10 GERHOLDVS in Annalibus gentilitiis, vna cum filiis Goreramo & Wernhierigone, legitur post S. Domitianum Carnis præfuisse: quemadmodum & qui sequitur.

11 ALBRICVS, de quo præterea in Annalibus reperi nihil: quemadmodum nec de sequentibus.

12 GOTOFREDVS.

13 GEROLDVS.

14 HELIMBINVS.

15 ALBARICVS.

16 PABO.

17 CAROLOMANNVS, Ludouici secundi Francorum & Boiariæ regis filius, qui apud Odingas sepultus est, à patre Carnis dux datus, vt literę fundationis, seu potius confirmationis Ossiacensis cœnobii prope Villacum positi testantur: vbi iste Carolomannus dux tantum Francorum Carentanorumq; commemoratur, cum descriptione lacuum qui istic adhuc supersunt, & pontis Villaci, ad quem ciuitas posterius à Babenbergensibus præsulibus, quorum hi sunt agri, extructa fuit. Hunc Annales referunt ex matre Græca, Emanuelis regis Constantinopolitani fuisse procreatum, cuius multa etiam in Ottingensi ac Ratisponensi ecclesiis memoria extat, ex quibus vnum libuit breue diploma transcribere, quod sic habet: IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Carolomannus Dei concedente clementia rex Francorum, dux Carantanorū. Si ecclesias Dei aliqua semper vtilitate [illegible]ramus, non solum regium morem exercemus, sed etiam aliquod lumen animæ nostræ promereri speramus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos, admonente Adelwardo episcopo, pro honore Dei sancto martyri Emeranno concessimus, de nostro iure, decimam partem vectigalium, id est, de ministerio ad concinnanda luminaria iure perpetuo in propriū. Et quæ sequuntur: quæ data sunt anno Domini DCCCXVI.

18 ARNOLPHVS ex nobili fœmina Charentana, Carolomanno, dum adhuc dux esset Carnorum, sed thoro illegitimo natus, patri tamen, in regem Boiariæ sublimato, in ducatu Carinthiæ successit, vt his videtur verbis Rhegino Prūmiensis testari, de Carolomanno tractans: Concessit autem idem rex Arnolpho ducatum Carantanum, quod ei pater iampridem concesserat. In quo situm est castrum munitissimum, quod Mosburch nuncupatur, eo q; palude impenetrabili locus vallatus, difficilimū adeuntibus præbeat accessum.

Meminit huius historiæ etiam Otho Frisingensis libro 6. Chron. cap. 7. Porro hunc ducem fuisse Carinthiæ, dum adhuc in minoribus esset, antequam ad regnum Francorum, Boiariæq;, & postremo Imperiale etiam fuisset fastigium vocatus, testantur literæ in Carinthia datæ ad Rantesdorf curte regia, in partibus Sclauinis, ad diuum Maximilianū. Ferunt hunc duas habuisse vxores, vnam Carantanam, dum adhuc dux esset: ex qua tres liberos suscepit, Arnoldum Boiariæ principem, qui pro imperio cum Henrico primo Saxone, quem Aucupem cognominant, contendebat: Berchtoldum & Eberhardum, qui & ipsi ordine primo Carantorum duces, & exinde Boiariæ principes extitere. Sunt qui Wernherum pro Eberhardo scribant, Eberhardumq; Arnoldi filium fuisse autument, vnde Palatinorū Scyrensium initia supputantur, à quibus qui hodie rerum in Baiaria potiuntur, rite descendere dignoscuntur.

19 EBERHARDVS frater Arnoldi Boiariæ ducis, & filius Arnolphi fuerat: is parenti successit in ducatu. cuius filii, cum alter Foroiuliensis dux esset designatus, Berenger nomine (vnde Berengarii processerunt, qui pro imperio cum Othonibus Saxonibus decertauere) reliqui Reginboldus & Gothardus patrem in Carnorum ditione sequebantur, omnes ab Hungaris in prælio interfecti fuere. Vnde Regino libro secundo sic scriptum reliquit, cum de anno Domini loqueretur DCCCLXXXVIII. Igitur quendā Italici populi Berēgarium, filium Evvarhardi, qui ducatum Foroiulianum tenebat, regē sibi statuunt. Et iterū de anno Domini scribens DCCCCII. Hungari Carantanum inuadunt, & commissa in sabato Paschæ pugna, occiduntur. Anno rursus DCCCCIIII. Hungari à Meranis occiduntur: Berenger, Reginold, & Gothard, germani fratres interficiuntur.

20 BERCHTOLDVS frater Arnoldi ducis Boiariæ, filius Arnolphi Imperatoris, natus illi dum adhuc esset dux Carantanorum, extincto Euardaro fratre, illiusq; filiis interfectis ab Hungaris, vt diximus, propterea quod Arnoldus tertius dux Boiariæ male faueret Henrico primo Saxoni: cum extincto Arnoldo summam fuisset iam rerum consecutus, Otho filius Henrici ab eodem Carnorum princeps constituitur. Et cum filii quoq; Arnoldi Boiarii, Vernherus, Eberhardus, Arnoldus, & Otho liberper uori contumaces esse pergerent, vocatus quoq; ad ducatum Boiariæ, filiis Carantanum reliquit. qui & ipsi posterius ab Hungaris interfecti, nobile stemma in Carnorum ducatu destituere. De hoc Bercholdo Vrspergensis abbas hæc scripta reliquit: Hoc in tempore Berchtoldus, Boiariorum & Carantanorum dux, Arnoldi ducis frater, vir strenuus, toto conamine fauebat regis partibus. Volens itaq; rex, vt quemadmodum tribulationis præteritæ, ita & lætitiæ præsentis fieret particeps, sequenti statim die, vt de morte aduersariorum audiuit, quanta erga se dominus fecerit, directis nunciis ei apperuit. Et cum coniugali connubio minime teneretur, in augmentum lætitiæ demandauit, sub iuramento, vt si sororem suam scilicet Giselberti viduā, vellet habere, eam coniugio illi copularet, de quo etiam antea scripserat de anno Domini DCCCCXXXVII. Mortuus est quippe Arnoldus dux Boiariæ, & filii eius superbia elati, iussu regis contemserunt ire in comitatus, cuius ducatum rex dedit fratri eius Berchtoldo: credendum est autem, simul dedisse Carantanum. Nam Luiprandus lib. 3. cap. 14. Arnoldum Boiariæ & Carantanorum vocauit ducem.

21 BERNHARDVS & GOTOFRIDVS, diuisa ditione Carnorum, alter Meraniæ se ducem, alter Carantanorum nominabat. Filii fuere, vt ego opinor, Berchtoldi primo Carinthiæ, & postea Boiariæ ducis: qui in solis (quod equidem sciam) Hungarorum Annalibus citantur in hæc verba: Post hæc Carinthiā hostiliter adeuntes, vltra castrū Leopach, dux Meraniæ Gotofridus nominatus, & dux Carinthiæ Bernhardus, nec non Gregorius patriarcha Aquileiensis, ipsis occurrentes, insimul atrociter depugnarunt: & quamuis ex Hungaris plures ibi cecidissent, tamen ambos duces Hungari occiderunt, patriarcha per fugā euadente. Meminit huius prælii Rhegino quoq; Prumiensis libro Chronicôn secundo: Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXLIIII. rex apud Duisburgem in rogationibus placitum cum primorib. Lotharientium & Francorū habuit: vbi factione Chuonradi ducis, Ruotpertus archiepiscopus Treuerensis, & Richarius Tongrensis episcopus, infidelitatis apud regem arguuntur: sed in breui obiecto sibi crimine liberantur. Illuc etiam à Traiectensibus clericis corpus sancti Seruatii asportatum est, ob multimodas sibi ab Imone comite illatas iniurias. Hungari a Charentanis tanta cæde mactantur, vt nunquam a nostratibus antea taliter infirmarentur.

Vrspergensis obiisse seniorē Berchtoldum tradit anno DCCCCXLVIII.

22 CHVNRADVS Berchtoldi superioris ex Hērico fratre nepos, Luitgardim Othonis primi filiā cōiugē habuit. Idcirco cum cōspirasset contra Cęsarē cū Luitolfo sororio, Othonis 1. filio, & Alnoldo Othoneq; ac Heroldo Salisburgensi præsule, Scyrensibus comitibus, Arnoldi Mali quondam Boiarii ducis filiis, ducatu Boiorum priuatur ab Othone primo.

23 HEN-

23 HENRICVS nepos ex patre Henrici primi Imperatoris cognomēto Aucupis, & ex matre Iuditha, Arnoldi Mali quōdam ducis Bauariæ, ex duce Boiorum, Carnorum quoq; princeps, & dux Othone primo Imperatore patruo suo creatur, & pulso Chunrado sufficitur. Id quod non solum ex fidedignis Annalibus, sed ex diplomate quodam Othonis tertii Babenbergæ dato, colligi potest, quod scriptum est anno Sal. 985. Isto mortuo, Henricus cognomento, Claudus, filius, ad preces Othonis tertii cessit ducatu Carnorum, seruato sibi solo Boiorum dominio, & duobus in Carnis comitatibus, Villach & Wollfespergi: quos idem dux electus in Imperatorem, episcopio Babenbergensi: a se fundato donauit, quos in hodiernum vsque diem ea cathedra possidet.

10

DVCES CARINTHIAE EX SVEVOrum gente constituti.

1 OTTO, siue Vtto, cum pertinacissime ac summa cum fide Ottonem tertium Cæsarem iuuisset aduersus hostes illius, Arnoldi Boiorum quondam ducis filios, Eberhardum, Wernherum & Arnoldum, in vacantem Carnorum ducatum primus suæ familiæ gentisque inauguratur, & insignibus antiquis (quæ similia vt hodie Austria gerit habebat) tres leones atros in aureo clypeo Sueuorum, videlicet gentilicia arma, adiecit: quibus in hanc vsque ætatem Carnorum prouincia decoratur. De hoc Ottone Sueuo, scribit Vrspergensis in historia Ottonis primi Imperatoris, de anno Domini 940. Habuerat autem Rex non-20 nullas maximas & fortissimas copias, Hermannum scilicet Sueuorum ducem, fratremque eius Vtonem atque Chunradum cognomine Sapientem: qui quamuis affinitatis linea Eberhardo iungerentur, maluerunt tamen iuste, si necessitas ingrueret, cum iusto rege occumbere, quam cum sanguineo iniuste triumphare. Et iterum: Eberhardus autem & Giselbertus audientes regem esse in partibus Alsatiæ, collecto permagno exercitu, alueum Rheni apud Andernacum transeunt, regisque fideles circumquaque demoliri procedunt. Vto sane frater Hermanni ducis Sueuorum, nec non & Chuonradus cognomento Sapiens, ipsis in partibus erant. Sed quia eorum copiæ istorum copiis impares extiterunt, his occurrere trepidabant. Eos tamen, cum spoliis multis redeuntes, pene secuti sunt. hæc ille. Meminit porro huius Othonis diploma quoddam vetustum, a nobis repertum in hunc 30 modum: IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si aliquid de nostræ magnitudinis regia vel imperiali munificentia Dei ecclesiis emolumenti pro stabilitate illarum conferimus, proculdubio id in mercede proprium habemus. Quapropter omnium fidelium nostrorum animaduertat industria, tam præsentium quam futurorum, qualiter nobis interuentu & admonitione Ottonis Carentorum ducis, quoddam nostræ proprietatis spacium capiens ex omni parte in longitudine siue latitudine iugera tria in monte Carentino, cum dimidia parte ligni montis illius, in latere positi, cum decem iugeribus pratorum iuxta flumen Glanam iacentium, ad ecclesiam S. Lamberti martyris, qualicunque supradicti montis parte, excepta nostra regali sede, inibi sancto Lamberto seruientibus, placuerit perpetuo possidendam tra-40 dere atque delegare, cum exitibus & reditibus, & cum omnibus vtilitatibus ad prædicta iugera pertinentibus: ea videlicet ratione, vt nemini quicquam in eadem ecclesia Deo militantes, inibi debeant, nisi quod ad Dei seruitium spectat. Sed & ipse locus, & in eodem loco, Deo & sancto Lāberto militaturi, sub nostri sint Mundiburdii defensione suscepti, ita videlic. quod nullus iudex publicus, vel quilibet ex iudiciaria potestate, in ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones, quas vel nunc idem locus sancto Lamberto donatus possidet, vel quæ deinceps in ius ipsius diuina pietas voluerit augeri, ad causas audiendas vel ad freda exigenda, aut mansiones vel ad paratas faciendas, aut fideiussores tollendos: & quæ plura sequuntur in eodem diplomate. Cæterum tribuuntur huic Othoni tres filii: Chuonradus, postea vocatus ad apicem Imperii, & Cunradus, Secundus nomina-50 tus, à quo Henricus III. IV. & V. processerant: Bruno, episcopus Aichstetensis, postea Papa Gregorius appellatus, qui Imperii Romani constitutionem & septem Electores sub Othone tertio confirmauerat: & Henricus, qui patrem in ducatu secutus est.

2 HENRICVS superioris Othonis filius, fratribus ad ampliora Rhamnusiæ dona vocatis, Carinthiam administrandam suscepit, anno Domini 1012. Ex vxore nescio qua tres liberos reliquit: Chuonradum successorem ducatus, Brunonem episcopum Herbipolensem, & vnam filiam coniugem Friderici comitis a Sponhaym, qui ex dote vxoris, sancti Pauli cœnobium in Lunatall exorsus est: à quo comites Ramenses, Haynburgenses, Sternburgenses, Artenburgenses, ac aliquot denique ex eadem familia duces Carantanorum processere.

Is Bruno Wirtzburgensis dictus, annotationes scripsit super Psalmos. obiit Presburgo in Hūgaria, dum nostra Hēricum tertio sequebatur.

3 CVNRADVS Henrici filius, ab Henrico secundo, cognomento Claudo Cæsare, confirmatur in ducatu Carnorum, cui Albertus quidam ex formula Carnorum Reipublicæ in limitibus aduersus Hungaros parebat, Marchio Carantanorum: quemadmodum alter Marchio à meridie contra Slauorum incursiones, Craynburgensis nomine, vbi est hodie Carniola, subiiciebatur, & duo Palatini: vnus in finibus Italiæ Goricensis, & alter in finibus Boiariorum Craynburgensis. Itaque accidit posterius, vt Hungaricus ille marchio Albertus, origine comes ab Muercztall & Auellancz, deficiēte, vel pulsa nobili familia Sueuorum, rerum inciperet in Carnis potiri, quod materteram Cunradi secundi in matrimonio haberet, & ex ea Marcquardum, Lutoldum ac Henricum marchiones genuisset. Cæterum Chunoradus de quo loquimur, reliquit post se tres filios, Cunonem ducem, Vdalricum marchionem, & Henricum palatinum comitem Lothariorum.

4 CHVONO superioris filius, primo magna Cæsarum gratia pollebat, adeo vt proscriptis Welphonibus, Boiorum quoque esset princeps creatus: deinde vero in illa tragœdia contra Henricum quartum in Germania excitata, & Carentanus cum defecisset ab Imperatore, Welphonem primo quempiam, deinde etiam Marcquardum Alberti marchionis superius nominati filium, pati coactus est successores. Etsi Welphone victo, Imperatoriisque, ducatum Carantanorum receperit, filioque Lutolpho integrum post se moriens reliquerit. Huius Cunonis mentionem facit Lambertus Schafnaburgensis, in historia Henrici quarti Imperatoris: Cognatus regis (inquit) dux factus est Carantanorum: frater eius Henricus palatinus comes Luthariorum, instinctu dæmonis monasticam vitam professus est. sed post paucos dies, vulgante se dæmonio quo illusus erat, sanctæ conuersationis habitum, quo se angelus Sathanæ in angelum lucis transfigurauerat, abiecit: vxorem suam & possessiones, desertor Dei & transfuga recepit. Et iterum: Cuno (ait) dux Carantanorum, cōtractis ingentibus copiis ad occupādum ducatū suum, quem tanto tempore rebellionis non inuaserat, primā profectionem parabat: sed morte preuentus, cœptum iter non expleuit. Ex quibus liquet, Cunonem in vita sua Carnorum ducatu fuisse priuatum, ac Welphonem habuisse successorem: à quo Welphones aliquot, Carinthiæ ducatus titulum reperio in literis vsurpasse: Chunradum videlicet, & Henricum Leonem illum, Bauaria pulsum à Cunrado tertio. Porro Welpho qui primus Carinthiæ fuerat dux inauguratus, Welphonis secundi ducis Bauariæ, ex Iua comitissa à Gleysperg filius extiterat: quem Henricus tertius, quod cum Arnesto Sueuiæ duce contra se conspirasset, ducatu Boiorum exuerat. quare in recompensationem à filio Henrico quarto, & præcipue quod partes sequeretur Imperatorias, & in valle Tridentina Episcopos Babenbergensem, Constantiensem & Magdeburgensem ad Pontificē euntes interceperat, non sine causa Carnorum erat principatu decoratus: licet titulo magis eo frueretur, cum interea in illo de ducatu Carantanorum dissidio (nam & Berchtoldus, comes Zaringensis, pro eo contendebat, vt postea dicemus) Albertus Marchio Hungaricus, comes a Muerczt all, vasallus ducatus, possessionem semper habuerit, & prosapiam suam in veram ducatus administrationem ex feudo transtulerit. Welphonem autem titulum vsurpasse Carinthiæ ducatus, ex ea qua diximus occasione, non Epitaphia modo Welphonum in Wyngarten cœnobio, ac fundatione illorum in Sueuia ostendunt: verum etiam restatur in Chronicis suis Vrspergensis abbas, vbi scribit, Anno Domini M. & L I V. religiosus papa Bruno, qui & Leo, gloriose vitam fininit, X I I I. Cal. Maii, & magnifice sepultus Romæ in Ecclesia S. Petri, miraculis claruit. Cuno dux Noricorum, fœderatis sibi Hungaris, grauiter rebellat, & Welpho dux Carinthiorum obiit. Ex quibus verbis manifestum est, Cunonem conatum fuisse recipere ducatum suum, Welphone mortuo: sed, vt antea ex Vrspergensi ostensum est, morte præuentum fuisse, ne consilia sua consequerentur effectum. Habuit vero is Cuno fratrem Vdalricum, Marchionem Carinthiæ, cuius meminit Lambertus Schaffnaburgensis in suis Chronicis: Anno Domini M. L X I I. Vilhelmus Marchio reuersus in Thuringiam, dum redire in Hungariā, & sponsam suam cum magna opum suarum ostentatione abducere pararet, inter eundum, secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Vdalricus Marchio Carentinorum, cognatus eius, accepit, quem rursus obiisse anno Domini 1070 scribit.

Welphones duces Carinthiæ.

5 LVTOLPHVS filius Cunonis, ducis Carinthiæ, expulsi ab Henrico quarto, dum diu in exilio fuisset, viuo & mortuo patre, tandem mortuo Welphone, Berchtoldo etiam Comite Zaringensi, qui surrogatus fuerat, sponte cedēte vel priuato, extincto etiam Vdalrico patruo, quem obiisse Lambertus anno scribit 1070, ditionem in Carnis paternam recepit. Ad quod alludens Vrspergensis, sic scriptum reliquit: Quod animum Berchtoldi non parum commouit, pro qua commotione lenienda, ducatus Carinthianorum ei committitur: quem postea filio suo æquiuoco, ipsius rogatu, rex Henricus commisit. Sed postmodum

modum quorundam instinctu, eundem ducatum Lutolpho consanguineo suo dedit, sicq; & patrem & natum paruipendens offendit. Vnde quasi renouata priore iniuria, cũ Berchtoldus dux permoueretur, omnia consiliorum machinamẽta, quibus satis pollebat, ad hæc vertebat, vt ab vtroque, id est, rege & Rudolpho se vlcisceretur: ab hoc scilicet, quoniam in ducatu sibi promisso se supplantauerit: ab illo vero, quia se accepto priuauit. hæc ille. Porro huius Lutolphi seu filios extitisse, seu fratres, credendum est, quos fundatio Gotuicẽsis cœnobii in finibus Marchę Carentanorum, quæ modo Styria dicitur, prædia habuisse ad Trasamæ fluminis fontes commemorat: Peregrinum, Harduicum, Rudolphum, Ottocarum, & Hermannum, quem in quibusdam Annalibus repeti à Pontifice regem aduersus Hen-
10 ricum quartum fuisse electum, circa annum Domini 1050. quos omnes obiisse sine prole verisimile est, comitibus à Muortztal in locum succedentibus.

DVCES CARINTHIAE EX STIRPE Habspurgensium Francorum ad Rhenum agros habentium.

1 BERCHTOLDVS cognomento Barbatus, comes Habspurgensis & Zaringiæ, Brisgaudiæ dominus, ab Henrico adhuc tertio morituro, dux Sueuiæ creatus, & ab Agnete vidua illius, cum ducatus Sueuiæ fuisset Rudolpho à Rynfelden Burgundo concessus, ad recompensationem promissi mariti sui, Carentanorum princeps erat salutatus: cum Cuono
20 prouinciæ eius dominus, filio Henrico quarto male videretur fauere. Id quod ex his verbis abbatis Vrspergensis colligi potest: Anno Domini (inquit) 73. quidã Fridericus & fratres eius, in Germaniæ partibus tyrannidem exercentes, contra Imperium Romanũ, ab Agnete imperatrice, & principibus regni, victi, ad deditionem venerunt. Otho de Schwynfurt dux Sueuorum, 4. Cal. Octobr. obiit, & Rudolphus de Rynfelden, qui postea rex esse contendit, ducatum accepit: quod magnum fuit seminarium earum, quibus regnum perturbabatur, commotionum. Eundem namque ducatum viuente adhuc Othone Hẽricus imperator, Berchtoldo comiti, qui post Carinthiorũ accepit ducatum, promiserat: eique annulũ suum, veluti huius rei commonitorium, dederat. quem ille diligenter seruans, post amborum obitum, imperatoris scilicet & ducis, imperatrici Agneti, imperiũ tum disponenti, ob-
30 tulit: eamque annulum agnoscentem, pro ducatu sibi promisso cõmonuit. Sed quia prædictus Rudolphus, mox post Imperatoris obitum, filiam eius Rumbholdo Cõstantiensi episcopo commendatam (vtrum consilio raptam, an dolo, nescitur) vxorem duxit, receptam iam in gratiam: eundem ducatum causa filiæ Imperatrix dedit, quod animum Berchtoldi non parum commouit. pro qua commotione lenienda, ducatus Carinthiorũ ei committitur. quem postea filio suo æquiuoco, ipsius rogatu rex Henricus commisit.

2 BERCHTOLDVS filius superioris, patre manente in ditione paterna, ad Rhenum titulum ducis Carentanorum suscepit, ab Henrico quarto, cui fidelissime contra omnes hostes adstiterat: licet immerẽtem postea priuauerit ducatu Carnorũ. vnde & ipse Berchtoldus, vnus ex his fuerat, qui Henrico IV. apud Forcbeym congregati, diadema imperia-
40 le abrogarunt: vt ex his locis Lambetti Schaffnaburgensis colligi facile potest. Quam enim fauerit Imperatori, & contra Saxonum coniurationem iuuerit, hæc Lamberti verba testantur, loquentis de anno Domini M.LXXTI. Principes Saxoniæ XIV. Cal. Nouemb. iuxta condictum venerunt in Gerstringen, cum XIV millibus armatis: cætera multitudine ad custodiam regionis, atque in obsidione castellorum derelicta. Aderant etiam ex parte regis, Moguntinus archiepiscopus, Coloniensis archiepiscopus, Babenbergensis episcopus, Gozelo Lutharingorum dux, Rudolphus Sueuorum dux, Berchtoldus Carentinorum dux, missi à rege, vt causam quam aduersum se adferrent, discuterent. Idem priuatum immerito Berchtoldum ducatu, ab eodem Imperatore refert, his verbis: Anno Domini M.LXXIII. Rex natalem Domini Babenbergæ celebrauit. ibi Berchtoldo duci Carno-
50 tensium ducatum sine legitima discussione absenti abstulit, & Marcuardo cuidam propinquo suo tradidit. Hæc sane causa erat, quod is Berchtoldus tandem ab Henrico quarto defecerit ad cæteros coniuratos, Saxones præcipue. vnde scribit Lambertus: Pascha Babenbergæ celebrauit, etantque cum eo archiepiscopus Moguntinus, dux Carentinorum Berchtoldus, & alii quamplures, ex his qui bello Saxonico ab eo defecerant. Et iterum, cum Henrici excusationem refert: Casu quoque (ait) nuper aduenerat nescio quid priuatæ causæ acturus in palatio, Berchtoldus dux quondam Carentinorum, huic Rex quam sanctis obtestationibus se purgabat, quod ducatum eius nulli alii tradidisset, sed Marquardus priuata præsumptione fines alienos inuasisset: nec ei quicquam de iure suo propterea imminutum esse, si suo iniussu, sine consulto principum, honores publicos homo ineptus-

mus temerasset. Ille licet hæc ficta esse sciret, & regis malitiam non tam voluntate quam fortunæ violentia correctam esse, tamen suscepit satisfactionem, promisitq; operam suam Reipublicæ vtilitatibus nusquam defuturum. hæc ille. Qui rursus depositionem commemorans Henrici quarti, apud Vlmam factam: Interea Rudolphus, inquit, dux Sueuorum, Welf dux Boiariorum, Berchtoldus dux Carentinorum, Adalbero episcopus Wirczeburgensis, & alii quos Reipublicæ calamitas mouebat, in loco qui dicitur Vlma conuentu habito, ut omnes qui Reipublicæ consultum vellent, XVII. Nouembris Triburiam conuenirent. & quæ sequuntur. Vnde Vrspergensis de abrogatione Henrici, eiusq; Regis scribēs: Anno Domini, inquit, 1077. Rudolphus indigena Sueuiæ, mediante Sigefrido metropolitano, & Adalberone Wirzeburgensi episcopo, Berchtoldo quoque duce Carinthiæ, ac prædicto Othone, aliisq; nonnullis principibus, in præsentia quorundam Romanæ sedis legatorum, non voluntarie adnuentium, apud Forchaym in regem eleuatur. hæc ille. qui mox subiungit, Hermannum Bechtoldi ducis Carinthiæ filium, Cluniacensem monachum, in Burgundia initiatum fuisse: qua re motum patrem, & quod fauere fortunā Henrico regi videret, qui omnia turbabat, ex indignatione & dolore in castro suo Lympurg, ad Rhenum, diem obiisse extremum. Ex quibus verbis liquet, & hanc Zaringensium non modo in Carinthia, sed ad Rhenum, tum quoq; fuisse extinctam. Cuius prædia in Brisgaudia, ac secus Rhenum, Habsburgenses comites in Ergouia exinde possidere inceperunt, vt postremo huius Operis libro fusius dicetur.

DVCES CARNORVM, EX TAVRISCIS, hoc est Styriis petiti.

1 ADALBERTVS comes à Muertztall & Auelancz, dominus in Eppenstayn, iam multo ante ab Othone secundo duci Carinthiæ in laboris participatum coniunctus, & in Marcham Hungaris proximā collocatus, feudoq; Carnorum principi subiectus, ad postremū Cunrado duce Carinthiæ, de quo supra dictum est, hoste in acie victo, ab Henrico secundo, quem Claudum & Sanctum cognominant, dux Carinthiæ creatus, titulotenus saltem: possessionem tamen, digladiantibus pro eo principatu Cuonone, Cunradi exauctorati filio, Welphone & Zaringensibus, consequi non potuit. In cuius recompensationem Chuonradus postea secundus Imperator Beatricem cognatam in coniugium dedit, qui iampridem ab Othone tertio ob merita in Rempublicam Romanam comitatu Auelancz & centum mansis in Durgenymel apud Styrios, Tauriscorum videlicet terra, donatus fuerat. Reliquit post se filios v. Marcquardum, cui ducatus Carnorum possessionem Henricus quartus concesserat: Lutoldum, Rudolphum peregrinum, Henricum & Harduicum marchiones, quorum subinde in exordiis monasteriorum mentio occurrit, præcipue in fundatione Gotuicensis cœnobii.

2 MARCQVARDVS Adalberti comitis in Muertztall & Auelancz apud Tauriscos, Carentinorumque aduersus Hungaros marchionis filius, patrem primo in Marcha secutus est: & deinde in illa pro ducatu Carnorum litigatione, quæ inter Welphones, Zaringenses, & antiquiores eius populi ex Sueuia principes vertebatur, ab Hērico quarto cognato, partim ob vinculum necessitudinis, partim ob merita, quod se in Saxonico bello non deseruisset, Carinthiæ dux declaratus, valida manu possessionem prouinciæ etiam accepit. Is dum adhuc Marcham, quę hodie Styria est, tueretur, captus ab Hungaris, ac fere ad mortem vulneratus, multam ac diuturnam operam Henrico quarto nauauit, dum difficillimis ille bellis à Saxonibus, principibusq; Germaniæ, ac summis Pontificibus premeretur. Vnde & Carnorum ducatu primum, Berchtoldo Zaringensi exauctorato, deinde filiæ Lympurgis matrimonio, ex Berchta filia Azonis Italici marchionis suscepta, ornatus fuit, atque remuneratus. Vnde scribit Lambertus Schafnaburgensis: Anno Domini 1073, Rex natalem Domini Babenbergæ celebrauit (intelligit Henricum quartum) vbi Berchtoldo duci Carnotensium ducatum, sine legitima discussione absenti abstulit, & Marquardo cuidam propinquo suo tradidit. Is est Marquardus, qui prima pene fundamenta iecit cœnobii sancti Lamberti, in finibus Carinthiæ & Styriæ opulentissimi. Condidit & prope Nouumforum Greut monasterium, pro monialibus. Et ex Limpurgi coniuge reliquit quinque filios, & tres filias, quorum nomina hæc sunt: Vdalricus abbas sancti Galli, postea patriarcha Aquileiensis: Hermannus abbas sancti Lamberti: Marquardus ante pubertatem obiit, Lutoldus patrem in ducatu Carinthiæ secutus est: Henricus primo marchio Tauriscorum, mox dux factus est quoque Carnorum, qui & cæteros superuixit, & terum solus cum apud Carnos, tum apud Tauriscos potitus est. Filiarum, Richarda Vdalrico comiti ab Ebersperg in Bauaria, Henna Vilhelmo comiti à Zelschach ac Vriesach, & Kunigundis cuidam

cuidam Maynhardo à Malatyn, primo autori Vitringensis monasterii apud Carnos, collocatæ fuerunt.

3 HENRICVS superioris filius, antequam ducatum consecutus fuisset, Marchio in limite Auarieo contra Hungaros extitit, quemadmodum in peruetusto Annalium codice legimus. Cæterum, extincto parente, ducatum Carnorum consecutus, Henrici quarti beneficio, consobrini sui, animum ad pietatis studia adiecit. Cœnobium sancti Lamberti à patre restauratum, ad summam ipse manum perduxit. Vbi & terræ conditus fuit, assignatis illi duobus amplissimis comitatibus, Piber & Auelancz. Fertur tres ordine duxisse vxores, Luitgardim, Beatricem, & Sophiam: quæ post obitum mariti, secundis nuptiis, se cui-
10 dam Domino de la Scala Romano coniunxit: & inceptum quondam cœnobium Victoriæ, siue Vitringa, à Kunigunde marchionissa, Maynhardi à Malateyn coniuge, suis donatiuis mirum in modum extulit. De quo ista leguntur Vrspergensis verba, cum expeditionem sub Chunrado tertio susceptam in terram sanctam describeret: Primum ab episcopis Mediolanensi, Papiensi, cæterisque Longobardorũ populis, ad quinquaginta millia signatis: deinde diuersarum prouinciarum Teutonicis, postremo ab Aquitanicis, quibus Vilhelmus Pictauiensis præerat, præter vulgum ad triginta millia loricatis, Longobardorum duces, permissu Henrici ducis Carinthia permeata, dum post Hũgaros à tergo relictos, in Bulgariæ ciuitate hyemarent, numero rarescere cœperunt. hæc ille. Meminit eiusdem Otto Frisingensis libro tertio, de rebus à Friderico primo gestis, capite vigesimo quinto. &
20 liber antiquus Annalium, vbi ita scribitur: Henricus consobrinus Henrici quarti Cæsaris, marchio Carinthiæ, obiit anno M. C. XXVII. Porro sub huius Henrici gubernatione, Lupoldus quispiam Henrici Cæsaris quarti consobrinus Marchiam Carintbiæ aduersus Hũgaros tuebatur, Henrici (vt puto) ducis frater. Qui adscita sibi in vxorem Sophia Welphonis Bauariæ ducis filia, Raniam regiam comitum Raniæ in monasterium extulit, Waldonis postremi eiusdem loci comitis prædiis adiectis monachorum subsidio.

CARINTHIAE DVCES, EX PROSAPIA Comitum Ratisponensium, & comitum Neuburgensium.

30 1 ERBO, Harduiei Palatini comitis Ratisponensium filius, à Cæsare Lothario Carinthiæ dux creatus fuit. Etsi enim Fridericus comes Sponhaymensis, qui Richardam filiam Henrici superioris sine prole virili extincti in matrimonio habebat, ius prouinciæ ad se trahere conaretur: præualuit tamen Imperatoris sententia, qui Bauaro fauebat. Qui Friderico tamen promissum dotis loco Lauentinum comitatum ab Henrico quondam duce, vt possideret, à iure Carnorum ducis exemptum, concessit: vbi Sponhaymensis postea eum vxore, sancti Pauli nobile illud cœnobium posuerat. Porro Erbonis illius mentionem facit Chronica Vrspergensis. Erbo iam grandæuus (inquit) nobilis de Carinthia princeps, & quondam Palatinus in Bauaria comes, migrauit in Domino. Loquitur autem de anno Domini M. C. XL. Is est Erbo, qui in ecclesia sancti Domitiani apud Mil-
40 lestadium monachos primus instituerat: quibus abbatem postea concesserat Albertus Tridentinus episcopus, ex familia Artenburgensium oriundus. Habuit quoque is Erbo fratrem Botonem, qui cum res in Hungaria feliciter pro Salomone rege gessisset, donatus à rege multis castris, ditioneque opulenta, originem præstitit Altenburgensibus comitibus, ac dominis Bodonibus, quorum Bodonum memoria nostro seculo in Francisco Bodone renouata est: qui cum partes Iohannis regis aduersus Ferdinandum Austriacũ, Romanorum, Hungariæ, Bohemiæque regem adsereret, captus in acie, obiit in custodia apud Nouam Austriæ ciuitatem. de cuius prosapiæ coryphæo ac antesignano, Vrspergensis hæc scripta reliquit: Alia quoq; præter hæc non pauca, quæ multam nobis lætitiam ministrarent, fausta super Hierosolymitanæ ecclesiæ statu narrant. Boto comes cognomẽto Fortis,
50 illius Erbonis, cuius supra mentionem fecimus, germanus, iam plenus dierum, non longe à Ratispona defunctus est: & ad monasterium Tharisiense, quod ipse suis opibus atque prædiis large ditauerat, delatus atque humatus. Hi duo fratres, Erbo scilicet & Boto, paterno de sanguine Noricæ gentis antiquissimam nobilitatem trahebant: illius nimirum famosi Erbonis posteri, quem in venatu à bisonte bestia cõfossum, vulgares adhuc cantilenæ resonant. Harduigi palatioi comitis filii: qui consanguineus fuit illius Sighardi, qui Sigehardum progenuerat Ratisponę peremptũ. Maternũ vero illis erat stemma de Saxonia, Thuringorum tribus egregia, quæ & Othoonũ inclytæ stirpi traditur vicina. Et subdit, cũ hanc multis stirpem laudasset: quorũ, vt diximus, clarissimorum principũ semine, nobilis Friderici, Erbonis & Botonis mater, à Retingo filio Botonis, filii Retingi, de secundo Botone nati, pro-

creatur: quæ post mortem Harduigi statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Erbone paruulo, Botone inprægnata posthumo: quorum vtrumq; literis & armis atque rebus satis profecisse cognouimus, attamen Botonem sicuti corpore proceriorem & elegantiorem, ita rebus bellicis præstantiorem atque formosiorem, totius pene Germaniæ atq; Italiæ testatur populus. Pannonia vero talem illum ac tantum fateatur se aliquando sensisse, vt is vere de gigantibus antiquis vnus apud illos credatur fuisse.

2 POPIO, patri in ducatu succedete debebat, anno Domini 1142. (quemadmodum enim tradit Vrspergensis, grandæuus iam Erbo in Carinthiam venerat) sed reluctante Chunrado tertio, nouo Imperatore, qui Sponhaymensi studebat, possessionem consequi non potuit: & titulotenus duntaxat dux Carinthiæ mansit, extra prouinciam, in suo apud Vindelicos palatinatu: etsi quædam in Millestadiensi cœnobio fundarit, & eius ibi nomen adscriptum legatur. Reliquit post se filium Ecbertum nomine, comitē Newburgem ac Varnpacensem ad OEnum, cui familiæ Butensis etiam in Austria comitatus parebat. Reliquit præterea Popio duas filias: vnam Heduigem, vxorem Berchtoldi secundi eius nominis Andecensis comitis, ac Meraniæ ducis: & alteram, coniugem Alberti Bogensis comitis apud Vindelicos, fundatoris monasterii Wympergensis. vnde FRIDERICVM postremum Babenbergensis prosapiæ, ab Imperio proscriptum, & à suis dominatu exutum, affinitatis ratione, vt in ditionem suam rediret, iuuit. vnde & restitutus princeps, post repudiationem sororis reginæ Hungariæ, OTHONIS Meraniæ ducis filiam vxorem duxit.

DVCES CARNORVM EX STIRPE *comitum Spanhaymensium.*

1 FRIDERICVS comes à Sponhaym, ob Richardam filiam HENRICI, ex familia comitum à Muercztall Carinthiæ ducis, ius Carinthiæ ad se trahebat: sed probibitus à Lothario imperatore, qui Ratisponensis Palatini Erbonis partes fouebat, possessionem consequi non potuit, contentus Lauentino comitatu, quem dotis loco apud Carnos acceperat, in Carinthia vsque ad mortem delituit: Engelbetto filio ex Ricarda Carentana relicto.

2 ENGELBERTVS Friderici comitis à Sponhaym filius, Henrici ducis Carinthiæ ex Richarda filia nepos, inuestituram prouinciæ Carinthiæ à Cunrado tertio accepit, vna cum possessione. quam autem vxorem habuerit, incertum. Hoc porro constat, quinque eum post se liberos reliquisse. quorum duo sacris initiati, Harduicus Ratisponensis episcopus, & Adelhaidis abbatissa electa fuit, in Goustyrorum cœnobio. Engelbertus Marchiam Istriæ ab Imperio meruit, fratribus Henrico & Vdalrico in ducatu Carnorum succedentibus. Etsi haud multo post in expeditione Asiatica, Henricus in Ionio sit mari submersus, anno Salutis nostræ 1161.

3 VDALRICVS Engelberti filius, in matrimonio fertur habuisse Agnetem Othonis senioris Meraniæ ducis filiam, qui post deuictos Hungaros, in Franconia, vbi dotis loco à socero Othone duce tractum terræ quendam acceperat, Kunigspergoppidum, haud procul ab Hasfurda construxerat. Idem condidit etiam apud Carnos & Oberndorf cœnobium. qui ad postremum, cum Friderico catholico Austriæ duce in Asiam transfretauit, & in ea expeditione sine hærede diem suum obiit, circa annum Domini 1197. Genuerat quidem duos filios sine prole mortuos, Henricum & Hermannum: quibus Hermannus comes Artenburgensis patruelis substituitur in ducatu, eo quod & ipse à Sponhaymensibus descendebat. Hunc Auentinus filium fuisse tradit non Henrici, quem patruum extitisse adserit, sed Bernhardi comitis à Struhensee: illique germanum tribuit Engelbertum tertium, Graynburgii marchionem.

DVCES CARNORVM, EX STIRPE CARNORUM COMITUM, *videlicet Arteniæ, quos vulgo Artenburgenses nominant.*

1 HERMANNVS: Vdalrico sine virili prole vltra mare extincto, gener eius Hermannus, comes ab Artenburg, Henrici ac Rapatonis comitum ab Artenburg & palatinorum Crayburgensium in Bauaria frater germanus, a Friderico primo Cæsare, assensu prouincialium habito, in ducem Carinthiæ inauguratur. Et duas ordine accepit coniuges: primam Agnetem, Henrici primi ducis Austriæ filiam, & secundam Stephani Hungariæ regis relictam viduam, ex qua Vdalricus secundus prognatus est. Is cum Lupoldo V[illegible]uoso Austriæ duce profectus in Italiam ad Fridericum primum Cæsarem est: & post reditum in Carinthiam,

thiam, obiit anno Domini 1182. sepultus ad diuum Paulum. Reliquit duos filios, Vdalricũ & Bernhardum: quorum Vdalricus lepræ contagione affectus, post reditum suum ex Italia, ducatum fratri Bernhardo soli regendum commisit, anno Domini 1202. Habuerat dux Hermannus & filiam Gutam, regi Bohemiæ Primislao collocatam.

2 BERNHARDVS post Vdalricum fratrem solus rerum in Carinthia potitus, Ottocari regis Bohemiæ filiam Geutam, coniugem duxit. Ex qua tres filios tulit, Vdalricum, Bernhardum & Philippum. operam dedit cum Leopoldo sexto, cognomento Glorioso, duce Austriæ, vt Fridericus secundus anathemate in nodo adstricto, sedi Romanæ reconciliaretur. Gessit quoque diuturnum bellum: cum Ecceberto episcopo Babenbergensi, & Meraniæ duce, pro limitibus vtriusque ditionis. in quo & Antistes ab Henrico a Vmkhenstayn capitur. Is est, qui Viennæ mortuus, ad Scotos in templo sepultus fuit. Porro Dux relata victoria, Landtrost cœnobium exorsus est, in quo filium Bernhardum sepeliuit. Ipse in Diui Pauli monasterio, celeberrimo eius prouinciæ, conditus est. Floruit anno Salutis 1230. obiit 1257.

3 VDALRICVS, Bernhardi ex Hungara filius, patri in ducatu successit Bernhardo fratrum vno in pueritia mortuo: & altero Philippo sacris initiato, atque ad Salisburgensem cathedram vocato. Duas habuit in matrimonio claras fœminas: primam Agnetem, Ottonis iunioris Meraniæ ducis filiam, sepultam in cœnobio Vittringa: secundam eodem nomine Agnetem duxit, Hermanni Badensis Marchionis ex Austriaca filiam, quæ Vdalrico posterius Haynburgensi comiti nupsit, & Viennæ in cœnobio Minoritarum condita est. vnde processere comites Pfannenburgenses in Styria, & barones a Saanek prope Cilium. Hic porro VDALRICVS Ottocaro Bohemo auunculo suo Carinthiæ ducatum, posthabito Philippo fratre, vendidit: cui etiam aduersus Fridericum bellicosum Austriæ ducem molienti bellum, cum trecentis electissimis equitibus in auxilium venit. demum in prœlio ad Laam habito comprehensus ab Austriacis, anno salutis 1240. multo tempore in Stactio, munitissimo Austriæ castro, in libera est habitus custodia. ex qua se cum tandem magna vi pecuniæ liberasset, accepta in fidem Taruisiensi Marcha, authore Friderico secundo in colonia Foroiuliensi, quam postea ciuitatem Austriæ dixere, rebus humanis eximitur, ac in Pola sepelitur.

4 PHILIPPVS Vdalrici frater germanus, ex Bohema Ottocari filia natus, etsi sacris initiatus primo Salisburgensis præsul, deinde Patriarcha quoq; Aquileiensis fuisset, priuatus tamen vtraq; sede ab Alexandro pontifice maximo, Carinthiæ administrationem, vt vica[illegible], ab Ottocaro Bohemiæ rege, cui Vdalricus vendiderat, accepit. A quo tamen haud multo post dissentiens, trahere ad se ius Carinthiæ occœpit, Labaco ac Landtrost munitioribus Carnorum locis expugnatis. & cum illi resistere Albertus Goritiæ comes videretur, bello cum eo pariter decertauit, circa annum Salutis MCCLXXVIII. Ad postremum tamen victus ab Ottocaro in Austriam concessit, atque ibi in Krembsio diem vltimum obiit, conditus in Dominicanorum monasterio. Antequam vero obiret, cum Austriæ regulis, in comitia Augustana ad nouum designatum Imperatorem Rudolphum Habsburgensem, conquestum aduersus Ottocarum missus fuerat.

CARNORVM DVCES EX GENte Bohemorum.

1 OTTOCARVS Primislai Bohemiæ regis filius, primum marchio Morauiæ, patri tandem quoque in regno successit. quibus incrementis spiritus cõcipiens, eodem quo Austriam Styriamque & Carinthiã dolo occupauit. in quibus prouinciis eodem pene tempore principum domus sextinctæ fuerant. Carinthiam tamen maiori titulo vsurpasse videbatur, quod ab Vdalrico duce, suo ex sorore nepote, numerata pecunia, hanc emisse causabatur. Cæterum Rudolpho posterius Habsburgensi in apicem Imperii sublimato, cum tyrannidem Bohemus in Carnis Styrisque exerceret, exutus autoritate Imperii, successores quoque in Carnis ferre coactus est.

DVCES CARNORVM, EX DVCVM Meraniæ stirpe.

1 LVDOVICVS ET OTTO, Maynhardi Tyrolensis & Goritiæ Comitis filii, de antiquissima Ducum Meraniæ stirpe descendentes, quam in postremo Commentariorum Reipublicæ Romanæ libro descripsimus, in capite de Norea, a Rudolpho Habspurgense Cæsare declarato, vna cum patre Duces Carinthiæ, in publicis apud Norimbergam habitis comitiis duces Carnorum inuestiti fuere. Et cum Maynhardus senior in Tyroli mane-

[illegible] suorum ditione contentus, Carentanorum prouinciam Ludouico ac [illegible] [illegible] permisit. [illegible] ... [illegible] fuere, Rudolphu & Cun-[illegible] Saltzburgensi [illegible] vulgarem editionem excitantibus. Cui [illegible] fuerunt in [illegible] regulos Carnorum, [illegible] Hayn [illegible], qui videbantur ad [illegible] aspirare, W [illegible] Baro a Scharpfenberg, & quidã Otto a Weyssneck [illegible] intidijs Ludouicus captus ab Antistite Saltzeburgense, multo [illegible] Werfis in [illegible] custodia fuit.

2 HENRICVS [illegible] rum frater ge[illegible], Maynhardi quoque Tyrolis comitis ac principis filius fuit, & fratribus natu maioribus in Carnorum ducatu successit. qui vocatus post [illegible] ad regnum Bohemiæ, Carinthiam per Conradum ab Aufenstayn, præfectum prætorio [illegible] aucæ prosapiæ administrauit. Obiit inde, ac sepelitur Pragæ regio honore: relicta vnica filia Margareta, deformi muliere, quam propterea Maultasch hyn cognominabant [illegible] viduata Brandeburgensi [illegible], Rudolpho quarto Austriæ Duci [illegible], Tyrolis comitatum, Carnorumq; ducatum ad domum Austriæ transtulit, assensu Imperij [illegible] testimoniis accedentibus, de qua postremo huius operis libro ex professo ag[illegible] Quare [illegible] Carnis, ad Tauriscos nostra vertetur oratio.

DVCES CARINTHIAE SECVNDVM Io. Auentinum, quorum plerique titulares erant, possessionem non con[illegible].

1 BRVNNO Slauorum ac Morauorum princeps, conditor videlicet ciuitatis Brynnæ in Morauia, à Ludouico Pio imperatore, Caroli Magni filio, deuicto Lyndeuito hoste, qui Carnos & Liburnos gubernabat, cæterum obsequium Francorum regibus detrectabat, Dux Carnis datur, siue potius transponitur, cum ex Morauia Orientalem Marchiam, hoc est Austriam affligere no cessaret, adscito in societatem prædę altero Slauorum &W [illegible] durum principe, Ratomaro, qui Daciæ propinquiora tenebat. Huius transpositionis autorem ferunt fuisse Ratbodum Austriæ Marchionem, qui barbarum acie vicerat, & [illegible] lutem ibi in misericordia Pii Ludouici poneret, coegerat. Is igitur [illegible] transpositus, de sol[illegible] oppida quundam Romana ad Saanam fluuium, Pætouionem, Celeiam, Solium, Mosburgum, Claudiã restaurauit: adiutus in hoc a Leopramio [illegible] antistite, qui noua templa consecrauerat per Carnos.

2 CAROLOMANNVS à Ludouico secundo Boiariæ & Germaniæ rege parente suo Caruorum dux confirmatur, Brynnone rursus in Morauiam translato, cuius filium Heczilonem tam Ludouicus quam Carolomannus dux Carnorum, limiti in Valeria præfecere, vbi postea nouus & peculiaris principatus Carnorum Marchæ fuerat, qui modo Styriæ Marchia nominatur. Porro Carolomannus Mosburg munitissimum castrum, ad lacum quendam Carinthiæ coustruxit, cuius templum Adalbinus Salisburgensis præsul consecrauerat, cuius hodie vix ruinæ ad lacum Werdsee cernuntur, haud procul Clagenfurdo, quæ nostra ætate est Carinthiæ metropolis. Idem Carolomannus antiquissimum eorum finium cœnobium Ossiacense restituit: vt diploma inibi adseruatum, in quo ditio monasterii ab eodem Carolomanno exprimitur, testatur. Huius abbatem post aliquot secula Wolfranicum Henricus quartus episcopum Taurisianum in foro Iulio constituerat: & in quo cœnobio Boleslaum regem Poloniæ, sancti Stanislai episcopi Cracouiensis interfectorem, monachum fuisse, pœnitentiamque de peccato egisse supradicti cœnubii annales ac scripta habent. Vidi ego Boleslai illustumulum superioribus annis, cum istic vetustatem inquirerem: atque in eodem monasterio Abdianam versionem reperi de historia duodecim Christi Apostolorum, quæ a me est edita. Scribit præterea Auentinus, Carnorum limiti alterum quendam Gundboldum præfecisse Carolomannum, Heczilone furtim, vt verisimile est, ad patrem in Morauiam abeunte: a quo bello petitum, retinuisse tamen victoriam.

3 GVNDOCARVS (cuius stirpis extiterit, incertum) aduersus Carolomannum à Ludouico patre Carnis [illegible] datur, cum Carolomannum ducem Carnorum in odium atque indignationem, Vuilhelmus ac Engelscalcus Auarici limitis præfecti, hoc est Austriæ Marchiones, adduxissent, tanquam cum Slauis in Ludouicum conspirasset. Erat autem Gundocarus ille exercitus Carolomanni dux, quem ducatus promissione [illegible] aduersus [illegible] ad Muram flumen castra locasset parens, vt ad se deficeret persuasit. Cæterum [illegible] du[illegible] electo, in ducatum Carnorum a patre Carolomannus restitutus, [illegible] ex [illegible] rato, & ad Ratislaum Morauorum principem fu[illegible] & Moranos aduersus Ludouicum regem Boiariæ sollicitante, Qui orientalis Marchiæ portionem

tionem vltra Danubium Duyno castro expugnato Boiariis ademere, & Hezzilonem Brynnonis filium ditione sua pepulerunt: cuius excursionis Gundocarus ipse dux erat. Porro Ludouicus senior rex cum Carolomanno filio duobus locis Morauiam adortus, Austria & Duynocastro, Teiam fuisse arbitror, receptis, x x dierum itinere depopulati hostiles agros, Ratislaum ad internecionem prostrauerunt, Gundocearo in acie occiso. quem ante mortem dixisse, Auentinus memorat, beatum Hamerannum sibi in acie obstitisse, oculosque praestrinxisse, & scutum hastamque tenuisse.

4 ARNVLPHVS Carolomanni Boiorum regis, dum adhuc in minoribus dux Carinthiae esset, ex concubina Lytobvnda nobili Carna natus, primo sub patre Marchio orientalis Auaribus & Hungaris oppositus erat. deinde cum testamento patris Odingae Ludouicus tertius Germaniae rex patruus Boiariae regnum consecutus esset, ab eodem dux Carinthiae & comes in Mosburg creatus: cuius rei Rhegino etiam Prumiensis ac Otho Frisingensis meminisse videtur. Caeterum posterius Carolo Crasso patruo ab Imperio ac Francorum regnis deturbato, opera Lutgardae amitae, Ludouici secundi filiae, primum Francorum regna in Germania & Boiariis consequitur: deinde Imperator quoque a Romano pontifice salutatus, Italiae postremo [illegible], victis Berengario Ligurum ac Fori Iulii, Vidone & Lamberto Tuscanis principibus, ipsoque Rudolpho Burgundiae rege, adeptus cum Suetibogo Morauiae & Bo[illegible] potentissimo, vt securius rerum potiretur, foedus & affinitatem constituit. Is ex Iuta coniuge legitima paulo ante mortem Ludouicum genuerat, qui post etiam Caesar fuit, lustralibus vndis ab Hattone Moguntino cognato, & Alberone Augustano Tilli[illegible] comitis filio expiatum. Habuit concubinam Helinradam, ex qua Suetibogum Lotharingiae ducem (quem vulgus Chronicorum Zuentenbaldum vocat, quem in honorem Barbari regis qui hunc ex fonte sacro leuarat, sic nominauit) & Ratholdum Italiae praefectum, qui mortuo patre rediit per lacum Larium in Germaniam, sustulit. Sunt qui illi & filiam tribuant Luitgardam, Othoni Saxonici limitis praefecto nuptam, matrem Henrici Aucupis Imperatoris, & Gerbirgae Lotharingae. Feruntque hunc pediculari morbo absumptum, obiisse ex ea occasione. Angeldrudis Lamberti Tuscani mater victa bello ab Arnulpho, ad astum confugit: potione amatoria per Rodpirgam lotricem Caesaris, Grammanum & Curtium regios praegustatores auro corruptos, Imperatori exhibita: quae pro amore, cum vndique corpus commouisset, excrementa omnia ad cutem eiecit, pediculosque generauit. Scelere deprehenso, Rodpirga Ayblingae in crucem agitur, Grammanus Odingae occiditur.

5 VRATISLAVS Slauorum princeps, eorum vt arbitror finium, limiti Carnico praeficitur ab Arnulpho ad Imperium vocato, & Boiaricum Germanicumque regna, cui & comitatum Mosburgensem in Carinthia situm, vt sibi à patruo cum ducatu collatus fuerat, concessit, post victoriam de Vidone & Lamberto Tuscanis relatam.

6 GOTHOFRIDVS ET EBERHARDVS interficiuntur ab Hungaris, excursionem in Italiam facientibus, Arnulpho mortuo, vna cum Gregorio Aquileiensi patriarcha, & Luithardo Vercellensi episcopo, ingentibus diuitiis spoliato, qui olim Caroli tertii cancellarius fuerat.

7 BERCHTOLDVS Luipoldi orientalis Marchionis filius, ab Arnulpho Boiariae duce fratre germano Carnis praeficitur, qui postea vocatus ad Boiariae principatum, ab Henrico primo Caesare, in Alteicho sepelitur, Boiariae coenobio.

8 HENRICVS Berchtoldi filius, patri in ducatu Carinthiae succedit, ab Ottone primo confirmatus: contra quem postea cum Henrico Boiariae duce imperatoris fratre, & Abrahamo Frisingensi episcopo cum conspirasset, apud Bataviã capitur, & proscriptus, Treuirorũ Augustam in exilium ablegatur. cuius mortui tamen cadauer relatũ in Boiariam, Altaichii iuxta patrem humatur. Habuit is fratrem Berchtoldum primum, Vogburgensem Marchionem, limitis videlicet septentrionalis Boiorum principatus praefectum.

9 CHVNRADVS ex principe Sueuiae, Othonis videlicet Francorũ ducis filius, & Gregorii pontificis Maximi (qui Bruno ante vocatus fuerat) germanus frater, ab Othone II imperatore Carinthiae dux creatur: Quem arbitror insigniorũ partem alteram, tres videlicet nigros leones in aureo campo, attulisse. Administrauit ducatum annos 23, relicto filio cognomine. Sunt qui illi tribuant alterum fratrem Henricum, patrem Chunradi secũdi (quem Salicum dicunt) Imperatoris. Quem moriturus S. Henricus, ob Gasalam coniugẽ, consobrinam suam, Imperii haeredem nuncupauerat apud Babenbergam.

10 HENRICVS Henrici ducis Boiariae filius, qui postea ad ducatũ Boiariae, imperiumque vocatus, ob miracula & vitae continentiam Sanctorum catalogo est ascriptus. Ideo re[illegible] comitatum in Carnis, Babenbergensi fundationi suae concessit.

11 CHVNRADVS ſecundus, primi filius, ex Mathilde coniuge Brunonem procreauit, à Chunrado Saliquo præſulem Herbipolensem conſtitutum poſt Meginhardum. Obiit ſub Cæſare Henrico Sancto, quo tempore in Hungaros Chriſto vendicauerat.

12 ADALBERO de ſtirpe ducũ Sueuiæ, vtpote Chunradi ſuperioris cognatus, frater Erneſti ducis Sueuiæ, qui Giſalam conſobrinam Henrici Claudi Cæſaris in coniugio habuerat, ſororem Hermanni ducis Sueuiæ Carnis imponitur, ab eodem Cæſare. cum annos gubernaſſet XXIII, à Chunrado Saliquo imperatore ducatu mouetur: filiorum altero Adalberone Babenbergenſi præſule, & altero Marquardo comite de Eppenſtayn, Muercztal & Auelancz in Carinthia videlicet creatis. Qui poſterius ducatum paternum cõſequitur, ab Henrico quarto. Sepelitur Adalbero exul in Bauaria, in Gayſenfeld cœnobio. Sunt qui hũc manum conſeruiſſe pro ducatu Sueuiæ ſcribant, cum Erneſto duce Sueuię, patruo ſuo: ſed victum aufugiſſe, & mox animi mœrore rebus humanis abſolutum. 10

13 CHVNRADVS patruelis Adalbetonis, à Chunrado Saliquo Imperatore, viuo etiamdum Adalberoni, vtpote exauctorato, ſubſtituitur in Carnorum ducatu. Obiit anno 1032.

14 GOTHOFRIDVS ſecũdus, quod eius auſpicio Hungari, qui cum Ouone, ſiue Aba rege, limitem Germanicum perruperant, ad Pætouionem profligati fuiſſent, ab Henrico tertio Imperatore Carnis præficitur. Sed altero anno moritur.

15 WELPHO comes ab Altorf, hoc nomine tertius, Sueuus, Gothofrido mortuo ſubſtituitur, quod eius quoq; ductu victoria de Hungaris relata fuiſſet in Carnico limite. Obiit anno 1055. relicta filia, quę Azoni Italico principi nupſit: mater Welphonis, primi eius ſtirpis Boiariæ ducis, quem quartum Welphonem nominant. 20

16 HENRICVS comes Louanienſis, hoc nomine in Carnorum ducatu tertius, Henrici tertii cognatus, ab Henricho quarto adhuc puero, & eius matre Agnete, Carinthiæ princeps deſignatur. habuit fratrem Henrichum Lotharingiæ ducem, qui inſtigante diabolo ingreſſus cœnobium Gorſenſe, ſibi ipſi paulo poſt manus intulerat. Hunc ego arbitror alteram inſigniorum partem, quæ Louanienſium erant, Auſtriacis armis ſimilia, adiecisse. Quanquam Auentinus ſcribat libro Annalium Boiorum ſeptimo, multis poſt ſeculis a Friderico Auſtriæ duce, circa annum Domini MCCL, Vdalrico Carinthiæ duci fuiſſe conceſſa Auſtriæ inſignia, videlicet noua, alba ſectione in rubro clypeo micante: vt pantheræ inſigne, quo Carnus vtebatur, ſibi vt principi Styriæ relinqueret. Eodem tempore & Berchtoldus Zaringiæ comes, ex permiſſione Henrici quarti, Ducis Carnorum titulo vtebatur. 30

17 LVTOLPHVS, Henrico Louanienſi ſine ſtirpis ſucceſſione extincto, ſufficitur ab Henrico quarto. Erat autem cognatus Louanienſis. Quem poſtea, quod cõtra ſe cum Hiltebrando papa & proceribus Imperii conſpiraſſet, ducatu Carinthiæ priuauit. Itaque pulſus, obiit exul Lutolphus, anno Salutis 1090. Cuius filium Hermannum, Quartus, contra Altmannum, epiſcopum Pataurienſem fecerat.

18 MARQVARDVS comes ab Eppẽſtayn, Muerczeall & Auelãtz, Adalberonis ducis quondam Carnorum exauctorati filius, Lutolpho proſcripto ab Henricho quarto Imperatore, in ducatu Carinthiæ confirmatur: ſed hac lege, vt Marchiam Carnorum demptam à ducatu, Ottocharo Ozonis Styræ comitis in Norico filio, (quod is ſeſe non minus atque Marquardus, in bello Saxonico adiuuiſſet) in perpetuum concederet. Atque ab eo tempore duo principatus ex vno facti: quod poſtea in ducatibus Bauariæ & Auſtriæ ab inuicem diuiſis, Fridericus primus Cæſar ſimiliter fecerat, & Styræ marchę principatus nomen tum auditum primitus fuit. 40

19 HENRICVS Marquardi filius, patri in ducatu Carinthiæ ſuccedit, Henricho quinto aſſentiente. Qui cum filiis careret, generi ſui Friderici comitis à Spõhaym filium Engelbertum adoptauit. Habuit fratrem Vdalricum Aquileienſem patriarcham, cui Romæ Paſchalem papam Henricus quintus cuſtodiendum tradiderat.

20 ENGELBERTVS comes à Sponhaym, Henrico, a quo adoptatus fuerat, ſuccedit. Auentinus putat, proſcripto patri à Quinto ſubſtitutum fuiſſe. Progenuit vero ex filia Henrici ſuperioris Hedvvige (ſepulta Hieroſolymis anno 1112.) quatuor filios: Hardvvicum, Ratiſponenſem epiſcopum: Engelbertum ſecundum Iſtriæ marchionem, & Craynburgi, patrem alterius tertii Engelberti marchionis: Rapatonem primum Artenburgẽſem atque Craynburgenſem comitem, Engelberti quarti patrem, & Rapatonis ſecundi, primi ſuæ gentis in Bauaria Palatini, auum: & duces Carinthiæ Vuernherum, vel ſecundum alios Bernhardum, et etiam Henricum. Auentinus tribuit illi alios filios: Sigefridum comitem [illegible] bnavv, & Bernhardum comitem a Strihenſee. Is eſt, qui poſtea Henrico duci fratri ſucceſſerat in ducatu Carinthiæ. 50

21 HEN-

21 HENRICUS Engelberti filius, habuit successores in ducatu Carinthiæ, primo fratrem Bernhardum, deinde patruum Vdalricum.

22 VDALRICVS Engelberti marchionis Istriæ filius, cuius fratres: Hartouicus præsul Ratisponensis, & Rapato comes Artenburgii. Reliquit filios, Hermannum & Henricum submersum in Ionio mari, in reditu ex Asia, anno 1164.

SEQVVNTVR IAM PALATINI CARNORVM: quippe, vt antea præfatus sum, tanta erat Carinthiæ ducum potentia, vt suos non modo haberent comites (ex quorum numero celebrantur Haynburgenses, Sternburgenses, Taurenses ac Mosburgenses) verum etiam & palatinos & marchiones obnoxios certos tenerent. Ac de marchionibus Carnorum 10 *postea dicemus, cum Styrorum comites marchionesque explicaturi sumus. Palatinorum vero titulum, prærogatiuam atque munus Noreæ comites, qui Goriciæ posterius nominati principes fuere, vsurparunt: quorum Genealogia hæc est, omissis consanguineis plerisque Meraniæ ducibus, Istriæque marchionibus, ac Andecicomitibus, de quibus proximo à nobis libro dicetur.*

1 ALBERTVS, Ezelini cuiusdam Istriæ marchionis filius, qui de stirpe fuerat Andecensium comitum, vnde etiam Meraniæ duces descendebant, primus ob fidelem nauatam operam contra Pontificem, ab Henrico quarto Goriciæ comes fuit inauguratus. Fratres fertur habuisse Berchtoldum & Cunonem, Dalmatiæ & Istriæ principes, quorum Berch- 20 toldus Hedwigem coniugem habuerat, Popponis Carinthiæ ducis, & comitis Ratisponēsis Budensisq; in Austria filiam: ex qua Henricum filium tulerat, Istriæ marchionem, mortuum in Gracz. Cuno vero alterum progenuerat Cunonem, Russiæ principem. Ipse vero Albertus comes, & Carinthiæ palatinus, cum cæpisset Magdeburgēsem, Cōstantiensem & Bambergensem episcopos, cōtra Henricum quartum Romam per vallem Athesinam properantes, Babenbergēsem è custodia emiserat, quod ab eo feuda haberet, vt copiosius Vrspergensis refert. Reliquit duos filios, Maynhardum marchionem Kraynburgi, & Berchtoldum primum.

2 BERCHTOLDVS 1, duas reliquit filias, è quibus Euphemia abbatissam egerat in Atenmunster Bauariæ, Mechtildis vero abbatissa fuerat apud Suenos in Ottelsteden, prope 30 Mundelhaym. Horum frater Otto, in episcopum Babenbergensem electus fuerat, autor cœnobii Arnoldstayn prope Villacum: Hermannus Istriæ Marcham ab imperio obtinuit. Berchtoldus vero & Henricus in Goriciæ comitatum, palatinatumq; successerunt.

3 BERCHTOLDVS hoc nomine secūdus, in matrimonio fertur habuisse Agnetem Lausnicensis ducis filiam, ex qua quatuor filias & filios tres progenuit: Gertrudim, Andreę Hungariæ regis coniugem, occisam ab Hungaris, & Pelisiæ sepultam: Agnetem Franciæ regi nuptam, & Hedwigem ducis Silesiæ & Trebniciæ vxorem. Filiū fuere, Berchtoldus Aquileiensis patriarcha, Ekenbertus Babenbergensis episcopus Viennæ in monasterio Scotorum sepultus: & Otho cognomento Magnus, dux Meraniæ, & Amertalensis in Norico comes, author cœnobii Lankhaym in Franconia. Cuius filius Otho iunior, ob vxorem Be- 40 atricem factus erat Burgundiæ comes.

4 HENRICVS 1, qui fundationi Scotensi subscripsit de anno Domini 1152. Berchtoldi superioris frater fuerat, & palatinatum Carinthiæ possidebat. In coniugio habuit Sophiam Carinthię ducissam: ex qua progenuit Popponem Babenbergensem præsulem, qui obiit anno M.CC.XL. Berchtoldum tertium, & Mechtildam comitissam Goriciæ.

5 BERCHTOLDVS tertius, ex Heduige coniuge Maynhardum procreauit: qua defuncta, factus est monachus in Seuuen monasterio prope Chyemsee.

6 MAINHARDVS floruit anno Domini M.CC.XLIX. & Styriæ præfectus à Friderico secundo Cæsare designatur, Friderico Austriæ principe proscripto. Is in diplomatibus ab Alberto primo Habsburgensis stirpis Austriæ duce, auunculus vocatur: & ab Henrico 50 Carinthiæ duce, Bohemorumque rege, proauus.

7 MAINHARDVS secundus hoc nomine, sortitus cum fratre pronincias paternas, posteaquam ex morte Othonis iunioris Meraniæ ducis, tractus Athesinus Tyrolensisque ad Goricenses, tanquam ad cognatos rediissent, eos sibi in diuisione retinuit: Alberto fratri Goricensi comitatu, Carinthiæq; palatinatu promissis. Ex Henrici Medlicensis Austriæ ducis filia quatuor liberos procreauit: Othonem & Ludouicū, Carinthiæ duces à Radulpho Habsburgensi Cæsare inauguratos: Henricum Bohemiæ regem, Margaretæ Multaschyn patrem (qua ducta in vxorem Rudolphus quartus Austriæ dux, Tyrolim ac Carinthiam Austriæ domui adiecerat) & Elisabetam Alberti primi Habsburgensis stirpis, & Rudolphi Cæsaris filii coniugem, ob quod matrimonium ea quoque familia in Austriam

tranſcripta fuit deſecerat autem huius Mainhardi ſtemma in Henrico Bohemiæ rege, eiuſque nata Margareta Multaſchyn.

8 ALBERTVS hoc nomine tertius, quē diximus in partitione cum Mainhardo fratre facta, Goricenſem comitatum, palatinatumq; Carinthiæ retinuiſſe: ex Offiva Hermanni Artenburgenſis comitis filia, tres liberos procreauit: Mainhardum tertium, Albertū quartum, & Henricum tertium, omnes Goriciæ comites, & Carnorum palatinos. Quorum pater, auxiliante Aquileienſi patriarcha, diu bello cum Venetis decertauit.

9 MAINHARDVS tertius, habita cū ſuis diuiſione, ditiones, caſtra ac prędia ipſe ſibi legit: Karſt/ Purſtertall/ Schwartzenekh/ Newburg/ Kaſpurg/ Pelgrad/ Leſath/ Benkhenberg/ Wandenberg/ Michelſperg/ S. Machor/ Gavl/ Haymfels/ Weilſperg/ Prukhſchluentz/ Rotenſteyn/ Falckenſteyn/ Draburg/ & Stumasburg. Fuit in fœdere cum Lupoldo Auſtrio, Ludouico Hungariæ rege, & Aquileienſi patriarcha, contra Venetos. Coniuges duas habuit: primam, Vdalrici comitis de Pfanberg & Montfort filiam: ex qua progenuit Vrſulam Henrici comitis a Schaunburg vxorem, Mainhardum quartum, Ioannem Mainhardum, & Henricum quartum. Duxit & illa extincta alteram vxorem, Eliſabetam Lupoldi Auſtriaci filiam, ob quam primus hic Auſtriæ domui couiunctus, huic pariter literis de ſucceſſione cauit: & ex illa Catharinā tulit, Ioanni Bauariæ duci collocatam. Cui cum amplam dotem promiſiſſet, & pecunia illi deeſſet, ab Alberto Auſtriæ duce magnam ſummam pecuniæ mutuo accepit, impignoratis aliquot caſtris: quam cum ſoluere deinceps non poſſet, Auſtriacis ſucceſſionem promiſit. & non ſine animi dolore è viuis exceſſit, relictis iis quos diximus filiis, qui ſine hæredibus diem ſuum obiere.

10 HENRICVS tertius, Mainhardi ſuperioris frater germanus, & Alberti filius, ex vxore Beatrice, Ottonis & Henrici ducum Bauariæ ſorore, Fridericum primum reliquit. Ipſe conſtitutus Taruiſienſis ab Imperio vicarius, & adſcito in commilitium Alberto Auſtriæ duce ſecundo, aduerſus Ludouicum Brandeburgenſem marchionem, Ludouici Bauari Cæſaris filium, qui cum Margareta Multaſchin Tyrolis comitatum poſſederat, diu bellum geſſit, vt Atheſinam prouinciam ad generis ſui ditionem reduceret. Obiit circa annos Salutis 1346.

11 ALBERTVS quartus hoc nomine, diuiſione cum fratribus facta, Meinhardo videlicet & Henrico his nominibus tertiis in hac ſtirpe, poſſederat Medingam, Mitterburgam, Merrenfels. Pyben, Poymont, Reychēſtayn, Rachl. Meiclau, Czermenl, Suſemberg, Neumarchtl, Vilchecz, Barbam, Galam, Lauram, Schomberg, & alia quædam Iſtriæ prædia. Cæterum cum aduerſus Margaretam Carinthiæ ducem cognatam ſuam bellum moueret, ingens æs alienum contraxit: quod Rudolphus quartus Auſtriacus ſuppeditauerat, vnde Auſtriacæ domui is iam tertium de ſucceſſione cauit, cum illud diſſoluere nequiret. Appellaturque in diplomatibus à Rudolpho quarto Auſtriaco, comes Goricenſis & Tyrolenſis.

12 IOHANNES HENRICVS, Alberti quarti filius, in matrimonio habuit Annam, Friderici Auſtriaci Rumani regis, qui cum Ludouico Bauaro electus fuerat filiam. cum Hermanno Cilienſi comite diuturnum ob prædia quædam bellum geſſit, & eam ob cauſam æs alienum & ipſe multum contraxit, atque Eberhardo Salisburgenſi præſuli multa vendidit, anno Domini 1380. relictis poſt ſe tribus filiis: Leonhardo, Ioanne ſecundo, & Henrico quinto.

13 IOANNES hoc nomine ſecundus in hac ſtirpe, fœdere percuſſo cum Alberto Auſtriaco, Sigiſmundo Cæſare, bellum in Cilienſes à patre acceptum continuauit, circa annos Salutis 1460.

14 HENRICVS ſuperioris Ioannis frater germanus, hoc nomine in hac proſapia quintus, in coniugio habuit Catharinam Hermanni ſecundi Cilienſis comitis filiam: vnde captum Henricum à Ferrarienſi marchione ſocer liberauit ære ſuo, anno ſalutis 1430. percuſſit fœdus cum Arneſto Auſtriæ duce, aduerſus Cæſarem Sigiſmūdum. Ita rurſus bello pro viribus maiori implicitus, aliud æs alienum à Friderico tertio Cæſare contraxit. & cum nō eſſet ſoluendo, literis de ſucceſſione & huic cauere coactus eſt. quippe citatus publice ad ordines Imperii, cum comparere negligeret, ac nuncios publicos ſpoliaſſet, electo iudice cauſæ Michaele Hardeccenſe comite, & Magdeburgenſi Burggrauio, centum millia ducatorum mulctæ nomine numerare Friderico tertio Cæſari tenebatur. Reliquit poſt ſe duos filios, Fridericum ſecundum, & Vdalricum primum.

15 VDALRICVS commemoratur ab Ænea Pio in hiſtoriis, quod vxorem Hungaram habuerit, quæ viro inſano compedes iniiciebat: de cuius ruſticitate ac fœditate Æneas multa ſcripſit, in Epitome Charentanæ hiſtoriæ.

16 LEON-

16 LEONHARDVS vltimus suæ gentis, comitiis adhuc Augustanis interfuit, habitis anno Domini 1473.

POST CARNOS SEQVVNTVR TAVRISCI, quorum antiquissimi principes reperiuntur, qui inter Carnos Italiamque rerum potiebantur, marchiones Taurisiani nuncupati: vbi modo est Taruisiana ditio, Venetis subiecta.

1 VLFARIS recensetur à Diacono lib. 4. cap. 1. cui Vrsus ac Munichis Cenitensium duces parebant.

10 2 AGILVLPHVS, lingua vernacula Egenwolff / Taurisiensiū princeps tempore diui Gregorii, quem Theodelinda Bauara, mortuo Authari Flauio Longobardorum rege, in matrimonium simul ac regnum accepit, & ex eo progenuit Adoaldum regem Longobardorum, cui Theobertus Francorum rex filiam desponsauerat. Meminit Diaconus lib. 3. cap. 29. & 32.

3 GARIBALDVS, in discordia duorum regum, de Longobardorum regno cōtendentium, GOTOPERTI videlicet & Bertariti, partes secutus, pro fortuna à suo tandem ministeriali interfectus est. Cuius mentionem facit PAVLVS Diaconus libro 6. cap. 18.

4 RAGIMPERTVS Gotoperti Longobardorum regis filius, contra Ansprandum 20 eiusdem populi regem rebellauit, & eum in Bauariam ad THEOBERTVM ducem profligauit.

5 TASO ET CACCO, filii Gisulphi ducis Foroiuliani. Diaconus libro quinto, cap. 17.

6 AGO, corrupto antiquo Germanorum proprio nomine Egoois, cuius filiā Theoderadam Grymoaldus rex Longobardorum vxorem accepit, diuturnum bellū gessit cum Cacano Auarum rege, qui Zeliam & Carniolam prouincias occupauerat. Interimitur ab Auaribus: cuius filius Varnefridus priuatur dominio siue marcha Taurisiana, à regibus Longobardorum.

7 WECTARI LANDHER, Taruisianos post Agonem nomine Longobardo-30 rum regem gubernauit: citatus à Diacono libro 6. cap. 23. lingua gentilicia der Wechter / der Landher.

8 ODOALD, qui pro ducatu diu cum Ansfredo decertauit, domino Reuniæ castri: sed auxilio atq; authoritate Longobardorum regum mansit in possessione Taruisiani principatus. Meminit Diaconus lib. 6. cap. 3.

9 FERDVLPHVS à Slauis proximis in Carniola habitantibus occisus est, vt Diaconus libro sexto, cap. 24. refert.

10 RAGVMBERTVS commemoratur à Diacono libro sexto Longobardicæ historiæ, capite sexto.

11 PEMMO, ex fœmina quadā deformi Radperga nomine, Rathis, Raches, & Achi-40 ulphum progenuit: quorum Rathis ad fastigium regni Longobardorum peruenit. Is Rathis, dum adhuc ducem ageret, Carniolam adiecit Taruisiano principatui: vt ex Diacono colligitur, libro sexto, cap. 26. 51. & 52.

TARVISIANI PRINCIPES EX GENTE Francorum.

1 RVODGAVSVS, à Pipino Foroiulio ac Taruisianæ Marchæ præfectus erat. Citatur ab Eginharto.

2 HENRICVS, à Carolo magno Foroiulii Taruisianæq; Marchæ rector datus fuit: occisus in seditione apud Liburnos, in Tarsatico ciuitate.

50 3 ERICVS, Henrico substitutus est. commemoratur ab Eginharto in vita Caroli magni.

4 BALTRICVS ET CADOLAVS Taruisianis æque atque Carnis Foroiulioque præfuere, sub Ludouico primo: de quo superius in catalogo Carnorum principum dictum est.

5 BERENGARIVS Foroiulio æque ac Taruisio præfuit, sub Arnolpho Imperatore.

6 BERENGARIVS secundus, ad fastigium Imperiale aspirauit aduersus Othonem primum, ab eodem captus, cum Willa vxore, & Babenbergæ in custodia habitus, vbi & obiit.

7 BERENGARIVS tertius, Othoni rebellauit.

8 ALBERTVS cum Landberto filio, obsequium detrectauere Othonibus postremis: vnde exuti principatu, successorem accepere Henricum Saxonem, quem quidam Othonis secundi fratrem fuisse autumant.

8 HENRICVS Saxo supradictus, Othonis primi frater, qui postea dux Bauariæ fuit. Meminit Rhegino Prumiensis. Eodem anno, mediante Augusto mense, conuentus Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum & Longobardorum publicus, apud Augustanam vrbem Rhętiæ prouinciæ agitur. vbi præscriptus Berengarius, cum filio suo Adalberto, regem se per omnia in vasallitium dedit dominationi: & Italiam iterum cum gratia & dono regis accepit regendam. Marcha tantū Veronensis & Aquileiensis excipitur, quæ Henrico fratri regis committitur. 10

10 LVITBRANDVS.

11 HILDEBRANDVS, Taruisianus simul & Estensis marchio, circa annos Domini 1023.

12 OPIZO ET OTHVS, Hildebrandi filii, à quibus Ferrariæ principes descendunt.

13 ADALRAMVS.

14 ACTIO, vel Actius, ab Ezelmo tyranno Veronensi magna ex parte ditione exutus est.

15 ALDOBRANTINVS. 20

16 AZO, ex Coniza Welphonis secundi filia, Welphonem tertium reliquit, Bauariæ ac Carinthiæ ducem, propter quem Welphones pene omnes, Taruisianos se principes nominarunt: etsi Veneti sensim eum in vrbis principatum trahere cœpissent. Mansit tamen Taruisium, cum non minimo agro circumiacenti, sub iure ac ditione Imperii, vsque adeo, quod Meraniæ primo duces, inde Tyrolenses, ac postremo Austriæ etiam principes, vicarii Taruisiensis principatus à Germanis sint Imperatoribus salutati.

17 RVMBOLDVS de Calalto, ab Alberto primo Austrio vicarius Taruisianus constituitur: sed cesserat, ob Venetorum vim ac potentiam.

18 IOANNES HENRICVS, & Ioannes Meinhardus, comites Goricię, vicarii Taruisiani, ab Friderico Rom. rege, & Henrico Bohemiæ rege, Tyrolis Carinthiæq; principe confirmatus, de anno 1310. 30

COMITES A TAVR, ID EST, TAVRISCORUM posteritate, qui in Rhætiis ab Athesi flumine vsque in Vindeliciam rerum potiti fuere, quibus locis Tauriscos quoque olim tenuisse constat.

1 EVIN comes Tridentinus, qui vsq; in Bauariam agros possidebat, ad Athesim quidem castra, Brentonicum, Appianum, Anagnis, Maletura, Tesanam, Volennes: quas nostra ætas arces appellat, Brandais, Hohenheppen, Engelar, Malsyr, Welasi. ad OEnum rursus, Taur castrum, vnde gentilitiam nomenclaturam vsurpabant: Hohenward, vbi cœnobium excitarunt: & in Bauaria Schrobenhausen, cum aliis plerisq; prædiis. Habuit vero is Euin, Garibaldi regis Boiariæ filiam, in matrimonio. Floruit sub Mauritio Cæsare, de quo Diaconus lib. 2. cap. 32. & lib. 3. cap. 10. 40

2 GAIDOALDVS, in campis Rotalianis conflixit cum Francis, qui conabātur eius ditionem in Rhætis subiugare. Habuit cognatum Rugilonem quendam de la Gare, dominum castri Anagnis. A Gaidoaldo initia cœnobii S. Georgii prope Tridentum repetunt. Meminit Diaconus lib. 3. cap. 9.

3 ALACHIS, traditur possedisse Austriam, non illam nostram, sed cuius meminit Diaconus, per Venetias extentam. Conspirauit aduersus Cumbertum Longobardorum regem, de quo Diaconus lib. 5. cap. 39. 50

4 REMEDIVS, ob vitæ continentiam relatus in numerum sanctorum: cuius sepultura in Nanspergadhuc veneratur.

5 HENRICVS comes de Altorf, ex Sueuia, filius Ethiconis comitis, & sororius Ludouici Pii Cæsaris, ob vxorem nomine Beatam, de stirpe sancti Remedii descendentē, tractui Athesino præfuit. Vnde legimus in Chronica Vrspergensi: Ista Beata procreauit ex Welphone Henricum & Rudolphum: qui ex Itha comitissa ab Onyngen, alterum tulit Henricum, occisum ab apro in venatione, prope Leuum pagum, haud procul a Bulzono, quod hodie Poczнani Tyrolis vocamus.

6 RAPATO, comes de Taur, in matrimonio fertur habuisse Hennam marchionissam

sam Orientalem siue Austriæ, & hab tasse in Hohenward, haud procul à ripa Oeni fluuii, vbi est hodie cœnobium sanctimonialium.

7 ORTOLPHVS cum Wil rude vxore castrum Hohenvvard in cœnobium cõmutarunt, multis eo reliquiis allatis, ex quibus sanctæ Iulianæ ac Ricbildis præcipuæ fuerunt. fertur possedisse Schrobenhausen, oppidum Bauariæ. Floruerunt circa annos salutis 1060. Et ipsa Wilburgis vidua primam eius monasterii abbatissam egit. Porro comitatus a Taur possessiones agnati ab imperio obtinuerunt: videlicet Wilhelmus comes à Taur, & Zelschach, apud C rn is: & Albertus comes quispiam Athesinus, cuius Vrspergensis etiam mentionem facit in Henrico quarto.

8 WILHELMVS, comes a Taur, in Carnis, ex Henna comitissa à Vriesaco progenuit Wilhelmum & Harduicum comites: quos ferunt à latronibus, dum mineras metallorũ inspiciunt prope Vriesacum, esse interfectos. quorum pater in valle Lauentina, mater in Gurkhio, sepulturæ traditi fuere. Adnotant Annales & illud, Wilhelmum seniorem S. Orduini corpus siue reliquias, in vallem Lauentinam tulisse, & ob vitæ cõtinentiam in numerum sanctorum fuisse relatum.

9 SIGEFRIDVS ET POPPO comites à Czelschach & Vriesaco, literis subscripserunt de anno redemptionis humanæ 1150.

GENEALOGIA COMITVM STYRAE, A TAVriscis veteribus denominatorum, in Norico ripensi colentium, vnde Styriæ cum marchiones, tum duces, in Norico mediterraneo apud Carnos defluxerunt: vbi videlicet Henrici tertii ac quarti beneficio, comitatus Auelancz, Durgemyml & Marghburg consecuti, in limitibus isthic Romani Germanicíq; Imperii contra Hungaros, cum grauiter rem Christianam adseruissent, marchiones primũ salutati, deinde Frisingensis sedis aduocati, & duces Styræ marchæ creati fuere. In horum insignibus panthera alba in campo, vt vocant, viridi splendebat, ore ac auribus ignem euomens. à quo deniq; nobili genere defluxerunt Norici vtriusq; famigeratissimi satrapæ, domini videlicet à Losenstayn, domini à Stareberg, domini a Bernekh in Styria, & liberi ab Hohenberg in Austria. Quorum primi auream pantherã in rubro clypeo, secundi cœlestinam in rubro clypeo, tertii atram in albo, & quarti albam in nigro clypeo, generis insignia vsurpabant. Panthera tamen in omnibus eodem modo repræsentabatur, ignem ore ac auribus efflans.

1 OTTOCARVS primus, Chunrado secundo imperante Styræ comes, in literis Annalibusque commemoratur: cui idem Cæsar comitatum Anasperg ad ripam Anisi fluminis, in Norico ripensi excurrentem beneficio contulerat: cum antea ab Ottone secundo, Patauiensi cathedræ fuisset concessus. Is genuit Ottocarum secundum, Ozionem, Bernhardum, & Luitgardim.

2 OTTOCARVS secundus hoc nomine, primus Garstensis cœnobii, Berchtoldi sancti viri abbatis precibus, fundamenta iecit, haud procul à Styra oppido Austriæ super Anisum appellatæ, vbi & canonicos regulares constituerat.

3 BERNHARDVS frater germanus Ottocari secundi, in matrimonio reperitur habuisse Luitzardim, sororem Chunradi primi comitis Wirtenbergensis, & Brunonis abbatis in Hirschau.

4 OTTOCARVS tertius hoc nomine, secundi nimirum natus, ex Elisabeta sancti Leopoldi Austriæ marchionis sorore, progenuit Peregrinum, Hedericum, Rudolphum, Lupoldum, & Ottocarum quartum. de quibus legitur in fundatione Gotuicensis cœnobii ab Altmanno positi, & vsq; in Styriam hodiernam ditione propagati. Eandem altitudinem vadit (inquit) ad caput Edeliche, inde ad proximũ mõtem qui pertinet ad Hofsteten. Hinc descendit iuxta Kreuspach in Pielache: quem transit recto limite ad Scyntelecha, & duo allodia marchionis Ottochari & Piligrini. Inde recta linea ad Reichenster, deinde ad caput Pielache. Inde per altitudinem montanam transit super Steinberg, inter allodia marchionis Lupoldi, & quorundam nobilium & ciuium in Cebermar. Quicquid infra hæc culti & inculti, ad ecclesiam Chulib pertinet, parochia ad Pyrhekh, habet terminum versus occidentem Drasamam fluuium, ab ortu suo vsq; in villam S. Hippolyti. deinde viam Septentrionalem, quæ ducit de S. Hippolyto ad Meters per villam Wagram, & per syluam quæ vocatur Vorpach, deinde ad villam Sybenharten, deinde inter duo allodia WILIBERTI & Hattonis, in villam Theuren versus Orientem Persuicam: ab ortu suo vsque ad villam Theuren, versus Australem partem, semitam quæ vocatur Pechsteg, inter confinia allodiorum marchionis HEDERICI & RVDOLPHI: & ita versus Carinthiam quicquid infra hos terminos est culti & inculti, hæc fundatio. Porro Ottocharus canonicos regulares Garstenses instinctu S. Berchtoldi conuertit in Benedictinos: qui denique

ob

ob decr... s ad Petouionem Hungaros, dum Salomonem regē restituit, ab Henrico quarto, desic... tum com... modo Carinthiæ ducum familia, par e Carinthiæ orientali donatur quæ ... marchæ Carin... iæ quondā vertebatur nomine. Subscripsit fundationi Admontensi, de anno 1... 2. & obiit Romæ, anno Salutis 1... 2. cuius reliquiæ in Garstense cœnobi... ... conduntur.

5 ALBER... Ottochari primi marchionis Carnorū germanus, fratre vocato ad principatum in diuisione cum fratre Ozii, Gavvvald & Ensvvald sortitur interfectus prope Levvben, ab aulic... frat... s.

6 LVTOLDVS, forte Adalberonis filius, a Chunrado tertio Romano Cæsare Imperii vic...us constituitur, ... feudis eiusdem per Austriam conferendis. Qui legitur Hugoni Chranichpergregulo Austriæ Imperatoris nomine contulisse dominium sanctæ Petronellæ. 10

– LVPOLDVS Ot...cari tertii marchionis Styrorum filius, cognomento Fortis, ab Henrico quinto, cuius erat consobrinus, Carinthiæ marchio creatur, post genitorem anno Salutis nostræ M.C.XX. Q... præterea Waldone vltimo Raniæ comite sine prolis masculæ succ...ione extincto, ab Imperio tractum Graczensem beneficio obtinuit: vbi etiam prima initia Raniæ cœnobii posuerat. qui ex coniuge Sophia, Henrici Welphonis Bauariæ ducis filia, Diepoldum & Ottocharum quintum procreauit. Obiit anno Salutis relatæ, M. C.XXVIII.

8 OTTOCCARVS hoc nomine quintus in stirpe, diuisa Marcha cum fratre Dietboldo, seu Lupoldo, super... orem ipse portionem gubernandam accepit, atq; in his amplissimos comitatus hæredibus d... ...uros comparauit: Budensem videlicet, in finibus Austriæ. nam & Marchpurg, in quibus Imperator illum Romanus confirmauerat, institutus pariter à Friderico primo Cæsare Frisingensis episcopii aduocatus, ex Kunigunde filia Dieboldi marchionis a Vogburg Elisabetam procreauit, Austriæ ducis coniugem, & Henricū vulgo appellatum ducem de sancta Margareta. Is Ottocarus duo cœnobia in tractu Styrorum siue Taurisiorum posuit, canonicorum regal... m in Varau, & sancti Iohannis Carthusianorum. Reperitur in diplomatibus ac Annalibus, habitasse in castro primæuo, ac familiæ suæ antiquiore regia Norici Ripensis, h... ... procul à Laureaci veteris vestigiis, vbi subscripsit literis de anno M. C. LXIII. obiit Quinqueecclesiis in Hungaria, in illa memorabili in terram sanctam expeditione. De quo plura lege apud Ottonem Frisingensem in vita FRIDERICI, libro primo, cap. 40. Huius frater germanus Ozylo comes, obiit anno M C. LXII. 20 30

9 HENRICVS Ottochari natus, ex cognomento dux de sancta Margareta, ... regia fortassis, reliquit Diepoldum filium. Citatur inter com...es S...æ: que n mater a parente suo, Diepoldo Vogburgense marchione, nominauit.

10 OTTOCCARVS quintus hoc nomine, Lupoldi filius, à Friderico primo Augusto, primus ducalem inuestituram quam vocant accepit. In matrimonio habuerat Agnetem Lupoldi Austriæ ducis secundi filiam. quapropter cum lepræ contagione postremo esset affectus, & prole careret, consentientibus prouincialibus suis, ducatum Styriæ socero vendidit, exigens quod reliquum vitæ erat in Carthusianorū cœnobio Seicz, quod ipse posuerat Germaniæ totius pri...m. Et hoc titulo, atq; iis initiis Styrorum principatus ad Austrios est deuolutus: de quibus postremo huius operis libro dicturus sum. 40

11 GVNDOCCARVS comes de Styra, & dominus de Bernekh & Gracz, comitatum adhuc Styræ Norici ripensis possedit, circa annos Salutis M.C.

12 OTTOCCARVS ET ORTOLPHVS, appellati domini de Gracz & Styra, subscripserunt literis de anno Domini 1140.

13 GVNDOCCARVS secundus hoc nomine, comes de Styra, & dominus a Bernekh, subscripsit literis datis cum a Cæsaribus, tum à cognatis Styræ principibus, de anno M. C. LXXVI. 50

14 GOTOFREDVS, comes de Styra & Engtall floruit.

15 DIEDMARVS ET WEZILO ET IMBRIDVS, domini de Styra fuerunt, à quibus qui hodie adhuc supersunt in Austria superiori barones à Losenstayn, originē ducunt. In quorum insignibus aurea panthera, ignem ore auribusq; efflans, in tubro clypeo. vixere anno M.CC.XL.

16 GVN...CCARVS ...tius, cum Ottone & Otelio fratribus, multa fundauit in cœnobio Sec... de anno M. C. C. XX. a quo barones Styriæ, nominati à Bernekh initia trahunt: qu... rum sti...s ante non paucos annos defecit. de quibus in capite de Gessod... ...

COL.

COMITES DE RVNIA, TRACTVM GRACzensem feudo ab imperio possederant, vbi est hodie Runia cœnobium Cistercicnse, ab hac prosapia auspicatum.

1 WALTHERVS floruit circa annum Domini M. XCVI.

2 WALDO primus author cœnobii Runiæ prope Graczium: quo sine successione [illegible] mortuo, Lupold [illegible] frater Ottochari Styrorum comitis siue marchionis, comitatum Runiæ beneficio feudo ab Henrico quinto impetrauit, suæq; familiæ primus adiecit.

COMITES DE LEVBNAVV, QVI IIDEM COmites de Hohenvvard in Bauaria, autores fuerunt sanctimonialium nobilis generis amplissimi cœnobii Goss, prope Leuben oppidum.

1 ARIBO ET SIGEFRIDVS, quorum primus electum in archiepiscopum Moguntinum, post Willigisum illum carpentarii filium, annalibus celebrem, auxilio fratris, assensuq; Henrici secundi, quem Claudum vocant, in comitatu maiorum suorum G[illegible] amplissimum sanctimonialium cœnobium, in quo nobiles tantum virgines recipiuntur, fundauit. In quo primam abbatissam egit Adela, Sigefridi comitis filia. Erant plures [illegible] comitatu, Annalibus quoque ac diplomatibus celebrati: qui quoniam & in B[illegible] Hohenvvard comitatum possidebant, in Genealogia illorum libro proximo explicabuntur.

COMITES DE MARCHBVRG, QVO NOmine adhuc oppidum superest, ad Draui Ripam, haud procul à Patouione, vetere Romana colonia.

1 CHVNRADVS, cum Ottone filio, in literis de anno citantur M.C.XX.

2 RICHERVS ET VDALRICVS, de anno M.C.LXX. in literis ab Ottocaro Styriæ marchione adducuntur.

3 BERNHARDVS, qui idem comes à Treuen fuerat, vendidit pleraq; comitatus sui prædia, castra ac oppida, Ottocharo secundo Styrorum marchioni, vt in peruetusto Annalium codice legitur in hæc verba: Der Graue Bernhart von Marchburch / der dinget dem Marchgrauen Ottachern von Steyr das haus zu Marchburch/vnd den marcht / vnd das darzu gehöret. Er dinget im Sutich vnd Tiuer das Closter/vnd Chenrowe/vnd alles das darzu gehört/vntz an des Erzbischoues gemerch von Saltzburg. Dem selben Grauen Bernharten gehorten an/die dreuschman die Trewner/die von Chending / die von Lewenbach / die von Marchburch vnd aller Truchsuer.

4 VDALRICVS comes de Marchpurch, sine dubio suæ stirpis postremus, inuenitur adhuc in literis citari de anno Domini 1140.

COMITES DE TREVEN, QVI LOCVS ADhuc superest, ad Drauum paulo infra Celeiam. Erant cognati comitum de Marchburch, & comitum de Sternburgk. Arma similia habebant Haymburgensium comitum insignibus, tres videlicet aureas sellas in rubro clypeo.

1 LVPOLDVS, floruit anno 1070.

2 WOLFRADVS, ab Ottocharo secundo Styriæ marchione citatur, de anno redemptionis nostræ M.C.

3 WOLFRADVS secundus, citatur ab Henricho duce Carinthiæ, de anno Salutis M.C.LI.

4 VDALRICVS ET WALTERVS, cum Henricho alterius filio, qui vixit imperante Friderico secundo.

COMITES DE MVERTZTALL, ET AVElancz, quo adhuc nomine valles contiguæ sunt in Styria, in finibus vtriusq; Austriæ.

1 ADALBERO, a Chunrado secundo Imperatore, patre Henrici tertii, impetrauit centum mansus in comitatibus Auelancz & Durgemiml: ab eodemq; Carinthiæ princeps creatus, possessionem tamen consecutus haud est.

2 MARQVARDVS filius Adalberonis, ab Henricho quarto creatur dux Carinthię, cum fidelem sibi in bello Saxonico operam locasset: consequiturq; possessionem ducatus, & ex Eberspergensi comitissa multos liberos procreauit, qui [illegible] bonibus paternis fue-

cessere [illegible] dux Carinthiæ, Leupoldus & Marquardus comites. Cæteri [illegible] Hermanus & V[illegible]cus abbates fuere, de quib. paulo supra, cum de Carnorum principib. tractarem, [illegible] a nobis est. Manserunt tamen in comitatu, nominati quoq; domini ab Eppenstayn, Engelbertus a[illegible] M.C [illegible] andf[illegible]dus M.C. L. Albertus & Landfridus M. [illegible] LXXVI.

COMITES DE PECKACH ET PFANBERG, IN quorum insignibus erant tres albi Triangulare panes in rubro clypeo, ut Bauari in cæruleo habent, ex non contemnenda antiquitate orti, ut infra ab initio octaui libri dicturi sumus. Et quia hac deficiente prosapia, comites de Starchant fucc[illegible]ere, usurpare hi cœperunt aureas tres stellas, gentilitium insigne comitum à Sternberg, Haynburg & Celia. Cum deniq; & ista defecisset stirps, Montforti comites, Brigantini heredes [illegible] vexillum album in rubro clypeo adiicere, quæ adhuc gens illa in Styris loca possidere dignosc[illegible]tur. Porro reperiuntur hi comites magnam olim ad Saliani proxime Slauinis ditionem habuisse, exceptis his quæ Græcio vicina sunt, Pfanbergo & Pekachio.

1 Poppo de Pekhach.

2 Rvdolphvs de Pekhach, floruit sub diuo Rudolpho, circa annum Salutis M.C.XXXVI.

3 Poppo secundus, cuius filiam duxit vxorē Egino filius Hermanni comitis ab Artenburg, circa annum M.C.C.XL.

4 Henricvs comes a Pfanberg, circa annum Salutis M.CC.LVI. Styriæ vt capitaneus, quem vocant, ab Ottocharo Styrorum marchione & Austriæ principe præficitur. Sepelitur is Viennæ in templo Minorum.

5 Rvdolphvs secundus.

6 Vdalricvs, is cum episcopo Salisburgensi, Stubenbergiis, Fraunbergiis, notissimis Styriæ satrapis, ac cognatis suis comitibus ab Haynburg, in Albertum primum Austriæ ducem Rudolphi Cæsaris filium conspirauit, circa annum Redemptionis nostræ 13[illegible].

7 Ioannes filius Vdalrici, habuit sororem Elisabetam, coniugem Henrici, domini de Montparis in Carniola, quæ literis Austriæ principibus successionem promisit. Habuit & vxorem Wilhelmi comitis Montfortii filiam, ex qua Margaretha progenita est, vxor collocata Hugoni comiti a Montforte: ratione cuius matrimonii, Montfortii quædam de comitatu isto feuda, ab Austriæ principibus apud Styros impetrarunt, quæ adhuc retinent. cætera castra, videlicet Pfanneberg, Frunsperg in Carinthia, Mansburgum & S. Georgium in Slauonia, Austriæ principes extincta prosapia, circa annum Salutis 1368. sibi, vt domini & feudatarii vendicarunt. Legitur tamen circa annum Domini 1380. Rapoldus quispiam a Pekahk, diplomati cuidam subscripsisse.

COMITES DE STARCHANT ET HAYNBVRG, potentissimi apud Carnos fuerunt, eiusdem generis cum Sternbergensibus Pfanbergensib. & Ciliensib. comitatum ac castrum H[illegible]nburga cum parte Lauentanæ vallis feudo a principibus Carinthiæ habebant. Possidebant etiam cathedræ Ratisponensis beneficio Mansburg, Drixen, Pleyburg: quæ postea, familia deficiente, Pfannebergenses comites vt cognati impetrarunt. Idem comites & patriarcharum Aquilegensium beneficio siue feudo, in Sauia regione habuere Lemburg, Furtenekh, Presperg, Obernburg, Fraslan, Neukirch, Schalstall, Neudekh, Furtnekh, Prilakh, Gablonicz, Pleschvvicz, Subodem, Zeran, Druxen, Rohacz in finibus Schlauoniæ, & S. Petrum in Suantall, quæ omnia castra Hermannus comes de Celeia, vt sanguinis vinculo iunctus, à patriarchatu impetrauit circa annum Domini 1[illegible]61. Deniq; quam potentes hi comites fuerint, argumento est, quod Vlricus penultimus huius nobilissimæ stirpis, vno & eodem tempore, cum Henrico & Ludouico ducib. Carnorum, & Alberto Austriæ duce Rudolphi Cæsaris Habsburgensis filio, bellum gessit, assetis in societatē belli Wilhelmo à Scharpfenberg, Ottone a Weyssnekh, Eberhardo de sancto Petro, & archiepiscopo Salisburgensi: quo bello Rabenstayn, Silberbergem, Pullendorf expugnarunt. neq; cessasset à bello, nisi insidiis Chunradi ab Aufenstayn, & cuiusdam [illegible]oldi præf[illegible] in Velkemarchtho, socii Scherfenbergius ac Eberhadus de Sancto Petro fuissent in itinere comprehensi. His comitib. præterea, vt vasalli parebant apud Carnos, Gutenstayner, Wankhaymer, Schrankhpayner, & Vobekher. Erant pleriq; hi comites ex antiquo cœnobii Obernburgensis aduocati, in quorum insignibus erant tres stellæ aureæ in rubro clypeo, quemadmodum & Pfannebergensium.

1 Wol[illegible]ervs Et Hedericvs, circa annum Salutis millesimū, sancto Stephano r[illegible] H[illegible]riæ [illegible] b[illegible]llo suppetias tulerunt: cui Rex montem Kysten donauit, in quo castrum & [illegible] construxerunt, in eoq; tumulati sunt.

2 Wil-

2 WILHELMVS ET CHVNRADVS comites de Starchant, in literis Henrici ducis Carinthię, inter testes citantur de anno 1096. fundarunt in Carnis Oberndorf cœnobium.

3 HAIMO castrum suum à se appellatum in monasterium vertit: fuitq; primus, qui mutato nomine, se comitem de Haymburg scripsit, quem titulum posteri gentilitio nomini de Starchasit adiecerunt.

4 WILHELMVS secundus, refertur in Annalibus habuisse vxorem filiam Mainardi ingenui de Kainach. habuit regiam suam in Pleiburgo, circa annum Salutis M. CC. XXXIX. & pro Lesaco castro bellum gessit, cum Hermanno de Ortenburg.

10 5 ALBERTVS habuit in matrimonio Agnetē, filiam Henrici secundi ducis Austriæ, viduam relictam ab Vlrico duce Carinthiæ. Floruit circa annum Salutis nostrę 1240. Vxor sepelitur Viennæ apud Minores, anno 1295.

6 VDALRICVS circa annum Domini 1264. ab Vdalrico duce Carinthiæ Zeich castrum, mortuo Friderico Lempacher impetrauerat. Habuit desponsatam filiam Poponis à Pekak comitis: in quo matrimonio ad vitandam contentionem, cessit filio Hermanni comitis ab Ortenburg. Creatur ab Alberto Austriaco aduocatus Obernburgensis cœnobii, anno 1288. Habuerat sororem Margaretham, Vdalrico comiti de Pfanberg Styriensi nuptam, cum dote mille marcharum argenti, & castro Rabenstayn in Lauatall.

7 VDALRICVS secundus, & Fridericus, primi aduocati Obernburgenses, circa an-
20 num Domini instituti 1286. Quorum Vdalricus ducatum Carinthiæ affectauit aduersus Tyrolenses, Henricum, Ottonem & Ludouicum, Maynhardi comitis filios, quibus ducatum Carnorū Rudolphus Cæsar contulerat. Ideo auxiliante episcopo Salisburgense, Wilhelmo à Scharpfenberg, Ottone à Weissenekh, & Eberhardo de sancto Petro, bellum ducibus aperte intulit: & eos ducatu expulisset, ni sororius illos Albertus dux Austriæ, sua ope retinuisset. cum quo tamen apud Nouam Austriæ ciuitatem, concordiam iniuit, eidemq; pro XXI. millibus marcharum argenti vendidit Sibeneck castrum, anno Domini 1293. cū ipse prius ab Ordolfo de Kreig emisset Ekhnstayn, & quædam prædia in Salachtall. Fridericus vero in Styria castrum Offenburg ab Austriis impignoratum possidebat. Quorum soror Henrico comiti de Hohenloe collocata erat.

30 8 FRIDERICVS secundus hoc nomine, & Hermannus, floruere circa annū M. CCC. XX. appellati aduocati Obernburgenses: sepultiq; in eo cœnobio iacent vna cum Elisabeta comitissa, Friderici comitis coniuge, nobilissimæ illius prosapiæ postremi. Cæterum comitatum Austriaci ab Imperio, vna cum ducatu Carinthiæ compararunt: reliqua castra in Sauiensi agro, quæ patriarcharum beneficio Haymburgenses possederant, comites de Celeia cognati acceperunt, vt qui ab eadem origine descendebant, eisdemque insignibus vtebantur, aureis videlicet stellis tribus: in campo tamen alterius coloris, videlicet cœlestini. Legitur præterea, quod mortuo marito Friderico, Elisabeta domina ab Aufenstayn vidua, cui pro dote Gutenstayn & Rechperg fuerant concessa, Ciliensem tum temporis adhuc pagum, cum castro, dotis loco possederit.

40 *COMITES A STERNBERG, MALATIN, ET Treuen, cognati, immo eiusdem stemmatis cum comitibus de Haunburg, Pfannberg, & Ciliensibus, ab Ossiaco Carinthiæ cœnobio vsq; Villacum dominati sunt: quo tractu ruinæ adhuc castri Sternberg visuntur. sub quorum ditione, apud Carnos erant agri quidem castraq; Pozfeld, Zyrkhnicz, Pregrad, Cheinrah, Treuen, Gorzach, & Pelschach: ingenui vero ac nobiles Paradeiser, Teufenpacher, Sumerekher, Tyrlacher & Algisen. quæ omnia, deficiente stemmate, qui erant sanguinis vinculo iuncti, comites Cilienses in potestatem redegerunt. Cuius familiæ vltimus Vdalricus, ducibus Austriæ cognatis suis, cum liberis careret, legauit: vxori certo tractu designato, quæ nubens postea Vitobitio Bohemo, cuius opera in bellis Vdalricus erat vsus, nomen Sternbergi, assensu Friderici Imperatoris tertii habito, in aliam familiam transtulit, quæ adhuc in Bohemia celebris habetur: quo videlicet venditis prædi-*
50 is agrisq; apud Carnos transmigrauerat, vt in transcursu sermonis indicabitur. Porro Sternbergensiū comitum insignia erant tres aureæ stellæ in cœlestino clypeo: veluti & Ciliensium comitum. Ex quibus vnam stellam in similis coloris campo, vti vocant, Fridericus Imperator tertius nouæ Sternbergensium prosapiæ, quam diximus in Bohemiam transmigrasse, concessit, quæ adhuc hodie gens illa vtitur.

1 MAYNHARDVS, vt puto, author generis, comes à Malatyn, Marcquardi ducis Carinthiæ filiam Kunigundim habebat vxorem, cum qua Vitringense cœnobium haud procul à Clagnfurto metropoli Carinthiæ fundauit, sub Henrico quinto Cæsare.

2 VDALRICVS, circa annum Domini M. CC. XXXVII. ab Hermanno Ortenbur-

gensi comite capitur: & intercessione Berchtoldi Aquileiensis patriarchæ, iterum redimitur. à quo Treuen feudo accepit, quemadmodum ab Artenburgensibus Chemerich. vixit adhuc anno currente 1278.

3 WILHELMVS, appellatus in diplomatibus comes de Sternberg, Malatyn, & Laa, vixit circa annum 1244. & scribitur agnatus extitisse Hermanni Artenburgensis comitis.

4 WALTERVS ET VDALRICVS secundus, floruere circa annos incarnationis Dominicæ M. CC. LXXX. refertur autem Waltherus coniugem habuisse Catharinam à Neuhaus, Carnorum reguli filiam.

5 HENRICVS ET CHVNRADVS, quorum Henricus scribitur feuda accepisse à Raymundo patriarcha. 10

6 VDALRICVS tertius, & Algorus, circa annos Domini in Carnis hoc nomine comites celebrabantur M. CCC. Quorum Vlricus scribitur emisse ab Ottone de Rotenstayn, Schwaig & Treuen: & rursus de suis prædiis vendidisse Friderico domino à Stubenberg præfecto Babenbergensi, in Carinthia Sevverperg, Vischach, & Stikblvveyngarten, atque Offarn.

7 WALTHERVS hoc nomine secundus, duas habuit vxores: primam Cathatinam de Rosenberg, & alteram Sophiam Dietmari de Greifenfels filiam. Is vendidit castrum Sternberg Ottoni comiti ab Artenburg.

8 OTTO cum filio Vdalrico quarto, sepeliuntur Viennæ in templo Minorũ, de anno 1341. Huius quoq;, vt arbitror, filius Symon, episcopum Padebornensem egit in Westfalia, annum circa M. CCC. LXXVIII. 20

9 CHVNRADVS secundus, & suæ stirpis vltimus, floruit circa annum Domini M. CCCC. XXIII. cuius filiam Magdalenam Ioannes Kacznstayner, ingenuus quidam apud Carnos, coniugem accepit. Comitatus vero possessiones ad Cilienses comites, vt cognatos omnes, deuolutæ sunt. Et ab his, cum deficeret tandem & illorum stemma, Friderico tertio imperante, ad Austriacos, sanguine videlicet iunctos, peruenere. Quorum Fridericus Imperator nouam hoc nomine gentem in Carnis auspicatus est, dominorum videlicet siue baronum a Sternberg, qui posterius in Bohemiam transmigrarunt. Quorum caput erat Ioannes Vitobitius Bohemus, Vdalrici comitis Ciliensis postremi dux militaris. Quem secuti sunt adhuc in Sternbergo Carinthiæ habitantes, Ioannes secundus, qui ex Catharina Georgii postremi ab Ekartsau Austriæ reguli filia, Georgium procreauit: qui primus Bohemiam ingressus est, ibidemq; Albertum progenuit, qui nostra tempestate Ioanni Weyuodæ Hungariæ regi adhæserat. 30

COMITES A CILIA ET SEGOR, ET LIBERI A Saaneck, cognati comitum à Sternberg, Treuen, & Haynburg: immo ex eodem capite descendentes, eademque insignia vsurpantes, tres videlicet aureas stellas in cælestino clypeo: deficientibus cognatis, quos modo nominauimus, comitibus, cum illorum castra ditionesq; forent consecuti, eousque creuerunt, vt quadraginta postremo oppida castraque possiderent, ac decem & vltra miliariorum spacio vndique patentem terram obsequio imbutam haberent, Imperatorumque ac regum familiis per connubia insererentur. Clariora municipia comitatus illius erant, Celeia, siue Cilia, Romana quondã colonia: Steyn, Rodmansdorf, Obernburgum, Pleyburgum, Prespergum, Sanctus Petrus, Treuen, Rudolfsvverdea, Segor. Horum fundationes sunt, Pletriach & Gortach, & apud Celeiam Minorum monasterium. 40

1 VDALRICVS, Liber appellatus de Saanekh, ab Ottobono patriarcha Aquileiensi legitur quædam feuda ad Satlam fluuium accepisse, circa annum Domini M. CCC. IIII.

2 LVPOLDVS, Liber à Saanekh, legitur à Ludouico patriarcha Aquileiensi comparasse Reifniz.

3 HENRICVS, filius Lupoldi, & frater FRIDERICI, liber à Saanekh cognominatus. 50

4 FRIDERICVS, liber à Saanekh, & comes de Cilia, à Betchtrando patriarcha Aquileiensi Lemburg, S. Petrum, Neukirchen & Neydeckh feudo accepit, circa annum Salutis nostræ M. CCC. XXXVI. obit, & sepelitur Celeiæ, anno 1359. feria quinta ante festũ Assumptionis beatæ virginis. vxor vero Diemudis obiit anno 1353.

5 VDALRICVS ET IOANNES: quorum Vdalricus ex Adelhaide comitissa Ottingensi Wilhelmum procreauit. Obiit vero Vdalricus anno Salutis 1368. Ioannes, 1372. ambo apud Celeiam in cœnobio Minorum sepulti.

6 HER-

6 HERMANNVS, superiorum frater germanus, ex Anna coniuge Hermannum secundum & Ioannem secundum progenuit. Is à Carolo quarto multis prærogatiuis adornatur, ac inter quatuor comites sacri imperii connumeratur, anno currente a nato Christo 1361. obiit 1395. in die sancti Benedicti, apud Celeiam, ibidem sepultus vna cum coniuge, quæ obiit 1397.

7 IOANNES secundus, Hermanni primi filius, ex comitissa Montis fortis procreauit Hermannum præsulem Frisingensem, & Catharinam Ioanni Dapifero de Waldburgk nuptam.

8 HERMANNVS secundus, primi filius, fundator cœnobii Pletriach in Cranis, ex
10 comitissa Schaunbergensi Austriaca, Wilhelmum & Hermannũ tertium progenuit. quorum obiit Wilhelmus anno Domini 1392. feria v. post exaltationis Crucis, Celeiæ sepultus.

9 GEORGIVS, frater Hermanni secundi, obiit sepeliturque apud Celeiam, anno M. CCCC. XLIII.

10 HERMANNVS tertius, secundi filius, & Wilhelmi frater germanus, habuit duas coniuges: primam Adelspergensem ex Istria, secundam Boiariæ ducis filiam. ex quibus tres filios tulit, & totidem filias, videlicet Fridericum, & Vdalricum sui generis postremum. Filiarum Barbara Sigismundo Imperatori Rom. Margaretha comiti Pfannebergensi, & tertia Henrico comiti Goricensi nuptæ fuere. Ipse à genero Cæsare, comitatu Segot in Sla-
20 uonia & dominio Schakenthorn in finibus Styriæ donatus, ad Romani Imperii principis insuper fastigium sublimatur. Obiit is anno redemptionis humani generis 1446.

11 FRIDERICVS hoc nomine secundus, Hermanni tertii filius, & Vdalrici postremi in hac stirpe germanus, contempta legitima coniuge Modrusii comitissa ex Croaria, Veronicæ Teschnitz pellicis amore implicatus, multa mala designauit: comprehensus propterea, & diu in Ostervvitio castro custoditus: ad postremum mortuo patre liberatus è custodia, sorori Barbaræ, eiusq; filiæ Elisabetæ, viduæ Alberti Austriaci Romani regis, quæ Ladislai posthumi mater fuerat, retinendo Hungariæ regno fidelem ac strenuam operam nauauit: & eam ob causam Hungarorum in se odium conuertit, qui non semel populabundi fines comitatus fuerant ingressi: repulsi tamen Ioannis Witobitii Bohemi virtute
30 ac industria, quo duce Fridericus iste, eiusq; frater Vdalricus, in re militari vtebãtur. Obiit autem is Fridericus anno salutis 1454. in vigilia sanctæ Margarethæ, & Celeiæ in tẽplo Minorum sub appellatione illustrissimi principis, parieti templi inter alios sui generis comites adscriptus cernitur.

12 VDALRICVS secundus, Friderici superioris frater germanus, Hermanni tertii filius, duxit coniugem Seruiæ Despotæ filiam, Amurathi Thurcarum Imperatoris vxoris sororẽ. Institutusq; tutor ab Alberto Austriaco Romanorum rege, filio Ladislao, quẽ Elisabeta, huius Vdalrici ex Barbara sorore neptis, posthumum genuit, paribus auspiciis ac æquali authoritate cum Friderico Imperatore, ac Ioanne Huniade regna Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Dalmatiæque & archiducatũ Austriæ administrabat. Idcirco cum postea
40 Ladislaus pronepos adoleuisset, eius gubernator, & morum aulæq; Magister creatus, ex potentia magnum sibi odium accumulauit: ita quod ex curia per Austriacos eiectus, cum in gratiam iterum rediisset, apud Albam Græcam, vbi Ladislaus curiam habebat, à filiis Ioannis Huniadis, qui quondam cum eo tutelam gerebat, Ladislao videlicet & Mathia, per insidias necaretur: cum filios duos, Hermannum & Georgium, quos ex Seruiana progenuerat, paulo ante immatura morte amisisset. Quibus ita extinctis sine hærede, comitatum, comitatuiq; adiunctas ditiones, Fridericus Imperator archidux Austriæ, suis hæreditariis prouinciis, partim ob vinculum necessitudinis, partim ex contractu inter duas familias inito, adiecit atq; coniunxit.

50 *COMITES AB ARTENBVRG, COGNATI PAlatinorum apud Boiarios de Krayburg, de quibus libro proximo locuturi sumus, siue ab Artenia Forojulii castro, cuius meminit Diaconus Paulus libro 4. cap. 37. Longobardicæ historiæ, siue ab Ortenburgo Boiariæ castro infra Vilszhousam, denominati fuerint, satis constat illos hoc nomine & in Carnis arcem construxisse, haud procul ab oppidulo ipsorum Spitall. qui à ducis Carinthiæ episcopis Salsburgensibus, Babenbergensibusque, & Patriarchis multa cum oppida, tum castra castellaque beneficio possidebant, apud Carnos videlicet Sumerekh, Kellerberg, S. Paternionem, Steyrberg, Hohenberg, VVaossenstayn, Landtrost: & versus Slauoniam Treuen, S. Rupertum, VVologi, Tuchant, Freyach, Auferz. Lonstat, Sirchau, VVynklarn, Lyndon. & in Carniola, Laas, Oberstayn, Raimansdorff, Gotzsee, Polan, Zobelsperg, Reiffniz, Liebekh, Ortnekh, VVeissenfels, Altenburg, Grauenvverd, Grauen, Stayn, Zeyring,*

Waldenburg, & Culpam. quorum denique fuerat in Styria Weynekh, & Neissenfels. Parebantque adeo his comitibus potentes apud Carnos nobiles, ut vasalli, Liebenberger, Greiffenfelser, Humelberger, Kelkerberger, Lamberger, Weigselberger, Paradeiser, Gilgenfelder, Welzer, Schmieruckher, Schlosehberger, Straßberger, Laytschakher, Keutschakher, Sobriacher, Dobriacher, Gortacher, Kuenberger, Zobelsperger, Alkersperger, Fleschperger, Motinczer, Liechtenberger, Wartberger, Rotenstayner, Domplacher, Dopliacher, Gosiesser, Gutenavver, Kußinger, Hartẽberger, Mergensperger, Dietrichstayner, Lueger, Warmlecher, Pamlikher, Volger. Kieber, Risenberger, Fristaczer, Ruspacher, Gradeser, Strasser, Falkẽstayner, Werdenstayner, Rauber, Rosenberger, Gortzer, Olsvvikher, Paldransdorfer, & Altzeyer, qui ex antiquo huius fuerant comitatus Dapiferi ordinarii & hæreditarii, quos vocant. Horum comitum opera sunt, Millestadiensis quondam abbatia. cætera auxere, Werdsee, Vitringam, Ostiacum: habuereque demum ius patronatus in ecclesiis S. Petri in Ratmansdorf, S. Georgii in Gortach, S. Georgii in Laas, S Petri in Nakhl, & S. Andreæ in Motsnak.

1 FRIDERICVS filius Rapatonis, primi palatini Crayburgensis, & comitis Ortenburgensis in Bauaria, ex prosapia Lantgrauiorum de Steuenyng, & comitum Neuburgensium, Varnbacensiumque descendens: primus ab Henrico quinto, ac qui ea tempestate præfederunt patriarchis Aquileiensibus præsulibusque Salsburgensibus, Carinthiæque ducibus, ditionem castraque in Carnis adeptus, in memoriam auiti apud Boiarios castri paulo infra Spitall oppidum, arcem in colle Artenburg ædificauit. Habuit vero tres fratres: Harduicũ, archiepiscopum Magdeburgensem: Engelbertum, marchionem Craynburgensem, cui magna pars Carniolæ patebat: & Rapatonem secundum, palatinum Boiariæ de Crayburg. Vixit adhuc anno Domini M. C.

2 HENRICVS, floruit circa annum Salutis nostræ M. C. XLVII. & ab Ortolfo archipræsule Salisburgensi feuda impetrauit, ut vocant, Wardenpurkh, Lynde, Schleffen, & Glevnkhar.

3 OTTO, cum germano fratre Hermanno archidiacono per Carinthiam, conuentum canonicorum apud Spitall fundauit, circa annum Domini M. C. XCI. quam fundationẽ non ita multo post Albertus Salisburgensis confirmauit.

4 HERMANNVS, cum fratribus Wilhelmo & Vdalrico episcopo Gurcensi, circa annos Domini floruit 1220. Quorum Hermannus coniugem habuit domini de Lesſekh filiam. vnde socero mortuo, comitatui Artenburgensi adiecit Leſſekh, Wernhersdorf, & fratres montem. Impetrauit à sede Aquileiensi & partem castri Zobelsperg, & ius patronatus ecclesiæ Polanensis. Erat autem nepos ex matre Wilhelmi comitis Haynburgensis. Et moriturus tres reliquit filios, & vnam filiam, videlicet Henricum & Fridericum, his nominibus secundos, & Eginonem. filia Elisabeta nomine, Vulfingo domino à Stubenberg nupserat, anno currente à nato Christo 1238. Apud hunc comitem, iussu Friderici secundi Imperatoris, in libera custodia aliquandiu fuerant Vdalricus comes Sterenbergensis, & Henricus comes de Treuen.

5 EGINO, primo parochus Pleiburgensis: deinde resignata parochia, vxorem duxit filiam domini Poponis de Pekach, antea Wilhelmo Haymburgensi comiti nuptam. Floruit circa annum Domini 1272.

6 HENRICVS hoc nomine in stirpe ista secundus, floruit circa annũ Domini 1262. Qui Vlrici ducis Carinthiæ consensu, ex eodem nimirum stemmate descendentis, arcem in Khraynburgo construxit, & à patriarcha Aquileiensi feuda quædam accepit prope Stayn & Kankher flumen. Huius soror MARGARETHA nupsit Ioanni comiti de Pfanberg.

7 FRIDERICVS secundus, frater germanus Henrici secũdi & Eginonis, filius Hermanni ex Adelhaide Berchtoldi de Lakh filia, tres filios procreauit: Ottonem secundum, Albertum & Maynhardum. Is ab Imperio arbiter eligitur in bello ac contentione, quæ inter Albertum ducem Austriæ Rudolphi Cæsaris filium, & Cunradum præsulem Salisburgensem ac Stubenbergios vertebatur. Qui transactis aliquot conuentibus in Lynczio, partes tandem conciliauit, & Fridericum dominum à Stubenberg è custodia Austriaci liberauit, anno currente a nato Christo M. C C. LXXXVI.

8 ALBERTVS, refertur Ludouico Bauaro Cæsari copias militares in Longobardiã adduxisse, circa annos Redemptionis nostræ 1322.

9 MAYNHARDVS, Alberti frater germanus, Friderici secundi filius, accepisse feudo scribitur à Rudolpho Austriæ duce, quẽ fundatorẽ cognominant, aduocatiã S. Iacobi in Rasstal. Is ex filia Rudolphi palatini Rheni, Ruperti Cæsaris sorore, Maynhardũ secundum progenuit, qui a Walthero comite Sterenbergẽsem comitatũ emit, & Ottonẽ quartũ tulit.

10 OTHO tertius, Mainhardi & Alberti frater germanus, ex coniuge Sophia, Burcardi Burggrauii Magdeburgensis sorore, procreauit Emichonem canonicum Frysingensem, Rudolphum dominum in Billigracz, & Henricum tertium. citatur & nuncupatur à Rudolpho Austriaco, quẽ fundatorem dicunt, inter principes Imperii. Idem Otto duas filias genuit, Catharinam Vdalrici Ciliensis comitis, & Annam Dionysii comitis de Crupa coniugem.

11 HENRICVS tertius, Ottonis tertii natus, & Rudolphi ac Emichonis frater, habuit in matrimonio Catharinam dominam de Camnio Foroiuliensem, quæ illi amplam dotem attulit. Vixit circa annos Domini 1340.

10 12 HERMANNVS tertius hoc nomine in hac familia, habuit in matrimonio Henrici senioris comitis à Schaunburg filiã: & bellum gessit cum Berchtrando patriarcha Aquileiensi, propter feuda quædam, anno Domini 1335. Appellatur in diplomatibus à Friderico rege Romano Austriaco, Alberti primi filio, cognatus. sedem tenuit in Laas castro, et at vero filius Maynhardi primi.

13 ALBERTVS secundus, electus in episcopum Tridentinum ex parochia & prima fundatione facta à sancto Domitiano duce, Millestadiensem abbatiam exorsus est ac locupletauit, quam Fridericus Cæsar tertius in sedem magistri ordinis sancti Georgii commutauit. Erat frater germanus Hermanni superioris, & ipse Maynhardi comitis filius. quorum sorores, Clara nupserat Vdalrico domino de Neuhaus Carno, Anna marescalco Carinthię 20 de Auffenstayn, & Agnes Eberhardo Styriæ præfecto.

14 OTTO hac appellatione quartus, Maynhardi secundi filius, & primi nepos, floruit circa annum Domini 1363. & testis introducitur à Rudolpho quarto Austriæ duce, quẽ fundatorem siue sapientem Annales cognominant. Progenuit duos filios, Ottonem quintum, & Fridericum tertium: & vnam filiam, quæ Dionysio domino & comiti de Crupa, ex genere Frangipanum, nupsit: & mortuo marito, cum parochiam Radmansdorfen, Michelsteten, & monasterium sancti Augustini Labaci donis suis accumulasset, ad postremũ monialem egit, sacro velamine tecta in Michelsteten.

15 FRIDERICVS tertius isto nomine, Ottonis quarti filius, impetrauit multa à patriarchatu castra: videlicet Dobrach, Podgoriach, Polan, Reiffnitz, Grauenvverdeam, & 30 Gotsche ciuitatulam. accepit & feuda à Piligrino Salsburgensi, & à Venceslao Romanorũ rege multa & maxima priuilegia consecutus est, circa annum currentem à nato Saluatore 1386. Idem, ex Margaretha filia Friderici ducis à Dekh cum nullam prolem susciperet, adoptauit Ludouicum Hermanni secundi comitis Ciliensis filium: cui moriturus comitatũ reliquit, confirmante hoc Sigismundo Imperatore, anno Salutis 1420. Et ita nobilissimus ac opulentissimus comitatus ad Cilienses, & ab his ad principes Austriæ deuolutus est. quẽ nostra ætate FERDINANDVS Romanorũ Hungariæ & Bohemiæ rex, archidux Austriæ, Gabrieli à Salamanca Hispano contulit, à quo hodierni comites Ortenburgenses, qui in Carnis agunt, rite descendunt. Nam qui in Bauaria hoc nomine supersunt, veterum adhuc comitum, de quibus hoc capite egimus, posteritas sunt.

40 *COMITES DE FRANGIPANIBVS, MODRVSII, & Vegels, ab exulibus Romanis orti sunt, & ditionem habebant à Carniolanis vsque in Croatiam, partim Austriacis, partim Hungariæ regibus subiecti: de quorum origine scribit Otto Frisin. libro 1. in vita Frederici primi Imperatoris cap. 28. cum ciuium Romanorum epistolam recitat, ad Imperatorem scriptam in hæc verba: Nam pacem & iustitiam omnibus eam volentibus obseruamus: fortitudines, id est, turres & domos potentum vrbis, qui vestro Imperio cum Siculo & Papa resistere parabant, capimus, & quasdam in nostra fidelitate tenemus, quasdam vero subuertentes solo æquauimus. Sed pro his omnib. quæ vestræ dilectionis fidelitate facimus, Papa, Frangipanes & filii Petri Leonis, & amici Siculi, excepto Iordano, nostra fidelitate in vestro vexillifero & adiutore, &c.*

50 1 VDALRICVS, floruit anno Redemptionis nostræ 1240. reliquit tres liberos, Dionysium, Bartholomæum, & Thiemonem.

2 THIEMO possedit in Carnis castrum Landtrost, circa annum Domini 1320.

3 IOANNES Vdalrici filius, gessit bellum cum Friderico comite Artenburgense, ꝓpter limites: quod tamen est sedatũ opera cognati, Nicolai comitis de Modrusio. Redemit à Bartholomæo Glauer Zetyn castrum. Floruit anno Salutis M.CCC.XCIII.

4 STEPHANVS Dionysii filius, habuit feudo à ducibus Austriæ, tanquam ducibus Carniolæ, dominium Medlicense, castraq; Steynsakh, Dresinkh, Wakher & Zersat, quæ antea possederant comites Artenburgenses & Cilienses. Accepit vxorem Catharinam do-

mini a Pætouione Styræ marescalci filiam. vnde progenuit Stephanum secundũ & Bernhardinum, & Elisabetam: cui pro dote XXXII. millia florenorum legauit, & Hugoni comiti de Tibeyn copulauit.

5 NICOLAVS, dubium cuius filius extiterit, possederat Brynlin castrum: vnde & comes a Brynlin appellatus est. Is Ernesto Austriæ duci, FRIDERICI tertii Imperatoris patri, mille equites leuis armaturæ, contra Thurcas duxit, anno a Saluatore nato currente 1418.

6 BERNHARDINVS, filius Stephani, gessit bellum cum præfectis domus Austriæ in Medling & Pflaum, & Friderico tertio Imperatori resignauit pagum Gerolicz, anno Domini 1479. 10

7 STEPHANVS secundus, cuius soror Friderico Ciliensi comiti nupta fuerat, & qui Vlrico postremo comite Ciliensi sine filiis extincto, occupauerat de bonis comitatus Ciliensis Geroltzavv & Vnsnycz.

8 MICHAEL, is Maximi'iano Cæsari pugnanti cõtra Venetos, leuis armaturæ equites duxit: pro quo seruitio Cæsar illi in Foroiulio castellanatum in Ghordropp & Senasecz castrum concessit.

9 CHRISTOPHORVS, Maximiliano Cæsari aduersus Venetos bellum gerenti fidelem operam præstitit: inque eodem bello captus à Venetis, vna cum domino a Thurn, & Melchiore Massmunster: tandem cum liberatus esset, mortuo Maximiliano, Hungariæ regibus se addixit, quorum Ioanni cognomento Weyuodæ, dum aduersus Ferdinandum Austriæ principem, cui regnum Hungariæ debebatur, inter initia auxilium præstat, tormẽto militari ictus occubuit, anno M. D. XXVIII. 20

10 IOANNES sacris initiatus, monasticum habitum induit, & apud Ioannem Weyuodam & Ferdinandum Austrium, Hungariæ reges, legationibus crebris ac difficillimis perfunctus, in archiepiscopum Colocensem consecratur: ac ex articulari morbo diu conflictatus, obiit circa annum Salutis 1542.

11 WOLEGANGVS vulgo cognominatus comes à Prundlyn, nostra ætate aduersus Thurcas in finibus Croatiæ sæpe fortissime dimicauit. ad postremum, circa annum Incarnationis diuinæ 1546. dum Ferdinando regi Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ, aduersus Saxones bellum cum fratre Cæsare Carolo quinto gerenti fidelem operam præstat, rebus humanis eximitur. 30

COMITES DE CRVPA, COMENI ET SAAN, Frangepanibus sanguine iuncti, ditionem ad Crapinum fluuium à Ciliensi tractu vsque in Slauoniam tenebant, Austriæ principibus æque ac Hungariæ regibus subiecti.

1 IOANNES, à Rudolpho Habsburgensi Romanorum Cæsare, & primo suæ stirpis Austriæ duce, vna cum Gurcensi episcopo mittitur ad papam & Carolum Siciliæ regẽ pronubi futuri inter Clementiam filiam Rudolphi, & Siculum regem. Is progenuit Ioannem secundum, & Paulum. 40

2 IOANNES secundus, cum Paulo fratre, circa annum Domini 1330. Werd castellum à domino Ortolpho ab Aursperg emerunt. quorum soror Catharina Henrico comiti Artenburgensi nupserat: & eo defuncto, GEORGIO comiti de Biezan, circa annum Salutis 1366.

3 PAVLVS secundus, primi filius, habebat in matrimonio ANNAM, filiam comitis ab Ortenburg, sororem Alberti Tridentini præsulis, circa annum a nato Christo M. CCC. LXXXII.

4 DIONYSIVS, habuerat in coniugio sororem Ottonis & Friderici comitum de Ortenburg. scribitur emisse ab Hermanno de Reutenberg prædia quædam in Korsteten, Altenburg, Lauterperg, & Ratzwer, pro XXVIII. florenorum millibus, circa annum Salutis nostræ 1363. 50

COMITES DE ALTENBVRG ET REVTENberg, in Carniola, possidebant Reutenberg, Albersperg, Guntzberg, Latschemberg, Dresemberg, Hornburg, Dogersdorf, Oberdorf, Altenburg, Dobra, & Kratschicz, & magnam partem vallis Selechtall. Erant subiecti partim Austriacorum ditioni in Carniola, partim patriarchis Aquileiensibus.

1 EBERHARDVS, floruit circa annum currentem a nato Iesu Saluatore 1300.

2 NICOLAVS & FRIDERICVS, circa annum Redemptionis nostræ 136 .

3 BERCH-

3 BERCHTOLDVS, Ortolfus & Iacobus, vendidere castrum Altenburg comitibus ab Ortenburgh, anno Domini M.CCC.L. quorum Ortolfus habuerat in matrimonio Tutam, filiam Hermanni pincernæ de Osterwicz.

4 PETRVS, anno floruit M.CCC.XCII.

5 HARTLINVS & Fridericus, anno 1420.

6 GEORGIVS accepit coniugem, filiam Ortolphi à Pernekh, viduam Volkardi ab Aursperg, Barbaram nomine, anno currente à nata Salute 1430.

COMITES DE TIBEYN, IN FINIBVS ISTRIAE *rerum potiebantur, & in Carnis possidebant impignorata Pleyburg, VValdstayn, Gutenstayn, Rechberg, & Gurincz.*

10

1 HVGO, Lupoldo Austriæ duci, pro Taruisiana marcha aduersus Venetos bellum gerenti, auxilium præstitit, circa annum Domini MCCLXXXI. Porro ante hunc, hoc nomine quispiam testis commemoratur in literis concordiæ inter Ottonē ducem Carinthię, & Henricum comitem Coricensem, de anno salutis MCCCVIII.

COMITES DE DAVFERS ET MICHELSPERG, *in finibus Carinthiæ ducatus, & Tirolis comitatus, agros & castra possidebant: vbi in hanc vsque diem castrum Dauffers cernitur, ad Aichen amnem, in Lutach valle, non ita procul à Braunekhio & Draui fontibus.*

20

1 HVGO, floruit sub Alberto primo duce Austriæ Habsburgēsis stirpis, circa annum millesimum & trecentesimum: cuius coniugis Elisabetæ, vtpote Tyrolēsis Maynhardi comitis filiæ, & Henrici, Ludouici ac Ottonis ducum Carinthiæ germanæ sororis, præfectus aulæ fuerat. Cuius opera in bello Bohemico aduersus Ottocarum & Rudolphus Cæsar, & eius filius Albertus aduersus Henricum & Ibonem comites de Gussingen, ac Martersdorf Hungaros Austriæ infestos, feliciter sæpe ac fideliter vsi fuerūt. Ad postremum arbiter electus, bellum ac contentionem quam de finibus Austriacus dux & Gussingēses comites habebant, composuit. Idem in literis concordię quæ inter Ottonem Carinthiæ ducē, & Henricum Goricensem constituta fuerat, inter testes citatur, de anno MCCCVIII.

30

COMITES DE GZELSCHACH, IN CARNIS *quondam celebres, & à sancto Ordvvyno descendentes, fundatores Gurcensis opulentissimæ præpositura & Greberspergin Lauatall.*

1 WILHELMVS, ex Henna comitissa de Frisaco, vel vt alii volunt, de Peylsteyn: vel etiam vt aliqui habent annales, filia Marcquardi ducis Carinthiæ, progenuit duos filios, Wilhelmum & Harduicum, interfectos à latronibus, haud procul à Frisaco, cum fodinis metallorum intenderent. Quorum mater Henna, Gurcensem præposituram ex dote & paternis bonis fundauit, vbi & humata est relata in numerum sanctorum. Wilhelmus vero patet in Grebersperg Lauentinæ vallis quiescit.

40

COMITES DE FRIESACO ET *Drugsen.*

1 SIGEFRIDVS, diplomati Henrici ducis Carinthiæ subscripsit, de anno Domini M.C.L.

2 CHOLO, floruit anno currente à nato Christo 1200.

3 RASPO, dominum se modo à Frisaco scripsit, cui Hermannus Artenburgensis comes Habrnekh vendidit, anno 1241.

COMITES DE MOSBVRG, CARENTANI, A CA*stro quodam nominati, quod in lacu Werdsee, positum fuerat, loco munitissimo, & quod ducibus Carinthiæ primis pene vt metropolis conferebatur, cum ducatu: quemadmodum Rhegino Prumiensis, & Otto Frisingensis libro 6. Chron. cap. 7. scribunt, Carolomannum regem Boiariæ Arnolpho filio concessisse ducatum Carinthiæ, cum castro Mosburg.*

50

1 HERELEO, floruit ante tempora Pipini regis.

2 PIRMINIVS, dubium an episcopus Meldēsis ille, qui Augiam diuitem in lacu Podmanico, & alia in Germania & Lotharingia cœnobia fundauit.

3 ADALBINVS, præsulem Iuuaniensem egit apud Salisburgum: qui haud procul diui Michaelis templum, & duo fana S. Petro & beato Laurentio in Werd & Sternberg condidit, & consecrauit.

4 CHVNRADVS, postremus comes de Mosburg in Annalibus legitur, qui obiit circa

annum Domini 1280. cuius hæreditatem partim Mainhardus dux Carinthiæ, & comes Tyrolensis, partim vero Otto de Steyn, adiere. Superfuerat adhuc fœmina quædam huius nominis, quæ locupletauit cœnobium Seldentall, anno Domini 1319. ab Henrico quondam Carinthiæ duce fundatum. Porro castrum Mosburg diuturnitate temporis in ruinas versum, & à Mainhardo duce Carinthiæ ex stirpe Goricensi, monasterio commutatum est, anno à Salute relata currente 1299.

COMITES DE LAVAND ET SPONHAYM, quorum origo est à Rheno & VVestrasia, vbi hoc nomine comites latam ditionem tenebant.

10

1 HARTOWICVS, comes Sponhaymensis de Rheno, eligitur in præsulem Salisburgensem, anno à nato Christo currente 996. Atq; is primus fuit, qui cognatos suos in Carinthiam a Rheno traduxit: quorum fuere primi, qui agros in Lauantina valle acceperunt.

2 SIGEFRIDVS ET FRIDERICVS fratres germani, quorum Sigefridus occasione ea in Carinthiam venerat, quod episcopus Hartouicus modo dictus, nobilem comitissam de Lauant, vnicam hæredem late patentis ditionis, cognato suo supradicto Sigefrido Sponhaymensi comiti vxorem impetrauerat. eius nomen erat Richardis: quæ peperit Sigefrido iam apud Carnos moranti, Engelbertum comitem, & Hartouicum antistitem Ratisponensium.

3 ENGELBERTVS, filius Sigefridi comitis Sponhaymensis, ex Richarda postremi comitis de Lauand filia, intra fines maternæ ditionis, S. Pauli opulentissimum cœnobium, quod in valle Lauantina adhuc superest, fundauit: & ex Hedwige nobili comitissa eorum finium, quinque filios progenuit, videlicet Hartouicum archiepiscopum Magdeburgensem, Sigefridum comitem de Leubenaw, Engelricum, Bernhardum & Henricum: à quorum Bernhardo comites in Gussingen processerunt, in finibus Hungariæ. 20

4 HENRICVS, comes à Lauand & Sponhaym, adoptatur ab Henrico postremo duce Carinthiæ stirpis Auelancianeæ, tanquam nepos, ex Richarda filia genitus. qui & mora tuo auunculo, ducatus Carinthiæ inuestituram meruit. Obiit is in Ionio mari, cum in Asiam cũ cæteris Christianis principibus transfretasset, anno Salutis humanæ millesimo centesimo sexagesimo primo, relicto filio Vdalrico Carinthiæ duce. Huius soror Adelhaidis primam egit abbatissam in Goß Styriæ. 30

5 VDALRICVS, non solum comes de Lauant & Sponhaym, verum dux etiam Carinthiæ inauguratus, ex Agnete ducissa Meraniæ nullam prolem tulit: quippe cum Kunigsperg ciuitatem in Franconia condidisset, cum Friderico catholico duce Austriæ in Asiam profectus, ibidem in publica Christiani nominis expeditione diem suum obiit, anno Salutis millesimo centesimo nonagesimo septimo.

COMITES DE LAVANT, SPONHAYM, GVSSINGEN, & Martersdorf, in finibus Austriæ, Hungariæ, & Styriæ late patentem ditionem tenebant: vbi & Gußingen castrum, arcemque Pfartenstayn construxerunt, aliaque in vicinia Slanyng & Pernstayn & Kobelsdorf oppida habuere. Gunsium obsidione Thurcica nobile, Rechnicz, Martersdorf, & Antauu, à quibus locis quoque cognomina hi comites traxere: & in diplomatibus passim comites nominantur non solum à Gußingen, verum etiam à Martersdorf, Slaunig & Antauu & Rechnicz. 40

1 BERNHARDVS, filius Engelberti comitis à Sponhaym & Lauant apud Carnos, frater Sigefridi comitis de Leubenaw apud Styros, ac Hẽrici adoptati ab Hẽrico de Muercztall duce Carinthiæ. Is primus ab Imperio feuda quædam in limitibus, & totum eum tractum impetrauit, qui ex alpibus Noricis in planiciem Pannoniæ descendit: vbi sunt hodie confinia Austriæ, Styriæ & Hungariæ, ac oppidula castraque visuntur, Martersdorf, Stob, Kitchslag, Guns, Rechnicz, Slauyng, Gussing, Lukahaus & Pernstayn. Floruit Henrico quinto & Lothario imperantibus. 50

2 BERCHTRAMVS cum fratribus Symone & Michaele, floruerunt circa annum Salutis 1218. quos alii male ex Aragonia deriuare conantur.

3 HENRICVS, gessit bellum cum Ottocaro Bohemo, Austrię principe, propter fines. Idemque Belæ regi Hungariæ x x x, millia armatorum duxit aduersus Austriam, eiusque principem Ottocarum circa annum Domini 1242.

4 HENRICVS & Ibo fratres germani, floruerunt circa annum Salutis millesimum & trecentesimum. gesserunt bellũ perniciosum pro finibus, cum Alberto primo duce Austriæ, Rudolphi Habsburgensis Cæsaris filio: in quo bello amise[illegible] ab Austriis expugnata, Martersf-

Martersdorf, Kobelsdorf, Katzldorf, & Rechnicz: & Gunsium diu obsessum, vix in fide retinuerunt. Facta sunt anno nostræ Redemptionis 1290.

5 EVSTACHIVS & Laurentius fratrueles, floruerunt circa annum Salutis 1330. Qui diuisa ditione, Laurentius Marterdorf, Pfarrenstayn & Gunsium possederat: coniugemque habuerat Margaretam Ioannis baronis de Haselau filiam Austriacam: alter vero Eustachius beneficio Hungariæ regum, quibus militauerat, Eusnaburgum, Sopproniuum, & ad Drauum amnem Ankhenstayn, itemque in natali proprio solo Schvverczenpach castrum, ac Rechnicz oppidum tenebat.

6 PAVLVS, Nicolaus & Iohannes, cognati floruere circa annum Redemptionis nostræ 1360. Quorum Paulus in coniugio habebat Elisabetam, Alberonis domini de Pettendorf filiam, Austriacam, Caroli regis Hungariæ marescalcum, quem iudicem curiæ vocāt: Nicolaus vero vxorem habuerat, Thomę comitis de Pozyng & S. Georgio filiam: Ioannes vero vulgo à sede appellatus comes de Hoflyn, ex nescio qua coniuge Georgium comitem de Hoflyn progenuit.

7 PETRVS vulgo à sede sibi distincta, comes ab Antaw nominatus, Hungarica quoque appellatione Ciscus dictus, qui floruit circa annos Salutis nostræ 135 . ac Casparem filium progenuit: qui sine filiis moriturus, Paulo patrueli prædia sua ac pagos legauit. Cuius amita Margaretha nomine, primo Rudolpho de Stadekh, & exinde primo marito extincto, Vdalrico à Stubenberg nupta fuit.

8 HENRICVS ET IBAN, hoc nomine secundi in hac stirpe, quorum prior à castro cōstructo comes de Perustayn vocabatur, & agros quosdam haud procul à Neunkyrchen & Piestingo amne possidebat, à principibus Austriæ collata: Ibanus vero comes à Marrersdorf appellatus, cognominem filium reliquit, & filiam cuidam domino ab Erenuels Styrio collocatam.

9 PAVLVS ET NICOLAVS hac appellatione secundi, quorum Paulus Annam comitissam de Pozzinga ac sancto Georgio sibi desponsauerat, dotis illi loco cōcessis Schadendorf & Drausdorf, in finibus Soppronii sitis pagis. Nicolaus vero ære alieno pressus, multa pecunia à Iudæis per Nicolaum à Verchtenau liberatur. Floruit circa annum Domini 14 0.

10 PAVLVS, hoc nomine in stirpe ista tertius, ex Anna Iohannis à Pottēdorf reguli Austriaci filia, progenuit duas filias, Margarethā & Waldpurgim: à quibus Albertus dux Austriæ arcem Phorchtenstayn emerat, circa annum nostræ Redemptionis 1418.

11 IOANNES, hoc nomine secundus, legitur spopondisse pro domino Alberto à Pottendorf Austriaco barone, ratione aliquot mille aureorum.

12 WILHELMVS, is ducibus Austriæ impignorasse legitur Phorchtenstayn, Kobelsdorf, & Lansee, circa annum 1445. cuius vxor Anna Viennæ apud Augustinianos multa fundauit.

13 IOANNES ET EMERICVS duo fratres erant.

14 IOANNES, hoc nomine quartus, vulgo comes de Lokenhaus & Canischia appellatus. ab hoc Maximilianus Cæsar Phorchtenstayn tertium emit: atque vt à Sigismundo comite de Haga Neuburgensem ad OEni ripam comitatum compararit, auxilio fuit. Eratque sui generis postremus, vnica relicta filia, quam Thomas Nadastinus, Hungariæ satrapa, qui in finibus Austriæ agros habet, sibi desponsauit.

SEQVVNTVR ANTIQVIORES CARNORVM AC STYRORVM SATRAPÆ.

MARESCALCI A VVILDONIA, QVO nomine castrum adhuc ac Pagus visuntur infra Graczium Styriæ metropolim.

1 MENHARDVS ET HERRANDVS, floruere circa annos Domini 1120.

2 HEMVDVS, in literis a Lupoldo Austrio citatur de anno 1180.

3 HENRICVS, anno 1230.

4 LVTOLDVS, anno 1240. cuius filiam Albero à Kunryng Austriæ baro vxorem duxerat, Steyrekh castro dotis loco accepto.

5 HERRANDVS ET HARTNIDVS: quorum Herrandus circa annum Salutis MCCLXXVIII, legitur cum Chalocho ab Hymperch castri Weissenstayn apud Styros hæreditatem adusse.

6 HARTNIDVS, cum Friderico & Walsingo à Stubenberg Styriæ regulis in Alber-

tum primum Austriæ ducem, Rudolphi Cæsaris filium conspirauerat, circa annum millesimum ducentesimum nonagesimum nonum.

7 VDALRICVS, postremus sui generis, in viuis adhuc erat anno currente 1305.

MARESCALCI A PAETOVIONE, QVAE CIVItas adhuc ad Draui ripam superest, apud Styros Romana quondam celebris colonia, cuius Tacitus meminisse videtur, ab initio libr. 19. His VVildoniensibus extinctis, in marescalci munere, hoc est præfectura prætoriana perpetua apud Styrios successere, ac castra his in finibus habuere: Pætouiense intra vrbē, VVarmberg, Erenhausen, Fridavv, VVeyterfeld, Fraunhaym, Schvvumberg, VVeynekh, Holenburg, VVeynberg, Gleychenberg & Ankhenstayn. In quorum insignibus albis tria erant militaria vexilla equestria, rubro luteoque coloribus distincta, ac totidem cluis viridibus infixa. 10

1 FRIDERICVS, à Rudolpho Habsburgense Cæsare deuicto Ottocharo Bohemo, præfectus Styriæ constituitur, circa annum Domini 1288.

2 CHVNRADVS & Bernhardus, in cœnobio Minoritarum Viennæ sepulti cernuntur, annum circa 1303. & 1324.

3 HARDEGVS, auitam suorum domum auxit, accessione castrorum Igg & Weynekh: quæ ab Austriæ ducibus, ac Artenburgii comitibus compararunt, anno Domini 1341.

4 HARTELIVS, scribitur monasterium diui Pauli in Lauatall locupletasse, anno 1363.

5 FRIDERICVS, hoc nomine secundus, prælia aliquot dominii Erenhausen sancti Pauli cœnobio testatus est, anno 1363. 20

6 BERNHARDVS, suas filias, Annam Ioanni comiti à Schaunburg, & alteram Agnetem Lutoldo à Stubenberg nuptui dedit, anno currente 1441.

7 FRIDERICVS tertius & vltimus, cum ditionem auitam auxisset, Gleichnbergi, Weynbergi, Maydbergi ac Fraunhaym castrorum accessione, nobilem stirpem clausit: cuius tumulum apud Pætouionem, in Minorum cœnobio ipsi vidimus, vbi insignibus anchora cum dracone iunguntur: vt verisimile sit, hanc prosapiam à Stubenbergiis descendisse, iis præsertim qui Wurmbergum castrum in ditione habebant. Porro titulum marescalci per Styrios, Ioannes comes à Schaunburg ob vxorem Bernhardi filiam comparauit, ac ad posteros vna cum castro Weiterfeld transmisit. Ideoque & hodie Schaunburgenses Austriæ comites, Styriæ se marescalcos nominant. 30

MARESCALCI DE AVFENSTAYN, POTENtissimi Carinthiæ reguli, ibidem, excepto munere, feuda habuerunt à ducibus Carinthiæ siue Austriæ, Gutenstayn, Steburg, Schvvarzenpach, Rochberg, Dragburg, Gurnicz, Charlsperg, Veldkhirchn: & à patriarchis Aquileiensibus Gneczau, Treuen, VValdekh, VVyndischgracz, Buhenstayn. Huius marescalci erant hæ prærogatiuæ, quod curiales marescalci principum, ab eo facultatem accipiant, quod in bello, seditione & tumultu, prouinciæ principe absente, ad eum conueniatur, vexillaq; ducatus penes eum sint: qui nocentes & facinorosos queat morti condemnare, ita tamen, quod omnibus per Carinthiam iter agentibus saluum conductum præbeat, & alia huiuscemodi cum priuilegia, tum onera imposita. 40

1 CHVNRADVS, à Rudolpho Habsburgensi, quum Austriam cum vicinis regionibus in fidē accepisset, Carinthiæ præfectus gubernator constituitur: dominiumq; Seldenhouen ad Draui ripam, extincta familia, beneficio feudi accipit. Qui idem ab Hērico, Ottone & Ludouico, Carinthiæ ducibus, aduersus cōtumaces ac hostes suos comites Heymburgenses, Scherpfenbergios, Weissenekhios, dux exercitus cōstitutus, illos non solum vicit, sed quosdam insuper comprehendit, anno currente à nato Christo 1307.

2 FRIDERICVS, is cœnobium apud sanctum Vitum ciuitatē Carinthiæ fundauit, quod sanctam Claram cognominant.

3 FRIDERICVS postremus, cum aduersus Austriæ principes conspirasset, incidit crimen læsæ maiestatis, quod Albertus dux Rudolpho, baroni cuidam de Liechtenstayn à Murau contulit, anno currente M. CCC. XCVI. 50

MARESCALCI DE PRAGA, EX BOHEMIA IN Carinthiam migrarunt, vbi post obitum dominorum de Auffenstayn, quibus sanguinis erant vinculo iuncti, marescalci munus impetrarunt: deinceps à ducibus Austriæ feudis accumulati, & in Austriam peruenerunt, vbi adhuc manent. Porro quæ in Carinthia possidebant, Drugsen, VVolfsekh, & Schonekh, diuendita, in finibus vtriusque Austriæ, compararunt VVeytra, VVyndhag, Arbing & Ratenstayn: quorum Genealogia sic habet.

1 FRIDERICVS, vixit circa annos Domini 1460.

2 FRAN-

2 FRANCISCVS, legitur apud Carnos possedisse Oberdrugsen, Presberg, & Saanekh, circa annum 1490.

3 ERASMVS, is primus ex Carinthia in Austriam concesserat, constitutus à Friderico tertio Imperatore præfectus Austriæ super Anisum, vbi & feuda in Machlandia comparauit, Wyndhag, Arburg, & alia.

4 LADISLAVS, emit Weytram oppidum in finibus vtriusque Austriæ, ab Henrico comite de Hardekh, Maximiliano imperante.

5 LADISLAVS, Andreas & Christophorus, floruerunt nostra tempestate, & florent adhuc.

MARESCALCI ET CAMERARII DE LIECHtenstayn, & Muravv, vtrumque munus possederunt in Carnis: quorum memorantur,

1 DIETMARVS, camerarius de Liechtenstayn & Muravv, citatur in literis de anno Salutis nostræ 1200.

2 HENRICVS, Rudolphi Habsburgensis Cęsaris in bello aduersus Ottocharum Bohemum vexillifer.

3 OTTO, anno Domini floruit 1304, vt istud diploma demõstrat: Ego Otto de Liechtenstayn, camerarius Styriæ, scire cupio præsentium quoslibet auditores, qui honesto viro
20 Ottacharo de Geula, bona si qua habet in Spilbergh, in Mæsbiah, apud aquam Vndreb, quorum collatio ex antiquo per prædecessores meos, ad me directo dominio noscitur pertinere, ipsi Ottocharo prædicto iure contuli feudali perpetuo possidenda pacifice & quiete. Insuper ipse Ottocharus, in Pourendorf duos mansos, quandoque dominum Mangoldum iure proprietatis respicientes, sua pecunia comparauit, quorum proprietatem mihi prædictus Ottocharus exhibuit, motus libera facultate. Quæ bona prædicta omnia, voluntarius resignauit, petens omni instantia & affectu, quatenus ipsa bona, libere & voluntarie resignata, dilectæ cõthorali suæ, dominæ Elisabeth, & ipsorum hæredibus sexus vtriusque, conferrem titulo feudali. Quod feci, ad præfati Ottochari & amicorum suorum mihi fidelium instantiam specialem, dans sibi suisque hæredibus hanc literam in testimonium super
30 eo, sigilli mei munimine roboratam. Actum in Iudenburgh: anno Domini 1304. feria sexta, in die beati Georgii martyris.

4 VDALRICVS, anno 1320.

5 NICOLAVS, anno floruit 1374, & Vdalricus capitaneus Fripacensis, circa annum Salutis nostræ MCCCLXXXVII.

6 BERNHARDVS, egit præfectum Styriæ, quem Marescalcum vocant, anno Salutis MCCCCXLVIII.

CAMERARII DE AVRSPERG, APVD CARNOS, qui hodie Carniolani vocantur ab Aurupono, Romano quondam municipio, de quo egimus in Republi-
40 *ca Romana commentarius nostris: sub quorum ditione fuerant castra apud Carniolanos præcipue Vuldenburg, Schemburg, Polan, Panykhel, Dresin, & Vattsch. Compararunt & in Austria Purkstall castrum, ad Erlaphum amnem.*

1 ENGELBERTVS, floruit circa annum Domini 1217. qui Carolo, Ruperto, ac Alberto de Laas vendidit Weyniez, Reifniez & Staidrofiez.

2 OTTO, claruit anno 1296 habebatque in matrimonio Offniam quandam.

3 GERLACVS, cum filio Wilhelmo, anno 1317.

4 WOLFGERVS & Hervvardus, ab Ortenburgii comitibus multa feuda impetrarunt, circa annum nostræ Redemptionis 1329.

5 PETRVS, Fridericus & Wilhelmus, claruerunt annum circa 1340. quorum Wil-
50 helmus captus est à Menhardo comite Goricensi, anno 1369.

6 ORTOLPHVS, & Hervvardus: quorum Ortolphus in matrimonio habuerat Catharinam Vdalrici ab Alben filiam, annum circa MCCCCIX. qui legitur Ioanni & Paulo comitibus à Crupa vendidisse castrum Werd. Hervvardus vero, filius Wilhelmi superioris fuerat.

7 ANDREAS & Georgius, literis subscripsere de anno Domini 1416.

9 PANGRATIVS & Volchardus, anno 1430.

9 ENGELHARDVS, Herbodus, Wilhelmus, Georgius & Wolfgerus, circa annos claruerunt, à relata salute 1490. quorum Wilhelmus a dictis domui auitæ castris ac dominiis Ruersperg, Praytenbach, Dranfeld & Pachor, circa annum Domini præfectum Car-

niolæ egit 1484. Engelhardus vero præsidio Naſſenfels caſtro, ab Auſtriç principib⁹ imponitur. Prçterea Wolfgerus, cum vxorẽ Auſtriacam duxiſſet, Eliſabetam Synczendorferyn, circa annos Domini 1494, in Auſtria Syedẽdorf & Obernweida poſſidere cœpit. Georgius deniq; quod latrocinii accuſaretur, Graczium Styriæ metropolim vocatus ab Erneſto duce, ibiq; cuſtodiæ mancipatus, non ante dimiſſus eſt, quam Schomberg caſtro cederet.

10 IOANNES, cui Maximilianus Imperator Flednikh, & alia in Styria loca conceſſerat.

11 IOANNES ſecundus, interfuit obſidioni Viennenſi circa annum Domini M. D. XXIX.

12 ERASMVS, Georgius, Traianus, & noſtra tempeſtate belli & pacis ſtudiis claruerunt. 10

PINCERNAE A STVBENBERG, QVI POSTEA cognatis ſuis dominis à Capenberg & Potaun Mareſcalcis extinctis, feudo à ducibus Auſtriæ impetrarunt Kapſenberg, Marekh, Erenhauſen, Wurmberg, Stubekh. Iidem Artenburgenſibus comitibus deficientibus, in Carinthia ducum Auſtriæ beneficio impetrarunt Fraunburg, Holenburg, Gutenburg, Ptograd, Keſtnykh, Hosbach, Kacz & Treſſen. Quorum vaſalli leguntur fuiſſe apud Styros, Stadavver, Moſſkyrcher, Prodlekher, Mayſſen & Iudeln.

1 VBO WYNTHER de Stubenberg, miles, literis citatur inter teſtes cum Berengario de Talbergh, Wulfingo ac Theodorico de Vridberg, ac Gundelocho de Varane, de anno incarnationis Domini 1114. 20

2 OTTO & Burcardus, anno 1130.

3 RVELANDVS & Wulfingus circa annum ſalutis noſtræ floruerunt 1130.

4 FRIDERICVS & Vdalricus, claruerunt circa annum Domini 1200. quorum primus, Fridericum ſecundum & Wulfingum filios habuit: & Vdalricus, ſecundum Vdalricum: qui vixit adhuc anno currente 1270.

5 WVLFINGVS, Albertus & Otto, quorum erat Wulfingus Friderici filius, & in matrimonio habuit Eliſabetam Hermanni comitis Artenburgiæ filiam, circa annum 1237. Ex qua Vdalricus & Henricus nati ſunt, qui in Annalibus leguntur, Alberto Auſtriæ duci primo bellum gerenti aduerſus comites Guſsragenſes, auxilium tuliſſe. 30

6 VDALRICVS quartus, Wulfingus tertius, & Algogus, circa annos Domini claruerunt 1314. Quorum Wulfingus in epiſcopum Babenbergenſem conſecratus eſt, anno Salutis 1319. Vdalricus vero ab Alberto antiſtite Salisburgenſe obtinuit feudo Nidervveſt & Lakh. qui aulicus quoq; fuerat Rudolphi quarti, anno labente 1360. Algogus deniq;, Artenburgenſium dono comparauit in Carinthia, Kieſtnikh.

7 WVLFINGVS quartus, Ortolphus, & Fridericus tertius imperante Alberto primo Auſtriaco, in Carnis & Styris rerum potiti ſunt, circa annos Salutis 1314. Quorum Fridericus apud Carnos cum amplam ditionem comparaſſet, haberetq; Gruenperg, Cheurperg, & Sattendorf, Alberto primo duci Auſtriæ Rudolphi Cæſaris filio obſequium detrectans, vna cum dominis à Wildouia, Scherpfenberga, Weyſſeneck, S. Petro comitibuſque Haynburgenſibus in Auſtriacos conſpirauit. In qua tragœdia captus, dum iter faceret Graczium ad fratrem ſuum Wulfingum, qui Styriæ præfectum agebat, diu in cuſtodia Auſtriaca detinetur, ex qua, multis conuentibus habitis, ægre auxilio præſulum Salisburgenſium & Gurcenſium liberatus, Auſtriç principibus reddere cogebatur, quæ malo titulo poſſidebat, Gutemberg & Kacz. 40

8 ALBERTVS, Otto, Vdalricus & Ioannes, in diplomatibus ſancti Lamberti Carinthiæ cœnobii memorantur, anno MCCCXXX.

9 FRIDERICVS hoc nomine quartus, & Wulfingus quintus, fuere aulici Rudolphi ducis Auſtriæ cognomento Fundatoris, circa annum redemptionis noſtræ milleſimum treceenteſimum ſexageſimum. 50

10 ANDREAS, Otto & Lutoldus, circa annum Domini floruere 1380. quorum Andreas in matrimonio habuit Annam à Liechtenſtein, Otto Eliſabetam à Tyrſteyn, & poſt hanc Margaretham Stugh de Trautmanſdorf. Habuit & Andreas Camorienſem marchioniſſam Italam.

11 WOLFGANGVS & Chriſtophorus, claruere circa annos Domini 1400. quorum Chriſtophori filia nupſit Chriſtophoro comiti de Corbaw Croatæ, circa annum Salutis MCCCCXXX.

12 LVTOLDVS ſecundus, & Ioannes tertius, annis labentibus à nato Chriſto 1460. ad famam venere. quorum Lutoldus egit præfectum Styriæ, circa annum 1453. Ioannes vero in ma-

in matrimonio habuit Elisabetam à Puecham, & castrum Wurmberg possederat, anno M. CCCCLXXIV. Lutoldus præterea duas habuit in matrimonio claras fœminas: primam Agnetem à Pætouione, ratione cuius matrimonii Wurmberg dominium in Stubenbergiorum prosapiam transtulit. Secundam duxit Vrsulam Dietuigi ab Emerberg filiam, cum dote dominiorum Klegg ac Halbenrayn castrorum, ex qua Fridericum suscepit quintum.

13 IACOBVS, Georgius, Andreas secundus, & Ioannes quartus, imperante item Friderico tertio Cæsare, floruere: contra quem etiā conspirauit, authore Friderico iuniore de Stubenbergh, hoc nomine quinto: qui & Fraunburg castrū Mathiæ Hungariæ regi vltro 10 tradidit, vt suam iuuaret factionem. Ex his & Ioannes in coniugio habebat filiam Andreæ Pamkyrcher, domini à Slanyng filiam, fatalis Friderici tertii Imperatoris hostis, cum quo in Austriacos eo promptius conspirauit. Captus est tamen vterque, ac Andreas Graczii capite plectitur: Stubenbergius vero priuatur dominiis Rakhasp urg, Schvvambergh, Holenburg, Hespach & Gayslarn.

14 WOLFGANGVS secundus, & Thomas, imperante Maximiliano floruerunt: quorum partitis dominiis, Thomas, qui in Stubenbergio, Murekhio ac Wurmbergio habitabar, filios progenuit Georgium, Ottonem, Andream, & duos Balthasaros: alterum canonicum Salisburgensem, & alterum qui nostra rēpestate filios progenuit, qui sequūtur. Wolfgangus vero in Kapfenbergio Styriæ, & Fraunbergo Carinthiæ se tenebat.

20 15 BALTHASAR, filios procreauit Balthasarem tertium, Ambrosium, Gasparum, & Franciscum: qui nostra memoria in Wurmbergio administrabant.

16 WOLFGANGVS tertius, & Ioannes quintus, filii Wolfgangi secundi fuerunt, quorum Ioanne immature abrepto, Wolfgāgus solus in dominiis Kapfenberga, Murekh, Erenhausen, & Fraunburg superstes, cum debita quæ parens magna contraxerat soluisset, parcissime ac simplicissime se agens, magnas diuitias congessit: amplissimoq; in Bohemia dominio coempto, ex coniuge Deufenbacherina, filios progenuit, quos ętas adhuc nostra habet, Ioannem, Wolfgangum, Fridericum, Iacobum, &c.

PINCERNAE DE OSTERWICZ, IN
30 *Carnis possidebant Reynekh, Osterwicz, Mosburg, Vipach, & Lueg.*

1 HARDMANNVS, citatur in fundatione Scotensis apud Viennam ciuitatem cœnobii, de anno 1158.

2 REINHERVS, floruit circa annum Salutis 1330.

3 HERMANNVS, Nicolaus & Ioannes, circa annum Salutis millesimum trecentesimum sexagesimum secundum, à patriarchis Aquileiensibus & Artenburgii comitibus feudo acceperunt Wipach & Mosburg castra.

4 GREGORIVS, pincerna de Osterwicz, egit antistitem Salisburgensem, circa annum Salutis 1370.

40 5 NICOLAVS, pincerna de Osterwicz, accepit à Ioanne Gurcense comite in beneficium, Mosburg castrum, anno currente 1390.

6 VDALRICVS, egit Carnioliæ præfectum, circa annum Domini 1428.

7 IODOCVS pincerna de Osterwicz, floruit circa annum Salutis 1459.

8 WILHELMVS, is vendidit Vitring cœnobio, villam Landschach, anno labente MCCCCLXIX. Cæterum deficiente hac stirpe, titulum pincernarum Diethrichstayn nobiles, modo barones, in Carnis impetrarunt, vna cum dominiis Wyokhenstayn & Holenburg, circa annum MDXV.

PINCERNAE A TROIA ET
50 *Montparis.*

1 ALBERTVS à Troia, patriarchatus Aquileiensis pincerna, quem vocant, hæreditarius: floruit circa annum Salutis nostræ 1280.

2 OTTO, dominus à Troia & Montparis, sub Ottobone patriarcha, circa annum Salutis MCCC.

3 VDALRICVS & Henricus anno 1360. quo tempore & cognati illorum Hermannus & Vdalricus à Belligracz in viuis erant, & post hos Riedlinus: & qui postremi sui generis circa annos Domini 1400 claruere, Rudolphus & Ioannes.

DAPIFERI DE EMERBERG, APVD STYROS in finibus Austriæ celebres, quorum origo hæc esse perhibetur. In monte vbi nunc castrum Emerberg visitur, sacellum quondam fuerat, vbi æditu us filium eximiæ formæ progenuerat. qui cum vrnas forte è ciuitate quam Nouam vocant (vbi tum dux regiam tenuerat) vt puteus persiceretur, ad patrem deferret, visus eo in itinere à duce, & in amorem raptus, detentus denique, liberaliter in aula tam diu educatur, donec postremo & prædiis & insignibus auctus, arcem illam posset extruere, vbi pater æditnus sacelli curam gesserat. Hic non sine inuidia nobilitatis, cum sedem fixisset, à duce. præterea suffragante Imperatore, Dapiferi munus per Styriam, & noua ab euentu picta insignia comparauit, auream videlicet vrnam in cælestino clypeo. Cuius posteri fuere, qui sequuntur.

1 ALBERTVS, Alberto Austriæ archiduci huius nominis primo legitur auxilio fuisse aduersus comites Haymburgenses, in Carinthia, circa annum Salutis MCCLVI.

2 BERCHTOLDVS, à Rudolpho Cęsare in bello aduersus Ottocharum dux electus, in eo munere cum gnauiter rem gessisset, & à filio Rudolphi Alberto primo duce Austriæ continuatus, Henricũ & Ibonem comites Gussingenses cõpescuit: eorumque comitum castra ac oppida expugnata, Austriæ adiecit, Marterssdorf, Kobolsdorf, & Ekendorf.

3 ALBERO, floruit circa annum Salutis 1314.

4 ALBERTVS secundus, & Dietegus, Klegk leguntur dominium in Styria inferiori possedisse, anno currente à nato Christo 1380.

5 FRIDERICVS, & Dietegus secundus, possidebant in Styria inferiori Halbenrayn & Perchtelstayn anno Redemptionis nostræ 1408.

6 THEODERICVS & Dietingus, floruere circa annum Salutis 1420.

7 DIETEGVS tertius, & suæ familiæ postremus, ex filia Gaspari a Lymberg filiã suscepit, quam Lutoldus à Stubenberg coniugem duxerat: qui castra ac ditionem in Styria comparauit. arcem vero Emerberg prope Nouam Austriæ ciuitatem, duces Austriæ Wolfenreuter equestris generis nobili prosapiæ feudo contulere. in qua ordine successere, Lutoldus, Albertus, Wolfgangus, qui vxorem habuerat Annam Aspanyn: Vilhelmus, cui se Æmylia à Kunsperg coniunxerat: Honorius & Georgius, quos ætas nostra habuit: tenetq; adhuc castrum Emerberg, Georgii filia, Erasmo domino à Scherpfenberg iuncta.

DOMINI DE STYRA ET BERNECK, VETVstissimi apud Styros, ab eodemque fonte, quo principes Styriæ descendentes, eademque insignia vsurpantes, coloribus modo mutatis. nigram enim pantheram ferebant. Multa castra oppidaque in Styria, & ipsum pariter Graczium. quæ hodie metropolis est, possedisse dignoscuntur. Superest adhuc arx hoc nomine in ea ripa Muræ amnis, qua ex Prukh ducis Graczium.

1 GVNDOCCARVS & Dietmarus, circa annum Domini claruerunt 1100. vulgo in literis de Gracz nominati.

2 OTTOCCARVS & Ortolphus, in diplomatibus quoque à Gracz nomina præferentes, vixerunt anno currente à nato Saluatore 1140.

3 GVNDOCCARVS & Dietmarus, circa annos Domini ad famam venerant 1170. quorum primus Berner de Styra, secundus de Gracz, in literis nuncupatur.

4 GVNDOCCARVS tertius hoc nomine, subscripsit literis de anno Domini MCC.

5 GVNDOCCARVS quartus, Wezilo, Imfridus, & Dietmarus, appellati Steyrer de Bernekh, floruerũt circa annos Salutis, quibus testes citantur passim in diplomatibus, 12[illegible].

6 GVNDOCCARVS quintus, Chunradus & Hẽricus, in literis citantur de anno Domini 13[illegible]0. quorum Gundoccarus Otelium progenuerat.

7 GVNDOCCARVS sextus, Otto, Ioannes, & Erasmus, vixerunt anno labente à nato Saluatore 1330.

8 OTTO, Riedlinus, Rudolphus & Martinus, claruerunt circa annos Salutis 1380. Quorum Otto filiam Nicolai pincernæ de Ofterwicz in matrimonio habebat, & ex ea filiam progenuerat, locatam Ioanni Gayler. Riedlinus vero ex Anna Friderici ab Hornekh nata, filiam Catharinam suscepit, Ioanni domino à Wynden collocatam. Rudolphus præterea Styriæ præfectum egit, & in coniugẽ nactus erat Catharinam filiam Bernhardi Streyn[illegible]. Martinus denique, Steyrer de Bernekh nomenclatura, testis introducitur à Frid[illegible] episcopo Seccouiensi, in literis de anno Domini 1396.

9 ERASMVS, Ioannes, Benedictus, Georgius, Wilhelmus, Dietfandus & Ortol[illegible] currente anno à reparata Salute claruerunt 1400. Quorũ [illegible] habuit coniugem fi[illegible] Iuliu[illegible]

Ioannis à Stubēberg, Erasmus filiam suam Wernhero Streyn vxorem dederat. Ortolphus præterea in coniugio habuerat Margaretham Vngnadyn, & Lutenberg castrum possederat: Wilhelmus deniq; Styriæ ducatus præfectum prætorio egit, anno currente 1420. Horum soror Catharina, Friderico de Reyttenberg nupta fuit.

10 IOANNES, Vdalricus, Matthæus & Theodericus, circa annos Salutis floruere 144 Quorum Ioannes, filius Ioannis superioris, in coniugio fertur habuisse Catharinam, filiam Friderici a Reyttenberg: & Sayhenberg possederat.

11 WILHELMVS & Henricus, quorum Wilhelmus tres habuerat vxores: primo, filiam domini Vdalrici Starenberg: secundo Adelhaidem Thomæ comitis à Corbau filiam, Croatam: tertio denique natam domini camerarii à Liechtenstayn. Ex quibus reliquit Wilhelmum quartum, & binas filias: Wandalam coniugem Wolfgangi de Wynden, & Barbaram Georgii Dichtemberger, quæ postea nupsit Volkardo ab Aursperg. Erat autem Wilhelmus præfectus aulæ apud Fridericum tertium, quem magistrum curiæ vocant. & Henricus in reconciliandis Ioanne à Stubenberg & Andrea Pamkhircher, apud Fridericum Imperatorem Austriæ & Styriæ ducem intercessit, circa annos Salutis 146 .

12 WOLFGANGVS, & Wilhelmus hoc nomine tertius, floruerunt eodem pene tempore quo superiores: nisi quod Wilhelmus, Wilhelmi secundi filius erat, qui ex Osanna coniuge, Wilhelmum quartum, Matthæum secundum, Bartholomæum, Stephanum & Sebastianum progenuit: & duas filias Hedvvigen videlicet, Thomæ comiti de sancto Georgio nuptam, & Richardam, Ioanni Vngnad desponsatam, circa annos Salutis M. CCCC. XLIII.

13 WILHELMVS quartus hoc nomine ex Beatrice coniuge duas modo filias reliquit, Mariam & Magdalenam, sui generis postremam, Christophoro à Rakhnicz nuptam, & matrem Mauritii à Rakhnicz, quem nostra ætate Ferdinandus rex, baronum Styriæ numero, subselhisque inseruit.

DOMINI AB HOHENBERG, PRINCIPVM quondam Styriæ cognati, vtpote quod & ipsi à comitibus de Styra, quemadmodum & Bernekhti & Losenstaynu, descendebãt, pantheraque insigne, alba tamen, in armis gentilitiis vsurpabant: in nigro tamen clypeo, tum viridem principes ac comites haberent. Superest castrum adhuc in finibus Styriæ & Austriæ hoc nomine, Quin illorum fuerat & dominium VVolfgersdorf, in Austria vlteriori, quod postea principes Austriæ emerunt, & xenodochio Viennensi, quod regium vocant, Ferdinandus pijssimus rex, eiusdemque M. coniunx deuotissima (cuius anima Deo, dubio procul, viuit) consecrarunt atque addixerunt.

1 OTTO, Gotofridus, & Herrandus, ab Ottocharo secundo marchione Styriæ in confirmatione cœnobii sancti Lamperti testes introducuntur, de anno Salutis millesimo centesimo.

2 LEOPOLDVS & Henricus in diplomatibus sancti Lamperti monasterii, à principibus Styriæ cognatis commemorantur, de anno Salutis 1166.

3 BERCHTOLDVS, à Friderico secundo Imperatore in diplomatibus Styriensibus citantur, de anno Salutis 1248.

4 FRIDERICVS, sepelitur in cœnobio Lilienfeld, sub titulo comitis, de anno M. CC. LXXX. Quo tempore floruit & Burcardus de Hohenberg, citatus in literis de anno M CC LXXVII.

5 DIETMARVS, floruit anno Domini M CCXC.

6 FRIDERICVS & Stephanus, circa annos Redemptionis nostræ, & post, 1300.

7 IOANNES & Leonhardus, circa annos M CCCXXX.

8 WOLFGANGVS, Ioannes & Stephanus, circa annos M CCCLX.

9 FRIDERICVS, Cunradus & Theodoricus, circa annos reparatæ salutis 1400.

10 IOANNES, Stephanus & Fridericus, floruerunt post ea tempora.

11 IOANNES, imperante Friderico tertio claruit: à quo is Wolfgersdorf dominium emit.

12 ERASMVS, imperante Maximiliano postremus nobilissimæ stirpis suæ floruit, vnica modo relicta filia, quam Wilhelmus à Roggendorf iunior, Austriæ regulus, vxorem duxit. atque is arcem Hohenbergensem, cum ditione, Sebaldo Pogl a Reiffenstayn & Arberg, Styriensi satrapæ, vendidit.

DOMINI A SCHERPFENBERG, QVI LATE patentem quondam in Draui ripa vlteriori ditionem habebant, extinctisque comitibus à Marchburg, dominis a Troia, Montparys & Billigracz, cognatis nimirum, & proximo sanguine iunctis, Marchburgum ciuitatē, Landtrost, Treuen, Troiam, Montparys & Billigracz, arces ac dominia amplissima, aliaq; pleraque possidebant: tam potentes, vt Carinthiæ principes, Austriaque duces ad arma prouocare non veriti sint. à quibus in ordinem redacti, & cum feudorum iura per hanc contumaciam amisissent, ab his translati sunt in Styriam superiorem, atque Austriam supra Anisum amnem, vbi tenent adhuc Hohenvvang, Rotengruob, Spilbergh & Ort in lacu Trunæ vulgo Gmundnersee. *Supersunt adhuc, ac vulgo deprauato vocabulo, domini à Schaffienberg cognominantur.*

1 WILHELMVS, conspirauit in Maynhardum, eiusque filium Henricum, duces Carinthiæ, atque aduersus hos bellum gessit, auxiliantibus dominis a Weissenech, & comitibus de Haymburgh. In quo bello, cum Albertus huc nomine primus, dux Austriæ, sororio suo duci Carinthiæ suppetias tulisset, se Scharpfenbergii & Austriaci hostes declarauere, anno labente à nato Christo 1280.

2 HVGO, anno Salutis 1326, successit in Henrici domini a Montparys Carniolani bona, vt auunculi sui. Cuius filia Anna, ab Hardegune de Pætouione tutore, Petro a Liebenberg in matrimonium collocatur.

3 HERTLINVS, floruit circa annos Salutis nostræ 1350.

4 RVDOLPHVS, possederat Rukhnstayn, circa annum 1340.

5 WILHELMVS, Vdalricus, Georgius & Cholinus: quorum Vdalricus controuersiam diuturnā habuerat cum Hardegone, domino de Pætouione, quæ arbitrio ac iudice domino Vdalrico a Wallsee finita est. Cholinus præterea castra Pukhnstayn & Preßekh possederat, atq; Ioannē à Liechtēstayn ceperat. vincitur postremo à Friderico a Reutēberg in singulari certamine, proscriptus ea propter ob alia quoque delicta, præcipue q; conspirationem nouam excitasset. priuatur castris apud Styrios & Carnos sitis, & alio transfertur.

6 BVRCARDVS & Wilhelmus circa annos Salutis claruere 1400. quorum primus præfectum Austriæ supra Anisum egerat, anno currente 1428. Wilhelmus vero cum Salisburgensem præsulem ac Kunigspergios in odium vocasset, ac à Ioanne Dapifero a Vualdburg certamen singulare exigeret, multaque turbaret, capitur a Lupoldo Austriæ duce, & in libera custodia multo tempore Viennæ ac Marchburgi detinetur: donec Friderico comite ab Artenburg, Hermanno comite Ciliensi, & Haydenricho à Meyssau potentissimo Austriæ regulo, intercedentibus, in libertatem adsertus, cedere tamen castris suis in Carnis coactus est, ac Marchburgi præfectura contentus viuere.

7 BERNHARDVS, egit præfectum Austriæ superioris, circa annum Salutis nostræ 1479. ibidemque ob fidelem nauatam operam in bello Hungarico cōtra Mathiam regem, à Friderico tertio Imperatore donatur castro Stareberga.

8 IOANNES & Christophorus, impetrarunt a Maximiliano, alter in Styria Hohenbang & Gallemberg, alter in Austria superiori Spilberg arcem in Danubii insula sitam.

9 WOLFGANGVS, à Ferdinando rege & Austriæ archiduce præfectus prætorio inferiorum Austriæ prouinciarum constituitur, quem Locumtenentem vocant. Reliquit duos filios, qui adhuc viuunt: Vdalricum habitantem in Hohenvvango, & Erasmum in Rotengruob ac Emerberg.

10 EVSTACHIVS frater Vuolfgangi, in Austria superiori Spilberg ac Ort castrum in Trunæ lacu possederat.

DOMINI A VVETSSENECK CARNI POtentissimi quondam reguli, vt duces etiam tentare bello veriti non fuerint.

1 WVLPHINGVS, circa annum nostræ Redemptionis diplomatibus subscripserat millesimum centesimum vigesimum.

2 THEODERICVS, circa annum incarnationis Domini 1260, Styriensem principatum ad Hungaros transtulerat, aduersus Ottocharum Bohemiæ regem.

3 OTTO, legitur fuisse in coniuratione cum comitibus Haymburgēsibus Scherpfenbergiis & Stubenbergiis, aduersus Henricum, Ludouicum & Ottonem duces Carinthiæ, & qui illis vt sororius suppetias tulerat, Albertum Austriæ archiducem, circa annum Domini 1284. captus ad postremum a Carentano duce, Rabenstayn & Silberckh castris [illegible]tur, anno à nato Christo currente, MCCCVIII.

4 ORTOLPHVS, archiepiscopum Salisburgensem egit, anno reparatæ Salutis 13[illegible]

5 GOTO-

5 GOTOFRIDVS, ex parocho in Prukh, eligitur in præsulem Patauiensem, anno Domini 1360.

6 DIETMARVS, Otto secundus, & Hartnidus, claruerunt in hac stirpe, anno M.CCC.LX. quorum Dietmarus filiam Rudolphi à Scharpfenberg in matrimonio habuerat: Hartnidus vero, ab Henrico, Vdalrico & Friderico fratribus de Walsee, feuda multa impetrauerat.

7 HARTNIDVS secundus, Wilhelmus & Georgius, fidelem Austriæ principibus operam in bello Taruisiano nauarunt, anno labente 1366.

8 HARTELIVS & Rudolphus, claruere circa annum Domini 1380.

10 9 OTTO tertius, floruit annum circa 1400.

10 GEORGIVS anno 1500.

DOMINI A SELDENHOVEN, QVO NOmine adhuc arx superest haud procul à Marghburgo, ad ipsam Draui ripam.

1 COLINVS, Friderici ac Henrici comitum Artenburgensium vasallus, claruit circa annum Domini 1250.

2 COLINVS secundus, ab Alberto primo Habsburgensis prosapiæ Austriæ principe, Styriæ ducatui præficitur, anno redemptionis nostræ M CCC.

20 3 COLINVS, hoc nomine tertius, Elisabetam vnicam filiam reliquit, quam Chunradus ab Auffenstayn Carinthiæ marescalcus, cum magna dominii portione coniugē impetrauerat circa annum M CCCXX. Ab his, ad Cilienses comites Seldenhouen dominium, & ab his ad Austriacos deuolutum est. Fit autem & Hultæ à Seldenhouen mentio in diplomatibus sancti Pauli apud Carnos.

DOMINI DE NEWENHAVS, Carni.

1 FRIDERICVS, Eberhardus & Albero, floruere circa annum Domini 1340.

2 MICHAEL & Thomas, anno 1360.

30 3 IOANNES & Henricus, cum filio cognomine, ad famam venerunt anno 1380. Ex quibus credendum est, veluti etiam Pragenses ac Werspriacenses in Bohemiam transmigrasse, vbi in hanc vsque diem potentes reguli manent.

4 MAYNHARDVS, circa annum Domini M.CCCC.XXXVIIII. ab Alberto rege Hungariæ & Bohemiæ, Austriæ archiduce, feuda quædam accepit, & castri Pragensis præfectum egit.

5 SIGISMVNDVS, in Carinthia manserat, & telonium in Clegenfurt possederat, circa annum Domini M CCCC XLVII. Porro stemma quod in Bohemiam transmigrauit, manet adhuc.

DOMINI A CARENG, CARNI, QVI HODIE 40 *in Bohemia regno potentes reguli sunt, quo ex Carnis cum Henrico duce transmigrauerant, & vulgo corrupte barones à Creyt nominãtur. Porro haud procul à sancto Vito ciuitate Carinthiæ, extat hoc nomine castrum, vbi huius nobilissima prosapia propago adhuc manet, in homine tamen mentis inope. Possidebant vero in tractu Carinthia hi barones & alias arces, videlicet Landstayn. Schonstayn, Kaczanstayn, Blumenstayn, & Sunekh.*

1 ORTOLPHVS, floruit anno Salutis 1282. qui legitur Vdalrico comiti Haymburgensi vendidisse Ekenstayn & Savviktall.

2 CHVNRADVS, præfuit Carinthiæ ducatui nomine Austriacorum, circa annum Domini 1350. Qui ab Eberhardo & Lucio comitibus à Lymbdavv, & Goricensi episcopo 50 Blumenstayn comparauerat castrum, anno à nato Christo currente 1380. Qui ex baronissa ab Erenuels cognominem filium progenuit.

3 CHVNRADVS secundus, filius superioris, & ipse præfectum Carinthiæ egit, circa annum 1429. habitabat autem in Landstayn.

4 LVPOLDVS & Andreas, eadem pene ætate, qua Chunradus, floruere: & habitauere in Sunekh, Kaczenstayn, & Schonstayn.

5 IOHANNES & Wolfgangus, leguntur camerarii & dapiferi Carinthiæ fuisse, annum circa 1450, quorum Wolfgangum primum transmigrasse in Bohemiam credendum est: vbi hac nostra tempestate, & hoc anno, quo hęc scribimus, clarent, præfectus castri Pragensis Ernestus, & Wolfgangus cum filiis suis.

DOMINI A WETSBRIACH, APVD CARnos quondam celebres, qui hodie in Austria late patentem ditionem obtinent, videlicet Pfartenstayn, Ferream ciuitatem, & Gundersdorf, comitum ordini asscripti à Ferdinando Romanorum Hungariæque rege, Austriæ archiduce. Porro Weißpriach castrum in Carinthia adhuc superest, haud procul à Villaco.

1 ACHATIVS & Henricus, Artenburgensium comitum vasalli fuerant, à quibus Gefiess castrum feudo habebant, circa annum 1365.

2 RVDOLPHVS, Ioannes & Vdalricus: quorum Vdalricus, qui in Altenhouen habitabat, duas legitur habuisse vxores. primam Luciani Vngnadyn, circa annum MCCCCX. secundam vero Margaretham à Wildekh, anno salutis MCCCCXXIX. quorum intercessione matrimoniorum, Vynkenstayn & Wildekh castra ac dominia consecutus, stirpi suæ adiecit.

3 BVRCARDVS, possederat in Carnis Greifenfels, Veistricz & Gumpazdorf, circa annum Salutis nostræ 1430.

4 CHRISTOPHORVS & Andreas, quorum Christophorus legitur possedisse in Carnis Weytenstayn & Gutenstayn, circa annum nostræ Redemptionis millesimum CCCCLXXXVIII.

5 VDALRICVS tertius, à Friderico Imperatore tertio præfectus Carinthiæ constituitur, anno currente à nato Christo 1400.

6 ANDREAS, à Friderico tertio Imperatore, Iudeburgo ciuitati, ac castro Veilēstayn præficitur, anno Domini 149[illegible] etsi ad Mathiam Hungariæ regem postremo defecisset. reliquit duos filios, Burcardum & Nicolaum.

7 BVRCARDVS, hoc nomine secundus in hac stirpe duos filios progenuit, Burcardum tertium, & Sigismundum.

8 NICOLAVS hoc nomine secundus, ex coniuge quadam à Freyberg Ioannem progenuit. Is rursus ex Benigna à Volkhesdorf, Nicolaum tertium & Vdalricum quartum procreauit, & Christophorum, qui omnes filias reliquere: Nicolaus quartus tres quidem, nuptas Elramo Bauaro, Lynibergio, & cuidam Heugspacher. Vdalrici quoq; filiæ totidem collocantur, prima Georgio Lamberger, secunda Keuenhuler, & tertia cuidam Rorbekh. Christophorus deniq; ex Beatrice à Liechtenstayn duas tulerat filias, vnam nuptam domino à Pottenprun, & alteram cuidam Gaysrukher.

9 SIGISMVNDVS 2. hoc nomine, filius Burchardi secundi, cum fratre Burchardo tertio, archiepiscopo Salisburgensi, ex coniuge Schvveynpekhyn, tres filios progenuerat: Andream, Balthasarem, & Vdalricum quintum.

10 VDALRICVS quintus hoc nomine, solus prosapiam ne intercideret sustinuit, multis ex Gertrude ab Hohenvvard liberis procreatis. Quorum nostra memoria floruere, Vdalricus, Georgius, & qui adhuc viuit Ioannes. Natarum trium, Barbara Francisco comiti à Bozzyng & sancto Georgio, Margaretha Stephano à Zynczendorf, & Sophia Theoderico Hartisch collocatæ fuere. Quorum pater primus ingressus fuisse Austriam, translatis ex Carinthia laribus, perhibetur.

DOMINI AB ERENVELS, CARNI, qui ante seculum esse desierunt.

1 WVLFINGVS, anno subscripsit literis 1280.

2 WVLFINGVS secundus, 1349.

3 OTTO, filiam legitur duxisse [illegible]bonis, comitis a Bernstayn & Gussingen, in finibus Hungariæ habitantis, circa annum Domini 1370.

4 WVLFINGVS tertius hoc nomine in stirpe ista, anno Salutis floruit 1390.

6 OTTO secundus hac nomenclatura, reperitur de anno Salutis nostræ 1409. qui filium Ioannem reliquit, & duas filias: vnam Ioanni ab Ebersdorf, & alteram Georgio a Buecham, Austriæ regulis collocatas.

6 CHRISTIANVS, Ernesti ducis Austriæ curialis fuerat, anno currēte à nato Christo 1427.

7 IOANNES Ottonis filius, vixerat adhuc imperante Friderico tertio, circa annum 1450.

DOMI-

DOMINI A LIEBENBERG, CARNI, QVI esse quoque desierunt. Habebant autem isti Greiffenberg ciuitatem, præter arcem Liebenberg.

1 IOANNES, circa annos Salutis 1238. Liebenberg castrum legitur feudo accepisse à ducibus Styriæ, comitibus de Artenburg, & episcopo Gurcensi.

2 WILHELMVS, pincerna de Liebenberg, citatur de anno Christi 1300.

3 IOANNES secundus, & Petrus, circa annum Domini floruerunt 1330. quorum Ioannes possederat Hohenward, & Petrus Weynekh.

10 4 LEONHARDVS legitur habuisse in coniugio Dorotheam de Wildekh, anno labente à nato Christo 1349.

5 RICHVS, refertur feuda accepisse à comitibus de Artenburg, circa annum Domini 1385.

6 HERMANNVS & Iacobus, à ducib. Austriæ beneficio acceperunt oppidū Greiffenberg, anno Domini 1429.

DOMINI A SILBERBERG, QVI etiamnum in Carnis supersunt, castro etiam hoc nomine extante.

20 1 HENRICVS, à Maynhardo Carinthiæ duce Silberberg, castrum impetrauit, circa annum 1294.

2 VDALRICVS, possederat Reynekh castrum, anno currente 1311.

3 HENRICVS, Vdalricus & Chunradus, floruere anno Domini 1340.

4 HENRICVS tertius, in coniugio habuerat Margaretham, Alberti à Polhaym baronis filiam, annum circa redemptionis nostræ 1410.

5 GEORGIVS & Chunradus, vixerunt anno labente à nato Christo 1420.

6 HENRICVS, Chunradus, & Christophorus, anno M.CCCC.XXX.

7 GEORGIVS, ex Vrsula Sigismundi a Wyndischgracz filia, coniuge sua, progenuit Christophorum, & tres filias: videlicet Sibyllam Kuenbergeryn, Margaretham Rischneryn, & coniugem cuiusdam Ernovvers.

30 8 CHRISTOPHORVS, ex coniuge Kaunacheryn Ioannem genuit, & Kunigundim Pottendorferin. Habuit & secundam vxorem Margaretham, filiam Vdalrici a Graben, viduam Andreæ ab Humelberg.

9 IOANNES, Christophori filius, ex Barbara à Pibriach Annam filiam tulit.

10 ANDREAS, tres coniuges habuit, Neuhauserin, Leyningerin, & filiam Wolfgangi à Weissenekh.

DOMINI A COLNICZ, CARNI: QVAE adhuc prosapia superest.

40 1 MANHALMVS, in literis S. Pauli cœnobii, vbi ea familia multa fundauit.

2 GOCZLINVS & Chunradus, eodem in cœnobio fundarunt.

3 HARDVICVS, cuius mater Gisela nominabatur.

4 VLRICVS, filius Harduici. Cætera nomina mihi ignota sunt: neq; refert multum ea scire, quando ea adhuc stirps superest.

5 EBERHARDVS & Georgius: quorum Eberhardus egit præsidem in Traatall, anno 1423.

6 DANIEL & Christophorus, anno 1440.

7 LEONHARDVS, anno 1490.

50 *DOMINI A RABENSTAYN, ET LOSSENTALL, in valle Laurentina apud Carnos celebres fuerant, vbi hoc nomine arces adhuc visuntur.*

1 LANDFRIDVS, literis subscripsit de anno 1130.

2 ADELPRECHTVS, cum Dietmude vxore, & Ottone filio.

3 IACOBVS & Piligrinus, in literis sancti Pauli quædam fundarunt, cum Cunigunde alterius coniuge.

4 RECHTO, cum filia Catharina.

5 HERMANNVS, cum sorore Anna, circa annum 1317.

6 RVDOLPHVS iunior, cum Cunigunde coniuge.

7 REINHERVS & Hermanous de Loffentall, cum Adelhaide vxore.

8 FRIDERICVS de Loffentall, cum Kunigunde vxore.

9 ORTOLPHVS & Vdalricus de Loffentall, cum Catharina filia.

DOMINI DE GVTENSTAYN, CARNI.

1 GEORGIVS, egit præsidem Carinthiæ, quem Verweser vocant, anno currente 1232.

2 DIETHERVS, in cœnobio sancti Pauli multa fundauit, circa annum Salutis 1290.

3 WALTHERVS, anno M.CCC.XIIII. 10

4 GEORGIVS. floruit anno 1420.

5 CHRISTOPHORVS, accepit ab Austriæ principibus curæ comitatū Weytenekh in Austria, 1500.

DOMINI A TVRRI, VOMTHVRN, EX AGRO Goricensi ortundi, prædia in Carinthia à principibus Austriæ impetrarunt: postremo in baronum ordinem, comitumq; transcripti. horum primordia ab ingenuis ab Vngerspach repetenda autumant. alii à Turrianis Mediolanensibus defluxisse, de quibus libro huius Operis postremo inter Longobardos agimus.

1 ALBERTVS, de anno reperitur 1180. 20

2 HARONIOVS & Gundoccarus, floruere 1280. quorum legitur Gundoccarus comiti Haynburgensi apud Carnos vendidisse Zeravv, Gablonicz, Ploschvvicz, Prylakh, & Eschallachtall.

3 HARONIDVS secundus, anno reperitur in diplomatibus 1313.

4 HENRICVS, anno currente à nato Christo 1360. feuda quædam à comitibus Artenburgii impetrauit.

5 MATTHÆVS, ex Margaretha Paocratii Burggrauii à Lueg & Luenez, Friderico tertio imperaote, progenuit quatuor filios: Georgium, Antonium, Wolfgangum & Rudhardum.

6 GEORGIVS, à Maximiliano Cæsare circa annum Domini 1500. in Suediam orator est missus: & ab eodem accepit beneficio Gurkhfeld ac Medned, in finibus Slauoniæ. 30

7 ANTONIVS, frater Georgii, & Matthæi filius primogenitus, ex Morosa, Nicolai à Landeberg filia, quatuor filios procreauit: Andream, Matthæum secundum, Vitum, & Nicolaum: cum filia Magdalena. quorum Nicolaus ex duabus coniugibus, filia Sigismundi Perschyn, & altera Columbina, Christophori à Ludmansdorf Austriaci baronis nata, vxore postea Caroli Hayden equitis Austriaci, nullam prolem reliquit.

8 ANDREAS, Antonii filius primogenitus, ex Blanca Formentina Itala quatuor filios genuit: videlicet Ioannem, Erasmum commendatorem Rhodiensem per Austriam, quem ipsi vidimus: Christophorum, qui in Hungaria obiit, cum Buda obsideretur, anno 1541. & Antonium secundum. 40

9 IOANNES Andreæ superioris filius, ex cognomento Phœbus, dominus à Turri & Kreucz, duas habuit coniuges: primam, filiam Nicolai Burggrauii à Lueg & Luenez, viduam Nicolai Raubers: & alteram, Pempflingerioã ex Hungaria. ex quib. procreault Georgium canonicum Salisburgensem, & coadiutorem Seccouiensem: Nicolaum secuodum, iam præfectum Gradisiensem in Foroiulio, Austriacorum nomine: Nicolaum tertium, & Phœbum: qui secutus castra Caroli quinti Imperatoris in Aphricam, anno 1536. mox diem obiit extremum.

10 VITVS, Antonii primi filius, Andreæ, Matthæi & Nicolai primorū frater germanus, primus titulo comitis à Turri & Kreucz à Ferdinando rege Romanorum & Austriæ archiduce adornatus, cuius filiarum regalium diu apud OEnipontem præfectus fuerat. Is ex Bianca Polyxena, familiæ Simoneti & Guarti, genuit Franciscum comitem, & Eleonoram, cuidam Hohenvvarter Cariothiæ nobili equiti collocatam. 50

11 NICOLAVS secundus, Ioannis primi filius, Georgii canonici & Phœbi frater germanus, in matrimonio habet Catharinam, Thomæ Bruederlanders filiam. Agit hodie, nomine Ferdinandi regis, Foroiulii apud Gradus præfectum.

12 FRANCISCVS, comes à Turri & Kreucz, præfectus Goricensis, & Ferdinandi iunioris archiducis Austriæ præfectus curiæ, ex Ludmilla Petri Perkhyn, domini à Lippa & Duba, progenuit Iulium, Iodocum, Georgium, Adamum, Susannam & Euam.

BVR-

BVRGGRAVII DE LVENCZ ET LVEG: *hoc est, veteri Lontio & Lugeo, Carnorum: quorum meminere Strabo & Antoninus.*

1 ANTHONIVS, Chunradus, Erasmus, Andreas, Nicolaus & Thomas Friderico secundo imperante floruere apud Carnos, circa annum Domini 1202.

2 HVGO, circa annum Salutis citatur 13...

3 CHVNRADVS Hugonis filius, genuit secundum Hugonem, Fridericum, Chunradum secundum, Henricum & Achatium: & tres filias, Richniczā, Elisabetam, & Agnetem, Seueriano Foroiuliensi Cyprianorum prosapiæ locatam.

4 HVGO secundus, Chunradi filius, circa annum Salutis 1445. capitur ab episcopo Bambergense. Is ex comitissa à Thyerstayn progenuit Iohannem, Matthæum, Margarethā & Kunigundim. quorum filii fuere, qui sequuntur.

5 AVGVSTINVS, sepelitur in Lontio, cum Elisabeta coniuge.

6 IRNFRIDVS & Ottocharus, floruere circa annum 1460.

7 NICOLAVS secundus, Irnfridi & Ottochari frater germanus, circa annum Salutis 1470. ex filia Nicolai à Vels progenuit Andream, Nicolaum tertium, Erasmum, Chunradum, Anthonium & Pangratium.

8 ERASMVS filius Nicolai secundi, aulicus Friderici tertii. Qui cum marescalcum à Pappenhaym in curia Cæsaris interfecisset, fugiens, ac sese in Lueg castro occultans, cum illud postea a Cæsarianis obsideretur, ictu tormenti oppetiit. Is ex Catharina Christophori Vngnad baronis filia suscepit tres filios, qui per indignationem patris hæreditatem accipientes, fugerunt ad Mathiā Hungariæ regem: nempe hi, Nicolaus, Erasmus & Andreas.

9 NICOLAVS quartus, Erasmi filius, ex Gertrudi Sigismundi a Rokhhalm, vidua Ludouici Apfalters, genuit Luciam, Georgio Schniczenpanner nuptam.

10 PANCRATIVS Erasmi frater germanus, & Nicolai secundi quoq; filius, in matrimonio habuerat Magdalenam, filiam Matthæi à Turri.

11 NICOLAVS tertius, Erasmi frater, & Nicolai secundi natus, à Friderico tertio Imperatore aliquando in custodiam assertus, ex Margaretha Erasmi Stayner filia multos liberos tulit: videlicet Erasmum, Georgium, Nicolaum quintum, Andream tertium, Balthasarem, Catharinam Gaspari Rauber collocatam, Dorotheam Nicolao Rauber: & ab eo, Phœbo à Turri: Barbaram, Leonhardo Herberstayner, matrē Sigismundi Liberi ab Herberstayn, qui adhuc viuit, literarum munerumq; ornamentis quam ornatissimi: Vrsulam Christophoro Oberczaner: Agnetem, Wolfgango Obernburger, & Veronicam Georgio Moysslyn, nuptas.

12 ANDREAS tertius, in nobili stirpe Nicolai tertii filius, ex quadam Vaysstyn, genuit Gasparem.

13 GASPAR, filius Andreæ, ex quadam Schlandersspergerin Tyrolensi, Franciscum suæ familiæ postremum progenuit.

14 FRANCISCVS, suæ nobilissimæ prosapię postremus, ex Maria Ioannis ab Humelberg filia, duas modo filias genuit. ipse cum obsequium directasset Ferdinando regi, & nescio quæ turpia admisisset, proscriptus à rege, & in arce Stayn prope Celeiam obsessus, ictu tormenti militaris interfectus est.

DOMINI VNGNAD DE SONEC, CARni, *qui hodie apud Styros quoq; prædia ac castra possident, & baronum titulum habent.*

1 OTTO, Babenbergensis episcopi præsidem in sua apud Carnos ditione egit, anno à nato Christo 1282.

2 CHVNRADVS, filiam Dietmari à Greiffenfels in matrimonio habuit, circa annum 1316. sepultus in cœnobio Minoritarum Viennæ, anno 1340.

3 WVLPHINGVS, legitur cum Peregrino de Obdach controuersiam habuisse, anno labente à Christi natiuitate 1332.

4 IOANNES, Georgius & Christophorus, fratres germani, floruere post annum Redemptionis nostræ 1400. quorum Ioannes vxorem accepit nobilem matronam a Fraunburg, circa annum 1459. Christophorus moriturus, vxori suæ (quæ similiter genus a nobilibus de Fraunburg repetebat) sedem in Obernburgo designauerat, cum prouentu annuo CCC. florenorum. Georgius deniq; qui successionem tenuit, legitur Fridericum Cæsarem tertium filiis tutorem designasse.

5 IOANNES secundus, Georgii filius, sepultus in Noua ciuitate Austriæ, Friderici tertii præfectus aulæ fuerat.

6 IOANNES & Andreas, adhuc in viuis sunt: quorum Ioannes Styriæ ducatui, nomine inclyti regis Ferdinandi præsidet. Habet vterque filios ad maxima quæque expectatos.

DOMINI A DIETRICHSTAYN, ET VYNkenstayn, Carni, qui tamen & in Styria castra ac dominia pleraq. a principibus Austriæ impetrarunt.

1 REYNPERTVS, ab Henrico duce Carinthiæ in diplomate quodam citatur, de anno Salutis 1090. 10

2 OTTO, in fundatione Wittringensi citatur.

3 HENRICVS, legitur in Annalibus, in bello quod Bernhardus dux Carinthiæ gesserat cum episcopo Babenbergensi pro finibus, circa annum Salutis 1242. Ekenbertum episcopum Babenbergensem captiuasse.

4 NICOLAVS, legitur à comitibus Artenburgii apud Carnos prædia quædam feudo accepisse, circa annos Domini 1390. videlicet Staynaprukh & Preshesch.

5 ERNESTVS, floruit circa annum Domini 1400.

6 MAVRITIVS, cuius filiam Catharinam, Georgius à Teuffenbach coniugem habuit. 20

7 PANCRATIVS, cuius filiam Margaretham Wolfgangus ab Erolczhaym vxorē accepit, & ex ea genuerat Margaretham de Lynden, & Annam à Mosshaym.

8 SIGISMVNDVS, baronis dignitate accumulatus à Maximiliano Cæsare, cuius egerat camerariū: itemq; à Ferdinando rege nepote, à cuius arcanis consiliis fuerat, Rhamnusia suffragante, pleraq; castra in ditionem accepit, quorum quædam hæredirariæ transmisit familiæ, videlicet apud Styros Pfannenberg, Camerberg, Etnavv, Hardpetg, Wexenekh, Dallberg, Aspang, & alia pleraq;. progenuit filios, qui adhuc in viuis sunt, literarum ornamento insignes iuuenes, Sigismundum & Adamum.

9 WOLFGANGVS & Franciscus, in equitum ordine perseuerantes, in Carnis castra possidebant: quorum filii adhuc viuunt. 30

DOMINI A KVENBERG, LIBERI quondam in diplomatibus appellati, & apud Carnos, celeberrimi.

1 ADOLPHVS, testis in literis citatur de anno 1170. Chunradus & Rudolphus, anno 1189. & Bero in fundatione Vitringensi.

2 SIMON, beneficio à comitibus Artenburgensibus Vaicz possederat, circa annum Salutis 1380.

3 FRIDERICVS, anno 1400.

4 BVRCARDVS, Nouam ciuitatem Austriæ & Korneuburgum in fide Friderici tertii Imperatoris retinuit, aduersus MATHIAM Hungariæ regem, circa annum 1490. 40

5 CHRISTOPHORVS, cognominatus à Sagsenburg, in coniugio habuit Margaretham filiam Sigismundi à Sebriach: viuunt adhuc.

6 MICHAEL, ex canonico Patauiensi in archiepiscopum Salisburgensem, dum hęc scribimus, anno Domini 1554. subleuatus. & alii cum fratres, tum fratrueles ac patrueles eiusdem.

EQVITES AB HOLENBVRG, IN QVOrum insignibus aureo Clypeo serpens niger fuerat. Extat hoc nomine castrum hodie etiamnum, in confluentibus Draui & Glanæ. 50

1 THIEMO, vnus ex fundatoribus Vitringensis amplissimi apud Carnos cœnobii fuerat.

2 SCHILERVS.

3 CHVNRADVS & Nicolaus.

4 VDALRICVS.

5 SIGEFRIDVS, cum Hiltrude filia.

6 NICOLAVS, cum vxore Margaretha, postrema huius prosapiæ. nupsit Chunrado Ramschissl.

NOBI-

NOBILES EQVITES CARENTHANI ab Humelberg.

1 CHVNRADVS & Henczio, floruerunt circa annum 1340.

2 HENRICVS, reliquit Henricum secundum, Andream & Antonium.

3 HENRICVS secundus, ex Hema a Payn, genuit multos liberos: videlicet Ioannē, Ioannem Sigismundum, Ioannem Leonhartum, Georgium, Christophorum, Leonhartum, & Henricum tertium. Filiarū Anna nupsit Georgio de Eclach, Margaretha Georgio a Schaunberg, & Margaretha Sigismundo a Kienberg.

10 4 ANDREAS, Henrici secundi frater germanus, ex Margaretha Vdalrici à Graben Styriensis nata, duas filias reliquit: Annam, Wilhelmo a Kuendorf nuptam, & Annam alteram Ioanni ab Altenhusen Ciliensis agri equiti.

NOBILES EQVITES A RAVNACH.

1 MARTINVS, duas habuit coniuges: primam Vrsulam, Nicolai Stayner filiam: & alteram, Luegerin. Cum quibus genuit Iacobum, Salomen, & Magdalenam Kreuczeryn.

2 IACOBVS, Martini filius, procreauit Iacobum secundum, Martinum secundum, Bartholomæum, & Margaretham à Talhaym.

20 3 IACOBVS secundus, primi filius, ex Anna Iosephi à Lamberg & Schneeperg filia, progenuit Bernhardinum, Iosephum, Melchiorem, Walthasarem, Ioannem, Erasmum, Georgium, Cyprianum, Genoueuam, Barbaram, & Martham.

4 BERNHARDINVS, ex Genoueua a Freyburg Sueua tulit filias, Helenā Georgio à Durr, Margaretham Ioanni à Durr, & Dorotheam Andreæ Gall de Motnikh, collocatas coniuges.

EQVITES INGENVI A GERA, EX FRANconia in Carinthiam transgressi.

1 GEORGIVS Babenbergensis episcopi præfectus, in ditionem Carinthiæ missus, 30 quæ in hunc vsq; diem apud Carnos episcopio paret: cum multo tempore cum fide præfuisset, loco debiti castrum Strasfrid, in faucibus situm, quæ in Taruisianam marcham ex Villaco ducunt, consecutus, illud posteritati familiæ suæ transmisit: cuius pater in Ostrofrancia, longa auorum serie equestrem ordinem tuebatur. Progenuit vero is apud Carnos, IOANNEM & WILHELMVM: quorū Ioannes sine liberis diē suum obiit, circa annū 1480.

2 WILHELMVS, Georgii filius, Georgium secundum & Andream genuit: quorum Georgius, stemma quoq; suum infœcundus destituit.

3 ANDREAS, Wilhelmi filius, dominus castri Strasfrid, ex ingenua à Wixenstayn Ostrofranca multos liberos tulit: videlicet Sigismundum, Andream, Erasmum, Iodocum, Ioannem & Wilhelmum. quorum Sigismundus ætatis prærogatiua Strasfridi castri pos- 40 sessor, fratres habet, Iodocum Castellanū Graczensem, Ioannē præfectum castri Reichenfels nomine episcopi Babenbergensis, & Wilhelmum armamentarii Austriaci quæstorē.

4 ERASMVS Andreæ filius, frater germanus Sigismundi domini Strasfrid castri, Iodoci castellani Graczensis, Ioannis præfecti in Reichenfels, & Wilhelmi quæstoris, Ferdinandi Cæsaris fisci curialis præfectus, ac à consiliis & cubiculis, singulari animi moderatione & prudentia res Austriacas quotidie, non sine molestia ac publica laude adiuuat. Qui ducta in vxorem nobili virgine Turschyn Augustana de Bellermfalt, sobolem numerosam expectat, de nobis bene meritus patronus.

DOMINI A PRESING, CARNI, QVI hodie agunt in Austria superiori, retinent tamen adhuc in Carinthia 50 Stayn castrum, & alia quædam in agro quem vulgo Jauntall appellant.

1 HARTVVICVS, floruit anno Domini 1260.

2 HERMANNVS, testis in literis citatur de anno 1370.

3 IOANNES & Diepoldus, anno 1388.

4 IOANNES & Leonhardus, possederunt arcem Suanekh, in agro Ciliensi, anno 1458.

5 LEONHARDVS secundus, præfectum egit in Wyndischgratio, Maximiliano imperante.

6 LEONHARDVS tertius, & Waltasar, aulici Ferdinandi regis fuere: quorum adhuc Waltasar viuit, & Austriæ supra Anisum præsidet.

DOMINI ENGELSCHALLI, RAVBER cognomento, Carni, & Comitum Artenburgensium vasalli, à latrocinis, quibus dominis suis operam locabant, nomen adepti, qui hodie possident apud Carnos, Carlstyn arcem.

1 STEPHANVS, comitum Artenburgensium beneficio Velach possederat, circa annum Salutis 1379.

2 IOANNES, anno 1389. 10

3 MATTHÆVS, anno 1400.

4 IOANNES & Iacobus Zyrknycz possederant, anno currente à nato Christo 1431.

5 LEONHARTVS & Nicolaus, à Maximiliano baronum subselliis adscripti fuere: quorum Leonhartus supradicti Cæsaris marescalcum egit: Nicolaus vero filiam progenuit ex Morspergensi heroide Alsata, Wolfgãgum Theodericum, qui adhuc viuit, & castrum Kaiserſperg habet, supra Leubnam Styriæ oppidum.

6 GASPARVS & Nicolaus fratres: quorum Nicolaus ex filia Nicolai à Lueg, Christophorum genuit episcopum Labacensem, prætorio inferiorum Austriæ prouinciarum apud Viennam præfectum, regnante Ferdinando, circa annos Domini 1532. Cuius soror Margaretha cuidam Preuner nupsit. 20

7 GREGORIVS, alterius stemmatis fuerat, qui baronum dignitatem non habebant.

8 IOANNES, Iacobus, Andreas & Eberhardus, nostra adhuc tempestate viuunt: & in Carinthia Carlstayn, atq; in Austria Petronellam tenent.

EQVITES, SIVE NOBILES QVIDAM, IN Carnis quondam celebres, quorum stemma integrum nancisci nequiui, quiq; magna ex parte interciderunt.

1 KELLERBERG, Herlandus & Menhardus, anno floruerunt 1318. HERMANNVS & Ioannes, 1330. Piligrinus, 1350. Albertus, 1380. Alblinus, anno 1400. Anthonius, 1500. 30

2 SCHLOSSPERG, Henricus, 1319. Hardnidus, annum circa 1330.

3 STRASPERG, Ioannes 1350. Ioannes Iostelius, cum Durnkarda sorore. postea tempora Vincentius Vicedominum Carinthiæ egit, circa annum Redemptionis nostræ 1410.

4 GRVNBERG, in Gailtall, Henricus & Wilhelmus, anno currente 1400.

5 REIFFENBERG, Vdalricus, anno 1350. legitur magnam pecuniæ summam debuisse Vdalrico episcopo Goricensi. Hugo post ea tempora floruit.

6 HERTENBERG, Gerlacus, anno 1240. Otto, 1300. Veslach castrum ab Artenburgiis possederunt. 40

7 MENGASPERG, Giselbertus, anno legitur 1340.

8 GILGENBERG, Gebhardus anno Salutis 1380. Ioannes, nos ipsi vidimus huius stirpis .Rei annonariæ à Ferdinando rege præfectus.

9 GORIACH, Berchtold, 1250. Herrandus, Weynekh castrum possederat, anno à nato Christo 1354. Leonhardus & Henricus M. CCC. LXXX. Berchtoldus, eodem tempore.

10 SEBRIACH, cuius stirpis Sigismundus Carniolæ præfectum egit, sub Friderico tertio.

11 PIBRIACH, Christophorus & Sigismundus, 1440. viuit adhuc hoc cognomine Carinthiæ præses. 50

12 KEVTSCACH, Vdiscalcus & Georgius in Vitemgensi fundatione, de anno 1180. Otto vixit 1300. Leonhardus ex præposito Obernburgensi, in Archiepiscopum Salczburgensem electus est, imperante Maximiliano.

13 MATSCACH, Ioannes Friderici tertii aulicus.

14 GOSIACH, Ioannes 1340. Ioannes alter, anno 1400. Georgius & Hermannus, anno 1430.

15 DOBRIACH & Reisach, duæ familiæ, quæ in angustias redactæ, prædia amiserũt: Vlricus Reisacher floruit ab anno Domini 1400. cuius forte nepos est Bartholomæus, qui professorem Mathematices Viennæ agit.

16 OB-

16 OBDACH.

17 SCHMERNECK, Albertus Sternekh possederat anno 1300. Ioannes & Ortolphus, 1380.

18 LESSECK, Albertus, cuius filiam Hermannus comes Artenburgensis vxorem duxerat, anno 1242. Wolfgangus, Wilhelmus, Nicolaus & VDALRICVS, anno M. CCC. LXXX.

19 GLANECK, Wilhelmus, 1330. Reympertus, 1350. qua familia deficiente, feuda impetrarunt, qui supersunt in Carinthia, Ernavver & Mergsner nobiles.

20 GRADNECK, habuere in Carniola Billigracz: quorum floruere, Berchtoldus, Reimpertus cum filio IOANNE, & Rudolphus cum filio HENRICO, annum circa M. CCC. XXX.

21 SVNECK, Lupoldus, 1280. legitur possedisse Zoblsperg. Henricus, 1300. Paulus, 1490.

22 STADECK, Hardnidus præfectum Frisacensem egit, anno 1290. Lutoldus Carniolæ præfuit circa annum 1360. & Ioannes superfuerat anno 1400.

23 STEYRBVRG, Berchtoldus & Waltherus, anno vixere 1283. Haydelus legitur habuisse in matrimonio comitissam Artenburgensem, anno 1366.

24 LAVAND, Sifridus, 1330, feuda refertur ab Artenburgensibus habuisse Iacobus 1380. & Erhardus 1420.

25 TREVEN, Wolfradus 1170. Henricus capitur ab Hermanno Artenburgensi comite, circa annum Domini 1244. Vdalricus anno 1278. legitur accepisse præd's quædam in Fratersberg, & Glanczperg atq; Radensteyn, à comitibus Artenburgensibus.

26 LAAS, Albertus, Carolus & Rupertus, subscripserunt literis de anno 1227.

27 VALKENSTAYN, Henricus à comitibus Artenburgii beneficio quædam prędia possederat, circa annum 1297.

28 KACZENSTAYN, Rudolphus 1360. Diepoldus 1370. Ioannes Magdalenā Cunradi postremi comitis Sternburgensis viduam, coniugem duxerat, anno currente 1423. & ex ea filium Christophorum progenuerat.

29 WEISSENSTAYN, Rudolphus & Henricus, anno 1350.

30 GREIFFENFELS, Dietmarus & Vdalricus, annum circa M. CCC. quorum Dietmarus possederat Wipach, & tres filias progenuerat, vnam Reynhero de Ostervvicz, secundam Offino de Landstraß, & tertiam Vngnadio cuidam nuptam.

31 WELCZER, Dietmarus citatur in diplomate quodam, à duce Carinthiæ, de anno Domini 1230. Wulfingus, Tyerstayn in Carnis possederat, anno 1480. Hodie hæc prosapia non solum in Carnis, verum etiam in Styria & Austria, suos habet alumnos.

32 HOHENVVARTER.

33 KEVENHVLER.

34 GESIES, Hermannus & Philippus prædia quædam beneficio Artenburgensium possederunt, circa annum M. CCC. L.

35 RVSPACH, Sibotus & Tristramus, anno M. CCC. Wilhelmus, Christianus & Tristramus, M. CCC. L. vasalli Artenburgensium fuerunt.

36 GLEYNCZER, Cunradus, anno 1390. Fridericus, Chunradus & Rupertus, circa annum M. CCCC. Superest hodie hæc adhuc familia.

37 DVRNSTAYN, Gotscalcus literis subscripsit de anno M. C. L. quē secuti sunt Landfridus, & post hunc Aribo, & Waldchuno.

38 LEVVENSTAYN, Lupoldus reperitur anno vixisse M. CC. Henricus circa annum Domini 1328. obtinuit ab Henrico duce Carinthiæ, & rege Bohemiæ, castrum in Contschenrall.

39 DRIXEN, Cholo anno citatur in diplomatibus M. C. XL. Cholo secundus, de anno 1200.

40 ALTENHOVEN, quo nomine adhuc castrum visitur infra Frisacum. Rudigerus citatur de anno Salutis nostræ 1320.

41 KIRCHEYM, Sindelbertus citatur ab Ottocharo duce Austriæ & Styriæ Carinthiæq;, de anno Redemptionis nostræ 1250.

42 MOTNICZ, Eberhardus citatur de anno Domini M. CC. LXXX.

43 WILENAVV, Henricus enno M. C. LXX.

44 CRISTLDORF, Hermannus, Chunradus, Diomedes, & Friczelinus, citantur in fundatione Obernburgensis Abbatiæ, quam Acharius & Vdalricus duces Carinthiæ fundarunt. Reperitur etiam Friczelinus alter de anno 1382.

S

45 LANDSTRASS Carniolæ, Georgius Katsch à cœnobio Obernburg beneficio habebat, de anno 1400.

46 LAK, Berchtoldus anno 128t. cuius soror Adelhaidis nupta fuerat Friderico comiti de Artenburg. Huius quoq; prosapiæ Anna quædam coniuncta fuerat Wilhelmo de Sarau marescalco, anno 1464.

47 BILLIGRACZ, Hermannus & Vdalricus à patriarcha Aquileiensi feudo habuerunt prædia quædam in Liechtenvvald & Gurkfeld. Rudlinus vasallus comitum de Goritia, adiit hæreditatem nobilium de Gradnekh, circa annum 1360. Rudolphus floruit 1400. Ioannes 1470.

48 DE SANCTO PETRO, vasalli Goricensium fuerant: quorum Eberhardus circa annum Domini 1290. vna cum comitibus de Haynburg, dominis de Weissenekh & Scherpfenberg, coniurauit contra Ludouicum, Ottonem & Henricum duces Carinthiæ, Menhardi comitis Tyrolensis. Huius generis præterea Alberto circa annum Redemptionis nostræ 1370. à comitibus Goricensibus beneficia comparauit, Stasicz, Gendlach, Gelovvecz, Wemgendorf, & Oberlabach.

49 ZOBLSPERG, Artenburgensium vasalli extitere, quorum Vdalricus vixit anno 1270 Fridericus 1350.

50 CZERMELM, Artenburgensium comitum ac patriarcharum Aquileiensium vasalli fuere: à quibus Adelsperg, Hasberg, Steyberg, Weynekh, & alias arces comparauerat: quorum vixere Cholo & Herrandus circa annum Domini 1370. Tiboldus & Manzelus circa annum 1390. Martinus 1420. Gaspar & Georgius, circa annum Salutis 1464. baronatus dignitatem a Friderico tertio Imperatore consecuti sunt.

51 IGG, Otho & Waltherus, de anno 1340.

52 ABELSPERG, Theodericus canonicus Babenbergensis, & præpositus in Spitall piri montis, circa annum 1373.

53 GALLENSTAYN, Ioannes & Erhardus 1370.

54 GALLENBERG, Wilhelmus 1350. Nicolaus 1430.

55 POLAN, vasalli comitum ab Artenburg, Ernestus cum filio Nicolao, vixit anno 1350.

56 KVNIGSPERG, vasalli Obernburgensis cœnobii, & episcopatus Salisburgensis in finibus Slauoniæ: Fridericus vixit 1310. Ioannes 1322. Ioannes secundus 1380. Ab his forte originem trahunt, qui hodie in finibus Styriæ & Austriæ possident arces Pernstayn, Tamasberg & Schwerczenbach.

57 NIDERTHOR, Sigismundus & Georgius, aulici Friderici tertii fuerunt.

58 WERDE, Nicolaus castrum suum vendidit Alberto comiti Goricensi, circa annum 1345.

59 PORTZELI, quibus principes Austriæ pro dominio Portnau, quod illorum fuerat pignus, quotannis trecentos aureos soluebant, ad certum tempus. Merrandus floruit 1444.

60 TIBEYN, ex Istria in Carnos profecti erant: quorum Hugo data certa pecunia mutuo Lupoldo duci Austriæ, pignoris loco possederat Gurnicz, Gutenstayn, Waldstayn, Rechberg, & Pleiburg.

61 REVTENBERG, vasalli Artenburgensium fuerant, Berchtoldus & Ortolphus, circa annum 1350. quorum Ortolphus in matrimonio habuit filiam Hermanni pincernæ de Ostervvicz. Berchtoldus vero vendidit Altenburg castrum comitibus Artenburgensibus. Huius stirpis quoq; Fridericus vixit anno 1430. Hardinus 1413. Georgius eadē tempestate vxorem duxerat Barbaram, Ioannis à Bernekh filiam, viduam Volkardi de Aursperg.

SEQVVNTVR STEMMATA INSIGNIORUM apud Styros familiarum, quæ vel ex Carnis processerunt, vel in finib. prædia habuere, quando & Styria pars quondam Carinthiæ fuerat.

DOMINI A NEIDPERG, QVORVM ADHVC castrum superest hoc nomine, haud procul ab Hardperga, inferioris Styriæ oppido, in quo huius loci reguli sedem quondam tenuerant, aduocati proximi cœnobii Belan, quorum Genealogia sic habet.

1 HENRICVS, in vetustis diplomatibus vt testis citatur, de anno 1320.

2 RV-

2 RVDOLPHVS, floruit anno Salutis 1365. ac Neidau atque Fridau castra quoque possederat.

3 HENRICVS & Gothardus, anno 1394.

4 ALBERTVS, 1420.

5 GEORGIVS & Ioannes, M.CCCC.XXX. quorum Ioannes Burgau vicinum pariter castrũ possederat, cuius[que] filia Elisabeta postrema huius stirpis nupserat Christophoro comiti Pozzingensi, & de sancto Georgio, circa annum Domini 1480. qua mortua, Austriæ principes ad se feudum retraxere, vt proprium: quod modo liberis ab Herberstayn, eum baronis fausta acclamatione, Ferdinandus Rom. rex & Austriæ archidux donauit. In quo-
10 rum stirpe Sigismundus liber Baro ab Herberstayn, Neidberg & Gutenhag, ceu sol inter stellas, nostra memoria emicat.

DOMINI AB HERBERSTAYN, QVI NEIDpergense quoq[ue] dominium consecuti sunt, ac alia cum in Styria, tum Austria, castra compararunt. Porro arx Herberstayn, non ita procul abest à Neidperga in Styria inferiori, ad fontes Veistricii amnis quorum Genealogia hæc est:

1. N. parochus huius prosapiæ erat in Polan, vbi postea cœnobium conditum est à dominis à Neidperg, & comitibus Pozzingensibus. floruit anno Domini M.CC.

20 2 GEORGIVS, cognominatus à Fridau, anno reperitur Salutis 1360. reliquit duos filios, Ioannem & Henricum, qui vixere adhuc circa annum 1382.

3 OTTO, ex Maza coniuge Ottonem secundum, Georgium secundum, Vdalricum & Reynherum filios progenuit, & Gertrudim Ottonis à Sturmberg coniugem.

4 VDALRICVS, ex Elisabeta, filia Ioannis Maurbekh, nullam prolem tulit.

5 GEORGIVS, hoc nomine secundus, ex Adelhaide Freynbergeryn, circa annum Redemptionis nostræ 1375. quatuor filios procreauit: Ottonem tertium, Henricum & Ekhardum.

6 HENRICVS, Georgii supradicti natus, ex Anna filia Guntheri ab Hag, Guntherũ filium suscepit.

30 7 OTTO frater germanus Henrici, ex Elisabeta ab Holnoekh duos filios genuit, Georgium tertium, & Andream.

8 GVNTHERVS filius Henrici, ex Anna Mixonis ab Eberstayn, vidua Dierelmi à Teuffenbach & Maychoffen, nullum filium reliquit.

9 GEORGIVS tertius, Ottonis filius, Fridericum tertium Imperatorem in terram sanctam comitatus, ex archimagiro præfectus Stuxenstayn castri in Austria constituitur ab hero. Atq[ue] is ex Margaretha Sigismundi Mordags Carentani filia, quatuor filios progenuit: Ioannem, Antonium, Erhardum & Fridericum. quorum Erhardus intempestiua morte abripitur: Ioannes & Antonius filias tulere, Ioannes quidem ex Margaretha Schvvaũfues Iulianam filiam tulerat, Egelhardo ab Haydnuptam, Margaretham Sigismundi Ho-
40 lenburgii, & post hunc Blasii Teschicz: & Barbaram, WOLFGANGI SARL, coniuges. Antonius præterea alter filiorum Georgii, ex Barbara Fronavveryn natas habuit, Benignã Iacobo Grabner collocatam, & Helenam primi Wildenstayner vxorem.

10 FRIDERICVS, Georgii superioris filius, duas in matrimonio habuerat. ex Barbara quidem, Sigismundi à Regendorf filia, Hieronymum: & ex Margaretha Gayleryn, Bernhardinum & Catharinam liberos reliquit.

11 BERNARDINVS, nostra memoria, qui castrum Herberstayn possedit, multos filios genuit: videlicet Franciscum, Erasmum, Christophorum, Sigismundum, Wilhelmum, Wolfgangum, Theodericum & Georgium. Et hoc est vnum stemma: reuertor ad aliud.

50 12 ANDREAS, Ottonis secundi filius, ex filia domini ab Holnekh, in matrimonio habuit Vrsulam Ioannis à Deufenbach filiam: cum qua progenuit Georgium & Leonhardum, & tres filias: quarum Margaretha, Andreæ Welczer à Landschach collocatur: cæteræ virgines obierunt, Dorothea & Elisabeta.

13 LEONHARDVS, Andreæ filius ex Barbara, filia Nicolai Burggrauii à Luencz & Lueg, filios procreauit, Georgium, Ioannem, Sigismundum & Wilhelmum: & filias quinque, Margaretham Sigismundo à Schawensues, & postea Paulo Rotenburger collocatam: Vrsulam Leonhardo Kaczianer, Catharinam Sigismundo à Castro, Dorotheam Ioanni Nicolicz, & Helenam Antonio Ficino Italo nuptam, quæ postea Danieli a Schvverdelat nupsit.

14 GEORGIVS, Leonhardi filius, hoc nomine quintus, ex N. sex filios & septem natas produxit: videlicet Georgium sextum, qui adhuc in viuis est: Rupertum, Christophorum, Andream, Gütherum, & alterum Georgium. Filiæ, Rosina, Ioanni ab Eibeswald, Cordula Sebaldo Pogel libero a Reisenstayn, Barbara Georgio a Wolfenreyd, Cecilia Henrico à Trautmansdorf, Margaretha Christophoro Prandner, Benigna Gallo a Raclnicz, & Anna Wolfgango a Spangstayn, nuptas. Quarum magna ex parte filii adhuc viuunt. Ex filiis, Guntherus & Rupertus belli studiis claruerunt.

15 IOANNES, frater Georgii, Leonhardi quoq; filius, ex Margaretha Christophori à Raknicz filia, progenuit Casparum, qui adhuc in humanis est: Christophorum, Ioannem, Gregorium, Sigismundum, Osvaldum, Georgium, & Achatium. Quorum Christophorus oppetiit in prælio aduersus Thurcas, in obsidione Budensi, anno 1541. Ex filiabus, Elisabeta Gabrieli Stubich nupsit: cæteræ virgines manent, Anna & Helena.

16 SIGISMVNDVS, frater germanus superiorum Georgii atq; Ioannis, primus libertate ac baronis titulo a Ferdinando Rom. rege Austriæ archiduce donatus, familiam suam ad eos progressus extulit, in quibus hodie viuitur. Literarum quippe, linguarumq; ornamēto a primis annis decoratus, multas non solum Ferdinandi regis nominē legationes obiuit, verum ante hunc adhuc apud auum Ferdinandi Maximilianum Imperatorem, Daniam vidit, Hispaniam, Moschouiam, Romam, Thurciamq;: atq; apud harum prouinciarum siue regionum monarchas multa fœliciter pro rebus Austriacis summa cum fide confecit. Cuius historia etiam de reb. Moscouiticis scripta, in doctorum manibus versatur. Cuius viri mehercle post hominum memoriam rarissimi res gestas, ex Epitaphio, à doctiss. viro Ioanne Ludouico Brassicano exarato, lectori obiicere visum est.

Non moror hanc Christo repetenti reddere vitam:
Et vixisse mihi sat. & vidisse superq; est,
Tot maria & montes, tot flumina, totq; paludes,
Tot reges, dominosq; orbis, tot regna, tot vrbes.
Nam mare conscendi supra, quodq; alluit infra,
Italiam remis hinc praeteruectus, & illinc:
Baltheaq; emensus freta, mox Balearica soluens,
Sardiniæ ingredior gelidiq; Borysthenis oras,
Rhaq; canas tacito stringentem flumine ripas
Traieci, Tanaisque supra caput vsque niuosi,
Nusquam Riphaeos didici consistere montes.
Iamque Albim & Rhenum, fluuiumque binominis Istri,
Nauigiis superans, legati munus obiui,
Atq; Sigismundum moderantem iure Polonos,
Lituaniaq; Ducem, mos est quem dicere Magnum,
Sæpe salutaui verbis & nomine regis
FERDNANDI. *& toto diuisos orbe Mosynos*
Non semel, atq; iterum magnis de rebus adiui.
Moscouiaq; ducem magnum sum affatus in vrbe,
Basilium: hinc Daniæ, Noruegis, atq; Suedis
Imperitantem adii Christiernum, non satis æquo
Dissidio sancti turbantem fœdera lecti:
Liberius monui, infami desistere cœpto,
Hæc mandata ferens à Cæsare Maximiliano.
Ipsum etiam Hungariæ regem, dominumq; Bohemis,
Luduicum accessi, regno & florentibus annis.
Iam vero multis locuples Hispania regnis
Cognita, & Hispanis non cedens Belgica regnis:
Carolo vbi Austriacam regionem nomine Quinto,
Ceu patris orbatam interitu, commendo pupillam.
Præterea Decimum Romana in sede Leonem
Conspexi: Veneti dux Lauredane senatus,
Cogniti porro mihi es, notiq; fuere Dynastæ
Imperii plures, quos hic numerare molestum est.
Ecce autem Hungaricis vbi rursus imminet oris,
Et nostros misera Solymanus clade peremit,

Neque-

Nequicquam longa Budam obsidione prementes,
Ipsius horrifica subnixi sede Tyranni
Altius erecta fixi stans oscula dextra,
Quam prona in terram melior pars orbis adorat.
Principis inde mei gnatam deduco Polonos
Reginam in regis thalamos: belliq; to æq;
Expertus casus varios hæc inter, & olim
Militiæ emeritus veterana stipendia, inui
Consilio interea innocui stipendia fisi:
10 *Linguarumq; potens, in iura ac fœdera fidum*
Præsto ministerium, studioq; senesco laborum,
Publica priuatis præponens commoda lucris.
Respondente tamen fidei sorte, atq; fauore
Austriadum regum, domus rem linquo, decusq;,
Et prisci generis stemma haud inglorius orno.
Vitæ igitur plenus, quam sum mihi conscius actam
Gnauiter in vitæ officiis, sine labe, notaq;,
E magno veluti satur expletusq; theatro
Cedo lubens, & nostra do lampada gesta sequenti.

20 17 WILHELMVS, frater germanus Georgii, Ioannis & Sigismundi, ex Regina Christophori à Blamekh filia, Theodoricum, Carolum & Iulium filios tulit.

18 GEORGIVS, hoc nomine tertius Georgii quinti filius, magnis in rebus versatus apud Styrios, in hunc vsq; diem eius prouinciæ præsidē agit: qui ex Barbara Achatii Schrot filia, Georgium, Cyriacum, Leopoldum & Christophorum tulit: & duas filias, Euam atq; Sophiam. de quo quoniam adhuc in viuis est, dicere supersedeo.

DOMINI A LAMBERG, QVONDAM EX Austria in Carnos transgressi, qui hodie etiamnum in Carnis & in Austria castra ac dominia possident.

30 1 VOLRADVS ac Waltherus, citantur in priuilegio fundationis cœnobii S. Andreę ad flumen Drasamam in Austria, a Walthero aduocato Ratisponensi, eius fundatore monasterii, anno Redemptionis nostræ 1161.

2 BERENGERVS & Rudolphus citantur vt Austriæ reguli, in exordiis Academiæ Viennensis, de anno Domini 1322.

3 WILHELMVS, primus omnium in Carnis reperitur tenuisse Waldenburg castrum, anno Salutis nostræ 1397.

4 DIETMVDVS, Alberti regis & Austriæ ducis præfectum curiæ egit, circa annum 1428.

5 GEORGIVS, reperitur imperante Friderico tertio, possedisse Labekh & Habach.

40 6 FRIDERICVS, eadem tempestate Gutenstayn & Ekhenstayn castra obtinuerat a Friderico imperarore.

7 GREGORIVS, Ioannes & Casparus, itidē imperante Friderico tertio floruerūt.

8 IOANNES, cum fratre N. imperante Maximiliano baronis titulum accepit: transgressusq; iterum in Austriam, ibidem Garsium, Idemsprugam comparauit, fratri Schavvēstayn dominio in Carniola relicto: cuius filios, Wolfgangum, Gerlacum, &c. ipsi vidimus. Porro Ioannes e[illegible]t D. Annæ reginæ, Ferdinandi regis conthoral[illegible], p[illegible]æfectum

9 N. cum [illegible]o Iosepho, atq; ex eo nepote Ioanne: quorum Iosephus præfectum curiæ eiusdem reginæ egerat, qui modo filiabus reginalibus apud OEnipontem præsidet, cuius filius Ioannes Carniolæ ducatus præfectum vicario munere agit.

50 10 IACOBVS & Gasparus, superiorum cognati, nostro seculo floruere: quorum Iacobus Carniolæ adhuc præsidem agit.

DOMINI HOFFMAN A GRVENPVHEL ET STRECHA Styri, qui nostro seculo opum cumulo, ob fidelia seruitia Austriæ principibus exhibita, non solum ad Baronum dignitatem sublati sunt, verum etia authoritate & ditione in prouinciis Austriacis Principes habentur, olim in valle Camertall & in vicinia Rotenman oppidi prædia habuere. Quorum Genealogia hæc est, quantum consequi potuimus.

1 FRIDERICVS, cui Austriæ principes censum qui ex vuis colligitur, oppidi Rotenman apud Styros, donarunt, circa annum Domini 1480.

2 GEORGIVS, eadem pene tempestate egit præfectum castri Marenburg, prope L... Styriæ oppidum.

3 IOANNES & Andreas, nostro seculo ad famam venerunt: quorum Ioannes adhuc ... Ferdinandi regis primis consiliis annis pluribus triginta. atque primus baronum ... eam fortunam, in qua cæteros regulos Styriæ, Austriæ, Carnoniæ ... excellit. Procreauit ex duabus coniugibus, Luegerin, & ... a Rogêdorf, ...: Adamum ..., & Ferdinandum.

4 ADAMVS, qui sedem habet in Styra castro superioris Austriæ: atque ex comitissa a Salm ... produxit.

DOMINI PREVNER DE FLADNICZ ET *Rabenstayn, Styri, qui nostra tempestate in Austria quoque castra habent, ac baronum titulum meruerunt: quorum primordia ex Colonia Agrippina & Belgis repetuntur.*

1 CHVNRADVS & Andreas, circa annum Domini 1400. floruerunt, vt ex literis ... colligitur.

2 PHILIPPVS, Andreæ filius, a Friderico tertio Imperatore ducatus Styriæ proprætor constitutus.

3 BERNHARDVS, vixit anno à nato Christo 1493.

4 IOANNES, Austriæ principum nomine comitatus Pfannebergensis apud Styrios præfectum egit, & ibidem Perchtolstayn arcem possederat.

5 GEORGIVS & Bernhardus, Ioannis filii erant: quorum hic Fladnicz castrum, ille Weyterfeld tenuerat, atque aduersus minas Mathiæ Vngariæ regis defenderat.

6 FRIDERICVS, frater germanus Georgii ac Bernhardi, Ioannis videlicet filius, ... in Styria, Rabenstayn & Frunleyten, possederat. Is tres procreauit liberos, Philippum, Christophorum & Balthasarem.

7 PHILIPPVS, literarum ornamento decoratus, primus prosapiæ ... non solum ad baronum subsellia, verum etiam ad eam authoritatem, fortunamque, ... hodie cernitur. Quippe per multa ac difficilia munia Ferdinando Romanorum Hungariæque regi, Austriæ archiduci probatus, postremo fisco curiali suo præficitur: quod adhuc cum laude officium gerit, genitis ex vxore Wyndischgrazerin duobus filiis.

8 CHRISTOPHORVS, frater germanus Philippi, Balthasarem & Casparum filios reliquit. Quorum Casparus Carolo archiduci Austriæ a cubiculis est.

DOMINI AB HARRACH, STYRI, QVI POSTEA IN *Austriam transgressi, ibidem Rorau & Scharpfeneckh castra, & oppidum Manersdorf, salubribus aquis celebre, possidere cœperunt: hodie libertate donati a Ferdinando Rom. rege, meritorum ergo.*

1 THEODERICVS, reperitur in literis de anno Domini datis 1400.

2 FRIDERICVS, Annã Sigismundi a Synczendorf, ex Emilia Marschal ... prognatam filiam, in matrimonio habuit: quem vulgus Gotz gotz, a prouerbio quod tritum in ore habebat, cognominare solebat.

3 IOANNES, cum vxore Apollonia Marhatlitzyn, floruit circa annum Salutis nostræ 1460.

4 LEONHARDVS, præficitur a ducibus Austriæ, castris in Styria, Eppenstain & Watterfeld, anno currente a nato Christo 1478.

5 LEONHARDVS, superioris Leonhardi filius, belli studiis sub Maximiliano Cæsare exercitatus, supremus est apud successorem Maximiliani ... Austriæ ... Ferdinandum: qui postea ad Romani, Hungariæ Bohemiæque regnorum gubernacula vocatus est, ... magister constitutus.

6 LEONHARDVS tertius, nostra memoria adscitus ad con... ab eodem filio Carolo ad magnas res expectato principi præfectus curiæ, morumque moderator constitutus: libertate quoque donatus, ac patriciis ad... ius sorores, vna IOANNI IACOBO FVGGERO, vnic... seculi Musarum Mecœnati (cui hæc inscripsimus) nupsit. altera ... Austriæ D... tertia Christophoro ... superioris Austriæ satrapæ.

DOM. I.

DOMINI MAMINGER A KIRCHPERG, EX Carnis & Styria in Austriam transierunt, ibique deficiente prosapia Klyngiorum, & Kirchperg castrum ad Pielacum amnem situm, & insignia a principibus Austriæ impetrarunt.

1 HENRICVS, Patauiensem canonicatum egit circa annum Salutis nostræ 1243.

2 IOANNES principis Austriæ præfectum annonæ egit, cuius nomen in regestis annotatum ... circa annum ... turi 16 .

3 BERCHTOLDVS, præfectum Gmundensem, & eius regionis egit, quæ in Austria supra Anisum vulgo appellatur auff der Schwand, anno currente a nato Christo, millesimo CCCCXVI.

4 IODOCVS & Christophorus, filii fuerant Berchtoldi, quorum Berchtoldus præfectum egit sancti Hippolyti, oppidi in Austria, anno Redemptionis nostræ M CCCCXC.

5 IOANNES, Georgius, Christophorus, & Leonhardus, fratres: quorum Georgius episcopum P... in Histria egit. Ex Iohanne Ludouicus natus est, qui in Histria ac Carnis pagos possederat: Leonhardus Andream & Georgium genuit, qui ex Carnis in Austriam regressus, Kirchperg arcem a Klyngiis comparauit, bellis ac præclaris facinoribus exercitatus sub Maximiliano Cæsare: nostra tempestate quoque Caroli archiducis Austriæ, Ferdinandi regis filii, cubiculo præest, venerãdo senio ac longa rerũ experientia præclarissimus.

6 IOANNES secundus, Christophori superioris filius, qui item in Austriam regressus, Nußdorf arcem supra Trasmaur emit.

7 GEORGIVS secundus, quem cubiculo Caroli ducis præfectum esse diximus, ac ex Carnis in Austriam regressum, procreauit ex duabus vxoribus Wilhelmum, Ioannem, Victorem, Christophorum, Leonhartum, Maximilianum, Constantinum & Andream: qui omes adhuc supersunt, Vilhelmo excepto, qui cum esset omnis generis eruditione ac virtutibus ornatus, atque ad maxima quęque expectatus, ante diem è viuis fatorum iniquitate sublatus est.

DOMINI A REYCHNBVRG, STYRI, in finibus Carniolæ castra habentes.

1 NICOLAVS & Ioannes, circa annum Salutis nostræ floruerunt 1400.

2 REINBERTVS, præfectum Styriæ egit Friderico tertio imperante: qui in bello Mathiæ regis, pro domo Austriæ multa præclara gessit, Nouamque ciuitatem è manibus hostium liberauit.

3 IOANNES, præfectum Heynburgensem egit, anno 1490. & Georgius in valle Camerall circa annum 1470.

4 REINBERTVS filius, præfectum pariter ducatus Styriæ egit, anno Domini 1500.

5 IOANNES, vixit anno Domini 1511, vltimus suæ stirpis.

DOMINI AB EPPENSTAYN, STYRI, EX Comitum de Muerztal posteritate, vt quidam volunt, & quorum aliqui ad Rhenum profecti, ibidem pariter hoc nomine domum constituerunt. Porro Eppenstayn castrum haud procul à Iudenburgo Styriæ oppido visitur.

1 ENGELBERTVS, floruit in Styria, circa annum Domini ...o.

2 LANDFRIDVS, anno subscripsisse literis inuenitur hoc nomine in causis Styriæ, M. C L.

3 ALBERTVS & ...fridus, citantur testes de anno 11-0. Porro qui ad Rhenum fuerant, com...tum titulum dignitatemq; habuerunt. Quorum fuerat S...fridus archiepiscopus Moguntinus, Henrico quarto imperante, circa annum 11... Sigefridus alter, archiepiscopus item Moguntinus, & cardinalis titulo sanctæ Sabinæ, anno currente a nato Saluatore .... Huius quoq; nominis ac prosapiæ Gerhardus præsul ... Moguntinum egit, Rodolpho Habsburgensi imperante circa annum 1278.

DOMINI DE DVRRNHOLCZ, STYRI.

Horum Vdalricus, potentissimus regulus, occiditur ab Hungaris in bello quod Ottocharus Bohemus, qui Austriam & Styriam occupauerat, aduersus Stephanum Hungariæ regem gesserat, circa annum 1269.

DOMINI AB HORNECK.

1 ALBERTVS, Henricus, Cunradus, & Hanczelius, circa annum Domini citantur MCCCX.

2 CASPAR & Wernherus, circa annum 1340.

3 IODOCVS & Ortlieus, 137 .

4 HARTLINVS, Pancratius, Petrus, Ioannes, circa annum fere 1390.

5 GERHARDVS, F[illegible]icus, Cunradus & Albertus, eadem pene tempestate, vsque ad annum Domini 1400

DOMINI A GRETSNECK, STYRI, qui adhuc supersunt. 10

1 IOANNES, literis subscripsit de anno 1410.

2 EBERHARDVS, floruit anno currente 1430.

3 IOANNES, anno 1447.

4 N. Greisnekher, qui aduersus Fridericum tertium Imperatorem, vna cum Pamkhircher conspirauerat, proscriptus propterea.

5 ADRIANVS, egit præfectum Iudenburgensem, & castri Obdach. possederat & Waldekh, circa annum 1500.

DOMINI A VARAVV, VBI HODIE præpositura nobilis in Styria visitur. 20

1 VBO, Gündelius, & Witelius, citantur in literis de anno Domini 1300.

2 IOANNES, accepit ab Alberto Austriaco pecuniam nomine iunioris Hardecensis comitis, de anno 1390.

DOMINI DE HANAVV, POSSEDErant Wasen & Greiffenfels, Styriæ castra.

1 WIGANDVS, habuit cōtrouersiam cum comitibus de Hardekh, circa annū 1300.

2 WOLFHARDVS, magister curiæ fuerat Alberti ducis Austriæ, anno à nato Christo 1356. cuius sorores Catharina Hermanni, & Diemudis Nicolai pincernę de Osterwicz, coniuges fuere. 30

3 FRIDERICVS & Waltherus, possederant Leonstayn, circa annum 1356.

4 WALTHASAR, anno 1360.

5 FRIDERICVS, habuisse hunc legimus Vogtiam, hoc est præfecturam Vorbspergensem, anno 1411.

DOMINI BRVESHENCK, DE STETEMberg, Styri, qui in Austriam transgressi, comites ibidem ab Hardekh inaugurati sunt.

1 VDALRICVS, Alberti primi ducis Austriæ, stirpis Habspurgensis, aulicus, cuius sæpe in legationibus opera vsus legitur: ditatus propterea, familiam suam extulit primus. 40

2 IODOCVS, anno citatur 1440.

3 VDALRICVS secundus, floruit anno Domini 1450.

4 SIGISMVNDVS & Henricus, Friderici tertii Imperatoris camerarii fuerant: quorum Henricus comes Hardecensis in Austria factus, ac multorum castrorū dominiorumque possessor, filios reliquit tres: Ioannem, Vdalricum, & Iulium, qui adhuc in viuis est, & multos liberos ex comitissa ab Oberstayn Rhenensi progenuit.

DOMINI DE BLANKNSTAYN, STYRI, QVI postea in Austria castra quoque possidere cœperunt, vallis videlicet Sidin[illegible], infra Melicum. Apud Styros vero habuerunt Mansburg, Rohacz. 50

1 RVDOLPHVS, citatur in literis de anno 1275.

2 OTTO & Mangiso, anno 1334.

3 VDALRICVS, Ioannes & Wulfingus, in literis fundationis Academiæ Viennensis commemorantur, anno Incarnationis 1[illegible]2.

4 MAR[illegible]INVS, in instrumento quodam diuisionis [illegible]um Austriæ, inter testes recensetur, anno 1406.

5 PANCRATIVS, anno floruit 1464.

6 IOAN-

6 IOANNES, is primus in Austriam translatus, comitatus Peylstayn præfectum egit. Quo mortuo sine virili semine, Bruesechenkhii de Stetemberg castra in Styria à Friderico Imperatore tertio impetrarunt.

DOMINI A RAPPACH, STYRI, HAVD PROcul a Rotenman oppido prædia habuerunt, qui in Austriam quoque transeuntes ibidem Ebensurtum oppidum in fidem acceperunt.

1 HENRICVS, Alberti secundi ducis Austriæ, quem Contractum nominant præfectum curiæ egit, anno labente à nato Christo 1322.

10 2 VDALRICVS & Henricus, cernuntur Viennæ sepulti in Minorũ cœnobio, de anno 1358. quorum Henricus Rudolphi quarti ducis Austriæ præfectum curiæ egit, circa annum 1350. & in matrimonio habuit Catharinam a Roteumnan, ditissimam fœminam.

3 GEORGIVS & Christophorus, sepeliuntur Viennæ apud Minores, anno millesimo CCC.XCIV.

4 IOANNES, egit præfectum arcis clam, supra Schaydvvien, in finibus Austriæ & Styriæ, circa annum Domini 1409.

5 CHRISTOPHORVS secundus, sepelitur Viennæ in Minorum monasterio anno 1430. habuerat is coniugem Crescentiam de Terransperg.

6 GEORGIVS, in hastiludio Viennæ celebrato sub rege Alberto, palmam obtinuit, 20 MCCCCXLV.

7 CHRISTOPHORVS tertius floruit, anno 1495. & possederat Volkhestayn in Enstall. in Austria vero Schvvechat, Achau, Erdperg & Symoning. Cuius soror Kunigundis abbatissam egit ad sanctam Claram Viennæ.

8 IOANNES, cernitur sepultus apud Minoritas Viennæ, anno 1513. is progenuit duos filios, Leopoldum & Christophorum: & duas filias, quarum Elisabeta Bernhardo a Maynburg, Margaretha vero Georgio à Rattal nupsit, huic qui sub Maximiliano præfectus prætorio Austriæ fuerat, quem Vicetenentem appellant.

9 CHRISTOPHORVS quartus, ex domina Hauferyn progenuit, qui adhuc in viuis est adolescens.

30 *INGENVI A KAYNACH IN BIBERTALL, IN finibus Styriæ ac Carinthiæ, qui postea studiis in principes suos à Rhamnusia sublevati, compararunt castra in finibus Tauriscorum & Carnorum, Leonrod, Aynod, Stubetza & Sessedum, amplissimum ad Sauiripam dominium, Hungariæ conterminum. Porro nomen familiæ à riuo, qui isthac in Mueram defluit, accepit.*

1 OTTO & Egidius, floruerunt circa annum 1060.

2 HILFERICVS, quem Hilpericum Franci cognominabant, anno citatur in literis MLXXICI.

3 IOANNES & Fridericus, subscripserunt diplomati cuidam ab Ottocharo Styriæ 40 principe dato, circa annum 1202.

4 ALBERTVS & Rupertus.

5 IOANNES & Albertus, in diplomate quodam dominorum à Pernekhe citantur, de anno 1425.

6 IOANNES tertius duas habuit coniuges: primam Margaretham, postremi à Kirchdorf filiam: & secundam Rosinam, Dietmari a Ryndschayd filiam, ex qua Georgium procreauit.

7 GEORGIVS, genuit Georgium secundum, & multas filias: quarum vna ingenuo Schurpfen, secunda nobili equiti a Ramyngen, tertia Marescalco à Sauraw, quarta nobili ab Herbersdorf, quinta cuidam ab Altenburg, sexta nobili equiti Styriensi ab Helfenburg 50 nupsis. Is Georgius Friderici tertii Cæsaris ab arcanis consiliis fuit.

8 GEORGIVS secundus, aulicus & consiliarius Friderici tertii Imperatoris, ex Dorothea à Staynvvaldē & Flednicz, vidua Fridericia Graben, genuit filios & filias, videlicet Iohannem quartum, & Georgium tertium. Eua filia nupsit Ioanni Kuenberger Carentano.

9 GEORGIVS frater Ioannis, ex Clara Dauidis Gallen a Rudolfsekh Carniolensis filia tulit Gallum filium: & duas filias, Euam ac Annam.

10 IOANNES quartus frater Georgii tertii, duas nactus est coniuges: primam, Rosinam filiam Ruperti R[illegible] hayd a Schuechleyten: secundam, Dorotheam Christophori liberi à Kuenberg filiam Carentanam, cubiculariam Annæ Ferdinandi regis conthoralis. ex qua suscepit Helfericum secundum, primum baronem à Ferdinando Cæsare Hungariæ

& Bohemiæ rege creatum: Christophorum, Gandolphum, Sigismundum, Hieronymum, Mathiam & Bartholomæum.

11 HELFRICVS secundos, Ioannis quarti filius natu maior, primus ob merita in domum Austriadum baronis dignitate à Ferdinando Cæsare, cuius fuerat senator, adornatus, duas habuit coniuges: primam, filiam Georgii Gayler, viduam Christophori à Waydekh: & secundam, Anastasiam filiam Christophori a Pluemekh, ex qua genuit Ioannem, Christophorum, Florentiam, Mariam, Susannam & Catharinam. duæ filiæ & vnus filius obierunt. Is Helfricus stemma suum primus extulit, & ex Burggrauio Gratzensi & Styriæ cellarii præfecto, & assessor prætorii Austriaci, & baronis titulo decoratus, dominioq; Sossed & Stubitz in finibus Hungariæ ac Styriæ accumulatus, adhuc cum laude viuit in prętorio Austriæ. 10

12 CHRISTOPHORVS, Helfrichi frater germanus, coniugem habet Annam filiam Christophori Breuner, caret prole.

13 GANDOLPHVS, Helfrici & Christophori frater, in coniugio habet Catharinam filiam Baltasari Alapii de magno Ganicho, in Wyndotum Marcha, viduam Sebastiani à Weyssenekh: caret sobole.

14 SIGISMVNDVS, superiorum frater germanus, secutus castra Caroli quinti Imperatoris in Aphricam & Galliam, Ferdinandique fratris Cæsaris in Galliam, obiit sine vxore & liberis.

15 HIERONYMVS, frater Helfrici, Christophori, Gandolphi & Sigismundi, in clade ad Peschium accepta, duce Regendorfio, anno 1541, capitur à Thurcis. in qua etiamnum captiuitate manet. 20

16 MATHIAS & Bartholomæus, adhuc cœlibes, erant superiorum fratres germani. quorum obiit Bartholomæus.

MARESCALCI STYRIAE A Sauuraw.

1 ARNOLDVS & Sigefridus, in diplomatibus citantur de anno Salutis 1176.

2 BERCHTOLDVS, floruit anno 1340. quantum ex literis colligitur.

3 WILHELMVS, egit Styriæ præsidem, anno Domini 1427. Et ex Anna de Laakh Ioannem genuit. 30

4 IOANNES, Wilhelmi filius, Wolfgangum reliquit.

5 WOLFGANGVS, ex Martha à Gutenstayn, suæ familiæ postremi filia, Michaelem tulit.

6 MICHAEL, Casparum procreauit.

7 CASPAR, filius Michaelis, ex coniuge à Fladniez Wilhelmum, Ioannem, Fridericum & Christophorum progenuit.

8 WILHELMVS secundus, Caspari filius, ex Rogendorferina sorore Sigismundi, camerarii Friderici tertii Cæsaris, Erasmum & Onophorum procreauit, quorum Onophorus legitur vxorem habuisse Chaynacherinam. 40

9 CHRISTOPHORVS, Wilhelmi secundi frater, & Casparis quoq; filius, Ioannem filium reliquit hoc nomine tertium. qui ex Anna Theoderici Berner à Scacho filia, Christophorum secundum & Aphram filios progenuit.

10 IOANNES secūdus, frater germanus Wilhelmi secundi & Christophori, ex Sigana Apsalteryn duos filios genuit, Georgium & Wolfgāgum: quorum Wolfgangus ex Rosina, Andreæ à Spangstayn filia, Franciscū procreauit. Et rursus ex Andreæ à Gutenstayn nata, Wolfgangum tertium, Georgium & Franciscum his nominibus secundos: & aliquot filias, Helenam, Rosinam, Benignam & Ceciliam.

11 FRIDERICVS, frater germanus Wilhelmi secundi, Christophori & Ioannis, filius & ipse Caspari, ex Vrsula à Ramberg tres filios tulit: Fridericum secundum, Ioannem quartum & Michaelem tertium. Quorum Ioannes Georgium tertium reliquit, qui ex Margaretha Dietmari Ryndschaid nata filiam Catharinam suscepit, domino ab Herberstayn collocatam. 50

12 WILHELMVS tertius hoc nomine, Friderici secundi ex Lemsitzerin filius progenuit duos natos, Erasmum & Onophorum.

13 ERASMVS, Wilhelmi tertii filius, ex Helena Wilhelmi à Trautmansdorf filia genuit, qui adhuc viuunt, Egidium, Albanum & Apollonium.

14 ONOPHORVS, Erasmi frater germanus, Wilhelmi tertii quoque filius, ex Æmilia à Liechtenberg Casparum reliquit: & duas filias, Agnetem & Dorotheam.

15 Ca-

15 CASPAR, Onophori filius, duas vxores habuit: filiam Georgii à Lyndekh, & alteram Friderici ab Helfenberg filiam.

DOMINI A VVINDISCHGRACZ, STYRI.

1 REIMBERTVS, floruit circa annum Salutis nostræ 1370.

2 RVPERTVS.

3 SIGISMVNDVS, frater Ruperti, ex Elisabeta Lupoldi ab Aspach filia duos filios progenuit, inter initia Imperii Friderici tertii, Iacobum & Christophorum, & aliquot filias: quarum Margaretha Christophoro à Mindorf nupserat, mater Georgii & Christophori, 10 qui ante nostram memoriam vixerunt: auia Christophori, Erhardi, Francisci, Sigismundi & Ioannis. Secundò vero Catharina, cuidam à Trautmansdorf data est vxor: & tertia Vrsula, Silberbergio Carinthiæ nobili equiti.

4 IACOBVS, Sigismundi filius ex Maria Georgii Gradners filia, vnicum filium Sigefridum reliquit: & tres filias, Catharinã Kolniczeryn, Sibyllam Ramingerin, & Cordulam Teuffenbacheryn.

5 SIGEFRIDVS, Iacobi filius, ex Aphra Wilhelmi Grafvveyn nata, vnicum filium Sebastianum genuit, & filias sex: Martham Truebnekheryn, Elisabetam Preynneryn, Barbaram Harracheryn, Reginam Radmansdorferyn, Iustinam & Helenam virgines.

6 SEBASTIANVS, ex Catharina, Nicolai Raubers liberi à Plankhnstayn filia, duos 20 filios tulit, Sigefridum & Nicolaum: quos hodie inclytus Ferdinandus Romanorum rex, archidux Austriæ, Carinthiæ & Styriæ, libertate donatos, & in patriciorum ordinẽ allectos euexit. Quorum habet alter in matrimonio viduam optimi ac doctissimi viri Chunradi ab Hohenberg, iuris vtriusq; doctoris, ex genere Colniczerinorum.

DOMINI A BANSDORF, STYRI.

1 RVDOLPHVS, circa annum Domini reperitur 130.

2 FRIDERICVS, post ea tempora feuda accepit à comitibus ab Artenburg, in Carinthia.

DOMINI A RADMANSDORF, IN STYRIA, qui in rubeo Clypeo tres calceos equinos gerunt.

30

1 WALDCHVNO & Otto, in diplomatibus fundationibusque vetustis reperiuntur testes introducti, de anno Domini 1330.

2 WALDCHVNO secundus, ex Anna Henrici ab Herbersteyn filia, vidua Ottonis Herbersdorfer, Ottonem & Ioannem progenuit.

3 IOANNES præfectus vallis Camertall, circa annum 1470. Waldchunonis secundi filius, Ottonem secundum filium genuit.

4 OTTO tertius, Ioannis filius, reliquit Christophorum filium, & tres natas: quarum 40 Barbara Friderico ab Herbersdorf nupsit, Regina Ioanni Zebinger, & Maria Henrico ab Helfenberg, mater Georgii, Andreæ, Ioannis, Friderici & Iodoci. Porro Christophorus Ottonis secundi filius, ex Karschavveryn progenuit Wilhelmum, qui ex casu equi obiit: & Carolum. Carolus vero ex Catharina Ioannis a Czermeml filia, Casparũ tulit: qui in coniugio habet Reginam, domini Sigefridi à Windischgracz natam.

5 OTTO secundus hoc nomine, in stirpe Ioannis superioris primi hoc nomine frater germanus, Waldchunonis secundi quoque filiorum alter, ex Margaretha Andreæ à Suesshenhaym filia, Othonem quartum procreauit, & duas filias: Mariam, cuidam ab Helfenberg: & Barbaram, nobili equiti ab Herbersdorf, locatas.

6 OTTO quartus, secundi filius, ex Anna Georgii Gradners filia Ioannem secũdum 50 produxit, Ladislaum, & Reginam Zebingeryn.

7 IOANNES secundus, ex Rosina Barptolemei Blaicher filia, Ioannem tertium, & Ladislaum secundum genuit: & filiam vnam Susannam, Christophoro Ryndschnid nuptui traditam. Quorum Ladislaus duas filias reliquit, Rosinam Christophoro à Lamberg collocatam, matrem Vrbani & Ladislai Lamberger, & Catharinæ Kornfailyn: & alteram Catharinam, Matthæo Schrenkhel collocatam.

8 LADISLAVS hoc nomine primus, Ottonis quarti filius, & Ioannis secũdi frater germanus, ex Apollonia Ludouic Kosiacher filia tres filios procreauit: Ottonem parochum Bragensem, Christophorum secundum, & Erasmum. Huius quoque filiæ fuerunt, Kunigundis Auersperg eryn, Rosina Lambergeryn, & Catharina Schranklyn.

9 ERASMVS Ladislai primi filius, & Ottonis sacerdotis frater, ex Magdalena Andreę à Stubenberg filia, viduata duobus maritis, Wilhelmo à Graben & Friderico Gleynczer, Walchunonem tertium reliquit. Ipse belli studiis nostro tempore famigeratissimus, & tropbæis ex Hungaria relatis clarus, Nouæ ciuitatis in Austria præfectum egit.

10 CHRISTOPHORVS, Erasmi frater germanus, Ladislai pariter primi filius, ex Vrsula filia Balthasari Gleynczer Albonem & Ottonem quintum genuit, & aliquot filias: Barbaram Philippi à Trautmansdorf coniugem, Apolloniam, Iuditham & Hesteram.

11 OTTO quintus hoc nomine in nobili prosapia, ex Kartschauerin Catharinam filiam progenuit, Andreæ à Teuffenbach collocatam.

DOMINI A TRAVTMANSDORF, QVI in insignibus gentilicijs rosam habent, albo & rubro coloribus distinctam.

1 ERENRICHVS, literis vetustis citatur de anno Domini 1410.

2 VDALRICVS, Friderici tertii Imperatoris camerarius, fundator alter cœnobii Prædicatorum in Noua Austriæ ciuitate.

3 ANDREAS, forte Vdalrici frater, feuda accepit à Friderico tertio Imperatore circa annum 1443. Habuit in matrimonio Eylricheryn quandam nobilem fœminam, ex qua progenuit natos Wolfgangum, Sigismundum & Ernestum. Quorum Sigismundus Rochum reliquit, Wolfgangus Sebastianum, & Ernestus Erasmum, cui filius fuerat Christophorus.

4 SEBASTIANVS Andreæ filius, progenuit duos filios, Adamum, Methardum: & Barbaram, Andreæ Gloiachet coniugem, Christophori matrem. Quorum Methardus in matrimonio babet Holnekheryn: Adamus vero, qui ante triennium in obsidione Lippæ apud Transyluanos occubuerat, ex quadam Gutenbergerina filiam progenuit, Matthæo à Trautmansdorf collocatam.

5 HERRANDVS, Andreæ frater germanus, & ipse sub Friderico tertio floruit, & ex quadam Holczlerina nobili quatuor filios procreauit: Vdalricum secundum præpositum in Polan, Ioannem, Wilhelmum & Lupoldum, qui in comitatum Tyrolis lares suos transtulit.

Herrandi filii:

- Lupoldus Tyrolensis genuit
  - Herrandum secundum
  - Nicolaum, qui adhuc viuit in Tyroli. is progenuit
    - Lupoldum, Franciscum, Theodericum, Carolum. quorum sororem nuper duxit Hauser, nobilis Austriæ eques.
  - Vdalricum secundum.
- Ioannes Styrus
  - Cum successione, Erenrichus secundus Vicedominus Leibnicensis pro episcopatu Salisburgensi, in Styria, ex quadã Langyn, Matthæi episcopi Salsburgẽsis cognata, progenuit filios
    - Matthæum, cuius vxor filia Adami Trautmansdorfer.
    - Ioannem,
    - Ioachimum.
  - Sine successione, Sigefridus, Dauid, Bernhardus, Leonhardus.
- Wilhelmus, Styrus, ex Catharina à Wyndischgraes Iacobi sorore, suscepit.
  - Andream decanum Salisburgensem, Walthasarem fratrem decani.
  - Philippum, cuius filii ex Heduigi Ruperti Staymer filia,
    - 1 Wilhelmus canonicus Salisburgensis.
    - 2 Christophorus.
    - 3 Andreas, cuius vxor Vischmaisterin.

EQVITES NOBILES A TIEFfenbach, Styri.

1 ORTOLPHVS, claruit ac citatur in literis circa annum Salutis nostræ 1080.

2 HARTVVICVS, in literis sancti Lamberti commemoratur de anno Domini M. CC. LXII.

3 ERNESTVS, ex quadam Margaretha progenuit Ortolphum, Cbristophorum, & Ioannem: & tres filias, videlicet Dorotheam Paychoferyn, Vrsulam Wyndischgraezerin, & Kunigundim Wetressin. Quorum legitur Ortolphus, habuisse in matrimonio Elisabetam, Henrici à Weisbriach Carenthani baronis filiam: Christophorus vero Kunigundim, Ottochari Gallen filiam.

4 IOANNES Ernesti filius, ex Barbara Iacobi Kervvekhen filia, progenuit Tristramum, & duas filias, Vrsulam Andreæ ab Herberstayn, & Annam Vigilio ab Erolczhaym collocatam.

5 TRIS-

5 TRISTRAMVS, Ioannis natus ex Dorothea Fronhouers nata, duos genuit filios, & tres natas, videlicet Georgium, Andream, Margarethã Humelbergerin, Agnetem Mordaxin, & tertiam cuidam Harvvacher locatam.

6 ANDREAS Tristrami filius, ex Catharina Ottonis à Radmansdorf filia, Ioannem & Georgium progenuit: quorum Ioannes ex Balburgi, Bernhardi à Lyechtenberg filia, Victorem filium reliquerat: Georgius vero hoc nomine in stemmate secundus, ex Catharina, filia Ioannis ab Honyngen, & ex secunda coniuge Catharina, Mauritii à Dietrichstayn filia, Andream secundum & Melchiorem produxit: quorum Andreas Reissacherin habebat in matrimonio. Melchior vero liberos tres tulit, Franciscum, Cyriacum & Florẽ-
10 tinum. de quorum Francisco posterius dicam.

7 GEORGIVS, frater Andreæ, & Tristrami quoque filius, duas habuit coniuges: Dorotheam, ciuis cuiusdam nobilis Rachstatensis Scherrenberger, quem comitem vocant, filiam: & alteram, Aphram Holnekherin, ex quibus duos filios & duas filias genuit: Polycarpum, Iacobum, Barbaram Trakhenpergerin, & Reginam Gradnckherin.

8 IOANNES secundus, in familia ex Liechtenberg Andreæ primi filius, de quo suprà locuti fuimus, ex Walburgi Bernhardi à Liechtẽberg filia, filios genuit & filias, Victorem, Anastasiam Mindorferin, Catharinam Adamo ab Holnekh vicario siue præsidi Styriæ nuptam, Anastasiam alteram Ioanni Perschyn & Otyliam Paulo Aigl copulatas. Duxit & secundam vxorem Dietrichstaynerin, vnde Sophiam tulit, Wolfgango baroni à Stuben-
20 berg datam vxorem, matrem iam multorum liberorum.

9 IACOBVS Georgii filius, ex Iacobi à Wyndischgracz filia multos liberos procreauit vtriusque sexus: videlicet Franciscum, Martinum, Andream tertium, Balthasarem, Bernhardum, Wilhelmum, Christophorum, Ioannem Vrsulam Chunrado à Wyndischgracz nuptam, Kunigundim Wilhelmo à Woldryes, & tertiam cuidam Payrdorfer nuptam, matrem Chunradi Payrdorfer.

10 FRANCISCVS primi Iacobi filius, ex Beatrice Achatii Schrot filia, vidua Ioannis Leysser, tulit multos liberos: Erasmum, Sigefridum, Iacobum secundum, Achatium, Hemmam Georgii Wynkhlers vxorem, Catharinam & Barbaram.

11 GEORGIVS tertius hoc nomine, ex quadam Hornekherin duas modò filias genuit,
30 Barbaram Christophoro Trackenberger nuptam, & Reginã Christophoro à Gradnckh, matrem Polycarpi, Sigismundi & Francisci à Gradnekh.

12 FRANCISCVS secundus, Melchioris filius, anno 1550, cum Polyxena Christophori à Raknicz & Magdalenæ à Bernekh filia, vixit.

EQVITES AB HERBERSDORF, IN quorum insignibus rubris alba rota lucet.

1 OTTO, ex Anna Henrici ab Herberstayn filia nullam prolem habuit: sed ex altera quadam, circa annum 1400. progenuit Nicolaum, Erhardum, Ernestum.

2 ERHARDVS, ex Barbara Henrici quoque ab Herberstayn filia, Andream & Fri-
40 dericum genuis.

3 ANDREAS, filios reliquit Leonhartum & Sebastianum.

4 FRIDERICVS Andreæ frater, genuit Vdalricum.

5 IOANNES, reliquit Franciscum.

6 FRANCISCVS, ex Æmilia, filia Christophori à Waydekh, progenuit Ioannem, Victorinum, Ferdinandum, Erasmum, Adamum, Maximilianum, Marianam, Sophiam, Catharinam, Luciam, Barbaram, Rosinam. Duxit & alteram coniugem secundis nuptiis, Elisabetam filiam Ioannis liberi ab Herberstayn: ex qua suscepit rursus liberos, Andream, Carolum, Fridericum, Marquardum, Ottonem, & Æmiliam filiam.

50 *INGENVI STYRIAE, SCHVVETNpeckn à Weynpurg.*

1 IOANNES, Schvveynpekh de Weynburg, Georgium suscepit.

2 GEORGIVS, Georgium secundum, & Elisabetam filiam nobili Carnorũ de Czermeml locatam.

3 GEORGIVS secundus, Syluestrum tulit.

4 SYLVESTER, Ioannem genuit.

5 IOANNES, postremus suæ familiæ, tres filias reliquit, & nullam prolem masculam. Porro cernuntur horum sarcophagi in Garstensi cœnobio superioris Austriæ.

DOMINI ARAKNICZ, STYRI, QVI NO-
stra memoria Baronum dignitate à Ferdinando Rom. rege, &c. aucti sunt.

1 HERMANNVS.
2 IOANNES, floruit anno 1462.
3 SIGISMVNDVS, 1453.
4 GEORGIVS.
5 CHRISTOPHORVS, cuius fratres Laurentius, Martinus, & Wolfgangus, prolem non reliquerũt. Ipse vero ex Magdalena Wilhelmi postremi à Perdekh baronis filia, Mauritium & Elisabetam progenuit, Martino Traxl collocatam.
6 MAVRITIVS, literarum decore ornatus, primus quoque baronis faustam acclamationem accepit: qui ex vxore Catharina Margerin, Carentana, progenuit liberos nostra memoria.

DOMINI MYNDORFER DE FEIS-
tricz, Styri.

1 HERMANNVS, accepit feudo à patriarcha Aquileiensi Neuring castrum, anno MCCCXXXVI.
2 BARTHOLOMÆVS, præfectus erat in Blankhenstayn, anno 1419.
3 BERCHTOLDVS, floruit anno 1420.
4 BALTHASAR, possederat castrum Kunigsperg.
5 BARTHOLOMÆVS secundus, possederat Sacherberg anno 1478.
6 CHRISTOPHORVS, Maximiliani Cæsaris præfectus tormentorum castrensium fuerat. cuius frater germanus cœlebs obiit, soror vero Margaretha abbatissam egit in Gos famigeratissimo vestalium apud Styros cœnobio. is ex Sophia Erhardi ab Hohenvvard filia Carenthana, multos procreauit, qui sequuntur.
7 CHRISTOPHORVS, Erhardus, Franciscus, Sigismundus, Ioannes, Isaac, Christophori superioris filii fuerunt: quorum Franciscus adhuc viuit. Habuit & filias, Reginam, Iulianam, Chunigundim, & Gertrudim.

DOMINI GAYLER.

1 IOANNES & Erhardus, floruerunt circa annum 1377. quorum Ioannes coniugem habuit, filiam Offonis Pernekher.
2 IOANNES & Andreas, 1400.
3
4 SIGISMVNDVS, adhuc viuit: cuius patruus, præpositus Gurcensis cœnobii nostra memoria fuerat.

CATALOGVS ALIQVOT NOBILIVM IN
Styria familiarum, quæ partim interciderunt, partim, quia integrum consequi stemma nequiuimus, etsi adhuc supersint, placuit immiscere.

1 FLEDNICZER, quorum Staynboldus vicedominum Leybniczii egit, anno Salutis 1412. Cæteri secuti sunt, Fridericus & Christophorus. quorum postremus Scheydvvien & Slaming castra possederat. cuius vel filia vel neptis fuit, quæ Longino à Puecham nupsit, & ex ea nata Erasmi à Trautmansdorf, quæ nostra memoria vixerunt.
2 VASOLDSPERGERG, Erasmus Kunisperg castrum possederat, circa annum Domini 1380. & Bartholomæus Sacherperg, anno 1478.
3 HOHENBANKER, Burgrauiorum & Pincernarum titulo decorati: quorum Vdalricus vixit anno 1335.
4 LEIBNICZER, Curradus & Fridericus floruere circa annum 1330. Fridericus 1360. Ioannes 1383.
5 BRANKER, qui adhuc supersunt, & horum aliqui in Austria habitant. quorum inuenimus Berengarium, de anno Domini 1289. Reymbertum 1344. Vdalricum cum Adelhaide coniuge 1397. Ioannem cum vxore Agnete de Sichetberg 1460.
6 SCHROT, qui iidem adhuc in Styria supersunt, & Kymberg castrum possident. Cuius stirpis Henricus vixit anno 1289.

7 Czv-

7 Czvber, qui & ipsi supersunt. quo nomine inuenimus in antiquis diplomatibus Cunradum, de anno 1288.

8 Prenhafen. Marquardus floruit circa annum 1200.

9 Gallen, qui supersunt, & partim in Austria habitant. Quo cognomine citatos à principibus Styriæ in literis inuenimus Henricum, Chunradū & Dietmarum fratres, Gallen dictos, his expresse verbis, de anno videlicet 1170.

10 Kundenberch, forte quod hodie Kymberch dicitur, in valle Muereztall, hodie à Schradiis possessum. A quo castro cognomen vsurpauit, ab Ottocharo Styriæ marchione citatus Cunradus, de anno Salutis 1250.

11 Lembsiczer, qui nostra memoria interierunt, fundatores maxima ex parte sancti Iacobi cœnobii apud Viennam. Huius vero nominis inuenimus in literis vetustis citatum Leonhardum, de anno millesimo trecentesimo. Wolfgangus possedit Muerfeld, circa annum 1310.

12 Pernstayn, Palinuchus citatur anno 1250.

13 Zierbach, Warmundus recensetur in diplomatibus antiquis, anno 1250.

14 Mvrek, quod hodie Stubenbergii castrum possident in vicinia Rakhersburgii. cuius generis floruit Burcardus anno Salutis 1150. Lutoldus 1230.

15 Gestnik, Syodgerus commemoratur in literis de anno 1180.

16 Plankenward, Rudigerus subscribitur de anno 1200.

17 Plankenberg, Engelbertus anno 1170.

18 Offenberc, Diermarus citatur in literis de anno 1320.

19 Talberg, Berengarius 1100.

20 Alcerspach, Guntherus & Betchtoldus commemorantur de anno 1070.

21 Alendorf, 1270.

22 Prembach, anno 1280.

23 Wolfenhoven, Vdilscalcus & Reynhardus 1280.

24 Gvtemberg, Lutoldus ab Ottocharo duce citatur anno 1250.

25 Strecha, Duringus commemoratur anno MCXL. Gerundus anno MCLXX.

26 Enstall, Gotofridus 1230.

27 Pfaffendorf, eodem anno.

28 Alendorf, Hermannus anno 1270.

29 Veitsher, Henricus cum Dorothea vxore, recensetur in literis anno 1400. Georgius 1450. Casparus eodem pene.

30 Freistayner, Andreas vixit 1400. Caspar anno adhuc 1500.

31 Lvecer, Balthasar & Erasmus floruere 1478.

32 Lvcaster, Cunradus 1313.

33 Aspacher, Leopoldus egit præsidem Styriæ, circa annum 1425.

34 Vttendorf, anno 1070. Sigehardus citatur.

35 Vridperg, Hermannus eodem anno 1070.

36 Ivnknhoven, Eberhardus eodem.

37 Tvodingskirch, Menogoldus eodem.

38 Schonhering, Vdalricus eodem.

39 Retenbach, Hardericus & Henricus eodē. Bernhardus & Leopoldus eodem.

40 Crvmbach.

41 Gloiacher, qui adhuc supersunt. Michael anno citatur 1389, Fridericus M. CCCCXLIV.

42 Reifenstayner, cuius familiæ postremus cum Lupoldo duce Austriæ apud Sempach ab Heluetiis interficitur, anno 1386.

43 Falkenbvrger, Christianus 1440.

44 Rotendorfer, Berchtoldus floruit anno 1430.

45 Possedorfer, Martinus 1450.

46 Kribisdorfer, Andreas 1457.

47 Holneker, Georgius inuenitur de anno 1440. Andreas 1470. Fridericus 1490. possederat Gonabicz. Nostra memoria hoc cognomine Adamum quendam Styriæ præsidem nouimus.

48 Spangstayner, quæ adhuc prosapia superest, & Svvamburg castrum possidet. quo cognomine Sebastianus præsidem Styriæ egit, circa annum 1490. Andreas floruit circa annum 1520.

49 Frvoten, de Mayrhouen.

50 CVPENSTAYNER, Cunradus floruit 1360.
51 LOBMINGER, Arnestus 1360. Fridericus 1350.
52 SICHELBERGER, Georgius commemoratur de anno 1440.
53 OBERNBVRGER, Wolfgangus 1420.
54 STVBICH.
55 PRANDNER.

SEPTIMI LIBRI ICON *Boii veteris.*



CONFIRMATIO ET EXPLIcatio imaginis.

BOIOS auratis, virgatis, versiculoribusq; sagulis vsus fuisse, Polybius libro secundo ostendit. A fronte autẽ, inquit, aduersus Caium Attilium Taurinos, & qui circa Padum habitant, Boios, Carnos, cæteraq; impedimenta vnum in locum extra vtramque aciem collocarunt: prędam vero omnem in proximum tumulum, relictis qui eam custodirẽt equitibus, exposuerunt. Ita cum bifrontem aciem constituissent, accidit eam non modo terribilem aspectu, verum etiam ad pugnam efficacissimam esse. Boii quidem atque Insubres aurans fulgebant sagulis. Et subdit: His accedebat splendor & pulchritudo ornamentorum. Quippe tota acies torquibus, aureis, & virgatis sagulis fulgebat. Meminit & Cor. Tacitus lib. 18. in historia Ottonis Cæsaris: Duces copiarum Vitellianarum duo in primis fuerunt, Fabius Valens, & Aulus Cecinna triginta millia armatorum ex superiori Germania ducebat Cecinna: qui in Italiam descendit, versicolore sagulo & brachis (quod barbarum est tegmen) nudatus.

2 Boios

2 Boios torques aureos gestasse, vnde à Græcis [illegible] fuerant, Polybius libro secundo testatur, cum de [illegible]lis sic scriberet: Ip[illegible] [illegible]nibus copiis per Liguriam in Boiorum agrum profectus, omnia vastat, populaturque: & [illegible] paucorum dierum spacium, omni genere prædæ ditato exercitu, Romam [illegible] reuertitur, armis, torquibusque. Id genus ornamenti est, ex auro, quod Galli ci[illegible]um gestare solent. Meminit & Liuius libro tertio Decadis quartæ: In eo prælio, inquit, [illegible] quadraginta millia hominum cæsa, Valerius Antias scribit: & [illegible] quinquaginta septem [illegible] militaria capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques [illegible] ex [illegible]bus vnum magni ponderis Claudius in Capitolio, Iouis donum, in æde [illegible] scribit. Castra eo die Gallorum expugnata, direptaque, & Comum oppi[illegible] [illegible] die paucos captum. [illegible] inde duodetriginta ad Consulem defecerunt. Id quo[illegible] inter scriptores ambigitur, vtrum in Boios prius, an Insubres, Consul exer[illegible]m duxerit, [illegible]que prospera pug[illegible] [illegible]terauerit. Et iterum libro sexto eiusdem Decad[illegible]. P. [illegible] Consul triumphauit de Boiis. in eo triumpho Gallicis carpentis arma signaque & spol[illegible] omnis generis tran[illegible]uexit, & vasa ænea Gallica: & cum captiuis nobilibus, equorum [illegible]que capt[illegible] [illegible] traduxit. Aureos torques transtulit mille quadringentos & septuaginta. Sciendum est, & ad hunc maxime locum pertinet, quod Suidas de Torquato refert, [illegible] [illegible] κ.τ.λ.

3 Boios signa militaria habuisse, ferme vt Romani habebant in acie, testatur Liuius libro sexto Decadis quartæ: Placatis diis, nunc votis rite soluendis, nunc prod[illegible] expiandis, in prouinciam proficiscitur Consul, atque inde Cneum Domitium proconsulem dimisso exercitu Romam decedere iussit, ipse in agrum Boiorum le[illegible]iones induxit. Sub idem fere tempus Ligures lege sacrata coacti, nocte improuisa ca[illegible]a Minutii proconsulis aggressi sunt. Minutius vsque ad lucem intra vallum militem instructum tenuit, intentus ne qua transcenderet hostis munimenta. Prima luce duabus simul portis eruptionem fecit: nec primo impetu, quod sperauerat, Ligures pulsi sunt, &c. Et lib. tertio Decadis eiusdem: Boii, vt est genus minime ad moræ tædium patiens, in castella sua vicosque dilapsi sunt. Et subdit: In eo prælio supra quadraginta millia hominum cæsa, Valerius Antias scribit, & quingenta septem signa militaria capta, & carpenta quadringenta triginta duo, & aureos torques multos.

4 Boiorum linguam multa Armenica vocabula habere, quod hæc gens ex Armenia scilicet primum omnium Europam post diluuium transgressa sit, vt postea ostendemus, qui diligentem scrutationem facere velit, reperiet. Constat enim [illegible] quas Berosus, Cato de Originibus, Fabius Pictor, Annius Viterbiensis, & SAMVEL [illegible]intista, voces Armenicas subinde commemorant, eas in Bauarica lingua, qua Austriaci quoque [illegible]tuntur, magis quam in cæteris Teutonici idiomatis dialectis inueniri, pronunciatione saltem parum inuersas. Exempli gratia: Fortunam Aramæi Phere vocabant: vnde ciuitatem Pheregenas, conditam à Iano in Italia, Cato refert. Vnde Austriaci, Bauarique, cum casum exprimere volumus, quod forte fortuna Latini dicere solent, on als gefar proferre solemus. Iidem cum partem fortunæ, vel prærogatiuam quandam notare volumus, vocamus ain [illegible]fartail. Sic Ebal lingua Armenica, quod Romani nominare solent accruum lapidum, aggerem, nos Germani qui Noricum & Viudeliciam colimus, prima saltem litera omissa, appellamus ain wal. Iidem stagnum VL[illegible]v, nos prima litera dempta, ain laken dicimus. Rursus transcensum, quem pfad nominamus, Armenii ph[illegible]sti vocabant. Iber præterea li[illegible] Armenica superos, & quod supra est Latinis, nuncupabatur: quod nos Germani etiamdum über efferimus. Armeniis quoque æs, Cen & ces dicebatur: vnde Volcen ciuitas a Iano in Italia condita, tanquam antiqui æris ciuitas appellata fuit. Porro adhuc hodie [illegible]sam æris ac ferri Styrii Bauarique ain esi dicunt. Cunicham quoque Aramæi, audaci[illegible] literis hominum congressus vocabant. Vnde non [illegible]rum Germani audaces Cuno[illegible]. & quercum aichen ac puechen appellamus, quod in foliis [illegible]ernis olim literæ signabantur, vnde [illegible]bri etiamnum Germanis à quercu puech nuncupantur. Rursus Helernam filiam Iani, quod suffragio sit electa, dictam Berosus tradit: a qua vo[illegible] [illegible] mirum Germani, ac Bauari [illegible]pue, Austriique, qui a Boiis descendimus, quod Romani eligere dicunt, nos [illegible] [illegible]lemen/hoc est, docere proferimus. Raczenuos ad [illegible] [illegible]nos prop[illegible]atores h[illegible] [illegible] Ianus pater co[illegible]ra Saturni malos propagatores a[illegible] ripam [illegible]beris pl[illegible] [illegible]uerat, Berosus refert, Aramæa lingua nominatos constat. Vnde Boii veteres F[illegible]ancique [illegible] proce[illegible] Raczenbur[illegible] [illegible]res suos d[illegible]nominauere, qui [illegible]spicere[illegible] [illegible] ho[illegible] [illegible]que darent, [illegible] [illegible]ntes punirent. [illegible]ic vxor Iani ab Aramæis Vesta & A[illegible]a appe[illegible], a sanctitate & soliditate terræ. Hodie adhuc fasten religionis vacare ac ieiunare. & Arden/

terram vocare solemus. Similiter à Sagis sacerdotibus Armeniorum (quo nomine Gothorum quoque fatidicas mulieres dictas fuisse, Iordnandes in historia Gothorum tradit) Germani nos secus Danubium OEnumque fluuios, qui sumus Boiorum Francorumque posteritas, multas res ad sacra pertinentes denominamus: Segen benedictio, Segnen benedicere, valedicere, Sigen vincere, Sicher tutum securumque, Sehen videre oculis & anima. Quin & animam tanquam sacram, Sel appellamus, a Sagis: quas Sales etiam vocatas fuisse, idem Berosus autor est. Vnde quos beatos sanctosque Romani dixere, Germani, qui ex Boiis Francisque deriuamur, nuncupamus Sälig. a qua voce fortasse Boiorum Fräcorumque leges Saliquæ appellatæ fuere. Tales pleræque aliæ sunt in prædictis authoribus recensitæ voces Armenicæ, quas nos litera vel dempta vel adiecta pronunciamus. 10 Vt, quod illi es dixere, & Latini malum, nos pes vocamus: quod illi Ennuo, nos Nueppen/ Nuckhen/ id quod coire Latini turpi significatione appellant. Refert Berosus, Amazones fœminas sine viris lingua Armenica appellatas, quæ ipsissima est Teutonica vox Austriis nobis Bauarisque familiaris, on man magen/ id est, si Latine reddas, sine viro virgo. Mansit denique apud Boiorum posteritatem in Nurico, Vindelicia atque Boiohemo, mos Aramæorum in cundendis vrbibus, castrisque locandis. de quo scribit Berosus libro quinto: Comerus more Scythico, vnde venerat, docuit suos Italos vrbem curribus componere: & idcirco Veii appellati sunt, vocabulo Sago, qui Veias plaustrum appellant. Et vrbem ex his compositam, si parua sit, Veitulam: si magna, Vlardum: si metropolis Cvocholam. Quæ vocabula nos pronunciatione saltem deprauata paulo aliter proferimus, ain weyler/ id est 20 villula, ain widen/ ain vleckhen castellum, ort/ fleckhen: ain gezente stat/ oder gezanchete/ a Cochula voce Aramæa. Viderunt autem maiores adhuc nostri vvagenburgas illas, curribus cumprehensa castra: & Vaden etiamnum Austriaci Bauarique a Veiis plaustro Armenico nominamus. Vnde vvaygen quoque vox emersit, si quid [illegible] pro v simplici Franci plerunque vv duplice vsi sunt. Extant eiusmodi alia pleraque Aramææ siue Armenicæ linguæ, cum in vniuersa Teutonica lingua, tum præcipue in Boiarica vestigia & argumenta non contemnenda. Scribit Berosus, Deabrum Aphri [illegible] priscí Hiarbæ, qui erat filius Sain filii Noæ, dictum fuisse, quod esset aduena in Hispaniis, vbi post Tubal septimus imperauit, & ab incertis sedibus Geram, & postea corruptè ab Hispanis Gerionem, quem Hercules postea ibidem occidit. Sane & hodie, quando errores tales repræsentare volumus, solemus dicere auf der gart geen/ am kharnn pro curru. Et nos Bauari Austriacique pronunciamus hodie etiamnum, wo garn hyn: id est, quo contendis. Idem autor Iubaldum tertium Hispaniæ regem lingua Aramæa sic cognominatum fuisse, a lætitia, quod sacris inuentis suos delectaret. vnde & Germani Latinique iubilare, & Bauari præcipue Jutzen/ Jubilieren/ proferre consueuerunt, pro eo quod est lætari. Præterea eodem idiomate ciuitatem Bria & Briga dici, idem autor est, quam literis inuersis Germani Burgum, Græci πύργον vocant: vnde Brigianes populi, qui Galliæ oram Angliamque tenuerunt, & Brixentes Vindeliciæ, Noricique Briones, quis recte deriuabit. & puntes gentilicia nostra vocant Brukhen/ quod vbi pontibus fluuii quondam iungebantur, oppida passim hominumque conuentus surgerent. Equidem & apud Boios in Vindelicia ab hac Armenica voce ciuitas ad ostia Altmonæ flu. condita, Artobriga denominata fuit: quemadmodum in Hispaniis hoc nomine multæ appellationem acceperunt, Geographis celebratæ, Arcobriga, Mirebriga, Arbriga, Cartobriga, Crolobriga, Deobriga, Midobriga, Nertobriga, Nemetobriga, Segobriga, Tuntabriga, Talabriga, Turobriga, Vertobriga, Iuliobriga, & Augustobriga. Quod si de sentu meo proferre audeo, cum lateribus coctilibus ciuitates construi cœptæ fuissent insigniores, quas Ciocholas nominatas extitisse Berosus refert, eenit, vt coctilibus illis lateribus, ex quibus construebantur totæ, denominatio inderetur, quas adhuc hodie Ziegel nuncupamus. Hæc cum ita se habeant, non inepte IOANNES Auentinus argumentatus est, Boiorum primæuam ex Armenia originem esse, quemadmodum in sequentibus fusius ostendemus. Porro vt appareat, quam late a primæuo idiomate Boiariorum lingua recesserit, libet ex legibus Saliquis Fraucorum voces quasdam adducere, quæ in his sub titulo Boiaricarum recensentur. Exempli gratia, Karmul/ pro seditione in principem: Jn vnwan pro deiectione ex ponte. Hor chrift/ pro stupratione: Hun il zorni/ pro denudatione muliebrium: Wanc stodal/ pro falsis ad nuptias [illegible] missis, Soucsti/ pro ingenuo, quem epitheto etiamnum Vest dicunt. Scufca/ pro [illegible] Brifta/ pro plexo viminario in quo gallinæ tenentur, quod hodie etiamnum [illegible] dicunt. Wifun/ pro signis in hortis & sepibus. Decorn/ pro signis in arboribus: [illegible] agro re determinante, quem Le[illegible] adhuc vocamus: Mordt [illegible] hanc vsque diem vox manet, mordrun: & Haistara hand/ pro [illegible] violentia: vnde [illegible] 50

Vocabula veterum Boiorum.

guntur

guntur inter Saliquas huiusmodi leges: Si quis seditionem suscitauerit contra ducem suum, quod Boiarii Karmulum dicunt, per quem in primis fuerit leuatum, componat duci DC. sol. Et iterum alia: Si quis alium de ripa vel de ponte in aqua pinxerit, quod Boiarii inunwan dicunt, cum duodecim sol. componat. Et iterum alia: Si quis liberam fœminã suaserit quasi ad coniugium, & in via eam dimiserit, quod Boiarii Wancstodal vocant, cum duodecim sol. componat. Et rursus: Quotiescunq; de terminis fuerit contentio, signa quæ antiquitus constituta sunt, oportet inquirere: id est, aggerem terræ, quem propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse ingestum. Lapides etiam, quos propter indicium terminorum notis euidentibus sculptos, vel constiterit esse defixos: si hæc signa defuerint, tunc in arboribus notas quas decornos Boiarii vocant. Item alia: Si quis in curte episcopi armatus contra legem intrauerit, quod Boiarii Haistarahand dicunt. Et iterum: Si quis ingenuus ingenuum Boiariũ interfecerit, & cum r[illegible] collo, vel in puteo suo, seu in quocunque alio loco celari voluerit, quod dicitur Mordridus, DC. sol. culp. comp. hæc ex Legibus.

Videtur præterea pertinere ad linguæ Boiorum explicationem, quod hic populus A vocali, ac EV diphthongo, in vocibus crebro vtitur: quemadmodum Franci V literam, & Sueui E vocalem, ac EI diphthongum vsurpare in pronunciatione passim consueuere. A syluis quoq; crediderim Boiarios, Teudones, Theubaldos, Garibaldos, vt Francos à barritu opibusq; Dagobertos, Theobertos, Hildebertos, Theoderichos, Hulderichos: ac Sueuos deniq; a lupis Gibolphum, Wulphonem, Achiulphum, Drochulphum, Wolfgangum denominasse. In qua gente deniq; nobiliores prosapias leges Salicæ commemorant, Hosi, Drozza, Fagana, Hahilinga, Anniona, Agilolfingos: quibus iure hæreditario successio debebatur ducatus Boiariæ: a quibus putant Welphones defluxisse, quæ familia diu rerũ in Boiaria potita fuit. Sane vel in honorem eius stirpis, vel quod ita vsus exposceret, & municipia pagosq; & prosapias similiter in Ingos terminasse Boiarios, vt exempli gratia, Scherding, Dingolfing, Kynczing, Schierling, Plodling, Pfering, Aerding, Straubing, Moczing, Mening, Moringer, Haslinger, Eczinger, Giebinger, Pfaffinger, Ahelfinger, Poppinger, Ilfinger, & alios innumeros huius farinæ. Deniq; tam late patuisse Boiariorum siue linguã, siue ditionem, ex eo aduertitur, quod Gothi quoq; Tridentinæ valli proxime habitantes, & OEno flumini, Theobaldi ac Theudonis noměclaturas plane Boiaricas adsciuerint: quemadmodum Procopius libro secundo Gothicæ historiæ, Theudonis & Theubaldi regulorum Gothicorum ad Veronam, meminisse videtur. Quin & Franci Rhætiis vicini, Boiarica suis nomina indidere, vtpote THEVBALDI & THEVOERICI, vt ex Agathio apparet.

Nomina propria locorum ac stirpium Boiarica.

BOIORVM viuendi genus, culturamque agrorum, nemo melius depingit, quam Polybius lib. 2. Inter Apenninum (inquit) & Padum primo Ananes, post Boii, inde Euganes, postremo Senones, qui iuxta mare Adriaticum extremi omnium Gallorum incoluerunt. præcipuæ igitur authoritatis populi ex Gallis, qui in Italia morabantur, hi sunt. Villas habitant nullis septas mœnibus. Apparatuum omniũ prorsus expertes sunt. In terra, super strato gramine dormiebant. Vescebantur carne, bellicas solummodo res atq; agriculturã exercebant, & simplicem vitam viuentes, neq; scientiis neq; aliis artibus operam dabant. Diuitias suas in auro & pecoribus habebant: quod hæc sola, cum foret necessitas, quocunq; liberet, facile transferri possent. Amicitiis comparandis maximum quisq; studium adhibebat. Quippe is maxime pollens inter eos putabatur, qui factiosis abundaret. Principio duntaxat eam regionem tenebant, postea plerosq; ex vicinis audacia eorum deterritos sibi asciuere. Hæc ille. Quæ declarant rursus, quomodo ex vicinia Italiæ Boii ditionem suam vsq; ad Istrum, & vltra etiam extenderint, id quod proximo libro ad fidem rerum ostendemus. Fuerunt olim Boii, eorumque soboles ac propagines Boiarii, multis seculis humanitate ac cultu cum corporis tum ingenii, præ cæteris Germaniæ Galliæq; populis celebrati: à qua tamen hodie longe digressi, nec optimi principis ac iusticiæ obseruantissimi iuste latis legibus coherceri satis possunt. quin auariciæ addicti, aduenas paulo durius tractare pergunt: id quod & nos multis itineribus experti contestamur.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS OPERIS HVIVS, DE BOIORVM MIGRATIONIBVS SEDIBVS

demum in Hercinia, Norica Ripensi & Vindelicia fixis: eorumq́, isthic Republica, lingua, moribus, victoriis, ac principibus, nobiliumq́, stirpibus: vbi hodie ab hac gente Boiaria in tractu Vindelicia, & Boienrich in Austria, ac Boienhaym denique in Hercinio nemore, prouinciæ denominatæ supersunt: autore Wolfgango Lazio Austriaco. 10

BOIORVM origo prima ex Armenia repetitur, quemadmodum scite ex vetusto chronographo Bernoardo Chrembsmonasteriensi monacho AVENTINVS noster colligit: ex oriente videlicet & Armeniis mox post diluuium in Vindeliciam Boios, atq; ad Istrum venisse: ac cũ in magnam gentem creuissent, exonerata terra, manus non minimas in Galliam Italiamq; abiuisse: quibus locis, Græcis demum Latinisq; scriptoribus, multis post bellum Troianum seculis innotuere. Adducuntor pro confirmatione asserti ab vtroq; testimonia viro. Beronoardus enim ille, quem sub Friderico primo scripsisse constat, refert, audiuisse se ex militibus, qui sub Friderico in 20 illa memorabili in Asiam expeditione domum reuersi fuerant, quod procul in Asia versus Septentrionem, Armeniis proximos repererint incolas terræ, qui Boinaricum ad vnguem sermonem sonarent. Quod aliquis fortasse a Galatis Asianis, siue Gallogræcis illis, qui spoliato templo Apollinis cum Brenno rege in Asiam ex Græcia transfretarunt, defluxisse, nõ inepte coniecerit. siquidem & inter illos, Boios extitisse Liuius, Polybius & Athenæus testantur. [illegible] populi in hanc vsque diem reliquias superstite inter illos, qui a fide Christiana Georgiani vocantur, a diuo Paulo conuersi, & Armeniacæ originis sunt, compertum est. [illegible] de Friderici primi Imperatoris hoc nomine, ætate id credere. Auentinus præterea in antiquo [illegible] cantilenam repetiss, apud Altacenses in Boiaria vetersi Teutonica lingua script[illegible] asserit, de quodam heroe siue gigante Boiogero, qui post di- 30 luuium ex Scythia & Armenia, cum magna hominum multitudine, & filio suo Ingermanno ad Danubium in Germaniam venerit, ibidemq; ad confluentes Danubii & OEni fluuiorum Boiodurum, hoc est Boiorum turrim siue propugnaculum ædificarit. Quæ ciuitas multis seculis postea, cum Romani pulsis Boiis rerum potiri cœpissent, à Batauorum auxiliari manu Batauis [illegible] fuit. Addit, eundem Boiogerum, cum late fines in Hercinium nemus vsq; teneret, aliam vrbem in meditullio Herciniæ ad Albis & Multauæ flu. confluentes condidisse, Boiomanumq; appellasse: quæ postea Maroboduum, a Maroboduo Sueuorum & Marcomannorum rege, qui Boios inde eiecerat, &, Zechis deniq;, qui Suenos ac Marcomanos ex eodem pepulerant loco, Pralia denominata fuit, quam hodie etiamnum Boioheim metropolim Pragham vulgo vocant. Atque hæc quidem de Boiorum 40 migratione prima, ex Asia in Europam, ab his quos nominauimus viris, memoriæ prodita sunt. Ego vero vt huic refragari opinioni non possum, ita in alio Annalium peruetusto codice apud Melicum in antiquissimo Austriæ cœnobio reperto, hæc nominatim adscripta me verba legisse memini. Anno Domini D. VII. Hlodouicus rex Francorum Alemanos, diuinum inuocans auxilium, vicit atq; subiecit. Gens Noricorum prius expulsa, reuertitur ad proprias sedes, videlicet Boiariam & Austriam, cum duce eorum Theodone, Latinis & Romanis inde eiectis. Qui Theodo dux obiit: cui Theodo secundus successit. Hi quoque Norici dicti, a Norice, in nominatiuo Norix nomine, Herculis filio, è partibus circa Armeniam sitis huc transmigrante: a quibus habemus nos Australes & Boiarii sermonem & nationem. Et hæc quidem ex Annalibus gentilitiis, quæ possunt confirmari deniq; per alios 50 antiquos & classicos historiæ autores. Scribit enim Diodorus in tertio Scythicæ historiæ, à principio paruam numero, & ignobilem dominatu manum consedisse circa Araxim fluuium Armeniæ maioris. Plinius quoq; in sexto Naturalis historiæ, cap. 17. prodit, a Saga gente Aramæa cæteras vniuersas Sagas fuisse appellatas: extare vrbem, quæ id testetur, ad Araxim flu. eodem nomine. Sic Ptolemæus per sycopen vocat Sagalbinam, quam alii Geographi Sagara Albinã dixere. Huc pertinent, quæ scribit Cato de Originibus: Inter vtrosq; conuenit [illegible] ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis, quibus durauit aureũ seculum, terras [illegible] inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus. Et subdit: Siue ante aureum seculum terras subrutas inundatio possederit, & exsiccata humo apparuerint homi-

Boiorum origo ex Armenia primum.

Origo antiquorum gentium ex Scythia.

homines, eiusdem principatus originis semper Scythis tribuitur: à quibus auctis, colonias per orbem missas ferunt. Hæc ille. Non possum hic transire, quod Auentinus similiter ex libro 4. Herodoti, de insignibus Boiorum docte disserit: Pſameticum nempe Ægypti regē, vt antiquitatem gentium experiretur, duos pueros recens natos pastori educandos tradidisse, atque serio interdixisse ne quispiam bis colloqueretur. Factum esse itaque, cum adoleuissent, vt fame coacti inclamauerint Becha. quam vocem cum intellexisset Scytharum ac Phrygum esse, antiquitatem illis originis vltro concessisse. Hæc vero adhuc non solum Germanis nobis, a Scythis videlicet Phrygibusque descendentibus, vox manet, cum panē panificiumq; notare volumus: verum etiam Boii semper in gentilitiis insignibus XXIIII. panes siue pachenas retinuerunt, qui antiquitatem gentis originemq; Scythicam demonstrent, duodecim albos, & totidem cœlestini coloris: quæ hodieque Boiarii, eorumque principatus ac principes arma ferunt. Tulerunt tales panes, sed aliis coloribus distinctos, duces Deccenses, & reguli a Kindsekh: & manent adhuc pleræq; nobiles familiæ in gente Boiarica a panificio cognominatę, Daxenbekh, Hirschēbekh, Schvveinbekh, Vrsenbekh, Schvvarzenbekh, &c. Quorum præterea Taxenbekh & Kindsbekh (ita enim nominatos censeo) coniecturam nostram non inepte confirmare videntur. Hoc quippe si pressius cōsideremus, infantiles illos panes, vel vt rectius dicam, infantilem postulationem Becha, vt diximus: illud vero, Tassilonis, Boiorum quondam ducis insignia panificiis picta, haud absurde repræsentare videtur. Transeo, de industria hic multa argumenta & vocabula, quæ infinita etiamdum in Boiorum siue Boiariorum idiomate gentilitio superesse, in explicatione Iconis huiusce libri docuimus, quæ longum esset repetere. Igitur primordia Boiorū & nos libenter cum Auentino ex Asia deriuamus, ex qua omnes processisse in Europam, cæteras quoque nationes, mox post diluuium, dubium non est: vt ex Beroso Chaldæo nemini non apparet.

Atqui quomodo tam late per Europam colonias duxerint, inquirendum nobis porro est. Quippe vnam eandemque esse Boiorum gentem, eorum qui in Galliis habitarunt, vnde Borboniensis est ducatus denominatus: & eorum qui cum Brenno in Italiam progressi, Furii Camilli tempore Romana per impetum potiti erant vrbe, indeque Bononiam in Italia à se cognominatam ciuitatem condidere: nec aliam præterea à prædictis, eorum extitisse Boiorum nationem, quos intra Peninum fessos tenuisse, libro quinto ab Vrbe condita Liuius est author: & quos profugos ex Galliis Cæsar libro Commentariorum Gallici belli primo, in Noricum abiisse agrum: & quos denique Cor. Tacitus libro de Moribus Germanorum refert, ex Hercynio nemore pulsos ad Istrum consedisse, cum antea Hercynii habitatione & hi Cimbros exuissent: cum alia multa sunt quæ declarant, tum tot ab ipsis nimirum deductæ appellatæq; coloniæ per Norici Pannoniarumq; agros coarguunt. Statim enim in ipsis Danubii OEniq; fluminis confluentibus, inq; ipsis Rhetiæ Noricig; confinibus, Boiodorum Geographis ciuitas celebratur, quam à Gallis conditam fuisse, vel sola terminationis clausulā Durum ostendit. Sic enim Agaunodurum, Octodurum, Solodurum, & alia in Norico ciuitas Camanodurum, nomenclaturas sortitæ sunt. Ipsius quoque Boioduri vetustiorem appellationem, tametsi Batauorum pręsidia eo loci ab Augustis collocata interceperint, mansit tamen in vulgo & vetus apud gentiles nomen, qui Boissauiam, hoc est Boiorum nemorosum locum in hanc vsq; diem appellitant. Describit pręterea Ptolemæus libro secundo, capite XV. tabula Europæ quinta, in superiori Pannonia post Sabariam, Rispiam & Vinudriam, vtpote inter Drauum Sauumq; fluuios, à Boiis denominatam ciuitatem, Bononiam videlicet. Rursus Antoninus quoque, & Marcellinus libris 21. & 31. haud procul Sirmio in Pannonia inferiori, alteram Bononiam recensent. Vt de BOIOHEMO sileam, vetusta in Hercynii nemoribus, & culta etiam antiquitus prouincia, vbi hodie Boiohemiæ regnum cernitur, a Slauis modo habitatum: de quo Boiorum domicilio ac sedibus auitis, Strabo libro septimo, Velleius Paterculus in Tiberii Cæsaris historia, & Cor. Tacitus in libello de Moribus Germanorum, mentionem luculentam faciunt. Transeo hic denique duplex Boiorum regnum, quorum alterum in vlteriori fuisse Austria, paulo infra ostendam: alterum vero per Vindeliciam & Noricum fuisse propagatum, eorum principum cœnotaphia confirmant, qui de Caroli Magni stirpe Ratisbonæ, & apud Odingas Bauariæ sepulti cernuntur.

Hic nihil rursus dico de ducatu Boiorum, qui adhuc in Vindelicia superest, & corrupte Bauariæ modo nominatur, cum olim Boiariæ vocaretur. Omitto consulto & alia Boiorum in Norico Ripensi vestigia: qualia sunt Boitengouia ager, Boilachus & Boistingus fluuii, Boilhayn celebris quondam comitatus, & BOIRBACHVM oppidum: quæ in Au-

Boiorum nationes diuersa sedes.

Bononia multa per Europam à Boiis condita.

Boiohemia prouincia in Hercynia.

Vestigia Boiorum in Austria.

ſtria,quam ſupra Aniſum vocant,Marcham quondam Boiariæ appellatam, cuncta adhuc veteris nobis gentis memoriam ſuggerunt: quemadmodū & ager vlterioris Auſtriç,Bohemiæ regno contiguus, quem in hanc vſq; diem das Boyreich / hoc eſt, ſi latine reddas, Boiorum regnum nuncupant.

Quæ tametſi omnia eiuſmodi ſint, quæ Boiorum apud poſteritatem queant in Auſtria Hungariaque habitationem confirmare: tamen libet id quod proponimus, probatorum autorum teſtimoniis fulcire. Quod antequam faciamus, Boiorum primam ſiue ex Armenia (ſi Beroſo ac Auentino credimus) ſiue ex Gallia, ſi Strabonem ſequimur, in Hercynium nemus, præcipue illud quod ex Germania magna ad Iſtri vſque ripam excurrit, factam migrationem docebimus: quibus locis videlicet ad noſtram vſq; ætatem Boiohemiæ regnum, & Boigreich vlterioris Auſtriæ agrum non contemnendum, veterum incolarum nomina adhuc cum memoria retinuerunt. Meminit vero Boiorum in Hercynia, nominatim Strabo libro ſeptimo Geographiæ, ex Poſſidonii autoritate de Cimbris ſcribens: Boios vero prius Hercyniam habitaſſe ſyluam, & Cimbros agmine facto hunc inuaſiſſe locū, à Boiiſq; eiectos, Iſtrum & Scordiſcos gentem Gallicam petentes deſcendiſſe, mox Theuriſtas & Tauriſcos, & hos nationis Gallicæ: deinde Luetios adiiſſe, viros quidem plurimo locupletes auro, cæterum in pace vitam agentes. Cumq; conflatas latrocinii opes longe ſuis ampliores eſſe viderent, in Heluetios ſe contuliſſe, & ex eis præcipue Tigurinos, & Toigenos. hæc ille. Conſtat igitur, Poſſidonii adhuc ætate Boios in Hercynia habitaſſe, vbi modo eſt Bohemia: & quanquam à Cimbris vrgerentur, ſedes tamen ſuas retinuiſſe. Aſtipulatur Straboni Tacitus, in libro de Moribus Germanorum ita ſcribens: Validiores olim Gallorum res fuiſſe, ſummus authorum diuus Iulius tradit: eoq; credibile eſt, etiam Gallos in Germaniam tranſgreſſos. Quantulum enim amnis obſtabat, quo minus vt quæq; gens eualuerat, occuparet permutaretq; ſedes promiſcuas adhuc, & nulla regnorum potentia diuerſas? Igitur inter Hercyniam ſyluam, Rhenumq; & Mœnum amnes, Heluetii, vlteriora Boii, Gallica vtraq; gens, tenuere. Manet adhuc Boiohemi nomen, quāuis mutatis cultoribus, ſubintellige Marcomanis, Boios ex Hercynia fugantibus, quemadmodum ab eodem eſt authore ſcriptum: Iuxta Hermunduros (ait) Nariſci, ac deinde Marcomani & Quadi agunt, præcipua Marcomanorum gloria, vireſque, atque ipſa etiam ſedes virtute parta. Id quod prolixius STRABO libro ſeptimo Geographiæ repetit, in hæc verba: ἐν τούτῳ δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς, καὶ τὰ τῶν Σοήβων ἔθνη, τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ, τὰ τῶν Κολδούων. ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ Βυβίημον (vel quod emendatius legitur, Βοιόημον) τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον ἄλλους τε μετανέστησε πλείους, καὶ δὴ καὶ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομάννους. ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου, μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἐπάνοδον· νέος γὰρ ἦν αὐτόθι, καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ. ἐπανελθὼν δ' ἐδυνάστευσε, καὶ κατεκτήσατο πρὸς οἷς εἶπον, Λουίους τε μέγα ἔθνος, καὶ Ζούμους, καὶ Βούτωνας, καὶ Μουγίλωνας, καὶ Σιβινούς, καὶ τῶν Σοήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος Σέμνωνας. Quæ latine Guarinus ſic reddidit: In hoc tractu ſita eſt Hercynia ſylua, & Sueuorum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra ſyluam habitant. Sunt & Coldulorum plerique, in quibus & Boiohemum Marobodui regia. Quem in locum ipſe cum alios plures traduceret incolas, ſuos conterraneos quoque Marcomannos delegit. Is enim ex humiliori gradu maiores ad res conſtitutus fuit, poſteaquam è Roma regreſſus eſt. nam à iuuenilibus annis hic verſabatur, vbi ab Auguſto Cæſare magna beneficia comparauit. Reuerſus autem, magnum adeptus eſt potentatum: & præter eos quos ante dixi populos, Luios etiam vendicauit, gentem ſane permagnam, & Zumos, & Butonos, & Mugilones, & Sibinos, & ipſorum Sueuorum natione̅ ampliſſimam Senones. Hæc Strabo: ex quibus facile colligere lector poterit, Auguſto imperante Boios Hercyniam iam reliquiſſe, pulſos, ni fallor, vt Tacitus refert, à Marcomannis. Quippe & Strabo ſupradicto loco Marcomannos, Senones, Butones, Zumos & Mugilones adegiſſe Maroboduum regem teſtatur, vt in Boiohemo, hoc eſt Boiorum domicilio & ſedibus, armis comparatis, intraq; Hercyniam & extra in vicinia habitarent. Quem locū clarius poſtea delineans, ita ſcribit: ὁ δὲ Ἑρκύνιος δρυμὸς πυκνότερός τέ ἐστι, καὶ μεγαλόδενδρος, ἐν χωρίοις ἐρυμνοῖς κύκλον περιλαμβάνων μέγαν. ἐν μέσῳ δὲ ἵδρυται χώρα καλῶς οἰκεῖσθαι δυναμένη, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. Id eſt, vt Guarinus vertit, Hercynium nemus admodum denſum eſt, & in locis deſertis eximiæ magnitudinis arboribus præditum, ambitum magnum complectens. In meditullio vero collocata eſt regio, quæ commode inhabitari poteſt, de qua locuti iam ſumus. hæc ille. Quæ Bohemiæ agrum non inepte depingunt, hoc eſt, Boiohemum Taciti atq; Strabonis, Marcomanorum ſedes videlicet: extra quam coluiſſe traductos à Maroboduo, Strabo commemorat, Luios, Sibinos, Butones, Zumos, Mugillones & Senonas.

Superſunt adhuc horum vel nominum ſaltem veſtigia, Luiorum quidem & Butonum à Septentrione. Quippe Luiſniciæ marcha Bohemiam attingit ab ea parte, à qua & Lytomis & Lytomericz municipia intra Hercyniæ illam cultam partem denominata extant, iſthic

Secunda Boiorum ſedes in Hercynia, quæ eſt hodie Bohemia.

Bohemi à Strabone deſcripti.

Hercynia ſylua habitata locis Bohemiæ & Wirtembergiæ.

hic & à Butonibus Bauczen, à Sibinis Sbeinicz, & ab occasu à Senonibus Sueuis Sennau Schonberg Schuanberg: à meridie denique, vbi Austria Bohemiæ cohæret, à Mugillonibus Maghland, Mughel fluuius & tractus antiquam ad posteros appellationem transmiserunt.

Atque hactenus de secundis Boiorum in Hercynia sedibus, à quibus Boiohemi nomē, vt etiam Tacitus testatur, in hanc vsque ætatem regioni cultæ isti intra Hercyniam mansit. Cuius vocis Velleius quoque Paterculus meminisse videtur, cum Tiberii è Carnunto Pānoniæ ad Istrum sito municipio, aduersus Maroboduum Marcomanosque susceptam expeditionem describit: Hunc virum & hanc regionem proximo anno diuersis è partibus
10 Tiberius Cæsar adgredi statuit, Sencio Saturnino mandatum, vt per Cattos excisis continentibus Hercyniæ lyluis, legiones Boiohemum (id regioni quam incolebat Maroboduus nomen est) ipse à Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est. Sequuntur iam tertiæ Boiorum sedes, quas in Alpibus Noricis, ac Ripensi præcipue Norico, & Augusti Cæsaris tempestate occuparunt, vbi Boiorū videlicet deserta Strabo libro quarto depingit his verbis: Rhætii & Heluetii, Vindelicia & deserta Boiorum regio, ad Istri fontes prope syluam Hercyniam sunt, vsque ad Pannonios. Et iterum libro septimo, cum de lacu Acromio locutus fuisset: Ad eum lacum (inquit) Rhæti paululum absunt, amplius Heluetii & Vindelici, & deserta Boiorum regio vsq; ad Pannonios. Hæc ille. quæ Marchæ Boiorum, quæ modo
20 Austria supra Anisum dicitur, non inepte conueniunt, vbi Boyrbach, Boitengau, Boilach, Boisting & Boilstayn municipia, valles, fluuii, & comitatus, ab incolis veteribus denominata supersunt. Porro huiusmodi Boiorum habitatio in Norico ad Carnos vsque tum erat extenta: Imo vbi hodie Carni tenent, olim Boiorum terram fuisse in Norico mediterraneo, locus Pauli Diaconi, qui est libro tertio rerum Longobardicarum testatur, capite 29. cum Iustiniani & Mauricii Cæsarum ætates supputaret: Noricorum siquidem prouincia (inquit) quam Boiariorum populus inhabitat, habet ab oriente Pannoniam, ab occidente Sueuiam, à meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta. Quæ ostendunt, nō solum Austriam supra Anysum, sed Carinthiam insuper, Styriam, Garitiam, magnamque Tyrolis partem, quondam à Boiis fuisse inhabitatas, earumq; ad Boiorum regnum cunctas
30 pertinuisse ditiones. Hinc idem Diaconus libro quinto, cap. 36. de Alachi Longobardo locutus: Hic cum esset (inquit) in Tridentina ciuitate cum comite Boiariorum, quem illi Grauionem dicunt, qui Bauzanum & reliqua castella regebat, conflixit, eumque mirifice superauit. Est autem Bauzanum hodie in agro Arhesino, quod Bocznam vulgo vocant: vt appareat, Boiorum ditionem in eum vsque fuisse locum propagatam, Longobardorum subinde regno proximam. Quæ causa fuit, vt Longobardorum vsque reges, Bolariorumque, inuicem matrimonia contraxerint. Garibaldi namque primi Tassilonis filii, Theodelindam Autharius Longobardorum sibi rex coniunxerat, quemadmodum Diaconus libro tertio cap. 29. tradit. Sic Theoberti alterius Boiorum regis natam, Luiprandum Longobardorum regem in coniugio habuisse, idem Diaconus libro 6. cap. 43. commemorat.
40 Constat denique & Tassilonem postremum Boiorum principem, quo tempore Carolus ille magnus apud Francos rerum potiebatur, Lympurgam vxorem duxisse, Desiderii postremi Longobardorum regis filiam. Sed de his alias: nunc testimonia autorum referam, qui hanc Boiorum in Noricum, Noriciq; alpes migrationem memoriæ prodidere. Quorū primus, & præcipuæ autoritatis, Cæsar libro Gallici belli primo, in hunc modum scribit: Persuadent Rauracis & Tullingis & Latobricis, finitimisq; vti eodem vsi consilio, oppidis suis vicisq; exustis, vna cum his proficiscantur, Boiosq; qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transierant, Noreiamq; oppugnarant, receptos ad se, socios sibi adsciscunt. Hæc ille.

Quare autem Boii in agrum Noricum migrauerint à Rheno, causam Polybius refert
50 libro primo: Boii (inquit) cum Senones propriis sedibus fugatos a Romanis intelligerent, veriti ne id & ipsi quoque idem paterentur, coacto exercitu, Tyrrhenisque omnibus in subsidium vocatis, arma aduersus Romanos mouent: nec multis interiectis diebus prælium ineunt. In quo Tyrrhenorum magna pars cæsa, Boiorum ad extremum quam paucissimi fugere. Fugisse vero ad extremum dicit, in prouincias videlicet alienas à Romana ditione, quales erant Noricum & Vindelicia: Vnde Plinius quoque libro tertio, cap. 17. scriptum reliquit: Ex quibus Leui & Marici condidere Ticinum, non procul à Pado: sicut Boii trans Alpes profecti, laudem Pompeiam. Porro meminit Boiorum huius in Alpes Norici migrationis, Pæninumque montem, quem nostra ætas Pinczgaw vocat (de quo libro huius Operis sexto dictum fuit) ante Cæsaris etiam tempora T. LIVIVS

Tertia Boiorum sedes.

Boii in Austria super Anisum.

Boii in Carinthia & Styria.

quinto ab Vrbe: Boii (inquit) Lingonesq; transgressi, cum inter Padum iam atq; Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Hetruscos modo, sed etiam Vmbros agro pellunt. Intra Pœninum fessæ tamen tenuere. Hos porro è Norico Alpibusq; à Romanis pulsos, tandem in Vindeliciam concessisse, rationi consonum est. etsi ex Hercynia quoq; atq; Boiohemo, à Marcomanis profligatam eandem extitisse gentem, supra præfati sumus: vt quamobrem Boii tandem regnum illud memorabile excitarint in Vindelicia secus Istrum, quod postea in Boiariæ Ducatum, Marcham Boiariæ, Landgrauiatus, Palatinatus, Burgrauiatusq; sectum fuit, appareat. Scribit enim Florus: Noricis dabant animos Alpes atq; niues, quo bellum non posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos, Brennos, Boios, Senones atq; Vindelicos, per priuignum suum Claudium Drusum pacauit Augustus. Quæ 10 fuerit callidarum gentium feritas, vel mulieres ostendere: quæ deficientibus telis, infantes ipsos adflictos humi, in ora militum aduersa miserunt. Huc pertinent quæ scribit Strabo libro quarto: Hi quoq; mortales Cæsaris pecunias diripuerunt, factisque semitis, aut iunctis ponte fluuiis, præcipites exercitibus rupes commoditatem apponebant. Posterius Cæsar Augustus eos funditus deleuit, ac vniuersos sub corona vendidit. Et addit: Cæterorū quidem corporum millia sex & triginta censa sunt. Qui autem ferre arma poterant, octo millia impleuere: Terentius Varro Imperator cunctos illos acie victos, sub hasta vendidit. Tribus millibus Cæsar Augustus missis, vrbem Augustam inhabitandam tradidit, quo in loco iam Varro castra habuerat. Nunc autem finitima regio, vsq; ad summa montium cacumina, pacata viuit. Hæc ille. Qui libro postea quinto, hanc nominatim de Boiis factam 20 transpositionem intelligens, in hunc scribit modum: Priscis igitur, vt dixi, temporibus plurimæ Gallorum gentes fluuium accolebant, è quibus amplissimæ fuerunt, Boii, Insubres, & qui olim cum Gesatis Senones Romana per impetum potiti sunt vrbe. Hos Romani posterioribus annis funditus deletos perdiderunt, Boios vero è finibus eiecerunt. Inde migrantes, circumiacentes Istrum locos simul cum Tauriscis habitarunt, bellum adsidue contra Dacos gerentes, donec ea funditus extincta natio est: agrum vero qui ad Illyricum pertinebat, pascendis ouibus idoneū, vicinis reliquere. Et libro septimo, cum de Bærobista Getarum rege loquitur: Plurimosq; (ait) finitimorum Getarum ditioni subdidit, traiectoque audacter Istro Thraciam diripiens, vsque in Macedoniam & Illyricum magnum Romanis terrorem incussit, deque Gallis finitimis, Thracibus & Illyriis prædas ingentes reportauit. 30 Boios autem, & subditos Cretoscyro populos, funditus deleuit, simul & Tauriscos. Hæc Strabo. Quæ docent, non solum Boios ad Istrum à Romanis pulsos, verum eosdem esse etiam ex reliqua Danubii ora, Pannoniarum videlicet, in Vindeliciam profligatos, atq; vna in prouincia, angusta nimirum, coadunatos. Vbi qui exules Boiorum illos profugosq; secuti sunt, Boiatios se per denominationem appellauerunt, tanquam diceres, à Boiis oriundos. Ptolemæus nempe Boiorum videtur & in Pannoniis meminisse, vbi & binas ciuitates Bononiæ vocabulo inscriptas describit. Sed placet eius verba autoris referre: κατέχουσι δὲ τὴν ἐπαρχίαν ἐν μὲν τοῖς πρὸς ἄρκτους μέρεσιν, Ἄζαλοι μὲν δυσμικώτεροι, Κύτνοι δ' ἀνατολικώτεροι· ἐν δὲ τοῖς μεσημβρινοῖς, Λατόβικοὶ μὲν ὑπὸ τὸ Νώρικον, Οὐαρκιανοὶ δὲ τὰ πρὸς ἀνατολάς. ἐν δὲ τοῖς μεταξὺ, Βόιοι μὲν πρὸς δύσμας. Id est, si latine reddas: Tenent autem prouinciam à Septentrionibus incipientes Azali, qui magis occidentales sunt: qui magis orientales sunt, Cytni: à meridie vero, Latobici, sub Norico: versus ortum autē 40 Varciani. In medio autem versus occasum, Boii. Ex quibus liquet, Boios non solum in Norico coluisse, verum etiam vsq; in Pannoniam ditionem extendisse. Quo factū est, vt Græci authores Noricum vrbem Pannoniæ existimarint, propter illas Boiorum scilicet ex Norico vsque in Pannonias propagatas sedes. Scribit enim STEPHANVS BYZANTIVS: Νωρήκιον, πόλις Παννονίας. ὁ πολίτης, Νωρήκιος, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν, ὅτι γίγνεται ἐν Παννονίᾳ σίδηρος, ὃς ἀκονηθεὶς, λαμπρότατός ἐστιν· ἀφ' οὗ καὶ τὸν νώροπα χαλκόν. Huc pertinet & illud Suidæ: Νῶροψ, ὁ λαμπρός· οἱ μὲν ἐτυμολογοῦσι, παρὰ τὴν στέρησιν τοῦ ὁρᾶν. ἀμαυροῖ γὰρ φασι τὴν ὄψιν πάνυ λαμπρὰ, καὶ διαχεῖ. ὥστε νώροψ χαλκὸς, ὁ μὴ ἐῶν ὁρᾶν εἰς αὐτόν. Ἐπαφρόδιτος δὲ, ἱστορικῶς Νώρηκον πόλιν Παννονίας, ἧς ὁ πολίτης Νωρήκιος, γεννᾶσθαι ἱστορεῖ ἐν Παννονίᾳ σίδηρον, ὃς ἀκονηθεὶς λαμπρότατός ἐστιν. ὅθεν καὶ νώροπά φασιν εἰρῆσθαι χαλκὸν, ὡς εἰ λέγοι νωρίκιον. Ex quibus verbis manifestum est, Noricum Pannoniæ oppidum à Græcis describi, in quo ferrum fieret splendidissimum, lu- 50 cidissimumq;: id quod hodie in Lewbna Styriæ cernitur. Huiusmodi locus Græci authoris de Norico Pannoniæ, extat apud Procopium libro tertio Gothicæ historiæ: Gepides insuper Sirmium vrbem, & Dalmatiæ alias ciuitates, maiorem in partem præoccupantes tenebant, quas Imperator proxime à Gothis receperat: & Romanos, quos ibi deprehēdunt, captiuos abducunt, progrediendoq; semper Romanum populabantur Imperium. Eaq; de causa, nulla his de extero Iustinianus stipendia persoluebat, quæ ante hac à Romanis accipere consueuerant.

Longobardos interim Imperator Norico vrbe, & in Pannonia nonnullis præsidiis, & aliis locis plerisque cum ingenti pecunia donat. Qua ex re Lōgobardi exciti, omnes à pro-

priis

Quarta Boiorum sedes.

Quinta Boiorum sedes in Pannonia.

Noricū vsq; in Pannoniam à Græcis extensum.

priis sedibus abeuntes, supra Histrum fluuium, non procul à Gepidum natione, consident. Fit præterea Noricæ ciuitatis mentio in historia beati Quirini, quod in ea captus delituerit, à præside Maximo e Siscia huc missus, qui postea Sabariæ finem vitæ martyrio accepit: id quod aliæ historiæ de Vindobona animaduertunt. vt verisimile sit, vbi hodie Vienna est Austriæ, Noricum illam vrbem fuisse, in qua hanc vsq; in diem ingens ferri emporium est. Cæterum de ferro Norico, quod hodie apud Levvnam in Styria conflatur atq; excoquitur, Horatius Oda XVI. sic cauit: *—Non acuta*

> *Sic geminant Corybantes æra:*
> *Tristes vt iræ, quas neq; Noricus*
> *Deterret ensis, nec mare naufragum,*
> *Nec sæuus ignis,*—Et iterum Oda 18. Epodon:
> *Voles modo altis desilire turribus,*
> *Modo ense pectus Norico recludere.*

Et de huiusmodi Norico intelligendi sunt isti Dionysii geographi versus.

> Ἴστρου μὲν τέρμασιν βορειότεροι γειάσει,
> πρὸς δ' νότον Γέρραι, καὶ Νωρικοὶ ἀεὶ ἐρυμνοί,
> Παννόνιοι, Μυσοί τε βορειότεροι Θρηίκων.

Hos latine reddidit Priscianus ita:

> *Huius ad Australes partes Gerræq; feroces,*
> *Noricique colunt bellaces, Pannoniique,*
> *Et Mysi, Thracum borealis finibus orti.*

Porro quemadmodum Noricorum late quondam ditio patebat, ab Italiæ videlicet finibus, Drauoq; fluuio vsq; ad Istrum, & ab OEno flumine rursus in Pannonias: ita posterius Boii tantum, aut eo etiam maiorem agrum possederunt. Quippe ad Boiorum quondã regnum non Carni solum, Taurisciq; pertinebant, sed Marcomani etiam, Vindelici, Mermenicq;, vbi hodie est Tyrolensis comitatus: & vltra Danubium, vbi Narisci Ptolemæo & Tacito, Hertereanes & Rhætiarii depinguntur. Et licet Carnis Tauriscisq; demptis, nec non Rhætiariis Hertereanibus ac Mermenis siue Tyrolensibus, hæc Boiariorum in angustias ditio redacta sit: tamen manent adhuc vestigia in cognominibus municipiorum. Sic Bayrischgracz / Bairschwaydhoffen / ad discrimen aliorum nominatus. Præterea vltra Danubium, qui Boiis imperant, adhuc per Nariscas ditionem tenent, quos hodie Nordgouios vocant: & quorum est Norymberga, tanquam diceres mons Norici metropolis. Vt credibile sit, Noricos, qui incipiente Imperio intra Danubium & Italiam Carnosq; & Tauriscos colebant, labente illo vel pulsos à Romanis: vel quod libentius crediderim, immixtos Boiis, agros quoq; vlteriores quam latissime occupasse. Quanquam Nariscarum in eo ipso agro & Ptolemæus & Tacitus mentionem faciunt, quam eandem cum Noricis vocem esse autumo: vt quæ terræ portio ab aruis, quod gew Germanis est, Noricum, siue vt gentilicio idiomate Nordgouia, Nordgaw / Romanis Græcisq; autoribus appellabatur [illegible] ne vitio aliena vocabula proferebant: rursus altera vltra Istrum obiecta, a [illegible] cyniæ syluæ, der Nordentscaw ab incolis exterisq; Germanis gentiliter vocata [illegible] nimirum vocabulum Romani Græciq; scriptores in Nariscas detor[illegible], q[illegible] propepromotis limitibus Norici, hoc est, die Nordgawer nuncupantur. Quemadmod[illegible] Tacitus refert, adhuc hodie qui proximi Noricis hodiernis, hoe est Nari[illegible] vicini sunt, & a Sueuis culti, die Rieslander / die Hertfeldner / die Voitlander di[illegible]untur nimirũ a corruptis antiquis vocibus, Rhætiariis, Hertereanibus, Autonibus. Cæterum neq; illud si[illegible] præterea [illegible]um est, dum alii se Boiis in Norico ac Vindel[illegible] Brenni, Senones, Tunicates, Suanetes: ex Sueu[illegible] Alem[illegible], bel[illegible], Geloni, & p[illegible] Franci, cum reges illorum subiugassent, factum fu[illegible]e videlicet vt e[illegible] tanta coll[illegible] [illegible]issent, se non amplius Boios, sed per denominat[illegible] [illegible]ios [illegible]oc[illegible]nt. Quo[illegible] in [illegible]ilis prouincia in antiquis diplomatibus annalibusq; semper [illegible]cupata fuit, quæ p[illegible]um, deinde præfectura Francis subiecta, & iterum regnum & ad postr[illegible] in [illegible] redacta, diuisis agris, ducatus cum obnoxiis siue subiectis ditionibus esse cœpit.

Boiariorum vocis origo.

Vestigia horum agro remanent.

Brenslachers hald / Türka / auff der Schwindaw.

E[illegible]ant autem obnoxiæ prouinciæ ditionesq; Boiariæ, principis ad obsequium descen[illegible]es. Ab o[illegible] versus Pannoniã duo principes cole[illegible]ant, Boiari[illegible]s aduersus Hungaros [illegible]endentes: Marchio Boiariæ, vbi modo est ditio supra Anysum [illegible] Palatinus Cravbur[illegible]es, cum [illegible]s comitatibus Bogen, Bu[illegible]kh[illegible]espach, H[illegible], Lebnaw, W[illegible]ferburg, Machland, Welas, Lambach, Dornbe[illegible] [illegible]ulbach, & Be[illegible]yn. A Septentrione

præterea limites Boiorum tuebantur contra Slauos, Marchiones Vogburgenses, Landgrauii Ratisponenses: in quorum locum successerunt seculis labentibus Burggrauii Norinbergenses, & Landgrauii Leuchtenburgenses. Quibus in laboribus societate iuncti erant Comites Ottingenses, Sulczbacenses, Castelli, Amertallenses, Ranteshouenses, Lechsgmyndenses, Abensperpergenses, Leonspergenses, Piburcenses, & Rietenbergenses. Sic ab occasu Sueuos arcebant, ex principum ordine Palatini Scyrenses ac Witelspacenses: Comites vero, Dachouienses, Wolfratzhusenses, Ambergouienses, Eberspergenses, Moringenses, Diessenses, & alii pleriq;. A meridie deniq; non defuere qui Boiorum nobilem prouinciam aduersus Romanos Italosq; adsererent, ex Principibus marchiones Andecenses, qui & Meraniæ duces ad Athesim fuere, ex Comitum vero gradu, De Hohenward/ de Murnau/ de Blanc/ de Malcsdorf/ de Burgokh/ de Portengau/ cum aliis plerisque. Tam bene instructa Boiorum quondam Respublica fuit, & tam late quondam eius nominis ditio patebat, quæ sub regibus toti orbi horrendis, ac antiquioris illius æui feliciter semper vertebatur, quemadmodum in peruetusto Annalium libro legitur: Anno Domini DXX. Romanus exercitus prosternitur à Theodone duce secundo, apud Odingā, quæ vulgariter dicitur nunc Otting.

Apostoli Boiorum.

NEC minor fuit in Ecclesia Dei Respublica, & sancta, & modi omnibus optime instructa, sex ordine Apostolis: deniq; ab illa Boiorum victoria, post tempora Marciani, fundata, videlicet beatis Seuerino Italo, Rudberto & Corbiniano Francis, Emmeranno, Wigbrodo, & Wunifrido, qui & Bonifacius dictus fuit, ex Anglorum gente, populum tam efferum atq; potentem ad ouile Christi pertrahentibus. Quorum Seuerinus Rauennas sex in eo populo cathedras, sub hoste etiam Christi Gibolpho rege exorsus est, siue potius renouauit, Laureacensem metropolitanam. Iuuauiensem, & Ouilabensem in Norico ripensi, & apud Vindelicos Quintauiensem, Batauiensem & Tibetinensem, de quibus in postremo libro Reipublicæ Romanæ dictum à nobis est prolixius. Constat enim, hunc Dei virum inter medios hostes, episcopos & verbi Dei doctores constituisse: apud Laureacum, Constantium, cui Theodorus, & post eum Erkenfridus successit: Maximum Iuuauiæ, Moderatum in Ouilabi, Lucillum apud Batauorum castra, Quintianis Syluinum, & Tyberinis Paulinum, vt ex Herulorum historia sub nomine Eugippi monachi facile elucescit. Theodorum sane apud Laureacum metropolitanum Symmachus Romanus confirmauerat, circa annos Salutis D. quo tempore Theodo Boiorum in Vindeliciam principatum in integrum restituerat, Romanis vna cum duce ipsorum Theoderico Bernensi victis. Atque hæc prima fuit Ecclesiæ Christianæ apud Boieros constitutio, quā erecta metropolitana apud Laureacum sede, Symmachus mox vrbis Romanæ episcopus confirmauit, imperante Valentiniano postremo, circa annos Domini 460. qua de re diploma non grauabor adscribere.

Confirmatio Ecclesiæ apud Boiaros.

SYMMACHVS, sanctæ Apostolicæ sedis Dei gratia episcopus, reuerendo & sanctissimo Theodoro fratri, sanctæ Laureacensis Ecclesiæ archiepiscopo. Diebus vitæ tuæ pallii vsum, quem ad sacerdotalis officii decorem, & ad ostendendam vnanimitatem, quam cum beato Petro apostolo vniuersus grex Dominicarum ouium, quæ ei commissæ sunt, habere non dubium est, ab Apostolica sede, sicuti decuit, popo scisti. Quod, vtpote ab eisdem Apostolis fundatæ Ecclesiæ maiorum more, libenter indulsimus, ad ostendendum, te magistrū & archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem ecclesiam prouinciæ Pannoniarum sedem fore metropolitanam. Idcirco pallium quod ab Apostolica charitate tibi destinauimus, quo vti debeas secundum morem ecclesiæ tuæ, solerter admonemus: pariterq; volumus vt intelligas, quia ipse vestitus (quoad Missarum solennia ornaris) signum prætendit Crucis: per quod etiam scito te fratribus debere compati, ac mundialibus illecebris in affectum circumfigi. Vnde rogo, vt cum desoris huiusmodi insigni indueris, intus in anima considera, quod hoc sit magis oneri quam honori. Atque cor tuum Deo regente, ab appetitu istius seculi sic tempera, & exequi præmissam gubernationem sic studeas, vt adeptæ dignitatis (cuius sublimatis officio) & probitate morum, & viuacitate solicitudinis, ac custodia integerrimæ fidei congruas, quatenus tu ipse à remuneratore omnium bonorum DEO, & benedictionis gratiam, vitamque æternam consequi merearis. DATVM ANNO 499.

CÆTERVM huiusmodi religionis fundamenta incommodissimo tempore posita, secuta est non modo euersio Ecclesiarum, verum etiam Boiarici regni ab Hunnis Gothisque dissipatio. Quippe extincto Attila, ac profligatis eius filiis, Gothorum rex Vidomarus, GIBVLPHVS rex Sueuorum, ingentibus profecti examinibus, Noricum, magnam partem Vindeliciæ, cædibus ac rapinis repleuerunt. In qua turba sanctus Maximus Iuua-

Iuuauienſis [illegible] cum quinquaginta quinq; ſacerdotibus, in rupe Salſburgo ſuprapoſita, pro Chri[illegible] [illegible]one mart[illegible] palmam tolere[illegible] c[illegible]ius adhuc rei veſtigia cernuntur. Ita extincta ſa[illegible]errima in Norico Vindeliciaq; doctr[illegible]na, adflictiſq; Bois, paganiſmus ac vetus [illegible] barbaries redierunt. Cuius rei miſertus, circa annum Salutis relatæ 6[illegible]. Ruodbertus Francus apud Borbetomagum Rhe[illegible] [illegible], longa ac periculoſa ſuſcepta peregrinatione, in Boiariam vltro conceſſit. Theodo hoc nomine tum tertius, eius prouinciæ præfecturæ inſiſtebat. Hunc itaq; cum CHRISTO regem is Dei vir vendicaſſet, ſacris v[illegible]is perfuſum, totam ſimul gentem ſubiectam, vt Ch[illegible]tum ſaluatorem agnoſceret, continuis ac fœlicibus diuini verbi prædicationibus induxit. Iuuerunt pium hominem in tam ſancto in[illegible]uto, [illegible]o, ſiue Pi[illegible]lo [illegible]aureacenſis archipræſul, Erkhenfridus Patauienſis, & Tutto [illegible]ouæ ciuitatis ſupra Ratiſponam. His auſpiciis, eiſdemque ſudoribus ſacroſancta religio quaſi de no[illegible] apud Boiar[illegible]os plantata, partim ob ſacerdotum negligentiam, partim vero p[illegible]ncipum barbariem, populiq; effrenes mores, & nondum manſuefactam animorum feritatem, mox refrixit: relataq; idololatria, parum abfuit quin Chriſti ſaluatoris apud Boiarios om[illegible] [illegible]en extin[illegible]ueretur. Itaque miſeratus hunc ruentis Reipublicæ Chriſtianæ caſum Wig[illegible]rodus quiſpiam Anglus, ſiue Scotus, ad Boiarios iterum ad ou[illegible]le Chriſti [illegible]ducendos profectus eſt. At is cum parum efficeret apud Hugobertum ducem Odilio[illegible] patre[illegible], con[illegible] [illegible]ſuos qui maiore pollerent dicendi perſuadendique auto[illegible]itate, vitæque con[illegible]nentia illuſtrio[illegible], [illegible]rminium, Corbinianum, & Emmera[illegible]num, vt ad Boiarios Chriſto redu[illegible]ndos profecti, operam ſuam in vinea Domini locarent, induxit. quo in labore Emme[illegible]us mar[illegible]rio coronatus, apud Ratiſponam poſtea ſepult[illegible] meruit. Corbinianus denique poſita Friſingenſi de nouo cathedra, ſuum prædicandi mun[illegible] impigre exer[illegible]uit: & [illegible]uod reliquum laboris ſuſcepti erat, ERIMBERTO fratri germano com[illegible]it, qui in [illegible]iſingenſi deinde confirmatus ſede fuit. Ad Bonifacium denique tert[illegible]um ex ordine, GREGORIVS tertius pro eccleſia apud Boiarios renouanda tale epiſtolium dedit:

Reſtitutio Chriſtianæ religionis in Boiaria ſub S. Rudperto.

REVEREN[illegible]ISSIM[illegible] ac ſanctiſſimo fratri Bonifacio coepiſcopo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei S. Quod tua opera & Caroli principis Francorum (quemadmodum ex tuis [illegible]iteris cogn[illegible]uimu[illegible]) tot millia Germanorum ad bonam frugem & Chriſtum ſeruatorem noſtrum reducta ſunt, ſane prout debeo, gaudeo vehementer. In Boiaria (vbi praui ſacerdotes fabulis hominum veritatem hactenus corruperant, ſcelerib. religionem polluerant, & plebem de[illegible]rarant) bene ſapienterque egiſti frater. Et ne labor noſter fruſtra ſit, iuxta Danubium conuentus conciliaque more Chriſtiano celebrari iubeo. Tu, vt militem cœleſtis imperatoris decet, fortiter decertato: nemo tibi impedimenta paret. Data 4. Calend. Nouemb. imperante domino piiſſimo Auguſto Leone, imperii eius anno 23. ſed & Conſtantini filii eius anno 20. indictione octaua. Porro ſcripſerat eandem in ſententiam idem Pontifex Boiorum epiſcopis, quorum quatuor tum temporis lapſum religionis ſtatum tuebantur vtcunq;: Wilo Laureacenſis archiepiſcopus, Sidonius apud Patauiam, Erimbertus Fri[illegible]ngæ, & Wiceo apud Nonam ciuitatem prope Ratiſponam. Porro epiſtolii exemplum ſic habet.

GREGORIVS ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſſimis vobis epiſcopis in regione [illegible]oiariæ, S. Continuo vbi noſtram receperitis epiſtolam, Vdilonem ducem veſtrum a vobis adiri v[illegible]o, vt illius edicto conuentus ſacerdotum, antiſtitum, procerum, genti[illegible]q; indicet[illegible]r. Ibi veros ſacerdotes omnium ſuffragiis nobis cooptate, prauos & criminibus deſignatos exa[illegible]ate, Conci[illegible]ia pro ſalute Chriſtiani populi bis quotannis iuxta Danubium, vbi libuerit, cog[illegible]e. In [illegible]e contrMouerſiæ & cauſæ omnium, ſecundum Chri[illegible]i ſeruatoris noſtri legem, & placi[illegible]a E[illegible]angelii, Pauliq; legati Chriſti ſcita, cognoſcantur. Omnes concordiam & pacem Ch[illegible] operibus comprobent, & iuxta Euang[illegible] doct[illegible]nam & more Chriſtiano viuant. [illegible]mnibus, quemadmodũ a Bonifacio edocti eſtis, agite: oues ſedulo paſcite. Parochi[illegible] ſæpe viſant epiſcopi, presbyteros recte viuere com[illegible]ellant: dent deniq; operam, ne lupi tecti p[illegible]le ouina, ouile [illegible]rumpant. Archi[illegible]es co[illegible] omnium ſuffragio de[illegible]gatur[illegible]q; c[illegible]ntinuo Romam eat, vt ſi dignus fuerit qui popul[illegible] Chriſti præſit, a Romano po[illegible] [illegible]ſecret[illegible]r. Nemo prauus atq; inept[illegible]s ſacris ad[illegible]oue[illegible]tur. Cum Eccleſiaſticis opi[illegible]us, e[illegible] [illegible]ac[illegible]o, ita fie[illegible] ar[illegible] ſi[illegible] ut G[illegible] [illegible]ædec[illegible]or [illegible] [illegible]atuit. Nemo ſcort[illegible]m aut c[illegible]binam alat. Qui[illegible]que caſte viuat [illegible] vxorem ducat, quam repudiare fas non e[illegible]o. N[illegible] [illegible] ſimulachris falſ[illegible] deo[illegible]um [illegible]olatum. [illegible]omnia, a[illegible] [illegible]eruet. Diſſidentia d[illegible]natia aris & ſacri[illegible] [illegible]bus arceant[illegible]r, nec ea ſac[illegible] [illegible]tes rec[illegible]iant [illegible] illi reconci[illegible]ati fuerint. Nemo ſe pe[illegible] [illegible]ctu [illegible].

Tota vita Christiana pœnitentia est, & bellum. imbecilli & homines sumus: omnes egemus clementia Dei Optimi Maximi, quæ sit cum omnibus vobis, Amen. Porro cum, antequã reformatio apud Boiarios fieret, Gregorius pontifex R[illegible] diem suum obiisset, qui illi successit Zacharias, ad eadem adhortatus est, & Vnilonem Laureacensem, & Bonifacium ipsum verum totius Germaniæ apostolum, & Boiariæ denique cæteros episcopos omnes, vt diplomata ad hos data testantur, quorum exempla non grauabor subnectere.

DILECTISSIMO nobis Vniloni, sanctæ ecclesiæ Boiariorum episcopo, Zacharias papa S. Domino cooperante, & sermonem confirmante, ad d[illegible]larandam Christianitatis legem, & orthodoxæ fidei tramitem, ad docendum iuxta quod prædi[illegible]t sancta hæc Roma[illegible]na (cui Deo authore præsidemus) Ecclesia, Innotuit nobis sanctissimus & reuerendissimus frater & coepiscopus noster Bonifacius, nuper decre[illegible] & or[illegible] in Germaniæ partibus episcopales sedes, vbi præest vestra dilectio, & pr[illegible] in [illegible] quatuor diuisisse parochias. Hæc ex epistola Zachariæ ad Laureacensem. [illegible], qui[illegible] eiu[illegible] sensum ca de re Bonifacio scripsit, in quo epistolio nominatim hæc [illegible] quia indicasti, perrexisse te ad gentem Boiariorum, & inuenisse e[illegible]s extra ordinem ecclesiasticũ viuentes, dum episcopos non habebant in prouincia nisi vnum nomine V[illegible]onem, quẽ nos ante tempus ordinauimus. Et quia cum assensu Vdilionis ducis Bo[illegible] opt[illegible]tum prouinciæ illius, tres alios ordinasse episcopos, in quatuor partes prouinciam [illegible]uisisse, id est, in quatuor parochias, vt vnusquisq; suã habeat paruchiam, bene est, satis peregisti frater.

Hæc ex epistola Zachariæ pontificis summi, de Boiariorum Ecclesia reformanda. Cui non discrepat, quod in antiquo Annalium codice reperimus in hæc verba: Idem sanctus Bonifacius Moguntinus episcopus, prouinciam Boiariorum, Odilione duce con[illegible]ntiente, in quatuor diuisit parochias, & quatuor his præsidere fecit episcopos, quos ordinatione facta in episcopatus gradum [illegible]euauit. Quorum primus nomine Ioann[illegible]s, in opp[illegible]do quod dicitur Salczburg, episcopatus cathedram [illegible]scepit. Secundus Erimpre[illegible] qui Fr[illegible] ecclesiæ principatum obtinuit. Tertius Gibolph, Ratisponensis ecclesia [illegible] epi[illegible] Quartus Bilibaldus, in loco cui vocabulum est Aichstet, epi[illegible] suscepit [illegible] ex antiquo Annalium codice, vbi præterea ista leguntur, sub paragrapho Z[illegible]chariæ R[illegible]nani episcopi: Iste Zacharias, rogante Carolo rege, duos episcopos ordinauit, Wiccon[illegible]m in Nouam ciuitarem, & R[illegible]zilonem in Augustam. Deinde dominus Pipinus [illegible] facium episcopum Moguntinum, cui secundus Gregorius vicem suam per Galliã & [illegible]maniam commiserat, & Bilibaldum vna cum cæteris sapientibus viris, e[illegible] præcepto domini Apostolici, pe[illegible] omne regnũ res Ecclesiasticas ordinare. Proinde beatus Bonifacius episcopus eodem itinere venit in Boiariam, & sedens in ciuitate Noua, ordinauit exinde Episcopales sedes per totam Boiariam, atque ob merita sua deposuit Wicconem episcopum, & consensu atq; præcepto domini Pipini regis & Odilionis ducis ordinauit illic Ma[illegible]nonem, eoq; mortuo ordinatus est illic Hildegart episcopus. Extat de huiusmodi ecclesiæ Boiaricæ reformatione, & super synodo prouinciali indicenda ea de causa, aliud eiusdem Papæ epistolium ad clerum Boiariæ scriptum in hæc verba:

ZACHARIAS seruus seruorum Dei, episcopis, sacerdoribus, diaconis, monachorum maximis, regulis, ducibus, præfectis, præsidibus, omnibus denique piis Deum immortalem timentibus, qui Boiariam & Francorum regiones incolunt, S. Deo Optimo Maximo (fratres & filii charissimi) gratias ago, eumque pro vobis semper deprec[illegible], vt quod facere diuino spiritu instruente, & veritate suffra[illegible]te c[illegible]istis, perpetuo faciat. Q[illegible]dm dum enim certiores nos fecit reuerendissimus atque sanctissimus frater noster Bonifacius episcopus, solennem ritu Christiano conuentum celebrastis, adnitentibusque filiis nostris Pipino & Carolom[illegible] [illegible]actarios sacerdot[illegible], fabularum & [illegible] pestiferorum præcones, scortatores, homicidas, militantes repudiastis & exegistis. Obsecro, & per Deum immortalem Dominum nostrum IESVM CHRISTVM obtestor, vt Bonifacio legato Christi, & nuncio supremæ [illegible] Maiestati be[illegible] [illegible]æcipi[illegible], s[illegible] hactenus consue[illegible]istis, sedulo obtemperetis. Prouincia & mandatis nostris fungitur: vestrum agit negocium, nempe vt vos in viam rectam reducat, & a criminibus CHRISTI propitio expiet, ac pro mortalibus æternos efficiat, diu noctuque [illegible]. [illegible]ere vo[illegible]s hactenus cœlesti ira, ob vitia vestra, sacrificuli errabundi & cæc[illegible]ientes, qui & vos & se fallere consueuerunt, ingrati DEO [illegible] Supe[illegible] N[illegible] h[illegible]enus [illegible] sacris i[illegible]iatum & profanum fuit sicut populus sic & [illegible]tes, iuxta [illegible]oto errarunt cœlo.

Cæcus

Cæcus cæcum duxit, perier[illegible]nt greges cum pasturibus O[illegible] haud impar pecus fuit, di[illegible]un[illegible] patella opereulum. Quamobrem hostes vestr[illegible] vndiq; inualuere: vos vbiq; victi estis, nec q[illegible]cqua[illegible] preculæ sacerdotum inanes profecerunt, quibus pugnare non licet: quo pacto victoriam sperare ausis eo bello, quo sacerdos simu[illegible] & humano cruore & cæde polluitur, & sacrusactam hostiam impuris manibus ac sceleratiore mente contrectat. Sacerduti, qui pastor est, arma non ferre, nedum bello quenquam occidere lice[illegible]. Officium boni pastoris est, oues seruare & pascere: pecus vero quod palans à grege aberrat, ad ouile coge[illegible]e. Hos qui Christiani sunt, seruato: his qui Christiani non sunt, Christum prædica[illegible], veritatemq; adnunciato. Cœlestis doctor & magister mystis suis præcipit: Vos estis sal [illegible]rræ, quod si desipuerit sal, quonam condietur? Nihil valet vltra, ac ne in sterquiliniũ quidem vt[illegible]le est. abiici[illegible]r foras in lutum, & conculcetur pedibus. Dum hæc ita sunt (nempe veritas mentiri non potest) & tales suffertis sacerdotes, quales Ethnici non ferrent, hostes superiores fieri necesse est. Huiusmodi sacerdotuli Deo nõ litant, sed ipsum magis i[illegible]nt, & Superos ad iracundiam prouocant. quomodo oues à lupo tutæ erunt, si eas pastor desti tuerit: Proinde si Bonifacii dicto audientes eritis, si pios, si castos, ab omni Venere, ab omni labe mundos & im[illegible]unes omnis homicidii sacerdotes vobis delegeritis, quemadmodum iure diuino præscribitur, & nostro munere functus Bonifacius frater noster prædicat, omnibus formidabiles eritis barbaris, nulla natio conspectum vestrum ferre poterit. Ferocissimæ gentes, exortes veritatis, quæ vndiq; armis circumfremunt, Arabes, Sce[illegible]ræ, Saxones, Hunni, Veneti, Auares, armis vestris succumbent: simul & bene recteq; viuetis, & in cœlum post hanc vitam recepti, cum Deo optimo maximo & superis sempiterno perfruemini æuo. At vos charissimi fratres, qui estis veri Christi sacerdotes, perinde ac fidi ministri Christi, ac mysteriorum Dei œconomi, procuratores & dispensatores, sed & administratores arcanorum eius, de quibus tanquam re aliena rationem reddituri estis, cœl[illegible]is imperatoris negotium, non rem vestram agite. Veram sectemini disciplinam, quæ nobis in sacrario, & in sacrarum literarum thesauro expressa est. Mores vestri inculpati existant. Vita vestra sit speculum & exemplum cæteris Christianis. ita & apud homines fama celebris vos consequetur: a Deo autem immortali immortalitate donati, perpetuo fœlices in cœlo viuetis. Quotannis conuentus cogantur, in quibus de concordia & pace Christiana aga-30 tur. Si quid aduersum fuerit, ad viuum resecetur, quod templum Dei firmum & immobile præstare possit. Data Calend. April. imperante domino piissimo Augusto Constantino, à Deo coronato, Anno 24. Imperii eius, indictione vndecima: anno autem restituti orbis [illegible]43. Hactenus de diplomatibus. Tantam igitur curam eum & Romani episcopi, & Boiariorum præsules, non solum in restituenda Ecclesia Dei, verum etiam in ea fulcienda adhibuissent: habita est Synodus postea apud Dingen finium Bauariæ ad Isaram, anno reparatæ Salutis 768. cui leguntur interfuisse ex episcopis, Virgil[illegible]us Iuuaniensis metropolita, Symbertus Ratisbonensis, Aribo Frisingensis, Mannus Neoburgensis supra Ratisbonam, Almus Sabonæ, quæ modo est Brixia Tyrolis, Wisericus Pataniensis. ex numero vero Abbatum, eorum pene monasteriorum quæ tunc cuncta pr[illegible]mordia acceperunt, Woliphober-40 tus Aldachii inferioris, Arnestus Aldachii superioris, Volkēradus Osternhofensis [illegible]e Austrauianus: Segilo Weltenburgensis, Albertus Tegorinus, Opportunus Metan[illegible]is, Landefridus Benedicti Gurensis, Albinus Sechunensis, Ar[illegible]a Scheyrn Vtoilmensis, Ruthardus Weissenbrunnensis, Reginobertus Pfaffenmonasteriensis, & Berch[illegible]old[illegible]s C[illegible]mensis. Et de Ecclesia Boiorum hæc propterea prolixius adduximus, vt quantæ molis fuerit (vt ille inquit) illam condere, Lector æquus intelligat. ad quam rem operam studiumq; suum [illegible]ntulisse beatum Pirminium, qui Altahense cœnobium construxit, cir[illegible]a annos Sal[illegible]tis D. [illegible]C. XLII. & Ra[illegible]lonem quendam comitem Andacensem, quem Sant Gaffrat Teutonici nominabant, gentilitii Annales ostendunt: & vixisse comitem circa annum 954. tradunt.

50 Atq; hæc quidem ex antiquiuribus Historiæ scriptoribus. Contrariũ videtur ex Annalibus gentilitiis Bo[illegible]orum repetere Io.[illegible] Auentinus, non contemnendus historiæ au[illegible]or, qui libro 3. Annal[illegible]um Boiorum, paulo recentiorem hanc in Vinde[illegible] [illegible]actam Boiorum migrationem existimat, post victoriam videlicet Francorum de Al[illegible]mannis Tolbiacensem. Locum, quoniam [illegible]acit ad nostrum institutum, non grauabor subnectere. H[illegible]scemodi proinde causis commoti Boiorum populi, Styrac[illegible] H[illegible]l[illegible], B[illegible]i[illegible], pl[illegible]rimis & valent[illegible]ssimis cincti nationibus, Sueuis, Vulgaribus, Hunnis, Rugiis, Gepidis, Ost[illegible]og[illegible]ttis, Alanis, Sarmatis, quo firmior[illegible] [illegible]t, coeunt Adal[illegible] [illegible]em Hunni W[illegible]liphonis fi[illegible], virum fortem & prudentem, [illegible] paternam ori[illegible]em [illegible]um [illegible]ule[illegible] referret regẽ [illegible]eant atq; salutant: & quo [illegible] vocat, nunc Getis ac Sueuis, nunc Hunnis ac Rugiis cõ-

iun[illegible] Danubio, prædaticia ex R[illegible] prouinciis [illegible] victitarun[illegible]. [illegible] Boi[illegible] Sueuorum vestigia secuti, ab [illegible] per [illegible]piam ad Nariscos, auitos agros incunabulaque gentis, cuius Norcioberga [illegible]put rum erat, concesserunt. Venedorum reges Zecho & Crocus, loca a Sueuis in B[illegible]is deserta [illegible]uaserunt, & [illegible] possiden[illegible]. [illegible] eum postea filii Adelgerionis Theodonis pri[illegible] historiam recenset, qui victus a Francorum rege Lutauico primo, Francorum se imperio subiecerat. Theodo, inquit, vbi hæc dixit, & [illegible]nium animos arrectos & alacres ad bel[illegible]m esse videt, dimisso conuentu, arma, [illegible]la, rhedas, naues, copias, commeatum, stipendia, auxilia, pecuniam, & alia huiusmodi tantæ expeditioni vti[illegible]ia comparare studet, quo facilius exercitus t[illegible] ancient, Almannũ amnem p[illegible]ibus quam vno loco pontibus lapideis coniungit prope eximos V[illegible]a & op[illegible]dum [illegible] iam nunc Theodophoros. hoc est Theodonis nadum, vul[illegible] Dietfurt nuncupatur. V[illegible]iam re[illegible]ulus Boiorum se ad eam rem paratũ arbitratus est [illegible]re frumentaria prouisa, profecti[illegible]nem indicit in annum qui fuit Christianæ salutis quingentesimus supra octauum, Imperii Anastasii septimus decimus: Seuerino Boetio ea tempestate, viro doctissimo, consule R[illegible]manu. Trahit in societatem belli rector B[illegible] Hunnorum reliquias, Auares, Angilos, Venedorum nationem, Charinos adhuc incertis sedibus vagantes. auxilia quoque a Franci[illegible] acciuit. Cocunt postea duces, de belli ineundi modo consultant, placuit copias partiri, & diuc[illegible]sis locis simul Romanos, ne alius ali[illegible] auxilio esse posset, adoriri. Et primo castella minora oppugnanda censuerunt: vltimo omnibus viribus Augustam Tiberii, caput harum re[illegible]onum, vrbem munitissimã aggere, fossa, & vallo & mœnib. in quadrũ ex ingentis molis saxis quadratis, quorum vestigia adhuc videntur, constructis, cinctã, arcta obsidione cl[illegible]udere: eoque omnem belli fortunam transferre periti rei militaris statuerunt, quò tanquam in caueam hostes relictis agris & aliis locis compellerentur, & ibi tanquam feræ inda[illegible]ne cingerentur, vnoque impetu caperentur, & multi ferarum ritu veluti in fouea deprehe[illegible] cæderentur. ea ciuitas ab Aquilone Danubio, vti nunc etiam, accessu hostes arcebat: cæt[illegible]ris partibus æquo pede adibatur. Venedi igitur eum Gisalone duce in inferiori Boiari[illegible], vbi pagus, montes, præfectura Venedorum nominantur, supra ostia Isaræ, Istrum superant: P[illegible]sonium, Augustam, Aciliam, Mocœniam, Vetera castra & æstiua expug[illegible]ant. Fit fuga Augustam Tiberii, intra OEoum & Isaram: Batauia & Quintanorum vrbes antè deletæ fuerant. Giso Hunnorum, Abarorum Angilorumque rector, Aureatu, Cæsarea, & ibi traiecto Danubio, hybernis potitur, eaque disiicit: Licostoma, Calatinum, Atulia, v[illegible]ua cultorib. inuenta. Remedius præfectus ad superiorem Vindeliciam & Noricum euasit. Itinus cum Francis Eponam & Cænum adgreditur & occupat, transitque Danubium. Theodo cum maiori parte copiarum Artobrigam, maximam huius regionis vrbem, quę ad Altmani fluenta vsque portendebatur, sibi deposcit, expugnauitque. plerique fuga euasere, ac nauibus delati sunt Tiberii Augustam. Theodo apud Chelhaym, vbi Altmani ostia sunt, cum cæte[illegible]ratus Istrum traiicit. Paruula leuiaque vbique fuere prælia, quorum loca ab incol[illegible] adhuc, iuxta Danubium maxime, passim monstrantur. Romani magis de fuga quam p[illegible]na cogitauere: istos plus pedes quàm arma tutati sunt. Pleraque oppida & castella initio b[illegible]i deserta sunt. Oppidani cum vxoribus & liberis, & quæcunq; auferre secum poterant, Augustam Tiberii aufugere. Riparii quoq; milites custodiæ Danubianę destinati, omnes Augustam Tiberii concessere. Abudiaci quoq; proximę vrbis ciues, illuc migrarunt. Proxime patriam meam est sylua, in qua visuntur vestigia castrorũ, more Romano: vsus Italica vocat. Haud procul inde certamen fuisse incolæ fe[illegible], Sigemburgiumque trophæum esse. Vicus est in ripa Apsi a[illegible]nis, & victoriæ castellum significat. Peculiares quondam principes habuit.

Post[illegible]quam vero Theodo, superato cum omnibus copiis Danubio, h[illegible]stes in vn[illegible] mœnia conclu[illegible]os esse animaduertit, adunatis omnibus viribus, ad obsidendam Augustam Tiberii [illegible]nfesto intentoque exercitu procedit. Milites Romani pro porta cum accedentibus [illegible] conserunt [illegible] d[illegible]per[illegible] Boi[illegible]rum ferre non potuerunt. [illegible] nus quisque, & maxime manu p[illegible] interemptus est. Cecidere ibi aliquot millia Romanorum. Inde Rom[illegible] m[illegible]pulsi sunt, vbsque cœpta est obsideri. Di[illegible]iores Romani clam n[illegible] a[illegible] ad hu[illegible] vsum paratis, fuga sibi consulunt. Laureacum, & ad Noricum, q[illegible] Rom. tenebant, veniunt. Interea intra Augustam Tiberii metus ac formid[illegible]tur. foris omn[illegible] viæ, om[illegible]ia itinera ho[illegible]bus clausa, latronibus obsessa erant [illegible] peri[illegible]osum, [illegible]re perniciosius erat.

[illegible] inconditum & promiscuum magis res sitas at[illegible]ue paruos liberos deflebat, quam def[illegible] Th[illegible]o exan[illegible] & in [illegible]olis, segniusque agentibus, nostri quoniam [illegible] numero abundabant, [illegible] aggerem, vallum fossamque com-

co[illegible] mult[illegible] fagit[illegible]riorum funditorumque totis mœnibus, in[illegible] [illegible]tela, fag[illegible] æ fpargi [illegible]pta fint, murus defenforibus nudatus, quod tum [illegible] Hunni & V[illegible] di arcu fpiculi[illegible]que exercitati[illegible] erant. [illegible] co- rum [illegible]do fpicula ac tela contiiciebat, vt in muro, alioqui [illegible] languefcentibus incolis, con[illegible]ftendi poteftas nun eflet. Pars fcalis mœnia afcendu[illegible] [illegible] teftud[illegible] ne facta portis fuccedunt. Boii vndique a[illegible] omni parte vrbem oppugnant, & portis effractis magno im[illegible] [illegible]u irrumpunt. Citra omnem rationem ætatis, fexus ac dignitatis, fit cædes miferanda, cui [illegible] victoris fe[illegible] præda omni[illegible] m[illegible]ibus conceffa & donata eft: templa direpta, [illegible], incenf[illegible]: omnia ferro, flamma, va[illegible]ta. Sacerdotes ante aras facrificantes combu[illegible] [illegible] um vrbi[illegible] pontifex, perierit ne, an effugerit, incertum eft. Romani prouinciales [illegible] duo genera Romanor[illegible] fuere Prouinciales & Italici captiui, in captiuitatem ab[illegible]ducti, veluti vi[illegible]ima mancipia venundati, ad operas agrorum, & ergaftula condemnati [illegible]. Inde arces, vi[illegible] & oppida folo æquantur, ædificia diruuntur. Sepulc[illegible] quoque [illegible] vi[illegible] r, [illegible]fpicatus [illegible] latere aurum, effodit, & ferutatus eft. Adiicit pofthæc [illegible] Theodo[illegible] ad parta tuenda, Danubii oram præfidiis firmat. Batauia ad confluen[illegible] [illegible] & Iliffi, Augufta quoque Tiberi[illegible], inftaurantur. [illegible] mu[illegible] veteri [illegible] Reginoburgum (quod nomen celebre in faftis eft, a nunc Reginob[illegible] vxoris fuæ, rector Boiorum appellat. Veteres nomina fœminarum aufpicatiora cre[illegible] [illegible] graui [illegible], præcipue qui fœ[illegible]inis ine[illegible] fanctum aliquid & prouid[illegible] [illegible] : [illegible] confi[illegible]lia earum, aut refponfa neglexerunt. Condita quoque funt in ripa Danubii Neoburgum & Salingoftadium: quod nunc alio ad tertium lapidem ferme trāslatum, Neoftadi[illegible] vo[illegible] folet: Haunftorf, Engeldorf, Abynrdorf, regiæ & pagi, oppidi Angiloftadium, ab Hun[illegible], Angilis, Abaribus cognomina feruant. Irinofigæ, id eft Irini victoriæ, Irinus præfectus [illegible] fe[illegible]it. Gifoueltas Gifo, Gifolariam Gifalo, ita a fuis vocabulis nuncuparunt: v[illegible] funt. [illegible] Lauarus, alterum Ilinus præterfluit. Ille haud procul hybernis Gifonis caftra, alter propter æftiua Romanorum Gifalonis exercitum declarat. Hæc ex Auentino. qui poftea profequens hifto[illegible], victoriamque Boiorum, docet rer manus conferuiffe cum Romanis Theodonē, prope Odyngam in Norico Ripenfi, & in finibus Tyrolenfis prouinciæ toties v[illegible] rep[illegible]taffe. manere pagum ad ripas OEni & Ifaræ, qui traiectum Theodonis apud pofte[illegible]tatem teftentur, Dietfurt. Romani præfides (inquit) Seuerinus, Remedius & [illegible]rutus, vbi Vindeliciæ eam portionem, quam nos inferiorē Boiariam appellare folemus, [illegible] & a Boiis occupatam effe vident, Noricum & partem Vindelicorum alpibus fub[illegible]iectam, quam incolæ fuperiorem Boiariam nuncupant, retinere & tutari nituntur, quod hæc falebris horrendis, crebris paludibus communita, & fluminibus impedita fit. Nec de[illegible]erat his animus perdita recuperandi. Delectus itaque agunt, oppida munitiora cōfirmant, milites cogunt. Theodericus ex Italia, vice Imperatoris Anaftafii Cæfaris Augufti, exercitum, ftipendia, annonam fupplet, ac fubminiftrat Recifis reliquis pontibus, vrbem No[illegible]i, quam à re ipfa pontes OEni vocabant, (nos Vtinum, vulgus Odingam nominat) præ[illegible] firmant: caftra aggere, foffa, valloque muniunt. At Boii ne copias Norici ac Vindeli[illegible]ci coniungere, neue a[illegible]ter alteri opem ferre poffet, vires omnes in duos exercitus diuidunt. Auxiliares Hunnorum cohortes in [illegible]ontinio fuperioris inferiorifque Boiariæ, non longe à [illegible]ofpurgo fupra Landeshutam vrbem, vbi oftia Ifaræ & Sennonis funt, Ifaram [illegible] locum ca[illegible] capiunt, feque carri[illegible] ac rh[illegible]lis more Germanorum circumfepiunt. Villæ ibi adhuc Hunnouangiones, hoc eft [illegible]unnorum currus nuncupantur. Theodo in inferiori Boia[illegible] [illegible]perat propter Rhodan[illegible] amnem, vbi iam Ottonis veltæ vi[illegible] admodū ædificiis cultus fit[illegible] eft, confedit. Inde [illegible]heodofphora vtrique pago nomen. in medio v[illegible]triufque exercitus pontes OEni erant. E[illegible] fubdit, cum tota Vindelicia fuperata transgref[illegible] [illegible] in Noricum ac A[illegible] prouinciam defc[illegible]bit: Dum hæc Neorhomæ ge[illegible]ntur [illegible] Theodo impatiens moræ, & finiendi belli cupidus, nactus tempus opportunū, [illegible] exe[illegible]tū ad par[illegible] OEni, aciem mouere, Rom[illegible]nos [illegible] traiectum [illegible] Ipfe interim cum copiis fuis paululum infra e[illegible] locum, vbi nunc Brundunum con[illegible]tum, & oftia Matichæ funt, qui ibi OEno mifcetur, OEnum fuperat. vnde Theodop[illegible]po ibidem nomen [illegible]ft. Cum peritis poftea [illegible] ductoribus, cum electiffimo equitatu, cæteris iuffis fe fubfequi, emenfis fyluis & fluminibus, de improuifo, ex proxima [illegible] Romanos inopinatos a[illegible], nil mali fufpicantes, magno impetu, ante lucis ortum [illegible]dit [illegible] noftri, qui [illegible] ripa[illegible] & ipfi acrius inftare, pro ponte decertare cœperunt: pul[illegible] tergo f[illegible] hærentes ponte pot[illegible]ntur. Par[illegible] En[illegible] tentat [illegible], quæ Theodonem fecuta erat, apparet. Romani vndique circumuenti [illegible] ad internecionem: pauci ex noftris

d[illegible] locus ibi adhuc Mottoucita, [illegible] est cædis [illegible] appellatur. effodiuntur [illegible] quoudie arma, ossa, calcaria, & huiusmodi pugnæ monumenta. Vetus Vtini insigne est, [illegible] pus sub frutice to in insidiis delitescens, huiusmodi triumphi non vulgare more gentis triumphum atque monumentum. [illegible] ea clades Romanis, sicut in Annalibus & fastis adnotatum reperio, in annum Christianæ Salutis quingentesimum atque vicesimum, Imperii Iustini tertium, Valerio & Iustiniano, qui post imperauit, consulibus. Profligatis Romanis, Theodo reliquias belli persequendo [illegible]: hostibus metu perculsis, famæ victoriæ recentis exanimatis, instandum esse, optimum factu duxit. Iam enim sibi persuaserat, nullam requiem aut pacem laboribus fore, nisi u[illegible] ad Italiam vsque, vi & armis in obsequium & ditionem redigeret. Neque igitur à tergo periculum imminere, quod [illegible] annunias, alpes Noricas, Laureacum, & alias vrbes munitas ac amplas adhuc Romani tenerent, præsidium Hunnorum inter [illegible]anum OEnumque amnes collocat. Regio adhuc ibi Hunnorum (quod Hunnorum [illegible]idium valet) appellari solet, vulgo per syncopen Hunsr[illegible] hæc ille. Qui fusius historiam Theodunis illius enarrans, cum victore exercitu profectum & in Athesinam prouinciam commemorat. fusisq; primo Romanis [illegible] vbi hodie est Mitternvvald, aliud cum [illegible] certamen adsumpsisse ad Stereingam, victoriamq; reportasse, Remedio Rom. præfecto in Italiæ fines fugato. Porro hodie Remedii ad[illegible]ue reliquiæ haud procul [illegible] & qui secuti sunt Theodonem Boiorum duces, omnes prouinciam Athesinam subiectam ditioni habebant, donec Longobardi Grymoaldu secundu occiso, & pueris gubernantibus Boiariam, eam regionem ademissent: vt in historia ducum ostendemus. Superest nunc, vt Boiorum reges ac principes ordine enumeremus, quot quidem ex Annalium fide deprehendere licuit.

CATALOGVS ET GENEALOGIA PRIMOrum Boiariæ principum in Vindelicia & Norico, Romanæ Resp. ademptis prouinciis.

1 ADELGERIO, a nobili videlicet Gerione cognominatus, ab Hercule quōdam victo atq; triumphato: de cuius stemmate videlicet idem Adelgerio descendebat. Is vna cum Alemannis aduersus Francos profectus, vincitur ad Tolbiacum vicum Vicum Vbiorum, à Lytauico Francorum hoc nomine primo rege. Visus deinde deprecatore Theoderico Bernense, Ostrogottorum rege in Italia, se cum tota Boiorum gente Francis subiecit. 30

2 THEODO hoc nomine primus, filius Adelgerionis, cum Lytauico primo Francorum rege, qui Adelgerionem patrem apud Tolbiacum acie vicerat, operam fidelem aduersus Gotogesilum atque Gundebaldum Burgundionum regem, Alaricumq; Visogottorum regem in Aquitania tenentem, nauasset, adhortatus & adiutus à Franco, primus Vindeliciam, atque Norici partem occupauit, atq; a Romanorum imperio adseruit: cum quibus victor, expugnata Augusta Tiberii, quæ hodie est Ratispona, ter manus conseruisse reperitur atque commemoratur gentilitiis Annalibus. Primo, vbi est Sigēburgum, infra Abusinam. Secundo in Perlaebeth[illegible]yd (quæ inde nimirum a perditis legionibus nomenclaturam ad posteros campestria transmiserunt.) [illegible] ertio in Norico Ripensi, ad Mattigham flumē supra Salisburgum. Quarto super Inutrim, siue Mitternvvard, inter OEnum atq; Athesim amnes. Quinto denique ad Stereingam, in alpibus supra Athesim. Quibus omnibus locis victoria potitos Boios traduxit ex Germania magna in Vindeliciam atque Noricum, superatis fluminibus Altmula, Danubiu, Isara, OEnoque [illegible] circo à traiectu Theodonis [illegible]d ripā iam memoratorum fluminum pagi [illegible] hucextant qui Dietfurt nominantur. Obiit anno Salutis 537, relicto Theodune secundo, & primo suæ gentis Christiano, & Vttone, filiis ex Reginobi[illegible] Quæ Augustæ Tiberii vetus ac Romanum nomen [illegible] Reg[illegible]burgum mutauit quam hodie passim Latine Ratisponam vocamus. 40

3 THEODO, hoc nomine secundus, primi filius, cum fratre Vtone, qui Noricum etat [illegible]titus, & puntes [illegible] Romanorum restaurauerat, a seque V[illegible] denominauerat, quem modo O[illegible]gam dicimus: patri in gubernacula Boiarici regni successit. Fertur & [illegible]heobaldum [illegible] habuisse, qui Athesinā prouinciam vsurpauerat. Cum quibus cōu[illegible]ut, ac fac[illegible] lustratur, a beato Rutperto W[illegible] maciem præsule, quē Theodericus ac Dagobertus Francorum reges in Boiariam miserunt. Hunc memorāt Annales cond[illegible] fundam[illegible] catholicæ religionis templum vetus Salsburgi, & capellam antiquam [illegible]ingæ. Obiit [illegible]o Vto dux anno gubernationis suæ octauo, Salutis nostræ 545. cum Theodo frater W[illegible]gi[illegible]o Ostrogottorum regi in Italiam aduersus Iustinianum Cæsarem, [illegible] duces B[illegible] ac Narse[illegible] aux[illegible] fida [illegible]. 50

4 [illegible] Theodonis secundi filius, cum fratribus Theodone tertio, & Theo-

[illegible] gubernacula auitæ apud Boios ditionis succedit. Cuius fratres quod limiti Boiarico [illegible] præessent, haud procul ab Aniso flumine cum Hunnis congressi, bello superati [illegible] capiuntur. Sed redempti a Cacano Hunnorum rege, bellum reintegrarūt, Hunnisque [illegible], Cacono comprehenso. Quo tempore Auares ac Hunni inita conspiratione, populatum vsque in Franciam atque Austrasiam exiuerunt, a Sigiberto postremo Austrasiæ rege profli[gati].

5 THEODO hoc nomine tertius, secundi filius, Theodeberto fratre extincto, ex limitis orientalis præfectura Boiariæ gubernacula iniit, Theodevvaldo fratre Norico præfecto. Obiit, & sepelitur Salisburgi, anno Domini 565. relicto filio Theodeberto secundo, cui ditionem in Norico patruus Theodebaldus, eiusque filius Tassilo, designarant.

6 THEODEWALDA, frater Theodonis tertii, & Theodeberti primi, superstes fratribus, ex Norici præfectura ad [illegible] atum vocatus, Francorum regum authoritate, a Narsete præterea cui stipendia fecerat aduersus Gothos, cum a Sophia imperatrice esset irritus, inuitatus in Italiam ante adhuc Longobardos, aliquot secus Padum vrbes occupauit. Obiit anno Domini 56[illegible], regiminis [illegible] primo: relicto filio Tassilone primo.

7 TASSILO hoc nomine primus, Theodevvaldę filius, patri in gubernaculis Boiorū [illegible] successit, autor Welltenburgēsis cœnobii, Wilundo primo abbate cōstituto. Gessit [illegible] infeliciter bella: alterū coactus, aduersus Slauos [illegible] qui C[illegible] prouinciam occupauerant: alterū vero, auxilio præfectus Sigeberto regi Austrasiæ, contra Hilpericum regem Franciæ: in quo tam rex Sigebertus, quam dux Tassilo occubuit. Quanquam [illegible] sunt qui neutrum occisum tradant: sed ducem quidem apud [illegible] regem exulasse, cuius postremo opibus fuisset in dignitatem regni restitutus, Garibaldo pulso. Regis quoque Sigeberti filium iidem referunt Brunchildis abauiæ insidiis profligatum, ac patre per insidias occiso exulatum abiuisse in Germaniam, ad Gundobaldū principem orientalium Francorum. Huius Tassilonis mentio extat apud Paulum Diaconum.

8 GARIBALDVS, filius Theodeberti, Theodonis tertii nepos, Tassiloni extincto successit. Qui primus ignauia regum Francorum, Regium titulum vsurpauit. quem vt gentis suæ confirmaret, Theodelindam filiam Vthario regi Longobardorum in matrimonium dedit. Alteram Euyno duci Tridentino locata: cuius rei Paulus quoque Diaconus mentionem facit. Progenuit ex Gela, filia Sigulphi ducis Foroiuliani, sorore Appæ Sueuiæ principis, Theodonem quartum. Gessit bellum cum Slauis, Venedis. à quibus superatus acie, eos repetito prælio [illegible] in Agunto, vbi est modo Gurcensis præpositura.

9 THEODO, Garibaldi filius, hoc nomine quartus, frater Grimoaldi ducis Beneuentani, vnde multi Longobardorum reges processere, patri in regnum Boiorum succedit, Carinthia iam a Slauis magna ex parte occupata. Progenuit Theodebertum tertium, Boiariæ principem: & Tassilonem secundum, limitis orientalis in Norico ripensi præfectum, vbi nunc est Austria. Sub quorum administratione docuerunt apud Laureacum Erchinofrid, & Odoacer, apud Iuuauiam Vitalis & Auzologus, Reginoburgi Velophologus & beatus Haymeranus: apud Sabonam in Alpibus Rhæticis in Italiam flexis, Constantius & Præconius.

10 TASSILO hoc nomine secundus, Theodonis quarti natus, progenuit tres filios, Theodonem quintum, Theodebertum quartum, & Grymoaldum primum. Quorum primus in diuisione sortitus fuerat Nariscas cum Reginoburgo, secundus Noricum Ripense cum Laureaco ac Bataua, tertius Grymoldus Athesinam prouinciam. Qui Theodonem sextum protulit: & Blutradam, Pipino [illegible] Angisi filio [illegible] domus Franciæ apud Hildericum regem, nuptam, matrem Caroli Martelli, & auiam Pipini regis Francorum, qui Caroli magni fuerat parens. Obiit vero Grymoldus anno salutis 695.

11 THEODO hoc nomine quintus, Tassilonis secundi filius, progenuit Landebertum, interfectorem sancti Haymeranni, episcopi Reginoburgensis: & Vtam, quæ a Sigebotone nobili Boiario compressa, & edocta sancti Haymeranni [illegible] præsciebatur impræ[gnat]ionis autor[em]. Quocirca intumescente vtero cum flagitium appareret, Landobertus frater puellæ, episcopum è Roma redeuntem, in superiori Boiaria, inter OEnum & Isaram in pago Helfendorf [illegible] crudeliter occidi. Cuius reliquias a suis collectas, & Ratisponam [illegible] Theodo dux deuote suscepit, & apud Ratisponam sancti Haymeranni, quod adhuc superest, cœnobium construxit. [illegible] ad Auares in Pannoniam [illegible] homicidium fugiens: & filia, quæ [illegible] Dei [illegible] relegata. Porro in primum ab[illegible] sancti Haymeranni, Apollonius [illegible] fuit. Vnde tanquam ex equo Troiano [illegible] S[illegible] & sanctus Ar[illegible] episcopi. Denique

Victerbus Reginoburgēsis quoque antistes, cui legitur S. Bonifacius Anglus, ecclesiarum Germaniæ reformator, Gibolphum successisse, quem alii Geoualdum vocant.

12 THE... RTV. hoc nomine ...itus, Theod... quin... ex præfe... Athesino Boiariæ dux constitutus, Landobrandum cum Lytoberto pu..., Longobard... ...m reges, diu exules in Boiaria ten... : eosdemque i... re...num auitum po... red... colloc... Guthrada filia L... tobe... L... dobrandi filio in vx... m. Quæ ...oria apud D... conum quoque io Longobardica Chr... nica legitur.

13 THEODO hoc ... ne sextus, Grv... oldi quonda... ducis fili..., qui Ath... pr... uinciam procurabat, frater germanus Blutradæ coniugi Pipini seni... ex ... notha quadam progenuit H...obertum, cui Noricum eum Odinga designauerat, Iuuauia & Ba... taua: Grvmoldum item secundum, cui Alpestrem prouinciam cum Fruxinēsi metropoli & Theodonem septimum, cui Athesinam prouinciam de... nauerat pater. Quo tempore p... Euangel... in Boiaria docere S. Corbinianus c... perat, cui Grymoldus dux sedem in metropoli sua Fruxinensi con... tuerat, adeo quod ... us Corbinianus ... ruxinensis antistes numeretur.

14 THEO... o septimus, Sexti filius, circa annum Salut... 72..., voti re... : Ro... am profe... ...lus, a Gregorio secundo condemnatur: domumque reuertus vita mox fungitur, cum ex coniuge Willetrude nullam prolem tulisset, Grymoldo fratri ducatum reliquit.

15 GRYMOLDVS, hoc nomine i... principatu Boiariæ tertius, fratri su... cessit. qu... ...ctum Corbinianum, in castro suo Fruxini pastorem designatum, cum Romam ire medita... retur, apud Maias vrbem in ripa Athesis, patriam suam, vi reduxit, & sibi in mensa adfi... fec... t. post remo episcopu... quoq; Fruxinensem in castro suo a pō... ifice Romano cre... vt patrem dilexit. Quocirca cum familiarius sanctus eum duce colloqueretur, ductus ... lo, sumptaque audacia, ... d fratris viduam sibi coniugem contra leges coniunxisse ... moldū reprehend... bat: at...; ac... us interdum, vt dimitteret, adhortabatur. Quæ res m... eo insan..., concitauit, vt de struendis sancto insidiis cogitaret. quas ille tamen diuino in... ratus n... ine præse... ..., f... a vitauit. Inter hæc filia Theodeberti, nepotis Grymol... ephebi... egressi, a patruo hæreditatem postulabat. Blutrada quoque, Grymoldi ... di nat... Pipini senioris vidua, profligata ex Galliis, in Boiariam redierat, exigens & sibi à patre lega... tam debitamq; apud Boiarios portionem, simulque Boiarios in Francos sollici... re non desinebat. In quo tumultu Grvmoldus hic (dubium à quo) interficitur: post cuius necē Willetruda vxor cum liberis aufugit in Franciam, ad Carolum Martellum. Quo tempore quoque Ly... obrandus Longobardorum rex, cuius vxor erat ex Boiaria oriunda, nactus occa... onem, cum pueri Boiariam gubernarent, Athesinam prouinciam occupauit, Boiariæq... ditionem ademit, sancti Valentini reliquiis ex Maiis Athesino municipio Tridēt... latis. Porro fertur Grymoldus genuisse ex Willetrude Albertum, Otgerionem & Vtonem qui in comitatus missi a fratruelibus Boiariæ principibus, agrum inter OEnum & Isara... homagii iure impetrarun... : fundatores cœnobiorum Tegernsee in Boiaria, & sancti Hi... polyti in Austria, haud procul Vienna.

16 HVGOBERTVS, hoc nomine in familia ducum Boiariæ secundus, Hugoberti ... us filius, qui Noricum ripense in diuisione cum fratribus Theodone septimo & G... ol... do tertio sortitus, extinctis ante se fratribus, a Carolo Martello Francorum principe, cum ex Sueuia in Boiari... m venisset, Boiariæ totius dux confirmatur. Cuiu... Svvynde hyldam idem Carolu... quoq; vxorem duxerat. Extat adhuc haud procul Fr... pagus, a... Suandehvlde nominatus. qua tempestate præterea Carolus Martellus Franc... m mun... menta præsidi... ria ex... tauerat, ne Boia... i aliquand... Fraco... fide de... gilostadium, & Lutherouium. Et ne bella intestina aliquando subori... possen..., ... berti quondam ducis Landofrido, Ehlando & Valdoramo, agrum designa... ad L... am amne... V... de com... es Boi... m nom... unt, e... A... (& L... sa, autores cœnobiorum B... ne... dictbeur... & Schlechdorf. Grymo... deniq... A... ber... to, Otge... & V... em in oriente & meridie co..., inter OEnum & Isara... amnes: vnde prosap... Tegern... e & Bar... e proce... , fundat... nobio... Tegernsee & S. Hippo... in Norico ripen... Cæterum Hugobertus egregiam ... pe... Franc... aui... Saraceno... Aqu... a quos Vto Aquitaniæ dux aduc... Ca... rol... m Martellum a... ersie... at. Itaque recept..., quas Abdyr... Saracen... um rex expugnauerat, ... rdi... la, P... ta ... a & Aumin..., Athyniam insuper regem qui Abdy... ain... fur... ce... erat, ... ro... di... S... ex Gallus ... V... Be... Mau... o, proflis... irca ... Pertin... ad ... um a ... ge... starum, qu... um C... ar... at...

epi...

episcopum consecrari passus sit, donato dioecesi Fruxino castro cum proximo agro. Ferūt porro, ad hunc Hugobertum peruenisse Wunifridum Anglum, à Gregorio secundo ac tertio, itemque Zacharia Romanis pontificibus Germaniæ reformatorem constitutum: cumque contra ordinem ecclesiasticum plerosque viuentes in Boiaria reperisset, cōtumaces atque resistentes loco ac ordine mouit, Ariovvelphionem, Dertovvynum, Bertharum, Atiobertum, & Hunorhedum. In quo labore commilitantes habuit plerosque ex Anglia ac Scotia tum pios tum doctos, & viros & mulieres: Wunibaldum, Lullium, Waldburgim sororem Wilibaldi ac Bunivvaldi, Brigittam filiam eius, Chunitrudim matertëram Lullii, Chunildam, Theclam, & Lyobam. Quarum quædam in Thuringiam vsque progressæ, auxiliante beato Burcardo Herbipolensium primo episcopo, vbique Saluatoris ecclesiam pristino nitori restituerunt. Obiit autem Hugobertus anno Dominicæ incarnationis 735, Vtilone filio relicto successore.

17 Vtilo, Hugoberti secundi filius, educatus in aula Caroli Martelli maioris, siue gubernatoris omnium Franciæ populorum, cuius filiam Hiltrudem rapuerat, sororem videlicet Carolomanni & Pipini, & matrem Tassilonis postremi, postquam in ducatu Boiariæ à socero sororiisque confirmatus esset, ita graui Hunnorum atque Auarum bello infestabatur, vt Noricum pene totum ripense cum Laureaco metropoli amiserit: Viuilusque Laureacensis archipræsul, iubente Vtilone, Bataviam traosmigrarit, suamque dioecesim, quanta supererat, Batauiensi coniunxerit. Nam ab eo tempore Batauienses ordine episcopi vsque ad Ottonis tertii ætatem, Laureacensis archiepiscopii titulo vsi sunt semper. Sub Vtilonis porro gubernatione beatus Bonifacius secundario in Boiariam venit, suoque fungens officio, Mannum Nouæ ciuitatis episcopum deposuit, ob merita dioecesi illius Reginoburgensi adiecta: in quo Victerbo antistiti senio confecto coadiutorem dedit Gibolphum, quem Auentinus Geoualdum appellat. Idem apud Iuuauiam Ioannem, Fruxini Atiobertum, sancti Corbiniani fratrem, Episcopos & verbi diuini præcones constituit. His nouam sedem in Nariscis auspicatus adiecit, apud Aureatum, cui S. Wilibaldum Anglum præfecit: quæ posterius, a querceto proximo, Aichstadiensis appellata fuit. Denique vt nihil præsidii deesset sacrosanctæ ac iam pristino nitori restitutæ catholicæ apud Boios religioni, idem Bonifacius & duci Vtiloni, & aliis potentioribus Boiorum satrapis ac regulis autor fuit, vt passim hinc inde per ditionem populi coenobia excitarent, tanquam scholas, vnde verbi diuini præcones adsciscerentur. Quorum à fundamentis construxit dux Vtilo Osterhouense, Mansee ad lacum in Norico ripensi, Pfaffenmunster, superius Altaychium, collegium canonicorum in Isenisco: & Vestalium monasterium in Batauia, quod Nidernburgum vocant. Theodeberti quoque filii, de quibus præfati sumus, quibus erat ager designatus inter OEnum & Isaram, Ottogerion siue Ottocharus Tegernsee, Vto Ilmunster, & Albertus S. Hippolyti in Austria, Grymaldi quondam ducis filii pariter, qui inter Loysam & Isatam habitare iussi sunt, Landfridus, Waldoramus & Ehlaodus construxere atque dotauere coenobia in sua ditione Beurn, Benedictbeurn, Schlechdorf, Svverstad, Sandau, Wessenbrunnen, Pollingen, Staflsee, & Cochelsee. quæ cuncta à beato Bonifacio Anglo consecrata feruntur. Porro Vtilo eum late imperaret, obque latum fidele Pipino regi auxilium aduersus Haystulphum Longobardum, Athelinam prouinciam ad Boiarios reduxisset, Suydegero præterea principi Alemannorum in Nariscis iura daret, Landfridum denique ac Theodeualdam Sueuorum duces bello subiecisset, elatus animo, cum præsertim Hildericus rex Francorum ignauiter imperaret, regium nomen arripuit, Boiorumque se regem contra Francorum leges ac dignitatem vocauit. Quam iniuriam vindicaturus Pipinus, qui Hilderico regi exauctorato successerat, Vtilonem bello ad obsequium reduxit, atque vt regiam dignitatem abiuraret coegit, constructis aliquot munimētis in parte Boiariæ occidentali in meridiem inclinante, ne denuo principes Boiorum deficere possent: quæ vetustate in villas passim abiere. nomen tamen conditoris testantur apud posteritatem, Pipperga, Pipinhusium, Pipifrieda, Pipispachum, & Carlosperga: vbi Carolum filium, qui magni postea nomen est consecutus, ex Bertha coniuge procreauit. Obiit Vtilo dux anno Salutis 765, gubernationis 30, sepultus in fundatione sua Osterhouensi, cum Hiltrude coniuge, sub duobus albis marmoribus.

18 Tassilo, hoc nomine tertius, postremus suæ stirpis Boiariæ princeps, Vtilonis ex Hiltrude Caroli Martelli filia natus, inito foedere cum Desiderio Longobardorum rege, eius filiam Lytopirgam duxit vxorē, cum a pr[illegible] aonis in aula Pipini regis educatus esset: cui mortuo patre, annos natus duodecim, super corpus S. Dionysii iurauerat fidelitatem. Princeps inter initia a studio r[illegible]ionis non abl[illegible]rre[illegible]s. in cuius rei ar[illegible]ment[illegible] c[illegible] Virgilii Iuuauiensis & Aribonis Fruxinensis episcoporum, synodum celebrauit in Dyn-

gol... ad ... [illegible] cui intersuere etiam ex episcopis, Besericus Laureacensis, Mannus Neoburge..., Almus Sabonensis, Symbertus Reginoburgensis: ex Abbatibus vero, Segido Weltenburgensis, Berchtoldus Chiemensis, Volcardus Ostrauiensis, Rupertus Wesenpr... nz, L... ndofridus Burensis, Albertus Tigurinus, Opportunus Menensis, & Ariouistus Altavchii superioris, Wolfprechtus inferioris, Ato Ilmensis, Reg... nobertus Pfaffenmonasteriensis, Ato à Schlechdorf, & Albuinus Sandunensis. Idem in memoriam filii Guntheri, in Norico Ripensi in venatione ab apro occisi, Chremsmonasteriense cœnobium posuit: cætera locupletauit & auxit: Pollingen, Wesenprunnen & Schefflarn. Construxit quoque a fundamento Iuuauiense & Reginoburgense templa: & vt nihil deesset pio erga religionem studio, S. Valentini reliquias e Tridento Batauiam, vbi præsulem egerat, & ex Mais ... elinis Fruxinum beati Corbiniani reduxit. Atque hæc omnia facta sunt sanctis præsulibus V... o atque Aribone viuentibus, qui principis sui animum ad pacem & studia pietatis moderabantur. Post quorum mortem seductus ab vxore Lytopyrga, vel secundum alios L... mburge, inita conspiratione cum Desiderio Longobardorum rege socero, aduersus C... lum magnum Francorum reg... m, vt posset eam tueri, Hungarorum & Auarum primus gentem Germaniæ introduxit. Accusatus idcirco a propriis subditis, vocatusque Bormaciam a Carolo, publica principum sententia condemnatur. Sed cum pœnitentiam optaret, tonsus cum filio Theodone Laurissense cœnobium à se constructum in Vangionibus ad Rhenum, ingressus est.

ALIVS CATALOGVS REGVM

Boiorum, ex propria Gente.

1 ANEROESTE... & Cogoliranus, vel (vt gentilitiam Teutonorum pronunciationē sequamur) Arneftus & Gangolphus præfecturæ Boiorum insistebant, dum adhuc hi vagabundi circa Italię fines latrocinia exercerent. Quapropter missi sunt aduersus illos L. Æmilius & C. At... lius: qui relata victoria, pulsisque Boiis, Cogolitanum alterum insuper regem in triumphum duxerunt, si Polybio, libro secundo eius historiæ credimus.

2 VOCCIO, hoc est gentilitia lingua, Vogtus, quæ vox præfectum sonat, & hodie adhuc apud Sueuos vsurpatur. Meminit illius Cæsar libro 1. Ciuilis historiæ: Eo triduo legio octaua ad eum venit, cohortesque ex nouis Galliæ delectibus 22. equitesque a rege Norico circiter trecenti. Et iterum lib. 1. Gallicæ historiæ: Duæ fuerunt Ariouisti vxores. vna Sueua natione, quam domo secum adduxerat: altera Norica, Voccionis regis soror, quam in Gallia duxerat, a fratre missum. Ex quibus liquet, Boios Romanorum prius hostes, deinde Cæsari in bello ciuili auxilio fuisse.

3 CRETOSCYRVS (gentilitia ab hoc populo lingua longus Tauriscus nominatur ... Steyrer) Boiis præfuit, dum hi circa Istrum sedes haberent, atque in Hercynia, vbi Boiohemū regio ab illis denominata mansit. Huius Strabo subinde meminit. victum hunc cum suis Boiis atque Tauriscis ad Istrum, ac fere confectum a Dacis & Marcomannis, referens. Sub hoc principe credendum est, vel post eius obitum, Boios pulsos ex Hercynia, traiecto Danubio, venisse in Vindeliciam & Noricum ripense, vbi Boicrorum regnū posterius fuit constitutum. Tauriscos vero, qui authore Strabone vna cum Boiis ad Istrum tum tenebant, in alpes proximas Norici mediterranei profectos, Styrorum ac Styræ prouinciæ primordia dedisse: de quibus superiori libro dictum est copi... s.

4 PYNNETES, Batoni Paunoniæ regi aduersus Tiberium Cæsarē auxilio fuit: cuius Strabo & Velleius meminere. Superest adhuc P... noburg, o... comitatu insignis locus.

5 BOAMVNDVS: hunc primum præfuisse ... oiis, iam ... des ... Vind... icia collocantibus, Hunibaldus est autor. Ac fortasse illo ductore Boii Danubium primum traiecerunt cum ex Boiohemo fuissent ... Merobodu o rege, Sueuis, Marcom... nisque pulsi.

6 INGRAMIVS, sub Claudio Cæsare præfuisse Boii... b H... do traditur.

7 MARICCVS, commemoratur a Cor. Tacito, libro 18. quod refragatus obsequio Romano, Boios in arma concitarit, magno vix labore vict... a Ron... nis.

8 THEVDO primus, imperante M. Antonino, anno Christi 180, Boios gubernasse in Vindelicia & Norico, ab Hunibaldo refertur.

9 A... GERVS.
10 LANDOBERTVS, } ab Hunibaldo recensentur.
11 HER... BER... VS.

12 HILOOMVNDVS & Carioui... us, a Pollione commemorantur in vita Au... quod Romanos iuuerint, ... uorum fuerunt tributarii.

13 GEBOSTRVS, Valentiniano ... imperante cū aduersa Romanos ... na premeret,

metet, Gothis, Hunnis ac Vandalis Francisque vndique in Romanos limites inundantibus, rescisso fœdere, ac negato tributo, Romanam & ipse ditionem inuasit, Boiodurum ad confluentes Danubii & OEni, Quincianam, Laureacum, Iuuauiam, Romanas colonias & municipia infestis signis adgressus est: ex quibus Iuuauiam, Quincianā, Tiberinam & Boiodutum expugnauerat etiam. Quo tempore sanctus Maximus Iuuauiensis præsul, eum in rupem proximam eum 50 Christianis sacerdoribusque confugisset, à Boiis trucidatus, laudabilem pro Christi confessione martyrii palmam tulit. Quam prolixius historiam Eugippus in diui Seuerini vita complexus est.

14 VIDOMARVS, Gibolphi socius, in illa aduersus Romanos rebellione, dubium an Gibolphi frater fuerit, quem gentiles Ostrogothum vocant.

15 HVNIBOLPHVS, ab Hunibaldo & Auentino commemoratur. quem verisimile est victum a Romanis, eorumque duce Theoderico Bernense, Gotho rege, Boios ex Vindelicia alio duxisse.

16 AOELGERVS, post Hunibolphum ab eisdem commemoratur.

17 THEVDO, secundus hoc nomine, ab eisdem recensetur præfecturæ Boiorum præfuisse, circa annos 510. quem Annales rediisse iterum in Vindeliciam referunt. Alii iugo excusso, Romanos in Vindelicia ter vicisse. de quo hæc in antiquissimo codice legimus: anno Domini D. VII. Ludouicus rex Francorum Alemannos, diuinum inuocans auxilium, vicit atque subiecit. Gens Noricorum prius expulsa, reuertitur ad sedes proprias, scilicet Boiariam & Austriam, cum duce eorum Theodone: Latinis inde & Romanis eiectis. Qui Theodo dux obiit, cui Theodo secundus successit. Et subdit: Anno DXX, Romanus exercitus prosternitur à Theodone duce secundo, apud Odinga, quæ vulgariter dicitur nunc Otting.

18 THEODO, hoc nomine tertius, superioris filius, rerū apud Boiarios in Vindelicia potitus fuit circa annū Salutis 536, tempore Heraclii Imperatoris, & quo tempore Mahomet pseudopropheta exortus est, à quo facultate accepta, beatus Rudpertus Borbetomagensis episcopus, a Berichario tyranno pulsus, Christianā in Boiaria ecclesiā suscitauit, Theodone duce cū filiis suis Theodone, Dietboldo & Vtrone, sacris perlustratis vndis, & Christo vendicatis: à quibus apostolus iste donatus valle inculta & veteris Iuuauię ruderibus, Salisburgensem primus ecclesiā exorsus est, aliis ad Sclauos in Carantanum & ad Auares in Pannoniam ab eo Apostolis transmissis. Missi sunt ad Auares Giselaricus & Sodomus, qui Fabianensem ecclesiam, vbi nunc est Vienna Austriæ, quōdam à beato Seuerino & Mamertino auspicatam: in Carantanum vero, Donyngus quispiam profectus refertur, qui Soliensem diuæ Virginis ecclesiam apud Romanos quoq; celebrem retulit.

19 VTTO, vel Otto, partitus paternas prouincias, tractum inter Isaram, OEnum & Danubium accepit: vbi à suo nomine Ottingam & condidit, & appellauit.

20 THEODO, Theodonis tertii filius, & Vtonis frater, qui diuisione cum fratribus tractū Ratisbonensem sortitus, baptizatus & ipse à S. Ruodberto fuerat, & ex Regintrudi Hildeberti Francorum regis filia Theodebertum, vulgo Dietprecht, Garibaldi regis patrem sustulit, qui agros inter Salisburgum ac Patauiam possederat, circa annos 578.

21 THEODOVALDA, vel si mauis Germanice pronunciare, Dietboldus, Theodonis tertii filius, & Vttonis Theodonisq; quarti germanus frater, in diuisione cum fratribus tractum inter OEnum Athesimq; fluuios obtinuit, ac Tassilonem primum procreauit.

22 GARIBALDVS, vel Germanico idiomate pronunciatus Getbold, quam alias Romani vocem Carioualdam dixerunt, Theodonis quarti, ex Theoberto filio nepos, pulso Tassilone Dietboldi filio, cui iure Boiariæ regnum debebatur, vi ac armis illud occupauit: filiamq; suam Theodelindam, Authario Longobardorum regi nuptum dedit: cuius sæpe meminit Paul. Diaconus libro Longobardicæ historiæ tertio, capitibus decimo quarto, & vicesimo nono. & lib. 4. cap. 40. Progenuit Gundoaldum, vulgo Gumphold, qui pulsus ab Hilderico rege, exulauit apud sororium in Italia, à quo dux Beneuentanus ac Campaniæ est designatus, & ditionem Astensem possedit. progenuerat ex comitissa Tridentina Grymoald [illegible], regem postea Longobardorum.

23 TASSILO, vetus regni hæres, & Dietboldi filius, pulso Gundoaldo ab Hylperico rege Francorum, cui is se prouinciamque totam submiserat, restituitur, cum prius & Garibaldus r[illegible] eapropter bello a[illegible] raeis fuisset petitus. Vnde scribit Diaconus cap. 14. lib. 3. Deni[illegible]e post al[illegible] quantum temporis, eum propter Francorum aduentum perturbatio Garib[illegible]ct, Theod[illegible]nda filia eius cū suo germano, nomine Gundoaldo, ad Italiam con[illegible] que aduentare Authari sponso suo nunciauit. Cui ille statim obuiam cum m[illegible] a[illegible] nuptias celebrandas in campum cognomento Sardis, qui supra Vero-

nam est, occurrens, eandem iunctis lætantibus in coniugem ad Idus Maias accepit. Et iterum cap. 2. libri quarti: His quoque diebus Tassilo à Childeberto rege Francorum apud Boiariam rex creatus est. qui mox cum exercitu Slauorum prouinciam ingrediens, parta victoria ad solum proprium cum magna præda remeauit. hæc ille. Is est Tassilo, qui Weltenburg monasterium condidit, circa annos Salutis 575. Reliquit filium Garibaldum, siue Gerboldum secundum.

24 GARIBALDVS secundus hoc nomine, Tassilonis superioris filius, atrox & perniciosum cum Slauis in Carinthia bellum gessit, cuius mentionem facit Paul. Diaconus lib. 4. cap. 14. Iisdem temporibus, mortuo Tassilone Boiariorum duce, filius eius Garibaldus in Agunto a Slauis deuictus est, & Boiariorum termini à prædantibus inuaduntur. Boiarii 10 tamen viribus resumptis, & prædas ab hostibus excusserunt, & hostes de suis finibus repulerunt. reliquit Theodonem quintum.

25 THEODO, hoc nomine quintus, circa annos reparatæ Salutis apud Boiarios floruit 618, & Tassilonem ac Theobertum hoc nomine secundos post se reliquit. Quorū postremus fertur in coniugio habuisse Theoderici Francorum regis filiam, circa annos Domini 642. successit fratri suo Tassiloni secundo.

26 TASSILO secundus, & Theobertus secundus, germani fratres, patri in regno Boiorum successerunt. Quorū filios Tassilo duntaxat post se reliquit, Theodonem quintum, Grymoaldum, & Theobertum tertium. Quorum Theobertus nactus in diuisione agrum Tirolensem, cum Bauzana ciuitate, vnicam modo filiam reliquit, Gutrudim Italiæ regi- 20 nam. Theodo vero primus sancti Emmeranni martyris Ratisponæ cœnobiū incœpit, circa annos 652. Theoberti porro meminit Diaconus lib. 6. cap. 6. & codex Annalium in hæc verba: Anno Domini 670, Saraceni Siciliam deprædantes, cum magna præda Alexandriam redeunt. Theobertus rex Boiariæ regnauit in Norico, ad quem fugerunt Ansprandus & Luytprandus, vt etiam meminit Diaconus loco citato his verbis: Misit quoque rex exercitum aduersus Ansprandum in insulam Comacinam. ille vero per Curiam Rhætorum ciuitatem venit ad Theodebertum Boiariorum ducem, & fuit cum eo per annos nouem.

27 GRIMOALDVS, Theodonis quinti & Theuberti tertii frater germanus, circa annum Salutis nostræ 690, in Boiariæ regnum fratribus successit, Campanię quoque dux co- 30 gnominatus. Cuius filiam Blutradam, quam Annales Blectrudim vocant, Pipinus Crassus Maior domus regum Francorum vxorem duxerat: & ex ea Bosonem Campaniæ ducem, ac Grymoaldum Franciæ regulū susceperat. Repudiata tamen, vixit in Bauaria sub Theobaldo duce, & ecclesiam Laureacensem Pataniensemque mire extulit, ac sancti Stephani protomartyris basilicam exorsa est. Quæ Coloniæ in Capitolio cœnobio sepulta, tale habet Epitaphium:

Legali thalamo Plectrudis iuncta Pipino,
Bosonem genuit, magnumque ducem Grymoaldum.

28 LANDEBERTVS, Theoberti tertii filius, & Theobaldi sequentis pater, habuit in matrimonio Blutradā quandam: qui instinctu Orcæ sororis, suę meretricis, S. Emmerannū 40 occidit, episcopum Nouæ ciuitatis supra Ratisponam, circa annos Domini DCLII.

29 THEOWALDVS & Grymoaldus fratres germani, Landeberti superioris filii, regnū Boiariæ simul administrarunt, de quibus hæc in antiquo Annalium codice obseruaui: 689, Ludouicus puer, filius Theoderici, anno Regni secundo moritur. Theodericus rex filius Ludouici, anno Regni 18 obiit. Theobaldus dux Boiariorum moriens, Grymoaldum fratrem suum successorem reliquit. quo tempore apud Laureacum & Pataniam, post Ottocarum & Brinnonem, Theodorus secundus rem ecclesiasticam administrauerat.

30 THEODO sextus, Grymoaldi superioris filius, circa annos Domini 708, Hugobertū filium reliquit, auum Tassilonis vltimi.

31 HVGOBERTVS, quem Annales quidam Hukibertum vocant, Thassilonis sexti filius, à Pipino & Carolomanno fratribus Francorum regibus victus, & iure homagii subiectus erat, & ad ducis dignitatem humiliatus, eum regium titulum Carolomannus vsurparet. de quo in antiquo Annalium codice hæc scripta legimus: Anno Domini DCCXXV, sanctus Pirminius primum ad Augiam venit. Hukibertus dux Bauariæ obiit: cui Odilio successit. Et anno Domini DCCXLII, monasterium Altahense inferius a sancto Pirminio episcopo, & Odilone duce Bauariæ, aliisque Christi fidelibus sumpsit initium. Reliquit is Hugobertus tres filios, Odilionem primum, Theodonem septimum, & Grymoaldum tertium: quem diplomata Frisingensia ostendunt, sancto Corbiniano primo Frisingensi episcopo multa donasse, de anno Domini 725.

32 ODILO, Hugoberti filius, Pipino & Carolomanno Francorum regibus homagium fecit, vt Annales referunt: hoc est, inuestituræ subiectionem. vnde tam Pipinus quam Carolomannus Boiariæ se reges nominarunt in diplomatibus passim, ducali duntaxat dignitate penes Odilionem consistente. Vnde legitur in antiquo codice, quod regino Prumiensis & Otto Frisingensis in suis Chronicis repetierunt: Anno Domini DCCXLVI, Anthelunus in Laureaco episcopus ordinatur: Carolomannus cum Pipino fratre fecit diuisionem: & in diuisione Austriam, Boiariam, Sueuiam & Thuringiam sortitus est. Hinc pertinet, quod scribit Vrspergensis: Anno Domini 744. Carolomannus & Pipinus iunctis copiis contra Vdilonem ducem Boiariorum profecti sunt, prælioque commisso exercitum 10 eius fuderunt. Progenuit autem ex Hiltrudi Caroli Marcelli Francorum Maioris domus filia, Tassilonem tertium. Fundauit duo in Monasterio cœnobia, Altahense & Austhausense, quod appellant Osterhofen. Sub hoc quoque beatus Bonifacius Anglus Moguntinus episcopus Ecclesiam Boiariæ renouauit atque reformauit, tribus de nouo cæteris quatuor episcopatibus adiectis: hoc est, Ratisponẽsi, Frisingensi, & Aichstetensi: cum antea fuissent Laureacensis, Patauiensis, Iuuauiensis, & Nouæ ciuitatis.

33 GRIPHO, Pipini ac Carolomanni regum Franciæ frater germanus ob Svvandehildim Odilionis filiam, vi socero successit: sed in ordinem redactus a fratrib. Tassiloni vero hæredi & Odilionis filio cedere coactus est. Vnde legitur apud Vrspergensem in Annalibus. Anno Domini 749, Gripho Saxonũ fidei diffidens, cum copiis quæ ad eum de Fran-20 cia confluxerant, Boiariam petiit, ipsumque ducatum in suam potestatem redegit. Tassilonem cum Hiltrude in deditionem accepit, Suigerum in auxilium sibi venientem suscepit. Hæc audiens Pipinus, cum exercitu maximo venit in Boiariam, fratremque suum Griphonem cum omnibus suis cæpit, Tassilonem in ducatum restituit: domumque reuersus, Griphoni more ducum 12 comitatus dedit.

34 TASSILO, hoc nomine tertius, Odilionis ducis ex Hiltrude filius, facto coram Carolo magno homagio, Luidburgim Desiderii Longobardorum regis postremi filiam nuptam accepit: ex qua duos filios procreauit, Guntherum (qui interfectus in venatione ab apro haud procul a Laureaco, initia Crembsmonasteriensis cœnobii in Austria superiori dedit, vbi is scilicet & interfectus & terræ conditus fuit) & Theodonem, qui cum patre de-30 tonsus, iussu Caroli magni, in Larissamense cœnobium conclusus fuit. Cæterum inter initia principatus, patris exemplum secutus, Pipino Francorum regi subiecit: ad eumque vltro profectus, in Compendio Belgicæ ciuitate inuestituram accepit, vt hisce verbis Linhartus testatur: Anno Domini DCCLVII, Constantinus Imperator misit Pipino regi multa munera, inter quæ & origanum, quæ ad eum in Compendio villa peruenerunt, vbi tunc populi sui generalem conuentum habuit. Illuc & Tassilo dux Boiariorum cum primoribus gentis suæ venit, & more Francico in manus regis inuassati, cum manibus suis semetipsum commendauit, fidelitatemque tam ipsi regi Pipino quam filiis eius Karlo & Carolomanno iureiurando supra corpus sancti Dionysii promisit. Et non solum ibi, sed etiam supra corpus sancti Martini & sancti Germani, simili sacramento fidem sæpedicto domi-40 nis suis diebus vitæ suæ seruaturum est pollicitus. Similiter & omnes primores ac maiores natu Boiarii, qui cum eo in præsentiam regis peruenerunt, fidem se regi & filiis eius se seruaturos, in prædictis venerabilibus locis promiserunt. hæc ille. Quamdiu igitur Pipinus vixit, Tassilo Francorum obsequio obnoxius, rerum in Boiaria potitus est sine turbis. Cum primum vero rebus is humanis exemptus fuisset, contemnens filii eius Caroli [illegible] tem, quem à magnitudine rerum gestarum Magnum postea cognominarunt, Francis cœperat obsequium detrectare. Quapropter bello petitus tum, ac priuatus dominio fuerat. Quam historiam idem autor in hæc verba perscribit: Boioaricum deinde bellum & repente ortum, & celeri fine completum est, quod superbia simul ac socordia Tassilonis ducis excitauit. qui hortatu vxoris, quæ filia Desiderii regis erat, ac patris exilium per mari-50 tum se vlcisci posse putabat, iuncto fœdere cum Hunnis, qui Boiariis sunt ab Oriente conterminis, non solum imperata non facere, sed bello etiam regem prouocare tentabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animositas regis ferre nequiuerat. Ac proinde copiis vndique contractis Boiariam petiturus ipse, ad Lechum amnem cum maximo venit exercitu. Is fluuius Boiarios ab Alemannis diuidit: cuius in ripa castris collocatis, priusquam prouinciam intraret, animum Ducis per legatos statuit experiri. Sed nec ille pertinaciter agere vel sibi vel genti vtile ratus, supplex se regi permisit, obsides qui imperabantur dedit. Inter quos & filium suum Theodonem misit, data insuper fide cum [illegible] [illegible] quod ab illius potestate ad defectionem, nemini suadenti adsentire deberet. [illegible] que belli, quod quasi maximum futurum videbatur [illegible]

lo tamen postmodum ad regem euocatus, neque redire permissus, neque prouincia quam tenebat vlterius duci, sed comitibus ad regendum commissa est. Ex quibus verbis apparet, Tassiloni omnino fuisse abrogatum in Boiariæ regno imperium, non quidem statim, & eo in bello: sed cum violata fide, rursus occultos dolos concinnasset, & vxoris illecebris circumuentus, a propriis subditis Hunnos in perniciem euocasse argueretur. Cuius rei cõscius sibi Tassilo, cum male sibi a Carolo magno metueret, Pontificis maximi, cum Romæ esset Carolus, intercessionem ambiuit, Salisburgẽsi præsule cum abbate quodam Romam misso. Id quod Eginhartus in hæc verba commemorat: Anno Domini (ait) DCCLXXXVII, cum rex adhuc Romæ ageret, Tassilo dux Boiariæ misit legatos suos, Arnum videlicet episcopum & Henricum abbatem, ad Hadrianum papam, petens, vt inter regem atque illum mediator pacis fieri dignaretur. Nec Pontifex precibus eius censuit abnuendum: sed quanta potuit instantia apud regem intercedere curauit, vt inter eos pax & concordia ex suæ Apostolicæ auctoritatis admonitione atque interuentione proueniret. Cui cum rex, idem se magnopere velle respondisset, simulque a legatis memorati Ducis inquireret, quam huius pacationis firmitatem facere deberent: responderunt, sibi de hac re nihil esse commissum: nec se de hoc negocio aliud dicturos, quam vt responsa Regis atque Pontificis domino suo reportarent. Quorum verbis Papa commotus, velut fallaces ac fraudulentos, anathematis gladio statuit feriendos, si ab olim regi promissa fide discederent: atque ita infecto pacis negocio reuersi sunt. Et subdit, de conuentu apud Wormaciam habito locutus: Rex autem adoratis sanctorum Apostolorum liminibus, votisque solutis, apostolica benedictione percepta, in Franciam reuersus est. Et cum vxorem suam Fastradam, filiosque ac filias & omnem comitatum, quem apud eos dimiserat, Wormaciæ inuenisset, generalem populi sui conuentum ibi habere statuit. In quo cum omnia quæ in Italia gesserat, coram optimatibus suis narrando commemorasset, & ad extremum de legatis Tassilonis, qui ad se Romæ venerant, mentio facta fuisset, iniit consilium, vt experiretur quid Tassilo de promissa sibi fidelitate facere vellet. congregatoque ingenti exercitu, atque in tres partes diuiso, Boioariam petere constituit. Cumque Pipinum filium cum Italicis copiis in Tridentinam vallem venire iussisset, orientales quoque Francos ac Saxones, vt iussi fuerant, ad Danubium in loco qui Pferinga vocatur, accessissent: ipse cum exercitu quem secum duxerat, super Lechum fluuiũ, qui Alemannos & Boioarios dirimit, in Augustæ ciuitatis suburbano consedit: inde Boioariam cum tam valida manu proculdubio petiturus, nisi Tassilo sibi ac populo suo ad regem veniendo consuluisset. Nam videns se vndique circumsessum, venit supplex, ac veniam de ante gestis sibi deprecatus est. Sed & Rex, sicut erat natura mitissimus, supplici ac deprecanti pepercit: acceptisque ab eo, præter filium eius Theodonem, aliis quos ipse imperauit duodecim obsidibus, & populo terræ per sacramenta firmato, in Franciam reuersus est. hæc ille. Qui mox tertiam defectionem Tassilonis describens, cum nec post illam veniam melior factus fuisset, quin Hunnos in Germaniæ denastationem secundum euocasset, ita scriptum reliquit: Anno Domini DCCLXXXVIII, cum in eadem villa (intelligit Ingelhaym) generalem populi sui Rex conuentum fieri decreuisset, ac Tassilonem ducem sic vt & cæteros Vassos suos, in eodem conuentu adesse iussisset, atque ille, vt ei fuerat imperatum, ad Regis præsentiam peruenisset, crimine maiestatis à Boiariis accusatus est. Obiiciebant ei, quod postquam filium suum obsidem regi dederat, suadente coniuge Sualiberga, quæ filia regis Longobardorum Desiderii fuit, & post patris exilium Francis inimicissima semper extitit, in aduersitatem regis, & vt bellum contra Francos susciperent, Hunnorum gentem concitaret. quod verum fuisse, rerum in eodem anno gestarum probauit euentus. Obiiciebantur ei & alia quam plura & dicta & facta, quę non nisi ab inimico & irato vel fieri vel proferri poterant: quorum ne vnum quidem inficiari cœpit. Sed noxæ conuictus, vno omnium adsensu, vt Maiestatis reus, capitali sententia damnatus est. Sed clementia Regis, licet morti addictum, liberare curauit. Nam mutato habitu, in monasterium missus est: vbi tam religiose vixit, quam libenter intrauit. Similiter & Theodo filius eius detonsus, & monasticæ conuersationi mancipatus est. Boioarii quoque, qui perfidiæ ac fraudis eorum conscii & consentanei fuisse reperti sunt, exilio per diuersa loca relegantur. Hunni vero, sicut Tassiloni promiserant, duobus exercitibus [illegible] par[illegible], vno Mar[illegible] Foroiuliensem, altero B[illegible]ariam adgressi sunt: sed frustra. N[illegible] troque [illegible]co victi, fugatique sunt. & multis suorum amissis, cum magno damno ad [illegible] sua se receperunt. Quam iniuriam veluti vindicaturi, iterum Boioariam maioribus [illegible] petie[illegible] S[illegible] a con[illegible] ne p[illegible] a Boioariis, & in[illegible]numera multitudo e[illegible] sa, m[illegible] ex eis qui per fugam euadere conati, Danubium tranare [illegible] fuerat [illegible] bus fluminis absorpti sunt. Hucusque Eginhartus. Otto Frisingensis lib. 5. cap. 29. [illegible]

lonem

lonem cum filio, Laureshaymensi cœnobio, haud procul à Wormacia, inclusum fuisse refert, quod ipse prius cōstruxerat. Cuius historiæ & libro secundo Rhegino Prumiensis meminisse videtur, qui insuper tradit, contra Hunnos & Auares a Tassilone duce sollicitatos, à Carolo magno Grahamannum & Odoacrum, cum ingentibus Francorum copiis missos fuisse in Bauariam, vicisseque barbaros in campo Iboræ, quem ego hodie puto inter Wasserburgum & Monacum nominari Eberspergerfeld. Extat huius Tassilonis epitaphium in antiquo codice fundationis suæ Krembmonasteriensis cœnobii:

Tassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad imum,
Idibus internis decesserat iste Decembris.

10 Hic non possum mihi temperare, quin admiratione dignum diplomatis exemplum inseram, quo in loco occisi filii Guntheri monasterium Kremis in Austria superiori, tunc Marcha Boioariæ, fundauit atque confirmauit, quod sic habet: Regnante in perpetuū Domino nostro Iesu Christo, qui ab arce poli descendere dignatus est in aluum Virginis, ac deinde in præsepio, de præsepio in crucem, de cruce in sepulchrum, de sepulchro in tartara, de tartaris rediit ad æthera, binis viris albis induiis testantib. ad postremū reuersurus ad iudicium, in quo iudicio vnusquisque quod gessit, retributionem accipiet: deputantur iniusti ad supplicia, iusti autem ad vitam æternam. Quæ retributio nullum habet terminum, nec in malo, nec in bono. Quamobrem propter amorem ęternum, & timorem horribilem, vt euitare valeā mansiooem diaboli, & habere merear mansionem cum Christo: Ego Tas-20 silo vir illustris, dux Boioariorum, anno ducatus mei trigesimo, indictione prima, mēte tractaui, vt de hoc quod mihi Dominus largitus est, per memetipsum aliquid Deo conferrem. Nam bonæ memoriæ antecessores mei, in quantum potuerunt, res suas deuouerunt, ecclesias Dei construxerunt, easque suis opibus ditarunt: monasteria quoq; studiorum construxere, & non modicas ad eadem pecunias tradidere. Qua de re statui quoque & ego in animo meo, vt cum summa opitulatione Iesu Christi Domini nostri, in ipsius nomine ædificarem monasterium, quod ipso adiuuante ita factum est. Nam monasteriū construxi iuxta fluenta ouncupata Kremsa, in honore sancti Saluatoris: quod & Deo dicaui, & in dedicatione tradidi quod potui, quod subter adnotamus. Quinetiam abbatem constitui, nuncupatum Fater, cum Monachis sibi deputatis: vt in prædicto veoerabili loco, vita ibi com-30 morantium regulariter duceretur. Nunc ergo ea quæ tradidimus, intimabo. Ego igitur Tassilo vir illustris, Dux, vt supra adnotatum est, Anno tricesimo ducatus mei: simulque dilectissimus filius meus Theodo, anno ducatus eius primo, tradidimus & confirmauimus ad prædictum monasterium sancti Saluatoris, &c. Et cum multis prædia tradita recensuisset, tandem subdit, & concludit: Hæc autem omnia quæ supra diximus, per singula loca omnia ex integro, domos & curtes suas & auellas & homines tributales, & quicquid illorum est mobile & immobile, cultum vel incultum, rura, prata, campos, syluas, aquarumque decursus, vel quicquid ad ipsas pecunias pertinere videtur, trado atque confirmo, ad prædictum monasterium & venerabilem locum, vt ab hodierna die, & deinceps ibi sit firmum & stabile. Si quis autem quælibet persona contra hanc chartam traditionis contraire voluerit, 40 iram Dei omnipotentis incurrat, & partem habeat cum Iuda proditore, & causam cum sancto Saluatore, & charta hæc nihilominus firma permaneat. Acta sunt hæc coram multis testibus, videntibus & audientibus: ex quibus hic aliquos inseruimus: Virgilius episcopus Iuuanieosis, Simpertus episcopus Ratisponensis, Waltricus episcopus Laureacensis, Oportunus abbas, Wolfprecht abbas, Hatto abbas, Gaozrich abbas, Hrothart abbas, Vlricus comes, Megilo comes, Sulucho comes, Reginolf Adelher, Hardnik. Scripsi autem ego Willaprecht, indignus tamē diaconus, hanc chartam traditionis, iussus a summo principe Tassilone, ex ore Suelharti diaconi. Acta sunt hæc in prædicto monasterio, regnante Domino nostro Iesu Christo in secula perpetua.

50 *MARCHIONES BOIOARIORVM, SIVE PRÆfecti limitis Boiarici, à Francorum regibus constituti, ex gente tum Sueuorum, tum Francorum.*

1 GEROLDVS Hiltebrandi, siue Gorofridi Sueuorum ducis filius, & Hildegardis Caroli magni coniugis frater germanus, ex comite in Reicbenau præfectus Boiariorum constituitur, posteaquam Tassilo cum filio Theodone postremi de Boiorum natione principes, ob crimen læsæ maiestatis monasterio fuissent conclusi. Quippe cum Carolus filius Iunior immatura morte fuisset abreptus, quem Boioariæ regno destinauerat: Pipinus quoque alter filiorum, quem Boioariæ quoque regē designauerat, ad maiores fuisset res in Italiam vocatus, metuens, ne si regem vel ducem diceret, exempla retenta Desiderii Longo-

[illegible]rdorum Taſſiloniſq; Boiariæ principū imitatus, barbaros in perniciem regni inuitarent [illegible]rium hunc ſuum, cuius ſubinde antea opera erat cum in Auarico tum in cæteris exper[illegible]lis, limiti Orientali, adminiſtrandoq; Boioariç regno prçfecit. Scribit enim Eginhar[illegible]m de Taſſilonis condemnatione fuiſſet locutus: Rex autem in Boioariam profectus, [illegible]em prouinciam cum ſuis terminis ordinauit atque diſpoſuit. atq; inde regreſſus, in A[illegible]iſgrani palatio ſuo, vbi hyemauerat, & diem Domini natalicium & ſanctū Paſcha more [illegible]lenni celebrauit. Et iterum: Imperator autem in Boioariam profectus, diſpoſitis Pannoniarum cauſis, Decembrio menſe Aquaſgranum reuerſus eſt, ibique natalem Domini celebrauit. Porro meminit huius Geroldi Eginhartus, quemadmodum mox ab Hunnis, dum Boiarios tueretur, interfectus ſit, his verbis: Accepit etiam triſtem nuncium de Geroldi & Erici interitu: quorum alter, Geroldus videlicet, Boioariæ præfectus, commiſſo cum Hunnis prælio cecidit. Et iterum: Baldricus vero & Gerol[illegible]us co[illegible]ites, & Pannonici limitis præfecti, in eodem conuentu adfuerunt, & adhuc de motu Bulgarorum aduerſum nos nihil ſe ſentire poſſe teſtati ſunt. Meminit & Vrſpergenſis in Chronicis ſuis: Et Geroldus Boioariæ præfectus in Pannonia, cum contra Hunnos præliaturus aciem ſtrueret, incertum a quo, cum duobus tamen qui eum obequitantem ac ſingulos adhortantem comitabantur, interfectus eſt. Meminit & Rhegino Prumienſis, cum annum Domini deſcriberet 799. Per idem tempus Gerholdus cum eſſet Boioariæ præfectus, commiſſo cum Auaribus prælio interficitur, & in Augia ſepelitur: de quo in viſione Wetini legitur, quod inter martyres ſit adnumeratus. Refertur huius ipſius nomen & in Annalibus antiquis Auſtriæ, vbi ita legitur: Anno Domini 798, Gerold piiſſimus ſignifer Caroli, in pugna occiditur ab Hunnis. Is fuit comes & præfectus ducatus Boioariæ, marchioque Orientalis terræ, ſcilicet Auſtriæ, quæ & Auaria dicebatur.

REGES BOIOARIAE EX GENte Francorum.

1 CAROLVS, filius Caroli Magni, a parente Boiariæ Pannoniæque præficitur. Quippe victis Auaribus, ac partim pulſis, cum & Thaſſilonem ac Theodonem Boiariæ principes ob læſæ maieſtatis crimen monaſterio incluſiſſet, & quem Boiariæ præfecerat ſororiū Gerholdus comes Augiæ fuiſſet ab Hunnis interfectus, profectus in Bauariam Carolus magnus, diſpoſitis Pannoniarum cauſis, filium Carolum victorem ex Saxonia redeuntem Boiariæ præfecit. Qui tamen in adminiſtratione eius regni non diu ſuperuixit. Vnde ſcribit Rhegino Prumienſis, de anno Domini locutus 803: Imperator autem in Bauariam profectus, diſpoſitis Pannoniarum cauſis reuerſus eſt, & ibi natalem Domini celebrauit. Et poſtea, loquens de anno 806. Et exinde ad Aquas rediens, Carolum filium in terram Slauorū, qui dicuntur Sorabi, ſuper Albiam flu. cum exercitu miſit. In qua congreſſione Milduoh Slauus occiſus eſt, duoque caſtella ab exercitu conſtructa ſunt: vnum ſuper ripam fluminis Salæ, alterum ſuper Albiam. Slauiſque compreſſis ex hac parte, Bohemos cum Boioariis atque Alemannis adgreditur, eorumque terram ex maxima parte vaſtauit. Et ſcribens præterea de anno Domini 810. Fuerunt etiam Aquis, aduentum eius præſtolantes, qui de Pannonia venerunt, Canizanci princeps Auarum, & Thudun, & alii principes ac duces Slauorum circa Danubium habitantium: qui a ducibus Francorum, qui in Pannonias fuerant miſſi, ad præſentiam principis iuſſi ſunt venire. Interea Carolus filius Imperatoris, qui maior natu erat, obiit, ſecundo nonas Decemb.

2 LVDOVICVS Pius cognomento, viuente adhuc Carolo magno, Boiariis præfectus eſt datus, atque rex: qui poſtea Aquitaniā gubernauit. Vnde ſcribit Eginhartus: Completiſque omnibus negotiis, quæ ad illius conuen[illegible]s rationem pertinere videbantur Nouiomagum cum filio maiore ſeceſſit: minorem vero filium ſuum Hlodouicum in Boiariam direxit. Extant multa adhuc diplomata eccleſiis Boioariæ ab hoc principe conceſſa, ex quibus vnum fidei ergo adducam, ſancti Emmeriani cœnobio datum, quod ſic habet:

In nomine IESV Chriſti, Dei omnipotentis: Ludouicus diuina fauente clementia rex Francorum. Oportet nos, qui diuina ſumus gratia præ cæteris mortalibus ſublimati, eius in omnibus parere præceptis, cuius clementia exiſtimus prælati, atque eius præcell[illegible]mus munere. Loca itaque ipſius, ſibi dicata, ante omnia noſtris rebus ſublimare atque dilatare debemus, quomod[illegible] hoc procul [illegible]ubio ad ſal[illegible]ationem corporis & animæ noſtræ fore credimus. Idcirco oportet nos ob amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & matris eius Mariæ, inuidiam deſtr[illegible]ere malignorum [illegible]pi[illegible]n[illegible] & ho[illegible]num, quam nol[illegible]mus man[illegible]c[illegible] quæ eſt in Radeſpona [illegible] eccle[illegible]m ſancti Stephani protomartyris, vbi mo[illegible]o ſedes E[illegible]palis eſt, & i[illegible] ecc[illegible]m ſancti Emeranni precioſi martyris, iuxta muros eiuſdē ciuit[illegible]

vbi

vbi cathedra erat Pontificis, vsq; dum pater meus Carolus magnus, anno ab Incarnatione Domini DCCXVIII. cum authoritate Leonis papæ destituxit, & cum cōsensu Adelvvini episcopi eiusdem ciuitatis, in ciuitate statuit & confirmauit ecclesiam preciosi martyris Emmerammi, rectaratione ad potestatē Imperatorum siue Regum pertinere, & rectorem eiusdem cœnobii vnoquoq; anno Romam persoluere septem aureos ad altare sancti Petri. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum, solertia, quod nos confirmamus ecclesiam cum auctoritate Eugenii papæ, absque omnium hominum contradictione, omni tempore permanere in regimine Imperatorum siue regū, & eundem censum Romam dare, ea videlicet ratione confirmamus, vt neque dux neque episcopus, vllam potestatem habeant intus & foris: sed totum quod ad eandem ecclesiam ... ne ... inius & dominationē sancti Emmeranni martyris, prouisorumq; tradimus atque ... ndimus. Et hoc nostræ auctoritatis præceptum, plenius in Dei nomine confirmatū, ... inquietante, sed Deo auxiliante, ad seruitium sanctæ Mariæ & sancti Petri, sanctique ... is, monachorumq; eius qui ibidem Domino famulantur, omni tempore absq; vllius contradicentis obstaculo tradita & firmata permaneant. Et vt hæc auctoritas confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conseruetur, cum sigillo Papæ, & annulo nostro subter iussimus sigillari.

3 LVDOVICVS secundus, superioris filius, in diuisione cum fratribus post prœlium Fontanacense, Franconiam, Alemaniam & Boiariam sortitus est: appellauitq; se passim in diplomatibus regem Boioariæ, cuius mentionem non semel facit Rhegino Prumiensis Chronographus. Quippe de anno Domini locutus 842. Tres, inquit, supradicti fratres imperium Francorum inter se diuiserunt, & Carolo occidentalia regna cesserunt, à Britannico Oceano vsq; ad Mosam: Ludouico vero Orientalia, scilicet omnis Germania vsq; ad Rheni fluenta. Et iterum, de anno 860. His temporibus Ludouicus senior, frater Lotharii Imperatoris, plurima bella strenuissime gessit aduersus Slauorum gentes. Siquidē Marahensium regna ingressus, armis cuncta perdomuit, capto eorum principe nomine Rasticz, cui etiam propter violata fœdera oculos erui iussit. Et iterum de anno 869. scribēs: Dum hæc, ait, in regno Lotharii aguntur, Ludouicus rex infirmitate detentus, in Boioariorum finibus lecto decumbebat. Audiens itaq; à fratre (...) regnum taliter inuasum, ægre tulit, & cum omni festinatione legatos direxit, qui cum obnixe rogarent, vt ab hac temeraria inuasione cessaret.

Et rursus, de anno Domini 886. Ludouicus rex apud Franconofurt palatium, diem clausit extremum, V. Calend. Septemb. sepultus in monasterio sancti Nazarii, quod Lorashaim nuncupatur. hæc ille. Sed placet diplomata quædam adferre, quibus Boiariæ se regē regem is princeps expresse nominauit. Ludouicus diuina prouidentia rex Francorum & Boiariæ. Si nos ex munificentia & possessionibus nobis a Deo concessis, locis sanctorum aliquid tribuimus, credimus indubitato, illud nobis ad præmium æternæ retributionis cōducere. Idcirco notum sit omnib. Christi ecclesiæ nostriq; fidelibus, quod nos ex augmēto mercedis nostræ, sanctæ Ratisponensi ecclesiæ, quæ in honorem principis Apostolorum Petri, & beatissimi martyris Christi sancti Hemeranni, qui inibi corporaliter requiescit, concessimus aliquor prędia nostræ proprietatis, cum aliis circumsitis, videlicet tractum vbi quædam munitio Herlingoburg sita, in terra Auarorum, cum suis terminis, vt sequitur, distinguitur. Primo vbi fluuius Erlaphus in Danubium fluit, incipit modo nominatus circuitus, & extenditur sursum vna cum ripis prædicti fluuii, vsq; ad fines Erdgastegi. Rursus propagatur prædictus tractus a superius nominato fluuio Erlapho, ex parte Austri vsq; ad medium muntis Slauorum Colmizadicti, vbi duabus arboribus signa certa posita sunt. Et ab eo loco vlterius extenditur præfatus locus ex parte Septentrionali, vsq; ad Danubium. Et quæ plura sequuntur in literis, quas subscripsit Adelholdus vice Ganzoaldi, anno Christi 832. 8. Octob. Suffragantur his & aliæ literæ.

4 LVDOVICVS, hoc nomine quartus in prosapia Caroli magni, Ludouici superioris filius, & Carolomanni frater germanus, & minor natu, communibus cum fratre auspiciis Boioariæ præfuit, summa tamen rerum penes Carolomannum seniorem dum viueret semper mā... Vnde scribit Rhegino, de anno Domini locutus 880. & Carolomanni maioris natu fratris morte: Ludouicus (inquit) comperto quod frater obiisset, Boioariam ingressus, Ratisponam venit, vbi omnes optimates regni ad eum confluentes, eius ditioni se subdi... erunt.

Concessit autem idem rex Arnolpho Carentanum, quod ei pater iampridem cōcesserat. Et iterum, de anno locutus 882. Dum hæc aguntur, Ludouicus rex morbo grauatus, ... Francofurt moritur, XIII. Calend. Septemb. sepultus est in Loresheym iuxta patrem,

in cœnobio. Habuit autem Luitgardam reginam in matrimonium collocatam, ex qua filium vnicum suscepit, quem nomine suo Ludouicum appellauit. Sed, vt præmisimus, post obitum fratris, ad obtinendum regnum eius, Boioariā ingressus, dum Rauspone moraretur, idem puerulus de fenestra cecidit, & confractis ceruicibus statim expirauit. Quæ non tantum immatura, sed inhonesta mors, non solum regi & reginæ, verum etiam omni domui regiæ maximum luctum ingessit. hæc ille. Sed liber diplomatibus & hunc Boinariæ regem corroborare, quorum vnum sic habet. In nomine Domini & saluatoris nostri IESV Christi: Ludouicus & Lotharius, diuina ordinante prouidentia Imperatores Augusti. Si erga loca diuino cultui mancipata, Imperiali more beneficia largimur opportuna, id nobis procul dubio ad stabilitatem Imperii nostri & animæ salutem proficere, minime dubitamus. Notum esse volumus cunctis fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ, tam præsentibus quā futuris, quia ad deprecationem dilecti filii nostri Ludouici regis Boioariorum, & Gerhardi comitis, concessimus cuidam monasterio nostro, cuius vocabulum est Krempsa, quod est constructum in honore & veneratione Domini Saluatoris nostri Iesu Christi, situm in pago Trungevv, vbi præsenti tempore vir venerabilis Sigehardus Abbas præest, & monachis ibidem pro tempore degentibus. Et quæ plura in literis sequuntur super donatione eiusdē monasterii, quod hodie in Austria superest, & Krembsmunster nominatur.

¶ CAROLOMANNVS, superioris Ludouici frater germanus natu maior, viuente adhuc fratre, Boioariæ quoq; gubernacula vsurpauit, & ætatis quidem prærogatiua in maiori semper authoritate fuit, & sedem regni apud Ratisponam tenuit. de quo Rhegino Prumiensis, de anno Domini scribens 886. Dum hęc aguntur in memorato regno, Carolomānus primogenitus Ludouici, Italiæ fines intrauit, cupiens eam paterno suoq; subiugare dominatui. Siquidem Ludouicus Imperator iam (vt diximus) ab hac luce subtractus fuerat, & Carolus Imperatoris nomen reportans, ex Italia excesserat. Et subdit: Acta est autem hæc strages octauo Id. Octob. Post hæc conuenerunt supradicti tres fratres, in loco qui dicitur Salifeld, & ibi diuiserunt paternum regnum. Carolomannus sortitus est Boioariam, Pannoniam & Carnuntum, quod corrupte Carantanum dicitur, nec non & regna Slauorum, Beheimensium & Marahensium: Ludouicus Orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam, Fresiam, & partem regni Lotharii: Carolus Alemaniam, & aliquot ciuitates ex regno Lotharii. Porro extant adhuc multa fundationum diplomata apud Ratisponam constitutarum, è quibus pauca quædam hic fidei ergo inserā. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen: Carolomannus Dei gratia rex Boiariorum. Si Dei eccelesiis, nostro videlicet regimine procurandis, dignos adhibere curamus honores, nō solum terreni, sed & cœlestis regni non dubitamus honore & fastigio nos sublimari. Inde volumus ad nostrorum præsentium futurorumq; peruenire noticiam, qualiter conuenerit inter venerabilem virum Ratisponensis ecclesiæ episcopum Turonem, & quendam hominem nostrum, vt aliquas res eorum inter se pro ambarum opportunitate partium concambire deberent. Et quæ sequuntur in eodem priuilegio. Similiter legitur in altero quodam simili diplomate: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Carolomannus Dei fauente clementia rex. Si de rebus terrenis fidelibus nostris opportunitates accommodauerimus, beneuolentiores eos facimus, & adeo nos mercedem inibi habere liquido credimus. Qua propter comperiat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos fideli nostro abbati N. ob fidele seruitium illius, & pro augmento mercedis nostræ apud Deum, causas nostras per hanc nostram autoritatem concessimus & donauimus. Itaq; illi vsq; ad finem vitæ suæ in proprietatem dedimus, quicquid pertinet ad capellam nostram, quæ sita est in vrbe Regina, potestatiue confirmamus: & quæ sequuntur. Datum III. Non. Decembr. Anno Christo propitio tertio domini Carolomanni serenissimi regis in Boioaria, & secundo in Italia, indictione x I. Actum Randesdorf, curte regia, in Dei nomine. Nō possum hic transire silentio, Carolomannum pro limite Boiarico, quem Moraui perruperunt, cum horum principibus Ratislao & Suatibogo sex bella gessisse. Quorum causæ fuerant, Wilhelmus atq; Engelscalcus Austriæ marchiones. primo namq;, cum negligentius limitem tuerentur, à Carolomanno duce, cui omnes limites Boiariei regni, hoc est Orientalis, Carnicus, Slauonicusq; procurandi à Ludouico secundo Boiorum rege patre commissi fuerant, præfectura remouentur. Ob quam notam vindictæ cupidi, nacti occasione, quod cum Ratislao & Brynnone Morauorum principibus fœdus haberet Carolomannus, eum apud patrem de ambitu regni nominis accusarunt. Quorum auribus credulus Ludouicus rex, contra filium, Gundoccarum quendam ducem creauerat. Sed insidiis derectis, Carolomannus pristinam dignitatem recipit, Wilhelmo & Engelscalco, qui tragœdiam hanc fabricauerant, & Gundoccaro, qui Carolomanni copias prodiderat, ad Morauos fu-

gien-

gientibus: quos in arma solicitare, ac frigidam suffundere aduersus Boiariæ principes, non cessabat: donec Ratislaus ex improuiso vlteriorem Austriã, Duyno castro (Teiã fuisse existimo) expugnato occupasset. Quibus obuiam progressus cum Boiariis, Carnis & Orientalibus, in fugam vertit, parte Marchæ recepta: ob quam victoriam Ratisponæ pater Ludouicus omnes campanas sonare iusserat. Ratislaus porro hac clade affectus, solicitatis in partes suas ac commilitium cæteris Slauorum tribubus, Bohemis, Sorrabis & Venedis, altero anno, videlicet a nato Christo 869. rebellat, ac denuo in Austriam excurrit. Contra quem secundario Carolomannus a Danubio profectus, adiutores habuit fratres Ludouicum a Septentrione cum Turingis, & Carolum ab occidente cum Sueuis, Rudolphu quoque Vogburgensem marchionem à patre ex Reginoburgo missum cum copiis Boiaricis. Sic itaq; denuo victus Morauus principatu pellitur, substituto illi Suetibogo nepote. Quẽ cum reintegrato bello pellere ex Morauia Ratislaus conaretur, impediuit negotium missis subsidiis ex Austria Carolomannus, Ratislao capto. Quem Ratisponæ Ludouicus rex Carolomanni pater oculis priuatum, cœnobio inclusit, Morauia diuisa, cuius partẽ meridionalem Marchiæ orientali adiectam, in prouinciæ Francicæ formam redegit, vbi est nostro seculo vlterior Austria, multa adhuc nomina locorum Slauonica referens: alteram vero vltra Teiam in Septentrionem excurrentem, Suetibogo nepotis Ratislai beneficio Boiariæ regni in fidem tradidit. Sed is indigne ferens partem principatus ablatam, clam arma parat. Quem Carolomannus, antequam copias in aciem eduxisset, captum, patri Ratisponæ exhibuit. At Moraui Slagomarum sacerdotem capto Suatibogo sufficiunt: qui cognati fortunam vindicaturus, infestis signis in Austriam excurrit: sed a marchionibus orientalibus pulsus, retro pedem ferre Morauus cogitur. His successit quintum a Carolomanno bellũ, aduersus Morauos gestum: quod hac occasione exortum reperio. Suetibogum principem Morauiæ, vt antea indicauimus, proditionis accusatum, Ratisponæ Ludouicus rex in vinculis habebat. Is liberatus custodia, & restitutus in principatum, vltionis cupidus bellum parabat: & in eos in primis, qui eum officii causa deduxerant, Boiarios arma cõuertit: eosq; imparatos, vt pote nihil hostile timentes, ad vnum omnes contrucidauit, de gente Boiorum Francorumq; nobilissimos quosq;: inter quos vnicus Rathbodus semiuiuus, magno posthac precio a Carolomanno redimitur. Hanc ob causam tam rex Ludouicus quam dux Carolomannus cõparatis ingentibus copiis, Morauiam aggredi statuunt ex omni parte. Datum negotium Thuringis & Saxonibus, vt ex sua plaga impetum facerent in Bohemiam. Idem, Arno Wirczburgensis, Sigehardus Fuldensis, Luitpertus Moguntinus, & à meridie atq; occidente Ambrioricus Ratisponensis episcopi facere iussi. Quorum infeliciter Saxones, Thuringi atque Ratisponensis pugnauere, classe in Danubio intercepta, classiariisque sex millium numero interfectis. Reliqui, regulos Bohemiæ resistentes, Zentislaum, Vuslaum, Spitimarum & Hermannum in fugam verterunt. Porro de morte Carolomanni, & quemadmodum testamento Ludouicum Franciæ Orientalis ac Germaniæ regem, fratrẽ germanum, hæredem in regno Boiariæ nuncupauerit, scribit Ioan. Auentinus lib. 4. Annalium Boiorum in hæc verba: Iisdem diebus Arnulphus filius Carolomanni ex concubina genitus, Landbertum, aliosq; plerosq; præfectos Boiorum, quos minus dicto audientes ægrotum patrem esse causabatur, dignitate mouerat, Boiariaq; exegerat. Ipsiq; ad Ludouicũ, opem eius implorantes, aufugerant, criminabanturq; Arnulphum, tanquam regnum Boiariæ sibi adserere vellet. Ludouicus igitur cum vxore Luitgarde & filio Ludouico in Boiariam, vocatus quoq; a fratre Carolomanno, properat. Adest & Carolus frater natu minimus, rex Sueuorum. ambo Vtinum (Odingam intelligit) ad Carolomannum germanum conueniunt. Carolomannus desperata salute, cum ægritudo gliscerer, ne discordiæ loque post sua fata populus attereretur, cum lingua non posset, autographo, Ludouico regnum Boiariæ tradit, ipsi vxorem ac filios commendat, Caroloq; per manus dat Italiam. Hæc ille.

6 LVDOVICVS huc nomine tertius, secundi Boiariç atq; Germaniç regis filius, Carolomanni regis Boiariæ, & Caroli Crassi regis Sueuorum, qui ante Arnulphum imperio quoq; præfuit, frater germanus, vt diximus, a fratre Odiogæ morituro, Boiariæ rex declaratur: [illegible] ex [illegible] cum fratribus Franconiam, Saxoniam, Thuringiam, & partẽ Lutharingiæ [illegible] vsurpasset, & Francofurdæ sedem suæ haberet ditionis, pugnauit infeliciter cum Normannis: in quo prœlio occubuere Bruno, pater Henrici post Cæsaris nomine [illegible] & cognomine Aucupis, Lutolphi [illegible] rus & L[illegible], Saxonum principes. Ex episcopis autem, Macharius Hildeshaymensis, Theodericus. Iter quidam episcopus. Interiere & comites, nobiles denique ac per Rhętias celebres, BAR[illegible] ob ALTORFE, frater Imperatoris, Asowinus comes a Bogen, ADELRAMVS Becha, &

qui sine cognominibus Annalibus commemorantur, Adelvvinus, Bernhardus, Ernestus, Theodericus, Vichomannus, Elucirecus, & Bardo, &c. Porto Ludouicus idem Boiorum rex, ex Luitgarda filia Luditonis comitis ab Altorf, nullam prolem tulit: sed ex concubina, vt quidam volunt, Hugonem spurium tulit, à Nordmannis occisum in sylua Carbonaria Westfaliæ. Obiit Francofurdæ, regia sua, anno 882. in ipsa expeditione Nordmanica, iuxta patrem in Laureshaym sepultus.

7 ARNVLPHVS, Carolomanni filius, primo in Carinthia patri successit: deinde in Boiarici quoq; regni apice vocatus: postremo Carolo Imperatore exauctorato apud Triburias, ad Imperii quoq; fastigium sublimatus, deficiente Caroli magni prosapia, monarchiam denique Francici imperii solus obtinuit. Vnde scribens Rhegino de exauctoratione Caroli tertii: His ita gestis (inquit) Imperator corpore & animo cœpit ægrotare. Mense itaq; Nouembri circa transitum sancti Martini Triburias venit, ibiq; conuentum generalem conuocat. Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere, Arnolphum filium Carolomanni vltro in regnum attrahunt: & subita facta conspiratione, ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim transeunt. Et subdit: Concessit autem Arnolphus rex nonnullos fiscos in Alemania, vnde ei alimonia præberetur: ipse vero compositis feliciter in Francia rebus, in Boiariam reuertitur. Et iterum: Anno Dominicæ incarnationis DCCC. XC. Arnolphus rex concessit Zundebodo Marahensium Slauorum regi, ducatum Bohemensium, qui hactenus principem suæ cognationis ac gentis super se habuerant. Et rursus: Dum hæc aguntur, Arnolphus rex in Boioariorum extremitatibus morabatur, insolentiam Slauorum reprimens: cui cum nunciata esset suorum strages, hostiumq; victoria, primo pro amissis fidelibus nimium tristatur, & querelam cum gemitu deponit. Et subdit, De victoria Arnolphi aduersus Nordmannos in Belgis locutus: Eos vsq; ad internecionem ferro cædunt, terræq; posternunt, ita vt ex innumerabili multitudine vix residuus esset qui ad classem aduersum nuncium reportaret. Rebus feliciter gestis, Arnolphus in Bauariam reuertitur. Hæc ille de Arnolpho: qui non solum sedem regni apud Ratisponam Boiatiæ metropolim, verum etiam multa ibidē Sacris adminicula constituit atq; fundauit, vt ex isto diplomate argui facile potest. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Arnolphus diuina fauente clementia Imperator Augustus. Regalem condecet dignitatem, vt facta fidelium suorum, quæ communi ipsorum congruunt vtilitati, & pie eis consulendo prospiciat, & in posterum mansura grataner corroboret. Inde omnium Christianæ religionis fidelium, instantis scilicet temporis & futuri, agnitum esse volumus noticiæ, qualiter Tuto venerabilis Ratisponensis ecclesiæ præsul, & commissi gregis nomine ac merito tutissimus prouisor, & fœmina quædam N. quandam complicationis inter se mote populari perpetratæ, chartam nostris præsentare obtutibus supplicantes nostri electi tenore eam consulidari. Quod ita fieri decreuimus. Iussimus ergo hoc præsens muniminis nostri præceptum inde fieri, per quod decernimus: & quæ sequuntur. Et iterum in alio diplomate: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Arnolphus Dei fauente clementia Imperator Augustus. Si his qui sub obtentu sacræ religionis iugiter diuinis mancipantur officiis, aures serenitatis nostræ benigno fauore accommodamus, eorum affectui satisfacientes: liquido credimus eos promptiores in sustentatione nostri sacri Imperii, & deuotiores in orationis constantia pro nobis permanere, atq; apud remuneratorem omnium bonorum diuinis nos remunerari præmiis. Quapropter omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorū, cognoscat industria, qualiter nos pro absolutione diuinæ recordationis antecessorum nostrorum, Augustorum scilicet & Imperatorum, & pro remedio animæ nostræ, & corporis saluatione, & pro remedio filii nostri Ludouici, atq; interuentu dilectæ coniugis nostræ Dertæ, volumus amplificare & augere ciuitatem nostram quæ vocatur Ratisbona, ob amorem & honorem scilicet patroni nostri & preciosi Dei martyris Emmeranni, & eandem ciuitatem totam nouiter factā cum quadraginta vineis in monte qui est in ripa Danubii iuxta eandem ciuitatem tradimus, nullo contradicente vel inquietante, precioso & glorioso & sancto martyri Emmeranno, cuius nomen in [illegible] ro vitæ cœlesti adscriptum est: & quæ sequuntur plura. Porro visitur adhuc sepultura Arnolphi, vel [illegible] & patris eius Carolomanni, in Oding[illegible] Bauariæ ciuitate.

8 LVDOVI[illegible] vltimus Carolingorum, superioris Arnolphi ex Derta Carentana filius, quem constat a Hunnis aris esse ad Lycum fluuium interfectum, Boiariæ simul cum Ro[illegible] regno præfecturæ insistebat: id quod diploma illud testatur, quod Ratisponensi cœnobio sancti Emme[illegible] dedit in hęc verba: In nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, Ludo[illegible] Dei fauente clementia rex. Nouimus nos ad sa[illegible] ina, & ad Imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere, & beata gratia remuneratio-

rationem æternis diebus mereri, si loca Deo dicata, diuino accensi amore procuramus. Ideoq; sciat omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet & futurorũ posteritas, qualiter nos per interuentionem nostræ dilectæ genetricis Dertæ, quasdam res sui proprii iuris, quas à largitate beatæ memoriæ patris nostri Arnolphi Imperatoris, per imperiale præceptum susceperat, ad cellam beati Emmeranni martyris Christi, nostra regali auctoritate: & quæ sequuntur. Et sub finem diplomatis hæc scripta sunt: Signum domini Ludouici serenissimi regis. Engelberto notarius ad vicem Theotmari archicancellarii recognoui & subscripsi. Datum secundo Idus August. anno Incarnationis Domini 904. anno Ludouici pijssimi regis quarto, indictione sexta. Actum Ottinga, in Dei nomine feliciter, Amẽ. Porro hunc Ludouicum Vrspergensis, tradit in matrimonio habuisse Luitgardam, Ottonis Saxonum ducis, qui Henrici I. Cæsaris fuit frater, sororem.

DVCES BOIOARIORVM EX STIRpe Francorum.

1 LVITBALDVS, cuius prosapiæ extiterit, incertum. A Ludouico vero vltimo Boiariæ rege, ducem in Boiaria esse designatum, constat. vnde scribit Rhegino: Anno Dominicæ incarnationis 907. Bauari cum Hungaris congressi, multa cæde prostrati sunt. In qua congressione Luitbaldus dux occisus est, cui filius suus Arnolphus in ducatum successit. Porro hic est Luitbaldus, qui consilia communicauerat ad Adalberti Babenbergensis comitis necem atq; decollationem: vnde Austriaci primi marchiones descẽderunt. Ita enim legitur in Vrspergensis annalibus: Anno Domini 908. Rudolphus episcopus Wirciburgensis obiit. Adalbertus perfidia Hattonis Archiepiscopi, & cuiusdam Luitbaldi deceptus, Ludouico rege iubente decollatur, & Boioarii ab Hungaris interficiuntur. Reliquit post se tres filios, Arnoldum, Berchtoldum & Eberhardum: qui omnes Boiariæ Carinthiæq; duces fuerunt.

2 ARNOLDVS, cognomento Malus, Luitbaldi filius maior natu, cum altius spiritus efferret, ac ad Imperium aspiraret, primo aduersus Cunradum, deinde etiam contra Henricum Saxonem, quem Aucipem cognominant, exutus dominio ab vtroq; fuit. Hinc scribit Vrspergensis in Chronicis suis: Anno Dominicæ incarnationis 913. Cunradus, filius Cunradi, quem Adalbertus occidit, Francorum ex genere oriundus, vir strenuus, bellorumque exercitio doctus, omnium electione 79. loco ab Augusto regnum accepit, & septem annis regnauit. Sub quo potentissimi erant principes, Arnoldus in Boioaria, Burcardus in Sueuia, Heberhardus potentissimus comes in Francia, Giselbertus dux in Lotharingia. Inter quos Henricus Saxonum & Thuringorum dux præpotens clarebat. Secundo autem regni eius anno memorati principes huic præsertim rebelles extiterunt: quos ille tam sapientiæ quàm fortitudinis robore superauit, suamque ad fidelitatem perduxit. Arnoldus autem nimio terrore coactus, cum vxore ac filiis ad Hungaros fugit, ibiq; vsq; ad obitum Cunradi permansit. Et iterum scribens de anno Domini 920. Eodem tempore Arnoldus dux cũ vxore & filiis ab Hungaria rediens, honorifice ab Boiariis suscipitur: & non solum suscipitur, sed etiam vt rex fiat, vehementer ab eis exoratur. Rex autem Henrichus cum inter omnes regni principes sibi obtemperantes, Arnoldum solum resistere cerneret, eo lecto exercitu præualido, Boiariam tetendit, eumq; iuxta quosdam in præsidio vrbis Ratisponensis obsedit. Quod ille videns, seq; regi non sufficere resistere perpendens, portis apertis egressus est ad regem, tradens semetipsum cum omni regno suo: & honorifice susceptus, ab eo amicus regis appellatus est. Quidam vero scribunt, quod non passus sit præstolari aduentũ regis Arnoldus in Boiaria, sed collectis quibus pôtuit copiis obuiã ei processerit ad pugnã. cumq; in eo esset, vt pugnam inire deberent: rex Henricus, vt vir sapiens, ac Deum timens, cogitans ex vtraq; parte damnum irreparabile accidere posse, Arnoldo, vt solus cum solo loquatur, denunciat. Qui putans se acciri ad singulare certamen, ad condictum solus peruenit.

Quem Henricus, vt erat prudens animo, & potens eloquio, prudenti sermone alloquitur. Imputans ei, cur Dei ordinationi resisteret, cum se ab omni populo electũ sciret: quod, nisi Deo disponente, non fieret: affirmans, quia si populus æque illum communiter eligeret, se fore qui primus in eius electione acclamaret. Sicq; copioso dicendi genere animum eius demulcens, ad suos rediit. Arnoldus quoq; rediens ad suos, indicauit eis Henrici sermones. Qui dixerunt, esse quod audirent Sapientiam per Salamonem dixisse, per ipsam scilicet reges regnare, & prudentes iusticiam discernere. Neq; enim in eius electione totius populi animum fieri vnum, nisi hunc à Deo constaret electum. Vnde sibi æquum bonumque videri, vt à cæteris non dissentiens, hunc regem eligeret: ea tamen conditione,

vt sibi hoc quod decessores eius non habuere, concederet, scilicet vt totius Boioariæ pontifices suæ potestati subiacerent: vnoq; defuncto, alterum sibi ordinare liceret. Conniuens igitur huic suorum consilio, miles Henrici efficitur: & ab eo, vt dictum est, concessis totius Boiariæ pontificib. honoratur. Hic est Arnoldus ille, super cuius denotatione sancto Vdalrico episcopo, vt in libro gestorum legitur, ostensus est gladius sine capulo. Quia rex fieri frustra cupiens, inuasor regni extitit: & pro hac ambitione, destructis ecclesiis, earum redditus militibus suis in beneficiū concessit. Meminit huius ducis & Luitprandus Ticinensis libro tertio Chronicorum: Arnoldus (inquit) Boioariorum & Carentanorum dux, cuius superius fecimus mentionem, cum non multum ab Italia longe distaret, collectis copiis, quatenus Hugoni regnum auferret, aduenit. Qui Tridentinam ea ex parte Italiæ marchiā pertransiens, Veronam vsq; peruenit. In qua a Milone comite atq; Ratherio episcopo liberer, vt qui eum inuitarant, suscipitur. Quod rex Hugo vt audiuit, collecto exercitu ei obuiam tendit. Cumq; eo peruenisset, & caballicatas (vt vulgo aiunt) circumcirca dirigeret, Boioariorum quædam pars non minima de castro vocabulo Gauseningo egrediens, cum Italiensibus pugnare cœpit. Et subdit: Arnoldus vero quo citius potuit, in Boioariam est regressus: munitionem autem quæ in eadem ciuitate erat, prius oppugnans, fratrem Milonis, militesq; eius qui eam defendere conabantur, secum in Boioariam duxit. Hæc ille. Fertur habuisse in matrimonio Gerbirgam, filiam Rudolphi comitis ab Altorf, germani fratris S. Chunradi, ex qua suscepit Eberhardum successorē patrui Berchtoldi in ducatu Boiariæ, & postea ab Ottone Imp. motum principatu ob coniurationem, & Hungarorum sollicitationem, Arnulphum primum Palatinum, Scyriensem Hermannum, vnde Bogenses descenderunt, & Iudithani, quam Henricus adhuc primus imperator inita concordia cum Arnoldo, filio suo Heorico vxorem impetrauerat, qui Eberhardo proscripto successit in ducatu Boiariæ.

3 Eberhardvs, Henrici primi quem Aucipem vocant, frater germanus, Arnoldo duci in Boioariæ prouincia substituitur, propterea quod filii Arnoldi obsequium inciperent Cæsari detrectare (quorum postea Arnoldus iunior Marcham orientalem siue Austriam post Rudigerum à Pochlarn rexit: ab Eberhardo vero, Vernero & Ottone, Scyrēses palatini ac comites Dachouienses & de Wolfratzhusen primordia repetuot) Hinc est quod scribit Rhegino Prumiensis in Chronicis suis, de anno Domini 937. Rudolphus rex Burgundionum, & Arnolphus dux Boioariorum, obierunt: graues & intestinæ discordiæ inter Henrichum fratrem regis, & Eberhardum ducem nascuntur. Et anno Dominicæ incarnationis 938. filii ducis Arnolphi ambitione ducatus regi rebellarunt, quos ipse debellaturus, in Bauariam ibat: sed non vt voluit eos pacificare valens, reuertitur. Loquitur autem de rege Ottone primo, cuius frater germanus fuit Henrichus ex cognomento Rixosus, pater sancti Hērici primi per Electores electi Imperatoris: qui & ipse postea per Berchroldum consecutus est Boioariam. Credendum est autem, hanc discordiā fuisse inter Henricum fratrem Ottonis primi, & Eberhardum ducem patruū, propter ducatum istū ipsum Boioariæ, de quo Eberhardo Vrspergensis ita scriptum reliquit, de Henrico primo tractās: Rex autem misit fratrem suum Eberhardum, cum exercitu, ad deuastandam Saxoniam. Porro hunc Eberhardum extitisse ducem Boioariæ circa annos Domini 938. testatur diploma vetus à Leone quinto Romano pontifice missum, de renouatione Laureacensis sedis metropolitanæ, & Gerhardi archiepiscopi restitutione, Egilolpho Iuuauiensi, Isingrinio Ratisponensi, Lamberto Frisingensi, & Wisundo Sebonensi episcopis, vbi sub finem hæc nominatim verba leguntur: His vero omnibus prælibatis, fraternitatē vestram monemus, per hanc nostram Apostolicam iussionem, vt huic Gerhardo archiepiscopo, cui vicem nostram in cunctis finibus vestris commisimus, in omnibus quæ ad Ecclesiasticum ordinem pertinent, obedientes & adiutores sitis, quatenus in vna concordia persistentes, Ecclesiastica iura vt Christianitatis religio in vestris partibus pro Paganorum incursione, & malorum Christianorum persecutione corrupta & deprauata esse videntur, Domino largiente, & beato Petro principe Apostolorum cooperante, ad rectitudiois normam valeant reformari, vt vos in futuro examine securi possitis audire vocem Domini dicentis: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Præter hæc, Eberhardo duci Boioariorum nostra auctoritate iniungimus, vt præfato Gerhardo archiepiscopo in omnibus auxilium præstet, vt suæ ecclesiæ status ac rectitudo & proprius vigor ad integrum culmen, ac priscum decorem suo iuuamine valeat pertingere, si Dei omnipotentis & sancti Petri etiam suorum delictorum a nobis vult recipere remissionem.

4 Berch-

4 BERCHTOLDVS Arnoldi ducis Boioariæ frater germanus, ex duce Carentha-no, mortuo Eberhardo, ab Ottone primo in Boioariæ ducem inauguratur. quippe filii Arnoldi Ottoni contumaces, caussa fuerunt, vt ducatum ab his primo in Eberhardum fratrem Henricus hoc nomine primus Cæsar transtulerit: deinde Otto quoq; filius eius iis prætergressis, primum Berchtoldo patruo ipsorum, & eo extincto, Henrico fratri Saxoni Boiorū ducatum concesserit. vnde scribit Vrspergensis: Cessantibus autem bellis externis, ciuilia oriri cœperunt. Mortuus est quippe Arnoldus dux Boioariæ, & filii eius superbia elati contempserunt ire in comitatum, cuius ducatum rex dedit fratri eius Berchtoldo. Et iterum, in eiusdem Ottonis primi gestis perseuerans: Hoc in tempore Berchtoldus Boioariorū dux, 10 Arnoldi ducis frater, vir strenuus, toto conamine fauebat regis partibus. Volens itaq; rex, vt quemadmodum tribulationis præteritæ, ita & lætitiæ præsentis fieret particeps, sequenti statim die, vt de morte aduersariorum audiuit, quanta erga se Dominus fecerit, directis nunciis ei aperuit. Et cum coniugiali connubio minime teneretur, in augmentum lætitiæ demandauit sub iuramento, vt si sororem suam, scilicet Giselberti viduam, posset habere, eam coniugio illi copularet. Si vero hoc minus procederet, filiam ipsius Giselberti ex eadē sorore sua genitam, quam penes se habebat fere iam nubilem, ei iungeret: quo audito, immenso est Berchtoldus gaudio affectus: elegitq;, nondum nubilem potius filiam expectare, quam matrem quæ iam nupserat tollere. Et iterum de morte illius scribens: Anno Domini 947. Berchtoldus dux Boioariorum, frater Arnoldi ducis, moritur, & Henrico fratri 20 regis ducatus committitur. Qua de re scribens & Rhegino Prunuensis: Anno, inquit, Domini 945. Hermannus & Chunradus duces, quasdam inter se inimicitias habentes, in præsentia piissimi regis in castella sunt replicati. Berchtoldus dux Bauariensis obiit, cui Henricus frater regis in ducatu successit. Idem author demonstrans, quare contemptis filius Arnoldi ducis legitimis hæredibus, principatus Boioariorum alio sit translatus. Iter inq; rex (ait) in Bauariam reuertens, omnes sibi subdidit: & Eberhardum Arnolphi filium plus aliis rebellem, in exilium misit. Quam historiam repetens quoq; Vrspergensis, Luitolphum filium Ottonis primi in bellum concitasse hos ipsos Arnoldi filios aduersus Ottonem imperatorem, tradit. Habuit is Berchtoldus in coniugio Wiltrudim, filiam Giselberti Belgarum & Lotharingiæ ducis, ex Gerbirga sorore Ottonis primi Saxonis, quæ fundauit inter Aich-30 stadium & Neuburgum Danubii, pro monialibus sanctis Pergense cœnobium, in terra dotali Saltzgouia & Nordgouia, anno viduitatis suæ 16. secundo Ottone imperante. Huius Berchtoldi Boiariæ ducis mentionem etiam facit Luitprandus libr. 4. cap. 18. Hoc in tempore Berchtoldus Boiariorum dux, Arnolphi ducis frater, vir strenuus, regis partibus toto fauebat conamine.

Volens itaque Rex, vt quemadmodum tribulationis præteritæ, ita & lætitiæ præsentis fieret particeps, sequenti die, quanta erga eum Dominus beneficia egerit, nunciis directis aperuit. Cui etiam in augmentum lætitiæ, quoniam coniugali minime connubio tenebatur, demandauit, ac iuramento promittere fecit, vt si sororem suam, scilicet Giselberti vxorē, habere posset, eam sibi coniugio copulare. Quod si minus procederet, ipsius Giselberti 40 ex eadem sorore genitam, quam penes se habuerat, fere iam nubilem, maritali ei coniugio traderet. Quo audito, Berchtoldus immenso est gaudio affectus, elegitque nondum nubilem potius filiam expectare, quam matrem quæ iam nupserat tollere.

DVCES BOIARIAE EX GENTE Saxonum.

1 HENRICVS, Henrici primi Cæsaris, quem Aucupem cognominant, ex Mathilda filius, & Ottonis primi, Brunonisq; archiepiscopi Saxonis ac Gerbirgæ reginæ frater germanus, quod Iuditham Arnoldi filiam in matrimonio habebat, Berchtoldo duci sine masculo semine extincto, in ducatu Boiariæ succedere meruit, quod iam videlicet ob contumaciam proscripti Arnoldi filii fuissent. vnde Vrspergensis scribens de Henrico fratre Ot-50 tonis, & eius aduersus fratrem bello: Henricus autem frater (inquit) regis dum aliud quid faceret ignoraret, adsumptis secum quibusdam episcopis, quorum iuuaretur auxilio, quadam die nudis pedibus, ad pedes regis ipso ignorante peruenit, supplexque misericordiam implorauit. Cui rex. Indignum facinus tuum veniam non meretur. Verum quia video te humiliatum coram me, non inducam malum super te. Iussit itaque rex eum ad Ingelheym proficisci, solertique cura eum custodiri, quoad remota paululum mentis ægritudine, quid super eo faceret, consilio prudentium definiret. Post hæc vero, vt sibi semper clementia, aliquantis vrbibus illius vsibus concessis, permisit eum in Lotharingorum regione habitare.

Deinde in processu temporis defuncto duce Boioariorum Berchtoldo, monitu & intercessione sanctæ matris suæ, præfecit eum regno eidem, faciens cum eo concordiam & pacem: in qua etiam fideliter permansit, vsq; in finem. Erat autem ipse Henricus copulatus matrimonio filiæ ducis Arnoldi, fœminæ egregiæ formæ, mirabilisq; prudentiæ. Et rursus: Seqeenti igitur nocte Boioarii comites Henrici fratris regis, relicto eo, iun[illegible]unt Luitolpho: cum quibus ipse pergens, vrbem regiam Ratisponam cæpit, cum cæteris in ea regione munitionibus, omnemq; pecuniam duci [illegible]nrici su[illegible] militibus diuisit: coniugem vero eius cum filiis & amicis non solum vrbe, sed & regione excedere coegit. Hæc omnia fie[illegible]āt consilio Arnoldi iunioris, fratrumq; suorum, eo quod ipse Henricus paternum haberet ducatum. Et iterum alio loco: Rex ingressus Saxoniam, circa Calend. Iul. obuios habuit legatos Hungarorum, tanquam ob antiquam fidem & gratiam eum visitantes. reuera autem, vt quibusdam videbatur, euentum belli ciuil[illegible] considerantes. Quos cum secum aliquantis diebus retinuisset, & aliquibus munuscul[illegible]onatos in pace remisisset, audiuit à nunciis fratris, ducis scilicet Boioariorum. Quia ecce Hungari diffusi inuadunt terminos tuos, &c. quæ sequuntur. Cæterum antequam ducatum Boioariæ suscepisset, Henricum hunc marchionem Veronensem atq; Aquileiensem extitisse, Rhe[illegible]o tradit, ita scribens de anno Domini 952. & Berengarii exauctoratione: Vbi proscriptus Berengarius cum filio suo Adalberto, regiæ se per omnia in vasallitium dedit dominat[illegible], & Italiam iterum cum gratia & dono regis accepit regendam: marcha tantum Veronensis & Aquileiensis excipitur, quæ Hẽricho fratri regis committitur.

Habuerat autem rex Otto filios tres, Ottonem secundum Cæsarem, Luitolphum ducem Sueuiæ, & Wilhelmum archiepiscopum Moguntinum. Memorant Chronographi, istum Henricum, vt ante ostendimus, fuisse à sororiis suis Arnulpho & Hermanno Scyrensibus pulsum, occupata metropoli Ratispona. Quem Otto primus Imperator restituit, recepta Ratispona, & Arnulpho in eruptione occiso. Iidem tradunt, hunc a fratre Otthone Berengario capto, ducem Carinthiæ, Foriiulii & Veronensem marchionem fuisse constitutum. Progenuit ex Iuditha Arnoldi ducis filia, quam pater sibi locauerat, Henricum ducem ex cognomento Rixosum, Ludouicum, Iuditham, coniugem Burcardi comitis ab Helfenstayn, marchionis Austriæ: & Helicā abbatissam Batauiensem in Niderburgk. Habuit fratrem Brunonem Coloniensem antistitem, & nepotem ex fratre imperatore Ottone Wilhelmum Moguntinum episcopum. Obiit anno Salutis 955. cuius mausoleum Ratisponæ ad S. Hamerannum cernitur, vbi & Arnoldus dux socer, Arnolphus imperator, eiusq; filius Ludouicus Carolingorum vltimus, conditi sunt. Porro Henrici trophæa post victoriam de Hungaris relatam, extant in Maurkhirchen, prope Brunouiam. Statua quoq; illius equestris ex gypso facta, eo habitu, ac iis armis, vt pugnæ interfuerat, cruce galeæ supra posita, eodem loco cernitur.

2 HENRICVS ex cognomine Rixosus, siue rebellis, superioris ex Iuditha Bauara filius, Arnoldi quondam ducis Boiorum nepos, patrem in ducatu Boioariæ propter matrem secutus est. Vnde scribit Rhegino, de anno Domini locutus 955. Henricus frater regis, desperatis rebus recuperatis, recepto Bauariæ ducatu obiit: cuius filio Heinricho Pius rex ducatum & marcham dedit. Intelligit vero Ottonem primum Cæsarem nam Henricum primum, fratrem Ottonis primi, quem ducem is Boiariæ designarat, Berchtoldo duce extincto, & filiis Arnoldi Mali profligatis, viuente adhuc Ottone primo, diem suum obiisse, illiq; alterum cognominem successisse, hominem seditiosum & priuatum ducatu ab Ottone secundo (id quod S. Claudo cognomento, qui post Imperator fuit, nequaquam conuenit) ex his Lamberti Schafnaburgensis verbis colligi potest: Anno Domini 955. Otto rex Hũgaros cũ magno periculo sui, suorũq; magna cæde prostrauit in Lechfeld, in natali S. Laurentii. In quo etiam bello dux Cunradus cum aliis multis est occisus: Heinrichus quoque dux Boioariorum obiit. Et sequitur postea: Anno 973. Imperator senior obiit in Munelieba, nonis Maii. cui filius secundus Otto successit. Anno 974. Henricus dux Boiariorum, & Abraham episcopus cum Bolisclaone & Mysicone inierunt contra Imperatorem prauum consilium. At Imperator tali nefando comperto consilio, congregauit omnes principes suos, & quid inde faceret, consilium petiit. qui dederunt ei consilium, vt mitteret ad ducem Heinrichum, & Popponem episcopum, & Gebehardum comitem, eosque ad placitum inuitaret ad edictum. Qui sine dilatione, Deo donante, dedit se in potestatem Imperatoris. Et subiicit: Anno 976. OTTO Imperator perrexit ad Boiariam, atque Heinrichum ducem expulit, Otthonique duci Boioariam commendauit. Anno 977. Imperator cum magno exercitu perrexit ad Boiohemos, & maximam partem terræ illius incendio concremauit. Ipse quoque HEINRICHVS, cum altero Heinricho, inuaserant Bozonuam.

Quod

Quod Imperator vt audiuit, festinato exercitum illuc mouit, vrbemq; obsedit, & Heinricum ducē ad suam gratiam recepit, atq; in Franciā pertexit. Sequitur postea in codē chronographo: Anno 983. Otto secundus Imperator Romam post male res gestas regressus, obiit, ibidemq; sepultus est. Heinrichus dux Boiariæ regnum inuasit, sed a Principibus est reprobatus. Non possum hic silentio transire, quod de hoc Henrico memorant Annales, vnde & Rixosi cognomentum illi accessit, bis eum ducatu pulsum fuisse. primo, quod cum Boleslao Bohemo, Miczcone Polono, Heroldo Dano, & Henrico Carinthiæ duce fœdus inierit, ac obsequiū Ottoni secundo detrectarit: quo tempore, substituto illi in ducatum Boiariæ, Ottone Lutolphi ducis Sueuiæ filio, Ottonis primi Imperatoris nepote, in Carin-
10 thia exulabat. Cæterum cum paulo post Otto dux, dum contra Saracenos Imperatori operam nauaret, moreretur, anno 983. Romæ ad S. Petrum sepultus, post annos exilii sex à patruo Imperatore in dignitatem restituitur. Rursus vero cum Berchtoldi Scyrensi palatini consilio Regem se Boiariæ vocasset, atq; ab Abrahamo Fruxinensi antistite Ratisponæ inunctus fuisset, denuo principatu mouetur, captusq;, Treuirorum Augustam in exilium missus est, vbi vsq; ad obitum Ottonis secundi latuit, Obiit anno 990. cum ex Gisala Cunradi regis Burgundiæ nepte, ex fratre S. Adelhaidis, Henricum Claudum Imperatorem, Brunonem præsulem Augustanum, Gisalam reginam Hungariæ S. Stephani regis coniugem, & Gerpyrgam abbatissam Chicmensem suscepisset. Mausoleum eius, vxorisq; Gisle, & sororis reginæ Hungariæ Gisalæ pariter cognomine, cernitur Ratisponæ in cœnobio
20 virginum S. Pauli, quod beati Wolfgangi consilio construxerat. Qui sanctus vitans ciuile bellum, quo Otto secundus Imperator, & Henricus ille Boiorum dux concertabant, in Noricas alpes exulatum abiuit, vbi in deserto ad lacum templū condidit, quod hodie quoq; religiose colitur.

3 OTTO, Luitolphi ducis Sueuiæ filius, Ottonis magni siue primi Imperatoris nepos, Henrico Rixoso ab Ottone secundo, vt antea ostendimus, substitutus, sexennio duntaxat præfuit ducatui Boiariæ. Quippe in expeditione Saracenica mortuus, ac Romę sepultus, Henricum priorem habuit successorem. Porro in Boiaria in duobus dumtaxat cœnobiis eius memoria extat, quorum alterum ab Hungaris destructum, restaurauit, Tegernsee videlicet, dato abbate Harduico: alterum vero Altahense, opera S. Gothardi reformauit.
30 Huius præterea Ottonis filius fuisse perhibetur Bruno, qui ab Ottone tertio electus in summum pontificem, Gregorii quinti nomen acceperat, author secundum quosdam Electorum Germaniæ. Alii vero hunc pontificem non Ottonis ducis natum extitisse, sed nepotem Chunradi ducis Wormaciensis, ab Hungaris ad Augustam occisi, Otthonis primi ex Luitgarda filia pronepotem.

4 HENRICVS, ex cognomine Claudus, qui postea ob continentiam vitæ numero beatorum adscriptus est, & primus per Electores ad Imperatoriæ maiestatis fastigium sublatus fuit. Cuius vitæ elenchum libet ex Vrspergensi adferre. Anno Dominicæ incarnationis millesimo primo, ab Vrbe autem condita M. DCCLII. Heinricus secundus, primū dux Boioariæ, deinde Otthone tertio absque filiis defuncto, in regni prouectus culmine,
40 LXXXVIII. loco ab Augusto regnum accepit, & annis XXIII. ac mensibus quinq; regnauit, vndecim annis sub nomine regis, duodecim nomine & dignitate Imperatoris. Hic in regni sede sublimatus, cum Henricum marchionem, aliosq; initio regni sui resistentes sibi superasset, Italiam ac Bohemiam & Bolislaum cum omni gente Slauorum subiugasset, data sibi quiete a Domino, considerans se filios non habiturum (quippe qui, vt multi testantur, consortem regni Chunigundim nunquam cognouit, sed vt sororem dilexit) dominum bonorum omnium datorem habere delegit hæredem: sexto regni sui anno sapienti consilio Episcopatum Babenberg in honore sancti Petri, sanctiq; Georgii constituit, locumque ipsum prædiorum diuitiis, & omni ornatus decore, vt in præsentiarum cernitur, copiosissime ditauit. Hæc ille.

50 Reliquit post se & alia pietatis studia haud minora. Quippe Toxim Hungariæ regem, qui in baptismo postea Stephani nomen adsciuit, post multas Germaniæ inflictas clades, non solum pacauit, atq; procul a Germanorum finibus remouit, verum etiam Christo cum vniuersa subiecta gente reddidit, sorore propria Gisala pagano regi in matrimonio collocata: quæ & authrix præcipua fuerat, quod maritus Christum cognosceret. cuius nos pallium manutextum, Hungariæ regni ex insignibus vnum, ante bienniū regi nostro sanctiss. FERDINANDO allatum vidimus: in cuius fimbria Gisalæ quoque nomen a[illegible] fuerat. Obiit anno regni sui 24. Imperii vndecimo, vitæ vero quinquagesimo secundo, anno denique Salutis nostræ M. XXIIII. relinquens post se successorem in regno [illegible] quē non cupiebat, Cunradum Francorum ducem: in ducatu vero Boiariæ, q[illegible] no[illegible]auo-

rat, Welphonem comitem ab Altorf, Adolfingorum prosapiæ, cui ex Saliquis legibus successio Boiariæ ducatus debebatur. Henrici sancti opera adhuc extant, præter Babenbergēsem episcopatum, antiqua capella Ratisponæ, cœnobium virginum Nouoburgii supra Ingolstadium, & collegium Mosburgense. Auspicatus est & S. Mauritii apud Augustam & templum & collegium frater Henrici Bruno Augustanus præsul, cui Straubingam ciuitatem Bauariæ inferioris ex suo patrimonio legauit. Non possum hic transire silentio, quod soror illorum Gisala, quæ Stephano Hungaro erat nupta, vixerat ad tempora Henrici tertii, qui illam anum Aba rege sæuiente abduxit: de mausoleo illius dubitatur. alii illam Ratisponæ in tumulo matris depositam, alii Batauiæ in Niderburgo cœnobio Vestalium conditam asserunt. 10

5 HENRICVS, ex cognomento Heczl, frater S. Chunigundis imperatricis, à sororio Henrico Claudo cum in Imperatorem electus esset, Boiariæ præficitur: & iterum exauctoratur, quod cum fratribus suis Mosellanis principibus, Friderico duce, Theoderico Metensi, & Adalberone Treuerensi, itemque Welphone, qui sororem S. Chunigundis Irmengardem in coniugio habebat, conspirasset aduersus se: quod ex patrimonio coniugis, illorum videlicet germanæ, Babenbergensem cathedram condidisset. Sunt qui illum restitutum fuisse scribant. Sepelitur cum Maria coniuge anno 1026. in cœnobio Osterhouen, quod ipse ab Hungaris destructum reparauit, olim ab Otilone Boiorum principe sub Pipino rege auspicatum.

Porro HENRICVS iste reliquit filium cognominem, quem Henricus tertius Imperator Boiariæ ducatui præfecerat: quem ipse antea administrauerat, parentis Cunradi Saliqui beneficio, antequam ad imperium vocatus adhuc fuisset, mortuo patre. Sed cum nōdum sexennium gubernasset, in bello Lotharingensi contra Gotofridum suscepto ab Hērico tertio, obiit, anno 1048. Hic non possum silentio transire, quod refert Auentinus, Hēricum tertium Saliqui filium, dum puer adhuc, vtpote decem annorum, sub curatoribus Brunone Augustano & Angelberto Fruxinensi, episcopis, Boiariæ ducatum administraret, ex patris beneficio, Stephanum & Gisalam reges Hungariæ oratores ad Saliquum Imperat. Ratisponam misisse, qui peterent ducatum Boiariæ filio ipsorum Emerico. Quæ cum postulata Imperator detrectasset, Hungaros infesta signa Austriæ intulisse, Vienna capta. Sed cum mox Emericus diem obiisset, Hungaros rursus fuisse reconciliatos, Henrico duce in Hungariam ad constituendas constitutiones pacis profecto. 30

Porro reperio HENRICVM istum, qui postea in fastigio Imperii tertii cognomentum accepit, dum Boiariæ præesset, bellum gessisse, in quo patrem iuuabat aduersus VDALRICVM Bohemum & Miczconem Polonum, qui fratres proprios occiderant Iacumarum & Otthonem.

DVCES BOIARIAE EX POPVLO *Sueuorum.*

1 HENRICVS Welf, filius Rudolphi comitis de Altorf, & Beatæ comitissæ ab Hohenward Boiariæ episcopi, Ethiconis & Rudolphi Welphonum comitum ab Altorf frater, ex constitutione legum Francicarum, deficiente stemmate Buioariæ principum, eo quod ipse esset familiæ Adolfingorum, ab Cunrado Cæsare Boiariis dux designatus est. ad quem primordia monasterii Wingarten, siue Vincarum, apud Sueuos referuntur: vbi & cum Itha vxore, Cunonis comitis de Onyngen filia, sepultus cernitur: quem ferunt saxo percussum obiisse in Boczen. Habuit fratrem Henricum, occisum in venatione: & sororem Richardam, comitis ab Ebersperg coniugem, sepultam in Ebersperg Bauariæ cœnobio, mariti fundatione. 40

2 WELPHO secundus, ex coniuge Imisa, comitissa à Gleisberg, Welphonem tertium Carinthiæ ducem progenuit: & filiam Conizam, Azonis marchionis Astensis coniugem. Vnde Welpho tertius processit, qui ducatum Boiariæ in aliam familiam translatum, iterum recuperauerat. Porro WELPHO hic, quia auxilio ERNESTI ducis Sueuorum CHVNRADO secundo Cæsari obsequium detrectauerat, ducatu Boiariæ priuatus fuit. 50

DVCES BOIARIAE EX PROSApia *Noricorum.*

1 ARNESTVS, a Chunrado secundo, Welphoni immatura morte abrepto substituitur: sed quia in Cæsarem, dominum suum, conspirauerat, ab eodem mox priuatus fuit. Extat eius tumulus & Erkelgardis coniugis, quæ erat soror S. Chunigundis, Henrici Claudi vxoris,

vxoris, in Rostall parochiali templo prope Northbergam, vbi quo[illegible]rum Boiariæ duces habebant.

2 HENRICVS, socer Welphonis superioris, priuato Arnesto in ducatu Boiariæ suffectus est, circa annum Domini 1024.

3 CVONO, accusatus conspirationis ab Henrico tertio, dominio exutus, apud marchionem Austriæ, vbi in exilio fuerat, moritur: de quo hæc sunt intelligenda Abbatis Vrspergensis loca: Anno Domini M. L I I I. religiosus papa Bruno, qui & Leo, gloriose vitā finiuit, XIIII. Calend. Maii, & magnifice sepultus Romæ in ecclesia S. Petri miraculis claruit. Cuno dux Noricorum, fœderatis sibi Hungaris, grauiter rebellat. Et iterum: Welpho dux Carinthiorum obiit. Cuno dux ante Noricorum, ab Imperatore propter perfidiæ suæ culpam expulsus, in Pannonia male exul obiit. Hunc Cunonem Auentinus Chunradum vocat: & quare exauctoratus ab Henrico tertio Imperatore, pulsus sit ex ducatu Boiorum, filio Henricho quarto substituto, refert iis verbis, libro Annalium Boiorum quinto: Dum itaq; per annum in Italia moratur, fortuna sæuire cœpit, atrocissimumq; scelus in Boiaria occulte succreuit, amicissimi, sanguine proximi: nempe Gebhardus patruus, episcopus Reginoburgensis, quod templum diui Hameranni in libertatem, excusso iugo Pontificio, vendicatum, sibi præreptum esset: Welpho Carnorum dux, cæteri Boiariæ proceres episcopi, puerum quinquennem regem, ignarum omnium, qui monitore & præceptore egeat, & alium sibi regem quærat, sibi impositum esse, permoleste patiebantur. In gratiam ergo cum Chunrado profugo redeunt, eum regem Boiorum clandestino conuentu salutant, aduersus Augustum conspirant: ipsum, si in Boiariam rediret, insidiis tollere, Chunradum ex Hungaria accersere, Boiariæ regno præficere decernunt. nisi Deus optimus maximus prohibuisset, indignum tum facinus atq; flagitiosissimum perpetratum foret. Nā quid ego hominum, qui vera pietate sapientiæ subnixi non sunt, perfidiam atq; malitiam commemorem? quæ nisi iis quę videre, nemini credibilia sunt. Et subdit: Nam Chunradus repentina peste correptus, cruciatu atroci subito animam exul & profugus in Hungaria exhalauit. Welpho quoq; eodem morbo laborare cœpit: cumq; finem vitæ sibi adesse videret, indicium per nuncium fidum ad Imperatorem in Italiam detulit, suppliciter veniā deprecatus, omnes conscios nominatim aperuit, coniurationis scenam detexit: Ietingā gentilitium prædium, cætera quæ in Boiaria apud Lycatios & Athesinos & Ambrones, & in Sueuia possidebat, Abudiacum, Fauces, Schongau, Landspergam, Phætinos, Rauenspurgum, Altorf, Wyngarten, Cæsari testamento legat. Hæc ille. Quæ intelligenda sunt de exilio Chunonis, siue Chunradi ducis, cui filium puerum in ducatu Boiariæ Henricus tertius suffecerat: qui vocatus ad fasces, post patrem quarti cognomen acceperat. Porro Chuno pulsus ducatu fuerat, quod ciuile bellum in Boiaria cum Gebhardo episcopo Ratisponensi imperatoris patruo suscitasset, Parkhstayn oppido in Nariscis occupato, & latrociniis Boiariæ agro infesto reddito. Quamobrem vocatus Wormaciam ab Henrico tertio, ad dicendam causam, cum non comparuisset, priuatur ducatur, anno Salutis 1052. Exulabat autem apud Andream regem Hungariæ, & Albertum marchionem Austriæ: nouissime adortus Carinthiam, Hengspergam castrum ad ripam Mueræ flu. latrocinandi asylum extruxit, quod Chunone mortuo anno 1059. HENRICVS tertius Imper. & filius eius cognominis, tum dux Boiariæ, deficientibus præsidariis receperunt, atque solo æquarunt. Manet adhuc nomen monti, in quo fuerat illud sub Gratzio, quem incolæ vulgo den Hengsperg vocant.

4 CHVNRADVS, fratri Henrico, cum ad fasces Imperii vocatus, quarti nomen suscepisset, in administrando ducatu Boiariæ succeslit, vix quadrimus. Sed cum mox vitam cum morte mutasset, Agneti matri is ducatus à Quarto committitur: quem quatuor non plures annos consilio atque auxilio HENRICI Augustani præsulis gubernauerat, & tædio laborum, odiique impatiens, in quod vocata fuerat à proceribus Boiorum, eundem ducatum assensu filii Imperatoris, præfecto curiæ suæ Otthoni comiti a Nordhaym Saxoni, fratri WILHELMI limitis Saxonici præfecti (vnde comites à Beuchlingen Saxones genus suum numerare dicuntur) tradidit atque resignauit. de quo mox scripturi sumus.

DVCES BOIARIAE EX COMITIBVS A Kalbet, Balblingen, Sueuis.

1 CHVNRADVS, filius Henrici tertii, & quarti Henrici frater germanus, à patre suo Boiariis dux datus est. de quo Lambertus Schafnaburgēsis, loquens de anno Salutis nostræ

M. L V I. Cunradus filius Imperatoris, dux Boiariæ, obiit. Ducatum eius Imperator Imperatrici dedit, priuato iure quoad vellet possidendum.

2 AGNES Henrici tertii coniunx, soror Gulielmi Pictauiensis & Aquitaniæ principis, à filio Henrico quarto Cæsare, fratri rebus humanis exempto, in ducatu Boiariæ substituitur, vt supra ex Lamberto ostensum est. cuius rei Vrspergensis abbas in suis annalibus in hæc verba meminit, cum Henrici quarti auspicium in Imperio describeret. Agnes (inquit) Imperatrix, mater ipsius ducatum Boiariæ suscepit.

3 OTTO ab Agnete viuente, in locum suum Boiariæ dux designatur: quem Saxonẽ fuisse verisimile est, ab Henrico quarto postea priuatum ducatu. Vnde Lambertus Schafnaburgensis: Imperatrix (inquit) ducatum Boiariæ, quem post mortem Cunradi filii sui vsq; ad id tempus per seipsam administrauerat, Ottoni dedit, videns eum virum industrium, & iuuandis regni negociis satis oppor[illegible]um. Et iterum postea, cum doceret Henricũ quartum è tutela matris exemptum regnare cœpisse: Ad vltimum (ait) Coloniensis episcopus communicatis cum Ecberto comite & cum Ottone duce Boiariorum consiliis, nauigio per Rhenum, ad locum qui dicitur sancti Suidberti insula, venit. vbi tum Rex erat. Idem, quomodo in odium Henrici quarti venerit, & ducatu spoliatus fuerit, his verbis ostendit: Clarus eo tempore in palatio, & magnæ in Republica authoritatis erat, Otto dux Boiariorum: sed sicut semper gloriam sequi solet inuidia, inuidentes ei plerique homines nequam, qui malitiæ suæ potentiam eius atque immoderatam gloriam obstare querebantur, sollicite opportunitatem ad opprimendum eum quærebant. Itaq; quendam Egenonẽ nomine, hominem ingenuum, sed omni flagitiorum genere infamatum, in necem exitiumq; eius subordinauerunt. Is crimen aduersus eum detulit, quod se ad occidendum regẽ precibus & pollicitationibus multis sæpenumero sollicitasset. atque in argumentum fidei gladium ostentabat, quem sibi ab eo in hos tam sceleratos nefariosq; vsus datum adserebat. Si inficiaretur, paratum se quouis modo verbis suis fidem facere. Qua accusatione vulgata, hi quos ratione communis commodi aliquando offenderat, omnes infensi infestiq; aderant, & iracundiam regis aduersus eum inflammare summa vi summaque ope nitebantur. Igitur Rex eum Moguntiam cum cæteris principibus ad colloquium euocauit, quid delatum esset exposuit, negantiq; inducias in sex septimanas dedit: vt Calend. Augusti Goslariam veniens, obiectum crimen congressus cum accusatore suo propria manu refelleret. Cum in hæc verba discessum esset, causari principes de iniquitate conditionis cœperunt, nec bonum nec æquum esse dicentes, vt homo nobilissimus, integerrimæ apud omnes existimationis, nec vlla vnquam sinistri rumoris macula attaminatus, manum conserere iuberetur cum homine sceleratissimo. Quod si quid ingenuitatis à parentibus accepisset, id per furta, per latrocinia, deniq; per omnia vitiorum probra iamdudum obliterasset. Ille tamen & in dignitate rei efferatus, & Deo innocentiæ suæ teste & conscio fretus, cum quouis etiam indigno, etiam præter natales suos, pugnare malebat, quam tanti sceleris suspicione teneri. Igitur die statuta ad proxima Goslatiæ loca cum armata multitudine venit, missisque ad regem nunciis mandauit, si sibi tuto venire, si tuto causam dicere liceret, paratum se coram venire, & conditione quam principes regni æquam iudicassent, crimen cuius insimulatus fuerat, refellere. Rex ad hæc atrociter & acerbe respondit: Se nec in veniendo, nec in causa dicenda pacem aut securitatem polliceri. Id solum expectare, vt iuxta condictum Goslariam comminus veniret: & si quid de innocentia sua præsumeret, conserta cum aduersario suo manu, æquissimo iudici Deo rem committeret. Ni id faceret, se omissa legum diffidentium simultate, relegato sententiatum certamine, pro conuicto confessoq; eum in tanti sceleris immanitate habiturum. Relato ad ducem hoc responso, nec tutum, nec satis honestum suis rationibus visum est his, qui recte ei consultum cupiebant, vt sic inflammatæ aduersum se Regis iracundiæ illudendum se, vexandumq; obiiceret: quum sibi integris adhuc rebus, & crimine necdum comprobato, tuto coram venire non licuisset. Ita incisa spe veniæ, infectis rebus, in sua se recepit: satius putans, quoad posset, armis salutem tueri, quam ad exaturanda hostium suorum odia, turpiter more pecudum iugulari. Postero die Rex principes Saxoniæ, quod ex his ori[illegible]ndus esset, & hi propter priuatas inimicitias maxime inuisum eum haberent, sententiam super eo rogauit. Qui eum tanquam manifesti criminis deprehensum, reum maiestatis iudicauerunt: & si caperetur, capitali in eum sentẽtia animaduertendum fore decreuerunt. Illico amici regis ferro & igne persequi eum, singuli pro virili portione adgrediuntur. Plerique etiam nec fide erga regem, nec studio erga Rempublicam, nec vltione cuiusquam priuatæ iniuriæ, sed sola rapinarum cupiditate, arma contra eum capiunt. Ita vndique laxatis, immo ruptis irarum habenis, omnes in eum irruunt, prædia eius & possessiones alias diripiunt, vastant, incendunt. Ministros eius, agro-

agrorumque cultores, si quos fors obtulisset, obtruncant, lacerant, iugulant. Sic postremo præter modum modestiamque ira immoderatior debacchatur, vt nec ab ecclesiis, nec templis quæ ille propriis impensis Deo construxerat, hostilis sæuitiæ impetus temperaret. Deinde Rex collecto exercitu egressus, extremam operi manum per seipsum imposuit. Principes, quos ei consanguinitate vel alia necessitudine obnoxios nouerat, aut acceptis obsidibus, aut iureiurando, ne ad eum deficerent, obligauit. hæc Lambertus. Meminit huius ducis exauctorati ab Henrico quarto, idem aliis plerisque locis. nam cum coniurationem Saxonum in hunc ipsum Cæsarem describeret: Huius coniurationis (ait) authores ac signiferi quidam erant, Bucco Halberstadiens. episcopus, Otho dux quondam Boiariæ,
10 atque Hermannus frater Othonis Saxonici ducis, qui superiori anno decesserat. Et iterum: Ad vltimum Otho dux quondam Boiariæ seipsum regi obtulit, quamdiu vellet, in vinculis habendum: & omnia, tanquam priori anno nihil actum esset, pro arbitratu suo distribuenda, dummodo propinquum suum, qui solo suarum partium studio in eam calamitatem deuenerat, deditione absolueret. Et alio loco, de conuentu Magdeburgæ tractans: Ibi quoque Otho (ait) dux Boioariorum, post integrum annum deditionis suæ, gratiã Regis recepit, data vel Regi, vel his qui regi pro eo suggesserant, non modica portione prædiorum suorum. Et rursus: Inter hæc verba, cum Saxones iam armata multitudine, atrium palatii replesse, & ad vim faciendam paratos, inconditis motibus perstrepere cerneret, tandem ancipiti periculo permotus consensit, vt duci Othoni ducatum Boiariæ reposcenti,
20 intra anni spacium, iuxta principum iurisdictionem satisfaceret, castella vero sua omnia sine dilatione destrueret: sed ea conditione, vt Saxones & Thuringi sua quoq; castella, quæ tempore regni eius extructa fuissent, pari modo diruerent: cætera omnia quæ in Gerstingen pollicitus fuerat, fide integra exoluerentur. Cæterum cum Henricus fidem hanc datam violasset, iterum à Saxoniæ principibus, ob Othonem Boiariæ ducatu pulsum, in Cæsarem conspiratur. Id quod idem Lambertus his verbis in Annalibus suis adnotauit: Sed episcopus Halberstadensis, & Otho dux quondam Boiariæ, quorum potissimum consilio bellum Saxonicum administrabatur, efferatæ multitudinis animos salubri moderatione mitigabant: orantes eos per Deos, ne arma quæ pro vindicanda libertate sua concorditer sumpsissent, nunc diabolico furore raptati, in propria viscera retorquerent. hæc
30 ille. Et hactenus de Othone Saxone, Boiariæ duce exauctorato: cuius opus est Elchingense monasterium.

DVCES BOIARIAE EX STIRPE *Welphorum Sueuta comitum ab Altorf & Rauesburg.*

1 WELPHO, hoc nomine quartus in prosapia sua, Azonis Italiæ marchionis filius, ex Coniza secundi Welphonis, Boiariæ quondam ducis, nata, partim ex veteri lege Salica, quod esset de prosapia Adelfingorum, cui Boiariæ ducatus debebatur, & quod maiores in illa quondam prouincia rerum potiti fuissent, & quod exauctorati ducis superioris Otho-
40 nis filiam in coniugio haberet, ab Henrico quarto Cæsare Boiariæ dux declaratus, suam iterum in Boiariam prosapiam traduxit. In qua, teste Vrspergensi, primus Welpho a LVDOVICO primo Imperatore, qui sororem eius Iuditham in coniugio habuerat, quatuor millia mansuum in beneficium acceperat, ducta quoque Boiarica coniuge Beata nomine. de quo Vrspergensis Chronographus, Othonis superioris fortunam commemorans, ita scriptum reliquit: Anno Domini millesimo septuagesimo primo, Otho dux Boiariæ ducatum amisit. Hic itaque Saxo genere, vir amplissimæ autoritatis, prudentia rebusque bellicis perpaucis erat comparabilis: & in tanta apud vniuersos primates excellentia habitus, vt Rex, qui iam Saxonibus omnino suspectus & inuisus erat, ipsum contra se in regni fastigium eleuari posse formidaret, si res sua secus cederet. Hinc peruersitatis materiam ar-
50 ripiens quidam Egino mediocri natus loco, rebus admodum tenuis, audacia tamen & nequitia satis diffamatus, patrocinantibus quibusdam regis fidelibus curiam irrepsit, & magnum illum heroem, qui se nunquam nouerat, secum de regis nece tractasse, commentatus est. Seipsum etiam, vt mos est, potestati regiæ vadem obtulit, quousque campionis duello cum duce confligens, vera comprobarentur, quæ retulit. Quid multa? Placitis vel colloquiis regalibus, vno Moguntiæ, altero Goslariæ condictis, Otho cum Eginone, vtpote dux cum latrone, primas cum ignobili, congredi contempsit. Sua tamen innocentia vel Eginonis improbitas minime latuit. Sic ducatum Boiariæ Otho, vt reus maiestatis, amisit. Quem Welpho quidam illustris & acer atq; bellicosus, natu Sueuus, accepit. idq; tam principalis discordię semen in perpetuos heu præliorum & seditionum, prędarum & incendio-

rum, & schismatum etiam & hæresium atque mortium lamentabiles fructus [illegible] atque succreuit. hæc Vrspergensis. Meminit huius Welphonis & Lambertus Schafnaburgensis: Anno Domini M L X X I, Rex natalem Domini Goslariæ celebrauit. ibi per interuentum Rudolphi ducis Sueuorum, Welf filius Azonis, marchionis Italorum, ducatum Boiariæ suscepit. Is filiam Othonis ducis Boiariorum vxorem duxerat, & per iusiurandum altera iam vice matrimonio fidem dixerat. Quandiu itaque res tranquillæ erant, quandiu etiam bellum temere cœptum sine grandi permutatione rerum sedari posse sperabat, maritalem vxori affectum & honorem deferebat, & causam soceri quantum poterat armis & consiliis tuebatur. At vbi animaduertit, datam in eum esse sententiam, & bellum iracundiamque regis magis indies aduersus eum crudescere, leges omnes, vinculaque omnia, quibus vicissim propinquitatem firmauerant, abrupit: satius putans, periurii crimen & violatæ fidei verecundiam sustinere, quam res suas florentissimas, desperatis ac perditis eius rebus admiscere. Et primo in tam trepidis rebus petenti auxilium denegauit. dein filiam eius à complexibus suis & tori consortio segregauit, patrique remisit. postremo, ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam impendit: nihil pensi habens, quantum auri, quantum argenti, quantum redituum ac possessionum suarum dilapidaret, dummodo quod cupiebat assequeretur. Huc pertinent quę paulo post sequuntur: Rex XI. Calend. Nouemb. iuxta condictum venit in Gerstingun. Venerunt omnes Theutonici regni episcopi & comites. Aderat Diodericus dux Mosellæ regionis. Aderat Gozilo dux Lotheringiæ, tantas habens copias, ita militaribus armis instructas, ita de tota cui præerat regione seuerissimo delectu habito exquisitas, vt solæ cæterum Regis exercitum & numero & bellici apparatus gloria præcellere ac supergredi viderentur. Alii duces, Rudolphus scilicet dux Sueuorum, Welph dux Boiariorum, Berchtoldus dux Carentanorum, regi auxilium suum petenti denegauerunt. Et iterum: Ipso tempore Rudolfus dux Sueuorum, Welf dux Boiariorum, Berchtoldus dux Carenthinorum, Adalbero episcopus Wirziburgensis, Hermannus episcopus Metensis, & alii plerique principes conuenientes in vnum, consilia conferebant in tantis calamitatibus. Commemoratur idem dux Boiariæ, eodemque nomine ac tempore, ab Ottone Frisingensi episcopo, libro Chronicorum septimo, capite 7. loquens de anno Domini millesimo centesimo. Eodem anno Gulielmus comes Pictauiensis, & dux Aquitaniæ, Thiemo Iuuauiensis archiepiscopus, Guelpho Noricorum dux, qui in guerra cum Imperatore Frisingensem & Augustensem destruxit vrbes, Itha marchionissa Leopaldi marchionis orientalis mater, Gulielmus & Stephanus Italici barones, cum multis ex Aquitania, Germania, Italiaque, Hierosolymam per Hungariam & Græciam pergunt. Huc pertinent quæ de eodem Welphone Vrspergensis chronographus scribit: Anno Domini millesimo nonagesimo sexto, Welpho dux ante Noricus, qui ab Imperatore iamdudum abiurauerat, & ob id ducatum perdiderat, in gratiam eius rediit, ducatumque recepit. Et iterum: Welpho Boioariorum denuo dux, filios suos & ipsos rebellare tentantes, gratiæ Imperatoris reconciliauit, & vni eorum ducatum post se committi impetrauit. Et rursus alio loco, cum confirmato imperio Henrico quinto, contra quartum patrem, ostendisset, legatos Romam ad Pontificem fuisse à principibus Germaniæ missos, Gebehardum Constantiensem episcopum, Ottonem Babenbergensem, Brunonem Treuirensem, & Wiguertum comitem quendam, sic subiungit. At IESVS, qui semper prope est se inuocantibus, & his iuxta qui tribulato sunt corde, repente super eosdem sibi rebelles, Welphonem ducem Noricum, quasi gladium de vagina sua eduxit. Qui tertio superueniens die, manu valida clausas obstructas effregit, Gebehardum virum probatum Tridentinæ ecclesiæ constitutum à rege catholico nouum episcopum, quem nunquam se suscepturos ciues ipsi conspirauerant, recipi coegit. ipsum quoque Albertum, suique sceleris complices, adeo perterruit, vt eductos quos clauserant principes, ipsumque castellum nouo principi redderent. Et iterum: Hic ille est Welpho quartus, qui primo ducatum Boiariorum adeptus est, & multa magnifica peregit. Temporibus quippe Henrici Imperatoris quarti hic extitit, & bona fide ei adhæsit, donec idem Imperator multis facinoribus reus habitus: sedi Apostolicæ se opposuit, & in mortem præfati Welphonis, vt dicitur, quædam machinatus fuit. Ex tunc recessit ab eo, & cum aliis principibus Saxoniæ & Sueuiæ eum impugnauit. Hic etiam propter schisma quod eisdem temporibus extitit, Sigifridum Augustensem episcopum schismaticum captiuauit, & comprehensum in vincula iecit, & in castro suo R[illegible] multo tempore cathenatum conseruauit. Ciuitates quoque Augustensem & Frisingensem destruxit. Accepit autem reginam Angliæ tunc viduam, filiam scilicet Balduini nobilissimi comitis Flandriæ, Iudith am, in vxorem: ex qua duos filios, Welphonem scilicet & Henricum (quorum vterque ducatum Boiariæ alter post

post alterum possederat) progenuit. Hic ille est, qui primus fautoribus suis in tot commotionibus bellorum prędia sua distribuendo, paternos redditus comminuit. Manus suas episcopis & abbatibus præbuit, & beneficia non modica ab eis recepit. Omnes possessiones Lutoldi comitis, quas in partibus istis habuit, præter illas quas in Zvvilultum sanctæ Marię contradidit, cum duobus castris Achalm & Vulnelingen, ipso donante possedit. Patrimonium quoque comitis Ottonis de Buchorn, eo viuente, & bona voluntate tradente, recepit & obtinuit. Denique cum ad senilem ætatem peruenisset, & Ratinbuochensem ecclesiam construere cœpisset, & satis copiose ditasset, Altorfense quoq; monasterium prædiis, decimis & mancipiis, necnon & ecclesiasticis urnamentis abũdantissime ditasset, alias etiam ecclesias ad se pertinentes aliquo modo meliorasset, volens Deo de excessibus suis difficiliorem satisfactionẽ exhibere, Hierosolymitanum iter arripuit. Quod in maximis persecutionibus & periculis, Hungariam & Græciam transiens, persoluit. Sepulchrum enim Domini, & alia sancta loca, omoibus suis pene amissis visitauit: deinde ad reuersionem se parans, Cyprum adiit, vbi de hac vita decedens sepultus est. Ossa tamen eius postea inde sublata, ad Altorfense monasterium translata & reposita sunt. Socii autem peregrinationis & laborum eius, vel interfecti, vel viui Saracenis, machinante perfidissimo Alexio Imperatore, traditi sunt. Porro defuncta prima vxore, Othonis ducis filia, duxit alteram Iuditham, Balduini Flandriæ comitis natam.

2 Welfho, quintus hoc nomine, & in ducatu Boioariæ, si primos adnumeres, quartus, Welphonis superioris filius ex Flandra, coniugem habuit Mechtildim Bonifacii Mantuæ & Lucæ comitis filiam, de quo Vrspergenses annales, cum de superiori locuti fuissent, hæc digna memoratu adnotarunt. Igitur Welpho quintus eius nominis, senior inter filios præfati Welphonis, mortuo patre accipit ducatum Boiariorum, & tam curiæ suæ largitate & honestate, quam finitimarum gentium, maximeque Italię bellis & honestatibus multa magnifice peregit. Accepit autem Mathildam, nobilissimi ac ditissimi Italici marchionis Bonifacii filiam, in vxorem, fœminam virilis animi, quæ ad instar fortissimi principis totam terram illam dominio suo subiugauit. Quam tamen postea, nescio quo interueniente diuortio, repudiauit. Denique omnibus bene compositis, morbo correptus, in villa Cufringen diem clausit extremum: & in Altorf deportatus, iuxta patrem & matrem sepultus est. Henricus frater eius ducatum & omnia quæ illius erant obtinuit, & potenter ditioni suæ subiecit.

3 Henricvs Welfo, cognomento Superbus, superioris frater germanus, vt auditum est, illo rebus humanis absoluto, successit in ducatu Boiariæ, Sueuiæque marchia: quibus postea ob contumaciam & priuatam quandam simultatem a Cunrado tertio Imperatore priuatus, Brunsuigii in Saxonia ducibus primordia præbuit. De quo Vrspergensis in Annalibus suis hæc adnotauit, cum de Welphone fuisset quinto locutus: Henricus frater eius, ducatum & omnia quæ illius erant obtinuit, & potenter ditioni suæ subiugauit. Accepit autem vxorem de Saxonia, filiam Maginonis ducis, & Sophiæ sororis regis Hungariæ Colomanni, Wulfildim nomine: ex qua, præter illos quos infra annos sinus cœlestis patriæ suscepit, tres filios, Cunradum, Henricum, Welphonem: & quatuor filias, Iuditham, Sophiam, Mathildam & Wulfhildam progenuit. Iuditha nupsit Friderico Sueuorum duci, quæ Fridericum Imperatorem nostrum, & vxorem Matthæi ducis Lotharingiæ progenuit: Sophiam Berchtoldus dux de Zaringen, & eo mortuo, Leopoldus marchio de Styria, vxorem accepit: Mathildis primo Diopoldo filio Trepoldi marchionis de Vogburg, postea eo mortuo, Gebehardo de Sulczbach copulata est. Wulphildim Rudolphus Brigantinus comes duxit. Cunradus in clericum ordinatus, cum sub puerilibus annis domi literarum studiis informaretur, tempore maturo Coloniensi archiepiscopo, altiori studio & disciplina claustrali educandus committitur. Vbi in vtroque tantum profecit, sed & aliis virtutibus, vitia declinans, tantum exornauit, vt ab omni & clero & populo amaretur, atq; ab omnibus summo honore dignus iudicaretur. Ipse vero honores, diuitias, laudem humanam fugiens: quibusdam se monachis sociauit, cum quibus omnibus, suis ignorantibus, Clareuallense monasterium adiit, ibique se monachum fecit. Deinde procedente tempore Hierosolymam petiit: vbi cuidam seruo Dei in heremo manẽte adhæsit, eiq; cum omni humilitate necessaria administrauit. Tandẽ sentiens, se quadam infirmitate tactum, de reuersione cogitauit: & ingressus nauem, Batam ciuitatem S. Nicolai peruenit, vbi beato fine diem vltimum clausit, honorificeq; sepultus ibidẽ quiescit. Circa idem tempus pater quoq; eius, & mater: pater in castro Rauẽsburg, mater in Alturf, 16 die post mortem mariti, obierunt, & in monasterio sancti Martini sepulti sunt. Henricus vero defuncto patre, ducatum eius adeptus est. Hic est Henricus ille, de quo supra dictum est, frater Wel-

Conradus hic vocabatur, Gebehardi Saxoniæ ducis nepos.

phonis nouissimi, qui filiam Lotharii accepit vxorē, & nuptias cum ea apud Augustam ciuitatē, cōuocatis fere omnibus principibus, magnifice celebrauit, in loco qui dicitur Concio legum. Quo facto, venit ad Imperatorem Lotharium, socerum suum, apud ciuitatem Nurnberch, & ibi ducatum Saxoniæ & omnia beneficia, quæ Imperator ab Episcopis & abbatibus habuit, in beneficio suscepit: & ibidem pollicetur eidem Imperatori auxilium contra præfatum Fridericū, & Cunradum fratrem eius. licet autem in Bauaria haberet bellum contra quendam nobilē Fridericum Ratisponensis ecclesiæ aduocatum, cuius etiā castrum fortissimū Falkenstayn obsidione cinxerat: relictis tamē in obsidione militib. festinauit socero suo venire in auxiliū. Imperator quippe Lotharius eo tempore obsederat Spiram ciuitatem, eo quod ciuitas illa faueret Friderico & Cunrado ducibus. ad cuius auxilium adduxit milites sexcentos, quos tamen vltra Rhenum apud se prope collocauit, vt impetus & irruptiones Friderici ducis præcaueret. Fridericus tamē dux, vtpote vir armis strenuus, quadam nocte in castra ipsius irruit. Sane Hēricus præmunitus fuerat, armis & equitaturis instructus, quibus ad fugam illum compulit, & ita fugientem illum vsque ad Gruoningem insequitur. Deinde mediante Moguntino archiepiscopo, Spirenses in gratiā Imperatoris redeunt: castrum quoque Falkenstayn à duce Henrico in Boiariam regresso capitur. Non multo post Fridericus dux memor pristinæ iniuriæ, Altorf & Rauenspurch armata manu inuasit: vbi quosdam captiuauit, & villas circumquaque & Memmingen incendio vastauit. Sequenti vero æstate, Henricus dux cum exercitu copioso fines Friderici ingressus, à villa Tuogendorf, quæ est in ripa Danubii, incipiens, & vltra Stouffen perueniens, omnia circumquaque in transitu & in reditu incendio & præda deuastat. Posthæc rediens in Bauariam, bella plurima peregit: videlicet contra episcopum Ratisponensem, & Othonem comitem de Wolfratzhusen. Hi quoque in auxilium suum habuerunt Luitpoldum marchionem Orientalem. Qui omnes congregato copioso exercitu, castra iuxta Isaram fluuium posuerunt, vt attentarent ducem de finibus istis expellere. Cæterum dux acies suas ordinauit econtra. Cumq; pugnā inire debuissent, Otto palatinus de Witlynspach considerans periculum vtriusque partis, mediatorem se interposuit, & siue minis siue promissionibus sæpedictum Fridericum aduocatum, consobrinum suum, & Ottonem comitem generum suum, ad hoc induxit, vt in potestatem ducis se traderēt, & castrū Wolfraczhusen, quod milites ducis dudum obsederant. Dux itaque ipsum Ottonem comitem custodiæ militum deputatum abduxit, & castrum cum ædificiis incendit. Postmodum etiam episcopus Ratisponensis in gratiam ducis rediit, & comitatum quem habebat episcopatus Ratisponensis circa OEnum fluuium, ei in beneficio concessit. Sicque factum est, vt bella quiescerent in Boiaria. Hæc Vrspergensis de primordiis ducatus, liberisque Henrici huius Welphonis. Placet etiam ex Ottone Frisingensi præsule, qui eius temporibus vixit, audire causam, quamobrem in odium Friderici ac Cunradi Sueuiæ ducum, à quorum postremo deinceps Boiariæ Saxoniæque dominiis exutus fuerat, diuerterit. Nam cum gener esset Lotharii Cæsaris, eius causam contra Cunradum Sueuum anticæsarem nusquam non adseruerat. itaque mortuo socero, cum ad apicem Imperii Cunradus solus conscendisset, memor iniuriarum veterum, hunc Henricum proscripserat apud Goslariam: & auxilio marchionum orientalium, aliorumque principum, è Boiariæ finibus eiecerat. Vnde scribit Otto libro septimo Annalium: Porro Henricus Noricorum dux, gener regis, per Thusciam exercitum ducens, summo Pontifici vsque ad Imperatorem conductum præbuit. Et iterum: At Henricus dux, cum militia Boiariorum Beneuentum cæpit, & Papæ restituit. nam apud Albam suburbia ciuitatis sibi resistere nitentis, ante expugnauerat atq; destruxerat. Addit Vrspergensis: Post hæc Imperator mouet expeditionem in Italiam, iam secunda vice. in qua expeditione præfatus Henricus (intelligit Boiariæ ducem) mille quingentos milites duxit in Italiam, & cum Imperatore in citeriori Italia Gardam & Garistallum castra cæpit, quæ etiam in beneficio suscepit. Et iterum, cum Lotharii mortem commemoraret: Anno (inquit) millesimo c. x x x v i i i, Lotharius rex obiit in autumno, sine filiis. Dux vero Henricus, in cuius finibus obierat, regalia reseruauit, vt in generali conuentu principum, qui in proxima Pentecoste Maguntiæ condi[illegible]s fuerat, præsentaret. Quidam autem ex principibus timentes, ne forte in generali curia Henricus dux, qui tunc præcipui & nominis & dignitatis in regno fuerat, per potentiam præualeret, circa mediam Quadragesimam consilio habito, in oppido Rheni Confluentia conuentum celebrāt, ibique Chunradum fratrem Friderici (de quo supra diximus) præsente Theodvvino episcopo cardinali re[illegible]m cre[illegible]nt. Meminit huius historiæ & Otto Fri[illegible]ng. lib. [illegible]. Chron. cap. 23. & lib. 1. historiæ Friderici primi, cap. 22. Qui iterum cap. 23. libri septimi Chronicorum, de eiusdem Henrici proscriptione tractans: Itaque Cunradus, inquit, rex Pentecosten incu-

Quando & quibus auspiciis Welphones in Saxoniam peruenerunt.

Causa quare Welphones ex Boiaria Saxoniaque eliminati fuerint.

tia, in præfata ciuitate (intelligit Moguntiam) vt condictum erat, cum maximo regni fastigio, & maximo conuentu principum habuit. Vbi omnes Saxones, simul cum viduata Imperatrice Richinza venientes, vltro se suæ ditioni subdidere. Solus ex principibus dux Henricus regalia seruans aberat, ad quæ reddenda in festiuitate apostolorum Petri & Pauli dies ei præfigitur Ratisponæ. Quo veniens, regalia quidem multis illectus promissis reddidit: sed tamen ea minime consecutus, infecto pacis negocio sine gratia eius recessit. Cumque multis modis homo præpotens & animosus, sed nutu Dei humiliatus, misericordiam peteret, nec impetraret, tandem iudicio quorundam principum apud Herbipolim proscribitur: ac proxima natiuitate Domini in palatio Goslariensi ducatus ei abiudicatur. Et mirum 10 dictu, princeps ante potentissimus, & cuius authoritas, vt ipse gloriabatur, à mari vsque ad mare, id est, à Dania vsq; in Siciliam extendebatur, in tantam in breui humilitatem venit, vt pene omnibus fidelibus & amicis suis in Boiaria à se deficientibus, clam inde egressus, quatuor tantum comitatus sociis in Saxoniam veniret.

Idem cap. 15. de morte agens prædicti Henrici: Ea tempestate Henricus (ait) dum in Saxonia Albertum marchionem sibi rebellantem in tantum humiliasset, vt castris eius dirutis, terris circumquaque vastatis, ad regem auxilii gratia ire compulisset, omnibusque suis ibidem dispositis, iam in Boiariam ire proposuisset, morbo correptus diem clausit extremũ, ac in monasterio Luther, iuxta socerum humatur. Reliquit autem, præter fratrem, de quo mox acturi sumus, & filium Henricum Leonem, qui postmodum per Fridericum Barba- 20 rossam Cæsarem restitutus est: duas filias, quorũ Iuditha Friderico ab Hohenstaufen nupserat, Sueuiæ duci, mater Friderici primi: secunda vero viduata a Berchtoldo de Zaringa duce, Lupoldo Styriæ marchioni nupserat.

4 Welpho sextus, superioris Henrici frater germanus, etsi Boiariæ ducatus gubernacula nunquam consecutus fuerit, tamen huius nobilis prosapiæ nominisque cum alumnus extiterit, prætermittere eum nolui: præcipue vero, quod pro ducatu isto cum Lupoldo Austriaco diu armis contenderit, vt hisce verbis Otto Frisingensis testatur, capite 25, libri septimi Chronicorum, cum de Henrici Superbi fratre Welphone locutus fuisset, subiungit: Luipoldus vero ducatum exhinc Noricum potenter se habere confidens, dum in obsidione castri Pheleia duorum fratrum qui soli ex Noricis baronibus in partibus ducis 30 Henrici steterant, ineaute moraretur, Gvvelpho ducis Henrici frater, ex improuiso collecto milite superueniens, fortissime pugnando, cæsis ex vtraque parte pluribus, multis captiuatis, ducem cedere coegit. His elatus successibus, dum regem quoque non multo post in obsidione castri Wynsperg morantem, pugna adgredi tentat, amissis multis, cum paucis fugit è prælio. Porro hunc reduisse postea in gratiam Cunradi Cæsaris, ex eodem apparet Othone libro 1. in vita Friderici primi, cap. 6, cum de bello Imperatoris illius gesto in Saxonia tractat: Fuerunt in comitatu eius (inquit) quatuor magni duces, singuli cum singulis legionibus: Zuentebaldus dux Bohemorum, Guelpho dux Noricorum, Rudolphus dux Sueuorum, Gotofredus dux Lutharingorum, & alii principes, comites, nobilesque innumerabiles iuxta fluuium Vnstruot dictum. Huc pertinent, quæ in eandem sententiam scri- 40 bit Vrspergensis, cum de expeditione in Asiam à Cunrado tertio suscepta scribit. In hoc ergo laborioso itinere, Cunradus rex commilitoni suo Welphoni (sic enim eum nominare solebat) sæpissime in necessitate subueniebat, ac de omnibus quæ a regio fisco Constantinopolitani Imperatoris sibi offerebantur, partem illi tradebat. Denique Hierosolymam venientes, cum alii procinctum sub rege Cunrado contra Damascum mouerent, Welpho infirmitate captus, ac in desperatione positus, ad reuersionem se parat. Transito igitur mari conualescens, Siciliam attingit: vbi Rogerius eum magno domus suæ tripudio suscipiens, ac honorifice dimittens, iterum ad rebellandum regi, maximis muneribus illectum incitat. Igitur reuersus in proxima hyeme, circa Purificationem sanctæ Mariæ, collecto milite, fines regis inuadit, ac castrum eius Flochberg forti impugnatione sollicitans, dum in reuer- 50 sione militem nimis diffuse & incaute duceret, a militibus regis circumuentus, ac cõgressione inita, cum paucis aliis circumquaque diffusis plus ex infortunio quam ex instantia belli, milites Welph fugam arripiunt: plurimisque captis, nullo occiso, ignominiose reuertuntur. & sic guerra diu anxie inter ipsum & regem agitata, finita est. nam Fridericus, qui postmodum fuit Imperator, fratruelis regis, & filius sororis prædicti Welphonis, medius se ad compositionem faciendam interposuit: captiuosque duci reddi, ac regem de cætero securum penes illum esse, prouida deliberatione confirmauit. Rex ergo ac [illegible] consilio Vuelphoni aliquos redditus de fisco regni, cum villa Merdin[illegible] concessit: ac sic firmata pace, ipse rex relicto filio paruulo Friderico, in breui post vita decessit, ac in monasterio L[illegible] est sepultus: & Friderico fratrueli sede regni reliquit, statuens cum eodem, vt filio suo, cum ad

annos peruenit, ducatum Sueuiæ concederet. Refert præterea Vrspergensis, vt eius nominatim verbis vtar, Fridericum Barbarossam Cæsarem Welphoni auunculo suo, vt eius fauorem plene obtineret, contulisse in beneficium marchiam Tusciæ, ducatum Spoleti, & principatum Sardiniæ. is ex Gotofredi comitis a Kalb filia, Welphonem septimum procreauit, qui in Italia gubernans obiit.

5 HENRICVS, hoc nomine tertius in hoc stemmate, cognominatus Iunior, & Leo, superioris Henrici exulis filius, etsi in ducatu non successerit Austriacis marchionibus, Luipoldo ac Henrico Austriam gubernantibus: tamen consecutus gratiam, cum adoleuisset, extincto patre, Boiariam recepit, pro qua coram Friderico Imperatore regnique proceribus diu contendebat. Ad quod pertinet ille Ottonis Frising. locus primo libro, in vita Friderici primi, cap. 43. scribentis de Henrico tertio Imperatore, comitia apud Moguntiacum celebrante: Ibique filio suo Henrico adhuc puero, per electionem principum rege constituto, in palatio Aquis eum Dominica medianæ quadragesimæ regem inungi ac coronari iubens, regni participem legit. Ad prædictam curiam Henricus, Henrici, de quo supra dictum est, Noricorum ducis filius, qui iam adoleuerat, venit: ducatum Noricum, quem patri suo non iniuste abiudicatum asserebat, iure hæreditario reposcens. Quem princeps, multa prudentia ac ingenio inductum, vsque ad reditum suum suspendit. Et iterum libro secundo eiusdem historiæ, capite septimo, tractans de Friderico primo: Erat vero multa serenissimi principis anxietas, cum omnia prospere in regno agerentur, qualiter controuersia quæ inter eius carnem & sanguinem, id est Henricum patruum suum, & itidem Henricum auunculi sui filium, duces, de Norico ducatu agitabatur, sine sanguinis effusione terminari posset. Fuit namque Henricus iste, Henrici quondam Norici ducis filius, quem (vt alibi dictum est) Chunradus rex a Boiaria eiectum, in Saxonia manere compulerat: ducatumque ipsius, primum Luipoldo, marchionis Luipoldi filio, ac deinde fratri ipsius, huic Henrico concesserat. Rex vero prædictam litem iudicio vel consilio decisurus, vtrique autumnali tempore, mense Octobri, in ciuitate Herbipoli curiam præfigit. Quo dum alter, Henrici scilicet ducis filius, veniret, alter se absentaret, iterum & iterum vocatur. Et capite nono eiusdem historiæ: Ad prædictam (inquit) curiam prænominati duces, ambo Henrici, pro ducatu Norico, vt dictum est, contendentes, venerunt: sed altero, quod legitime vocatus non fuisset prætendente, debitum finem negocium ibi habere non potuit. Et cap. vndecimo sequenti: Proximo dehinc mense Decembrio, vtrique duces, Henricus itidem & Henricus, in ciuitate Spira, principis adsistunt iudicio: sed iterum altero de legitima vocatione se excusante, res protelatur. Itaque Fridericus dum iam fere per biennium, ad decidendam litem duorum principum, sibi, vt dictum est, ex propinquitate sanguinis tam affinium laborasset, tandem alterius instantia, qui in paternam hæreditatem, a qua diu propulsus fuerat, redire cupiebat, flexus, imminēte etiam sibi expeditionis labore, in qua eundem iuuenem militem sociumq; vitæ habere debuit, finem negocio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxoniæ Gaslaria curiā celebrans, vtrosq; duces, datis edictis, euocauit. Vbi dum altero veniente, alter se absentaret, iudicio principū alteri, id est Henrico Saxoniæ duci Boiariæ ducatus adiudicatur. Et iterum cap. 28, eiusdem libri: Post hæc mediante Octobri, Imperator Ratisponam Norici ducatus metropolim, curiam celebraturus ingreditur, habens secum Henricū, Henrici ducis filium, in possessionem eiusdem ducatus mittēdum. Et subdit: Igitur sedente ibi in publico consistorio Imperatore, iam sæpe nominatus Henricus dux possessionem suam, patrumq; suorum recipit sedem. Nam & proceres Boiariæ hominio & iuramento sibi colligantur: & ciues non solum iuramento, sed etiam ne vllam vacillandi potestatem haberent, vadidus obfirmantur. hæc ille. Ex quibus patet, exulis filium Hēricum hunc iuniorem, ducatum Boiorum recepisse authoritate Friderici primi Barbarossæ cognomento. Quem qualiter nō ita multo post in totum amiserit, parua modo in Saxoniis ditione retenta inter Lunæburgum & Brunschuigam, vbi Otho filius in Imperatorem electus post Philippum, principatum ad posteros transmisit Brunsuigii & Luneburgi ducatus appellatum, libet ex Vrspergensis annalibus audire, cum Mediolani obsidionem describit: In hac obsidione Imperator non profecit. nam dux Henricus de Saxonia, nepos suus, perfide ab eo recessit, sumpta occasione de excommunicatione, & forte accepta pecunia. Quem, vt referunt homines, secutus est Imperator: & ad ipsum veniens super lacum Cumanum, cum magna humilitate postulauit, vt se non desereret, ita vt videretur pro tali petitione, ad pedes se eius velle demittere. quod dux discrete recusauit. Quidam autem officialis ipsius ducis, Iordanus nomine, narratur superbe dixisse: Sinite Domine, vt corona Imperii veniat vobis ad pedes, quia veniet & ad caput. Tunc Imperator compulsus exercitum suum dimittere, cum maximo labore, auxilio præcipue Taurinensium & Nouariensi-

rienſium egreſſus de Italia, per montem Iouis tendens in Burgundiam, terram vxoris ſuæ: in quibuſdam etiam locis adeo anguſtiatus, vt accepta tunica ſeruiẽtis, ſeruum ſe eſſe ſimularet, & equos tanquam ſeruus procuraret: tandem veniens in Alemaniam, præfatum ducem de traditione & crimine læſæ maieſtatis impetiuit. Dux ſiquidem ipſum præueniens, in Sueuia fecerat conſpirationem contra Imperatorẽ, & præcipue cum Zolrenſibus & Veringenſibus, & quibuſdam aliis comitibus. Aſt Imperator ipſum ducem frequenter euocat ad curiam, ad obiecta reſponſurum. Vbi quidam principes & barones fautores ducis, more Teutonicorum, qui ſine lege & ratione voluntatem ſuam pro iure ſtatuentes, contra Imperatorem [illegible]cius tenere voluerunt, vt Imperator ducem condemnare non poſſet, vel ter-
10 ras ſuas abiudicare, niſi infra terras ducis placitum ſtatueret. Porro quidam nobilis aſſurgens in medium propoſuit, quod lege duellionum, quæ & lege & ratione firmatur, hoc vellet obtinere, cõtra quemlibet ſecum pugnare volentem: quod Imperator quemlibet principem poſſet euocare pro iuſticia, ad locum quemcunque vellet, infra terminos ſui Imperii exiſtentem. Cumque nullus iſti ſe offerret ad pugnam, edicto Imperatoris præfata ſententia pro iure perpetuo ſtatuta eſt, quam non dubium eſt autoritate & ratione firmari. Cumque Imperator præfato duci abiudicaſſet ſuos ducatus, & alia bona, ſingula conceſſit his quibus apta erant ad retinendum. Sicque factum eſt, vt ducatum Noricum concederet Ottoni palatino de Witlynſpach, cuius & ſupra mentionem fecimus. Qui fretus auxilio fratrum ſuorum, Cunradi videlicet Saltzeburgenſis archiepiſcopi, qui poſtmodum etiam
20 fuit Moguntinenſis archiepiſcopus: Ottonis quoque fratris ſui, quem fecit Palatinum, cuius filius poſtea Philippum regem interfecit: necnon & Friderici, qui dicebatur Barbatus. horum ſiquidem auxilio ducatum viriliter obtinuit, & ducem de partibus illis expulit. Ducatum vero Saxoniæ contulit cuidam nobili Bernhardo de Anhalde, filio ſupradicti Alberti, qui etiam vſque ad tempora noſtra ſuperuixit. Huic auxilium præbebat Colonienſis archiepiſcopus Philippus, & Moguntinenſis, & Landgrauius de Turingia, qui impugnantes ipſum ducem in Saxonia infra vnum menſem de caſtris ipſius firmiſſimis (ſicut relatum didici) ſedecim expugnauerunt, & ipſum de terra vſque Brunſchvvig expulerunt. Imperator vero bona ipſius multis diſtribuit, præter ea quæ Welphoni patruo eiuſdem & ſuo auunculo dereliquit: quæ tamen omnia poſtmodum ceſſerunt Imperatori, ſiue hæredita-
30 ria ſucceſſione, ſiue fiſcali. Cæterum Henricus ille ſuæ ſtirpis in Bauaria poſtremus dux, duas in matrimonio coniuges habuit, Clementiam Cunradi ducis Zaringiæ filiam, quam repudiauit, & Mechtildim Henrici ſenioris Angliæ regis natam. Ex qua tres filios ſuſcepit, Brunſvvigii & Luneburgæ in Saxonia duces, Ottonem, Henricum, & Wilhelmum: quorum Otto poſtea ad Imperiale faſtigium conſcendit. Non poſſum hic omittere locum Auentini, quo cauſa, quamobrem ſecundario motus ſit à Friderico primo Imp. poſt patrem ducatu Boiariæ, explicatur, libro Annalium Boiorum ſexto in hæc verba: Inter hæc Mediolanenſes iterum rebellant. Alexandriam vrbem in odium Imperatoris condunt, ab Alexandro hoſte eius nomen indunt. ibi ſe munire ſtatuunt. Cæſar ſexto Italiam petit, Alexandriam obſidet, oppidum ſolo æquat. Henricus dux Boiorum atque Saxoniæ, qui ibi cum
40 quinque millibus equitum erat, corruptus pecunia, ſuaſu Iordani Trugſes ab Imperatore amitino ſuo (Fridericum primum intelligit) deficit, cum omnibus copiis ſuis abſque commeatu ex caſtris diſcedit in Rhætiam, cum Zoryngenſibus & Veringenſibus, cæteriſque ſocietatem init, aduerſus Auguſtum conſpirat. hæc ille. Refert & aliam idem proſcriptionis eius ducis cauſam, quod videlicet reuerſus ex Italia, Monachium ciuitatem condidiſſet, emporiumque nouum ſalis excitaſſet in detrimentum Fruxinenſium epiſcoporum, qui in villa Veringen proxima tale emporium Cæſarum prærogatiuis habuerant cõfirmatum. Qua de re delatus ab epiſcopo ad Imperatorem Fridericum primum, cum comparere noluiſſet, ex contumacia, loco atque dignitate deturbatur. Albertus epiſcopus Fruxinenſis (inquit Auentinus) ad Imperatorem, qui ex Italia redierat, ſe confert, iniuriam ſibi illatam
50 a duce Boiorum commemorat, opem Cæſaris implorat. Auguſtus ſæpius Henricho diem dicit, minatur, præcipit, imperat. Is ſæpius aſpernatur, floccifacit. Cæſar rebellem tandem Gemundæ Sueuiæ proſcribit. Addit & tertiam cauſam Auentinus proſcriptionis, quod accuſatus à Saxonibus erat, quos inteſtino bello perdebat videlicet: denique quod cum ſocero Anglo, necis ſancti Thomæ Cantuarienſis conſcius eſſet. Quapropter comitiis indictis, præſentibus omnibus Boiariæ Saxoniæq; tam proceribus quam epiſcopis, anno 1180 apud Ratiſponam vtroque ducatu, Boiariæ videlicet atque Saxoniæ, legibus Imperii obſeruatis, publice priuatur. Cuius poſtea filios receptos in gratiam Henricus ſextus Imperator, Wilhelmum & Othonem in partem Saxonici ducatus reſtituerat. Henrico quoque fratri illorum, Chunradi poſtremi Rheni palatini filiam Clementiam, vna cum palatina-

tus ditione, benigne concessit. Vnde nata fuit Agnes, quæ palatinatum Boiariæ coniunxerat, ad Othonem maritum illo pro dote allato.

DVCES BOIARIAE EX STIRPE MARchionum orientalium, siue Austriæ.

1 LEOPOLDVS, diui quondam Lupoldi Austriæ marchionis secundo genitus filius, à Cunrado tertio Imperatore, fratre ipsius vterino, Henrico Superbo proscripto ac Welphonum familia ob crimen læsæ maiestatis ex ducatu Boiariæ eliminatis, substitutus, gubernacula Boiorum primus suscepit. Qua de re Otto Frisingensis frater ipsius, libro Chronicorum septimo sic scriptū reliquit, cap. 23, vbi de proscriptione supradicti Henrici Welphonis Goslariæ facta egisset: Cunradus rex Boiariam ingressus, ducatum Lupoldo iuniori, Luipaldi marchionis filio fratri suo ex parte matris tradidit. Et iterum cap. 25: Dum hæc aguntur in Italia, Leopaldus marchio suscepto à rege ducatu Norico, omnibus pene baronibus ad eum pertinentibus, amoreque seu terrore vltro ad eum confluentibus, primo metropolim ac sedem ducatus Ratisponam ditioni suæ subdidit: post collecto milite copioso, totam Boiariam pertransiens, in ipso eius termino iuxta Lycum fluuium, contra vrbem Augustensem negocia terræ per triduum tractans, strenui iudicis officium exercuit. Et subdit: Luipaldus vero ducatum exhinc Noricum potenter se habere confidens, dum in obsidione castri Phaleia duorum fratrum, qui soli ex Noricis ex parte ducis Henrici steterant, incaute moraretur, Guelpho ducis Henrici frater, ex improuiso collecto milite superueniens, fortissime pugnando, cæsis ex vtraque parte plutibus, multis captiuatis, ducem cedere coegit. His elatus successibus, dum regem quoque non multo post in obsidione castri Wynsperg morantē, pugna adgredi tentat, amissis multis, cum paucis fugitē prælio. Non multo post, duce Luipoldo in vrbe Ratisponna ciuilia iura disponente, ex Palatini comitis Ottonis importunitate seditio oritur. Dux cum suis populo circumquaque cōcurrente, arma arripuit: succensisque aliquibus vrbis vicis, ciuibus tam armorum quam incendii metu discurrentibus, periculum euadens, vrbe recessit, ac vastatis in circuitu agris, ad tempus inde diuertens, collecto milite, non longe à ciuitate castra posuit: tandemque terrore perculsos, pecuniæ pactione in deditionem accepit. Dehinc dedecus à Guelphone sibi apud Phalleiam illatū vlcisci statuens, armata manu ad Lycum vsque progreditur: ibique destructis quorundam inimicorum suorum munitionibus, cunctisque circumquaque vastatis, per fines nostros cum multo ecclesiæ nostræ damno reuertitur. Ipse vero non multo post Ratisponæ infirmatus, in territorio Patauiensi diem obiit: & in monasterio sanctæ Crucis, quod a patre suo fundatum ipse plurimum ditauerat, humatur. eique in Marchia successit frater suus Henricus.

2 HENRICVS, superioris Lupoldi frater germanus natu minor, mortuo Cūrado Imperatore fratre vterino, tam in ducatu Boiariæ, quam Austriæ marchia substituitur: ac pro confirmatione eius principatus, matrimonio Gertrudis, pulsi ducis viduæ, ornatur. de quo Otto Frisingensis frater suus, in Annalibus suis, lib. 2. de rebus à Friderico Cæsare primi gestis, capite 7, sic scriptum reliquit: Fuit namque Henricus iste, Henrici quondam Norici ducis filius: quem, vt alibi dictum est, Cūradus rex è Boiaria eiectum, in Saxonia manere compulerat: ducatumq; ipsius primum Leopoldo marchionis Luipaldi filio, ac deinde fratri ipsius Henrico concesserat. Et iterum, cum restitutionem iunioris Welphonis in ducatum Boiariæ factam sub Friderico primo describeret: Igitur consummato fœliciter viæ labore, princeps ad familiaria remeans domicilia, alloquitur in confinio Ratisponensiū patruum suum Henricum ducem, vt ei de trāsactione facienda cum altero Henrico, qui iam, vt dictum est, ducatum Boiariæ iudicio principum obtinuerat, persuaderet. Cui dum ille tunc non acquiesceret, verum diem alium, quo eum super eodem negocio per internuncios conueniret, in Boiaria versus confinium Boemorum constituit. Quo princeps veniens, Labeslaum ducem Bohemiæ, Albertum marchionem Saxoniæ, Hermannum palatinum comitem Rheni cum aliis viris magnis obuios habuit. Et cap. 32 eiusdem libri, loquēs de resi[illegible]atione ducatus Boiariæ, facta ab Austriaco: Igitur mediante iam Septembre (inquit) principes Ratisponæ conueniunt, ac per aliquot dies præsentiam Imperatoris præstolantur. dehinc principe patruo suo in campum occurrēte (manebat enim ille ad duo Teutonica miliaria sub papilionibus, cunctis proceribus virisque magnis occurrentibus) consilium quod iam diu secreto retentum celabatur, publicatum est. Erat autem hæc summa, vt recolo, concordiæ. Henricus maior natu ducatum Boiariæ per septem vexilla resigna[illegible]. Quibus minori traditi[illegible] ille duobus vexillis marcham Orientalem cum comitatibus ad eam ex antiquo pertinentibus reddidit. Exin de eadē marchia cum prædictis comitatibus, quos

quos tres dicunt, iudicio principum ducatum fecit: cumq; nō solum sibi, sed & vxori cum duobus vexillis tradidit. Neue in posterum ab aliquo successorum suorum mutari posset, aut infringi, priuilegio confirmauit. Acta sunt hæc anno regni eius quinto, Imperii tertio. Ad istam ducatus Boiariæ resignationem, nouamq; ducatus Austriæ inaugurationem, alludit Ligurinus poeta in vita Friderici primi, hoc carmine:

Inde Ratisponam princeps, & publica regni
Cura vocat proceres, & rerum fama nouarum.
Hic inter regis patruum, regisque nepotem,
Hactenus occulto de pacis fœdere, formam
10 *Nunc tandem vulgare parant, & ferre sub auras.*
Quæ qualis fuerit, rerum series ordo docebit.
Nam patruus regis per septem signa ducatum,
Rite resignauit, quæ tradidit ille nepoti.
E quibus ille duo patruo tradenda resignans,
Austriaca iura viro pariter cessura reliquit.
Marchia tunc tellus erat hæc, nunc vero ducatus:
Namque volens priscis defendere nomen honoris
Rex patruo, cum tres comitatus ille teneret,
His quasi compactis, & in vno corpore iunctis,
20 *Consilio procerum celebrem dedit esse ducatum.*
Neue secuturi factum subuertere reges,
Aut reuocare queant, regali tuta sigillo
Argumenta duci monumentaque certa reliquit:
Vtque bono pacis cunctas florente per vrbes,
Hæc quoque regali frueretur munere tellus,
Vltima iuratam suscepit Norica pacem.

Hæc ille de Austriæ ducibus, rerum in Boiaria potientibus.

30 *DVCES BOIARIAE, EX BOIARIIS, PAlatinis videlicet à Scheyren & Witlinspach.*

1 OTTO, præfectus aulæ Friderici primi, comes palatinus à Scheyrn & Witlinspach, antiquissimæ Boiorum familiæ, ab Arnoldo, eiusque quondam patre Leopoldo, fratreque Berchtoldo, Boiariæ ducibus descendentis, qui ante Saxones videlicet rerum per Noricū potiebantur, postea quam Arnoldi filii Eberhardus, Vernerus & Otho, ob crimen lęsæ maiestatis ab Othone primum Imperatore comitatuum angustiis conclusi fuissent, diu inter Boiariæ proceres humi repentes posteros habuerunt: Ottonem palatinum, qui Hungaros accersiuit, parentem vlturus, de quo Otto Frising. lib. 6. cap. 20. hæc scribit: Huius maximę concussionis author fuisse ex Boiaria quidam Scyrensis comes memoratur, qui tamen 40 perfidiæ suæ pœnas soluens, dum Hungaros incautę eductos morti exposuisset, ab eis tanquam traditor necatus est. Porro terra eius in fiscum redacta, & partim à rege (loquitur de Ottone primo) inter ecclesias diuisa, partim hæredibus eius cum castro Scyrensi relicta, æterno anathemati ab Episcopis addicata fuisse traditur. Ex huius origine cum multi hactenus tyranni surrexerint, Otto palatinus comes, perfidi & iniqui patris haud dissimilis hæres, omnes priores malitia supergrediens, Ecclesiam Dei vsque in præsentem diem persequi non destitit. Sic enim, mirabile dictu, quo diuino iudicio nescio, pene tota illa posteritas in reprobum sensum tradita est, vt vel nulli vel pauci vtriusque sexus cuiuscunque professionis seu ordinis ex ea inueniantur, quin vel aperta tyrannide desæuiant: vel omnino infatuati ad omnem tam Ecclesiasticum quam secularem honorem indigni, furtis & latro-50 ciniis inseruientes, vitam miseram mendicando transigunt. Hæc Otto de Scyrensibus comitibus palatinis in ducatu Boiariæ. In qua præterea stirpe post supradictos Arnoldi ducis filios reperi Ethiconem, Rapatonem, Gebehardum præsulem Ratisponens. Georgium monachum, Cunradum, Wernherum tertium, qui ædificauit castrum Widlspach: Ottonem secūdum, qui ex Hadziga Arragonum regis filia, Hermanni comitis à Kasl vidua, tres liberos procreauit, Ottonem tertium, Bernhardum & Ekardum, quem ab euentu audacię ac facinoris cuiusdam egregii sub Henrico quarto editi vulgo & in vernacula lingua chronographi appellitant Hertzog Eckhart mit dem pundschuech/eo quod ad peronem siue calceum detractum in discrimine fugientes Christianos milites iterum pugnæ restituisset. Huius mater Ha[illegible] fundauit circa annū Domini [illegible] monasterium Vischbach, & mon-

tem [illegible] P[illegible] prope Rosenhaym. Ekardus vero, quem diximus cum perone nuncupari, (E[illegible] n[illegible] pundschuoch) reliquit filios Cunradum comitem de Vallav & Gruob, & Arnoldum comitem de Dachau & Landsperg. quorum Cunradus procreauit Arnoldum ducem Rusliæ, interfectum Mediolani sub Friderico primo, & Cunradum monachum in Scheyrn: Arnoldus vero alter fratrum progenuit Henricum episcopum Rarisponensem, Cunradum, Ottonem & Berengarium. Otto rursus Henricum comitem de Vallay tulit (contra quem, bellum gessisse Fridericum primum Imperatorem, Otto Fri[illegible]ng. tradit in eius Cæsaris vita lib. 1. cap. 25) & Cunradum ducem Dalmatiæ, cuius meminit idem Otho Frising. lib. 1. eiusdem historiæ cap. 25.

Sed dimissis his, redeo ad Ottonem magnum præfectum aulæ Friderici primi, & ab eodem in locum proscripti Henrici Welphonis Boiariæ ducem designatum. Cuius pater eodem nomine vocatus, ex Haylca comitissa Leugenfeld filia procreauerat quoque Cunradum Moguntinum archiepiscopum, a Friderico Imperatore, quod Octauiano papæ faueret, priuatum: Fridericum, fundatorem monasterii Embsdorf: & Ottonem sextum, authorem cœnobii Innersdorf, patrem Ottonis septimi, illius videlicet qui Philippum regem occiderat. Porro Othonis, quem ducem Boiariæ, vt diximus, Fridericus primus inuestiuerat, meminit Otho Frisingensis eius temporis chronogaphus, cum obsidionem Mediolanensem describit, lib. 3. de vita Friderici, cap. 35. Igitur Otho palatinus comes de Boiaria, cuius iam sæpe mentio habita est, cum duobus fratribus suis Friderico & Othone iuniore, aliaque sibi coniuncta militia, ad portam quam ipsi vallauerant, diligentius hostium conamina obseruabant. Et iterum capite 45. libri quarti, qui eam historiam prorogauit Raudeuicus canonicus Frisingensis: Vnde factum est, vt eisdem diebus, cum de ciuitatibus vniuersis obsides exhiberentur, ac Otho palatinus comes de Boiaria, Ferrariam ad id negotium promouendum destinatus fuisset, alueum, quo se Padus ad munimentum ciuitatis partitur, absque nauibus transmeans, improuisus ac inopinatus superuenit: ordinarisque ad votum omnibus rebus, quadraginta vadibus acceptis rediit. Placet & quod de hoc ipso Othone Vrspergensis scribit, & quomodo in ducem Boiariæ inauguratus fuerit, referre, cum de Henrici iunioris proscriptione tractat: Cumque Imperator præfato duci (inquit) abiudicasset ducatus duos, & alia bona, singula concessit his quibus apta erant ad retinendum. Sicque factum est, vt ducatum Noricum concederet Othoni palatino de Witlinspach, cuius & supra mētionem fecimus. Qui fretus auxilio fratrum suorū, Cunradi videlicet Saltzburgensis archiepiscopi, qui postmodum fuit etiam Moguntinensis archiepiscopus, Othonis quoque fratris sui, quem effecit palatinum, cuius filius postea Philippum regem interfecit, nec non & Friderici, qui dicebatur Barbatus: horum inquam auxilio ducatum viriliter obtinuit, & ducem de partibus illis expulit.

2 LVDOVICVS, Othonis superioris ex Agnete comitissa à Dachau filius, patri in ducatu Boiariæ successit. Et ex Ludmilla Primislai Bohemiæ regis filia, Alberti comitis a Bogen vidua, procreauit tres filios: Ludouicum secundum, à Friderico secundo Imperatore occisum, & Othonem successorem in ducatu.

3 OTHO secundus hoc nomine in ducatu, Henrici postremi palatini Rhenēsis filiam Gertrudim nomine nactus vxorem, palatinatum familiæ suæ primus adiecit.

4 HENRICVS, Othonis superioris filius, imperante Rudolpho Habsburgensi Boiariis præfuit, Habsburgensi prosapiæ in omnibus aduersus. Is ex Elisabeta Hungariæ regis filia Othonem tertium Hungariæ regem, & Ludouicum tertium progenuit, in palatinatu Rheni & Boiariæ ducatu successorem: & Stephanum ducem, qui ex ducissa Poloniæ Tura Henricum & Ottonem procreauerat. Genuit & filiam Elisabetam, Cunradi regis Hierosolymitani coniugem.

5 LVDOVICVS hoc nomine tertius, in ducatu Boiorum coniugem suam Mariam Brabantinam, ob suspicionem adulterii, Fridpergæ capite affecit. Et post eius obitum, ex Anna Poloniæ regis filia, Ludouicum quartum & Stephanum primum tulit. Habuerat præterea idem Ludouicus Mechtildem, Rudolphi Habsburgensis Imperatoris filiam, in matrimonio tertio. Quem quidam Annales non Henrici filium, sed Ottonis ex palatinissa Rheni tradunt.

6 LVDOVICVS quartus, filius tertii, ex regina Angliæ, Rudolphum palatinum Rheni, à quo omnes postea palatini Rheni defluxere, Adolphi à Nassou regis electi generum, & Ludouicum Romanorum regem procreauit. Licet alii annales, hos non quarti, sed tertii [illegible] extitisse memorent.

7 RV[illegible]HVS, qui diuisis ditionibus cum fratre Ludouico quinto, qui postea rex fuit, palatinatum Rheni accepit moderandum: vbi ex duabus vxoribus, Mechtilde Adolphi comi-

comitis Nassauensis electi in regem Rom. filia, & altera regina Angliæ, progenuit tres filios, & duas filias, videlicet Adolphum palatinum successorem, Rudolphum, Rupertum ex cognomento Ruffum, & Mechtildem comitissam a Sponhaym. quorum Rudolphus in matrimonio duxit ... Rupertus comitissam Iuliacensem habebant. Sed solus Adolphus stemma propagauit, ex comitissa Ottingensi post se relicto Ruperto, Ruperti electi in regem Romanorum patre. Ferunt & sanctam Brigittam Sueciæ principem huiusce filiam extitisse.

8 LVDOVICVS hoc nomine quintus, ducatum Bauariæ in diuisione cum Rudolpho fratre accepit, electus in regem Romanorum aduersus Fridericum Austriacum, qui ex duabus coniugibus, Margaretha comitis postremi Holandiæ filia, & Beatrice Lignicensi ducissa, sex filios genuit, & unam filiam Elisabetam duobus iunctam maritis, Mastino Scaligero Veronensi domino, & comiti V... enbergensi. Filiorum Stephanus, qui & stirpem propagauerat, ex cognomento dux de Monaco: Albertus, ex duce de Straubinga, comes Holandiæ creatus, ... Wilhelmo fratre sine prole, ex ducissa de Briga Wilhelmum alterum Holandiæ comitem ... lerat. Wilhelmus, comes Holandiæ, ob matrem, suæ familiæ primus, ex Mechtilde a Landcaster Angla nullam prolem reliquit: Otto, marchio Brandeburgensis a patre designatus, qui postea filiam Caroli ... Bohemiæ filia coniunxerat: Ludouicus, ob vxorem Ioannam ex cognomento Maultaschyn, comes Tyrolensis inuestitus à patre Cæsare, Menhardum & ... comites Tyrolenses reliquit, postremos generis. Quem ferunt & reginam Daniæ habuisse in coniugio, ante Tyrolensem. Porro Ioanna Tyrolensis, siue Margaretha Maultaschyn, vt quidam vocat, postea secundis nuptiis, aut secundum quosdam tertiis, Rudolpho Sapienti Austriæ duci nupserat, Tyrolemque atque Carinthiam in domum Austriacã traduxerat, cum post Ludouicum habuisset & Ioannem Brandeburgensem marchionem, Caroli IV filium. Sunt qui & Ioannem Leodiensem præsidem, Ludouici regis hoc nomine quinti ducis Bauariæ fuisse filium memorent.

9 STEPHANVS, Ludouici quinti Roman. regis filius, duas habuit in matrimonio, Burggrauiam Norinbergensem, & Elisabetam Siciliæ reginam: ex quibus procreauit Stephanum de Ingolstadio, Ioannem de Monaco, Henricum de Straubinga, Fridericum de Landshuta, & Ludouicum sextum Franciæ regis præfectum aulæ: & filiam Thadeam, ducissam Mediolanensem. Quorum Stephanus duas coniuges habuit, ducissam Cleuensem, & ducissam Mediolanensem: Ioannes comitissam Goritiæ, Fridericus comitissam de Neiffen Sueuam.

10 RVPERTVS, hoc nomine secundus in hac prosapia, comes palatinus Rheni, designatus postea rex Romanorũ, ex Elisabeta Burggrauia Norinbergensi filios genuit, Ludouicum palatinum, propagatorem stirpis Palatinorum: Rudolphum palatinum, Rupertum comitẽ a Sponhaym, propter coniugẽ Elisabetam, Ioannis postremi comitis Sponhaymensis filiam: Othonem ducem de Mosbach, qui habebat filiam Henrici ducis Bauariæ, & ex ea Ioannem præpositum Augustanum; Rupertum præsulem Ratisponensem: Albertum episcopum Argentoracensem, Ottonem comitem: Elisabetam coniugẽ comitis de Rheyneckh, Barbaram abbatissam, & Annam monialem. Præterea Ruperti regis filii fuere, Ioannes palatinus de Nouo foro, qui Palatinatum superiorem in Norico possederat, & cœnobium ibidem Montem gratiæ fundauerat: & ex Margaretha ducissa Pomerana & de Stetyn Christophorũ filium genuerat, vocatum ad regnum Daniæ, maritumq; Dorotheæ Brandeburgensis. Item Stephanus comes designatus Veldensis Zvvaypruckh, qui & postea Ruperto fratre mortuo Sponhaymensem comitatũ possederat: & ex comitissa de Sponhaym progenuerat Ludouicũ comitem Veldensem, cuius vxor fuerat baronissa a Croy: Fridericum comitem a Zvvaypruckh, Ioannem archipræsulem Magdeburgensem, & Rupertum antistitem Argentoracensem. Et Fridericus quidem ex Margaretha Geldrensi Ioannem comitem Veldensem, Rupertum episcopum Ratisponensem, & Stephanum præpositum Coloniensem. Hic notãdum obiter est, comitatum Sponhaymẽtem per Elisabetam quandam, sororem Ioannis postremi comitis, fuisse domui Palatinorum coniunctum, cum Ruperto nupsisset, & illi quintam partem comitatus cum oppido Creutzenach dotis loco attulisset, circa annum Domini 1416. Cuius frater Ioannes, cum haberet quatuor partes in ditione comitatus, post se duas filias reliquit. Quarũ Machtildis Rudolpho marchioni Badensi nupserat, Bernhardi marchionis mater: Loretha vero, Henrico comiti Veldensi coniungitur, mater Friderici comitis ... Veldensis. Cuius vnica filia Anna, copulata Stephano palatino, domui Palatinorum & suam ditionem cum oppido Symern & ... Hunczrukh adiecit. Hinc est quod adhuc in hodiernum vna linea Palatinorum in Symern rerum potitur: vulgo dicti, duces ab Huntzrukh, comites Veldentes & Sponhaymenses. Cæte-

[illegible] prædictus,qui post e [illegible] Veldensis filiam accepi [illegible] ex e [illegible] suscepit [illegible] Rupertum Argentoracēsem præsulem.Ioannem Magdenburgensem [illegible] canonicum Coloniensem, Ioannem canonicum Argentoracensem, & A[illegible] Coloniensem.

11 IOANNES,ex cognomento & sede gubernationis distincta denominatus dux de Monaco,ex comitissa Goritiæ genuit Wilhelmū ducem a Monaco, & Ernestum ducem qui ex ducissa Mediolani reliquit Albertum ducem,cum qui ex Anna Erici ducis Brunsuicensis [illegible] Albertum procreauit,maritum K[illegible]nd[illegible],Cæsaris Maximiliani [illegible]oris.

12 FRIDERICVS,cognomento dux de Landeshuta, ex [illegible] de N[illegible]ffen Sueua genuit Henricū ducem de Landeshuta,& filiam Burggrauio Noruinbergensi locatam.Porro Henricus dux de Landeshuta reliquit Ludouicum ducem ex cognomento Diuitem, patrem Georgii fundatoris Ingelstadiensis Academiæ: & duas filias, quarum vna comiti à Wirtenberga,altera Ottoni Rheni palatino nupserat.

13 STEPHANVS,hoc nomine secundus,dux Ingelstadiensis,frater germanus Ioannis Monacensis & Friderici de Landeshuta,primi videl.Stephani filius, ex Thadea ducis Mediolanensis filia,progenuit Ludouicum de Ingelstadio, qui sequitur hoc nomine in stirpe octauus, & Isabellam,Caroli sexti Franciæ regis coniugem,& alteram Cypri reginam.

14 LVDOVICVS ex cognomēto Diues,dux de Ingelstadio, Stephani superioris filius, Franciæ regis,cuius erat sororius,curiæ magister,ex cognata eiusdem regis ducissa de Langendokh tulit Ludouicum decimum,& Georgium fundatorem Ingolstadiensis Academiæ: quem tamē alii fuisse filium alterius Ludouici,qui Friderici de Landeshuta filius extiterat, autumant.Ludouicus vero ille idem decimus,ex duabus vxoribus, marchionissa Brandeburgensi,& altera nobili de Waldenfels,vnam filiam Catharinā reliquerat.Georgius quoque vnicam filiam Elisabetam Ruperto palatino Rheni locatam,matrem Othonis Henrici qui adhuc in viuis est,& Philippi.Huius tempore Ludouicus nonus Palatinatui apud Rhenum præfuit,frater germanus Friderici Bellicosi,& Ruperti archiepiscopi Coloniensis, Philippi electoris ex Sophia ducissa Sabaudiæ pater.Floruit eadem tempestate Otho palatinus dux de Nouo foro,cuius filius Albertus electus fuerat in Argentoracensem episcopū, anno 1478. Porro in Mosellana regione, Alexander princeps ab Huntzrukh cognominatus,Ludouicum, Rudbertum, & Georgium canonicum Coloniensem ac Argentoracensem reliquerat.Ex Friderico vero comite Sponhaymensi processerunt, Rudbertus præsul Ratisponensis, Stephanus decanus Coloniensis, Fridericus canonicus Coloniensis, Wilhelmus canonicus Treuirensis,& Ioannes comes in Zvvayprukh. Qui rursus ex Nassouensi comitissa, Fridericum & Ioannem genuerat.Quorum in viuis adhuc est Ioannes,vulgo cognominatus dux de Symern & Huntzrukh,pater trium filiorum,Friderici ducis,Georgii ducis,& Richardi canonici Moguntiacensis & Argentoracensis.

15 ERNESTVS de Monaco dux, Bauariæ regens, extincto fine liberis Ludouico vndecimo,& octauo [illegible]lo,qui ex Burggrauia Norinbergensi nullam prolem tulerat, solus rerum in ducatu Boiariæ potitus,filios post se reliquit,Ludouicum duodecimum cognomento Diuitem, Adolphum & Albertum. quorum reliquere filios,Ludouicus, Georgium ducem super oris Bauariæ de Ingolstat, fundatorem Academiæ Ingolstadiensis, natum ex Wirtenbergensi: & Albertus ex Brunsuicensi ducissa Albertum, sororium Maximiliani Cæsaris, [illegible]quit. Quo tempore Philippus palatinus apud Rhenum, vna cum Friderico patruo atque tutore gubernabant. Erant autem Alberto huic,qui Austriacam in coniugio habebat,fratres,Christophorus,Daniæ rex,Sigismundus & Wolfgangus,qui fine hæredibus obierunt.

16 ALBERTVS, Alberti filius, ducta in vxorem Kunigunde Friderici Cæsaris tertii nata,& Maximiliani postea Imperatoris sorore,inferiorem Bauariam gubernandam accepit, duabus illustrem metropolibus Monaco & Landeshuta: Georgio [illegible] superiori relicta,cuius metropoles Ingolstadium ac Neuburgum Lauhyngaque cernuntur.Procreauit vero is ex coniuge Austriaca,quæ ætas nostra vidit, Wilhelmum ducem de Monaco, Ludouicum ducem de Landeshuta,& Arnestum Salzeburgensem episcopum, qui adhuc in humanis est & filias, Sibyllam Palatino, Susannam Casymiro marchioni, & Sabinam Vlrico Wirtenbergensi ducibus nuptas. Hac ætate Philippus palatinus post se liberos orbi reliquit: Rudbertum, patrem Ottonis Henrici de Neuburga, & Philippi de Lengenfeld,quorum alter adhuc vi[illegible] Lud[illegible] [illegible]mum tertium, electorem Imperii superioris [illegible] Fridericum de Nouo foro ducem electorem nostræ tempestatis: Wolfgangum [illegible] mite de Veldentz, Georgium episcopum Frisingensem: Henricum episcopū Wormaciensem qui post fratre[illegible] [illegible] præfuerat: Ioannem episcopū Ratisponensem

[illegible], & Philippum Spirensem episcopum. [illegible] in viuis sunt adhuc, Fridericus elector, O[illegible] [illegible]icus dux de Neuburga, & W[illegible]gus dux de Veldencz.

WILHELMVS, Alberti filius maior natu, ex Maria Iacoba marchionissa à Badē, Philippi marchionis filia, Theodonem, qui obierat puer, & Albertum procreauit, qui nostro tempore, dum hæc scribimus, Bauariæ gubernacula tenet: ex Anna Austriaca Ferdinandi Rom. Hungariæ & Bohemiæ regis filia, multorum iam & ipse liberorum pater: cuius stirpem nob[illegible] [illegible] seculorum [illegible] super omnia est, & potest quæ[illegible], prouehat atq; accumulet, Christus Opt. Max. Atq; de regibus ducibusq; Boiorum hactenus. Supererat [illegible] eius gentis minores principes omnes, ministerisq; insignes ex[illegible] licemus. Quorum memorantur celebriores, qui q; in Annalibus adnotati, diplomatibusque passim ante patrum memoriam subscripserunt marchiones Boiarii orientalis, vbi hodie est regio supra A[illegible]um, imperia[illegible]: mar[illegible]iones Vogburgenses, qui totam pene Nordgouiā, partemq; Voitlandiæ tenebant: Mar[illegible]iones A[illegible]decenses in A[illegible] regione, Franconiæque & Norici co[illegible] ditiones extendebant: Burggrauii & Landgrauii Ratisponenses: Burggrauii Norici, tue No[illegible] [illegible], qui adhuc supersunt, [illegible] exempti: Landgrauii Leuchtenburgenses, quos puto à Ratisponensibus descendisse: Palatini Seyrenses & Witelspacenses, vt de primordiis hodierni Boiariæ duces repetunt, vt supra ostensum est: & Palatini Crayburgenses, quor[illegible] [illegible] Ortenburgenses in Bauaria [illegible] sunt. Iam vero comites principes Boiariæ, quot sub ditione sua [illegible] tenebant, quorum videlicet ab Oriente ad OE[illegible] pagos possidebant, incip[illegible] confluentibus OEni, comites de Hals & Halsperg, comites de Neyvburg & Varnpach, comites de [illegible]bach, comites de Dorrenberg, comites de Rotall, comites de Peytengavv, comites de Lebnavv, comites de Burkhausen, comites de Gruob, comites de Wasserburg, comites de Hohenberg OEni, comites de Hohenvvard, comites de Burgekh, comites de [illegible], comites de Murrach, comites de Portengavv, comites de Totovvcys, comites de Velburg.

Nec pauciores vero Danubii ripas comitatus sub Boiorū imperio occupabant, à confluentibus OEni ordiendo: comites de Bogen & Wymperg, comites de Reichenpach, comites de Piburg & Vils, comites de Ranteshouen, comites de Rietenberg & Rotenek, comites de Abenperg, comites de Abach, comites de Hohenfels, comites de Rorbach, & comites de Traubach. Sic rursus ab occidente ad Lycum fluuium agros tenebant, & prædia, insignes ac peruetusti comites de Griesbach & Reyn, de Schrobenhausen, de Witlēspach, comites de Diessen, comites de Moringen, comites de Vallay, comites de Dachavv, comites de Pal, comites de Wolfratzhusen, comites de Landsperg, comites de Amergavv & de Wildensee. Habitabant præterea in mediterraneis ducatus Boiariæ quondam celebres ac opulenti comites de Ebersperg, de Mospurg, de Geissenhausen, de Messenhausen, de Dempe[illegible], de [illegible]rienpach, de Arnsperg, de Koczēberg, de Hilpoltenstayn, de Malasperg, de Stefingen, de Werdeofels, de Halfassen, de Laichingen, de Gebrechingen, & alii pleriq;. His adnumerandi sunt, qui in marcha Boiariæ, Vogburgensiq;, & his proximi sub Boiariæ principum imperio colebant, antequam hæ fuissent authoritate Imperii Boiorum principatui ademptæ prouinciæ. In marcha quidem Boiariæ, vbi est hodie regio supra Onasum, comites quondam fuerant de Hag, de Beilstayn, de Machland, de Klam, & de Styra. In Nordgouia vero, vbi Vogburgenses quondam marchiones principabantur, comitatus Boiariæ ditioni subditi commemorantur, de Camb, de Lupurg, de Gebitzhausen, de Hohenberg, de Sul[illegible]bac[illegible] C[illegible]l, de Amertall, de Treich[illegible]lingen, de Truhendingen, de Ottingē, de Hirsperg: qui hodie adhuc, sed exempti, supersunt.

Manent quoque Boiariæ adhuc principi subiecti, comites ab Ortenburg, & comites de Haga: reliquo[illegible]m omnium familiæ interciderunt, tot seculis. Quemadmodum & barones de Labern, de Spilberg, de Ward, de Zvvisel, de Camberg, de Grundstayn, de Ca[illegible], Tusch, Sch[illegible]tner, &c. de quorum singulis pauca ex historica deinceps sum fide dicturus.

ALIA GENEALOGIA PALATINORVM SCYrensium, secundum Ioannem Auentinum, qui de primordiis horum principum libro quarto Annalium hæc scribit, in historia Ottonis primi Imperatoris: Ad Ottonem reuertor (inquit) qui vndique armorum procellis frementibus, ingenti animo fortunæ inclinantis restitit: fretusque Deo, comparato exercitu, hostes suos aggreditur: & primo Boiariam petit, Reginoburgum aliquot mensibus obsidet, vrbem ad deditionem cogit, Berchtoldum fratrem ARNVLPHI [illegible] Boiariæ re[illegible] præficit, eique neptem suam ex sorore Gerburga, filiam [illegible]alberti, de[illegible]. ARN[illegible]LPHVM inferiorem

atq; Hermannum fratres Eberhardi, curatores templi Fruxinensis, pr[illegible] prætorio Boiariæ declarat, quæ tum maxima dignitas secundum Regulum erat, Comes Palatinus vocatur. Is vicem Cæsaris præsidendo Senatus principali defungebatur: iudicium Imperatoris implorantibus aderat, iusque reddebat: fiscum Augusti, prædia Salica redditus re[illegible]ios procurabat, Cæsareum censum exhibebat. Nihil citra eius authoritatem duci aut decernere aut statuere licebat. Si senatusconsultum Reguli displicebat, intercedebat Palatinus, ad Cæsaremque referebat. Arnulphus Scyram oppidum in superiori Boiaria in pago Scyrorum (prosapia est Boiorum haud du[illegible]e nobilis[illegible]ima, tum magna, tum vetusta) condidit. Vnde posteri eius Dynastæ Scyrorum co[illegible]nominati sunt: quibus & Abusinam patriam meam, & Kelhaym, & p[illegible]aque alia superioris Boiariæ castella paruisse reperio.

1 LVPOLDVS marchio Austriæ, siue orientalis Boiariæ, interfectus ab Hungaris, sub Arnulpho Cæsare.

2 ARNVLPHVS, siue Arnoldus dux Boiariæ, eo ducatu priuatur ab Ottone, siue Henrico I Imperatore. reliquit filios, Heroldum archiepiscopum Salisburgensem, Eberhardum ducem Boiariæ: Ottonem, Arnulphum & Hermannum, palatinos Scyrenses, quorum episcopus Otto & gener eius Chunradus, Hungaros in Boiariam adduxere: quod spreta familia Otto Imperator magnus fratri suo Henrico ducatum Boiariæ contulisset, & quod Gerhardus L[illegible]eacensis pallium archiepiscopalem ab Agapito papa impetrasset. Idcirco Heroldus archiepiscopus a Ioanne XVI. papa Rauennæ in concilio excommunicatus, qui postea ab Henrico duce Boiorum apud Meldorf comprehensus, excæcatur: suffecto illi in archiepiscopatum Friderico comite à Chiemgaw.

3 ARNVLPHVS, ducis Arnulphi filius, vt scribit Vrspergensis, patre proscripto, missus in comitatum, tractum secus Lycum amnem ab Henrico primo Cæsare, eiusq; filio Ottone primo, feudo accepit: à quo & coniugem suam Gerbirgam, vtpote Imperatoris filiam, nuptum acceperat, cum eius sororem Henricus Imperatoris filius sibi coniunxisset. Tulit vero ex coniuge sua Berchtoldum filium.

4 BERCHTOLDVS institutus ab Ottone secundo aduocatus Fruxinensis episcopii, contra quem cum Henrico Rixoso & Eberhardo Fruxinensi postea conspirauit, proscriptus ea propter in exilium pellitur, relicto filio Babone.

5 BABO, is genuit Ottonem primum, & Babonem primum, comitem ab Abensperg.

6 OTTO Babonis filius, ab Henricho tertio in præfectura prætorii Boiarici confirmatur, à quo & dominium Kelhaymense impetrauit. Genuit vero Ottonem secundũ, abbatem S. Michaelis prope Tridentum, Ekhardum primum, & Arnulphum primum comitem a Dachau.

7 OTTO secundus, ex Hacziga regis Arragonum filia, tulit Ottonem tertium, Bernhardum & Ekhardum secundum. Fundauit Vischpachau. Cuius cœnobii manachos posteri Scyram transtulere.

8 OTTO tertius, primus arcem Wittelspach condidit: à quo alumni generis illius cognomen quoq; sortiti fuere. Cum Welphone Boiariæ duce sub Henrico IIII. profectus Hierosolymam, ibidem obiit, cum ex Richarda coniuge filia magni Saxoniæ ducis, sorore Wilphildis, quæ Henricho octauo Superbo nupserat, Ottonem quartum, Vdalricum & Ludouicum reliquisset.

9 ECKHARDVS Ottonis tertii frater germanus, vulgo Mit dem puntschuech cognominatus, ab euentu quodam egregii facinoris in Palæstina editi, sosecpit Rapatonem.

10 OTTO quartus, tertii filius, author cœnobiorum Ensdorf & Vnderstorf, ex Helica vxore genuit Ottonem Boiariæ ducem, Chunradum Moguntinum, & inde Salisburgensem archiflaminem, Ottonem iuniorem, & Fridericum cognomento Bardum.

11 OTTO sextus, frater Ottonis ducis Boiariæ, qui Friderici primi Imperatoris signifer & præfectus aulæ fuerat, ex Benedicta filia Mangoldi Veringensis comitis, Ottonem tulit Philippi Cæsaris interfectorem, postremum palatinum: a quo ob tam insigne homicidium, præfectura prætorii Boiarici in Attenburgenses comites translata fuerat. Ipse vero non ita multo post exploratus à Collatino à Bappenberg [illegible]te, haud procul à castro suo supra Ratisponam occiditur. Cuius filii pulsi Boiaria, in sylua Westrasiæ agros ac[illegible]eperunt. Vnde aliqui die Waldgrauen/ Syluestres comites deriuant.

CATA-

CATALOGVS MARCHIONVM BOIARIAE, QVI ab oriente inter OEnum Anisumque flu. limitem eius gentis seruabant. Nam, vt eleganter scribit Eginhartus in historia Caroli Magni, Boiariis cum commeatibus exercitus, qui nauibus deuehebantur, per Danubium secunda aqua descendere iussis, ac sic inchoato itinere, prima castra supra Anesum posita sunt. is enim fluuius inter Boiariorum atque Hunnorum terminos currens medius, certus duorum regnorum limes habebatur. Quæ itaque nunc regio supra Anisum vocatur, à Friderico primo Imperatore, vt supra visum est, Austriæ Marchæ adie la, & Boiariæ ditioni adempta, ante illam tempestatem Boiariæ marcha vocabatur. In qua, secundum constitutionem Francorum, vnus princeps, nomine & ductu Boiariæ siue regis, siue duci , imperabat comitibus Styrensi, Bilstaynensi, Machlandiensi, Griespacensi, Iulbacensi, & Hagensi, in litteris vetustis subinde citati. Quorum nomina, quantum memoria repetere licuit, hæc fere deprehendimus.

1 WALTERVS, Caroli Martelli Francorum regis ex sorore nepos, primus Boiorũ marchæ præficitur. Cuius filii Waldramus, Helidandus & Landfridus, cœnobia haud procul ab OEno posuere, Benedictbeurn, Schlechdorf, Staff. Huius quoq; prosapiæ Syrus patriarcha Aquileiensis, Beurn cœnobium haud procul a Salczburga construxit. De hoc Walthero primordia sumpsere comites de Pleien, qui in vicinia Salisburgi agros habuerunt: & latius ditionem extendentes in Marchiam orientalem, isthic in limitibus Morauiæ Hardekh & Tetraspurg castra construxere, comites a Pleien & Hardekhe nuncupati, qui circa annos Domini 1260. desierunt, Ottone & Chunrado comitibus postremis in acie ab Hungaris interfectis.

2 ALBERTVS & Occarius, siue Ottocarus, vt alii habent Annales, à Pipino Caroli magni patre marchæ Boiorum præfecti sunt: quorum alter S. Hippolyti cœnobium in nemore Viennensi, alter Tegorinum haud procul ab OEno flumine, Saluatori nostro à se cõstructum consecrauit: atq; ibi diui Quirini reliquias, quibus à Zacharia pontifice maximo, ob pulsos ex Italia Sarracenos donati fuerant, deposuere: quæ eodem in loco in hunc vsq; diem coluntur. Porro ab his marchionibus aliqui prosapiam nobilissimam comitum a Beilstayn & Schala deriuant, qui multa per totam Austriam Boiariamq; prædia habuere, & ante annos quadringentos circiter esse desiere. Manet adhuc Schallaburg castrum prope Melicum cœnobium, vbi & Billstayn ruinæ cernuntur: & cœnobium Seisenstayn, ab hac stirpe positum.

3 SVIDIGERVS, ab eodem Pipino rege Francorum, marchę Boiariæ, hoc est limiti regni Francici post supradictos præficitur. Cuius meminit Eginhartus in Annalibus suis, cum de Griphone Pipini fratre tractat: Gripho (inquit) Saxonum fidei diffidens, Boiariã petiit: & copiis quæ de Francia ad eum confluebant, ipsum ducatum in suam redegit potestatem: Tassilonem & Hiltrudim in deditionem accepit: Svvidigerum ad auxilium sibi venientem suscepit.

4 GERHOLDVS, Hiltebrandi Sueuorum ducis filius, & Hildegardis Caroli magni Imperatoris coniugis frater germanus, à sororio suo tutelam limitis in marcha Boiariæ cõsequitur. Cuius idem Eginhartus in hæc verba meminit: Accepit etiam tristem nuncium, de Gerholdi & Erici interitu: quorum alter, Gerholdus scilicet Boiariæ præfectus, commisso cum Hunnis prœlio occiditur. Commemoratur idem in vetustissimo Annalium codice ante annos 400. scripto in membrana, hisce verbis: Anno Domini 798. Gerhold piissimus signifer Caroli, in pugna occiditur ab Hunnis. Is fuit comes & præfectus ducatus Boiariæ, marchioq; orientalis, terræ scilicet Austriæ, quæ & Auaria dicebatur. Plura lege de eodem illo Gerholdo supra in Catalogo ducum Boiariæ, cum & dux postea à Carolo sit eius gentis constitutus.

5 THEODERICVS, primo dux militaris in Pannonico bello, à Carolo magno postea etiam præfectus limitis constituitur, vt ex diplomate antiquo Ludouici Pii, & isto Eginhar[illegible] loco elucessit: Transacto autẽ verno tẽpore, circa æstatis initium, Rex de Wormacia mouens, Boiariam ꝓfectus est, ea meditatione, vt Hunnis actorũ suorũ vicẽ redderet, & eis quanto celerius posset bellũ inferret. Cõparatis igitur ad hoc ex omni regno quã validissimis copiis, & commeatibus congregatis, bipartito exercitu iter agere cœpit. Cuius partem Theoderico comiti & Meginfrido camerario suo committens, eos per Aquilonarem Danubii ripam iter agere iussi[illegible] ipse cum alia parte, quam secum retinuit, Australem eiusdem fluminis ripam, Pannoniam petiturus, occupauit: Boiariis cum commeatibus exercitus, qui nauibus deuehebantur, per Danubium secunda aqua desc[illegible]ndere iussis. Ac sic inchoato itinere, prima castra supra Anasum posita sunt. nam is fl[illegible]uius inter Boiariorum atque Hunnorum terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habebatur.

Ibi supplicatio per triduum facta, vt id bellum prosperos ac fœlices haberet euentus. Tum demum castra mota, & bellum genti Hunnorum à Francis indictum est. Pulsis igitur Hunnorum præsidiis, ac destructis munitionibus, quarum vna super Cambum fluuium, altera iuxta Comagenos ciuitatem in monte Cumeonberg vallo firmissimo erat extructa, ferro & igne cuncta vastantur. Cumq; rex cum eo quem ducebat exercitu, vsque ad Arrabonis fluenta venisset, transmisso eodem fluuio, per ripam eius vsq; ad locum in quo is Danubio miscetur, accessit. Ibiq; per aliquot dies stati... habitis, per Sabariam reuerti statuit. Alias vero copias, quibus Theodericum & Meginfridum præfecerat, per Brehamos, via qua venerant, reuerti præcepit. Sic peragrata & deuastata magna parte Pannoniæ, cum incolumi exercitu Francorum in Boiariā se recepit. Hæc Eginhartus. Meminit porro eiusdē Theoderici, vt marchionis in limite Auarico, diploma sequens: quod ob Gotofridi mentionē, eius historiæ subnectendum censui. 10

6 Gotofridus, a Ludouico Pio, Caroli magni filio, forte Theoderico suffectus, à quo priuilegium Patauiensi cathedræ datum de distinctione marchæ & episcopatus, siue diœceseos illius, & hunc & eius antecessorem Theodericum, commemorat hisce verbis: In nomine Domini Dei saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus diuina ordinante clemētia Imperator Augustus. Nullum fidelium nostrorum ambigere credimus, qualiter dominus & genitor noster, beatæ memoriæ piissimus Imperator Carolus, regnum Hunnorum suæ ditioni, non sine magno prœliorum labore subiugauerit, & homines terræ illius cultui Christianæ religionis mancipauerit, in tantum, vt iam in eadem prouincia multas ecclesias 20 ob Dei reuerentiam & renouari, & à fundamentis extrui faceret. Inde Dei iussu super deuastationem Patauiensis episcopatus misericordia motus, plus cœleste quam terrenum lucrum desiderans, quędam loca ad eandem ecclesiam sancti Stephani protomartyris, in qua sanctus Valētinus corporaliter requiescit, vbi tunc Waldaricus venerabilis episcopus præerat, tradidit. Hoc est, in prouincia Auarorum quendam locum qui vocatur Lytaha, & in terra Hunnorum Zeysenmurum, Trasmam, Wachowam, Pielagum, Nardinum, Roede, Aspach, Wolfesciana, Erlapha, & in Artagrum basilicas duas, & in Saxina basilicas duas, & totidem in Fabiana. Sed postquam dominus genitor noster piæ memoriæ Carolus Imperator defunctus est, marchiones eiusdē prouinciæ eadē loca iure quodam alienare, & eorū potestati subdere conati sunt. Cum autem Reginherus episcopus effectus est, deuitans discordiam & litem, Gotofridum marchionem & iudices illius prouinciæ in præsentiam no- 30 stram fecit venire. Nos vero iuxta legem, & iudicio totius populi, iuxta traditionem prædicti Imperatoris, loca superius nominata ita distinximus: (& concludens diploma subiicit.) Proinde ergo Imperiali nostra authoritate iubemus ac distinguimus marcham ita, vt à Lytaha iuxta fontem qui vocatur Scombrunno, cum omni integritate, sicut Theodericus habuit in sua potestate, & Ceisenmurus cum tali marcha, vt genitor noster Carolus decreuit: & quæ plura sequuntur, vbi locorum mentio fit, quæ etiamdum extant in superiori Austria, nominibus parum inuersis, Mochinlevo, Zymburch, Saxina, Narden flu.

7 Gerholdus, hoc nomine secundus, commemoratus in gestis Ludouici primi, 40 ab Herimberto his verbis: Cui Imperator, quia fama erat, Bulgarorum regem à suo quodam optimate aut regno pulsum, aut interfectum, respondere destitit: illoq; expectare iusso, propter famæ certitudinem Bertricum palatii comitem ad Balderichum & Gerholdū comites & Auarici limitis custodes in Caranthanorum prouinciam misit. Et iterum alio loco, cum de Aquileiensi conuentu loqueretur: Adfuerunt & in eo comitatu Balderichus & Gerholdus comites, & Pannonici limitis præfecti. Fit præterea mentio huius marchionis in diplomate à duobus fratribus, Ludouico & Lothario nimirum, Ludouici Pii filiis, cœnobio Crembs monasterio in Austria superiori concesso, ita: In nomine Domini & saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus & Lotharius, diuina ordinante prouidentia Imperatores Augusti. Si erga loca diuino cultui mancipata, Imperiali more beneficia largimur op- 50 portuna, id nobis procul dubio ad stabilitatem Imperii nostri, & animæ salutem proficere, minime dubitamus. Notum esse volumus idcirco, cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ tam præsentibus quam futuris, quia ad deprecationē dilecti filii nostri Ludouici regis Boiariorum & Gerholdi comitis, concessimus cuidam monasterio nostro, cuius vocabulum est Chremsa, quod est constructum in honore & veneratione Domini saluatoris nostri Iesu Christi situm in pago Trungevv, vbi præsenti tempore vir venerabilis Sigehartu abbas præest, & monachis ibidem pro tempore degentibus, quoddam territorium, quod est in pago Grvmzwicze, iuxta montem Sunkerberg, quod vsque modo Seruii vel Slaui eiusdem monasterii ad censum tenuerunt, qui ad portam comitis fulciebatur: vbi etiam mo-

nachi de præfato monasterio ecclesiam & domos & cætera ædificia construxerunt. Quod territorium ita terminatur. Incipit enim ex plaga orientali à Sumerbach, sicut missi Geroldi comitis designarunt, vsq; in Chalama: & quæ sequuntur. Huius Gerholdi mentionem facit diploma cœnobii Chrembsmunster superioris Austriæ, in hæc verba: In nomine Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, Nos Ludouicus & Lotharius diuina ordinante prouidentia Imperatores Augusti, &c. Et sequitur: Intercessione dilecti filii nostri Ludouici regis Boiariæ & Getholdi comitis, dedimus monasterio nostro in Chrempsa in pago Trungouiæ. Porro credendum est, hunc filium fuisse prioris Gerholdi: & vel cessisse administratione marchæ, ad dignitatem eminentiorem vocatum: vel officio motum fuisse à regi-
10 bus Francorum. Quippe reperiuntur ista tempestate Marchiones orientales alii in Annalibus, videlicet Michelinus, quem Ludouicus Pius oratorem ad Bulgaros miserat, BALDO, Albegerus, & Helmovvinus, à Lothario filio Ludouici Pii marchiæ Boiorum præfectus.

8 WALDERICVS, & eisdem cum Getholdo auspiciis marchę præfuit, & eidem citius extincto successit. de quo Herimbertus in historia Ludouici primi hæc scripta reliquit: Anno Domini 828. conuentus Aquisgrani mense Februario factus est, in quo cum de multis aliis causis, tum præcipue de his quæ in marcha contigerunt, ratio esset habita: & legati qui exercitui præerant, culpabiles fuissent inuenti, iuxta merita, honorum amissione mulctati sunt. Balderichus etiam dux Foroiuliensis, cum propter eius ignauiam Bulgari fines
20 Pannoniæ superioris vastassent, honoribus priuatus, & Marcha inter quatuor comites diuisa est.

9 RATHBODVS, Boiorum marchæ orientali à Ludouico Pio adhuc præficitur, cū Gerholdus atq; Baldricus officio moti essent, quod vastantibus Bulgaris (vt inquit Eginhartus) limes Boaricus nudatus esset. Reperitur is marchio duo bella gessisse pro limitibus cum Morauis, eorumq; principibus: in quorum primo victis Morauis, Brynnonem ducē, Brynnæ videlicet conditorem, Christo vendicauit, doctrina Ottonis Fabianensis episcopi, lustralibus vndis ablutum in Trasmaur ab Adelbyno Salisburgensi præsule, ad quem initia Nitriensis ecclesiæ referuntur. In altero, Ratomarum vlterioris Morauiæ principē, in Gepidarum & Bulgarum fines vltra Tibiscum profligauit. Annales præterea tradunt,
30 hunc bis loco motum ab Ludouico secundo Boiariæ rege fuisse. primo, quod Ratislaum excurrentem in Austriam non repulerit, quo tempore regis filium Ludouicum tertium habuit successorē. deinde reductus in gratiam à Carolomanno regis filio, accusatus quod muneta a Slauis accepisset, dignitatem præfecturæ Orientalis prorsum amisit, vna cum Ernesto Sorabici limitis præfecto. ad postremum priuatus, à Suetibogo Morauiæ regulo in prælio, vna cum nobilissimis Boiorum, Richerio, Berengario, Vtone & Sighardo, occiditur.

10 WILHELMVS & ENGELSCALCVS, à Carolomanno, eiusq; patre Ludouico tertio Boiaricæ marchæ præfecti fuere, de quibus vetustus Annalium codex hæc animaduertit: Anno Domini (inquit) * Wilhelmus & Engelscalcus fuerunt marchiones Austriç.
40 Commemorantur iidem in priuilegio quodam ab Arnolpho Cæsare Crembsmonasterio exhibito: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amē. Arnulphus diuina fauente gratia rex. Si locis Deo dicatis, regnoq; nostro temporalis commodi exhibuerimus solatia, præmia nobis inde conferri non ambigimus æterna. Ideo cunctis Christianæ religionis, præsentis scilicet temporis & futuri, notum esse volumus, qualiter diuino afflatu instructi, & perdilecti abbatis nostri Suelperonis obtentu admoniti, Nos quasdam res iuris nostri, & quorundam infidelitatis contra nos perpetratæ reatu, in nostram publicam ditionem redactas: id est, quicquid Wilhelmus & Engelscalcus germani fratres, comites videlicet quondam strenui, & posteri eorum in terris, vineis, ecclesiis, decimis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis vtriusque sexus, vinitoribus, agricolis, pratis, pascuis, syluis, molendinis,
50 piscationibus, quæsitis vel inquirendis, seu omnibus rebus quæ dici vel nominari possunt, tum quæ ad Eporesburch & Cambe sunt, siue ad Persinatham, quæq; in aliis scilicet Boiariæ atque Slauiniæ locis, vel terminis habuerunt, ad sanctum Agapitum martyrem tradidimus.

Seu quicquid vllius personæ traditionem, diuina augente pietate, ad eundē sanctū concessum vel additū esse constat, omnia & omnib. ad monasteriū sancti Saluatoris, vbi idem electus Dei martyr corporaliter requiescit, cui etiā iam fatus abba moderno tempore præesse dignoscitur, pro diuæ memoriæ decessorū cōmemoratione nostrorū, nec nō pro sempiterna nostra retributione, donamus & tradimus. Et vt hæc authoritas largitionis nostræ, inuiolabilem in Dei nomine, per immortalia secula obtineat stabilitatis vigorem, & a fi-

delibus nostris verius credatur, & diligentius obseruetur, manu nostra subtus roborantes, annulo nostro iussimus insigniri Signum domini Arnolphi largissimi regis. Engelbero notarius ad vicem Dietmari archicapellani recognoui. Datum vndecimo Calendas Maii, anno Dominicæ incarnationis octingentesimo nonagesimotertio, Indictione decimatertia. Anno vero septimo domini Arnolphi serenissimi regis. Signum Arnolphi Regis. Non possum hic silentio transire, quod in Annalibus legi, hos duos marchiones, quod Ratislaus Morauus marchiam deuastasset, exauctoratos, motos officio à Ludouico secundo Boiorum rege, & apud Ratislaum Morauiæ principem aliquantisper in exilio fuisse, donec nacti occasionem, quod Carolomannus regis filius, qui autor exauctorationis fuerat, Brynnonem alterum Morauiæ propioris videlicet ducem occidisset, accepta fide ad Ludouicum regem Ratisponam profecti Carolomannum apud parentem accusarunt, tanquam regno Boiorum inhiaret, & ad huiusmodi consilia Ratislai Moraui opera atque auxilio vteretur.



Quibus credulus senex, filium ab administratione orientalis regni, Carnotumque ducatus remouit: Engelscalco & Wilhelmo restitutis in pristinam dignitatem. Qui exinde graue bellum gessere cum Dlagomaro Morauiæ propioris regulo: qui extincto Brynnone, & Suetibogo capto à Ludouico rege secundo, Morauis iura dabat. In quo bello victores, magnam Morauiæ portionem, quantum videlicet agri à Teya amne ad Istrum excurrit, orientali limiti siue marchæ adiecere. Administrauere Austriacum limitem vsque ad Carolum Crassum Imperatorem, cum is mortuo Carolomanno primum, deinde Ludouico tertio, regnum Boiariæ in fidem accepisset. His filii tribuuntur à Chronographis, WERNHERVS, VZILO, Poppo, Babo, & Megigothus, qui pro marcha bellum gesserunt.

11 ERBO, à Carolo tertio marchæ Boiaricæ supra Anisum fluuium præficitur, circa annum Domini 888. cuius posteritas diu in Austria mansit, comites ac principes à Buten & Varnbach nuncupati. Cuius stirpis nobilissimæ Eckeberto, Cunradus tertius hoc concessit priuilegium. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Chunradus diuina fauente clementia Romanorum rex secundus. Æquitas iusticiæ, & regni authoritas nos admonent, omnium quidem vtilitati prospicere, maxime vero consanguineorum nostrorum, & petitiones modis omnibus promouere & adiuuare. Ea propter petitionibus dilecti consanguinei nostri Ekeberti comitis adnuimus, & in quadam villa sua Neukirchen nuncupata, forum & monetam illi concessimus, atque regali scripto & auctoritate confirmamus. Quicunque enim hoc statutum nostræ concessionis violare præsumpserit, triginta libras auri purissimi componat. quorum partem dimidiam cameræ nostræ, reliquam vero præfato Ekeberto, suisq; hæredibus persoluat. Vt autem hæc nostra concessio firma & inconuulsa permaneat, hanc chartam inde scribi, & sigilli nostri impressione muniri iussimus: & testes qui præsentes aderant, subnotari fecimus, quorum nomina hæc sunt: Henricus Ratisponensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Ennbricho Wirczeburgensis, Reymbertus Patauiensis episcopus, Lupoldus dux Boiariæ, Fridericus aduocatus, Gebehardus comes de Sulczbach, Berenhardus comes de Louenhusen, Henricus marescalcus, Chunradus de Ayza, &c.

Reperio hunc ERBONEM, siue Aribonem, ab ARNVLPHO orientalis regni præside, & Carnorum duce, dignitate motum fuisse, quod filio suo obside dato Suetibogo barbaro, Morauos ad deuastationem Austriæ siue limitis Boiorum orientalis induxisset. Hoc remoto, BERNHERVS & VZILO Engelscalci marchionis quondam filii, Austriam occuparunt, nulla regis autoritate. Quamobrem instinctu Arnulphi ducis Suetibogus Morauiæ princeps eos victos acie cæpit, genitalibus & linguis dextrisque abscisis mutilauit.

12 POPPO & MEGIGOTVS, WILHELMI quondam marchionis orientalis filii, ab Arnulpho, orientalis regni administratore à LVDOVICO tertio & Carolo Crasso constituto, limiti orientali siue Auarico præficiuntur: sub quorum administratione Austria bis vsque ad Arrabonem flu. miserrime deuastatur à Morauorum principe Suetibogo, victis & interfectis, marchionibus vna cum Wolfgero episcopo Fabianensi. Gloriabatur autem Morauus, iussu CAROLI Crassi se ista agere, aduersum ARNVLPHVM orientalis limitis gubernatorem, qui regnum Boiariæ affectare dicebatur. De clade vero ista tum in Austria accepta, Annales quidam hos versus adnotarunt:

Omne

Omne dicit Iesus fieri non stabile regnum,
In se diuiduum, & nil dissociabile firmum.
Hinc dolus, anxietas, tibi formosissima tellus:
Hinc labor exoritur quondam Pannonia felix,
Hinc patria planctus est, & miserabile funus.

13 ARNVLPHVS, Carolomanni regis Boiariæ nothus filius, ex concubina Lytovuynda Carna, dũ adhuc in minorib. esset Carnorũ dux, à patre limitis orientalis generalis gubernator constitutus, à Ludouico quoq; tertio patruo Carinthiæ dux & comes in Mospurg creatus, post cladẽ istã in qua Ipponẽ & Megigothum marchiones Austriæ occubuisse diximus, à Carolo Crasso patruo, vt relicto ducatu Carnorum in persona, quod dicunt, limiti assideret, eumque aduersus Morauos tueretur, iussus: in hanc in primis curam incubuit, vt vtriusque Morauiæ regulos Suetibogum & Vratislaum ex hostibus amicos faceret, ad Tulnam Austriæ oppidum fœdus cum barbaris iniuit, Suetibogo in domum suam adscito. cui & Gisalam sororem coniunxit, & filio suo susceptorẽ in baptismo adhibuit, filiumque à Barbari cognomine nominauit. Cuius rei & Ioan. Auentinus meminit lib. 4. Annalium Boiorum, in hæc verba: Imperator (loquitur de Carolo Crasso) tandem ex superiori Bauaria in Pannonias & fines orientalis Boiariæ ad componendum tumultum hunc proficiscitur, ad flumen Tullanam, montemque Comagenum conuentum Boiorum atque Venedorum egit. Ibi Suetibogo in verba sua iuranti, Morauiam tum latissimam Slauorum tetrarchiam, conterminam Boiariæ, dat in fidem. Cæterum ducatu Pannoniæ secundæ, quæ tum portio Boiariæ erat, & ad inferiorem partem Draui Sauique amnium, & ad Danubiũ pertinebat, Vratislao viro bellicoso commendat: totius vero regni Borarici curam Arnulpho filio Carolomanni regis Boiorum & Italiæ, nepoti suo, tradit & committit. hisce peractis, in Italiam se confert. Hæc ille. Præterea inuenio, Arnulphum in eius administratione duos celebres cõuentus procerum in Austria, siue limite orientali habuisse: primum in Homontobergo (Hamburgũm existimo) in quo Stephani V. Pontificis Romani legatos audiuit, auxilia contra Sarracenos petentis, & Vidonis Lamberti Tuscani oratores. In eodem & Suetibogo Morauo Bohemiæ tellurem feudo concessit. Alterum conuentum celebrauit Arnulphus in Hengstofeldo (hodie castrum prope Leuberstorf. Austriæ, hoc nomine appellatur Engsterfeld, victoria de Turcis anno 1532. reportata nobile) cui conuentui interfuere, Vratislaus Poloniæ princeps, Falco archiepiscopus Rhemensis Caroli posthumi Galliarum regis legatus, Otto Andegauensis Galliarum regni tutelam resignans. Ad hunc conuentum quia Suetibogus Morauorum dux vocatus non venerat, & quod rebellionem moliri videbatur, hostis iudicatur. Adfuere & Hungarorum legati, qui primum ex Asia venerant, incertis sedibus errantes: si agri illis in Pannonia concederentur, aduersus Morauos auxilium pollicebantur. Quibus dum Arnulphus concessit Daciam ripensem, quam Tibiscus irrigat. Interim totis viribus bellum aduersus Suetibogum apparat, quem tribus locis proximo est anno aggressus, Hungaris in commilitium adscitis: & ab occidente atque arcto Belgis, Saxonibus, Lotharingis, Turingis, Sueuis Boiariisque & Francis prementibus, Suetibogum tandem subiugauit, magna veteris Morauiæ parte limiti Francorum orientali adiecta, quanta hodie à Posonio & Tyrnania Tibiscum versus propagatur.

14 ENGELSCALCVS, hoc nomine in administratione limitis orientalis secundus, quem Auentinus Angilodiconem appellat, gener Arnulphi, socero ad regnum Boiariæ atque fasces imperii vocato, succedit, circa annum 895, addito in partem laboris Vuilhelmo patruele. Qui accusati peculatus apud Arnulphum, quod corrupti à Suetibogo Morauo limitẽ denudassent, officio mouentur. Et Vuilhelmus quidem Ratisponæ capite afficitur, Engelscalcus vero excæcatur in publico conuentu. Exaggerabat crimen obiectum, quod filiam Cæsaris dimisisset. Huius frater vindictæ cupidus, Morauos rursus in arma sollicitauit. Quibus tamen obuiam proficiscens Arnulphus, hostes vicit: & vt daret filium obsidem, Moemarum nomine, coegit. Quem vna cum fratre Suetibogo seniore mortuo, Arnulphus in principatu Morauiæ confirmauit.

15 HVNIBALDVS, ab Arnolfo Cæsare marchæ Boiorum præficitur circa annum 89 . Sunt qui hunc filium Arnolfi fuisse scribunt. cuius filii Berengerus, Reginoldus, & Gerhardus, ab Hungaris interfecti sunt, circa annum Salutis 903.

16 ENGELRICVS sororius Hunibaldi, ab Arnolpho Imperatore socero in limite Boiarico marchio constituitur, aduersus Hungaros. magnisque iam copiis in Germania

excurrentibus, circa annum Domini 895, interficitur ab Hungaris. Cuius filii amissa præfecturæ dignitate, in comitatus diuisi sunt, Burkhausen, Machland, Klam, & eos qui appellabantur aduocati Ratisponenses, comites de Trasama in Austria inferiori, à quibus dapiferi de Leugenbach recta linea descendunt. Cuius nobilissimę prosapiæ alteri cuidam Engelrico, Otto secundus Imperator marcham talem iterum confirmauit, & vsque ad fines Hungariæ pene, Trasamam fluuium videlicet, & Kaumberg montana, extendit. cuius priuilegii series in altero Engelrico ponitur.

17 LVIPOLDVS, siue Lupoldus, dubium an superioris Engelrici filius, vel, vt alii autumant, Adalberti comitis Babenbergæ filius, & Alberti primi marchionis orientalis frater germanus, interficitur vna cum Ludouico Cæsare Arnolphi Imperatoris filio, & aliis plerisque Germaniæ proceribus, ab Hungaris, in Bojaria haud procul à Lyco fluuio: relictis duobus filiis, qui ducatum Boiariæ ordine consequuti fuerant, Arnoldo, quem Malū cognominant, & Berchtoldo.

De hoc Lupoldo, cuius filii Arnoldus & Berchtoldus Boiariæ duces fuere, scribit Io. Auentinus lib. Annalium Boiorū 4. cum de Morauiæ regulorum Moemari atq; Suetibogi discordia scribit: Suetibogus quoq; Cæsari obtemperabat, Moemarus autem imperata detrectabat: Aribo præfectus, Lupoldus progenitor principum nostrorum, Austriaci dux limitis, Augusti iussu arma in Morauiam mouent: eos qui dicto audientes non erant, igne ferroq; perdomitant. Per idem tempus Aribertus Boiorum dynasta, quod hostibus faueret, munera ab his acciperet, ab Vratislao in vincula coniicitur, Luipoldo superiori traditur, cathenatus ab eodem Imperatori exhibetur, qui tum hyemabat in Norico apud Rantendorf OEno cōterminum, vbi nunc templum Aurelianorū mystarum est, proxime vrbem Braunau. Contra hunc Eysenrichus quidam Boiariæ regulus, limitis præfecturam ambiebat: quam vt adsequeretur, se Moemaro Morauiæ principi adiungit: atq; illius gratia Suetibogum fratrem comprehendit, Moemaroque tradit, qui tamen liberatur per Arnolphum: qui deprehenso negocio, in Mutara Austriæ ciuitate obsessum Eysenrichum cæpit, & captum Ratisponam duxit. in quo itinere negligenter custoditus fuga ad Morauos elapsus est. Docebat tum Euangelium in Morauia Vuichingus, qui relicto Moemaro ad Arnulphum defecit, à quo Laureacensis archiepiscopus constituitur. De quo in peruetusto Annalium libro hæc verba legi: Circa illa tempora (loquitur de anno Salutis 902) Eugenius secundus Zvuitibaldo duce impetrante, Vichingum consecrauit archiepiscopum: & nequaquam in illum antiquum Laureacensem archiepiscopatum cū transmisit, sed in quandam neophytam gentem, quā ipse dux bello domuit, & ex paganis Christianos esse parauit. Ipse tamen Bichingus postea Laureacensem archiepiscopatum obtinuit. Hæc annales.

Porro ab omnibus Chronographis huic Luitpoldo magna laus tribuitur, quod Hungaros euocatos per Arnulphum contra Morauos, & Boiariam orientalem subinde depopulantes, fortiter vicerit: adeo quod postremo in pugna pro Christo occubuerit. Placet mecum ex Auentino adferre, lib. 4. Boiaricæ historiæ: Inter hæc primus Luitpoldus (inquit) præfectus militaris cum paucis, cum Richario Batauiensi episcopo infesta acie Vgris obuiam ire, perfidiam vlcisci festinant. Hoc vbi Cussal comperit, cedit, castra ad Viscam amnem infra Viennam Austriæ cum principibus suis locat. At partem eius exercitus qui ab Aquilone vsque ad Anassi ostia cuncta attriuerat, ibiq; sedens pro victore se agebat. Luitpoldus adsecutus de improuiso, inopinatus adgreditur. Primo impetu mille & ducentos in Danubium agit, præcipitat atq; submergit, cæteros in fugam dat, cædit, prosternit, vsque ad Presburg, nunc primam Hungariæ vrbem. Vbi traiecto Istro Cussalem, victoria cum suis exultantem, inuadit, aciem perrumpit, turbat, regem cum maximo procerum suorum numero ad superiorem amnem Viscam interficit. Nostri cæsis hostibus, ibi statiua dies aliquot habent, Deo immortali gratias agunt. per omnia templa Boiorum supplicatio decreta est. Hæc Auentinus. Est autem occisus iste Lupoldus haud procul [illegible] aureaco, in altero prælio quod cum Hungaris habuerat, anno Domini 9[illegible]. In quo desiderati sunt præcipui Boiarici regni proceres, Arebertus, Iringus, Babo, Luitfridus, Diethboldus, Bero, Hebbo, Piligrinus, Hattechus, Rudmundus, Vualtherus, Meginvuardus, Hathochus, Gumpoldus, Albertus, & tres Isingrinii. Sepelitur in castro Melicensi, quod postea in cœnobium versum erat, vna cū Adelhaide coniuge, Ottonis Saxonis filia matre Arnoldi & Berchtoldi ducum Boiariæ.

18 ERBO & Gebhardus, interficiuntur ab Hungaris, vna cum filiis Vdone & Hermanno, circa annum [illegible]10. ab Arnoldo Lupoldi filio ad ducatum iam vocat[illegible], marchæ præficiuntur. Is Erbo, siue Aribo, magister militiæ Ludo[illegible] [illegible] regis

fuerat

fuerat, Luitpoldo in bello aduersus Hungaros à Cæsare adiunctus: & qui euaserat, quod in Anassoburgo cum Batauiensi antistite substitisset, nec pugnæ interfuisset. idcirco occiso Luitpoldo, in præfectura limitis orientalis à Ludouico Cæsare & vltimo rege Boiariæ substituitur. De quo Auentinus libro 4. historiæ Boiaricæ hæc annotauit, quæ non pigebit fidei ergo subiicere: Sub idem tempus Boiorum vniuersi episcopi, præsules, nobiles, proceres, ciues, quibus iter in orientale Boiariæ regnum, quam Austriam vocamus, erat ad Ludouicum regem Vtinum conueniunt, rapacitate publicanorum, magnitudine portoriorum, vicos, ciuitates, colonos, sacerdotes expilari & exhauriri conqueruntur. Rex benigne supplices audit, negocium cognoscit. Ariboni Austriaci limitis duci præcipit, vt cum Boiis orientalibus à senioribus diligenter inquirat, quonam pacto portoria tempore Ludouici & Carolomanni regum Boiariæ data sint. Præterea Theodemaro archiepiscopo Salisburgensi, Burcardo Batauiensi pontifici, Odagrio præfecto negocium committit, sua vice hos defungi, ac in rem præsentem consultare iubet. Fit igitur frequens conuentus Boiorum Rafueldstadii, præsentibus quos iam numeraui Episcopis & Dynastis, Aribone que limitis præfecto. hæc Auentinus: qui illum conuentum, legesque ibi latas recensens, & Lynczii & Eberspergii ad Trunam amnem, & syluæ Batauiensis mentionem facit. Hic non possum mihi temperare, quin de sensu meo aperiam, comites, qui & posterius in Austria claruere, Butenses ac Varnbacenses, ab hoc Aribone descendisse: quorum plerique in gente Aribonis nomen gerebant, victoriis ac fide erga Cæsares celebrati annalibus. Quod de Ekheberto comite à Buten, in bello Mediolanensi interfecto sub Friderico primo, Guntherus Ligurinus testatum facit.

19 SICHARDVS, comes à Sempt & Ebersperg in Boiaria, circa annum Domini 905, à Ludouico rege Carolingorum postremo limiti orientali præficitur: quem aduersus Hungaros diligenter tutatus, magnam portionem veteris Austriæ è potestate Hungarorum recuperauit: Laureacensi castro probe munito, quod & Anassoburgum chronographis appellatur: à quo haud procul, in memoriam gentilitii apud Boios castri, arcem Ebersperg extruxit, & alteram paulo infra in marcha eregione Ibilli Persenburgû. Quas ditiones hæc familia semper in limite Austriaco retinuerat vsque ad Richlitam, vltimam quæ sub Henrico tertio vixit, Adalberonis postremi comitis a Sempta & Ebersperg viduam, quæ in Persenburgo habitasse legitur: & istic Henricum tertium Imperatorem, cum copiis in Hungariam proficiscentem, conuiuio & hospitio excepisse. Porro huius Sighardi filius Ratholdus ab Arnolpho duce Boiariæ Carinthiæ præses constitutus est, cum coniuge Angelmunde: sepultus Salisburgi ad sanctum Amandum, anno XX. post mortem patris: relictis filiis Eberhardo & Adalberone. Quorum Eberhardus in victoria Ottonis primi de Hungaris ad amnem Lycum relata claruit: cui Imperator & octo regulos Hungarorum tradidit, cum multis ignobilibus. Quorum is regulos Toxum, Bultzonem, Schabam, Suaram, ante portam Ratisponæ in crucem egit: cæteros viuos, in scrobe facta Eberspergii, quod posteri in cœnobium mutarunt, defodit.

20 RVDIGERVS cognominatus à Pachlarn, oppido videlicet marchæ, quod adhuc superest hoc nomine in Austria, Erbonis filius erat. limitibus autem præsidebat, quo tempore Henricus primus Imperator cognomine Auceps, Arnoldum malum ducatu Boiorum priuauerat. Quem cum ex officio feudique iure Rudigerus iuuaret, eiusque filios Arnoldum, Eberhardum & Vuernherum, vnde comites Scyrenses, Vnitelspacenses, Dachouienses, Vuolfratzhusen & Bogen descendunt, Cæsaris & ipse in se indignationem conuertit. Itaque limite tandem & Rutigerus pulsus, successorem habuit Andecensem comitem, cum in exilio vna cum duce Arnoldo apud Hungaros in Pannonia moreretur. De cuius sanguine fertur fuisse Piligrinus, postremus Laureacensis archiepiscopus, Ottone secundo imperante: de quo in antiquo annalium libro hi vernaculi Rhythmi leguntur:

Da dise von Bern geschaiden warndan/
Da kamen von Pachlarn die Rudigers man/
Fünffhundert vnder schilde für den Saal geritten/
Lieb war dem Marggrauen das sie es hetten vermitten.
Da rait er weißlichen zu jn durch die schar/
Vnd sagt seinen degen er wer des gewar/
Das jm vnmär warn des Gunthers man/
Ob sie den Puhart liessen/es war jm lieb gethan.
Da sach an zwen Rhakhen Rudiger stan/
Mit waynenden augen/ vnd hett es vill gethan/

Vnd dem es alles dienet lewt vnd land /
Wie jn so viel der burger an Rudiger gewand/
Doch pald hat jm verkurtzt sein starckes leben
Dschlacht/wie er war von Khayser Haynrich vertrieben/
Vnd mit sampt den Hungern an jn gelan/
War geschlagen so offt der Hewnisch man.

Huius Rudigeri mentionem facit Io. Auentinus libro Annalium Boiorum 8. sic scribens: Victor Arnulphus, vota pro victoria suscepta reddit. Boiariæ limites firmissimis munit præsidiis: fratrem suum Berchtoldum, Vennones & Athesinos administrare iubet. Austriæ infra Anasum, Rogerium, armorum Martisq; studiosissimum, inclytum fabulis, Teutonum carminibus, cuius & Metellus Tigurinus in Lyricis meminit, præficit, Vgris opponit. Ibi vicos, templa reparare, colonias Boiorum, Venedorum deducere studet. nam & ante Vgros ea pars Norici cum Pannonia plurib. vicis quam vrbibus frequens fuerat. Carnis rectorem dat Ratholdum Senonum dynastam. Cæteri Vgri qui domi erant, quod repulsi à Boiis, Franciam, Sueuiam, Saxoniam intrare nequibant, facto cum Arnulpho & Boiis perpetuo fœdere, iram in Italos vertunt. Ex quibus verbis apparet, Auentinum Italica externa pronunciatione, quem annales Rudigerum appellant, Rogerium vocare: quo nomine aliquot erant in Sicilia reges, de gente Nordmannorum. Deinde liquet, hunc Austriæ fuisse præfectum, ab Arnulpho Luipoldi quondam Austriæ marchionis filio, qui post Ludouicum Cæsaris Arnulphi filium Boiarios gubernabat: & quem Arnoldum chronographi quidam dicunt, cognomento Malum. 10 20

21 TEODERICVS, vel Tetricus, secundum Auentinum, paucis post Rudigeri mortem, marchæ Boiorum præfuit.

22 EBERHARDVS Arnulphi ducis Boiariæ filius, quem diximus Arnoldum Malum cognominari chronographis, limiti Boiarico præficitur à patre. Quo posterius proscripto, Boiariaq; pulso, ducatum Boiariæ consequitur: vnde tamen pater illum rursus eiecerat, Reginoburgo recepto. Ad quem, vt ducem Boiariæ, extat epistola Leonis noni papę, de anno 918. Auentinus existimat, hunc patrem fuisse Luipoldi secundi Austriæ marchionis, à quo sancti Luipoldi stemma defluxit: quem nos rectius ac verius ab Adelberto Babenbergensi comite, Moguntiaci capite affecto, Ludouico Caroli magni familiæ postremo imperante, deducimus. 30

23 BERCHTOLDVS frater Arnulphi Boiariæ ducis, Luipoldi quondam orientalis marchionis ab Hungaris occisi filius, Eberhardi patruus, fratruele ad ducatum vocato, ab Henrico primo limiti Austriaco præficitur: qui postea Eberhardo proscripto, Boiariæ quoque ducatum consecutus est, in Altaichio cœnobio conditus. De huius marchionis de Hungaris relata victoria, haud procul Vuelsia Austriæ scribit Auentinus libro annalium Boiorum quarto in hæc verba: Per idem tempus Vgri, duplici agmine Boiariæ fines inuadunt. pars Tranos, pars Charmos infestant. Berchtoldus Boiorum regulus duces suos ad Chariones proficisci, hosq; vt tuerētur iubet: ipse robur hostilis exercitus petit. Iuxta Valentiam vrbem Noricorum (Vuelsam intelligit) quam maximo potest impetu, anteqüā gens pugnacissima arcus rursus tenderet, in Vgros fertur: hostem in fugam vertit, in Tranum flumen agitat, atq; submergit, tertio Idus Augusti. Præfecti quoq; Berchtoldi auspicio, apud Chariones eadem prosperitate deuincunt Vgros, ad internecionem delent. Nec antea vnquam gens ferocissima tantum vulnus à nostratibus accepit: more enim pecudū à Boiis mactati sunt Vgri. Porro obiit Berchtoldus, vocatus postea ad ducatum Boiariæ, anno Christi 948. cuius mausoleum cernitur in inferiori Altach, Boiariæ nominatissimo cœnobio. 40

24 GAFRAD, vel Rasso, comes Andecensis in Boiaria, ab Henrico primo in locum pulsi Rudigeri collocatur in marcha. Qua mox ab Hungaris exuitur: reuersusque in regiam maiorum, in eius vicinia Vuerdinsak & alia cœnobia construxit: relatus & ob id, & propter vitæ continentiam, in numerum sanctorum. E cuius semine posterioribus seculis comites Andacenses in Bauaria, comites Goricenses, & Tyrolenses prope Italiam, & duces Meraniæ in finibus Nariscarum & Franconiæ originem trahere dignoscuntur. Huius tempore marcham Orientalem, quæ nunc Austria inferior dicitur, Lupoldus comes Babenbergensis ab Henrico primo Cæsare gubernandam accepit. Vnde marchiones Austriæ ac diui Lupoldi prosapia processere. De hoc Rassone, quem rectius Rathonem nominamus, & per syncopen (quod eum vulgus Graf Rath von Diessen appellabat Germanice, Sand Gafradt quidam Annales vocant) scribit Ioan. Auentinus lib. 5. annalium Boiorum in hæc verba: Vxor Henrici fuit Juditha, filia Arnulphi ducis, raræ pulchritudinis 50

chritudinis & pudicitiæ fœmina, quæ Reginoburgi ibidem sacratarũ fœminarum contubernium, quod inferius vocant, extruxit. vbi eius mausoleum in aditu adhuc monstratur. Diuus Ratho Damasia oriundus, eo tempore orientalis Boiarici regni limitis dux fuit: & cum Iuditha hac supplicandi gratia Hierosolymam profectus est. in ripa Ambronis in superiori Boiaria mistis diui Benedicti templum construxit, cui à vocabulo nomen indidit, ibidem sepultus ab accolis religiose colitur. Eadem tempestate Toxus Vgrorum rex, audita morte Berchtoldi ducis Boiorum, duobus exercitibus fines Boiariæ inuadit, limitem Austriacum & Chationas in confinio Italiæ deuastat. Henricus regulus Boiorum, contractis copiis obuiam hosti armatus procedit: bis aperto Marte cum Vgris congressus, bis pugna superior fuit: Vgrosque, perpaucis fuga elapsis, cædit, fudit, afflixit. Nec ausa est gens cædis auida, de cætero Boios bello lacessere. Henricus, & dux copiarum eius Ratho, in monumentum tantæ victoriæ cœlitus datæ, armati equis insidentes, quemadmodum prælio interfuere, è gypso facti & expressi, indurati que igne, in templo Deiparæ virginis apud Maurkhirchen pagum Boiariæ Noricorum dedicati, positiq; anno æræ Christianæ 948. Vulgus imperitum, Henricum regem, qui ante duodecim annos obierat, credit.

25 BVRCARDVS, de stirpe comitum Veringensiũ, siue Helephantini lapidis, ab Henrico duce Boiorum Ottonis primi fratre limiti Boiorum Austriaco præficitur. Obiit anno 973, sub mortem Ottonis primi.

26 LVPOLDVS (vt vult Auentinus) Eberhardi quondam marchionis Austr[illegible] post & dux Boiariæ fuerat, filius, nepos Arnoldi siue Arnulphi Boiariæ ducis, & Lu[illegible] quondam ab Hungaris occisi pronepos: vel (vt nostra habent scrinia, & Otto Fri[illegible] sis testatur) Adalberti Babenbergensis comitis, capite adfecti apud Moguntiacu[illegible] douico vltimo stirpis magni Caroli, filius, ab Othone secundo & Henrico Rixoso cognomine, Boiariæ duce, Austriæ marchio constituitur. Quem reperio pro limitibus & agris iure contendisse cum Christiano Batauiensi episcopo, super aliquot municipiis, S. Hippolyto, Ceysenmuro, Drasama, Eberspergo, Tullana, & captura Husanum. Sed lata sententia, marchio vicit. cui insuper ad preces Theophaniæ Imperatricis, Ottonis secundi coniugis, prærogatiuæ nouæ scriptæ fuerunt ab Imperio, de nouis colonis in locis desertis deducendis, de vacuatione militiæ, & tributi remissione. Quæ posteris confirmata omnia fuere, & ab Henrico potissimũ Cæsare hoc nomine quarto. Porro progenuit is ex Richarda vxore filios, Popponem archiepiscopum Treuerensem, & Henricum successorem in marcha: qui sancto Henrico Cæsari & Boiariæ duci rebellare ausus, limitis præfectura priuatur: sed iterum restitutus, obiit anno 1014, relictis ex Suandehilde coniuge, Alberto & Luipoldo filiis, ex priuigno Ernesto Sueuiæ duce, qui in matrimonio Gisalam habebat quam postea duxit Chunradus Saliquus, qui post Henrichum Claudum imperauit. H[illegible]rum Luipoldus victis Bohemis tractum vlterioris Austriæ eum vniuersum adiecit, qu[i] Bohemicæ syluæ continguus Boigreich nominatur: donatus eapropter ab Imperator[e] quod hostem suum Vratislaum vicisset, equo Bohemico egregie instructo. Cuius fra[ter] Albertus sororem Petri Hungariæ regis, quem Stephanus Sanctus hæredem nuncupa[ue]rat, in coniugio habebat: qui memorabili victoria celebratur de Ouone, siue Alba re[ge] Hungarorum, secus Trasmam amnem relata. Ideo sororium suum legitimum regem H[un]gariæ expulsum, non solum liberaliter in exilio tenuit: verumetiam cum eo Ratispon[am] ad Henrichũ tertiũ profectus, Germanici regni auxilia implorauit, atque impetrauit. Hinc tres illę in Hungariam Henrici tertii insignes expeditiones factæ: in quarũ prima, suscepta anno 1039. ad tributum Aba rex Hungarorum compellitur, portione etiam regni ab Arabone ad Viscã amnem propagata, limiti Boiorum orientali adiecta. In secunda, quæ fuit anno Salutis 1044, Petrus verus rex restituitur, Aba in villa quadam interfecto, & Hamenburgo munimenti ergo munieipio, in limitibus marchæ orientalis extructo, quod etiamnum in finibus Hungariæ superest. in qua etiam expeditione cum rei frumentariæ inopia periculum Imperator adiisset, proditores ac conscios negocii Nadgerum, Bernulphum, & Machymum, episcopi Frisingensis cognatos in crucem egit. In tertio procinctu, qui fuit anno 1049, Petro regi Henricus tertius apud Albam regalem Hungariæ regnum per hastam auratam tradidit, iusso prius in verba Germanici Cæsaris iurare. In eodem & vacillantes Hungaros, in fide Christi compescuit: & in descensu Persenburgi periculum vitæ adiit, ruina contignationis vetustate cõsumptæ: ex qua Bruno episcopus Wirczburgensis occubuit. Obiit porro Albertus iste anno Salutis nostræ 1056, relicto filio Ernesto: qui aduocatus episcopatuum Salisburgensis atque Batauiensis ab Henrico quarto, ob merita in Cæsares atque Imperium, institutus, occubuit pro eodem Cæsare in Saxonia bello intestino, anno.

De cuius posteris ac tota genealogia, ex professo, & fusius agimus in Commentariis rerum Austriacarum: vt non opus sit nos hic diutius immorari.

27 CHVONRADVS, sub Ottone primo interficitur ab Hungaris. meminit Rhegino Prumiensis in annalibus suis: Anno Dominicæ incarnationis (inquit) 955, Hungari cum ingenti multitudine exeuntes, vt non, nisi terra eis dehisceret, vel cœlum eos obrueret, ab aliquo se vinci posse dicerent, Chounradus quondam dux ibi occiditur.

28 HENRICVS, filius Henrici ducis Bauariæ, qui erat frater Ottonis primi cognomento Hetzel, pater sancti Henrici Imperatoris, ab Othone marchæ Boiaricæ præficitur, vt ex isto loco Rheginonis Prumiensis colligi potest, qui cum cladem descripsisset, Chunradi superioris interitum subdit: Et ab exercitu regis apud Lichum fluuium tanta cæde, Deo præstante, prostrati sunt, vt nunquã antea apud nostrates victoria talis audiretur, aut fuerit. Rex inde reuertens, in Slauos hostes dirigit. Vbi simili potitus victoria, vasta illos cæde prosternit: Vuigmannus expellitur. Henrichus frater regis, desperatis rebus recuperatis, recepto Boiariæ ducatu obiit: cuius filio Hẽricho Pius rex ducatũ, & marchã dedit.

29 ALBERTVS, in peruetustis annalib. commemoratur, ab Hungaris in prælio, cũ marcham strenue tueretur, interfectus, anno Salutis 959.

30 ENGELRICVS secundus hoc nomine, de superioris Engelrici posteritate, ab Ottone secundo præfecturam limitis Boiarici obtinuit. A quo nobilissimi comites de Trasama, qui & aduocati Ratisponensis ecclesiæ, processerunt, multis per Bauariã & Austriam prædiis, castris, ac præclare etiam gestis quondam celebres: & cuius stirpis ante annos quadringentos Vualtherus S. Audreæ cœnobium in Austria supra Herczagburgum, Adelramus Seccouiẽse in agro Styriæ posuere. Habet autẽ diploma ab Ottone Imperatore Engelrico concessum, cũ collatione marchæ Boiaricæ, ita: In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Amen. Otto diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet atque futuris, quomodo nos ob petitionem fidelis nostri Henrici ducis, cuidam Engelrico dedimus, quicquid habuimus in marcha Orientali, inter riuos Dullana, & Ancynespache, aris cultis & incultis, agris, pratis, campis, pascois, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, exitib. & reditibus, quæsitis & inquirendis, cunctisque aliis appenditiis, quæ adhuc dici possunt, sibi in perpetuum tradidimus: ea ratione, vt quicquid sibi libuerit, inde faciat, & Trasamæ, clausuram habeat: & vt hæc nostræ authoritatis donatio præsens & futura ipsorum firma & stabilis permaneat, & semper hoc præceptum inde conscriptum, sigilli nostri appensione iussimus muniri, manuque propria, vt infra videbitur, corroborauimus. Datæ tertio Calendas Maii, anno Incarnationis D. CCCC. XCVIII. Indictione vndecima, anno autem Ottonis regnantis decimo quinto, Imperii secundo. Actum Romæ; Hildeboldus episcopus & Cancellarius ad vicem Vuillegysi archicancellarii subscripsi. Signum domini Ottonis



31 HEMO, cognomento Stilla, refertur in peruetusto annalium codice, regiam tenuisse in Melico Austriæ modo cœnobio. Cui proscripto Imperator Otto III diuisa marcha in duas partes, Lupoldo Babenbergensi comiti inferiorem partem, Pannoniæ adiacentem, sub appellatione orientalis marchæ, quæ postea Austria dicta fuit: & Chunrado cuidam superiorem, Vindeliciæ proximam, ac OEno flumini adiacentem, sub nomine Boiaricæ marchæ, in beneficium contulit. Ab hoc marchione Stilla defluxit nobilissima comitum prosapia, quæ in eiusdem marchæ Boiaricæ finibus manens, labentibus seculis de Stilla & Hefft cognominata fuit. In qua circa annum Domini 1120, Vdalricus episcopus Patauiensis claruit, qui sancto Altmanno successit, autor cœnobii Herczogburgẽsis: quem secutus Reymbertus, episcopus item Patauiensis, templũ sancti Stephani Viennense consecrauit, circa annũ Domini 1142. cuius frater Vuigmannus archiepiscopum Magdeburgensem egit, & Vdiscalcus comes ad Hefft & Stilla, exotsus est intra limites eiusdem marchæ Seytenstettensem abbatiã, circa annũ à reparata Salute 1150. q̃ adhuc hodie in Austria superiori, quã supra Anasum dicunt, superest. Huius filius quoq; Vdalricus nomine præsulem Patauiensem egit, forte suæ stirpis postremus, circa annum à nato Christo 1222.

32 CHVNRADVS, dubium cuius originis vel filius fuerit, in annalibus quibusdam recensetur, & citatur sæpe in diplomatibus, ac fundationum instrumentis.

33 ALBERTVS, commemoratur in priuilegio quodam Patauiensi à Cunrado secundo, dato circa annum incarnationis Dominicæ 1025. In cuius comitatu, vt habent verba diplomatis, ecclesiæ Patauiensi constructa loca, & construenda, idem Imperator ecclesiæ Patauiensi donauit.

34. AL-

34 ARNOLDVS cum successore filio, item Arnoldo, vnde nobilissimi comites de Vuelas ac Labach in superiori Austria, hoc est marcha Boiarica, multis posthac seculis celebres ac præpotentes fuerunt. Gubernarunt hi duo marcham nomine Boioricorum principum, imperantibus Henrico tertio & quarto.

35 GOTOFRIDVS, vltimus marchio Boiariæ in regione siue prouincia suprà Anisum: filius erat iunioris Arnoldi, & frater germanus Adalberonis Vuyrtziburgensis præsulis, eius qui Lambacense cœnobium in Austria supra Anisum, marchæ videlicet Boiorum & maiorum suorum territorio, fundauit. De quo mentio fit in diplomate quodam Lambacensi, eidem cœnobio à Friderico primo Imperatore concesso, in hęc verba: In nomine 10 sanctæ & indiuiduę Trinitatis. Ego Fridericus diuina fauente clementia Rom. Imperator, semper Augustus, notum esse volumus omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quàm præsentibus, qualiter rex Henricus ob interuentum dilectissimæ genitricis suæ Agnetis Imperatricis Augustæ, & ob petitionem felicis memoriæ Adalberonis Vuirtzeburgensis episcopi, bannum mercati in loco Vuelas, & telonium in Lambach, & insuper bannum piscationis de superiori casu Trunæ, & in Agram ab Asyntal vsque ad ea loca ad quæ prædiorum suorum termini pertingunt. Et ab Asyntal sursum communem vtilitatem vsq; ad portũ Vechlaha in Albana, in Ryndbach, & iterũ in Ryndbachet & Staynbach: necnon quatuor nemorum vnum ad Ethervuald, aliud etiam in Buchenloch: duo, quæ vulgò sub appellatione superioris & inferioris Hardis, eo iure quo parentes eius, scilicet auus Ar-20 noldus, & item pater suus Arnoldus, & frater suus marchio Gotofridus, & ad vltimum idem episcopus Adalbero, eundem bannum habuerunt. Et quæ sequuntur. Ex quibus apparet, Adalberonem episcopum postremum fuisse. Vnde coniectura est, marchionibus orientalibus in Austria hanc marcham à ducibus Bauariæ feudi fuisse iure concessam. Quæ haud ita multo pòst, cum filii sancti Lupoldi marchiones orientales Boiariæ ducatum fuissent à Cunrado tertio Imperatore consecuti, & eundem iterum resignasset ad preces Friderici primi Cæsaris, Henricus marchio orientalis siue Austriæ, sancti Lupoldi filius, adempto Boiariæ dominio, & alteri orientali marchæ adiecta ducatum Austriæ, vt hodie visitur, confecit, non amplius à Boiaria, sed ab Imperio feudalem. Id quod & Friderici primi diploma illud testatur, eidem Henrico primo Austriæ duci, super inuestitura eius prin-30 cipatus ex duabus marchis compositi largitum, in hæcce verba:

In nomine indiuiduæ Trinitatis, Amen. Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Quanquam non commixtio ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea quæ gessisse leguntur nulla valeant refrenatione cõuelli, si æquatantum possit esse dubietas, nostra debet interuenire Imperialis auctoritas. Nouerit igitur omnium Christi, nostriq; fidelium præsens ætas, & successiua posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia, à quo cœlitus inclyta pax missa est hominibus, in curia generali Ratisponæ, in natiuitate sanctæ Mariæ celebrata, in præsentia multorum religiosorum & catholicorum principum, litem & controuersiam quæ inter dilectissimum patruum nostrum Henricum ducem Austriæ, & charissimum nepotem nostrum Henri-40 cum ducem Saxoniæ diu agitata fuit de ducatu Boiariæ, hoc modo determinauimus. Dux Austriæ resignauit nobis ducatum Bauariæ, quem statim in beneficium concessimus duci Saxoniæ. Dux autem Bauariæ resignauit nobis marchiam Austriæ cum omni iure suo, & cum omnibus beneficiis, quæ quondam Lupoldus marchio tenebat à ducatu Bauariæ. Ne autem in hoc facto aliquatenus imminui videatur honor & gloria dilectissimi patrui nostri, de consilio & iudicio principum, Ladislao illustri duce Bohemiæ sententiam promulgante, & omnibus principibus approbantibus, marchiam Austriæ in ducatum commutamus: & eundem ducatum cum omni iure suo, přefato patruo nostro Henrico, & pręnobilissimæ vxori suę Theodorę in beneficium concessimus. Et quę plura sequuntur. Ex quibus patet, principes vetustiores Austrię quędam à ducibus Bauarię in beneficium pos-50 sedisse, videlicet marchiam Boiarię inter Anasum & OEnum fluuios comprehensam. Quam Otto Frisingensis, frater Henrici primi inuestiti ducis, eandem historiam tractans in tres comitatus distinguit, vt arbitror, Styrę siue Anaspurg, Machlandię, & Bilstayn. Et hęc quidem de marchionibus Boiarię dicta sufficiant, quam hodie vulgato nomine prouinciolam Austrię supra Anasum vocamus, à peculiari & proprio pręside administratam Austriacorum principum nomine.

MARCHIONES A VOGBVRG, QVIBVS MAGNA PARS *Nordgouiæ & Voitlandiæ parebat, principibus Boiariæ iure feudi subiecti, & qui regiam solebant habere in Vogburgo Danubii paulo infra Ingolstadium: iidemq; comites fuerant de Cambo, Neumarchel & Bergen.*

Hosce marchiones Ioann. Auentinus, limitis Boiorum Septentrionalis Camabini aduersus Bohemos fuisse constitutos, autumat. Quorum ditio à Danubio, & vbi est Vogburgum, infra Ingolstadium per Nariscas, sit extenta ad Franconiam orientalem, & quòd essent adiutores principum Boiariæ, idcirco de Voitburg dictos fuisse, & Voitlandiam eorum prouinciam appellatam. Voiten enim Germani veteres (quam vocem asperiori pronunciatione Sueui Vogtos dicunt) à βοηθεῖν, ab auxiliando appellarũt. vnde & Romani subadiuuas scribas, Boethos nominauerunt. Erant autem metropoles huius limitis, siue marchionatus, vt nos dicere solemus, Vogburgum ad ripam Danubii, Egra, Neumarchtum, hodie sede Palatini celebre, & Cham: vnde & comites de Cham illos ipsos principes in diplomatibus veteribus nuncupari inuenio. Porro idem Auentinus duas stirpes principum in hoc limite distinguit. in prima, Ernestum & Rudolphum recenset, qui Ludouicum secundum & tertium Boiariæ reges aduersus Bohemorum excursiones iuuerunt: quo nomine & limiti præfecti à Boiis fuerant. secundam prosapiam auspicatur ab Henrico quodam, filio Berchtoldi ducis Boiariæ, fratre Arnulphi ex cognomento Mali, proscripti ac pulsi ab Henrico Aucupe Cæsare, cuius mausoleum cernitur in Altaichio inferiori. Quippe mortuo Berchtoldo, vt filio suo Henrico, fratri Ottonis primi postea Imperatoris, principatum Boiariæ procuraret, qui filiam proscripti Arnulphi Iuditham habebat in matrimonio, filios mortui, alterum Berchtoldum Carnorum præsidem, alterum Henricũ marchionem Boiariæ & Camabini limitis, siue Voithlandini, præfectum fecerat. Atqui pauciores in hoc stemmate Auentinus enumerat: Henricum istum de quo loquimur, Berchtoldum filium eius, Arnulphum nepotem, Henricum pronepotem. Quibus subiungit tres Dietboldos, siue Theobaldos, quorum & nos meminimus. Defecit nobile stemma in Dietboldo tertio, anno Domini 1210. cuius mater Adelhaidis: sorores verò fuerant, Adelhaidis Friderici primi Imperatoris coniunx, Chunigundis Ottochari Styræ marchionis vxor, Iuditha Friderico comiti à Bogen, & Sophia Berichtoldo comiti à Legsgmynd locatæ. Cæterùm ditionem Vogburgensis marchionatus ab Imperio impetrauere partim Boiariæ duces, agrum Danubio adiacentem, qui in arctum erat exporrectus, vbi hodie adhuc Voitlandia visitur, Burgrauii Norabergenses tunc primùm ab Augustis cœpti constitui. Inter hos comitatum Chamabinum Albertus & Adalramus adepti sunt. Vnde Landgrauii Leuchtenburgenses descendunt: adeò vt qui ante annos ducentos, Comites de Cham dicti fuerant, nunc Landgrauii Leuchtenburgenses nominentur.

1 BERCHTOLDVS, primus comes de Vogburg, anno 1010.

2 EBERHARDVS, comes de Vogburg, sub Henrico tertio floruit. Huius fortasse frater, vel filius erat, Arnulphus, quem Annales referunt submersum fuisse in Nabo flumine, anno 1049.

3 HERMANNVS, primus marchio de Vogburg, vxorẽ duxit comitissam de Bantz, fundatricem cœnobii eiusdem nominis: cuius filiam duxit Otho Scyrensis, in Bauaria palatinus, & ex ea progenuit Eckardum cognominatum mit dem pundschuoch / & Ottonem fundatorem cœnobii sancti Petri prope Rogenhaym, anno 1107. Reliquit duos filios, Alberonem comitem de Vogburg, & Diepoldum siue Theobaldum marchionem.

4 BERCHTOLDVS secundus, cum fratre Arnolfo præposito sancti Hameronis Ratisponensis: filii Arnolfi submersi fuerant, quorum præpositus scripsit historiam Ratisponensem.

5 THEOBALDVS, siue vt Germanico ritu pronunciemus Dietpoldus, Berchtoldi secundi filius, in matrimonio habuit Adelhaidem, Henrici Vuelphonis ducis Bauariæ, huius stirpis secundi, filiam: & ex ea progenuit Dietpoldum secundum hoc nomine marchionem, & Adelhaidem filiam Friderici primi Cæsaris cognomento Barbarossæ coniugem: cui dotis loco Egranam ciuitatem dedit, quæ postea nupsit Diethoni comiti de Rauenspurg. Fundauit is cœnobium Reichembach, supra Regum fluuium, haud ita procul à Ratispona: & aulico siue seruitori suo Gervuico de Vuolmensteyn Vuestphalo consilio & auxilio fuit, vt intra limites marchæ suæ, Vualdsussensis cœnobii prope Egram fundamenta iaceret. Quod ipsi postea cœnobium principes Vogburgenses ac Landgrauii Leuchtẽburgii in eam magnificentiam, easq; opes euexere, in quibus hodie visitur. Iuuit is Theobaldus Henricum quintum, contra quartum hoc nomine Henricum patrem. Huius marchionis

chionis Theobaldi meminit libro ſeptimo Chronicorum Otto Friſingenſis, cum annum Domini MCIII. enarraret, ac de inteſtino bello Henrici quarti & quinti loqueretur: Anno dehinc iterum (ait) ſequente, natalem Domini Moguntiæ Imperatore celebrante, Henricus filius eius, rebellionem contra patrem in Noricis partibus, conſilio Theobaldi marchionis & Berengarii comitis, ſub ſpecie religionis, eo quòd pater eius à Romanis Pontificibus excommunicatus eſſet, molitur. Et iterum capite eodem, ſub finem, de eodem patris ac filii bello tractans: Quo pacto, dimiſſis Saxonibus cum Boioariis caſtrum Noricum obſidione cingit: ipſoq; per duos vel amplius menſes expugnato, Ratiſponam Norici ducatus metropolim adiit. Quem pater eueſtigiò ſubſequens, Roberto fugato, Erlongum reſtituit. Inde progreſſus, Ratiſponenſium auxilio, filio vrbe fugato, ipſe pōtificem ibi Vlricum quendam conſtituit, ac Theobaldi marchiam per Bohemos vaſtauit. Hæc ille: quæ ſatis declarant, Voitlandiam ac Leuchtenburgenſem ditionem, quondam Vogburgenſibus marchionibus paruiſſe, per Noricum. Caſtrum denique rectè lector Noribergam, quæ hodie floret, intelliget. Recenſetur idem marchio ab Vrſpergenſi, in eiuſdem hiſtoriæ enarratione: Anno Domini milleſimo centeſimo quinto, dum Imperator Henricus natalem Domini Moguntiæ celebrat, Henricus filius eius, nominis illius quintus, rex dictus, rebellationem aduerſus patrem in Boiaria parat, machinantibus ſcilicet Diepoldo marchione & Berengario comite, & Othone, quodam nobili viro, ſibique materna ſtirpe cognato: quorum conſilio & adiutorio, ante paucos dies à patris latere diſceſſerat. Et iterum: Tandem fauentibus ſibi Ratiſponenſibus, filium vrbe fugat. qua reſidens, pręſulem eidem cathedræ quendam adoleſcentem præfecit, exercitum vndecunq; congregauit: progreſſuſq;, marcham Diepoldi per Bohemiæ gentis maximam crudelitatē deuaſtauit. Reliquit is Diepoldus filium eodem nomine, & duos fratres, quorum Burcardus epiſcopus Herbipolenſis erat, & Eberhardus comes de Vogburg.

6 EBERHARDVS comes de Vogburg, reliquit tres filios, imperante Henrico quinto, circa annum Domini 1126. Hermannum marchionem de Vogburg, Alberonem comitem de Vogburg, & Gotofridum comitem de Nurnberch, quo tempore pagus adhuc fuerat, caſtro adiuncto.

7 HERMANNVS, filius Eberhardi, marchio Boiaticus, habuit in matrimonio Adelradam comitiſſam de Bancz, fundatricem cœnobii Bancz. Cuius filiam Otto comes palatinus Scyrenſis duxit vxorem, & ex ea progenuit Ekardum cognominatum Mit dem pundſchuoch / (à genere calciamenti, cuius ſubleuatione in Aſia exercitum Chriſtianum è periculo inſtanti liberauit) & Othonem authorem cœnobii S. Petri apud Roſenhaym, circa annum Domini 11 7. Huius fortaſſe filii fuerunt, qui Vualdſaſſen cœnobium erexerūt, ibidem ſepulti circa annum 1202, Bechtoldus, Th·emo, & Reymbodus.

8 THEOBALDVS, ſiue Diethboldus, hoc nomine ſecūdus, primi filius, duas habuit in coniugin claras fœminas: videlicet Luitgardim comitiſſam à Caſſel, & ſecūdam Mechtildem Vuelphonis Nigri ducis Boiariæ natam, quæ poſt obitum marchionis nupſit Gebhardo comiti a Sulczbach. Cæterùm ex his Dietboldus reliquit quinque filios, & duas filias, Agnetem Berchtoldo duci Zaringenſi, & Kunigundim Ottocaro penultimo Styriæ marchioni nuptam. filiorum Theobaldus ſiue Dietboldus patri ſucceſſit in Marchia Vogburgenſi, Berchtoldus fuit Iſtriæ marchio, Fridericus burggrauius Ratiſponenſis, Otto Landgrauius de Steuenyng, & Poppo comes de Nurnberch, qui cum Berchtoldo fratre citatur in literis Vualdſaſſenſibus ſub Cunrado Cęſare.

9 LVDOVICVS, frater Dietboldi, vxorem reperitur habuiſſe comitiſſam ab Habſburg.

10 THEOBALDVS, ſiue Diepoldus Germanica pronunciatione, hoc nomine in ſtirpe iſta tertius, ſiue ſecundum aliquos quartus, duas ordine conſecutus eſt vxores: primam, Heduigem comitiſſam de Arnſperg Vueſtualam: & alteram Roiczam, Polonię ducis filiam, vel quod eſt veriſimilius, comitis Raczenſis in Auſtria natam, ambas ſepultas in Vualdſaſſen, celeberrimo illo in Nariſcis cœnobio, quod ipſe fertur plurimum extuliſſe, aliis duobus inſuper fundamento conſtructis, Reichēpach & Munichmunſter. Genuit verò duos filios, Diepoldum quartum, & Berchtoldum tertium: & quatuor filias, quarum Adela nupſit Friderico primo Cęſari, dotis loco Egrana ciuitate genero conceſſa: Roicza duci Bohemię, Sophia comiti a Braiſpach & Legſgmynd, & Gutha, ſiue Iuditha Friderico comiti a Bogen, in matrimonium collocatę fuerunt.

11 BERCHTOLDVS, tertius hoc nomine, & Diepoldus quartus, filii ſuperioris Diepoldi fuere. quorum Berchtoldus Berchtoldum quartum progenuit: alter verò Eberhardum primum, burggrauium Norici caſtri, a quo Lupoldus ſextus hoc nomine, dux

Austriæ ſecundus, Reczenſem comitatũ in finibus Moraniæ & Auſtriç ſitum emerat, vt in peruetuſto codice adnotatum eſt hiſce verbis: Hertzog Leupold khaufft wider den Burggrauen von Nurnberg vnd ſein mueter die graffſchafft zů Ragez/vnd den Markh/ vnd das darzů gehöret/ vmb zwan tauſent marckh ſilbers. vnde colligimus, Diepoldum tertium comitiſſam à Ragez, poſtremi videlicet comitis filiam, in matrimonio habuiſſe.

12 Berchtoldvs quartus hoc nomine, floruit circa annum Domini 1204. habuit in matrimonio comitiſſam Auſtriæ à Clam & Machland. Vnde legimus in peruetuſtis Auſtriæ annalibus, Der Graue Fridrich von Clam/ der dinget den Hertzogen Leopold ſein aigen/das er hett in Oſterreich. der ſtarb on erben. da gewan er wider diu witiben das leipgeding. die witibe nam der Maggraue von Vogburg/ dem verlaich der Hertzog das aigen/vnd ſeinen kinden/on Hohenekh/das nam er aus/das lech er herrn Růdolf von Pettendorf.

13 Eberhardvs, tertius hoc nomine marchio Vogburgenſis, comes de Berge, Cambo, & Neumarcht, princeps Voithlandiæ, vendidiſſe ſcribitur burggrauiis Nurnbergenſibus, tum primùm omnium inſtitutis, duo oppida, Vvunſidel & Kirchlamicz, quę hodie Voitlandiæ prouinciæ tribuuntur.

14 Gotofridvs, is à Friderico ſecundo burggrauius Norinbergenſis inſtituitur, & Norinbergam tum pagum muro cinxit. citatur in Vualdſaſſenſibus diplomatibus, anno 1227.

15 Chvnradvs filius Gotefridi, cum Arnoldo fratre, poſtremus ſuæ ſtirpis fuit. cui legitur Fridericus ſecundus Chreuſen oppidum dono dediſſe, & eum in burggrauiatu Nurnbergenſi confirmaſſe. Sunt tamen, qui duos poſtremos ex familia Vogburgẽſium excludant, & Bogenſium ſtirpi inſerant.

MARCHIONES LIMITIS BOIARICI MERIDIONALIS

Atheſini, unde duces Meraniæ & Dalmatiarum, marchiones Iſtriæ, palatini Burgundiæ & Carinthiæ, comites in Boiaria Andecenſes & Damaſiani, ſiue à Dieſſen, comites Hochenvuartini, comites Goriciæ & Tyrolis defluxere. Erant verò monaſteriorum in Boiaria aduocati Tegernſee, Beurn & Vinariæ, prouinciæ Atheſinæ: ſub quorum ditione fuerant in Boiaria Andegs, Dieſſen, in cœnobia ab alumnis ſtirpis religionis ergò verſa, Glaneckh, Buchom, & alia pleraque.

1 Fridericvs, reperitur in matrimonio habuiſſe Kunigundim, neptem Othonis primi ex Richilda filia. eratque ſoror Ithæ, coniugis primi Vuelphonis, cuius ſarcophagus cernitur in Andegs, cum tali Epitaphio: Kunigundis peccatrix, huius loci dominatrix: iſtam aulam II. Non. Martii, ob. Ann. XX.

2 Ratho, vulgò Sandt Gaſrad (ex errore & tranſpoſitione ſyllabarum, cum vocaretur à Boiariis Sandt Graf Rath) ab Henrico Boiariæ duce primo, Otthonis primi Imperatoris fratre, limiti Boiorum orientali pręficitur: hoc eſt, Auſtriç marchio inauguratur: cuius ſtatua equeſtris, quemadmodum & Henrici ducis, poſt Hungaricam victoriam erecta, viſitur in Maurkhyrchen, proxime Branavu. de hoc plura attigimus inter Marchiones Boiariæ Orientales.

3 Aribo, ſiue Erbo, epiſcopus Moguntinus, qui Chunradum ſecundum cognomento Saliquum, Imperatorem vnxit: habuit fratrem Sigefridum, comitem à Lebnau in Sryria, Lupoldum comitem de Andegs in Boiaria, & ſororem Adelam fundatricem Goſſeſenſis virginum nobilium cœnobii, ſiti in comitatu Lebnau apud Styros.

4 Otto, comes Andecenſis, legitur interfuiſſe expeditioni Hungaricæ, ab Henrico tertio ſuſceptæ contra Abam regem, vnà cum Vuelphone tertio, & Ottone Scyrenſi.

5 Arnvlphvs, ſub Henrico quarto Rhod cœnobium, ad ripam OEni fundauit, infra Vuaſſerburgum. Genuit Popponem, ſepultum Conſtantinopoli.

6 Berchtoldvm & Cunradum, qui cum Irmengarde coniuge ſepelitur in Rhod.

7 Chvnradvs, genuit Popponem ſecundum, & Ottonem epiſcopum Babẽbergenſem, Pomeranorum apoſtolum.

8 Berchtoldvs Chunradi frater, genuit Hẽricum primum Iſtriç marchionem, & Popponem comitem Andecenſem.

9 Henricvs, primus ſuæ ſtirpis marchio creatus in bello Italico à Friderico primo, interficitur à Mediolanenſibus, relicto Berchtoldo ſecundo filio.

10 Berchtoldvs, patri in marcha ſucceſſit, ob merita à Friderico primo Cæſare primus dux Dalmatię, Meranię: & comes Tyrolis ſiue Atheſinus creatus. [illegible]ximitur pręterea

terea à seruitute ducis Boiariæ, cui antea Athesinus & Istriæ Carinthięque principes parebant: ab eodem Friderico primo, Henrico Leone duce Boiariæ proscripto. Is ex Agnete de Neunburga Misniæ marchionissa, genuit Ottonem ducem Meraniæ, Henricum Istriæ marchionem, Berchtoldum Andecensem comitem, Ekebertum Babenbergensem præsulem: quem Fridericus secundus, pulso duce Austriæ Friderico, Austriæ præsidem constituerat nomine Imperii, (cuius mausoleum ad Scotos Viennæ superest:) Henricum & Theobaldum ambos ordine episcopos Batauienses, Chunradum Cōstantiensem episcopum, & Menegoldum abbatem in Chrembsmunster Austriæ: & Gertrudim Andreæ regis Hungariæ coniugem, S. Elisabetæ matrem.

11 HENRICVS secundus, patri in Marchia Istriæ successit. ab Henrico sexto Imperatore insuper dux Carinthiæ constitutus, vtroq; principatu priuatur à Philippo Cæsare, sexti successore, quòd Ottonem quartum aduersus se iuuisset. Ideo conspirans cum Ottone palatino Scyrensi, Philippum Babenbergæ interfecerat. Proscriptus idcirco, priuatusq; comitatu Andecensi, exulatum abiit in terram sanctam. Genuit filium Berchtoldum, patriarcham Aquileiensem.

12 BERCHTOLDVS tertius hoc nomine, ex comite Andecense à Friderico secundo marchio Istriæ fit, in locum Henrici fratris proscripti: Ludouico Boiariæ, cui marchiam dederat Philippus Cæsar, cedente. progenuit ex Hedvuige Saxoniæ marchionissa, Berchtoldum quartum comitem Andacensem, Popponem præsulem Babenbergensem, qui obiit anno 1240. Othonem Frisingensem antistitem, Vdalricum Bataueinsem, Berchtoldum quintum monachum in Sevuen, Mathildam comitissam Goriciæ, Hedvuigem ducissam Silesiæ.

13 OTHO, Henrici secundi frater germanus, dux Meranię, comes ab Amertall, procreauit Othonem palatinum Burgundiæ, Agnetem coniugem Friderici secundi Imperatoris, Agnetem Philippi regis Franciæ, Beatricem comitis Aurelianensis, & Elisabetam Friderici Burggraui Noriubergensis coniuges.

OCCIDENTALIS LIMITIS BOIARIAE PRAEfecti & custodes, comites ab Amergauv, Lechrayn, Belhaym & Landsperg, quorum primordia deriuantur a Vuelphonibus comitibus ab Altorf Sueuis. Qui quomodo hunc in Bauaria comitatum limitemque consecuti fuerint secus Lyci vtramque ripam, vsque ad fontes illius (vbi possidebant præterea Schongam, Ietingam, Raytenbuech & Fuessen) scriptum reliquit Io. Auentinus libro historiæ Boiaricæ quarto, cum res [illegible] tas Ludouici tertii Boiorum regis explicat. Porrò Ludouicus (inquit) Boiariæ totum regnum in deditionem accepit, alimentum sumptusque prætores fratri præbere iubet: partem Pannoniæ vbi fontes Draui Sauique amnium sunt, Arnulpho in tutelam commendat, Charinis limitis ducem appellat. Etychonem socerum suum, Sueuum genere, oriundum ex Altorf, Rauenspurgioque, Lycatiis, occidentali Boiariæ termino præficit. vbi haud longe a fontibus Ambronis fluuii, in vico eiusdem cognominis, templum diuo Benedicto, eiusque consecraneis duodecim dicauit. Henrichus filius eius, à sororis marito, quicquid in superiori Boiaria aureo vehiculo à prima luce ad meridiem ambiret, quasi ludo exposcit. Ludouicus ratus fratrem coniugis pauperiorem esse, quàm vt aureum currum possideret, postulatis annuit. Mox Henric[illegible]us plaustro rustico, in sinu quidem aureum gestans paruum curriculum, vnde cognomen ei adhæsit, circumuectus est, à Lyco ad Ambronem, à Gelone flumine ad Alpes Peninas. Arrisit Ludouicus dolo: & quæcunque hisce finibus continentur, Henricho donauit.

1 ETHICHO, primus à genero Ludouico, tertio eius nominis Boiariæ rege, limiti Lycatiorum præficitur, author cœnobii Lechrayn, quod in limite suo ad Ambrum flu. construxerat. habuit fratrem Bardonem à Nordmannis interfectum, filium Henricum: & Luitgardam filiam, regis Ludouici vxorem.

2 HENRICVS, qui tractum limitis dolo, ceu dictum est, secus Lycum amnem ampliauit per aureum vehiculum. Is parentis fundationem transtulit in Altenmunster.

3 HENRICVS secundus, primi filius, ex Hatta ab Hohenvnard comitissa genuit sanctum Chunradum episcopum Constantiensem, Rudolphum comitem ab Amergau, & Ethleonem primum comitem a Rappersvuil.

4 RVDOLPHVS, in stirpe secundus, reliquit Rudolphum tertium, & Vuelphonem, qui regiam tenuit in Vuelphouen, tribus miliariis ab Innersdorf ad Gelonū amnem: qui a chronographis primus Vuelpho numeratur.

5 RVDOLPHVS tertius, secundi filius, ex [illegible] Chūnradi comitis Onyngensis ad lacū Acro[illegible] te Othonis primi Cęsaris ex Richolita filia, sorore videlicet Chuni-

2 ARNOLDVS cognoměto Malus, ob rapinas quas in ecclesias Bauariæ exercebat, ducatum Boiariæ consecutus, Henrico I. cognomento Aueupi se opposuit, & aduersus eű Imperium ambiuit. proinde in ordinem redactus, cum ecclesias expilaret, non sine Dei vindicta moritur, & Ratisponæ ad sanctum Emmerannű sepelitur, manifesto damnationis indicio, relictis post se ex Agnete Hungara ducissa quinq; filiis, patri non dissimilibus, Heroldo Archiepiscopo Saltzburgensi, Arnoldo comite Scyrensi, Eberhardo, Hermanno & Rudolpho atque Ottone comitibus Scyrensibus. Quorum sororem Iuditham Henricus I. Imperator Henrico filio suo Ottonis Imperatoris fratri germano, coniugem locauerat. Qui postea vocatus ad ducatű Boiariæ, Henrico S. Imperatori auus fuit. Porrò supra-
10 dicti Arnoldi Mali filii, missi in comitatus ab Othone I, & patruo eorum Berchtoldo Boiis præfecto, vindictæ cupidi, Hűgaros in perniciẽ Imperii in Germaniã duxerunt. Vnde Heroldus Archiepiscopus Salisburgi ab Agapito papa creatus circa ann. 945. à Ioanne XIII. deponitur & excõicatur cum fratribus. Porrò inuenio ex Rudolpho filiorum vno processisse Berchtoldum, comitem à Reisenspurg: & pręter Iuditham habuisse & alteram filiam, Bureardo cuidam Bauariæ comiti locatam, matrem Henrici præsulis Augustani.

3 BERCHTOLDVS, fratri in ducatu Boiariæ successit, & sine liberis moritur. de quo suprà inter duces Boiariæ locuti sumus. Habuit in matrimonio Gerbirgim Giselberti ducis Lotharingiæ filiam, cuius etiam meminit Vrspergensis.

4 OTTO, cum fratribus Arnoldo secundo, & Vuernbero, ducatum Boiariæ ab O-
20 thone I. priuati, Scyrensem arcem palatinatus sedem maiorum suorű cum Vuittelspachio, Dachouio, Vuolfratzhusio, Bogen & Abenspergaretinuerunt. De quibus iste Vrspergensis locus intelligendus est, cum de annis Othonis primi Imperatoris lóquitur: Mortuus est quippe Arnoldus dux Boiariæ: & filii eius superbia elati, iussu regis contempserunt ire in comitatum, cuius ducatum rex dedit fratri eius Berchtoldo. Meminit porrò Ottonis palatini, de quo loquimur, Otto Fris. lib. Cbron. 6. cap. 20. cum de Germaniæ vastatione facta sub Othone I. circa annum 955, loqueretur: Huius maximæ concussionis (inquit) authorfuisse ex Boiaria comes quidam Scyrensis commemoratur, qui tamen perfidiæ suę pœnas soluens, dum Hungaros incautè eductos morti exposuisset, ab eis tanquam traditor necatus est. Porrò terra eius in fiscum redacta, partim à rege inter ecclesias diuisa, partim hære-
30 dibus eius cum castro Scyrensi relicta, æterno anathemati ab episcopis addicata fuisse traditur. Ex huius origine cum multi hactenus tyranni surrexerint, Otho palatinus comes perfidi & iniqui patris haud dissimilis hæres, omnes superiores malitia supergrediens, ecclesiam Dei persequi non destitit.

5 ARNOLDVS, Othonis superioris frater germanus, & ipse Arnoldi Mali ducis Boiariæ filius, de quo Vrspergensis abbas in Othonis primi historia hæc scripta reliquit, eű rebellionem Lutolphi filii ducis Sueuiæ recenseret: Sequenti igitur nocte (inquit) Boiarii comites Henrici fratris regis, relicto eo, iuncti sunt Lutolpho. cum quibus ipse pergens, vrbem regiam Ratisponam cœpit, cum cæteris in ea regione munitissimis, omnemq; pecuniam ducis Henrici suis militibus diuisit: coniugem eius cum filiis & amicis non solum vr-
40 be, sed & regione excedere coegit. Hæc omnia fiebant consilio Arnoldi iunioris, fratrumque suorum, eo quòd ipse Henricus paternum haberet ducatum. Rex verò filium subsequens, vrbem Ratisponam obsidione circumdedit. sed eum multitudo machinas vrbi applicari non fineret, satis durè interdum ab vtrisq; pugnatum est pro muris. Vrbani cæteris attriti præliis, fame quoq; periclitari cœperunt. Vnde Lutolphus vrbe egressus, cum principalibus viris pacem postulat: sed non impetrat, quia patri obedientiam negat. reuersus verò in vrbem, portam orientalem, obsidentem armis comperit Geronem, tot victoriis, quot præliis clarum. A tertia igitur hora vsque in nonam, cum acriter pugnaretur ante portam vrbis, equo cadente, ascensor Arnoldus armis exutus, illicoque telis perfossus occubuit.

50 6 VVERNHERVS, germanus frater Arnoldi ac Ottonis, & ipse ducis Arnoldi filius, comes Scyrensis palatinus, filios reliquit Babonem, Vuernherum & Sigebardű: quorum mater fuerat Beatrix de Pannonia.

7 BABO, filius Vuernheri, comes palatinus Scyrensis, floruit circa annum 994. & tres filios reliquit: vnde tres nobilissimæ comitum prosapiæ in Boiaria exortæ sunt. à Babone videlicet, comites de Abensperg: ab Afeouino, comites de Bogen: & ab Ottone, comites palatini Scyrenses ac Vuitelspacenses.

8 OTTO secundus hoc nomine, comes palatinus Scyrensis, ex Tutta comitissa de Nassau, quatuor rursus filios reliquit, vnde rursus quatuor celeberrimæ aliæ Boiariæ comitum stirpes primordia acceperunt: à Rapatone, comites de Hohenvnard: ab Arnoldo,

comites de Dachau: ab Othone, comites de Vuittelspach & Scyrenses: ab Eckardo, duces Bauariæ quidam.

9 ECKARDVS, non ille quem ex cognomento mit dem pundschuoch appellant, de quo infrà dicturi sumus, sed alter quidam, ab Ottone secundo, Henrico Hetzel duci Bauariæ proscripto, in ducatu substituitur: licet annales alii huoc Othonem, alio vocabulo vocent. Quem Otto secundus Imperator in diplomate quodam Patauiensi ecclesiæ, super donatione abbatiæ Nidernburg dato fratruelem & ducem Boiariæ appellat.

10 RAPATO, eum fratre Gebhardo episcopo, fundarūt cœnobium Thierhaupten, secus Lycum amnem, anno millesimo.

11 DIEPOLDVS, eum Rapatone filio, & Ortolpho fratre floruerunt anno 1062. quorum Rapato, vnà cum Sigefrido antistite Augustano destruxit castrum Sibenaych, ad Vindam amnem positum, anno Salutis nostræ 1079. Reliquit verò Rapato iunior Hermānum episcopum Augustanum, 1104. & Ortulphum comitem. Et pater illius Diepoldus, atq; patruus Ortolphus, possederant oppidum Menehingem, & cœnobium Altam speculam fundarunt circa annum 1050.

12 GOTHARDVS, episcopus Hildeshaimensis ab Henrico secundo Cæsare designatur: qui de tumulo leuatus, & canonizatus est ab Innocētio secundo, in synodo Viennensi, anno Domini 1130.

13 OTTO, hoc nomine quartus, palatinus Scyrensis & Vuitelspacensis, ex Haeziga regina Arragoniæ, viduata ab Hermanoo castellano comite, tres filios procreauit: Eckhardum secundum, qui ex Petrissa vxore Bernhardum & Ottonem tulit, comites in Vuolfratzhuso: Ottonem quintum, & Hartmannum præsulem Augustanum, circa anoum salutis 1098. Quorum mater Arragonia cœnobium Vischbach exorsa est, anno 1077.

14 OTTO hoc nomine quintus, comes Scyrensis, & palatinus de Vuitelspach, ex Agnete Lothariogiæ ducissa procreauit Othonem sextum, & Ekardum tertium, cognomēto mit dem pundschuoch. Fuit author montis S. Petri prope Rosenhaym, vnà cum Berchtoldo comite de Burgekh, circa annum 1107.

15 RAPATO, hoc nomine tertius, eum Ortolpho filio, & Vuiltrude moniale apud Altam speculam. quorum Rapato ex Henna coniuge Rapatonem quartum reliquit, aono 1180.

16 ECHARDVS hoc nomine tertius, cognomento vulgari Mit dem pundschuoch/ ab eo euentu, quòd in Asia militans, sub Gotofredo Boloniensi, in inopinata Sarracenorū inuasione, ad calceum erectum Christianos re subita collegisset, atque aciem restituisset. habuit Saxonam vxorem, ex qua tulit tres filios: Vdalricum, Ludouicum, & Ottonem septimum. Huius trophæa cernuntur in templo Maurkirchensi prope Brunouiam. Condidit oppidulum Ried in Noricoripensi, cui calceum illum erectum insignibus indidit.

17 OTTO hoc nomine septimus, ex Haylca comitissa de Leugenfeld, quatuor filios procreauit: Cunradum Salisburgēsem archiepiscopum, Fridericum, Ottonem octauum, & Ottonem magnum præfectum curiæ Friderici primi Imperatoris, à quo aduersum Hēricum Leonem ex stirpe Vuelphonum dux Boiariæ creatus est: quæ hodie adhuc rerum potitur familia, ac Rheni palatinorum ducumq; Bauariç fons & origo est, quorum genealogiam suprà adduximus.

18 FRIDERICVS, huius meminit Vrsperg. de anno 1120: His temporibus Fridericus palatinus comes, qui nuper se à cæteris dissocians, regis fidelitati deuiauerat, obiit, iam prouectus ætate, & vt cuidam seruo Dei cuidem ter reuelatum affirmant, ad loca pœnalia fertur descendisse.

19 OTTO hoc nomine octauus, quatuor filios post se reliquit: Sigefridum, Ludouicum, Ottonem nonum, & Cunradum secundum archiepiscopum Moguntinum: quem circa annum Domini 1180, Alexander papa, quod eius partes contra Fridericum Barbarossam in Germania foueret, episcopum Sabiniensem & cardinalem creauerat: proficiscitur sub Hērico sexto in Asiam, vbi & Leonē regem Armeniæ coronauit. Missus ad postremum ab Augusto ad reges Hungariæ pacificādos, in reditu apud Patauiam Bauariæ obiit, anno 1206. De hoc Ottone octauo locus est accipiendus Ottonis Frisingensis, li. 7. Chrō. cap. 25. vbi de Lupoldi Austriaci in ducatu Boiariæ inauguratione tractat, Vuelphone ꝓscripto: Non multo pòst (inquit) duce Lupoldo in vrbe Ratispona ciuilia iura disponente, ex palatioi comitis Ottonis importunitate seditio oritur. & quæ sequuntur. Porrò is Otho primus dux stirpis, coniugem habuerat comitissam à Vuasserburg, Agnetem.

20 OTTO hoc nomine nonus, ex Margareta marchionissa de Baden, procreauit Theodericū & Brunonē, & Agnetē desponsatā Philippo regi Sueuiæ duci. Qua contēpta, cum

cum Philippus alterius nuptias ambiret, ab Ottone Scyrensi palatino apud Babenbergum occiditur. Cuius regis necem vlturus Rudolphus mariscalcus de Papenhaym & Collatin, Ottonem istum interfecit in suo castro Niderstrang. Porrò sunt qui hunc Ottonem non ducis Ottonis filium fuisse putent, sed alterius Ottonis Scyrensis, ex comitissa de Kiburg & Vuerdæa: qui Otho ducis frater extiterat, sepultus in Thierhaupten.

21 THEODERICVS & Bruno, ob paternum scelus pulsi ex Bauaria, in nemoribus Vuestrasiæ prædia ædificare cœperunt: appellari deinceps comites syluestres, vulgò Die wildgrauen. Quorum vixere Gerlacus episcopus Moguntinus, Cunradus episcopus Frisingensis, generalis magister templariorum in Germania: qui cum fratribus suis, albis indutis, à pontifice Romano & episcopo Moguntino proscribentibus Ordinem, appellauit Moguntiæ publicè in consistorio ad proximum Concilium. Vixit huius stirpis etiam Georgius comes Syluester de Dan, circa annum M. CCC. XXXVII. Porrò reperiuntur comites de Vuittelspach, qui post necem Ottonis factam à marescalco à Callatyn, adhuc in Bauaria prædia habuerant: Sigefridus comes à Vuittelspach, qui in matrimonio habuit comitissam quandam, & ex ea genuerat Omeliam collocatam Friderico marescalco à Pappenhaym, circa annum 1200. post quæ tempora, mox, & Cunradi & Berchtoldi comitum à Vuittelspach mentio in literis fit. Habebant arma ab Ilsungiis Augustanis non multum dissimilia: quod arguit, Ilsungios non solum à comitibus descendisse, verùm etiam originis esse Seyriensiũ, cuius plerique alii sunt Bauariæ comites, de Pogen, ab Hohenvuard, à Dachau, à Vuolfratzhusen, & ab Abensperg. Cæterùm scala in Vuittelspacensibus rubra erat, in albo campo: cum Ilsungii duplicem talem gerant, vnam rubram, & alteram nigram.



PALATINI BOIARIÆ DE KRAIBVRG, QVI IIDEM apud Carnos comites Artenburgenses, & aliquot eius prosapiæ duces Carinthiæ, quorum sunt insignia tres albæ alæ in rubro clypeo: & prædia apud Boiarios Kraynburg, Mattichouen, Maurkirchen, Gern, Ortenburg infra Vilzhouen, & multa alia cùm oppida tum castra in Neukircherland, Rottall & Vilczall: apud Carnos verò habuere feuda à principibus quidem Austriæ, Artenburg, Spittall, Kellerberg, Steyrberg, Sumerek, Landsrott, Hohenperg, Vuaessenstayn, Neissenfels, Vueynek: & à Zayring fluuio vsque ad Culpam fluuium per Carniolam, Oberstayn, Falkensdorf, Zobelsperg, Ratmansdorf, Polam, Ornekh, Reiffnitz, Stayn, Vualdenburg, Liebekh, Altenburg, Grauenvuerd: & à Saltzburgensi præsule, S. Rudbertum, Treffen, Vuynklarn, Lynden, Freyach, Tuchant, Aufferez, Lonstat, Syrchau, Vueleyn, & alia pleraq́. Horum comitum fundationes sunt in Carinthia, Millestat Spittall: cætera, Ossiach, Arnolstayn & Vitringam locupletarunt. Construxerunt & apud Boiarios prope Vuilczhouen, sanctum Saluatorem. Et in Carinthia quondam, dum isthic rerum potiebantur, multos ac potentes nobiles vasallos subiectos habebant, quorum prosapiæ penè omnes interciderunt: Liebenberger, Kellerberger, Smerneker, Vueyxelberger, Paradeiser, Keuẽhuler, Gilgẽberger, Schloschberger, Leytschacher, Debriacher, Keutschacher, Motsnitzer, Steyrberger, Sebriacher, Fleschberger, Alkersperger, Zobelsperger, Goriacher, Liechtemberger, Straßberger, Kuenberger, Rotenstayner, Vuardberger, Gutenavuer, Mengensperger, Hartenberger, Dietristayner, Talhamer, Kußinger, Lueger, Velger, Strasser, Gesietzer, Risenberger, Feystritzer, Rauber, Gradiser, Tobliacher, Rosenberger, Vuerdenstayner & Altzeser, qui dapiferi comitatus hæreditarii, vt vocant, fuerant. Atq́ hos omnes cùm nobiles, tum oppida castraque superius enumerata beneficio Carinthiæ ducum ac postea Austriæ principum possidebant. Quare deficiente stammate in Carnis, illa omnia rediere ad Austrios, qui comitatum cuidam nobili Hispano Gabrieli à Salamanca contulere. Ioannes Auentin. tamen putat, hos primitùs non fuisse palatinos, sed comites simpliciter: duxisseq́ originem ab Engelberto comite Sponhaymensi, adoptato filio & genero ab Henrico duce Carinthiæ, Henrico quarto imperante. Hunc quippe ex Carna tulisse Harduicum Ratisponensem episcopum, Engelbertum Istriæ marchionem ac Craynburgi, Vuernherum ducem Carinthiæ, & Rapatonem primum Artenburgensium comitem in Boiaria. Huius filii fuere nimirum Starchandus & Vuerigandus, quos Annales Boiariæ referunt cæpisse Dietmarum, qui & Thiemo, comitem à Vuasserburg, designatum episcopum Salisburgensem contra Berchtoldum à Mosburg, ab Henrico quinto. His successit Engelbertus, quem Ludouicus dux Boiariæ, Othonis magni Seyrensis primi sui generis ducis Boiariæ filius, Grayburgi obsederat, quòd nepotes suos ex fratre Rapatonem secundum & Henricum, contendentes bello, aduersus Albertum Bogensem comitem, iuuisset: quorum Rapatonem, exauctorato Othone Scyrense, ob necem Philippi Cæsaris primum palatinum Boiariæ suæ stirpis creatum fuisse à Friderico secundo, idem Auentinus autor est: nam Palatini dignitas, siue præfectura prætoris Boiarici, antehac in Scyrensi prosapia fuerat. Huius

frater germanus Henricus, cœnobium S. Crucis Vestalium virginum apud Ratisponam fundauit: ipse ex Vulfhylda coniuge Rapatonem tertium tulit. qui secutus castra Friderici secundi Imperatoris, vt Fridericus bellicosus, quartus dux Austriæ, pelleretur ditione auita, iuuit. Reliqua ex Catalogo aliorum stirpis deprehendes. Quondam totum tractum Neukircherland in Bauaria possidebant, condideruntq. Vilczhouiam, & Landvuceram aduersus oppositos Bogenses in vlteriorem Danubii ripam tenebant. hodie pauca castella cum castro Ortenburgo eo in tractu possident, transmigrantesque vltra OEnum haud procul Scherdinga & Rieda, Mattichouiam & alia multa beneficio ducum Boiariæ tenent.

1 FRIDERICVS, comes à Sponhaym Rhenensis, ducta Richarda Carinthiæ ducissa, Marquardi ducis filia, dotis loco comitatū Lauentallensem in Carinthia possedit: & ex coniuge prædicta Engelbertum progenuit, comitem Carinthiæ, & Rapatonem, quem Henricus quartus palatinum Chraymburgensem in Boiaria inaugurauerat.

2 RAPATO, filius Friderici, vel secundum alios frater germanus, patruelis Eberhardi, Landgrauii à Steuening in Bauaria, vnde Badenses & Varnbacenses comites defluxerunt. Is progenuit filios, Harduicum archiepiscopum Magdeburgēsem, Rapatonem palatinum Crayburgensem, Engelbertum marchionem Craynburgensem, & Fridericum comitem Ortenburgensem. Fuit huic Rapatoni fratruelis Erbo, dux Carinthiæ: cuius filius Popso, item dux Carinthiæ, & nepos Ekhebertus, amisso ducatu in Nevuburgensem comitatum auitum rediit.

3 ENGELBERTVS comes Carinthiæ, & marchio Craynburgensis, ex Hedvuige ducissa Carinthiæ genuit Engelbertum ducem Carinthiæ, Hardvuicum episcopum: Sigefridum comitem à Leubnavu, qui circa annum 1140. alterum Sigefridum in comitatu Leubnau reliquit. Floruit autem Engelbertus circa annum Domini 1110.

4 ENGELBERTVS secundus, comes à Sponhaym & Lauentall, princeps Pictauię, dux Carinthiæ inuestitus circa annum 1145. ex comitissa à Sponhaym genuit Vdalricum ducem Carinthiæ: à quo duces Carinthiæ descenderunt, Hermannus, Bernhardus, Vdalricus, & Philippus episcopus suæ stirpis postremus: & Engelbertum tertium Istriæ marchionem, patrem Cunonis Ratisponensis episcopi, & coniugis Theobaldi Campanię comitis.

5 RAPATO hoc nomine secundus, Rapatonis primi filius, in palatinatu Crayburgensi apud Bauaros patri successit, fratre Friderico apud Carnos familiam comitum Artenburgensium auspicante: à quo & Carinthiani Artenburgenses comites ritè defluere dignoscuntur, quemadmodum à Rapatone Boiarici comites de Artēburg, palatini Crayburgenses primordia repetunt. Genuerat autem Rapato secundus Henricum comitem, & Rapatonem palatinum Crayburgensem in Boiis.

6 RAPATO tertius hoc nomine, secundi filius, palatinus à Crayburgo Boiariæ, comes ab Ortenburg Bauariæ, cum filiis suis Henrico, Cunrado & Friderico, a Friderico primo Imperatore in diplomate quodam citatur, inter reliquos Boiariæ comites. Porrò ab Henrico Friderici primi filio, Rapatonis primi nepote, comites Artenburgenses in Carinthia defluxere, quorum libro superiori inter Carnos meminimus: videlicet Ottonis, cum Hermanno & Vdalrico Gurcensi episcopo, fratribus. Quem secuti sunt Hermannus secundus cum Vuilhelmo fratre, circa annum 1238: Henricus cum Eginone germano, Fridericus secundus cum Rudolpho, Alberto & Maynhardo fratribus, circa annos 1310. Hēricus III. cum Hermanno III. & Alberto fratrib. anno 1334. Otho III. cum Friderico III. anno 1400. qui postremus Ludouicum Cilensem comitem adoptauerat, Sebastiani patrē.

7 VVENDELINVS, comes de Ortenburg, citatur de anno 1130, cum Eberhardo comite de Abensperg.

8 CHVNRADVS, Raparonis filiorum alter, qui genuit secundum Chunradum palatinum, & Euphemiam Chunradi comitis a Pleien coniugem, floruit imperante Friderico primo.

9 RAPATO quartus, Chunradi frater germanus, secundi Rapatonis filius, progenuit Rapatonem quintum, Henricum & Fridericum comites ab Ortenburgh, & palatinos à Kreyburg. Is legitur bellum gessisse cum Alberto comite Bogense, propter oppidum Lankhenvuard, haud procul à Dekhendorfio situm, & à Bogensibus in agro Crayburgēsium excitatum. Emerant enim comites Bogenses Tyrsenreyt oppidum, cum agro vicino, à dominis de Hartemberg, Friderico secundo imperante, circa annum Salutis 1226.

10 RAPATO quintus, genuit Ottonem, Henricum & Engelbertum, circa annum Salutis 1240.

11 ENGELBERTVS tertius, ex Mechtilde,siue Cordula,Gebhardi tertii comitis à Sultzbach & Floß filia,Friderico secundo imperante, progenuit Rapatonem sextum, & Henricum tertium.

12 HENRICVS,circa annum Domini 1244,genuit Rapatonem septimum, Henricum quartum,& Fridericum tertium istius prosapiæ: atq; Annam cuidam à Truhendingen nuptam.Quorum mater fertur fuisse filia regis Bohemiæ.

13 RAPATO, hoc nomine sextus,Engelberti palatini filius, ex sorore ducis Bauariæ Henrici,circa annum salutis 1276.nullam prolem tulit.

14 RAPOLDVS,genuit Henricum,Vualramum,& filiam locatam domino ab Haydekh.

15 HENRICVS, ex filia regis Bohemiæ genuit Henricum tertium, & Annam cuidam libero à Truhendingen desponsatam.

16 HENRICVS tertius hoc nomine in familia, ex filia liberi de Torringen genuit Georgium,Sebastianum,Rapoldum,& duas filias: Sigunam libero de Gutenstayn, & alteram alicui à Strumberg nuptam.

17 RAPOLDVS secundus isthac appellatione,ex Adelhaide sorore Friderici comitis à Zolern primi sui generis Burggrauii Norinbergensis,circa annum Domini 1306. reliquit Reynholdum.

18 SEBASTIANVS, Rapoldi frater germanus,& Henrici tertii filius, ex ingenua de Rorbach tulit Ioannem, Vdalricum,Georgium secundum,Christophorũ,Sigismundum, Engelscalcum,& Sebastianum secundum,filiamq; Salomen: quorum Georgius & Sigismundus canonici Salisburgenses fuerant.

19 GEORGIVS, Sebastiani frater germanus,filius & ipse Henrici tertii, ex ingenua de Froberg,prógenuit Vuolfgangum,& duas filias:quarum vna monialis, altera alicui ab Ebersdof nupsit.

20 VDALRICVS, frater germanus Sebastiani & Georgii, ex ingenua de Aichberg Bauara,cuius mater Ottingensis comitissa extiterat,genuit Abelum comitem, & Alexandrum canonicum Augustanum. Habuit & secũdam vxorem, ingenuam à Starkhenberg.

21 REINHOLDVS, Rapoldi secundi filius, vnà cum Emichone Frisingensi episcopo literis testis adducitur de anno Domini 1360.

22 SEBASTIANVS secundus,interfuit comitiis Augustanis sub Friderico tertio celebratis 1471,propter expeditionem aduersus Thurcas suscipiendam.

23 CHRISTOPHORVS & Gaspar,Maximiliano imperante floruerunt.

24 GEORGIVS, Ioachimus & Sigismundus,superiorum filii, nostra adhuc tempestate viuunt,& in Mattichouen oppidulo Bauariæ inferioris sedem ditionis tenent.

25 SEBASTIANVS,Ioannes & Vdalricus,comites Artenburgenses,in Hospitiorum parietibus nostra memoria adscripti cernuntur.

BVRGGRAVII RATISPONENSES, ADVOCATI IN RANShouen, feudi iure subiecti Boiariæ ducibus: quorum erat stemma coniunctum cum comitibus à Burkhausen,Neuburg O Eni,Machlandiæ,Butensiumq; in Austria.Ipsiq; adeo comites fuerant de Rietenberg & Stefflingen,domini de Falkhenstayn,Semperliberi de Leugenbach & Drasama in Austria.

Hos principes Ioannes Auentinus deducit à comitibus de Rietenberg, & Calmuntz, atque Lengenfeld: à quibus defluxisse & Landgrauios de Steuenyng, & comites à Falckenstayn,& in Austria comites à Trasama,arbitratur.Lege infra Genealogiam comitum à Rietenberg.

1 ERBO, sub Ottone floruit, quem à bisonte in venatione occisum,& Annales & cantilenæ vulgares memorant.Cuius etiam abbas Vrspergensis in hæc verba mentionem facit: Hi duo fratres (inquit) Erbo scilicet & Boto,paterno de sanguine Noricæ gentis antiquissimam nobilitatem trahebant,illius nimirum famosi Erbonis posteri,quem in venatione à bisonte bestia confossum vulgares adhuc cantilenæ resonant.

2 BOTO & Retingus,Erbonis superioris filii fuerant. quorum Boto genuit alium Botonem,& Retingum secundum,ad quos alludens Vrspergensis, vbi de postremis huius prænobilissimæ prosapiæ tractat: Quorum,vt diximus,clarissimorum principum (ait) semine nobilis Friderun,Erbonis & Botonis mater,à Retingo filio Botonis, filii Retingi, de secundo Botone nati procreatur. Porrò Boto & Retingus supradicti perhibentur authores Tyrsenreutensis cœnobii.

3 RETINGVS, progenuit Othonem burggrauium, authorem Vualdesparcēsis cœnobii: Harduicum palatinum Boiariæ, & Sigehardum vel Sigebertum comitem.

4 HARDVICVS, primus Retingi filius, primus secundum Auentinum burggrauius Ratisponensis, fratrem habuerat Sigehardum comitem à Burkhausen. Ipse verò tres filios procreauit: Sigehardum secundum occisum Ratisponę, Henrico quarto imperante, cuius historiæ Otto Frisingensis meminit: Erbonem secundum Landgrauium Boiariæ, qui obiit Ratisponæ anno 1103. & Botonem secundum, de quo extat locus Vrspergensis ille: Alia quoq; præter hæc non pauca, quæ multam nobis lætitiam ministrarent, fausta super Hierosolymitanæ ecclesiæ statum narrant, Boto comes cognomento Fortis, illius Erbonis, cuius suprà mentionem fecimus, germanus, iam plenus dierum, non longè à Ratispona defunctus est. Huius præterea Botonis opera in bello aduersus Saxonas Henricus quartus plurimum vsus est, vt scribit Lambertus chronographus in eius Cæsaris historia: Quem abeuntē quidam ex Saxonib. expediti equites insciis principibus insecuti, priusquā Saxonia excederet oppressissent, nisi Boto comes, qui ad Saxonas à rege orator ierat, prouocare eos ad deditionem, vel quod verius est, vana pollicitatione veniæ implicare eos ne persequerentur abeuntem, hac arte eos fefellisset. Et rursus: Erat quidam Goslariæ præfectus Bodo nomine, regi tempore pacis acceptissimus: nunc quoq; turbata republica, fidem inuiolatam ei seruans: occultè tamen metu Saxonum, ne deprehensus factione vulgi omnia sua amitteret.

5 SIGEHARDVS primus, ex Adelhaide filia Vuelphonis illius, qui natus ex Azone Estensi marchione, dux Boiariæ creatus fuerat, quatuor filios suscepit: Sigehardum videlicet sororium diui Lupoldi Austriæ marchionis, Henricum generum eiusdem, Bernhardum, Sigefridum, & Cunradum ex cognomento Hirsutum, quem item ferunt Lupoldi sancti alteram sororem in matrimonio habuisse.

6 SIGEHARDVS secundus hoc nomine in familia, ex cognomēto Mit dem scharsach/ in tumultu apud Ratisponam ad supplicium postulatus fuerat. de quo Otto Frisingēsis libro Chron. 7. cap. 8. hæc scripta reliquit. Anno dehinc proximo natale Domini Ratisponæ agens (loquitur aūt de Henrico 4.) orta seditione Sigehardus comes à familia principum, qui ministeriales dicūtur, eo quòd iustitiam eorum infringere diceretur, occisus est. Quam historiam prolixius Vrspergensis chronographus deducit, quam nō grauabor subiicere. Anno Domini M. C. & IIII. Henricus Imperator natalē Domini Ratisponæ celebrauit. Cumq; ibidem aliquandiu moraretur, orto quodam prius murmure inter Boiariæ principes, eo quòd Saxones vel familiarius illic & honorabilius quàm indigenæ ab Imperatore tractarentur, Sigehardus comes qui huiusmodi suspicionē maximè notabat, cœpit Imperatori paululum inuisus haberi: propter hoc autem maximè, quod ipse solus prę cunctis qui tunc aderant principibus, abundare militum copia, adducta ad resistendum, si fortè de curia quicquam secus cederet, videbatur se communisse. Diebus post hæc aliquot exactis, cum iam securior factus idem comes, suorum turmas diffluere permisisset, excitatur in illum, tam conspirantibus vrbanis Ratisponensibus, quàm diuersarum partium ministerialis ordinis hominibus, seditio furibunda: quæ nullo modo, vel ipso Imperatoris filio interueniente, sedari potuit, donec ab hora diei tertia vsq; ad nonam, in hospitio obsessus, tandemq; fractis foribus, ipse prius confessione facta, sumpto etiam Dominici Sacramenti viatico, capite truncatus occubuit. De quo scelere supersedemus plura referre, pręsertim cum adhuc vltiones, cæteraq; mala sequētia versentur in oculis, & quem sint finem habitura nequeamus dicere. hæc Vrspergensis.

7 SIGEFRIDVS, capitur ab Henrico quinto Cæsare. de quo scribit idem Vspergensis in hæc verba, loquens de anno Domini 1108: Rex verò orientalibus redditus, colloquium Ratisponæ cum Boiariis, in quo expeditionem in Flandriam contra Rupertum instituit. Et subdit: Anno Domini 1109. rex Henricus natalem Domini Moguntiæ celebrat: & paulo pòst Francofurt conuentu procerum habito, Sigefridum palatinum comitem Bauariæ apud Vuirezburgensem episcopum custodiæ deputauit, eo quòd prodente Henrico prius duce Lotharingiæ, iam in gratiam regis recepto, in necem & regnum eius insurgere consiliatus sit.

8 HENRICVS secundus, fertur habuisse in coniugio filiam Henrici ducis Bauariæ, hoc nomine in prosapia Vuelphonum primi. Citatur in literis cum Berchtoldo marchione ab Andegs, & Rapatone comite de Ortenburg, de anno 1173.

9 HARDVICVS secundus, filius Sigehardi superioris, vel secundū alios cōsanguineus, progenuit ex nobili comitissa Saxoniæ duos filios, Erbonē ducē Carinthię creatū, & Botonē, qui lares in Hungariam trāstulit, de quo Vrspergensis hęc scribit, cum de Erbone

ac Bo-

ac Botone postremis loquitur: Hartuigi (inquit) palatini comitis filii, qui consanguineus fuit illius Sigehardi, qui Sigehardum progenuerat, Ratisponæ peremptum. Maternũ vero illis erat stemma de Saxonia, Imidingorum tribus egregia, quæ & Othonum inclytę stirpi traditur vicina. Et subdit: Quorum, vt diximus, clarissimorum principum feminę nobilis Friderun, Erbonis & Botonis mater, à Retingo filio Botonis, filii Retingi secundi, de secundo Botone nati, procreatur: quæ post mortem Harduigi statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Erbone paruulo, Botone imprægnata posthumo.

Ab hoc Sigehardo descendunt comites de Schala & Perilsaym in Austria, de quib. infra suo loco.

10 ERBO, cum filio Popone comite Varnbacensi ac Neuburgensi, & nepote Ekenberto, cuius auus modo dictus Erbo hoc nomine in hac stirpe secundo, ducatum Carinthiæ à Cunradó tertio consequitur. de quo diximus inter duces Carinthiæ supra.

11 BOTO hoc nomine III, miles regis Hungariæ aulicus, ab eodem, quod eius opera contra Tartaros & Bissenos fideli ac forti vsus fuisset, multis prædiis agrisq; in limitibus Austriæ donatur. vbi is multa loca ac castra, pagosque à suo nomine Botenburg denominauit: fons & origo prænobilissimæ prosapiæ Bodinorum, quæ nostra memoria in Francisco defecit, quem Boteferencz Hungari gentilitio sermone vocabant. Cuius meminit etiã Vrspergensis, loquẽs de Hardnieo II, & Friderun Saxona, eius vxore, parentib. videlicet huius Boronis & Erbonis ducis: Erbonis vero (ait) & Botonis mater à Rhetingo filio Botonis, filii Retingi de secũdo Botone nati, procreatur, q̃ post mortẽ Hartuigi statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Erbone paruulo, Botone imprægnata posthumo. Quorũ vtrumque literis & armis atque rebus satis profecisse cogonouimus. Attamen Boronem, sicuti corpore proceriorem & elegantiorem, ita rebus bellicis præstantiorem atq; formosiorem, totius pene Germaniæ atque Italiæ testatur populus. Pannonia vero talem illum ac tantum fatetur, se aliquando sensisse, vt is vere de gigantibus antiquis vnus apud illos credatur fuisse.

BVRGGRAVII NORICI CASTRI PRIMI, ANtequam adhuc Zolrenses in ea dignitate inuestiti fuissent.

1 GOTOFRIDVS, genuit Arnoldum, Cunradum, & filiam regi Bohemiæ locatam, Friderico Cæsare primo imperante.

2 CVNRADVS, Fridericum reliquit. circa annum floruerunt 1180.

3 FRIDERICVS, habuit duas coniuges: ex quarum Gertrude, marchionis Brãdeburgensis filia, Hedvuigen filiam procreauit, Gebhardo comiti de Supplingen collocatã, circa annũ 1230. Ex altera vero Adelhaide, comitissa ab Harburg Saxona, Catharinam genuit, comiti à Vuertheym desponsatam: & alteram, Emichoni comiti à Nassau. cæteræ, Helena ac Margaretha virginitatem atque monasticen professæ sunt. Floruit Fridericus circa annum 1250.

4 HENRICVS, Friderici filius, reliquit vnicam filiam, Adolpho comiti à Nassau nuptam, matrem scilicet Adolphi Cæsaris. floruit anno 1274.

BVRGGRAVII NORICI CASTRI, POSTERIus Norinbergenses dicti, & ab obsequio principum Boiariæ per Rudolphum Cæsarem exempti. Vnde principes Brandeburgii nostra ætate rite descendere dignoscuntur.

1 FRIDERICVS, Rudolphi Habsburgensis Cæsaris ex sorore nepos, ex comite de Zolern burggrauius Norici castri inuestitus est: Vogburgensiũ marchionũ stirpe, q̃ à Cũrado tertio circa annum Domini 1142, præfectura eius castri sub hoc titulo donati fuerunt, extincta. Idque factum est anno Salutis 1280. Confirmatur mox in concilio Lugdunensi. Habuit duas vxores. primam Elisabetam, Ottonis senioris Meraniæ ducis filiam, qui comitatum Amertallensem in proximo habebat, & genero pro dote dederat Bayren, vt & Carlsperg. Duxit & secundam Beatricem, siue Helenam Saxoniæ comitissam, quæ obiit anno 1390, sepulta Norinbergæ apud Franciscanos, fundatrix cœnobii monialium in Ostrofrancia Pyrkhenfeld. Reliquit post se duos filios, Fridericum & Chunradum. & totidem filias: quarum Anna comiti à Nassau copulata est: & Helena virgo mansit, sepulta Norimbergæ apud Franciscanos.

2 CHVNRADVS, ex Agnete comitissa de Hohenloe, tres filios procreauit, & quinque filias: quarum duæ nuptæ, duæ vestales, & vna virgo permanserat. filii, Ioannes, Fridericus & Albertus, commentatores ordinis Prutenici extiterunt.

3 FRIDERICVS hoc nomine secundus, ex Margareta comitissa Goritiæ, progenuit Fridericum tertium episcopum Ratisponensem, Berchtoldum episcopum Aichstetensem, cancellariũ Ludouici Bauari Imperatoris: Albertũ, qui ex Sophia Hennenbergẽsi

nihil tulerat: & Ioannem secundum. Obiit autem Fridericus præsul 1330. Berchtoldus sepultus in Haylsbrun cœnobio, 1362. Albertus deniq; burggrauius, anno 1361.

4 IOANNES hoc nomine secundus, filius Friderici secundi, habuit duas vxores: primam, Helisabetam comitissam ab Hennenberg, ex qua Fridericum quartum progenuit: & Margaretam filiam Caroli quarti Imperatotoris, ex qua Elisabetham tulit, Eberhardo comiti Vuirtenbergensi nuptam, cognomento Pacifico. Obiit Ioannes anno 1357, cum multa prædia à comitibus de Orlamund empta, Burggrauiatui suo adiecisset.

5 FRIDERICVS hoc nomine quartus, ex Elisabeta marchionissa Thuringiæ & Misniæ progenuit Ioannem tertium, qui puer obiit: & Fridericum quintum, atq; decem filias. quarum tres in cunabulis obierunt. Catharina, Anna, & Agnes, Deo consecratæ, Vestales fuerunt: Margareta Hermanno Hassiæ landgrauio, Elisabeta Ruperto Imperatori duci Boiariæ, & Beatrix Alberto tertio duci Austriæ, nuptæ fuerunt. 10

6 FRIDERICVS hoc nomine quintus, ex Elisabeta, Henrici de Landshuta ducis Bauariæ nata, Albertum secundum procreauit: & duas filias, Agnetem & Catharinam, quæ erant abbatissæ ad S. Claram in Curia vrbe Voitlandiæ. Is castrum Noricum Norimbergæ ciuibus vendidit: & illa pecunia apud Sigismundum Cæsarem, ac comites ab Anhald, marchionatum Brandeburgensem comparauit: Constantiæ in concilio à Sigismundo Imperatore suæ prosapiæ primus marchio Brandeburgensis inuestitus, circa annum Domini 1416. Obiit anno 1440, sepultus in Haylsprun, Norggouiæ cœnobio.

7 ALBERTVS secundus hoc nomine, & burggrauius Norinbergēsis, & marchio Brandeburgensis, habuit binas coniuges: primam Margaretham Iacobi Badensis marchionis filiam, & Caroli Badensis sororem: secundam duxit Annam Friderici Saxoniæ ducis natam ex Margareta Austriaca progenitam. ex quibus quatuor filios progenuit, & sex natas. nomina filiorum, Ioannes quartus, Albertus tertius, Fridericus septimus, & Fridericus octauus. filiæ fuere: Elisabeta, ducis Ligniciæ in Silesia Ludouici coniunx: Cecilia, Vuilhelmo seniori duci Brunsuicensi: Magdalena, Friderico duci Brunschuigiæ: Dorothea, Henrico duci Mecclaburgensi: Catharina, Ioanni duci Appauiæ in Silesiis: & Margareta, Ludouico Bauariæ duci gibboso, & post eum Martino de Vueldenfels nobili Franconi, collocatæ in matrimonium. Ipse Albertus apud Francofurtum obiit in electione Maximiliani Imperatoris, anno Domini 1486. sepelitur in Haylsprun. 20 30

8 FRIDERICVS septimus & octauus, vterque filii Alberti secundi, sine successione diem suum obierunt. Septimus quidem, ex Catharina, Vuilhelmi & Friderici ducum Saxoniæ sorore, Ioannem & Erasmum filios tulit, qui pueri obierunt: & duas filias, quarum Dorothea coniungitur Ioanni duci de Leuenburg Saxoni, & Margareta Buxlauoni principi Stetinensi. Octauus vero Fridericus, alterius frater germanus, ex Agnete Pomeraniæ ducissa vnicam filiam Magdalenam suscepit, Eytello Friderico comiti de Zollern nuptam, matrem Francisci, Ioachimi, Eytelioachimi, & Friderici Alberti: Vvundelbirgis præterea, Annæ & Salomæ, filiarum.

9 IOANNES hoc nomine quartus, germanus frater duorum Fridericorum & Alberti secundi filius, cognomento Alchymista, propterea quod hac in primis arte delectaretur: gubernabat in Paytsdorf, & ex Barbara Rudolphi Saxoniæ ducis filia, tres modo filias procreauit: Barbaram, coniugem Ludouici marchionis Mantuani, Elisabetam, Buxlauoni Pomeraniæ duci nuptam: & Dorotheam, Christophoro Boiario Daniæ regi collocatam. post cuius mortem nupsit Christierno comiti Oldenburgensi, qui Christophoro in regno Daniæ successit, pater Ioannis regis, & auus Christierni expulsi. 40

10 ALBERTVS tertius, filius secundi hoc nomine, & frater germanus Ioannis supradicti, & duorum Fridericorum, ex marchionissa de Baden Margareta quatuor filios & tres filias tulit: Ioannem quintum, vnde electores Brandeburgenses processerunt: Albertum quartum: Vuolfgangum, qui obiit iuuenis: & Sigismundum præfectum in Zisterſdorf Austriæ, à Maximiliano circa annum 1495 constitutum. filiarum, Elisabeta Eberhardo iuniori Vuirtenbergiæ duci, Vrsula Henrico duci Munsterburgii nuptui data fuit: Margareta, abbatissa ad S. Crucem Am hoff Voitlandiæ extitit. 50

11 IOANNES, quintus hoc nomine, primus elector Brandeburgensis, ex Anna Vuilhelmi Thuringiæ landgrauii filia quatuor filios procreauit: Vuolfgangum, Georgium, Albertum cardinalem & archiepiscopum Magdeburgensem & Moguntinum, qui nostro vixit seculo, & Ioachimum electorem. Atque is Ioachimus elector ex Margareta Ioannis Daniæ regis nata, Albertum Brussiæ commendatorem, & Ioachimum electorem, qui hodie adhuc viuit, suscepit.

12 ALBERTVS quartus in burggrauiatu gubernans, tres filios & quinque filias procreauit,

creauit, Albertum, Georgium, qui in iuuentute obierunt: & Fridericum nonũ, de quo mox dicturi sumus, & qui successionem in burggrauiatu tenuit. filiarum, Sibylla Vuilhelmi ducis Iuliacensis vxor: Barbara, appellata das freylin von Grossen/ Henrico duci Silesiæ de Freystat: Amalasuenda, Caspari duci Bauariæ de Veldencz: Anna, Bernhardo Henebergensi comiti: & Agnes Gulielmo Hassiæ landgrauio desponsantur.

13 FRIDERICVS nonus hoc nomine, Alberti quarti filius, in burggrauiatu gubernans, ex Sophia Cazimyri Poloniæ regis filia, ex Elisabeta Austriaca genita, octo filios procreauit, & quinq; filias: videlicet Sophiam, Friderico de Lignitia duci: Elisabetã, marchioni Badensi: Annam, Bugislao Pomeraniæ duci, nuptas. reliquæ, Barbara & Margareta, virgines obierunt. Filiorum quoq;, Vuilhelmus, Ioannes, Albertus, Gumpertus, in iuuentute defuncti sunt: Fridericus canonicus Salizeburgensis & Vuirtziburgensis, superiorib. annis puto concessit. Decessit & ante vigorem ætatis in Hispania Ioannes, vbi Ferdinandi senioris Arragoniæ, Castiliæ & Legionis viduam nuptum acceperat. Albertus adhuc in humanis est, hodie dux Prussiæ. Cæteri duo fratres, Cazimyrus & Georgius, successionem stirpis suæ tenuere.

14 CAZYMIRVS, filius Friderici noni, fidelis domus Austriæ seruitor, atq; adsertor, vt qui Maximiliano Cæsari aduersum Venetos bellum gerenti opem tulit, & FERDINANDI regis Rom. Hungariæ Bohemiæq; (qui adhuc rerum potitur) dux in Pannonia, in eo bello dysenteria in mortem solutus est: relictis ex Anna Alberti ducis Bauariæ filia (sorore Vuilhelmi, Ludouici & Ernesti, quos nostra ætas habuit) duab. filiabus, & Alberto, qui nostra tempestate rebus bellicis, & vrbium aliquot Imperialium quoq; vexationibus atq; exeidiis, clariss. sibi nomen peperit. Cuius sorores, altera Carolo Badensi, altera Christophoro duci Vuirtenbergiæ nupsere.

15 GEORGIVS, frater germanus Cazimyri, Maximiliani Cæsaris aulicus, rem item Austriacam cum fide asseruit: factusq; postea Ludouici Hungariæ regis præfectus, quem Maiorem domus vocant, Beatricem ibi filiam Bernhardi Modrusiensis comitis Croatiæ Bani, viduatam à Ioanne Troppaniensi duce, duxit vxorem. ex qua nulla prole suscepta, post obitum illius alteram duxit, : ex qua liberos reliquit, qui pueri adhuc viuunt, habentes ditionem Onolspacensem, & Oppauianum in Silesiis ducatum, quem Ferdinãdo Rom. Hungariæ & Bohemiæ regi, archiduci Austriæ, vendiderunt.

LANDGRAVII DE STEVENING, QVI IIDEM comites erant Varnbacenses ac Neuburgenses, quique in Austria in confinio Hungarorum Butensem habebant amplissimum comitatum, ex Austria late in Styriam exporrectum: cuius erat metropolis Neunkirchen, & fundationes Glocknicz ibidem, & Varnbach abbatia ad ripam OEni infra Pataniam. Insignia, grypho aureus, leporem vnguibus comprehendens. Huius prænobilissimæ prosapiæ duo, Erbo & Popo, duces Carinthiæ fuerunt. His quoque sanguine iuncti erant comites de Vuelas & Lambach, vtpote ab eodem capite descendentes.

1 VOALRICVS comes, vt aliqui volunt, Buchornensis ad lacum Brigantinum, sub Othone primo militauit aduersus Hungaros, Butensemq; in eo bello armis ab Hungaris assertum comitatum à supradicto Cæsare in beneficium accepit, vna cum landgrauiatu apud Boiarios Steueningensi: ad quẽ duo pertinebant comitatus, Varnbacensis & Neuburgensis ad OEnum, siue vnius hi regiæ ac sedes exstiterint. Is ex Margareta Henrici primi, quem Aucupem vocant, amita, decem liberos procreauit: quorum tres seculo renunciantes, Burcardus ad S. Gallũ abbatem egit, Conradus & Theodericus præpositos Salczburgenses: Adelhardus maiorum suorum comitatum ad lacum Rhætiæ Buchornensem sortitus, huius nominis comitum fons & origo est, de quibus in proximo à nobis libro dicetur. Reliqui in Boiaria, marchaq; orientali mansere: quorum aliqui landgrauii, alii comites fuerunt: Arnoldus, Peregrinus, Bruno, Fridericus, Thiemo, & Henricus.

2 HENRICVS, reliquit Theodoricum & Gebelhardum. Erat autem Henricus filius Vdalrici.

3 THIEMO reliquit quinque liberos, Eckenbertum, Henricum, Fridericum, Meginhardum, & secundum Thiemonem.

4 MEGINFRIDVS, vel Meginhardus, tulit filios, Hermannum landgrauium de Steuening, & Vdalricum atq; Conradum comites Varnbacenses ac Butenses. iuuerunt autem fideliter Henricum quartum, & propterea à Pontifice maximo vna cum Imperatore excommunicati. quorum Conradus primus fuit author Varnbacensis cœnobii, Vdalricus vero cum Mechtilda vxore Vuinbergensem quoq; comitatum possidebat.

5 FRIDERICVS, filius Thiemonis primi erat, & secundi frater, quē Auentinus Henricum vocat. habuit in matrimonio Gertrudim, Henrici quarti amitam: ex qua Harduicum tulit, comitem de Burkhausen, vnde Erbo processit landgrauius de Steuening: & Hedvuigem, nuptam marchioni Saxoniæ, matrem Lotharii Imperatoris, & Ithæ comitissæ de Burkhausen.

6 ECKENBERTVS, hoc nomine primus, filius Thiemonis secundi minimus natu, quatuor liberos orbi dedit: Gotofridum monachum, Dietmarum, Eberhardum, & Eckenbertum secundum hoc nomine.

7 EBERHARDVS, filius Eckenberti primi, reliquit duos filios: Rapatonem, vnde Palatini de Crayburg, de quibus supra dictum est, & comites Artenburgenses in Carinthia, descenderunt: & Erbonem, ex comite Neuburgensi in ducē Carinthiæ creatum à Cunrado tertio, sepultum in Millestadio Carinthiæ, cum Popione filio: cuius nepos Eckenbertus tertius, comitatum paternum ad OEnum Neapurgensem possedisse reperitur, primus author Varnbacensis cœnobii infra Patauiam. Qui duos filios tulit, suæ stirpis vltimos, Cunradum & Crafftonem, comites Neuburgenses, in diplomatibus passim de anno 1160 concessis cœnobiis appellatos.

8 ECKENBERTVS hoc nomine secundus, comes Butensis in Austria, frater Eberhardi, cuius prosapia in Boiaria landgrauiatum Steuenyngensem, palatinatum Crayburgensem, & Neuburgensem comitatum possederat. Ekenbertus igitur secundus, Ekenberti primi filius, in diuisione cum fratre, inferiorem Butensem videlicet in Austria comitatum sortitus, in cuius agro posterius Noua ciuitas à principibus Austriæ fuit extructa: impetrauit à Cunrado tertio imperatore, cognato suo, hoc priuilegium, vt posset instar principis Romani Imperii monetā signare in Neunkirchen oppido comitatus Butensis, quod & hodie superest haud procul a Noua ciuitate Austriæ, etsi in angustias redactum. Habet autem priuilegium ita: In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Cunradus diuina fauente clementia Romanorum rex tertius. Æquitas iusticiæ & regni authoritas nos admonent, omnium quidem vtilitati prospicere. maxime vero consanguineorum nostrorum, & petitiones modis omnibus promouere & adiuuare. Eapropter petitionibus dilecti consanguinei nostri Ekeberti comitis adnuimus, & in quadam villa sua Neunkirchen nuncupata, forum & monetam illi concessimus, regali scripto & authoritate confirmantes. Quicunque enim hoc statutum nostræ concessionis violare præsumpserit, triginta libras auri purissimi componat: quorum partem dimidiam cameræ nostræ, reliquam vero præfato Ekeberto, suisque hæredibus persoluat. Vt autem hæc nostra concessio firma & inconuulsa permaneat, hanc chartam inde scribi, & sigilli nostri impressione muniri iussimus: & testes, qui præsentes aderant, subnotati fecimus, quorum nomina hæc sunt: Henricus Ratisponensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Embrico Vuirzeburgensis, Reymbertus Patauiensis, Lupoldus dux Boiariæ, Fridericus Aduocatus; Gebhardus comes de Sulczbach, Bernhardus comes de Louenhusen, Henricus marescalcus, Cunradus de Aitza. Signum domini Cunradi regis tertii.



Ego Arnoldus cancellarius, vice Alberti Moguntini archicancellarii recognoui, anno Dominicæ incarnationis 1141. indictione tertia, regnante Romanorum rege secundo, anno vero regni eius tertio. Data Ratisponæ, in Christo, fœliciter.

9 ECKEBERTVS hoc nomine quartus, secūdi filius, in comitatu Butensi patri successit. deinde cum & Eberhardi stirps in landgrauiatu & Neuburgensi comitatu tandem defecisset, superiorem quoque in Boiaria ditionem nactus est. Etsi secundum aliquos Hermannus in ea adhuc prosapia floruerit, à quo Lupoldus dux Austriæ sextus per commutationem tractum Neunkirchensem comparauit, circa annum Salutis humanæ 1180. Iste porro Ekebertus quartus, secutus castra Friderici primi Barbarossæ, in obsidione Mediolani occubuit. de cuius interitu Otto Frisingensis libro historiæ Friderici Cæsaris primo tertio, ca. 31. hæc scripta reliquit: Progrediente autem eo in hostilem terram, quidam de exercitu male affectatæ laudis præuenire alios, & de virtute certādo alter alteri superior inueniri desiderabant. Inter quos erat comes Ekebertus de Butene, vir nobilitate, diuitiis & virtute animi ac corporis insignis, cum quibusdam aliis nobilibus, & regalis familiæ militibus. Et post longum subiicit: Cum autem hostium multitudo nostrorum animos ac peritiam vinceret, iamq; tota acies pelleretur, prædictus comes Ekebertus vni suorum qui deiectus fuerat opem ferre cupiens, subito equo prosilit, militem liberat, iamque vincentes hostes pene solus perturbat, & ad vallum vsque ciuitatis prosecutus est. Fugiebant eum vniuersi, neq; vim hominis, neque audaciam sustinentes. Verum profecto fata virum persequebantur, quæ ab homine vitari non possunt. Multitudine quippe aduersariorum

florum vndiq; circumfusus, ad terram lancea prostratus est: & detracta galea atque thorace, capite cæsus, nemine succurrente, quod locus intercludebat auxilium ferre cupientem. ægre itaque nobilissimus comes & vir regalis sanguinis perimitur: magnam de se querelam non tantum apud suos, sed etiam apud exteros relinquens. Hæc ille. quæ Guntherus Ligurinus, poeta eius temporis, carmine ita expressit:

Hos tamen euentus letos, & gaudia rerum,
Inuida turbauit casu fortuna sinistro.
Namq; noua quidam quærentes semina laudis,
Præclarumq; sibi cupientes addere nomen,
10 *Mœnia terrifico strepitu Ligurnia petentes,*
Exciuere suos tutis de sedibus hostes,
Sæuaq; conflictu mouerunt prælia duro.
Primus in his Ekebertus erat, comes ipse, sed alto
Sanguine, regifico minime cessurus honori,
Et magnos reges animi virtutibus æquans.
Hic dum prolapsum quendam, rapidoq; volutum
Turbine, cornipedes cuperet releuare suorum,
Hasta leuis iuuenis vibrata per ilia magni
Transiit, & latebris animam deprendit in altis.

20 Porro is idem Eckenbertus fratrem Eberhardum habebat, & vxorem Vuilliburgim comitissam Andecensem, ex qua vnicam filiam Kunigundim reliquit.

10 HERMANNVS vendidit Lupoldo sexto Austriæ duci, comitatum Butensem, in finibus Austriæ & Hungariæ situm, acceptis pecuniæ loco Herczogburgo, Siczembergo, & aliis Austriæ locis, quæ diu postea Varnbacenses abbates prope Pattauiam episcopalem, comitum seu principum illorum, vt fundatorum, hæredes possidebant, & adhuc possident. Huius Hermanni credo coniugem extitisse, quæ dominium Vualtersdorf, Butensi videlicet comitatui in Austria coniunctum, Henrico duci Austriæ cognominato à Medlinga, vendidit. Vnde legitur in peruetustis Annalibus nostra lingua scriptis, Die landgrauynne dinget dem hertzogem Haynrichē von Medlich/Waltersdorf/Reisenberg/ vnd Wisen/vnd das aigen das darzu gehort/das geuiel auch herzu von dē herzogen Haynrichen. Porro nec illud ignorandum est, deficiente nobili prosapia principum illorum, ingenuos quosdam in Austria quondam, vt puto, vasallos, titulum nomenq; à Butene vsurpasse. Quorum inuenio Rapatonem, circa annum Domini 1208, in literis citari: & Offonem à Friderico Austriæ duce commemorari, anno Salutis 1240.

GENEALOGIA LANDGRAVIORVM A LEVchtenburg: quorum primordia à Burggrauiis Ratisponensibus, ac comitibus à Bogen repetuntur, eo quod in antiquo diplomate scriptum sit, Leuchtemburgum castrum sub ditione Neuburgensis castri extitisse, cuius comites (vt proximo capite ostensum est) sua debent initia Ratisponensibus. Porro manet horum in hunc vsque diem & nomen & prosapia: exempti tamen ab obsequio Boiariæ principum, Romano Cæsari, vt cæteri principes, immediate parent.

1 HENRICVS, reperitur vixisse sub Henrico quarto.

2 DIETBOLDVS, floruit circa annum 1105. & reliquit filios, Chunradum episcopum Argentoratensem, Suiggerum, Fridericum, Albertum & Burcardum, qui successionem stirpis tenuit.

3 BVRCARDVS, ex comitissa à Zigenhaym genuit Ludouicum & Fridericum: quorum Ludouicus citatur subinde in literis à Friderico primo Cæsare, & præsertim in diplomate quodam Pattauiensi sedi concesso, super abbatia Nidernburg in ciuitate Ba-
50 tauia.

4 FRIDERICVS hoc nomine secundus, ex Elizabeta comitissa ab Hohenloe suscepit Fridericum illius domus tertium.

5 FRIDERICVS tertius, ex Isentrude coniuge, quæ multa reperitur fundasse in cœnobio Vualdsaxen, filios tulit: Ioannem præsulem Argentoratensem, Fridericū quartum, Gebhardum, & Dietboldum secundum. Is cœnobio Vualdsaxen, finibus suis proximo, vendidit Vuolfamsreyt & Mayrhouen.

6 FRIDERICVS quartus, superioris filius, ex Elisabeta comitissa ab Ortenburg & Crayburg filium progenuit Fridericum, abbatem Eboracensem in Franconia, qui vixit circa annum Domini 1282.

Austriæ secundus, Reczensem comitatū in finibus Morauiæ & Austrię situm emerat, vt in peruetusto codice adnotatum est hisce verbis: Hertzog Leupold khaufft wider den Burggrauen von Nurnberg vnd sein mueter die graffschafft zů Ragez/vnd den Markh/ vnd das darzů gehöret/ vmb zway tausent markh silbers. vnde colligimus, Diepoldum tertium comitissam à Ragez, postremi videlicet comitis filiam, in matrimonio habuisse.

12 BERCHTOLDVS quartus hoc nomine, floruit circa annum Domini 1204. habuit in matrimonio comitissam Austriæ à Clam & Maebland. Vnde legimus in peruetustis Austriæ annalibus, Der Graue Fridrich von Clant/ der dinget den Hertzogen Leopold sein aigen/das er hett in Österreich. der starb on erben. da gewan er wider diu witiben das leipgeding. die witibe nam der Maggraue von Vogburg / dem verlaich der Hertzog das aigen/vnd seinen kinden/on Hohenekh/das nam er aus/das lech er herrn Rudolf von Pettendorf.

13 EBERHARDVS, tertius hoc nomine marchio Vogburgensis, comes de Berge, Cambo, & Neumarcht, princeps Voithlandiæ, vendidisse scribitur burggrauiis Nurnbergensibus, tum primùm omnium institutis, duo oppida, Vvunsidel & Kirchlamicz, quę hodie Voitlandiæ prouinciæ tribuuntur.

14 GOTOFRIDVS, is à Friderico secundo burggrauius Norinbergensis instituitur, & Norinbergam tum pagum muro cinxit. citatur in Vualdsassensibus diplomatibus, anno 1227.

15 CHVNRADVS filius Gotefridi, cum Arnoldo fratre, postremus suæ stirpis fuit. cui legitur Fridericus secundus Chreusen oppidum dono dedisse, & eum in burggrauiatu Nurnbergensi confirmasse. Sunt tamen, qui duos postremos ex familia Vogburgēsium excludant, & Bogensium stirpi inserant.

MARCHIONES LIMITIS BOIARICI MERIDIONALIS Athesini, vnde duces Meraniæ & Dalmatiarum, marchiones Istriæ, palatini Burgundiæ & Carinthiæ, comites in Boiaria Andecenses & Damasiani, siue à Diessen, comites Hochenvuartini, comites Goriciæ & Tyrolis defluxere. Erant verò monasteriorum in Boiaria aduocati Tegernsee, Beurn & Vinartæ, prouinciæ Athesinæ: sub quorum ditione fuerant in Boiaria Andegs, Diessen, in cœnobia ab alumnis stirpis religionis ergò versa, Glaneckh, Buchom, & alia pleraque.

1 FRIDERICVS, reperitur in matrimonio habuisse Kunigundim, neptem Othonis primi ex Richilda filia. eratque soror Itbæ, coniugis primi Vuelphonis, cuius sarcophagus cernitur in Andegs, cum tali Epitaphio: Kunigundis peccatrix, huius loci dominatrix: istam aulam II. Non. Martii, ob. Ann. XX.

2 RATHO, vulgò Sandt Gafrad (ex errore & transpositione syllabarum, cum vocaretur à Boiariis Sandt Graf Rath) ab Henrico Boiariæ duce primo, Otthonis primi Imperatoris fratre, limiti Boiorum orientali pręficitur: hoc est, Austrię marchio inauguratur: cuius statua equestris, quemadmodum & Henrici ducis, post Hungaricam victoriam erecta, visitur in Maurkhyrchen, proxime Branavu. de hoc plura attigimus inter Marchiones Boiariæ Orientales.

3 ARIBO, siue Erbo, episcopus Moguntinus, qui Chunradum secundum cognomento Saliquum, Imperatorem vnxit: habuit fratrem Sigefridum, comitem à Lebnau in Styria, Lupoldum comitem de Andegs in Boiaria, & sororem Adelam fundatricem Gossesensis virginum nobilium cœnobii, siti in comitatu Lebnau apud Styros.

4 OTTO, comes Andecensis, legitur interfuisse expeditioni Hungaricæ, ab Henrico tertio susceptæ contra Abam regem, vnà cum Vuelphone tertio, & Ottone Scyrensi.

5 ARNVLPHVS, sub Henrico quarto Rhod cœnobium, ad ripam OEni fundauit, infra Vuasserburgum. Genuit Popponem, sepultum Constantinopoli.

6 BERCHTOLDVM & Cunradum, qui cum Irmengarde coniuge sepelitur in Rhod.

7 CHVNRADVS, genuit Popponem secundum, & Ottonem episcopum Babēbergensem, Pomeranorum apostolum.

8 BERCHTOLDVS Chunradi frater, genuit Hēricum primum Istrię marchionem, & Popponem comitem Andecensem.

9 HENRICVS, primus suæ stirpis marchio creatus in bello Italico à Friderico primo, interficitur à Mediolanensibus, relicto Berchtoldo secundo filio.

10 BERCHTOLDVS, patri in marcha successit, ob merita à Friderico primo Cæsare primus dux Dalmatię, Meranię: & comes Tyrolis siue Athesinus creatus. Eximitur prę

terea

terea à seruitute ducis Boiariæ, cui antea Athesinus & Istriæ Carinthięque principes parebant: ab eodem Friderico primo, Henrico Leone duce Boiariæ proscripto. Is ex Agnete de Neunburga Misniæ marchionissa, genuit Ottonem ducem Meraniæ, Henricum Istriæ marchionem, Berchtoldum Andecensem comitem, Ekebertum Babenbergensem præsulem: quem Fridericus secundus, pulso duce Austriæ Friderico, Austriæ præsidem constituerat nomine Imperii, (cuius mausoleum ad Scotos Viennæ superest:) Henricum & Theobaldum ambos ordine episcopos Batanienses, Chunradum Cõstantiensem episcopum, & Menegoldum abbatem in Chrembsmunster Austriæ: & Gertrudim Andreæ regis Hungariæ coniugem, S. Elisabetæ matrem.

11 HENRICVS secundus, patri in Marchia Istriæ successit. ab Henrico sexto Imperatore insuper dux Carinthiæ constitutus, vtroq; principatu priuatur à Philippo Cæsare, sexti successore, quòd Ottonem quartum aduersus se iuuisset. Ideo conspirans cum Ottone palatino Seyrensi, Philippum Babenbergæ interfecerat. Proscriptus idcirco, priuatusq; comitatu Andecensi, exulatum abiit in terram sanctam. Genuit filium Berchtoldum, patriarcham Aquileiensem.

12 BERCHTOLDVS tertius hoc nomine, ex comite Andecense à Friderico secundo marchio Istriæ fit, in locum Henrici fratris proscripti: Ludouico Boiariæ, cui marchiam dederat Philippus Cæsar, cedente. progenuit ex Hedvuige Saxoniæ marchionissa, Berchtoldum quartum comitem Andacensem, Popponem præsulem Babenbergensem, qui obiit anno 1240. Othonem Frisingensem antistitem, Vdalricum Batauiensem, Berchtoldum quintum monachum in Sevuen, Mathildam comitissam Goriciæ, Hedvuigem ducissam Silesiæ.

13 OTHO, Henrici secundi frater germanus, dux Meranię, comes ab Amertall, procreauit Othonem palatinum Burgundiæ, Agnetem coniugem Friderici secundi Imperatoris, Agnetem Philippi regis Franciæ, Beatricem comitis Aurelianensis, & Elisabetam Friderici Burggrauii Norinbergensis coniuges.

OCCIDENTALIS LIMITIS BOIARIAE PRAEfecti & custodes, comites ab Amergauv, Lechrayn, Bellsaym & Landsperg, quorum primordia deriuantur à Vuelphonibus comitibus ab Altorf Sueuis. Qui quomodo hunc in Bauaria comitatum limitemque consecuti fuerint secus Lyci vtramque ripam, vsque ad fontes illius (vbi possidebant præterea Schongam, Ietingam, Raytenbuech & Fuessen) scriptum reliquit Io. Auentinus libro historiæ Boiaricæ quarto, cum res gestas Ludouici tertii Boiorum regis explicat. Porrò Ludouicus (inquit) Boiariæ totum regnum in deditionem accepit, alimentum sumptusque prætores fratri præbere iubet: partem Pannoniæ vbi fontes Draui Sauique amnium sunt, Arnulpho in tutelam commendat, Charini limitis ducem appellat. Etychonem socerum suum, Sueuum genere, oriundum ex Altorf, Rauenspurgioque, Lycatiis, occidentali Boiariæ termino præficit. vbi haud longe a fontibus Ambronis fluuii, in vico eiusdem cognominis, templum diuo Benedicto, eiusque consecraneis duodecim dicauit. Henrichus filius eius, à sororis marito, quicquid in superiori Boiaria aureo vehiculo à prima luce ad meridiem ambiret, quasi ludo exposcit. Ludouicus ratus patrem coniugis pauperiorem esse, quàm vt aureum currum possideret, postulatis annuit. Mox Henrichus plaustro rustico, in sinu quidem aureum gestans paruum curriculum, vnde cognomen ei adhæsit, circumuectus est, à Lyco ad Ambronem, à Gelone flumine ad Alpes Peninas. Arrisit Ludouicus dolo: & quæcunque hisce finibus continentur, Henricho donauit.

1 ETHICHO, primus à genero Ludouico, tertio eius nominis Boiariæ rege, limiti Lycatiorum præficitur, author cœnobii Lechrayn, quod in limite suo ad Ambrum flu. construxerat. habuit fratrem Bardonem à Nordmannis interfectum, filium Henricum: & Luitgardam filiam, regis Ludouici vxorem.

2 HENRICVS, qui tractum limitis dolo, ceu dictum est, secus Lycum amnem ampliauit per aureum vehiculum. Is parentis fundationem transtulit in Altenmunster.

3 HENRICVS secundus, primi filius, ex Hatta ab Hohenvuard comitissa genuit sanctum Chunradum episcopum Constantiensem, Rudolphum comitem ab Amergau, & Ethiconem primum comitem a Rappersvuil.

4 RVDOLPHVS, in stirpe secundus, reliquit Rudolphum tertium, & Vuelphonem, qui regiam tenuit in Vuelphouen, tribus miliariis ab Innersdorf ad Gelonũ amnem, qui à chronographis primus Vuelpho numeratur.

5 RVDOLPHVS tertius, secundi filius, ex Illa Chunradi comitis Onyngensis ad lacũ Acronium [illegible] primi Cęsaris ex Richolita filia, sorore videlicet Chuni-

2 ARNOLDVS cognomẽto Malus, ob rapinas quas in ecclesias Bauariæ exercebat, ducatum Boiariæ consecutus, Henrico I. cognomento Aucupi se opposuit, & aduersus eũ Imperium ambiuit. proinde in ordinem redactus, cum ecclesias expilaret, non sine Dei vindicta moritur, & Ratisponæ ad sanctum Emmerannũ sepelitur, manifesto damnationis indicio, relictis post se ex Agnete Hungara ducissa quinq; filiis, patri non dissimilibus, Heroldo Archiepiscopo Saltzburgensi, Arnoldo comite Scyrensi, Eberhardo, Hermanno & Rudolpho atque Ottone comitibus Scyrensibus. Quorum sororem Iuditham Henricus I. Imperator Henrico filio suo Ottonis Imperatoris fratri germano, coniugem locauerat. Qui postea vocatus ad ducatũ Boiariæ, Henrico S. Imperatori auus fuit. Porrò supra-
10 dicti Arnoldi Mali filii, missi in comitatus ab Othone I, & patruo eorum Berchtoldo Boiis præfecto, vindictæ cupidi, Húgaros in perniciẽ Imperii in Germaniã duxerunt. Vnde Heroldus Archiepiscopus Salisburgi ab Agapito papa creatus circa ann. 945. à Ioanne XIII. deponitur & excõicatur cum fratribus. Porrò inuenio ex Rudolpho filiorum vno processisse Berchtoldum, comitem à Reisenspurg: & prętér Iuditham habuisse & alteram filiam, Burcardo cuidam Bauariæ comiti locatam, matrem Henrici præsulis Augustani.

3 BERCHTOLDVS, fratri in ducatu Boiariæ successit, & sine liberis moritur. de quo suprà inter duces Boiariæ locuti sumus. Habuit in matrimonio Gerbirgim Giselberti ducis Lotharingiæ filiam, cuius etiam meminit Vrspergensis.

4 OTTO, cum fratribus Arnoldo secundo, & Vuernhero, ducatum Boiariæ ab O-
20 thone I. priuati, Scyrensem arcem palatinatus sedem maiorum suorũ cum Vuittelspachio, Dachouio, Vuolfratzhusio, Bogen & Abensperga retinuerunt. De quibus iste Vrspergensis locus intelligendus est, cum de annis Othonis primi Imperatoris loquitur: Mortuus est quippe Arnoldus dux Boiariæ: & filii eius superbia elati, iussu regis contempserunt ire in comitatum, cuius ducatum rex dedit fratri eius Berchtoldo. Meminit porrò Ottonis palatini, de quo loquimur, Otto Fris. lib. Chron. 6. cap. 20. cum de Germaniæ vastatione facta sub Othone I. circa annum 955, loqueretur: Huius maximæ concussionis (inquit) author fuisse ex Boiaria comes quidam Scyrensis commemoratur, qui tamen perfidiæ suę pœnas soluens, dum Hungaros incautè eductos morti exposuisset, ab eis tanquam traditor necatus est. Porrò terra eius in fiscum redacta, partim à rege inter ecclesias diuisa, partim hære-
30 dibus eius cum castro Scyrensi relicta, æterno anathemati ab episcopis addicata fuisse traditur. Ex huius origine cum multi hactenus tyranni surrexerint, Otho palatinus comes perfidi & iniqui patris haud dissimilis hæres, omnes superiores malitia supergrediens, ecclesiam Dei persequi non destitit.

5 ARNOLDVS, Othonis superioris frater germanus, & ipse Arnoldi Mali ducis Boiariæ filius, de quo Vrspergensis abbas in Othonis primi historia hæc scripta reliquit, cũ rebellionem Lutolphi filii ducis Sueuiæ recenseret: Sequenti igitur nocte (inquit) Boiarii comites Henrici fratris regis, relicto eo, iuncti sunt Lutolpho. cum quibus ipse pergens, vrbem regiam Ratisponam cœpit, cum cæteris in ea regione munitissimis, omnemq; pecuniam ducis Henrici suis militibus diuisit: coniugem eius cum filiis & amicis non solum vr-
40 be, sed & regione excedere coegit. Hæc omnia fiebant consilio Arnoldi iunioris, fratrumque suorum, eo quòd ipse Henricus paternum haberet ducatum. Rex verò filium subsequens, vrbem Ratisponam obsidione circumdedit. sed cum multitudo machinas vrbi applicari non sineret, satis durè interdum ab vtrisq; pugnatum est pro muris. Vrbani cæteris attriti præliis, fame quoq; periclitari cœperunt. Vnde Lutolphus vrbe egressus, cum principalibus viris pacem postulat: sed non impetrat, quia patri obedientiam negat. reuersus verò in vrbem, portam orientalem, obsidentem armis comperit Geronem, tot victoriis, quot præliis clarum. A tertia igitur hora vsque in nonam, cum acriter pugnaretur ante portam vrbis, equo cadente, ascensor Arnoldus armis exutus, illicoque telis perfossus occubuit.

50 6 VVERNHERVS, germanus frater Arnoldi ac Ottonis, & ipse ducis Arnoldi filius, comes Scyrensis palatinus, filios reliquit Babonem, Vuernherum & Sigehardũ: quorum mater fuerat Beatrix de Pannonia.

7 BABO, filius Vuernheri, comes palatinus Scyrensis, floruit circa annum 994. & tres filios reliquit: vnde tres nobilissimæ comitum prosapiæ in Boiaria exortæ sunt. à Babone videlicet, comites de Abensperg: ab Ascouino, comites de Bogen: & ab Ottone, comites palatini Scyrenses ac Vuitelspacenses.

8 OTTO secundus hoc nomine, comes palatinus Scyrensis, ex Tutta comitissa de Nassau, quatuor rursus filios reliquit, vnde rursus quatuor celeberrimæ aliæ Boiariæ comitum stirpes primordia acceperunt: à Rapatone, comites de Hohenvuard: ab Arnoldo,

comites de Dachau: ab Othone, comites de Vuittelspach & Scyrenses: ab Eckardo, docet Bauariæ quidam.

9 ECKARDVS, non ille quem ex cognomento mit dem pundschuoch appellant, de quo infrà dicturi sumus, sed alter quidam, ab Ottone secundo, Henrico Hetzel duci Bauariæ proscripto, in ducatu substituitur: licet annales alii hunc Othonem, alio vocabulo vocent. Quem Otto secundus Imperator in diplomate quodam Pataviensi ecclesiæ, super donatione abbatiæ Niedernburg dato fratruelem & ducem Boiariæ appellat.

10 RAPATO, cum fratre Gebhardo episcopo, fundarūt cœnobium Thierhaupten, secus Lycum amnem, anno millesimo.

11 DIEPOLDVS, cum Rapatone filio, & Ortolpho fratre floruerunt anno 1062. quorum Rapato, vnà cum Sigefrido antistite Augustano destruxit castrum Sibenaych, ad Vindam amnem positum, anno Salutis nostræ 1079. Reliquit verò Rapato iunior Hermānum episcopum Augustanum, 1104. & Ortulphum comitem. Et pater illius Diepoldus, atq; patruus Ortolphus, possederant oppidum Menchingem, & cœnobium Altam speculam fundarunt circa annum 1050. 10

12 GOTHARDVS, episcopus Hildeshaimensis ab Henrico secundo Cæsare designatur: qui de tumulo leuatus, & canonizatus est ab Innocētio secundo, in synodo Viennensi, anno Domini 1130.

13 OTTO, hoc nomine quartus, palatinus Scyrensis & Vuitelspacensis, ex Hacziga regina Arragoniæ, viduata ab Hermanno castellano comite, tres filios procreauit: Eckhardum secundum, qui ex Petrissa vxore Bernhardum & Ottonem tulit, comites in Vuolsratzhusen: Ottonem quintum, & Hartmannum præsulem Augustanum, circa annum salutis 1098. Quorum mater Arragonia cœnobium Vischbach exorsa est, anno 1077. 20

14 OTTO hoc nomine quintus, comes Scyrensis, & palatinus de Vuitelspach, ex Agnete Lotharingiæ ducissa procreauit Othonem sextum, & Ekardum tertium, cognomēto mit dem pundschuoch. Fuit author montis S. Petri prope Rosenhaym, vnà cum Berchtoldo comite de Burgekh, circa annum 1107.

15 RAPATO, hoc nomine tertius, cum Ortolpho filio, & Vuiltrude moniale apud Altam speculam. quorum Rapato ex Henna coniuge Rapatonem quartum reliquit, anno 1180. 30

16 ECHARDVS hoc nomine tertius, cognomento vulgari Mit dem pundschuoch/ ab eo euentu, quòd in Asia militans, sub Gotofredo Boloniensi, in inopinata Sarracenorū inuasione, ad calceum erectum Christianos re subita collegisset, atque aciem restituisset. habuit Saxonam vxorem, ex qua tulit tres filios: Vdalricum, Ludouicum, & Ottonem septimum. Huius trophæa cernuntur in templo Mautkirchensi prope Brunouiam. Condidit oppidulum Ried in Norico ripensi, cui calceum illum erectum insignibus indidit.

17 OTTO hoc nomine septimus, ex Hayka comitissa de Leugenfeld, quatuor filios procreauit: Cunradum Salisburgēsem archiepiscopum, Fridericum, Ottonem octauum, & Ottonem magnum præfectum curiæ Friderici primi Imperatoris, à quo aduersum Hēricum Leonem ex stirpe Vuelphonum dux Boiariæ creatus est: quæ hodie adhuc rerum potitur familia, ac Rheni palatinorum ducumq; Bauariç fons & origo est, quorum genealogiam suprà adduximus. 40

18 FRIDERICVS, huius meminit Vrsperg. de anno 1120: His temporibus Fridericus palatinus comes, qui nuper se à cæteris dissocians, regis fidelitati deuinxerat, obiit, iam prouectus ætate, & vt cuidam seruo Dei euidenter reuelatum affirmant, ad loca pœnalia fertur descendisse.

19 OTTO hoc nomine octauus, quatuor filios post se reliquit: Sigefridum, Ludouicum, Ottonem nonum, & Cunradum secundum archiepiscopum Moguntinum: quem circa annum Domini 1180, Alexander papa, quod eius partes contra Fridericum Barbarossam in Germania foueret, episcopum Sabiniensem & cardinalem ereauerat: proficiscitur sub Hērico sexto in Asiam, vbi & Leonē regem Armeniæ coronauit. Missus ad postremum ab Augusto ad reges Hungariæ pacificādos, in reditu apud Patauiam Bauariæ obiit, anno 1206. De hoc Ottone octauo locus est accipiendus Ottonis Frisingensis, li. 7. Chrō. cap. 25. vbi de Lupoldi Austriaci in ducatu Boiariæ inauguratione tractat, Vuelphone proscripto: Non multo pòst (inquit) duce Lupoldo in vrbe Ratispona ciuilia iura disponente, ex palatini comitis Ottonis importunitate seditio oritur. & quæ sequuntur. Porrò is Otho primus dux stirpis, coniugem habuerat comitissam à Vuasserburg, Agnetem. 50

20 OTTO hoc nomine nonus, ex Margareta marchionissa de Baden, procreauit Theodericū & Brunonē, & Agnetē desponsatā Philippo regi Sueuiæ duci. Qua contēpta, cum

cum Philippus alterius nuptias ambiret, ab Ottone Scyrensi palatino apud Babenbergum occiditur. Cuius regis necem vlturus Rudolphus mariscalcus de Papenhaym & Collatin, Ottonem istum interfecit in suo castro Niderstrang. Porrò sunt qui hunc Ottonem non ducis Ottonis filium fuisse putent, sed alterius Ottonis Scyrensis, ex comitissa de Kiburg & Vuerdæa: qui Otho ducis frater extiterat, sepultus in Thierhaupten.

21 THEODERICVS & Bruno, ob paternum scelus pulsi ex Bauaria, in nemoribus Vuestrasiæ prædia ædificare cœperunt: appellati deinceps comites syluestres, vulgò Die wildgrauen. Quorum vixere Gerlacus episcopus Moguntinus, Cunradus episcopus Frisingensis, generalis magister templariorum in Germania: qui cum fratribus suis, albis indutis, à pontifice Romano & episcopo Moguntino proscribentibus Ordinem, appellauit Moguntiæ publicè in consistorio ad proximum Concilium. Vixit huius stirpis etiam Georgius comes Syluester de Dan, circa annum M. CCC. XXXVII. Porrò repeiuntur comites de Vuittelspach, qui post necem Ottonis factam à marescalco à Callatyn, adhuc in Bauaria prædia habuerant: Sigefridus comes à Vuittelspach, qui in matrimonio habuit comitissam quandam, & ex ea genuerat Omeliam collocatam Friderico marescalco à Pappenhaym, circa annum 1200. post quæ tempora, mox, & Cunradi & Berchtoldi comitum à Vuittelspach mentio in literis fit. Habebant arma ab Ilsungiis Augustanis non multum dissimilia. quod arguit, Ilsungios non solum à comitibus descendisse, verùm etiam originis esse Scyriensiũ, cuius plerique alii sunt Bauariæ comites, de Pogen, ab Hohenvuard, à Dachau, à Vuolfratzhusen, & ab Abensperg. Cæterùm scala in Vuittelspacensibus rubra erat, in albo campo: cum Ilsungii duplicem talem gerant, vnam rubram, & alteram nigram.



PALATINI BOIARIÆ DE KRAIBVRG, QVI IIDEM apud Carnos comites Artenburgenses, & aliquot eius prosapiæ duces Carinthiæ, quorum sunt insignia tres albæ alæ in rubro clypeo: & prædia apud Boiarios Kraynburg, Mattichouen, Maurkirchen, Gern, Ortenburg infra Vilszhouen, & multa alia cùm oppida tum castra in Neukircherland, Rottall & Vilcztall: apud Carnos vero habuere feuda à principibus quidem Austriæ, Artenburg, Spittall, Kellerberg, Steyrberg, Sumerek, Landtrost, Hohenperg, Vuaessenstayn, Neissenfels, Vueynek: & à Zayring fluuio vsque ad Culpam fluuium per Carniolam, Oberstayn, Falkensdorf, Zobelsperg, Ratmansdorf, Polam, Ornekh, Reiffnitz, Stayn, Vualdenburg, Liebekh, Alsenburg, Granenvuerd: & à Saltzburgensi præsule, S. Rudbertum, Treffen, Vuynklarn, Lynden, Freyach, Tuchant, Aufferez, Lonstat, Syrehau, Vueleyn, & alia pleraq;. Horum comitum fundationes sunt in Carinthia, Millestat Spittall: cætera, Ossiach, Arnolstayn & Vitringam locupletarunt. Construxerunt & apud Boiarios prope Vuilczhouen, sanctum Saluatorem. Et in Carinthia quondam, dum isthic rerum potiebantur, multos ac potentes nobiles vasallos subiectos habebant, quorum prosapiæ penè omnes interciderunt: Liebenberger, Kellerberger, Smerueker, Vueyxelberger, Paradeiser, Keuẽhuler, Gilgẽberger, Schloschberger, Leytschacher, Debriacher, Keutschacher, Mottnitzer, Steyrberger, Sebriacher, Fleschberger, Alkersperger, Zobelsperger, Goriacher, Liechtemberger, Straßberger, Kuenberger, Rotenstayner, Vuardberger, Gutenauuer, Mengensperger, Hartenberger, Dietristayner, Talhamer, Kußinger, Lueger, Velger, Strasser, Gesietzer, Risenberger, Feystritzer, Rauber, Gradiser, Tobliacher, Rosenberger, Vuerdenstayner & Altzeter, qui dapiferi comitatus hereditarii, vt vocant, fuerant. Atq; hos omnes cùm nobiles, tum oppida castraque superius ennumerata beneficio Carinthiæ ducum ac postea Austriæ principum possidebant. Quare deficiente stammate in Carnis, illa omnia rediere ad Austrios, qui comitatum cuidam nobili Hispano Gabrieli à Salamanca contulere. Ioannes Auentin. tamen putat, hos primitùs non fuisse palatinos, sed comites simpliciter: duxisseq; originem ab Engelberto comite Sponhaymensi, adoptato filio & genero ab Henrico duce Carinthiæ, Henrico quarto imperante. Hunc quippe ex Carnia tulisse Harduicum Ratisponensem episcopum, Engelbertum Istriæ marchionem ac Craynburgii, Vuernherum ducem Carinthiæ, & Rapatonem primum Artenburgensium comitem in Boiariis. Huius filii fuere nimirum Starchandus & Vuerigandus, quos Annales Boiariæ referunt cœpisse Dietmarum, qui & Thiemo, comitem à Vuasserburg, designatum episcopum Salisburgensem contra Berchtoldum à Mosburg, ab Henrico quinto. His successit Engelbertus, quem Ludouicus dux Boiariæ, Othonis magni Scyrensis primi sui generis ducis Boiariæ filius, Grayburgi obsederat, quòd nepotes suos ex fratre Rapatonem secundum & Henricum, contendentes bello, aduersus Albertum Bogensem comitem, iuuisset: quorum Rapatonem, exauctorato Othone Scyrense, ob necem Philippi Cæsaris primum palatinum Boiariæ suæ stirpis creatum fuisse à Friderico secundo, idem Auentinus autor est: nam Palatinus dignitas, siue præfectura prætoris Boiarici, antehac in Scyrensi prosapia fuerat. Huius

frater germanus Henricus, cœnobium S. Crucis Vestalium virginum apud Ratisponam fundauit: ipse ex Vulfhylda coniuge Rapatonem tertium tulit. qui secutus castra Friderici secundi Imperatoris, vt Fridericus bellicosus, quartus dux Austriæ, pelleretur ditione auita, iuuit. Reliqua ex Catalogo aliūnorum stirpis deprehendes. Quondam totum tractum Neukircherland in Bauaria possidebant, condideruntq; Vilczhouiam, & Landvueram aduersus oppositos Bogenses in vlteriorem Danubii ripam tenebant. hodie pauca castella cum castro Ortenburgo eo in tractu possidens, transmigrantesque vltra OEnum haud procul Scherdinga & Rieda, Mattichousam & alia multa beneficio ducum Boiariæ tenent.

1 FRIDERICVS, comes à Sponhaym Rhenensis, ducta Richarda Carinthiæ ducissa, Marquardi ducis filia, dotis loco comitatū Lauentallensem in Carinthia possedit: & ex coniuge prædicta Engelbertum progenuit, comitem Carinthiæ, & Rapatonem, quem Henricus quartus palatinum Chraymburgensem in Boiaria inaugurauerat.

2 RAPATO, filius Friderici, vel secundum alios frater germanus, patruelis Eberhardi, Landgrauii à Steuening in Bauaria, vnde Badenses & Varnbacenses comites defluxerunt. Is progenuit filios, Harduicum archiepiscopum Magdeburgēsem, Rapatonem palatinum Crayburgensem, Engelbertum marchionem Craynburgensem, & Fridericum comitem Ortenburgensem. Fuit huic Rapatoni fratruelis Erbo, dux Carinthiæ: cuius filius Popso, item dux Carinthiæ, & nepos Ekhebertus, amisso ducatu in Neuburgensem comitatum auitum rediit.

3 ENGELBERTVS comes Carinthiæ, & marchio Craynburgensis, ex Hedvuige ducissa Carinthiæ genuit Engelbertum ducem Carinthiæ, Hardvuicum episcopum: Sigefridum comitem à Leubnavu, qui circa annum 1140. alterum Sigefridum in comitatu Leubnau reliquit. Floruit autem Engelbertus circa annum Domini 1110.

4 ENGELBERTVS secundus, comes à Sponhaym & Lauentall, princeps Pictauię, dux Carinthiæ inuestitus circa annum 1145. ex comitissa à Sponhaym genuit Vdalricum ducem Carinthiæ: à quo duces Carinthiæ descenderunt, Hermannus, Bernhardus, Vdalricus, & Philippus episcopus suæ stirpis postremus: & Engelbertum tertium Istriæ marchionem, patrem Cunonis Ratisponensis episcopi, & coniugis Theobaldi Campanię comitis.

5 RAPATO hoc nomine secundus, Rapatonis primi filius, in palatinatu Crayburgensi apud Bauaros patri successit, fratre Friderico apud Carnos familiam comitum Artenburgensium auspicante: à quo & Carinthiani Artenburgenses comites ritè defluere dignoscuntur, quemadmodum à Rapatone Boiarici comites de Artēburg, palatini Crayburgenses primordia reperiunt. Genuerat autem Rapato secundus Henricum comitem, & Rapatonem palatinum Crayburgensem in Boiis.

6 RAPATO tertius hoc nomine, secundi filius, palatinus à Crayburgo Boiariæ, comes ab Ortenburg Bauariæ, cum filiis suis Henrico, Cunrado & Friderico, à Friderico primo Imperatore in diplomate quodam citatur, inter reliquos Boiariæ comites. Porrò ab Henrico Friderici primi filio, Rapatonis primi nepote, comites Artenburgenses in Carinthia defluxere, quorum libro superiori inter Carnos meminimus: videlicet Ottonis, cum Hermanno & Vdalrico Gurcensi episcopo, fratribus. Quem secuti sunt Hermannus secundus cum Vuilhelmo fratre, circa annum 1238: Henricus cum Eginone germano, Fridericus secundus cum Rudolpho, Alberto & Maynhardo fratribus, circa annos 1310. Hēricus III. cum Hermanno III. & Alberto fratrib. anno 1334. Otho III. cum Friderico III. anno 1400. qui postremus Ludouicum Cilensem comitem adoptauerat, Sebastiani patrē.

7 VVENDELINVS, comes de Ortenburg, citatur de anno 1130, cum Eberhardo comite de Abensperg.

8 CHVNRADVS, Rapatonis filiorum alter, qui genuit secundum Chunradum palatinum, & Euphemiam Chunradi comitis a Pleien coniugem, floruit imperante Friderico primo.

9 RAPATO quartus, Chunradi frater germanus, secundi Rapatonis filius, progenuit Rapatonem quintum, Henricum & Fridericum comites ab Ortenburgh, & palatinos à Kreyburg. Is legitur bellum gessisse cum Alberto comite Bogense, propter oppidum Lankhenvuard, haud procul à Dekhendorfio situm, & à Bogensibus in agro Crayburgēsium excitatum. Emerant enim comites Bogenses Tyrsenreyt oppidum, cum agro vicino, à dominis de Hartemberg, Friderico secundo imperante, circa annum Salutis 1226.

10 RAPATO quintus, genuit Ottonem, Henricum & Engelbertum, circa annum Salutis 1240.

11 EN-

11 ENGELBERTVS tertius, ex Mechtilde,siue Cordula,Gebhardi tertii comitis à Sultzbach & Floß filia,Friderico secundo imperante, progenuit Rapatonem sextum, & Henricum tertium.

12 HENRICVS,circa annum Domini 1244,genuit Rapatonem septimum, Henricum quartum,& Fridericum tertium istius prosapiæ: atq; Annam cuidam à Truhendingen nuptam.Quorum mater fertur fuisse filia regis Bohemiæ.

13 RAPATO, hoc nomine sextus,Engelberti palatini filius, ex sorore ducis Bauariæ Henrici,circa annum salutis 1276.nullam prolem tulit.

14 RAPOLDVS,genuit Henricum,Vualramum,& filiam locatam domino abHay-10 dekh.

15 HENRICVS, ex filia regis Bohemiæ genuit Henricum tertium, & Annam cuidam libero à Truhendingen desponsatam.

16 HENRICVS tertius hoc nomine in familia, ex filia liberi de Torringen genuit Georgium,Sebastianum,Rapoldum,& duas filias: Signam libero de Gutenstayn, & alteram alicui à Strumberg nuptam.

17 RAPOLDVS secundus isthac appellatione,ex Adelhaide sorore Friderici comitis à Zolern primi sui generis Burggrauii Norinbergensis,circa annum Domini 1306. reliquit Reynholdum.

18 SEBASTIANVS, Rapoldi frater germanus,& Henrici tertii filius, ex ingenua de 20 Rorbach tulit Ioannem, Vdalricum,Georgium secundum,Christophorũ,Sigismundum, Engelscalcum, & Sebastianum secundum,filiamq; Salomen: quorum Georgius & Sigismundus canonici Salisburgenses fuerant.

19 GEORGIVS, Sebastiani frater germanus,filius & ipse Henrici tertii, ex ingenua de Froberg,prógenuit Vuolfgangum,& duas filias:quarum vna monialis, altera alicui ab Ebersdof nupsit.

20 VDALRICVS, frater germanus Sebastiani & Georgii, ex ingenua de Aichberg Bauara,cuius mater Ottingensis comitissa extiterat,genuit Abelum comitem, & Alexandrum canonicum Augustanum. Habuit & secũdam vxorem, ingenuam à Starkhenberg.

21 REINHOLDVS, Rapoldi secundi filius, vnà cum Emichone Frisingensi episco-30 po literis testis adducitur de anno Domini 1360.

22 SEBASTIANVS secundus, interfuit comitiis Augustanis sub Friderico tertio celebratis 1471, propter expeditionem aduersus Thurcas suscipiendam.

23 CHRISTOPHORVS & Gaspar, Maximiliano imperante floruerunt.

24 GEORGIVS, Ioachimus & Sigismundus,superiorum filii, nostra adhuc tempestate viuunt,& in Mattichouen oppidulo Bauariæ inferioris sedem ditionis tenent.

25 SEBASTIANVS,Ioannes & Vdalricus,comites Artenburgenses,in Hospitiorum parietibus nostra memoria adscripti cernuntur.

BVRGGRAVII RATISPONENSES, ADVOCATI IN RANShouen, feudi iure subiecti Boiariæ ducibus: quorum erat stemma coniunctum cum comitibus à Burk-40 hausen, Neuburg O Enſ, Machlandiæ, Busensiumq; in Austria. Ipsiq; adeò comites fuerant de Rietenberg & Stefflingen, domini de Falkhenstayn, Semperliberi de Leugenbach & Drasama in Austria.

Hos principes Ioannes Auentinus deducit à comitibus de Rietenberg, & Calmuntz, atque Lengenfeld: à quibus defluxisse & Landgrauios de Steuenyng, & comites à Falckenstayn,& in Austria comites à Trasama, arbitratur. Lege infra Genealogiam comitum à Rietenberg.

1 ERBO, sub Ottone floruit, quem à bisonte in venatione occisum,& Annales & 50 cantilenæ vulgares memorant. Cuius etiam abbas Vrspergensis in hæc verba mentionem facit: Hi duo fratres (inquit) Erbo scilicet & Boto, paterno de sanguine Noricæ gentis antiquissimam nobilitatem trahebant, illius nimirum famosi Erbonis posteri, quem in venatione à bisonte bestia confossum vulgares adhuc cantilenæ resonant.

2 BOTO & Retingus, Erbonis superioris filii fuerant. quorum Boto genuit alium Botonem,& Retingum secundum, ad quos alludens Vrspergensis, vbi de postremis huius prænobilissimæ prosapiæ tractat: Quorum, vt diximus, clarissimorum principum (ait) fœmine nobilis Friderun, Erbonis & Botonis mater, à Retingo filio Botonis, filii Retingi, de secundo Botone nati procreatur. Porrò Boto & Retingus supradicti perhibentur authores Tyrsenreutensis cœnobii.

3 RETINGVS, progenuit Othonem burggrauium, authorem Vualdesparcēsis cœnobii: Hardnicum palatinum Boiariæ, & Sigehardum vel Sigebertum comitem.

4 HARDVICVS, primus Retingi filius, primus secundum Auentinum burggrauius Ratisponensis, fratrem habuerat Sigehardum comitem à Burkhausen. Ipse verò tres filios procreauit: Sigehardum secundum occisum Ratisponę, Henrico quarto imperante, cuius historiæ Otto Frisingensis meminit: Erbonem secundum Landgrauium Boiariæ, qui obiit Ratisponæ anno 1103. & Botonem secundum, de quo extat locus Vrspergensis ille: Alia quoq; præter hæc non pauca, quæ multam nobis lætitiam ministrarent, fausta super Hierosolymitanæ ecclesiæ statum narrant, Boto comes cognomento Fortis, illius Erbonis, cuius suprà mentionem fecimus, germanus, iam plenus dierum, non longè à Ratispona defunctus est. Huius præterea Botonis opera in bello aduersus Saxonas Henricus quartus plurimum vsus est, vt scribit Lambertus chronographus in eius Cæsaris historia: Quem abeuntē quidam ex Saxonib. expediti equites insciis principibus insecuti, priusquā Saxonia excederet oppressissent, nisi Boto comes, qui ad Saxonas à rege orator ierat, prouocare eos ad deditionem, vel quod verius est, vana pollicitatione veniæ implicare eos ne persequerentur abeuntem, hac arte eos fefellisset. Et rursus: Erat quidam Goslariæ præfectus Bodo nomine, regi tempore pacis acceptissimus: nunc quoq; turbata republica, fidem inuiolatam ei seruans: occultè tamen metu Saxonum, ne deprehensus factione vulgi omnia sua amitteret.

5 SIGEHARDVS primus, ex Adelhaide filia Vuelphonis illius, qui natus ex Azone Estensi marchione, dux Boiariæ creatus fuerat, quatuor filios suscepit: Sigehardum videlicet sororium diui Lupoldi Austriæ marchionis, Henricum generum eiusdem, Bernhardum, Sigefridum, & Cunradum ex cognomento Hirsutum, quem item ferunt Lupoldi sancti alteram sororem in matrimonio habuisse.

6 SIGEHARDVS secundus hoc nomine in familia, ex cognomēto Mit dem scharsach/ in tumultu apud Ratisponam ad supplicium postulatus fuerat. de quo Otto Frisingēsis libro Chron. 7. cap. 8. hæc scripta reliquit. Anno dehinc proximo natale Domini Ratisponæ agens (loquitur aūt de Henrico 4.) orta seditione Sigehardus comes à familia principum, qui ministeriales dicūtur, eo quòd iustitiam eorum infringere diceretur, occisus est. Quam historiam prolixius Vrspergensis chronographus deducit, quam nō grauabor subiicere. Anno Domini M. C. & IIII. Henricus Imperator natalē Domini Ratisponæ celebrauit. Cumq; ibidem aliquandiu moraretur, orto quodam prius murmure inter Boiariæ principes, eo quòd Saxones vel familiarius illìc & honorabilius quàm indigenæ ab Imperatore tractarentur, Sigehardus comes qui huiusmodi suspicionē maximè notabat, cœpit Imperatori paululum inuisus haberi: propter hoc autem maximè, quod ipse solus prę cunctis qui tunc aderant principibus, abundare militum copia, adducta ad resistendum, si fortè de curia quicquam secus cederet, videbatur se communisse. Diebus post hæc aliquot exactis, cum iam securior factus idem comes, suorum turmas diffluere permisisset, excitatur in illum, tam conspirantibus vrbanis Ratisponensibus, quàm diuersarum partium ministerialis ordinis hominibus, seditio furibunda: quæ nullo modo, vel ipso Imperatoris filio interueniente, sedari potuit, donec ab hora diei tertia vsq; ad nonam, in hospitio obsessus, tandemq; fractis foribus, ipse prius confessione facta, sumpto etiam Dominici Sacramenti viatico, capite truncatus occubuit. De quo scelere supersedemus plura referre, pręsertim cum adhuc vltiones, cæteraq; mala sequētia versentur in oculis, & quem sint finem habitura nequeamus dicere. hæc Vrspergensis.

7 SIGEFRIDVS, capitur ab Henrico quinto Cæsare. de quo scribit idem Vspergensis in hæc verba, loquens de anno Domini 1108: Rex verò orientalibus redditus, colloquium Ratisponæ cum Boiariis, in quo expeditionem in Flandriam contra Rupertum instituit. Et subdit: Anno Domini 1109. rex Henricus natalem Domini Moguntiæ celebrat: & paulo pòst Francofurt conuentu procerum habito, Sigefridum palatinum comitem Bauariæ apud Vuirezburgensem episcopum custodiæ deputauit, eo quòd prodente Henrico prius duce Lotharingiæ, iam in gratiam regis recepto, in necem & regnum eius insurgere consiliatus sit.

8 HENRICVS secundus, fertur habuisse in coniugio filiam Henrici ducis Bauariæ, hoc nomine in prosapia Vuelphonum primi. Citatur in literis cum Berchtoldo marchione ab Andegs, & Rapatone comite de Ortenburg, de anno 1173.

9 HARDVICVS secundus, filius Sigehardi superioris, vel secundū alios cōsanguineus, progenuit ex nobili comitissa Saxoniæ duos filios, Erbonē ducē Carinthię creatū, & Botonē, qui lares in Hungariam trāstulit, de quo Vrspergensis hęc scribit, cum de Erbone

ac Bo-

ac Botone postremis loquitur: Hartuigi (inquit) palatini comitis filii, qui consanguineus fuit illius Sigehardi, qui Sigehardum progenuerat, Ratisponæ peremptum. Maternũ vero illis erat stemma de Saxonia, Imidingorum tribus egregia, quæ & Othonum inclytę stirpi traditur vicina. Et subdit: Quorum, vt diximus, clarissimorum principum femineo nobilis Friderun, Erbonis & Botonis mater, à Retingo filio Botonis, filii Retingi secundi, de secundo Botone nati, procreatur: quæ post mortem Harduigi statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Erbone paruulo, Botone imprægnata posthumo.

Ab hoc Sigehardo descendunt comites de Schala & Perilsaym in Austria, de quib. infra suo loco.

10 ERBO, cum filio Poponecomite Varnbacensi ac Neuburgensi, & nepote Ekenberto, cuius auus modo dictus Erbo hoc nomine in hac stirpe secundo, ducatum Carinthiæ à Cunradó tertio consequitur. de quo diximus inter duces Carinthiæ supra.

11 BOTO hoc nomine III, miles regis Hungariæ aulicus, ab eodem, quod eius opera contra Tartaros & Bissenos fideli ac forti vsus fuisset, multis prædiis agrisq; in limitibus Austriæ donatur. vbi is multa loca ac castra, pagosque à suo nomine Botenburg denominauit: fons & origo præ nobilissimæ prosapiæ Bodinorum, quæ nostra memoria in Francisco defecit, quem Boto ferencz Hungari gentilitio sermone vocabant. Cuius meminit etiã Vrspergensis, loquẽs de Harduico II, & Friderun Saxona, eius vxore, parentib. videlicet huius Botonis & Erbonis ducis: Erbonis vero (ait) & Botonis mater à Rhetingo filio Botonis, filii Retingi de secũdo Botone nati, procreatur, q̃ post mortẽ Hartuigi statim viduitatis velamine consecratur, adhuc Erbone parunlo, Botone imprægnata posthumo. Quorũ vtrumque literis & armis atque rebus satis profecisse cognouimus. Attamen Botonem, sicuti corpore proceriorem & elegantiorem, ita rebus bellicis præstantiorem atq; formosiorem, totius pene Germaniæ atque Italiæ testatur populus. Pannonia vero talem illum ac tantum fatetur, se aliquando sensisse, vt is vere de gigantibus antiquis vnus apud illos credatur fuisse.

BVRGGRAVII NORICI CASTRI PRIMI, ANtequam adhuc Zolrenses in ea dignitate inuestiti fuissent.

1 GOTOFRIDVS, genuit Arnoldum, Cunradum, & filiam regi Bohemiæ locatam, Friderico Cæsare primo imperante.

2 CVNRADVS, Fridericum reliquit. circa annum floruerunt 1180.

3 FRIDERICVS, habuit duas coniuges: ex quarum Gertrude, marchionis Brãdebutgensis filia, Hedvuigen filiam procreauit, Gebhardo comiti de Supplingen collocatã, circa annũ 1230. Ex altera vero Adelhaide, comitissa ab Harburg Saxona, Catharinam genuit, comiti à Vuertheym desponsatam: & alteram, Emichoni comiti à Nassau. cæteræ, Helena ac Margaretha virginitatem atque monasticen professæ sunt. Floruit Fridericus circa annum 1250.

4 HENRICVS, Friderici filius, reliquit vnicam filiam, Adolpho comiti à Nassau nuptam, matrem scilicet Adolphi Cæsaris. floruit anno 1274.

BVRGGRAVII NORICI CASTRI, POSTERIus Norinbergenses dicti, & ab obsequio principum Boariæ per Rudolphum Cæsarem exempti. Vnde principes Brandeburgii nostra ætate rite descendere dignoscuntur.

1 FRIDERICVS, Rudolphi Habsburgensis Cæsaris ex sorore nepos, ex comite de Zolern burggrauius Norici castri inuestitus est: Vogburgensiũ marchionũ stirpe, q̃ à Cũrado tertio circa annum Domini 1142, præfectura eius castri sub hoc titulo donati fuerunt, extincta. Idque factum est anno Salutis 1280. Confirmatur mox in concilio Lugdunensi. Habuit duas vxores. primam Elisabetam, Ottonis senioris Meraniæ ducis filiam, qui comitatum Amertallensem in proximo habebat, & genero pro dote dederat Bayren, vt & Carlsperg. Duxit & secundam Beatricem, siue Helenam Saxoniæ comitissam, quæ obiit anno 1390, sepulta Norinbergæ apud Franciscanos, fundatrix cœnobii monialium in Ostrofrancia Pyrkhenfeld. Reliquit post se duos filios, Fridericum & Chunradum. & totidem filias: quarum Anna comiti à Nassau copulata est: & Helena virgo mansit, sepulta Norimbergæ apud Franciscanos.

2 CHVNRADVS, ex Agnete comitissa de Hohenloe, tres filios procreauit, & quinque filias: quarum duæ nuptæ, duæ vestales, & vna virgo permansit at. filii, Ioannes, Fridericus & Albertus, commentatores ordinis Prutenici extiterunt.

3 FRIDERICVS hoc nomine secundus, ex Margareta comitissa Goritiæ, progenuit Fridericum tertium episcopum Ratisponensem, Berchtoldum episcopum Aichstetensem, cancellariũ Ludouici Bauari Imperatoris: Albertũ, qui ex Sophia Hennenbergẽsi

creauit, Albertum, Georgium, qui in iuuentute obierunt: & Fridericum nonū, de quo mox dicturi sumus, & qui successionem in burggrauiatu tenuit. filiarum, Sibylla Vuilhelmi ducis Iuliacensis vxor: Barbara, appellata das freplin von Grossen/Henrico duci Silesiæ de Freystat: Amalasuenda, Caspari duci Bauariæ de Veldencz: Anna, Bernhardo Hennebergensi comiti: & Agnes Gulielmo Hassiæ landgrauio desponsantur.

13 FRIDERICVS nonus hoc nomine, Alberti quarti filius, in burggrauiatu gubernans, ex Sophia Cazimyri Poloniæ regis filia, ex Elisabeta Austriaca genita, octo filios procreauit, & quinq; filias: videlicet Sophiam, Friderico de Lignitia duci: Elisabetā, marchioni Badensi: Annam, Bugislao Pomeraniæ duci, nuptas. reliquæ, Barbara & Margareta,
10 virgines obierunt. Filiorum quoq;, Vuilhelmus, Ioannes, Albertus, Gumpertus, in iuuentute defuncti sunt: Fridericus canonicus Saltzeburgensis & Vuirtziburgensis, superiorib. annis putò concessit. Decessit & ante vigorem ætatis in Hispania Ioannes, vbi Ferdinandi senioris Arragoniæ, Castiliæ & Legionis viduam nuptum acceperat. Albertus adhuc in humanis est, hodie dux Prussiæ. Cæteri duo fratres, Cazimyrus & Georgius, successionem stirpis suæ tenuere.

14 CAZYMIRVS, filius Friderici noni, fidelis domus Austriæ seruitor atq; assertor, vt qui Maximiliano Cæsari aduersum Venetos bellum gerenti opem tulit, & FERDINANDI regis Rom. Hungariæ Bohemiæq; (qui adhuc rerum potitur) dux in Pannonia, in eo bello dysenteria in mortem solutus est: relictis ex Anna Alberti ducis Bauariæ filia (soro-
20 re Vuilhelmi, Ludouici & Ernesti, quos nostra ætas habuit) duab. filiabus, & Alberto, qui nostra tempestate rebus bellicis, & vrbium aliquot Imperialium quoq; vexationibus atq; excidiis, clariss. sibi nomen peperit. Cuius sorores, altera Carolo Badensi, altera Christophoro duci Vuirtenbergiæ nupsere.

15 GEORGIVS, frater germanus Cazimyri, Maximiliani Cæsaris aulicus, rem item Austriacam cum fide asseruit: factusq; postea Ludouici Hungariæ regis præfectus, quem Maiorem domus vocant, Beatricem ibi filiam Bernhardi Modrusiensis comitis Croatiæ Bani, viduatam à Ioanne Troppaniensi duce, duxit vxorem. ex qua nulla prole suscepta, post obitum illius alteram duxit,   : ex qua liberos reliquit, qui pueri adhuc viuunt, habentes ditionem Onolspacensem, & Oppauianum in Silesiis ducatum, quem Ferdinā-
30 do Rom. Hungariæ & Bohemiæ regi, arehiduci Austriæ, vendiderunt.

LANDGRAVII DE STEVENING, QVI IIDEM comites erant Varnbacenses ac Neuburgenses, quique in Austria in confinio Hungarorum Butensem habebant amplissimum comitatum, ex Austria late in Styriam exporrectum: cuius erat metropolis Neunkirchen, & fundationes Gloknicz ibidem, & Varnbach abbatia ad ripam OEni infra Patauiam. Insignia, grypho aureus, leporem vnguibus comprehendens. Huius pranobilissima prosapia duo, Erbo & Popo, duces Carinthiæ fuerunt. His quoque sanguine iuncti erant comites de Vuelas & Lambach, vtpote ab eodem capite descendentes.

40 1 VDALRICVS comes, vt aliqui volunt, Buchornensis ad lacum Brigantinum, sub Othone primo militauit aduersus Hungaros, Butensemq; in eo bello armis ab Hungaris assertum comitatum à supradicto Cæsare in beneficium accepit, vna cum landgrauiatu apud Boiarios Steueningensi: ad quē duo pertinebant comitatus, Varnbacensis & Neuburgensis ad OEnum, siue vnius hi regiæ ac sedes extiterint. Is ex Margareta Henrici primi, quem Aucupem vocant, amita, decem liberos procreauit: quorum tres seculo renunciantes, Burcardus ad S. Gallū abbatem egit, Conradus & Theodericus præpositos Salczburgenses: Adelhardus maiorum suorum comitatum ad lacum Rhætiæ Buchornensem sortitus, huius nominis comitum fons & origo est, de quibus in proximo à nobis libro dicetur. Reliqui in Boiaria, marchaq; orientali mansere: quorum aliqui landgrauii, alii co-
50 mites fuerunt: Arnoldus, Peregrinus, Bruno, Fridericus, Thiemo, & Henricus.

2 HENRICVS, reliquit Theodoricum & Gebelhardum. Erat autem Henricus filius Vdalrici.

3 THIEMO reliquit quinque liberos, Eckenbertum, Henricum, Fridericum, Meginhardum, & secundum Thiemonem.

4 MEGINFRIDVS, vel Meginhardus, tulit filios, Hermannum landgrauium de Steuening, & Vdalricum atq; Conradum comites Varnbacenses ac Butenses. iuuerunt autem fideliter Henricum quartum, & propterea à Pontifice maximo vna cum Imperatore excommunicati. quorum Cunradus primus fuit author Varnbacensis cœnobii, Vdalricus vero cum Mechtilda vxore Vuinbergensem quoq; comitatum possidebat.

riorum vndiq; circumfusus, ad terram lancea prostratus est: & detracta galea atque thorace, capite cæsus, nemine succurrente, quod locus intercludebat auxilium ferre cupientem. ægre itaque nobilissimus comes & vir regalis sanguinis perimitur: magnam de se querelam non tantum apud suos, sed etiam apud exteros relinquens. Hæc ille. quæ Guntherus Ligurinus, poeta eius temporis, carmine ita expressit:

Hos tamen euentus lætos, & gaudia rerum,
Inuida turbauit casu fortuna sinistro.
Namq; nouæ quidam quærentes semina laudis,
Præclarumq; sibi cupientes addere nomen,
10 *Mœnia terrifico strepitu Ligurnia petentes,*
Exciuere suos tutis de sedibus hostes,
Sæuaq; conflictu mouerunt prælia duro.
Primus in his Ekebertus erat, comes ipse, sed alto
Sanguine, regifico minime cessurus honori,
Et magnos reges animi virtutibus æquans.
Hic dum prolapsum quendam, rapidoq; volutum
Turbine, cornipedes cuperet releuare suorum,
Hasta leuis iuuenis vibrata per ilia magni
Transiit, & latebris animam deprendit in altis.

20 Porro is idem Eckenbertus fratrem Eberhardum habebat, & vxorem Vuilliburgim comitissam Andecensem, ex qua vnicam filiam Kunigundim reliquit.

10 HERMANNVS vendidit Lupoldo sexto Austriæ duci, comitatum Butensem, in finibus Austriæ & Hungariæ situm, acceptis pecuniæ loco Herczogburgo, Siczembergo, & aliis Austriæ locis, quæ diu postea Varnbacenses abbates prope Patauiam episcopalem, comitum seu principum illorum, vt fundatorum, hæredes possidebant, & adhuc possident. Huius Hermanni credo cõiugem extitisse, quæ dominium Vualtersdorf, Butensi videlicet comitatui in Austria coniunctum, Henrico duci Austriæ cognominato à Medlinga, vendidit. Vnde legitur in peruetustis Annalibus nostra lingua scriptis, Die landgrauinne dinget dem hertzogen Haynrichē von Medlich/ Waltersdorf/ Reisemberg/ vnd Wisen/ vnd das aigen das dartzu gehort/ das geuiel auch hertzu von dē hertzogen Haynrichen. Porro nec illud ignorandum est, deficiente nobili prosapia principum illorum, ingenuos quosdam in Austria quondam, vt puto, vasallos, titulum nomenq; à Butene vsurpasse. Quorum inuenio Rapatonem, circa annum Domini 1208, in literis citati: & Offonem à Friderico Austriæ duce commemorari, anno Salutis 1240.

GENEALOGIA LANDGRAVIORVM A LEVchtenburg: quorum primordia à Burggrauiis Ratisponensibus, ac comitibus à Bogen repetuntur, eo quod in antiquo diplomate scriptum sit, Leuchtemburgum castrum sub ditione Neuburgensis castri extitisse, cuius comites (vt proximo capite ostensum est) sua debent initia Ratisponensibus. Porro manet horum in hunc vsque diem & nomen & prosapia: exempti tamen ab obsequio Boiariæ principum, Romano Cæsari, vt cæteri principes, immediate parent.

1 HENRICVS, reperitur vixisse sub Henrico quarto.

2 DIETBOLDVS, floruit circa annum 1105. & reliquit filios, Chunradum episcopum Argentoratensem, Suiggerum, Fridericum, Albertum & Burcardum, qui successionem stirpis tenuit.

3 BVRCARDVS, ex comitissa à Zigenhaym genuit Ludouicum & Fridericum: quorum Ludouicus citatur subinde in literis à Friderico primo Cæsare, & præsertim in diplomate quodam Patauiensi sedi concesso, super abbatia Nidernburg in ciuitate Batauia.

4 FRIDERICVS hoc nomine secundus, ex Elizabeta comitissa ab Hohenloe suscepit Fridericum illius domns tertium.

5 FRIDERICVS tertius, ex Isentrude coniuge, quæ multa reperitur fundasse in cœnobio Vualdsaxen, filios tulit: Ioannem præsulem Argentoratensem, Fridericū quartum, Gebhardum, & Dietboldum secundum. Is cœnobio Vualdsaxen, finibus suis proximo, vendidit Vuolfsamfreyt & Mayrhouen.

6 FRIDERICVS quartus, superioris filius, ex Elisabeta comitissa ab Ortenburg & Crayburg filium progenuit Fridericum, abbatem Eboracensem in Franconia, qui vixit circa annum Domini 1282.

7 Dietboldvs hoc nomine secundus, Friderici tertii filius,& quarti in hac stirpe germanus, quem annales alibi Theobaldum vocant, relicto post se filio Ioanne, sepelitur in Vualdsassen cœnobio, anno Redemptionis nostræ 1214.

8 Ioannes Dietboldi filius, hoc nomine in nobili stirpe secundus, legitur sororem suam collocasse Ottoni seniori Meraniæ duci, quæ monasterium Speyshard prope Ambergam exorsa est.

9 Adalramvs, Henrici Bauariæ ducis dux copiarum, aduersus Ottocharum Bohemiæ regem, & Austriæ ducem, ann. à nato Christo 1260. Quo tempore & Milo quispiam citatur, landgrauius à Leuchtenburg.

10 Vdalricvs primus, legitur cœnobio Vualdsassen finibus suis vicino vendidisse Valkhenberg, Neuhausen, & Schvuarczenvuald, pro trecentis marcis argenti, circa annum 1299.

11 Vdalricvs, hoc nomine secundus, vendidit monasterio Vualdsassen, castrum Hardekh, cum proximo agro, pro marcis argenti 270. Reliquit duos filios, Fridericum & Ludouicum.

12 Fridericvs, quartus hoc nomine in familia, ex Eboracensi & Lankhaymensi abbate episcopus Aichstadianus consecratus, anno Domini 1330.

13 Lvdovicvs, secundus in hoc genere, legitur interfuisse ludis Martialibus apud Ingelhaymam celebratis, anno Salutis nostræ 1337.

14 Simon, in coniugio habuit comitissam quandam ab Helffenstayn, natam ex regina Hungariæ.

15 Albertvs, ex Elisabetha comitissa ab Ottingen, circa annum Salutis 1380. Fridericum quintum isto nomine, landgrauium Leuchtenburgensem, progenuit.

16 Fridericvs quintus, Albertum secundum procreauit.

17 Albertvs secũdus, reliquit post se Ioannem, Georgium & Fridericum, landgrauios: qui nostra tempestate & viuunt, & vixerunt.

18 Georgivs, ex marchionissa Brandeburgensi, Ludouicum filium genuit: qui adhuc in viuis est.

GENEALOGIA ADVOCATORVM RATISPOnensium, qui iidem comites à Riterburg, & Falkenburg, in Bauaria, & comites à Trasama in Austria fuere: à quibus posterioribus seculis Semperliberi à Leugenbach, supremi quondam ducatus Austriæ dapiferi processere, in quorum insignibus pellis siue subfultura varia fuerat, am vehene fhürssen.

1 Engelricvs, ab Ottone tertio in beneficium accepit tractum Trashamensem in marcha orientali, vsq; ad Comagenum montem: & ob illam donationem possessionesq;, comites à Trasama posteri illius cognominabantur. Is marchæ quoq; Boiaricæ præfectum egit: de quo prolixius egimus, cum de marchionibus Boiariæ tractaremus.

2 Rvdbertvs, comes à Ritterburg: etsi hunc aliqui filium Babonis Scyrensis comitis, vnde & domini ab Abensperg processere, fuisse contendant.

3 Henricvs, filius Ruperti, reperitur habuisse vxorem Richardam, Austriæ marchionissam.

4 Engelbertvs, citatur à Gebhardo archepiscopo Salisburgensi, in exordiis Admontensis Styriæ opulentissimi cœnobii, ab hoc episcopo fundati, cognomento adiecto aduocati Ratisponensis ecclesiæ: vna cum suis militibus, Gunthero, Berchtoldo de Algersdorf, Vdiscalco, & Reginhardo de Vuolfhynhouen, Adalramo, Hardindo & Hunricho de Retenbach, atq; Ernesto etiam de Braitenbach, de anno Salutis 1070.

5 Wolfgervs, forte frater Engelberti, commemoratur in fundatione Gosuicensis cœnobii, de anno 1080. Cuius filii fuere, qui in Austria comitatum Trasamensem administrarunt: Vualtherus, adnocatus author cœnobii S. Andreæ ad Drasamam fluuiii, de anno 1141: & Adelramus, fundator monasterii Canonicorum regularium Seccouiensis in Styria, quo loco episcopii sedem Salisburgenses præsules constituerunt.

6 Waltherus & Adelramus, Vuolfgeri filii, in diplomatibus passim vt principes, ante diuum Leopoldum, etiam inter principes commemorantur: atque in cœnobiis à se positis vt principes, vestiti cum ducali tiara, ex antiquo picti cernuntur. Et Adelramus præterea castrum Stereberg in Austria prope Nouam ciuitatem possederat: quod ipse postea marchionibus Austriæ donasse legitur, vt fideles forent cœnobii Seccouiensis aduocati.

7 Hartvvicvs, adnocatus Ratisponensis, comes de Trasama, quã potens fuerit in tractu Austriæ quondam, vel illud declarat diploma, à Vuolfgero episcopo Pataujensi, mo-

ſi, monaſterio S. Hippolyti in Auſtria conceſſum, anno 1127. cuius ſeriem verborum non grauabor ſubiicere. In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Wolfgerus Dei gratia Patauienſis epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Cum ſignatum ſit ſuper nos lumen vultus Dei, conſequens eſſe rationis atq; ſalutis argumento probatur, vt trutina diſcretionis ſolerter vtentes, in lumine vultus eius humiliter ambulemus, & actus noſtros ita certo libramine moderemur, quatenus in tranſactis conſcientiam noſtram ſero facti non pœniteat, nec de futuris anxia ſolicitudo animum iugiter torqueat. Eſt quoque contra, quod eiuſdem illuminationis & gratiæ dono ſummo opere conandum dignoſcitur, ne videlicet edax rubiginoſæ vetuſtatis obliuio, geſta vel ſtatuta, ſeu quæuis hominum negocia, quæ digna ſunt memoria, facile poſſit abolere. Sane propter hæc, & alias neceſſitudinum occaſiones, prouida veterum ſolertia, poſteritati conſulens, ſalubriter adinuenit & ſtatuit, vt ſingulæ mortalium ætates, temporum ſuorum geſta ſcitu digna publicis literarũ inſtrumentis, ſucceſſoribus ſuis licite transferrent: atq; ſic tenenda mandarent, vt mandata perpetuitatis iure munirent. Nos igitur eodem cautionis genere rationabiliter vtentes, omnibus Chriſti fidelibus præſenti pagina manifeſtamus, quod communicato prudentium virorum conſilio, cum dilectis filiis & fratribus noſtris, in ſancto Hippolyto de prædio ſuo, hoc eſt tribus beneficiis in Wolfsperg iure concambii conuenimus, eo tempore, vt ipſi cathedratum noſtrum, ſcilicet quatuor talenta in parochia ſua capellæ perenniter habeant: nos vero & Patauienſis cathedra, memoratum iam prædium perpetuo iure iam poſſideamus. Mox & Sigefridus pincerna dilecti noſtri Harduiei Ratiſponenſis aduocati, domum ſuam cum prædio, quod in eodem loco prius habuit, nobis in proprietatem & poſſeſſionẽ libere tradidit: ipſumq; cum prædicto concambii prædio, facto nobis hominio, ſibi cum vxore & paruulis iure feudali ſuſcepit. Hanc itaque facti noſtri ſeriem præſentibus ſcriptis adnotatam, vt perenniter inconuulſa maneat, & illibata pontificibus, iure confirmamus, & impreſſione ſigilli noſtri conſignauimus. Et ne quis eam infringere præſumat, authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, omniumq; cœleſtium virtutum poteſtate, immo per timendũ diẽ iudicii, ſub anathematis interminatione denunciamus. Facta ſunt hæc præſentibus eccleſiæ noſtræ miniſterialibus, Richero de Weſen, & aliis quam plurimis. Præſentib. quoq; Hadamaro de Kunrincz, Wernhero de Veldſperg, & Wernhero de Celkyng, & aliis quã plurimis Harduiei aduocati Ratiſponenſis vaſallis. Acta anno Domini 1127. Ex quo diplomate colligitur, aduocatos Ratiſponenſes, vt principes Imperii, habuiſſe non ſolum vaſallos, qui hodie Baronum dignitate ac prærogatiua in Auſtria ſuperſunt: verum etiam peculiares ac hæreditarios habuiſſe vaſallos ac miniſteriales pincernas ac dapiferos, quæ priuilegia non niſi principes habere conſueuerunt.

8 OTTO, Engelberti, vt arbitror, filius, comitatus in Boiaria poſſederat Ritterburg, & Falkenſtayn. Qui in priuilegiis cœnobii S. Hippolyti in Auſtria inter principes enumeratur, cognomine aduocati Ratiſponenſis, de anno Domini 1120. Is ex Adelhaide, vel ſecundum alios, Vodehilde Hungara duos filios reliquit, Ottonem & Fridericum, hoc nomine ſecundos: qui in diplomatibus Styriæ, vna cum patre citantur de anno Domini 1143, à Cunrado videlicet tertio Imperatore.

9 FRIDERICVS, primus hoc nomine, Engelberti filius, & Ottonis primi frater germanus: progenuit ex Adelhaide coniuge Fridericum tertium, Burggrauium Ratiſponenſem, Henricum comitem à Ritterburg, & Ottonem monachum. Geſſit bellum cum Henrico Superbo Boiariæ duce, propter comitatum Falkenſtayn: cui auxilio fuere S. Leopoldus marchio Auſtriæ, Henricus epiſcopus Ratiſponenſis, & Otto comes a Wolfratzhuſen. Cuius belli meminit & Abbas Vrſpergenſis in chronicis ſuis, cum Lotharii Imperatoris hoc nomine ſecundi res geſtas recenſet, de anno Domini 1130. Licet autem in Boiaria haberet bellum contra quendam nobilem Fridericum (loquitur autem de Boiariæ duce) Ratiſponenſ. eccleſiæ aduocatum, cuius etiam caſtrum fortiſſimum Falkenſtayn obſidione cinxit: relictis tamen in obſidione militibus, feſtinauit ſocero ſuo venire in auxilium. Et iterum: Poſt hæc rediens in Bauariam (inquiens) bella plurima peregit, videlicet contra epiſcopum Ratiſponenſem, Henricum nomine, vnum de nobiliſſimis Boiariæ, patruum Ottonis comitis de Wolfratzhuſen. Hi quoque in auxilium ſuum habueruut, Leopoldum marchionem orientalem. Qui omnes congregato copioſo exercitu, caſtra iuxta Iſaram fluuium poſuerunt, vt attentarent ducem de finibus illis expellere. Cæterum dux acies ſuas ordinauit econtra: cumque pugnam inire debuiſſent, Otto palatinus de Witlinſpach conſiderans periculum vtriuſque partis, mediatorem ſe interpoſuit, & ſiue minis, ſiue promiſſionibus, ſæpedictum Fridericum aduocatum, conſobrinum ſuum, & Ottonem com[illegible] ſuum, ad hoc induxit, vt in poteſtatem ducis ſe traderent, & caſtrum Wolfratzhuſen, quod

milites ducis dudum obſederant. Dux itaq; ipſum Othonem comitem cuſtodiæ militum deputatum abduxit, & caſtrum cum ædificiis incendit. Poſtmodum quoque epiſcopus Ratiſponenſis in gratiam ducis rediit, & comitatum quem habebat epiſcopus Ratiſponenſis circa OEnum fluuium, ei in beneficium conceſſit: ſicq; factum, vt bella quieſcerent in Bauaria. Hæc Vrſpergenſis.

10 HAINENRICHVS, aduocatus Ratiſponenſis citatur de anno Domini 1140. dubium tamen, cuius filius extiterit.

11 HENRICVS, filius Friderici primi, ex comite à Ritterburg, factus aduocatus eccleſiæ Ratiſponenſis: quo nomine citatur in exordiis cœnobii Paumgartenperg in Auſtria, ab Ottone comite Machlandię, circa annum incarnationis Dominicæ 1141. Is vero ex Berchtrada Auſtriæ marchioniſſa, progenuit Fridericum tertium aduocatum.

12 FRIDERICVS, hoc nomine ſecundus, primi filius, & Henrici ſuperioris frater germanus, habuit in matrimonio Luitgardim comitiſſam de Bogen. Citatur in literis à Chunrado tertio conceſſis Eckeberto ſecundo comiti Butenſi, ſuper libertate ciuitatis Neukhirchen, de anno 1141.

13 OTTO & Erneſtus, forte Friderici ſupradicti filii: quorum Otto Lupoldo hoc nomine duci Auſtriæ ſexto, vendidit caſtrum Rechperg, anno Domini 1181. Vnde legitur in Annalibus vulgaribus, der Thuembuogt Ott von Regenſpurg dinget dem Hertzog Leopold võ Oſterreich/ze Reichperg/aufs haus / leit / aigen vnd burge / vnd alles ſein guet das er ze Oſterreich hett.

14 FRIDERICVS tertius hoc nomine in ſtemmate, a Friderico penultimo Auſtriæ duce, ſuperioris illius ſtirpis, teſtis in literis citatur de anno Domini 1236. Vixit adhuc ſub annum Domini 1248. à Friderico ſecundo Imperatore teſtis commemoratus.

15 DVRINGVS, dubium cuius filius, fraterue extiterit: introducitur a LEOPOLDO ſexto hoc nomine Auſtriæ duce, in priuilegiis Garſtenſis cœnobii, de anno Domini 1206.

16 OTTO ET BERCHTOLDVS, Dapiferi cognominati à Lengenbach, claruerunt adhuc circa annum Domini 1260. Quorum OTTO canonicum Patauienſem egit, circa annum 1260. Quo tempore & Menhardus quiſpiam de Traſama in priuilegiis citatur.

17 FRIDERICVS, hoc nomine in prænobiliſſima hac ſtirpe quartus, cum BERNHARDO fratre dapifero de Lengenbach, ſepulto ad Minores Viennæ, commemoratur 1327. A quorum FRIDERICO STEPHANVS mareſcalcus Auſtriæ emerat Ernavv caſtrum.

18 BERNHARDVS dapifer de Lengenbach, & Semperliber primus dictus, ſepelitur Viennæ ad Minores, anno Domini 1327.

COMITES ANDECENSES, QVI IIDEM Comites de Dieſſen & S. monte nominati fuere: vnde poſterioribus ſeculis duces Meraniæ, marchiones Iſtriæ, comitesq; de Wolfratzhuſen, Tyrolis & Goritiæ proceſſerunt. Quorum fundationes ſunt, S. mons in Andegs Bauariæ, Lankhaym in Nariſcis, Hayl ſprun ibidem, Gleynikh in Auſtria ſuperiori, & Arnoldſtayn apud Carnos.

1 RATO, ſub Carolo Martello inter comites Boiorum commemoratur, qui ſe Francis primum oppoſuerunt, & nomine etiam comes Andecenſis appellatur.

2 N. Cuius filiam Hiltebrandus dux Sueuiæ in matrimonio habebat, matrem Hildegardis, & Caroli magni Imperatoris auiam maternam.

3 VERLINVS, Caroli magni cancellarius erat.

4 VDALRICVS & Gripho comites Andecenſes, ſub Ludouico ſecundo rege Francorum & Boiariæ.

5 ERBO, vel Aribo, comes Andecenſis.

6 HAVTO ET ROTHARDVS: quorum primus epiſcopus Auguſtanus in ordine duodecimus fuerat, circa annum Domini 820. alter vero parochialem eccleſiã in Dieſſen poſuerat, circa annum Domini 840.

7 RASSO, vulgo S. Gafrat, ob vitæ innocentiam inter ſanctos numeratus, ab Ottone tertio marchæ Boiorum præfectus, in matrimonio habebat Kuniſam, Ottbonis magni comitis de Vallay filiam. Is ex caſtro Raſſeinberg ſupra Ambram fluuium poſito, cœnobium fecit, vulgo Werdimſakh appellatum. Auſpicatus eſt & cœnobium Andecenſe, circa annũ incarnationis Diuinæ 954.

8 FRI-

8 FRIDERICVS,cognomento Roch,floruit sub Henrico secundo,quem Claudum cognominant,Boiariæ quoq; duce. Is cum vxore Kunigunde, comitissa à Vallay, cœnobium Diessen in honore diui Stephani auspicatus est: quod postea à comitibus de Andegs & Wolfratzhusen locupletatum,sub Hadriano Papa,adsentientib. Cunrado Salisburgensi & Hardmanno Augustensi in Diessen transpositum fuit.

9 EZELINVS,fertur habuisse coniugem Ottonis tertii filiam, Mecbtildem nomine. Is contra Henricum secundum, quem Claudum cognominant, cum Lotharingiæ duce conspirauerat: ob id vertere solum coactus. rediit tamen in gratiam Cæsaris postremo, à quo Saleueldo & Dinspurgo donatur.

10 LVPOLDVS, vixit circa annum 1046. reliquit filios Fridericum secundum Arnoldum, Albertum, atq; Giselam comitissam.

11 ALBERTVS, filius Lupoldi, prouinciam Athesinam feudo ab Henrico quarto accepit, & aliquot etiam apud Carnos ab episcopo Babenbergensi prædia, ac fideliter partes Henrici quarti adseruit, cuius mentionem facit Vrspergensis, annum Domini 1106. describens, quo Henricus quintus, quarto patri adhuc viuo erat suffectus à proceribus Germaniæ. Porro proceres iam dicti (inquit) dum è suis singuli partibus in valle Tridentina conuenientes, apud eiusdem nominis ciuitatem, id est Tridentum, pernoctarent: quidam Albertus adolescens, partium illarum quodam insignis comitatu, summo mane super episcopos, vtpote inermes & peregrinos, conciuibus armatis irruit, spoliat, capit, custodię tradit: idq; sibi per legationes domini sui Henrici Imperatoris demandatum comprobat. Et subiiciens mox: Qua de causa nullus iam per Italiam liber transitus eisdem patuit legatis. Gebehardus tamen Constantiensis episcopus, eum suis, per occultiores alpium semitas ingressus, Mathildis comitissæ (alterius nimirum Debboræ) præsidiis, Apostolicis præsentatur vestigiis. Reliqui, vt diximus, magnates, vt nimirum à stultissimo captiuatore deprehēsi, indigne tractantur: præter Ottonem Babenbergensem episcopum, cui idem Adalbertus, eo quod esset suus miles, parcere cogebatur. & quæ sequuntur. Ex quibus patet, hunc Adalbertum Tyrolis fuisse comitem, ac Goritię principem, palatinum videlicet Carinthię, vbi episcopatus Babenbergensis multa habet feuda. Is Albertus igitur Athesinus & Goritiæ comes, & primus Carinthiæ palatinus, tres reliquit filios, Maynhardum palatinum & Athesis comitem, Engelbertum marchionem Craynburgensem, & Berchtoldum Goritiæ comitem Istriæq; marchionem: à quibus palatini cæteri Carinthiæ, comitesq; Goritiæ, vnde Tyrolis principes primi processere, rite descendere dignoscuntur, de quibus libro à nobis superiori est dictum.

12 ARNOLDVS comes Andecensis, fratre Alberto in palatinatum Carinthiæ misso, paternum in Boiariis comitatum gubernauit: ibidemq; tres procreauit natos, Berchtoldū comitem Andecensem, successorem: Ottonem comitem de Wolfratzhusen, vnde comites à Wolfratzhusen processere: Diepoldum comitem à Diessen, qui habuit in coniugio Giselam comitissam de Bergen: Popponem comitem Constantinopoli sepultum: & Ottonem episcopum Babenbergensem, Pomeranorum Apostolum, ob innocentiam vitæ & merita in sacrosanctam religionem sanctis Dei adnumeratum, qui fundauit HAYLSBRVN cœnobium inter Norinbergam & Onoldspachium, anno Domini 1132. Reliquit is & filiam Melchildem, abbatissam in Odlsteten, Burgouiensis marchionatus cœnobio.

13 BERCHOLDVS filius Arnoldi, qui Andecensium stirpem in Boiaria continuauit. Is ex Sophia comitissa de Amertall, Berchtoldum secundum reliquit, marchionem Istriæ: Popponem, episcopum Babenbergensem: Poponem ac Chunradum, comites Andecenses: & Ottonem secundum, comitem de Wolfratzhusen. cuius vxor Lemuta nominabatur. Pater sepelitur in Andegs.

14 BERCHTOLDVS secundus, marchio Istriæ factus, ex Agnete de Newburg marchionissa Misniæ suscepit multos filios & filias: quorum religioni se manciparunt Henricus & Theobaldus, ordine se subsequentes in episcopatu Patauiensi, circa annum 1165. Menegoldus, abbas cœnobii ditissimi in Austria Krembsmunster: Cunradus canonicus: Euphemia abbatissa in Altenmunster, Machtildis vestalis in Ottelsteten Sueuiæ. Seculares, Diepoldus comitem se à Diessen, Berchtoldus comitem ab Andegs, appellauere, sepulti in Diessen. Horum erat frater Chunradus ex canonico episcopus Constantiensis electus, anno 1207.

15 BERCHTOLDVS tertius hoc nomine, ex Hedvvige marchionissa Saxoniæ Berchtoldum quartum progenuit, comitem de Andegs & Diessen: Poponem episcopum Babēbergensem, qui obiit 1240. Ottonem præsulem Frisingensem, Vdalricū episcopum Para-

uienſem, & Berchtoldum monachum in Sæuen, maiorum fundatione. Filia Mechtildis nupſit comiti Goritiæ.

16 BERCHTOLDVS, hoc nomine in prænobiliſs. familia quartus, ex Agnete marchioniſſa de Rochlicz in Miſnia, vel vt alii volunt, Heduige Poponis Carinthiæ ducis & Neuburgẽſis comitis nata, quinqꝫ filios, & quatuor filias progenuit: videlicet Berchtoldũ quintum, patriarcham Aquileienſem: Ottonem epiſcopum Babenbergenſem, fundatorẽ Arnolſteyn Carinthiæ cœnobii, & Gleynikh Auſtriæ: Ekenbertum Babenbergenſem item epiſcopum, captum à Bernhardo duce Carinthiæ, & ſepultum Viennæ in monaſterio Scotorum, anno Salutis noſtræ 1237. Henricum ſecundum marchionem Iſtriæ, & comitem Andecenſem: & Ottonem cognomento Seniorem, ducem Meraniæ, & comitem Amartallenſem. Filiarum, Agnes Philippo regi Franciæ nupſit: Gertrudis Andreæ regi Hungariæ, Belæ filii, mater S. Gertrudis Lãdgrauiæ Haſſiæ: Sophia duci Saxoniæ, & Heduigis duci Sileſiæ nuptui traditæ fuere.

17 HENRICVS hoc nomine II. comes Andecenſis, & marchio Iſtriæ, ex neſcio qua cõiuge Berchtoldum ſextum, & ſuæ proſapiæ vltimum tulit. Ipſe obiit Graczii in Styria, tranſportatus in Dieſſen, ibidemqꝫ ſepultus. Is anno Domini 1203. vna cum fratre Ekeberto antiſtite Babenbergenſi, & Ottone comite palatino Scyrenſi, in Philippum Cæſarem, Friderici primi filium, conſpirauit: ex qua conſpiratione, cum Philippus Babenbergæ ſanguinẽ miſiſſet ex brachio, ingreſſus palatinus Otto, ſpecie ſalutationis, regem nihil tale ſperantem occidit. Cuius hiſtoriæ meminit etiam Vrſpergenſis, annum Domini in ſuis annalibus deſcribens 1203. Anno itaqꝫ ſequenti ſtatuit Philippus cum exercitu venire in Saxoniam, cõtra quoſdam qui adhuc ibidem ſibi rebelles extiterunt. Venit itaqꝫ in Babenberg: aduenerat quoqꝫ illuc nefarius ille Otto palatinus de Witliſpach. Rex vero minutionem ſanguinis fecit ibidem de venis vtriuſqꝫ brachii, plurimi quoqꝫ de ſuis minuebant ſanguinem. Tunc ſceleratus Otto, adſumptis militibus epiſcopi Eckeberti, & marchionis de Andegſe Heinrici, fratris præfati epiſcopi, venit in palatium. Ille vero impius acceſſit ad oſtium cameræ, in qua rex quieſcebat, pulſabat vt intromitteretur. Quem rex iuſſit intromitti, nihil mali ſuſpicatus. Cumqꝫ cerneret neminem eſſe in camera præter regem & cancellarium, & Hẽricum dapiferum, qui erant in conſilio, rediens aperuit ianuam cameræ, accipiens gladium à ſeruiente, quem vibrare cœpit in collum regis. Sed dapifero clamante territus, vix plagá perfecit, & paruulum vulnus in collo regis dedit, ſed venam vnam organicam amputauit. Cumqꝫ præfatus dapifer exitum ianuæ ſibi intercludere voluiſſet, maxillam ipſius eodem gladio vulnerauit: quam laudabilem cicatricem vſque ad mortem habuit. oritur vndique tumultus. Rex quoque paululum procedens, expirauit. Ille vero malignus ad præfatos epiſcopum & marchionem confugit, vnde & illi rei habiti ſunt de tali mordo: id eſt, homicidio.

18 OTTO, frater Henrici, ſortitus paternas prouincias in Nariſcis, comitatum Amartallenſem, & quædam prædia in Franconia, tractumqꝫ ad Atheſim, vbi Merania eſt ciuitas, retinuit, à Friderico genero dux creatus, ducem ſe Meraniæ, comitemqꝫ Andecenſem appellauit: cuius erant inſignia, clypeus in duas partes diuiſus, ſuperiore rubeo, & inferiore parte cœleſtini coloris. in ſuperiore duo inerant aurei leones, inuicem incumbentes. Poſuit Lankheym cœnobium in Nariſcis. Is ex comitiſſa Burgundiæ Beatrice nomine, ſuſcepit Ottonem ducem Meraniæ iuniorem, & tres filias: quarum Agnes Friderico ſecundo Imperatori nupſit, anno Incarnationis 1254. Beatrix comiti Aurelianenſi in Gallia, & Eliſabeta Friderico de Zolern comiti, primo Burggrauio Nurnbergenſi,

19 OTTO ſecundus, cognomento Iunior, dux Meraniæ ob matrem, palatinus Burgundiæ, Ottoni filio Friderici primi ſucceſſit: ex Blancha Theobaldi Cãpaniæ & Chabilionenſis comitis filia Ottonem tertium tulit, & duas filias, Eliſabetam, & N. alteram. quarum Eliſabeta Harduigo comiti de Grundlach nupſit, authori cœnobii Fravvenaurach, haud procul ab Erlango & Nurnberga: & ex ea peperit Harduicum ſecundum, & Lupoldos comites de Grundlach. Altera vero anonyma, cuidam comiti de Otlamund Voitlandino erat coniuncta: quæ capta forma Alberti ſecundi Burggrauii Norinbergenſis, vt eo potiretur marito, qui ob eius liberos matrimonium fugiebat, proprium filium, puerum trium annorum, & filiam annorum duorum, crudeliter necauit in caſtro Plaſſenberg: quorum martyrum reliquiæ adhuc hodie adſeruantur in Corona cœli, cœnobio proximo.

S E-

SEQVVNTVR RELIQVI COMITES BOIORVM, QVI PRINCIPVM DIGNITATE non fruebantur.

COMITES A WOLFRATZHVSEN ET VALlai, hoc est Vallato, Romano quondam in Vindelicia municipio, cuius rudera, quemadmodum & Wolfratzhusen, hodie adhuc haud procul à Monaco metropoli cernuntur.

1 OTTO, cognomento Magnus, & Senior, Carolomanni regis Boiariæ maior do-
10 mus, quem hodie aulæ præfectum vocant, extitit. habuit fratres, Lupoldum comitem, & Henrichum episcopum Ratisponensem. Et ex coniuge Iusticia liberos tulit, Ottonem iuniorem, Cunradum, & Henrichum canonicum, Papiæ in Italia sagittis confossum.

2 OTTO, cognomento Iunior, comes de Wolfratzhusen & Vallai, siue de Phalleia, suscepit ex nescio qua coniuge tres filios, Gebhardum, Gerhardum, & Berengarium. Filiarum, Mechtildis nupsit cuidam Italo comiti de Morth: & eo defuncto, domino à Greifenstayn, in Athesina prouincia. Alteram autem Cunisam duxit comes Andecensis Fridericus, cognomento Roch, circa annum Salutis 1020. ratione cuius matrimonii Andecenses postea comitatum Wolfratzhusen à ducibus Boiariæ obtinuere.

3 GEBHARDVS, cum fratribus Gerhardo & Berengario, defecerunt in stirpe sua:
20 & comitatum sororii ipsorum filio, Arnoldo videlicet comiti Andecensi, reliquere.

4 ARNOLDVS, comes Andecensis, Friderici Rach filius, ex Kunisa comitissa de Wolfratzhusen, ratione matris comitatus Wolfratzhusen & Vallai à ducibus Boiorũ obtinuere. habuit autem Gisalam vxorem, ex qua Ottonem tulir.

5 OTTO tertius, comes de Wolfratzhusen & Vallai, stirpis Andecensis, & frater Berchtoldi primi comitis Andecensis.

6 OTTO quartus, non tertii filius illius superioris, qui prole carebat: sed fratris sui Berchtoldi comitis Andecensis, vt cognatus proximus, & fratruelis, feudum duorum istorum comitatuum à ducibus Boiariæ impetrauit.

7 HENRICVS, Lupoldus, & Otto quintus, qui duos filios procreauit: Otthonem
30 sextum, & Henricum antistitem Ratisponensem.

8 OTTO sextus, ex comitissa de Witlispach, vnicam modo filiam Petrissam suscepit, Bernhardo Scyrensi palatino nuptam: quæ, vt hæres, feudum comitatuum istorum à ducibus Boiariæ adipiscitur.

9 BERNHARDVS, comes palatinus Scyrensis & de Witlispach, Ekardi hoc nomine primi palatini Boiariæ filius, ob coniugem Petrissam, vnicam filiam Ottonis sexti, fit comes de Wolfratzhusen & Vallay.

10 OTTO septimus, Bernhardi ex Petrissa filius, Henricum filium procreauit.

11 HENRICVS secundus hoc nomine in comitatibus istis, bellum gessit cum Friderico de Hohenstaufen, primo duce Sueuorum istius stirpis: in quo capitur à Friderico iu-
40 niore filio duce, qui posthac ad apicem Imperii vocatus, Friderici 1. cognomento Barbarossæ appellationem accepit. Meminit illius Otto Frisingensis lib. 1. historiæ Friderici primi, cap. 25. Creuerat Fridericus, Friderici strenuissimi ducis filius, militiæq; cingulum iam sumpserat, nobilis patris futurus hæres nobilior. Igitur bonæ indolis virtutem non dissimulans, educatus, vti adsolet, ludis militaribus, ad seria tandem tyrocinandi accingitur negocia, adhuc patre viuente, terramq; suam plenarie tenente. Nam & comitem quendam nobilem Henricum de Wolfrateshusen, hostem denuncians, Boiariam cum magna militum copia ingreditur. Norici, & maxime comites & nobiles, veluti tyrociniũ celebraturi, quod modo nundinas vocare solemus, in prædicti comitis castro se recipiunt. Itaq; strenuissimus superueniens adolescens, Noricos ante murum stantes, ipsumq; armatum expectantes,
50 non vt iocando, sed vt rem seriam agendo, viriliter aggressus est: diuq; & fortiter vtrisque pugnantibus, tandem vt hostes castro se reciperent coegit. Versis in fugam Noricis, ac ex angustia portarum arctatis, comes quidam Chunradus de Dachau, tunc nobilis comes, postea dux factus Croatię ac Dalmatiæ, qui incautus extra remanserat, ab hostibus capitur: sicq; adolescens præfatum ducens comitem, cum victoria ad propria reuertitur. Cumq; à multis suaderetur, vt pecuniam magnam ab eo extorqueret, ipse ex innata sui nobilitate prauorum declinauit consilia. Nam sicut fortiter captum, sic liberaliter dimissum, ad propria redire sine pecuniæ exactione permisit.

12 Porro filii Henrici (dubium quo nomine fuerint appellati) propterea quod causam Henrici Leonis proscripti ducis Bauariæ tuerentur aduersus Austriacos marchiones, re-

cens inuestitos Boiariæ duces, obsessi sunt in castro Vallay, siue Phalleia. Quam historiã Otto Fris.lib.7.Chron.cap.25.his verbis describit: Leopoldus vero (is erat filius sancti Leopoldi Austriæ marchionis) ducatum exhinc Noricum potenter se habere confidens, dum in obsidione castri Phalleia duorum fratrum, qui soli ex Noricis baronibus in parte ducis Henrici stetetant incaute moraretur, Guelpho ducis Henrici frater ex improuiso collecto milite superueniens, fortissime pugnando, cæsis ex vtraq; parte plutibus, multis captiuatis, ducem cedere coegit.

COMITES DE DACHAVV, VNDE DALmatiæ principes processerunt. 10

1 ARNOLDVS, filius Ottonis Scyrensis palatini, nepos Wernheri illius qui Arnoldi Mali quondam Boiariæ ducis filius extiterat · ab Ottone primo Imperatore, vna cum cognatis, patruis, fratruelib.& fratribus, in comitatum missus, castrum Dachau, in suo distincto districtu construxerat, vnde posteri nomenclaturam ac genus numerarunt.

2 CHVNRADVS, comes à Dachau, Arnoldi filius.

3 ARNOLDVS, secundus hoc nomine, Chunradi filius fuerat.

4 CHVNRADVS hoc nomine secundus, Arnoldi filius, à Friderico primo Barbarossa nondum Cæsare capitur apud Wolfraczhusen arcem, & iterum dimittitur, vt Otto Frising. scribit libro Chron. septimo, cap. 25. Fit postea dux Dalmatiæ (inquit) & Croatiæ Chunradus de Dachau. Et libro tertio historiæ Friderici, cap. 29. vbi de Mediolanensi obsidione tractat: Aderant quoq; in vlteriori fluminis ripa (ait) pugnacissimi de Mediolanensibus, circiter mille equites armati, qui se ope & adminiculo inundantis fluminis facile vada pontesq; defendere posse arbitrati sunt. Verum contra audaces non est audacia tuta. Nempe frustrati sunt, cum ex improuiso rex Bohemiæ, & Chunradus dux Dalmatiæ, cum suis paruipendentes periculum, aquis se dederint. 20

GENEALOGIA COMITVM DE ALTA SPECVla, vulgo Hohenvvard, in submuntorii veteris Romani municipii ruderibus, à comitibus palatinis à SCHEYRN extructo castro. Quin in Tyrolensi agro comitatum pariter à THAVR possidebant, & Leubnavv in Styria: in diplomatibus veteribus comites deniq; à Schrobenhausen nuncupati, ab oppido Bauariæ illorum ditionis. Ioannes Auentinus deriuat hos comites ab Andecensibus: atque adeo existimat, istius generis Hattam coniugem fuisse Henrici Welphonis, qui erat filius Henrici, cuius sororem Richildam Carolus Crassus Imp. habuit in matrimonio. Idem in hoc stemmate numerat Gebhardum episcopum Ratisponensem, S. Wolfgangi successorem: hoc est, Rapatonis primi filium. Nordvvertum prætereà episcopum Curiensem, Rapatonis secundi ex Henna Austriaca natum extitisse. Postremum denique nobilissima prosapia ab Arabibus & Saracenis interfectum, cum religionis ergo in Palæstinam cum Sigefrido Moguntino, Ottone Ratisponense, Gunthero Babenbergense, Ekhardo palatino Scyrensi, & Friderico comite à Diessen peregrinatus fuisset. 30

1 RAPATO, Ekhardi Scyrensis palatini illius filius, qui ex patre OTTONE Wernheri nepos fuerat: quem cum fratribus Arnoldo & OTTONE primos palatinos extitisse Scyrenses & à Witlinspach, Annales referunt, Arnoldi ducis Bauariæ proscripti filios. 40

2 ERBO & Sigefridus. quorum Erbo, siue Aribo secundum quosdam, archiepiscopus Moguntinus, post Willigisum illum carpentarii filium, imperante Henrico Claudo extitit. Sigefridus autem donatus in Tauriscis comitatu Leubnavv, celeberrimum illud pro nobilibus virginibus cœnobium erexit, Imperatoris consensu, fratrisq; episcopi subsidiis, quod hodie etiamnum superest in Styria, haud procul à Leuben oppido, Gœs nomine, Styriæ totius famigeratissimum: cuius referunt Annales primam extitisse abbatissam Adelam, supradicti Sigefridi filiam.

3 RAPATO secundus, adiecit maiorum suorum ditioni comitatum Taur, ad amnem OEnum, in prouincia Tyrolensi, tum temporis Meraniæ ducatu appellato. Qui ex Henna marchionissa Austriæ, Ortolphum filium progenuit, & Wiltrudim filiam, primam abbatissam in Hohenward Vestalium cœnobio apud Boiarios opulentissimo, & vbi multæ sanctorum reliquiæ repositæ cernuntur. 50

4 ORTOLPHVS, filius Rapatonis comitis, ex marchionissa Austriæ, primus precibus sororis Wiltrudis permotus, castrum suum Hohenward Deo consecrans, in monasterium sanctimonialium commutauit. In quo & soror primam abbatissam egit, quæ obiit anno Salutis 1081. cum frater paulo ante ab expeditione Hierosolymitana reuersus fuisset.

5 SIGEFRIDVS & Otto, filii Ortolphi, relicta arce Hohenvvard iam Deo dedicata, se comites appellauere à Schrobenhausen, Lebnavv & Thaur. Vixerunt autem postremi suæ stirpis circa annum Salutis 1176. Quibus sine prole mascula extinctis, Chunradus episcopus Frisingensis forte, frater superiorum, eum comitatum Bernhardo duci Carinthiæ vendidit, circa annum 1246. à quo ad successores, & inde ad Austriæ principes cum vtroque principatu Carinthiæ Styriæque peruenit: qui haud procul à cœnobio Goes, oppidulum extruxere amœnissimum, in eadem ipsa valle siue comitatu Leubnavv, cui inde nomēclaturam quoque indidere Leuben, mineris ac conflatione hodie apud Styros nominatissimum, atque exteris quoque non ignotum.

GENEALOGIA COMITVM A RITTERBVRG & ab Ansperg, à vestigiis videlicet veteris Romani municipii abusiue appellati, vbi oppidum & castrum condiderant. Qui ab aliis similiter regiis ac domiciliis hinc inde per Boariam constructis, comites à Randek, Rotenekh, & Raczenhouen nominabantur. Cuius stirpis fertur diuus quispiam fuisse, sanctus Loybrigo, vulgo auf der langen meil bey Schwendorf. *Habebant insignia albo & atro coloribus ex transuerso diuisa.*

1 BABO, filius Wernheri illius, qui Arnoldi cognomento mali Boiariæ ducis filiorum vnus extiterat, primus palatinus Scyrensis, & cum fratribus in comitatus missus, vt Vrspergensis scribit. A castris igitur, quæ in diuisione cum fratribus, Arnoldo iuniore, Othone, patri obuenerant, denominatus, fratrem habebat Embrichonem monachum, abbatem postea designatum cœnobii Heremitarum apud Heluetios, vulgo Einsidlen. Progenuit vero is Babo multos liberos, vnde nobilissimæ ac amplissimæ familiæ defluxerunt: videlicet Ascouynum, vnde comites à Bogen, & comites de Laarcu in finibus Italiæ: Rudbertum, vnde burggrauii Ratisponenses, & comites à Butene & Neuburg in Austria: Eberhardum, vnde comites & domini de Abersperg in Bauaria: Weczilonem, vnde comites à Freidenberg: Wolframum, vnde comites à Ror & Abimperg: Rapatonem, Fridenbertum & Chunradum, comites de Ritterburg. Huius denique filius extiterat, qui ob vitæ innocentiam & secuta miracula in numerum fuit sanctorum relatus, sanctus videlicet Loybrigus.

2 WOLFRAMVS, filiorum Babonis vnus, comes à Ror & Abimperg nuncupatus, circa annum Domini 1080, filios suscepit, Wolframium secundum comitem, Ottoē comitem, & Chunradum archiepiscopum Salisburgensem, consecratum circa annum Salutis 1147. Ab his processerunt, Rapoltus aduocatus Babenbergensis, Fridericus dominus de Ertfordia, & alter quispiam Fridericus prioris filius.

3 EBERHARDVS, primus nomine isto ab Abensperg comes appellatus, ex Mechtilde coniuge sepulta in Gaisenfeld, Eberhardum secundū procreauit. Citatur in literis de anno Domini 1180. vna cum Vendelino comite ab Ortēburg, & Eberhardo Ottingensi comite.

4 EBERHARDVS secundus, Gaisenfeldensis cœnobii aduocatus institutus, vnum filium genuit, Gebhardum nomine.

5 GEBHARDVS, primus hoc nomine, ex comitissa quadam Sophia de Piburch, tres filios procreauit: Gebhardum secundum, Eberhardum tertium (cuius stemma in Bernhardo filio desiit) & Altmannum, qui ex Richiecza de Ramyng circa annum Domini 1200, Altmannum comitem, & Eberhardum præpositum Ratisponensem progenuit: qui vixerant anno adhuc 1239.

6 GEBHARDVS secundus, comes de Abansperg & Ritterburg, dominus castri Rotenekh, floruit anno incarnationis Dominicæ 1190. Et ex Geisa coniuge tres filios procreauit, Rupertum, Bernhardum & Menhardum: quorum Bernhardus dominus a Randekh fuerat, & obiit 1269.

7 MENHARDVS, comes de Abensperg & Randekh, floruit anno Domini 1239. Et ex Heduige vxore tres filios tulit: Gebhardum, qui obierat anno 1230. Menhardum, qui obiit 1290: & Henricum, à quo domini de Abensperg processere.

8 HENRICVS circa annū Domini 1250. ex Petrissa vxore duos filios progenuit, qui primi neglecto comitatus titulo, se dominos & barones simpliciter scripserunt: Ottonem videlicet, comitem à Stayn iuxta Schompach, & Vdalricum dominum de Abensperg.

9 VDALRICVS dominus siue baro de Abensperg, ex Gertrudi comitissa de Grayspach, filia Berchtoldi comitis à Maurstetten & Grayspach, circa annum Domini 1299. duos filios genuit: Bernhardum, qui ex coniuge Maria nullam prolem habuerat: Vdalricum secundum, successorem: & Barbaram, ingenuo à Sanshaym in Bauaria nuptam.

10 VDALRICVS, hoc nomine secundus, ex Sophia coniuge procreauit duos filios, & totidem filias, videlicet Vdalricum tertium, Ioannẽ, Margaretam Gibolphi à Degenberg, & Barbaram nuptam ingenuo cuidam de Senshaym.

11 VDALRICVS, hoc nomine in stirpe tertius, ex Elisabeta libera à Gundelfingen, fundatrice xenodochii Elfingensis, quinq; filios, & tres filias tulit: Theodericum videlicet, præsulem Ratisponensem: Vdalricum commẽdatorem Rhodiensem, qui obiit anno 1375, in reditu à Hierosolymis: Albertum, qui cum coniuge domina ab Haydavv Ratisponæ sepelitur anno Domini 1365. & duos Ioannes, quorum alter generis successionem tenuit. Filiarum Agnes nupsit comiti de Sancto monte apud Sueuos, Barbara domino à Rosenberg Bohemo, & Margareta monasticen professa est in Bulenhouen cœnobio. 10

12 IOANNES, hoc nomine in ista domo secundus, author cœnobii Abenspergensis, ex Agnete baronissa à Liechtenstayn Austriaca quinq; filios, & quatuor filias genuit: videlicet Bernhardum, Guilelmum, Georgium, Vdalricum, & qui posteritatem dedit, Iodocum. Filiarum, Vrsula Ioanni dapifero de Waldburg, Elisabeta comiti à Schaunburg Austriaco, Agnes landgrauio à Leuchtenburg, & Margareta cuidam ingenuo à Kuchlen nupsere.

13 IODOCVS, dominus de Abensperg, ex Agnete comitissa de Schaunburg, nata ex Pætouiense Styriæ marescalci filia, filios quinque procreauit, & totidem filias: videlicet Vdalricum quartum, Theodoricum, Sigismundum, Degenhartum, & Ioannem hoc nomine in familia tertium: qui omnes floruere circa annos à nato Christo 1420. Filiarum Anna nupsit Henrico marescalco à Pappenhaym, Barbara baroni à Schvvarczenburg, & Margareta Alberto Nothafft Bauariç ingenuo. Porro fertur Iodocus & secundam duxisse vxorem, Elisabetam à Torringen. 20

14 IOANNES hoc nomine tertius in nobili ista prosapia, duas habuit coniuges: primã, Magdalenam comitissam Schaunburgensem, ex Goricensi natam: & secundam, liberam à Torringen. Ex prima tamen sui stemmatis antiquissimi postremos reliquit, videlicet Nicolaum dominum ab Abensperg, Barbaram libero à Schvvarczẽberg, & Margaretam cuidam Bauariæ ingenuo Nothafft coniunctas: tertia, Clara nomine virgo obiit.

15 NICOLAVS, baro ab Abensperg sui generis postremus, in matrimonio habuit comitissam à Werdenberg. Interficitur à Christophoro Bauariæ duce anno Domini 1486.

GENEALOGIA COMITVM A BOGEN ET VVINDberg, dominorum de Wsterfeld & Niderstrang: vnde comites de la Arcu in prouincia Athesina processere, qui haud procul à lacu Benaco tenent, in finibus Italiæ. Erant autem Bogenses comites burggrauiis Ratisponensibus sanguinis vinculo iuncti, eo quod & ipsi à Wernheri filiis descenderant. Vnde in Annalibus subinde cum illis confunduntur. 30

1 ASCOVVINVS, Babonis comitis Abenspergensis filiorum vnus, Wernheri primi Scyrensis palatini nepos, constructis nouis castris infra Dekhendorfium, comes à Wincleberg & Bogen à domiciliis suis videlicet, appellatus est. Castro autem ab insignibus nomen inditum est, quæ adhuc comites de la Arcu vsurpant, tres videlicet nigros arcus in albo clypeo, Mauro galeæ imposito. 40

2 HENRICVS, Hartouicus, & frater ipsorum Adalbero Babenbergensis antistes, floruerunt circa annum Salutis 1054.

3 CHVNRADVS, sororẽ diui Lupoldi in matrimonio habuit, castro Peilstayn in Austria dotis loco accepto. Vnde legitur in Annalibus gentiliciis: Margraue Leopold von Osterreich (intelligit patrem diui) der het zwo döchter. der selb Margraue ladet Her ze Osterreich von Bayrn/ den grauen von Bogen/ vnd gab jhm der döchter ayne/ vnd gab im zu der dochter Peylstayn/ vnd alles das darzu gehört/ paiden leüt vnd güt.

4 OTTO & Fridericus, fratres Cũradi superioris, & forte Hartouici filii: quorũ Otho creatur burggrauius Nurnbergensis, author cœnobiorum Walderbach & Reychenbach: Fridericus vero in præsulem Aichstetensem consecratur, circa annum 1104. 50

5 ASCOVVINVS secundus hoc nomine, & Fridericus secundus item, Henrici superioris filii erant, quorum reperitur Fridericus vxorem habuisse Adelhaidem, circa annum Domini 1104. & ex ea procreasse Fridericum tertium in hac domo.

6 FRIDERICVS tertius hoc nomine, ex Itha marchionissa Vogburgẽsi nullam prolem reliquit. Obiit in expeditione in terrã Sanctam, sub Hẽrico quinto suscepta, vltra mare.

7 HARTOVVICVS secundus, ex Luitgarde coniuge progenuit Hartouicum tertium, Berchtoldum monachum sancti Blasii in Nigra sylua, & Albertum. Fuit huic Hartouico frater germanus, abbas ad sanctum Emerannum Ratisponæ.

8 HAR-

8 HARTOWICVS tertius, secūdi filius, author cœnobii diui Petri apud Rosenhaym, ex Heduige coniuge Hartnuicum quartum tulit.

9 ALBERTVS hoc nomine primus, secundi Hartnuici, & tertii Hartouici germanus, ex Heduige Poponis ducis Carinthiæ, comitis Butensis ac Neuburgensis filia, suscepit Albertum secundum, Fridericum quartum: & Berchtoldum secundum. Hunc authorem celebrant Wyndbergensis monasterii.

10 FRIDERICVS, in ista stirpe quartus, in coniugin habuit nobilissimam quandam comitissam, ex qua nullam prolem tulerat: interficitur in acie, apud Vallay castrum.

11 BERCHTOLDVS secundus in hac prosapia, Friderici quarti frater germanus, ex 10 Luitgarde burggrauii Ratisponensis filia, Albertum tertium tulit. Floruit autem circa annum Domini 1168.

12 ALBERTVS hoc nomine tertius, in vxorem accepit Ludmillam Primislai Bohemiæ regis filiam Ottochari ducis Austriæ & Bohemiæ regis sororem, quam viduam postea Ludouicus dux Bauariæ sibi coniunxerat. Is militans sub Friderico primo, in Italia expugnato Spoleto, reliquias sancti Sabini & Seruiæ abstulit, & in suæ fundationis cœnobio Wyndspergcollocauit. Citatur in quondam diplomate ab Chunrado tertio, dato de anno 1173, inter cæteros Boiariæ comites, videlicet cum Rapatone ab Ortenberg, Berchtoldo ab Andegs, Hartouico de Haga, & Bernhardo comite à Iulbach. Porro is ex coniuge Bohema procreauit tres filios, Berchtoldum, Albertum, & Lutoldum siue Lupoldum ca- 20 nonicum.

13 ALBERTVS secundi filius, reuersus ab expeditione Hierosolymitana, bellum posteris exitiale gessit cum Ludouico duce Bauariæ, & Rapatone palatino, de Ortenburg: in quo Lankhenvverd suæ ditionis oppidum amisit. Iuuerat Fridericum ducem Austriæ, à Friderico secundo Imperatore dominiis exutum: & omnem lapidem mouit, vt reuersus in gratiam Imperatoris restitueretur. Obiit postremo plenus annorum, anno Domini 1208. vnico filio Peregrino relicto, qui in Bauaria postremus extitit author cœnobii Viapacensis, quod ad summam manum perduxerat anno millesimo CCLXXXVI. Et quia filiis carebat, maiorem comitatus partem, vna cum Bogensi castro, Viapacensi ac Wyndbergensi cœnobiis legauit.

30 14 BERCHTOLDVS tertius hoc nomine in stirpe, secutus castra vtriusque Friderici, vna cum patre Alberto tertio, ob nauatam ei fidelem & fœlicem operam, præcipue in Spoleti expugnatione, agrum quendam ad lacum Benacum & Sarcam amnem dono Cæsaris Friderici secundi possidere cœpit: vbi in memoriam & castri gentilitii in Boiaria, & armorum siue insigniorum repræsentationem, arcem nouam condidit, quam Arcum appellauit: hoc est, si Germanice reddas, Bogen. Contigit autem illud circa annum 1199. Progenuit vero Adalbertum & Riprandinum.

15 ADALBERTVS, siue vt Itali appellabant, Adelbertus, filius Berchtoldi, fuerat sub tutela Friderici patrui, vna cum fratre Riprandino, constitutus: comitatum Archi prope Benacum in faucibus Italiæ à Friderico secundo confirmatum obtinuit, ob maiorū fidem, 40 & parentis præcipue nauatam operam, ac grata seruitia.

16 BERCHTOLDVS hoc nomine quartus, Adalberti filius, domi in ocio vixit, aeris amœnitate ac loci vbertate illectus: ac vt nonnulli existimant, dolore fraternę mortis compulsus, qui dum in castris Cæsaris fortiter pugnat, interficitur. Hic arcem Archi munitissimam restaurauit, ac mœnibus circundedit.

17 ALBERTVS, in domo ista quartus hoc nomine, Berchtoldi quarti filius, ad intestina cum vicinis bella compulsus, omnes insidias sibi structas singulari magnanimitate ac prudentia declinauit, & Odoricum filium reliquit. claruit circa annum 1314.

18 ODORICVS, Alberti quarti filius, ex cognomēto Pancera, Cęsari Romano sui temporis charissimus, à quo vinario vectigali in vrbe Brixiensi donatus est, genuit Vinciguer- 50 ram primum, circa annum Domini 1340.

19 VINCIGVERRA, hoc nomine primus, Odorici natus, efferuescente Italico bello, Ruperto imperante, Imperii hostes egregia in Cęsarem fide repressit: commendatus literis propterea Sigismundi Cæsaris, qui Ruperto successit. Progenuit autem filios, quorum maior natu Antonius fuerat. Floruit circa annum Salutis 1377.

20 ANTONIVS, in bello Veneto, quod Lupoldus dux Austriæ susceperat, nūquam satis laudanda fide Austriadis se connexuit. Quippe capto filio, & in vincula coniecto, & ante patris conspectum adducto, non minis aut pollicitis flecti potuit: maluitque filii vnice dilecti salutem in discrimen ponere, quam vlla ex parte fidem in Cæsares atque Austriadas labefactare. Claruit autem circa annum 1418.

21 FRANCISCVS, Antonii filius, vir factis illustribus clarus, apud Senensium Rempublicam supremi ducis exercitus authoritate functus, duos reliquit filios, Andream, & Odoricum secundum, vnde stemma in duas sectum est partes.

22 ODORICVS hoc nomine secundus Francisci filius, & Andreæ frater, Maximiliano Cæsari in bello Veneto atque Italico à secretioribus consiliis, & quem is Cæsar cum Georgio Neydekher præsule Tridentino Campegio Iulii Pont. oratori obuiam misit, qui in pacis constitutione non minimas partes obtinuerat. Is ex Ludouici Gōzagæ Mantuæ principis nepte Nicolaum filium tulit, & Paulum: cuius filii Carolus & Odoricus.

23 NICOLAVS, elegātissimus suę tempestatis poeta, ac philosophus non ignobilis, cuius numeri cultissimi extant: ex Iulia Gonzaga, comitissa Huuolariæ, procreauit Scipionem, Prosperum, Pyrrhum, Maximilianum, Ioannem Baptistam & Claudium: qui omnes & belli studiis, & in pace seruitiis, CAROLO quinto & FERDINANDO Cæsaribus operam cum singulari fide præstant.

24 SCIPIO, paternæ eruditionis ac omnis generis virtutum æmulator non indecorus, Ferdinandi Rom. Cæsaris ad mēsam structorem agit: qui ex Catarina filia magnifici Bernhardini de Manesiis Hispani, baronis à Schvvarczenberg, quotidie Deo auspice prolem sperat.

ANDREAS Odorici ex Francisco frater, apud Italiæ principes pro Maximiliano Imperatore legationem egit ita prudenter, vt eius operam Cæsar summopere laudarit, ac singulari gratia postmodum sit prosecutus. Progenuit tres filios, Antonium secundum, Alexandrum, & Vinciguerram secundum. 10

ANTONIVS Andreæ filiorum vnus, genuit Fœlicem, Franciscum, & Sigismundū: quorum Fœlix scientia rei militaris nostra tempestate nemini secundus, non semel legiones Carolo V, eiusque germano Ferdinando, non sine laude & Austriæ domus emolumento adduxit.

ALEXANDER, Antonii frater ex Andrea, genuit Franciscum secūdum, Iulium, & Ioannem Baptistam: qui superioribus annis, nuper duo signa militum in Transylua- 20 niam duxerat, ac splendidis factis Ferdinando Cæsari commendatus est.

VINCIGVERRA secundus, Alexandri & Antonii ex Andrea germanus frater, procreauit Oliuerium & Vinciguerram tertiū: qui omnes, dum hæc scribimus, in humanis fuere. Quę mihi magna ex parte illustris Scipio comes benigne communicauit. 30

25 PYRRHVS, Scipionis frater, in matrimonio habet viduam Nicolai comitis à Salm, familiæ Lymbacensis in Hungaria nobilissimæ.

26 PROSPER, frater germanus Scipionis & Pyrrhi, Caroli quinti Imperatoris curialis, multis aduersus Gallos trophæis, & corporis insigni proceritate conspicuus.

27 MAXIMILIANVS, frater germanus Scipionis, Prosperi & Pyrrhi, Iulio tertio pontifici maximo à cubiculis, nostra memoria adhuc viuit.

ALIA NON MVLTVM DIVERSA GENEAlogia comitum à Bogen, secundum Ioannem Auentinum: qui ex veteri prærogatiua aduocati erant templi Ratisponensis, & inferioris Altaithu cœnobii. 40

1 ASWINVS (vt arbitror, ab odio vini, quod forte abstemius esset, tanquam diceres Hassvveyn) & Fridericus, superius Altayehium destructum ab Hungaris restaurarūt. Sunt qui fuisse filios Hermanni putant, qui Arnulphi ducis Boiariæ natus erat, missus in comitatum ab Othone, vt etiam Vrspergensis meminisse videtur.

2 RVPERTVS & Calochus superiorum filii, Albersрach præposituram fundarunt.

3 ASWINVS & Fridericus, hoc nomine secundi, ab Henrico quarto Salisburgensis ditionis gubernatores constituuntur, Gebhardo episcopo proscripto & pulso, quod cum Hilteprando papa & Saxonibus contra se conspirasset. Quorum Fridericus in expeditione Asiatica periit, anno 1101. cui nomen dederat vna cum Welphone & Henrico burggrauio. Habuit matrem Adeladam, sororem Richardæ, matris Ottonis à Witelspach palatini, quem Boiis ducem Fridericus primus dederat. Genuit ex Luitgarda Fridericum tertium, & Hartouicum. 50

4 FRIDERICVS in hoc genere tertius, cum interfecisset prætorem Ratisponensem, ab Henrico Superbo duce Boiariæ hostis iudicatur. Cuius & castrum Falkhenstayn expugnauit.

5 HARTOVICVS, frater Friderici superioris, tulit Albertum primum.

6 ALBERTVS primus in hoc stemmate, cum coniuge Hedvvige, & filiis Harduico secundo, Alberto secundo, & Berchtoldo, Wymperg cœnobii initia posuit. Occiditur in bello,

bello cum Luipoldum ducem Boiariæ, diui Luipoldi Austriaci filium, aduersus Ottonem & Chunradum comites à Vallariuuillet: qui Welphunis & Henrici superbi exauctorati ducis Boiariæ à Chunrado tertio partes tuebantur.

8 HARTOVICVS secundus, interfuit comitiis Ratisponensibus, cum Henricus Leo ducatu Boiariæ priuaretur a Friderico primo.

8 ALBERTI duo, quorum vnus proscriptus erat ab Henrico sexto, missus in Ap[illegible] vnde comites de la Arcu ad lacum Benacum descendunt. Causa erat proscriptionis, [illegible] intestinum in Boiaria bellum excitasset, cum Henrico & Rapatone Artenburgē[illegible] nuit ex Laodami[illegible] Othocaris regis Bohemiæ filia, quæ secundis nuptiis Ludouico d[illegible] uariæ iuncta fuerat, Albertum tertium, qui Ottonis ducis Boiariæ frater erat vterinus. ter vero Alber[illegible]s, cū Friderico duce Austriæ, cuius erat sororius, missus in Asiam a[illegible] rico sexto, Christianis ibidem consistentibus auxili[illegible], obiit anno 1181. tribus relict[illegible] fil[illegible] Alberto quinto, Berchtoldo, & Luipoldo sacerdote.

9 ALBERTVS tertius, secundi natus, ex Laudamia regis Boh[illegible]æ filia, Fridericum quartum reliquit.

10 FRIDERICVS quartus, ex Iuditha Dietboldi postremi V[illegible] nsis marc[illegible] filia, tulit Albertum sextum, & Berchtoldum: quorum Berchtol[illegible]us pe[illegible]it in terra san[illegible] vbi expugnationi Damiatæ interfuerat, Friderico secundo imperante.

11 ALBERTVS sextus, Friderici quarti filius, nouum bellum excitaui[illegible] burgenses, Flynsperg castro extructo: contra quos, Artenburgenses Landv[illegible] runt. Idcirco cognita causa, Albertus proscribitur: à Boiaria pulsus, à duce B[illegible] striaco principe in prouincia Athesina agros emit, vbi in memoriam natalis soli [illegible] arcu castrum construxit. Vnde ad nostram tempestatem familia nobilis mansit, com[illegible] de La arcu nominati, quorum stemma supra posuimus.

COMITES DE VVATERN ET Falkenstayn.

1 BATHO, progenuit Herrandum & Wolfgerum.

2 HERRANDVS, cum fratre Wolfgero.

3 RVDOLPHVS ex Gertrude filia Sigebothonis, Gerholdi nepte, tulit Herrandum secundum.

4 HERRANDVS, secundus in hoc genere, profectus Hierosolymam cum Welphone duce Boiariæ, ex Adelhayde coniuge reliquit Sigebothonem primum.

5 SIGEBOTHO, reliquit Sigebothonem secundum, Hildelscalcum abbatem in Tegernsee, & Herrandum monachum Antburensem, fundatorem Wayn cœnobii, quod Vinariam Latini dicunt, circa annum 1133.

6 SIGEBOTHO secundus, ex Luitgarda sorore Friderici, tulit Sigebothonem tertiū. Huius frater Chuno episcopum Ratisponensem egit, & Rupertus abbatem in Tegernsee, qui obiit anno 1185.

7 SIGEBOTHO tertius, ex Hildegarde Chunonis domini à Medling filia Sigebotonem quartum reliquit.

8 SIGEBOTHO quartus, ab Ottone duce Bauariæ captiuus abductus Burkhusium, habuit fratrem Chunonem.

9 SIGEBOTHO postremus occiditur Neoburgi in publico balneo, ab Otthone Brādebergio, circa annum salutis 1272. reliquit coniugem Irmengardam, sine prole.

COMITES A RIETENBERG, ROR, LENGENfeld, & Calmuncz, *unde processere nobilissimæ prosapiæ per Rhætias & Noricum, videlicet Burgrauii Ratisponens. Landgrauii de Steueuing, Boiaria nominatissimi principes. præterea comites de Falkenstayn, comites à Laber Boiariæ, & in Austria comites de Trasama & Lengenpach: erant aduocati canonicorum Ratisponensium. Porro rudera castri Rietenberg supersunt supra Kelhaym ad Altmyllam fluuium.*

1 HERRANDVS & Antoburius ac Henricus, interfuere expeditioni Asiaticæ, qua Gotofridus a Bullion rex erat Hierosolymorum creatus.

2 BABO [illegible] qui h[illegible]ne filium fuisse Babonis comitis ab Abēsperg, nepotem Scyrensis palatini Arnulphi ex[illegible] ant. g[illegible] Herr[illegible] primum burg[illegible] rauiu[illegible].

3 RVPERTVS ex Wiltrude procreauit Henricum comitem à Rietēberg, & m[illegible]gnum comitem à Ror. hu[illegible]us fratres c[illegible]lebrantur, Herrandu[illegible] & Antoburnius, qui cum Gotofrido Bullonienſi in Palæstinam profecti erant: de q[illegible]bus supra diximus.

4 HENRICVS, primus burggrauius Ratisponensis, designatus ab Henrico quarto, ex Richarda genuit Othonem & Henrichum secundum. Obiit Hierosolymis, & dicitur Bernhardum fratrem habuisse.

5 HENRICVS, secundus burggrauius, ex Berchta, filia S. Luipoldi Austriæ marchionis, reliquit tertium Henricum, & Fridericum. Is S. Marianum Scotum cum sociis Isaaco, Clemente, Donato, Candido, Ioanne & Mutichetodacho, Ratisponam venientes, viros doctos suscepit: & primo Vestalibus commendauit, qui primum S. Petri sacellum illis extra vrbem concesserunt. deinde auxilio Pogensium & comitum de Labar, proprium cœnobium e[illegible]rui curauit, quod adhuc Ratisponæ est, & Scotense appellatur. Idem cœnobii Altenmunster, & Rhodiensium equitum Tyssæ, author perhibetur. 10

6 OTTO, frater Henrici secundi, fundator Walderspacensis, siue Alberspacensis, sepultus Ratisponæ ad sanctum Hameranum, genuit ex Sophia Ottonem landgrauium de Steuening.

7 OTTO secundus, Landgrauius à Steuening, Othonis comitis à Rietenberg filius, ex Adelhayde sorore Othonis palatini a Witelspach, genuit Othonem familiæ suæ postremum.

8 HENRICVS, Henrichi secundi filius, ex Berchta Austriaca, interfuit comitiis Ratisponentibus, cum Henricus Leo, stirpis Welphonum in Boiaria postremus, priuaretur Boiariæ ducatu a Friderico primo Cæsare.

9 WERNHERVS & Gundoccarus, comites à Labar, sub Hērico v. Scotense cœnobium Ratisponæ restaurarunt. Quorum alterius vxor Berchta vineas in Austria dedit. 20

COMITES A MOSBVRG, QVI TEMpli Salisburgensis fuerant aduocati, ex veteri prærogatiua.

1 HELYMBERTVS, sub Chunrado II. Imperatore cognomento Saliquo, floruit.

2 BVRCHARDVS, cum fratribus Renardo & Berchtoldo præsule Salisburgense floruit, Henricho tertio ad clauum Imperii sedente.

3 BVRCHARDVS secundus, primi filius, ex Gertrude tulit Burchardum tertium, & Albertum, quem Henrichus quartus in bello intestino, Welphone Boiariæ duce ad partes Papę & hostiū deficiente, inferioris Boiariæ præsidem creauerat. cuius frater Berchtoldus, aduersus Gebhardum hostem Salisburgensis archiepiscopus creatur, ab eodem Henricho quarto. 30

4 BVRCHARDVS tertius, ex Benedicta filia Chunradi à Rhayn, Chunradum primum tulit, Henrichum & Berchtoldum.

5 CHVNRADVS primus in hoc genere, reliquit Chunradum secundum.

6 CHVNRADVS secundus, ex Benedicta coniuge procreauit Chunradum tertium, Albertum secundum, & Hedvvigen.

7 CHVNRADVS tertius genuit Chunradum quartum, & Henrichum secūdum, qui legitur interfuisse exequiis Ludouici ducis Boiariæ, stirpis Syrensium secundi, apud Styram, anno Salutis 1231. 40

8 ALBERTVS & Chunradus v, Chunradi quarti filii, in bello intestino quod papa Gregorius nonus contra Fridericū primum & eius fautores, episcopos videlicet & abbates Boiariæ excitarat, Batiorum collegium spoliarunt, æde, quæ vocatur Rora, ablata.

COMITES A RANYNG ET ROTENBVRG.

Porro Ranyng castri vestigia ad Lauarum amnem cernuntur, infra Abenspergam.

1 HENRICHVS primus tulit Gebhardum episcopum Ratisponensem, Henricum & Chunradum comites. 50

2 GEBHARDVS episcopus Ratisponensis, sub Lothario tertio Cæsare floruit anno 1150. Is cum matre Mathylde, & fratribus Chūrado atque Henrico, Peryng, & cœnobium sancti Magni, ad confluentes Danubii & Rheni, auspicatus est.

3 HENRICHVS frater Gebhardi, cognominem sibi filium reliquit.

4 HENRICHVS hoc nomine tertius, occubuit in bello intestino, quod pro ducatu Boiariæ erat gestum inter Lupoldum Austriacum sancti filium, & Welphones, Chunrado tertio imperante, in quo & Bogensis Albertus occubuerat.

5 CHVNRADVS, legitur sub Friderico primo Cæsare arbiter d[illegible] fuisse vna cum Eberhardo Salisburgensi, & Othone palatino a Witelspach, in contentione quę inter Ha[illegible]d-

... Ratisponensem antistitem, & Henricum Leonem Boiariæ ducem vertebatur. Habuit sororem Margaretham, & reliquit Chunradum filium ... vltimum.

COMITES DE HALS, ET HALSPERG, ETSI non tam antiqui extiterint, tamen recta ripam Danubii ... versus sequentes, Bogensibus eos subiecimus, qui in ... Patauiæ coluerunt: comitatumque suum episcopatui, moriuntur sine hærede ... sexus, legarunt.

1 ENGELBERTVS, liber de Hals, citatur in literis de anno Domini 116..

10 2 ALBERTVS primus comes de Hals, a Rudolpho Habsburgensi Cæsare creatus anno 1280. eiusque filius eodem nomine, cum Ottone duce Boiariæ, in regem Hungariæ postulato, profectus est in Pannoniam, ad coronam accipiendam, anno Domini 1303.

3 LVPOLDVS, multa fundauit in monasterio Osterhouen, ab Odilione quondam duce Boiariæ posito: idque & ædificiis & diuitiis locupletauit.

4 IOANNES multo ære alieno, quo erat Iudæis obstrictus, ab Alberto duce Austriæ liberatus, prædia quædam domui Austriæ concessit, circa annum Domini 1342.

COMITES DE HAGA, DVARVM ERANT stirpium. Nam prima extincta in Francisco, circa annum Salutis 1468. Freyburgensi Sueuiæ nobiles feudi iure comitatum, eiusque cognomentum a ducibus Bauariæ impetrarunt.

20

1 HARTWICVS, citatur in diplomatibus inter cæteros Boiariæ comites, a Cunrado tertio, circa annum Domini 1140.

2 SIGEFRIDVS, Ekkembertus, & Bernhardus, citantur de anno Salutis 1176.

3 WERNHERVS & Hermodus, adducuntur pro testibus anno Domini 1186.

4 EKKEMBERTVS secundus, comes de Hagenau, inter comites & nobiles Boiaricos subscripsit anno 1213.

5 EBERHARDVS & Georgius, anno 1334.

6 WILHELMVS floruit circa annum Salutis 1376.

30 7 FRANCISCVS nobilis, seu eques de Freyburg, deficienti familiæ substituitur, circa annum 1468.

8 LEONHARDVS, habuit in matrimonio Landgrauiam de Leuchteburg, & ab Austriis communia possedit in Austria inferiori Wartenekh & Haymburgum.

9 SIGISMVNDVS: is Neuburgensis comitatus partem possederat, a quo Ioannes de Canisia Hungarus pro 16 millibus florenorum istam emit: & eo mortuo, Austriacis legauit.

10 LADISLAVS a ... hodie adhuc viuunt, ex Hungara Canisii comitis filia.

COMITES DE IVLBACH: ERANT SANGVINE iuncti comitibus de Dornberch, Leonsteyn, & Schaunberg, in Austria superiori: qui & deficiente stirpe, arma titulumque ac partem prædiorum acceperunt. Superfunt castri Iulbach ruinæ prope Prunouiam Bauariæ ciuitatem, ad OEnum amnem sitam.

40

1 EBERHARDVS, sepultus in Elsenbaczen cœnobio, quod ipse vna cum Dietmaro a Leonsteyn, a Wolframo ac Henrico comitibus de Schaunburg, cognatis, fundauerat circa annum Domini 1070.

2 GEBHARDVS & Henricus, consensu Adalberti archipræsulis Salisburgensis cœnobium Elsenbaczen transtulerunt in montem S. Viti, anno 1171.

3 BERNHARDVS, citatur inter testes in Scotensi Viennensi cœnobio, ab Henrico duce fundatore, anno 1158.

50 4 LVPOLDVS postremus: quo mortuo, Vdalricus comes de Schaumburgh Austriacus, cognationis iure arma titulumq; accepit, prædiaque quædam a ducibus Bauariæ impetrauit, circa annum Salutis 1360.

COMITES DE LEONSTAYN BOIARICI, comitum de Schaunburg cognati.

1 DIETMARVS fundauit Elsenbaczen cœnobium Boiariæ, haud procul ab OEno, auxilio Wolframi & Henrici comitum de Schaunburg, & Eberhardi comitis a Iulbach, anno 107..

2 WARMVNDVS, ab Henrico duce Boiariæ inter cæteros comites Boiariæ testis

...., hoc est Betch... de Andegs, Rapatonem de Ortenberch, & Burggrauium Ratisponensem, de anno Incarnationis Domini 1172.

3 ALBERTVS, habuit in matrimonio ...chionissam de Burgouia, Sueuam. interficitur apud Weil, anno 1180.

4 GOTOFRIDVS, floruit anno 126.

5 WILHARDVS, domum ordinis Teutonici construxit in Gankhēhouen, Boiariæ oppidulo, annum circa 1278.

6 ADALBERTVS, cum Luitgarde vxore comitissa de Strasberg, anno Domini M.CC.XC.

7 NICOLAVS, anno 1318. fertur in acie cæpisse marchionem Badensem. 10

8 HENRICVS & Bernhardus, sepulti sunt in Gankhenhouen.

9 HENRICVS.

1 LVDOVICVS, & Hēricus: quorum hic episcopum Babenbergensem egit, annum circa 1395. alter vero Ludouicus comes de Leōstayn, comes in Boiaria, de stirpe Leonstayn postremus, in matrimonio habuit Elisabetam Hugonis de Montfort filiam, ex qua Wolfgang... reliquit. hoc mortuo, prædia Boiariæ duces terræ. quæ vero in agro palatinatus habuere, ipsi Rheni palatini occupauere, armis ac insignibus ad comites Schavvenburgenses Austriacos deuolutis, vt ad sanguine iunctos.

11 LVDOVICVS comes de Leonstayn, vixit anno etiamdum 1510. Nostra ætate hoc nomine comes viuit Fridericus. 20

COMITES DE DORNBERG, LEONSPERG ET Lungavv: qui non solum in Boiaria, Prædia & Castra possedere, verumetiam in Nariscis versus Francoiam Onoldspach, quod Burggrauiis Nurnbergensibus vendidere, quorum & hodie Regia manet, vulgo corrupte Onspach appellatum. Creduntur autem descendere a Babone comite de Abensperg, Wernheri primi palatini Scyrensis & de Wittelspach filio, & Arnoldi ducis Boiariæ quondam nepote. Erantque sanguine iuncti comitibus de Ialbach Schaunburg in Austria, & Leonstayn.

1 DIETMARVS fundauit sanctum Vitum in Neumarckt, tractus Boiariæ, qui vocatur Ander Roth. 30

2 WOLFRAMVS, & Sigefridus: quorum postremus episcopum Augustensem egit, circa annum 1050, sub Henrico quarto Imperatore.

3 WOLFRAMVS secundus, & Duringus, floruere circa annos Domini 1143.

4 WOLFRAMVS, cum Ekardo fratre, vixere circa annos 1180.

5 CHVNRADVS, ab Ottocaro postremo Styriæ principe in literis testis refertur de anno 1187. Idem à Friderico primo, cognomento Barbarossa, Imperatore his verbis citatur de anno 1160: Chunradus de Dornbergh, castellanus de Nurnbergh

6 ECKARDVS secundus, cum fratribus Henrico & Chunrado, anno Salutis millesimo CCXXIV.

7 WERINGERVS, cum Vdalrico decano Ratisponensi floruit circa annum Salutis 40 MCCXXXVII.

8 WERINGERVS secundus hoc nomine cum Bernhardo fratre Viepach cœnobium fundauit, auxilio Piligrini comitis de Bogen, circa annum Domini 1296.

9 HENRICVS, cum Bernhardo secundo in Gankenhouē multa fundarunt, iidemque comites de Leonstayn erant, eo quod mortuo Weringero postremo, ad Leonstaynenses, vt cognatos, is foret comitatus deuolutus: a quibus ad comites de Schavvenburg Austriacos, vt sanguinis vinculo iunctos, peruenit, armis tamē, insignibus ac nomine, magis quam prædiis, Boiariæ duces possidere incœperunt.

COMITES A SCHAVVENBVRG, SANGVINIS vinculo iuncti comitibus a Ialbach, Leonstayn & Dornberg, ... in conditorus harum stirpium cernere ... ud cœnobium ... nbachen Bauariæ. Vnde & extinctis pr... apud istus, insignia Schaun... omnium gentilitius armis adiecerunt, prædiaque nonnulla a principibus Bauariæ impetrarunt. Declarant præterea & ... nomina coniunctionem ... : quarum Schaunb... s ante plure quam trecentos annos transgressi in Austriam, ab eius principibus castra oppida... ... quæ quondam comitum a Peilstein & Machlandiæ fuerant atque ita ... in duc... Boiariæ & marchia Bojorum, qua posterius Marchæ orientalis adie... ... abere cœperunt: vbi adhuc possident oppida Efferdingam, Peorbachium, A... ... Wac... ..., Schaunburgum castrum, & alia plera: insignes præterea marc... quod vocant

vocant, per Styriam officio. Porro Auentinus originem illorum comitum repetit à filiis Dietmari secundi comitis ab Abensperg, Babonis primi filii, & Arnulphi Scyrensis primi palatini nepotis. Is enim cum triginta duos filios, maturæ omnes ætatis, Henricho sancto Cæsari apud Ratisponam exhibuisset aliquado, delectatus indole ac numero Imperator Romanus, deprecãte patre, singulis prædia designauit. Quod si verum est, cognati illorum comites à Leonsperg, comites à Iulpacb, & comites à Dornberg, ab eisdem Abenspergiis profluxerint necessum est: vtpote quorum hodie extinctarum stirpium Schaunburgenses insignia vsurpant.

1 WOLFRAMVS, Eberhardus, & Henricus, cernũtur hoc cognomine conditi apud
10 Elsenbaczen Bauariæ cœnobium, inter tumulos cognatorum, comitum à Leonstayn, Iulbach, & Dornberg, de anno Salutis 1070.

2 RAFFOLDVS, in literis exordii monasterii Garstensis superioris Austriæ, à Chunrado tertio Imperatore commemorantur, inter alios Norici comites, videlicet Gebhardum comitem à Burkhausen, Bernhardum comitem à Iulbach, Vdalricũ comitem a Wilhering, Harduicum comitem ab Haga, & Albertum comitem à Bogen, de anno Salutis relatæ 1143.

3 BERNHARDVS, commemoratur inter testes in confirmatione cœnobii S. Lamberti, ab Ottocharo marchione Styriæ, de anno Domini 1176.

4 HENRICVS, frater germanus Bernhardi, a Friderico primo Cæsare, in confirma-
20 tione Garstensis cœnobii superioris Austriæ testis refertur, cum castellano de Nurnberg, Chunrado comite à Dorrenberg, & aliis de anno Domini 1180.

5 ADOLPHVS, recensetur in priuilegiis cœnobii Waldsassensis apud Nariscos, inter cæteros principes & comites, de anno Salutis 1214.

6 RAPATO & Hadamarus, à duce Austriæ Friderico, vltimo prænobilissimæ stirpis Babenbergensis, testes citantur in diplomatibus, de anno 1230.

7 GOTFRIDVS, & Chunradus, referuntur inter testes in cõfirmatione cœnobii Scotorum apud Viennam, à Friderico secundo Imperatore, de anno Domini 1240.

8 HENRICVS & Bernhardus, à duce Austriæ Friderico eadem tempestate inter testes nominantur in literis, anno videlicet 1240.

30 9 WILHELMVS, ex comitissa Goricensi procreauit liberos, Fridericum, Henricum & Lutoldum: qui ob matrem in Carinthia & Carnis possidere incœperunt Druyen & Dobliach.

10 FRIDERICVS, Henricus, Lutoldus, & Henricus quartus: quorum Fridericus consecratur in archiepiscopum Salisburgensem, Lutoldus præpositus apud Frisingam Bauariæ constituitur, & Lutoldus commendator Ioannitarum apud Maurpergam Austriæ factus est, citatus in literis à Friderico duce Austriæ de anno 1240.

11 HENRICVS, ex Vrsula Menhardi Goriciæ comitis filia progenuit Henricum quintum, & duas filias: quarum vna nupsit comiti Ciliensi, altera domino ab Abensperg in Bauaria. Is primus se Alberto duci Austriæ opposuit, accusatus propterea coram proceribus
40 Rom. Imperii, certa summa pecuniæ mulctatur, castrisq; priuatur Nechtenste[i]n, Frankhnburg, Atersee, & Wildnekh.

12 HENRICVS, quintus hoc nomine in genere isto, reliquit Bernhardum filium, & duas filias: quarum vna Berchtoldo burggrauio Magdenburgensi, altera comiti Attenburgensi nupsere.

13 BERNHARDVS, à Ladislao Hungariæ & Austriæ duce consequitur dominia in Austria notissima, Ort & Hymperg.

14 VDALRICVS, frater germanus Bernhardi & Henrici, superioris Austriæ præfectus, à Rudolpho Austriæ archiduce in gymnasii Viennensis exordiis, priuilegiisq; inter cæteros testes refertur, de anno Domini 1363. Habuit duas coniuges: Elisabetham, burggrauiam
50 Nurnbergensem: & alteram Elisabetã, Ioannis domini Abenspergensis filiam. Ex quarum vna reliquit Ioannem comitem & Agnetem Iodoco domino ab Abensperg nuptam, circa annum Domini millesimum quadringentesimum.

15 IOANN[E]S, & ipse præfectus superioris Austriæ, siue, vt nos dicimus, capitaneus, cum Heymburgensi castro in finibus Austriæ aliquandiu præfuisset, Friderico tertio inter initia imperante, ex Anna, Bernhardi marescalci ac domini a Petouione, in Styria suæ familiæ postremi filia, Albertum, Georgium & Sigismundum tulit: ext[i]nctaq; stirpe Pætouiensiũ, non solum marescalci per Styriam officium consecutus est, se[d] beneficio insuper Austriæ ducum, possidere relicta quędam horum dominia ac castra cœpit, videlicet Fridavv, Weiterfeld, Veistricz, & alia pleraque secus Drauum amnem.

16 ALBERTVS, ſacris initiatus, conſtituitur præpoſitus apud S. Stephanum Viennæ, annum circa 1440.

17 GEORGIVS, ſacris & ipſe initiatus, fit Babenbergenſis epiſcopus, anno 1459. Obiit anno 1475.

18 SIGISMVNDVS, fidelem operam Friderico tertio Cęſari nauauit aduerſus Mathiam Hungariæ regem, ex cuius ſeruitute & Ipſium ciuitatem liberauerat. Atque is ex Barbara à Walſee procreauit Fridericum archiepiſcopum Salisburgenſem, Bernhardum & Wolfgangum. Quorum epiſcopus conſecratur anno currente 1494. cæteri vixerunt inter initia imperii Maximiliani.

19 GEORGIVS, noſtra memoria ex comitiſſa de La arcu Athefina procreauit Ioannem, Wolfgangum, & Andream: quorum viuit modo vnicus Wolfgangus, qui ex comitiſſa ab Ottenburgh alios liberos procreauit.

COMITES A PIBVRG ET STAYN.

1 THIEMO, ex Williburge tulit Grymoldum, Aribonem, Cunradum & Henricum, fundatores Piburgenſis cœnobii.

2 GOTOFRIDVS, poſtremus comes à Stayn, capite plectitur à Ludouico duce Boiarix, Othonis magni Scyrenſis, primi ſui generis ducis Boiariæ, filio: quod cum Alberto comite à Bogen, Boiariam bello inteſtino afflixiſſet.

COMITES DE PIBVRGH, QVI IIDEM COmites dominique erant de Hilpolſtayn, Hilenburg, Abens & Adelungeſdorf. Supereſt Piburg caſtellum, duobus à Landeshuta miliaribus, qua iter eſt in Rottall & Neukircherland.

1 ERCHENBERTVS, primus comes de Biburgh.

2 THIEMO, ex Williburgi coniuge procreauit tres filios, Henricum ſucceſſorem, Henricum præſulem Friſingentem, & Ellenhardum præpoſitum Friſingenſem circa annum Salutis noſtræ 1120.

3 HENRICVS, ex Berchta marchioniſſa Auſtriæ ſuſcepit filios quinque, quorũ duo ſacris initiati: Eberhardus epiſcopus Salisburgenſis, fundator nobilis ac opulenti Sueuiæ cœnobii, quod Salmerſuillam vocant, anno 1164: & Menhardus præpoſitus in antiqua capella Ratiſponæ. Cæteri, Aribo, Henricus & Vdalricus, laici manſerunt.

4 ARIBO, cum Berchta coniuge, Piburgenſe cœnobium auſpicatus, circa annum Domini 1151, Henricum filium reliquit, qui ex Hedvvige vnicam modo filiam procreauit Sophiam, comiti ab Abenſperg nuptam, Gebhardo nomine.

5 VDALRICVS, is ex Haylca comitiſſa Burcardum tulit.

6 BVRCARDVS, comes de Biburg, ex duabus vxoribus, Adelhaide & Helena. quæ cernũtur in Biburgh ſepultæ, progenuit filios quatuor: Ottonem, qui ſucceſſionem tenuit: Grimoldum, qui vixit anno 1189. Henricum, qui anno 1163: & Gotofridum, decollatum à Ludouico duce Boiariæ, anno 1195.

7 OTTO, duos filios ſuſcepit, Vdalricum ſecundum, & Grymoldum ſecundum, qui Friderici ſecundi caſtra ſecutus, obiit in Italia Bitervuiæ.

8 VDALRICVS ſecundus, duos filios progenuit, Vdalricum tertium, & Henricum quartum, qui vixit annum circa 1258.

9 OTTO, filius Vdalrici tertii, ex comitiſſa de Moſpurg tulit Vdalricum quartum.

10 VDALRICVS quartus hoc nomine in pręnobiliſſima proſapia, procreauit Henricũ præpoſitum Ottingenſem, ſui temporis Annalium ſcriptorem, & Vdalricum quintum.

11 VDALRICVS quintus floruit circa annos Redemptionis humanæ 1290. & duos filios dedit, Henricum epiſcopum Ratiſponenſem, & Vdalricum ſextum.

12 VDALRICVS ſextus floruit circa annos Salutis MCCCXXXVII. reliquit filium Hiliboldum.

13 HILIBOLDVS, qui primus caſtrum Hilpoltenſtayn conſtruxit, & inde ſe liberum appellauit, omiſſa comitis auita denominatione.

14 HILIB[illegible] ſecundus, primi filius, floruit anno Domini 1400, ſub Stephano & Ludouico Boiariæ d[illegible]us.

15 VLRICVS ſeptimu[illegible] ex comitiſſa de Moſpurg Raparonem filium progenuit.

16 RAPATO ſuæ ſtirpis poſtremus, vnicam modo filiam reliquit, quæ ingenuo cuidam de [illegible]tyngen co[illegible]ata eſt.

COMI-

COMITES DE SCHERDINGEN ET NEVVburg, qui iidem comites de Welas & Lambach in superiori Austria fuerant, comitibus de Buten in Austria inferiori, & landgrauiis de Steuening sanguine iuncti.

1 SIGEHARDVS, Vdalrici illius patruus erat, qui primus sub Ottone in Austriã venerat, & Butẽsem istic comitatum auspicatus fuerat, Hungaris ex eo agro pulsis: quẽ superius originem traxisse à comitibus de Buchorn, lacus Brigantini accolis, præfati sumus.

2 THIEMO, floruit anno 1048.

3 ARNOLDVS, cuius fratres Ekenbertus, Menhardus, Henricus, Thiemo, & Fridericus, per comitatus Varnbacensem, Neuburgensem, Butensem in Austria, & Landgrauiatum de Steueningen, erant distributi: de quibus supra dictum est, cum de Landgrauiis de Steuenyng loqueremur.

4 ARNOLDVS secundus, superioris filius, cuius fratres Hermannus præpositum Babenbergensem egit, Theodericus & Fridericus canonici eiusdem loci erant.

5 GOTOFRIDVS in diplomate quodam Lambacensi marchio appellatus, fratrem habuit postremum illius stirpis, in comitatu saltem Lambacensi, Adalberonem episcopum Herbipolensem, qui in finibus sui comitatus, vtpote ex regia maiorum suorum Lambacense cœnobium fundauit, quod hodie in Austria superiori extat. floruit sub Hẽrico quarto, à quo episcopatu Wirtziburgensi erat exutus. Non possum hic silentio trãsire, quod de hoc comitatu, eiusque amplitudine in peruetusto Annalium codice vernacula lingua adnotatum est in hæc verba:

Die herschafft von Andegs vnd võ Meran/die habend innen gehabt die purch zů Neunburch ob Passowe/ vnd sind auch weilan mit haus da gesessen. Diu gelegenhait der purch ze Liechtenburg/die gehöret ze Neunburg. Zů dem haus gehören drützehen lehen/ vnd sechs hoffstet/vnd zwo khirchẽ. Es gehört auch darzů ain vorst/der haisset Greuenwald. So gehört auch ze Neunburch der March ze Minster/mit zway hundert huben. Derselben huben hat der vrey von Hals ze lehen funfftzich hube/ vnd der vrey von Horpach funfftzich hube/ vnd die herren von Schowenburch funfftzich hube/vnd der vrey võ Hagenawe funfftzich hube. Es gehört auch in dem dorff zu Munim sechs lehen/vnd zwo hoffstet/vnd ain hoff ze Tutring. So gehören auch ze Nüenburch siben weingarten/vnd drey müle/ vnd ze Mynich zwen höff. Es gehört auch darzů der vorst ze Steynhart/ da leit me ain haus vnd ain Marcht/ die hinzzet Griespach. Es gehören auch darzů siben landgericht zwischen der Tuenowe vnd dem In. So gehören darzů zway tail alles des zehentes von dem gůt das da leit von dem chloster ze Varnpach/vntz in die Tuenowe. Da gehört auch zů der vorst ob Pazzowe. Es gehört auch darzů die vogtay der chorherren von Passowe/die khoufft Hertzog Fridrich vmb zwayhundert pfund/vnd gehört auch ze Newnburch. So ligent zwen höff ze Hoffrent/ die gehören auch darzů. Es gehören auch darzů sechs vnd dreissich hueb/ vnd zwo mül/die ligent zwischen dem Wolffspach vnd dem Lauffenbach/den zwain wassern. Da gehört auch zů ain hoff ze Obershaym/vnd ain hoff ze Anspach/ vnd zwen mayrhöff ze Mutich. Das landgericht ze Newnburch/das get auff peider Tuenowe vntz hintz Drachprukh. So get enthalb Tuenowe das gericht von dem wasser das da haisset der Rott/ vntz hintz Hurenprukh. So get das selb gericht dishalb Tuenowe/ von dem In vntz hintz Prunbach. So ligent in dem vorst Steynchart/ vnd darumb ayn vnd viertzich hube/ vnd drey mayrhöff. Da gehört auch zů die Vyschwaide in der grossen Rott/von dem In vntz hintz Perchhaym.

Ex quibus literis apparet, deficiente stemmate comitum Butensium & Landgrauiorum de Steuening, itemque comitum de Wels & Lambach, comites Andecenses Neuburgensem comitatum sub Patauia episcopali possedisse. Atque huic denique liberos de Haga & Hals paruisse, cum aliis quibusdam liberis & ingenuis qui posterius comitum titulos accepere. Porro de singulis comitibus Neuburgensis stirpis supra prolixius dictũ à nobis est, cum de Landgrauiis de Steuening sermonem institueremus. Welsensem denique comitatum Austriaci ab episcopis Wirczeburgensibus compararunt. Vnde in antiquo codice Annalium legitur: Hertzog Leupold khauft wider den Bischoue Haynrichen von Wirtzburch Wels/vnd die leut/vnd alles das zů derselben stat gehört.

COMITES DE BEILSTAYN, GRIESPACH, ET Chalach, qui iidem in Austria inferiori comitatus duos de Schala & Erla, prope Melicum possidebant, vbi hodie est Stedingtall, & castra versus salinas Norici in tractu Salisburgensi, Vagor, Kirchperg & Carlstayn, cum multis per Goritiam & Tyrolim prædiis. Quorum opera & fundationes sunt, Seysestayn cœnobium in Austria, & Gurcensis apud Carnos præpositura longe opulentissima. Construxerunt hi comites in comitatu Schalensi in marcha Orientali, haud procul à castro Schala, quod Scha-

[illegible] die Austr[illegible] dicunt, castrum aliud, quo[illegible] maiorum suorum regia, haud procul a Patauia [illegible] Pe[illegible]layn similiter nominarunt, quod in r[illegible] una[illegible] sensim versum deficiente nobili stirpe, hodie S. Leon[illegible] di pagum dicunt: qui non ita pro[illegible]ul a M[illegible] celeberrimo Austriæ cœnobio, abest. De hoc con[illegible] uu & c[illegible]stro Pe[illegible]layn, prima sede com[illegible] illorum, in antiquissimo Annalium codice hæc scripta reperi, quæ non gr[illegible]auabor subscribere.

[illegible]lstayn die grafschafft ist ledich worden vnd angeuallen das Reich mit allem dem das darzu gehöret. Die herschafft datz Peylstayn [illegible] in Fr[illegible]nkh[illegible] vnn purch/ die haizzet E[illegible]leberch/ da [illegible] leit ain haus vnd ain stat heisset Puchs[illegible] vnd hat vmb sich vier gericht/ die habent allenthalben an der prait zehen rast. Das selb ha[illegible]s [illegible]e Ehleberch hat vil Grauen vnd vreyen/ die darzu ge[illegible]orent/ vnd inn a[illegible]em recht gehöret es an Pe[illegible]l[illegible]tayn. [illegible] gehöret auch darzü die vogtey ze Halle/ da man das salz findet: der hat sich vnderwunden der Herzog von Payrn/ on recht. Vnd pe[illegible] der stat ze Halle leit ain haus/ heizzet Eharlstayn. Vnder dem haus ist ain maut/ die gilt fünfftzich markh silbers/ die hat der Herzog auch on recht. Vnd hinder dem haus leit ain gegend/ ha[illegible]zet Castaun/ die giltet alle jar zwaynzich tausent ches/ vnd drey hundert ellen chlaffterlanch [illegible]ns wechs/ die hat auch der Herzog von Payrn. Es leit auch ain haus haizzet am rai[illegible]e[illegible] das gehöret auch ze Peilstayn. So leit auch ain haus haizzet Khirchperch/ gehört auch ze Peilstayn. Ain ander haus leit ob Halle/ das haizzet Vaget/ das gehört halbs ze Peilstayn/ vnd halbs hincz Salzburch. Es hat auch die Graffschafft ze Peilstayn ain graffschafft ze Frvol/ vnd die vogtay vber das Patriarchtum ze Aglay/ die die von Görz in jr gewalt habent/ die gehört an die herschafft ze Peilstayn/ dauon haben si es ze lehen/ vnd haizzent jr Mann/ die habent auch die herren von Görz/ von der herscha[illegible]t ze Peilsta[illegible]n. die vogtay ze Sibidat/ vnd ain vogtay haizzet in Brino/ vnd ain vogtay vnder der purg ze Görz/ vnd den march ze Lansan/ vnd alle dem ge[illegible]cht die die Grauen ze Görz habent ze Frvol/ die habent si ze lehen von der herschafft ze Peilstayn. Swas des ist das die herren von Görz habent von der herschafft ze Peilstayn/ das ist dem Reich ledich worden/ vnd schullen es haben vom Reich. Es gehört auch ain Graffschaffe ze Peilstayn heizzet Weyttenburch/ vnd die dienstman vnd aigenleut/ die da sind gesezzen. Es gehört ze Peilstayn die statt ze Horn/ vnd der markh ze Polan/ vnd ain dorff ze Korenpach/ vnd Mold das dorff/ vnd ander dörfer genuch. Ain graffschafft geet für die burgh Schala/ vnd geet für den markht/ vnd das haus Ranstayn/ vnd geet hincz hinder Weizzenbach/ vnd raicht hin an Celle/ vnd raicht auch hincz hincz Hellein/ vnd hincz Schultaizzentanne/ vnd die Erlapha/ das gehört alles ze Peilstayn. So ist ain ander Graffschafft/ die geet in die Erlafe/ das gehört [illegible]es ze Peilstayn/ vnd geet auf den Stremberch/ vnd an den grossen wald/ vncz in die Tuenawe. Aber ain ander Graffschafft da pey/ die get in die Erlafe/ vnd hincz ze Hurben/ vnd hincz ze [illegible]elch in die Tuenawe/ vnd get vncz an den grossen wald/ vnd gehöret auch ze Peilstayn. Es gehöret auch ze Peilsta[illegible]n Steynderdorf/ Vrenhouen/ vnd ain grosses dorf pey der Leita/ heizzet S[illegible]raesdorf. Es gehören auch ze Peilstayn Stedeldorf/ das nun haben die Liechtenstainer: vnd da[illegible] vruar ze Nusdorf/ das der Preisel hat [illegible]elehen. Die pfarre datz Sand Lenhart/ die lech die herschafft ze Peilstayn/ die ist ledich worden/ vnd lech sy der Landsherr. Es gehört weillen ze Peilstayn die pfarre S[illegible]thenbs/ vnd die khirchen ze Bischolfsteten/ vnd das darzü gehöret. wie das herdan sey khumen/ das waiz ich nicht. Daruber ist noch manch güt vnd lehen/ vnd huben in dem lande/ das gehört ze Peilstayn/ das inn gewalt on recht hindan ist khumen/ vnd wurdt leicht widerpracht/ der sein noch vlizzich wolt annemen.

1 SIGHARDVS, comes de Schala & Purkhausen, citatur hoc nomine circa annum millesimum. Erat autem filius vel nepos Erbonis aduocati in Raushouen burggrauii Ratisponensis, quem Annales interfectum à bisonte in venatione memorant. Huius frater germanus Hardvvicus, fuit comes in Burkhausen. Reliquit autem Sighardus ex Sophia coniuge filios tres: Walcherum comitem de Beilstayn, & Sigehardum burggrauium Ratisponensem, & Henricum. Vt appareat, ab eodem fonte comites de Peilstayn, Burkhausen, Machland & Pleien pro[illegible]ss[illegible]e. De isto Sig[illegible]hardo, de quo supra pl[illegible] diximus in capite de Burggrauiis Ratisponensibus, quomodo comitatum Schala in Austria compararit, vnde postea comites de Schala, comites de Peilstayn, & comites de Pleien ac Hardekh processerunt, le[illegible]tur in peruet[illegible]o codice Annal[illegible]: Marggraue Leupold von Osterreich het [illegible]o döchtere/ derselb Marggraue ladet her ze Osterreich von Bayern den grauen Chunraten [illegible] Boglen/ vnd ga[illegible]b [illegible]m der dochtere aine/ vnd gab im zu der dochter Peilstayn/ vnd all[illegible] das [illegible]zü gehöret/ peiden lein v[illegible] zut. Die ander gab er dem grauen Sighart/ der das Schar[illegible]f[illegible] [illegible]nd gab hm zü der dochter Schala/ vnd alles das darzü gehört/ leut vnd güt. Die ge[illegible]n[illegible] [illegible]haid vn[illegible] [illegible]nnichel/ die sturben lest ohn erben/ vnd geuiel das aigen wider an das land. Der Marghgraue Leupold von Osterreich gab zü ayner seiner dochter den marcht ze Ibs

vnd

vnd Persempurg/vnd alles das aigen das darzu gehöret/leut vnd gut. Die starb on erben/ vnnd geuiel das aigen wider an das land. Hæc intelligenda sunt de sancti Lupoldi patre.

2 WALTHERVS, successit patri in comitatu Peilstaynensi, fratre illius in burgrauiatu Ratisponensi manente. citatur in cœnobio Oxenhauseo apud Sueuos, inter cæteros testes.

3 CHVNRADVS, floruit sub diuo Lupoldo, ab eo in fundatione Neuburgensi inter testes adductus de anno incarnationis Domini 1136. Huius frater Syboto, Weyr & Suben cœnobia à Tuta regina Hungariæ fundata, locupletauit circa annum Domini 1146. Huius quoq; fratrem fuisse credendum est, Reymbertum episcopum Patauiensem, qui templum sancti Stephani consecrauit Viennæ, & in expeditione Hierosolymitana rebus humanis exemptus est. Cuius vel filia vel soror fuit Henna fundatrix Gurcensis præpositurae apud Carnos, coniunx Wilhelmi comitis de Vriesacho & Zelschacho.

4 HENRICVS, citatur in fundatione Scotensis apud Viennam cœnobii, ab Henrico primo duce Austriæ, anno Dominicæ incarnationis 1158. reliquit filium eodem nomine Henricum.

5 CHVNRADVS, superioris, & primi forsan, Chunradi filius, citatur inter reliquos comites Boiariæ, hoc est de Andegse, de Crayburg, de Bogen, à Chunrado tertio, de anno Domini 1154. & rursus ab Ottocaro marchione Styriæ, in diplomatibus Garstensis cœnobii, de anno 1120. Vbi Chunradus iste comes de Bilsteyn frater Lupoldi comitis de Pleien nominatur: adeo vt eandem familiam extitisse comitum à Pilsteyn & Pleien, appareat.

6 SIGEFRIDVS & Henricus, fortasse Henrici superioris filii, à duce Boiariæ Henrico citantur de anno 1172.

7 HERMANNVS, Sighardus & Otto, ab Ottocaro marchione Styriæ de anno 1178. sub nomine comitum de Schala citantur, inter testes.

8 OTTO floruit adhuc anno 1280. fortasse alterius Ottonis filius, qui multa reperitur fundasse in Erla monasterio Vestalium Austriæ, à comitibus de Machlandia cognatis excitato primitus.

COMITES DE PVRCHAVSEN, MACHLAND, Chlam, Wilhering, & Chlyngenberg: qui iidem comites erant de Lebnavv & Gruenberg in Austria, aduocati cœnobii Admontensis in Styria, à Burggrauiis Ratisponensibus descendentes, & sanguine iuncti comitib. de Pleien & Peilsteyn. Sub quorum ditione is erat Austriæ superioris ager, quē adhuc hodie Machlandiam vocant, Bohemiæ proximum: cuius metropolis est Freystadium, oppida Galtenevvkirchen, Perg, Kunigvvisen, Helmased, Koffermarkht & Mathausen, nautis cum primis cognitus. Supersunt adhuc castra in eo tractu, quondam comitum illorū sacramento imbuta, quæ hodie passim comites Hardecenses, qui titulum vsurpant Machlandiæ comitatus, passim Austriaci principes vsurpant: à quibus domini à Praga, Liechtenstayn, & alii quidam nobiles feudi iure possident, Arbarg, Schvveidperg, Windhag, Gruenberg, & quæ hodie desolata iacent Chlam & Chlyngenberch. Horum præterea comitum opera sunt cœnobia Reytenhaslach prope Burkhausen, & in Austria Paumgartenperg, Walthausen, Wilhering & Erlacloster. Qua familia in Machlandiæ agro desinente, Friderico comite sine liberis in terra Sancta mortuo, circa annum Salutis 1186. feudum ab Imperio Austriæ principes impetrarunt. In agro quoq; siue ditione Burkhausen, Ottone postremo comite extincto, prædia superiora cum Burkhausen arce, duces Bauariæ in beneficium ab Imperio acceperunt. Horum comitū originem repetit Ioannes Auentinus a Rethungo quodam, qui pronepos fuerat Imindi, parentis diuæ Mathildæ, genitricis Ottonis primi Cæsaris, & Henrici ducis Boiariæ fratris. filii quippe Rethungi Friderum ex Harduico quodam susceperat Aribonem, & Bothonē: qui in Hungaria multa præclara gessit, sub Henrico quarto. ædificauit in Boiariæ agro Bothenstayn arcem. Huius stirpis Sigefridus quidam Burggrauiatum Ratisponensem gubernauerat, Henrico quarto imperante, antequam ad comites à Rietenburg peruenisset: cum Sigefridus ille ipse per tumultum Ratisponæ a Saxonibus fuisset interfectus, inuito Henrico quarto. Ab hoc genere descenderunt comites de Machlandia & Chlā, itemq. comites de Peylnstayn & Schala in Austria, de quib. seorsim dicetur. Auentinus postremum familiæ Gebhardū ponit, nepotem Henrici comitis de Scala in Austria, ex Gebhardo & Ītha comitissa. Cuius mater erat Sophia, vidua Henrici ducis Carinthiæ, stirpis ab Epnstayn. fratres Sighardus & Henricus, quos comites Scalas vocāt diplomata, inter testes. Vnde Scaligeros Veronenses descendisse existimat Auentinus, quanquam repugnēt insignia: quorū rubro nigroq. secta Burkusiani vsurpabant, sine scala. Ego nomenclaturam stirpem accepisse a regia quad. Peilstaynensiū, qui erant eiusdē generis, autumo: quā prope Melicum Austriæ habebant, Schalam nomine, hodie Schalaburgum dicitur. Obiit autem Gebhardus vltimus Burkhusianus comes, anno 1165.

1 HAR VVICVS, filius Erbonis, aduocati de Ranshouen, Ratisponensis primi Burggrauii, secundum aliquos frater germanus Sighardi comitis de Peilsteyn & Schala, floruit circa annum a nato Christo millesimum. Reliquit duos filios: Erbonem Burggrauium, vnde Burggrauii Ratisponenses aduocati ecclesiæ de Rantteshouen descendunt: & Bothonem, successorem patris in comitatu Burkhausen, Lebnaw, & Machlandia.

2 BOTHO cognomento Posthumns, quod ex Friderun matre, Hardvvico patre iam extincto, in lucem editus sit: floruit circa annum Domini 1100. & reliquit tres filios, Burcardum, Sigehardum comitem de Peilsteyn, & Gebhardum primum.

3 GEBHARDVS, filius Hardvvici, vel secundum alios Sigehardi, fratris eius, qui erat comes de Schala in Austria, fuit primus aduocatus institutus cœnobii Admontensis, à Gebhardo episcopo Salsburgensi, circa annum Salutis 1080. Collocauit Dietpurgim sororem Wernhero domino de Reikhersperg, à quo & aduocatus Reikherspergmonasterii constituitur. Is ex Itha Lotharii Cæsaris secundi sorore, quæ ex Hedvvige Cunradi secundi filia, & Friderico comite de Neuenburch & Buten procreata fuerat, filios progenuit, quibus ditiones distinxit: Gebehardum secundum, Eberhardum, Waltherum, Burcardum secundum, Waldcunonem, Sigefridum ac Ottonem: qui à regiis se passim denominauere *. Ac tum primum exorta siue audita fuere nomina comitum de Burkhausen, Lebnavv, Machland, Chlam, Khlyngenbergh & Gruenberg.

4 GEBHARDVS hoc nomine secundus, regiam suam tenuit in Burkhausen: & ex Sophia, quæ obiit anno Domini 1164. reliquit Ottonem, & Vdalricum comitem de Chlā, citatum à Friderico primo in diplomatibus Gerstensis cœnobü, de anno Domini huius frater erat Popo comes de Chlam, qui refertur de anno 1020.

5 SIGEFRIDVS & Otto comites de Lebnav & Burkhausen, in literis Styriæ prouinciæ ab Ottocaro duce Styriæ primo introducitur inter testes, de anno 1176.

6 OTTO secundus, primus Machlandiæ comes, circa annum Domini 1141. Paumgartenberg Cisterciensem in Austria superiori diuitem abbatiam fundauit. & Gueta comitissa de Peylsteyn Ottonem tertium & Abrahamum comites de Machland & Chlam progenuit.

7 CHOLO & Vdalricus fratres erant Ottonis, comites de Wilhering in diplomatibus appellati, de anno 1143. Quorum Cholo construxit cœnobium in Wilhering in superiori Austria, castro in abbatiam Cisterciensem mutato.

8 WALDCHVNO comes de Machland & Chlam, condidit cœnobium Walthausen in finib. vtriusq; Austriæ. reliquit filios tres, Wigandum & Ortolphum comites de Chlā & Gruenburg, & Fridericum.

9 FRIDERICVS, filius Waldchunonis, vendidit magnam partem ditionis suæ Lupoldo duci Austriæ secundo. Vnde legitur in Annalibus, Der Graue Friderich von Chlame / der dinget dem Hertzogen Leupold sein aigen / das er het in Osterreich. Der starb on Erben. da gewan er wider den Witib das leypgeding. Die witbe nam der Marchgraue von Voghburg.

10 WIGANDVS & Ortolphus, comites de Chlam, Klyngenberg & Gruenburg, fratres Friderici, literis Lupoldi sexti ducis Austriæ subscripsit de anno Domini 1186. obiit sine hærede. In quorum locum successerunt libertini de Gruenburg (dubium an illius prosapiæ extiterint) quorum Vdalricus, Ioannes & Hamo sepeliuntur Viennæ ad Minores: item Vdalricus & Henricus, anno 1312. Albertus, Arnestus & Wencislaus, annum circa 1395. Porro horum vnus vendidit Austriæ principibus comitatum Machlandiæ & Chlam, veluti legitur in peruetusto codice Annalium in hæc verba: Der Graue von Chlame / der dinget dem Hertzogen Leupolden Chlame die Graffschafft / vnd Chlyngenperch / vnnd ander aigen ze Osterreich / das darzu gehört. Der starb enthalb mers / vnd geuiel das aigen an das Land.

11 FRIDERICVS, forte Friderici superioris filius, cognomento liber à Perga, quod erat dominium cum cognatis suis sortitus: obiit in terra sancta, suæ prænobiliss. stirpis postremu: & agros in Austria, Mechlandinum, Chlam & Klingenberch comitatum Lupoldus 6. dux Austriæ ab Imp. iure feudi obtinuit. Cui rei liber Annalium antiquus iam memoratus, in vernacula scriptus in hæc verba meminit: Hertzog Leupold kauffe wider herr Otten von Schleuncz / Schleuncz / Wechsenberch Ochtsheym / Greyn / Hartsteyn / leut vnd gut / vnd alles das darzu gehort / vmb sechshundert pfund. Der vogt von Pergen het vil aigens vnd vil leute in dem lande / da het der Hertzog Leupold meins herren. Eem / ain Richter ze Newnburch. vnd auff dem Marchveld / der hiez Syntram / der tet des vogt leuten so wee vnd so laid / das er in ze jüngist erschlüch ze Newnburch. Der muest das land nach vngemach raumen. Doch ze

jüngist

jüngst gewan er hulde/vnd gab dem Hertzog Leupolden auff alles sein aigen/ vnnd nam es wider zelehen von jm/vnd dinget es wider nach seinem tod dem Hertzogen. Der starb auch on erben. Zu dem aigen gehorten Disenhauß/ Pera/ Albrechtzperg / Chuleup / vnd ander aigen leut. Ex quib. liquet, Annalium scriptorem vixisse sub Lupoldo septimo, circa annum Domini 1240. Cũ enim dominum dicit, Fridericum ducem intelligit, Babenbergensis stirpis in Austriæ principatu penultimum: cuius auus erat Lupoldus secundus dux Austriæ. Præterea liquet, huius stemmatis de Machlandia comitum, Ottonem a castro & regia sua de Sleuncz denominatum quoq; fuisse: & Fridericum vltimum eius stirpis, quem Vogtum vocat, suam in Austria ditionem libere Imperii feudo ac beneficio possessam, Austriacis resignasse, atq; in proprium tradidisse, seque vt vasallum ob homicidium perpetratum perpetuo, suosque subiecisse.

COMITES DE BLIANCZ, PLEIEN, ET BEVren ac Salczpurg, qui iidem comites fuerant de Hardekhe, Terrasperg, & Zuoyma, in Austria, sanguine iuncti comitibus de Purkhausen & Peilsteyn, atq; ab eadem origine descendentes: quorum opera & fundationes Beuren, Benedictpeurn, Schlechdorf, & Staffsee, Kuochlsee in Bauaria, & beati Bernhardi monasterium sanctimonialium in Austria. Horum nobilissimorum & vetustissimorum comitum fuerat vrbs Viennensis, dum adhuc in angustiis esset, ante quadringentos annos: & Carnuntum, quod modo appellamus S. Petronellam, sexto infra Viennam milliario. Vnde legitur in antiquis cum diplomatibus, tum Annalibus, portam Viennensem quæ hodie in media pene vrbe cernitur, qua via regia in aulam ducit, quondam Beurerthor nominatam, quam modo deprauate Beylarthor appellamus. Item, Altmannum episcopum Pataniensem circa annũ Domini 1070. à Sifrido patriarcha Aquileiensi comite de Pleien emisse pagum diuæ Petronellæ in marcha Orientali. Erant denique iidem comites, aduocati Tegerseensis cœnobii, in Boiaria, haud procul ab OEno. Porro Ioannes Auentinus primordia illorum deducit à Gebhardo Salisburgensi episcopo, qui fuerat generis comitum ab Heluenstayn: quẽ Henricus quartus, quod Pontifici maximo faueret, sede pepulit, Berchtoldo comite Mosburgensi in locum suffecto. Obierat in exilio, in Noricis alpibus, vbi in finibus Carinthiæ Admontense cœnobium posuit: quo loco & humatus cernitur, quod modo Styriæ ducatui attribuitur. Cæterum pater episcopi Catoldus, mater Azala vocabatur, soror germana Tyetberga, quæ ex marito Bernhardo satrapa Boiariæ à Reykhersperg, tulit Gebhardum primum comitem à Pleyen, & Chunonem comitem ab Avv, Gars ac Medlyng: cuius coniunx Irmeugarda ditissimam præposituram in agro Salsburgensi fundauerat, Berchtoldsgaden videlicet, auxilio Berengarii primi comitis a Sulczberg.

1 WALTHERVS, comes de Blianc z, siue Pleien, ex Francia orientali, secutus castra Pipini regis, post eius de Hunnis & Auaribus victoriam, in marcha Boiariæ impetrato quodam a Pipino rege, haud procul a Salisburgo, agro, in eo Gruob castrum construxit, quod hodie adhuc manet inter Reichenhall & Traunstayn.

2 CHVNRADVS Siboto cum Fridraun sorore, in vita beati Quirini, & historia Tegerseensi, vt cœnobii aduocati commemorantur, quos non dubium est fuisse comites à Pleien, in his finibus agros, castra & prædia habentes.

3 BALTRAMVS, primus fundator cœnobii Benedictbeuren apud Boiarios, cuius prosapiæ ibidem fuere abbates Landfridus, Waldramus, & Elidandus.

4 HAYLANDVS, is prima fundamenta posuit cœnobii Beurn prope Salisburgum.

5 BALTRAMVS secundus.

6 SYRVS, patriarcha Aquileiensis, fundationem Beurensis cœnobii ad extremã manum perduxit, ac miris modis illud locupletauit, imperante Ottone secundo, circa annum Domini 978. designatis huic cœnobio aliquot cum vineis tum prædiis in marcha Orientali. Quorum Waringa haud procul Vienna, illius eiusdem obsequio imbuta manet.

7 WOLFRAOVS, commemoratur in historia beati Cholomanni, quod eius filius c[illegible]atus fuerit [illegible]eliquiis eius sancti, imperante Henrico secundo, quem Claudum cognomin[illegible]ut, & sanctum ad[illegible]runt.

8 SIGE[illegible]RIO[illegible]S, patriarcha Aquileiensis sub Henrico quarto, à quo Altmannus episcopus Pataniensis S. Petronellæ pagum in Marcha orientali emerat, circa annum Salutis nostræ 1070.

9 LVPOLDVS & WIGANDVS, comites de Pleien, citantur in literis circa annum millesimum: quorum LVPOLDVS Itham habuerat coniugem, Wigandus vero Agnetem.

10 WIGANDVS & Lutoldus, citantur à diuo Lupoldo marchione Austriæ, in sua

fundatione Neuburgenſi,anno Salutis 1136.Et rurſus ab Ottocaro Styriæ marchione, inter
cæteros comites Boiariæ,videlicet Wernhardum de Haga,Sigefridum,& Ottonē de Leb-
naw,Sigehardum de Schala,& Ottonem de Ch am, anno Salutis 1172.

11 WIGANDVS tertius,& Lutoldus,ſecundus,ab Henrico primo duce Auſtriæ in cō-
firmatione Gotvvicenſis monaſterii de anno 1159. quorum Lutoldus coniugem habuit
Vordehildem.

12 CHVNRADVS, tertius in hac prænobiliſſima ſtirpe, floruit ſub Friderico primo
cognomento Barbaroſſa, cum quo in Aſiam & terram Sanctam profectus, militiam Chri-
ſtianam fideliter ac nauiter adſeruit. Habuit in matrimonio Euphemiam, Chunradi ſenio-
ris comitis de Ortenburch filiam. Quo tempore caſtra in Auſtria,Hardekh, Terraſpurgh,
& Znoymam Lutoldus tertius poſſidebat: cuius frater Gebehardus Pataujenſem antiſtitē
egit,circa annum Domini 1198. Porro ad Chunradum,eiuſq; fratres,ſiue cognatos,Fride-
ricus primus Cæſar talem epiſtolam dedit,eos aduerſus Salisburgenſem epiſcopatum con-
citans,cui nimirum proximus prædia habebat. Fridericus Romanorum Imperator ſemper
Auguſtus, fidelibus ſuis comitibus de Pleien gratiam ſuam, & omne bonum. Dilectioni
veſtræ grates vberrimas referimus,quod tam ſtrenue, tamq; fideliter ac viriliter ad honorē
Imperii, Salisburgenſes hoſtes Imperii & eccleſiæ manifeſtos, infeſtare ac debellare non
ceſſatis. Scietis itaque pro certo,quod nos eo maiori affectu vos diligimus. Quicquid da-
mni pro eadem guerra ſuſtinuiſtis, iuxta honorem veſtrom, & voluntatem noſtram, totū
vobis reſtituemus. Sed quia honor veſter in guerra iſta conſiſtit, monemus fidelitatem
veſtram, quatenus in ea viriliter perſeueretis,& mala quæcunque poteſtis prædictis Salis-
burgenſibus inferatis, dignas remunerationes omni tempore à nobis recepturos. Nos et-
iam præcepimus duci Auſtriæ, & epiſcopo Patauienſi, vt viriliter eos infeſtent & perſe-
quantur.

13 HENRICVS adducitur teſtis in literis ab Ottocaro tertio hoc nomine, & primo
duce Styriæ, in reſignatione ducatus LVPOLDO duci Auſtriæ facta, de anno Domini
1186.

14 GERHARDVS: is vendidit Lupoldo ſecundo Auſtriæ duci comitatū Haymbur-
genſem in Auſtria. Vnde legitur in peruetuſto Annalium codice vernacula lingua ſcripto:
Graue Gerhart von Salſburch dinget dem alten Herzogen Leupolten Haynburch/vnnd das
vrbar/vnd die leut/das waren Pottendorfer/Landegkher/Chalſperger/Lieſucher/vnnd alles ſein
aigen. Der ſtarb auch on erben.

15 LVTOLDVS & Wigandus,his appellationibus in hac clariſſima ſtirpe quarti,comi-
tes de Pleien & Hardekhe,à Lupoldo ſecundo duce Auſtriæ in diplomatibus teſtes referū-
tur,de anno Redemptionis noſtræ 1208.

16 CHVNRADVS quartus,& Vdalricus,floruere circa annos Incarnationis Domini-
cæ 1214. Lupoldo ſeptimo Auſtriam gubernante. Quorum Vdalricus Ottocari Bohemi
ducis Auſtriæ præfectum in Styria egit,circa annos Domini 1258.Chunradus vero,Chun-
radum & Ottonem filios reliquit,ſuæ nobiliſſimæ ſtirpis poſtremos.

17 CHVNRADVS,hoc nomine quintus, & Otto ſecundus, quarti Chunradi fili[illegible]
Ottocar[illegible] Bohemo Auſtriæ principe in bello Hungarico ſuæ proſapiæ vltimi, oppet[illegible]
ne liberis circa annum Redemptionis humanæ 1262. De quibus, eorumq; pare[illegible] C[illegible]
rado quarto,vt authoribus S. Bernhardi ſanctimonialium monaſterii in Auſtria,hoc diplo-
ma intelligendum eſt: Nos Chunradus Dei gratia comes de Pleien & Hardekhe, cum fili-
is noſtris Ottone & Chunrado comitibus, vniuerſis literas noſtras inſpecturis notum faci-
mus,quod duas carratas vini,& quandam partem frugum de agris in Lewtacher,quam de
ſancta Maria Scotorum, & ſancti Hippolyti eccleſia[illegible]m partibus deci[illegible]rum in Pulkha,
iam aliquibus annis in ſalutis noſtræ præiudicium,& animarum noſtrarum non modi[illegible]am
læſionem recepimus,ſine iure,nunc & in poſterum, eiſdem eccleſiis diuinæ remuneratio-
nis intuitu,& ob remedium animarum noſtrarum remittimus,& à tam indebita exactione
deinceps ceſſamus: promittentes finite in animas noſtras dictas carratas, & partem frugū,
no[illegible] vlterius nullo modo recepturos.

Huius rei teſtes ſunt, T[illegible]iemo plebanus in Hardekhe, dominus Henricus de Anten-
dorf,Pilgrinus de Weſtringeu,Henricus Cicada,Henricus de Hall milites, Richperus &
Pio[illegible] officiales in Pulca. Datum in Hardekh,an. Gratiæ mil. ducenteſimo quadrageſimo-
nono.ſeptimo Calend. Decembris, in die beatæ Catharinæ. Ex quibus literis liquet, co-
mites de Pleien Hardecenſem in Auſtria comitatum poſſediſſe, quem Williburgis comi-
t[illegible]a de Helfe[illegible]ſt[illegible]n, Ot[illegible]nis poſtremi ab Hungaris interfecti vidua, ad Berel[illegible]ldum de
Ra[illegible]enſvvald Burggrauiorum Magdeburgenſium ſecundis nuptiis tranſtulit. Quem ſe-
cuti

cuti [illegible] es Burggr[illegible]un Ma[illegible]eburgenses, eundem in Au[illegible]ria comitatum vsque ad annum [illegible] nostræ 1[illegible]74. poss[illegible]derunt, Michael p[illegible]stremo B[illegible]rggrauio ac comite de Hardekhe, qui & marescalcus Austriæ fuerat, nobilissimam stirpem desinente, & ad Steienbergenses Styriæ barone[illegible] quoru[illegible] hodie I[illegible]ius eum filii[illegible] v[illegible]it transmittente. Comitatum deniq; Pleien in Boiaria præsules Sal[illegible]burgenses, ac Boariæ duces inter se partiti, ab Imperio feudi beneficio impetrarunt.

COMITES DE WASSERBVRG, FORTE A *comitibus de Ortemburg descendentes.*

1 CHVNRADVS, cognomento Halligrauius de Wasserburg, in diplomate quodam Friderici primi inter cæter[illegible]s con[illegible]tes Boiariæ [illegible]stis refertur: vtpote Lupoldum de Pleien, Chunradum de Dornberch, Henricum de Schavvenburgh, & alios plerosque de anno Do[illegible]ini 1162.

2 THEODERICVS, de anno Domini 1210. in diploma[illegible]bus.

3 CHVNRADVS, a Friderico secundo citatur in diplomatibus, inter testes de anno Domini 1235. Hunc Ludouicus dux Boiariæ secundus, Scyrensis prosapiæ comitatu exui[illegible], vt in Annalibus reperi.

GENEALOGIA COMITVM A WASSERburg, Rod, Medling, & Frontenhausen.

1 CHVNRADVS pater cum filio cognomine, egregia fide in Henricũ quartum [illegible]le[illegible]brantur, aduersus factionem excitatam ab Hilteprando papa & Saxonib. Qui & Welphonem Cæsaris hostem haud procul Hochstadio secus Danubium superarunt, & Sigefridum antistitem Augustanum pulsum à Welphone restituerunt nomine Cæsaris, Wigoldo adulterino episcopo pulso, circa annum Domini 1082. in quo bello Chunradus filius occubuerat. quem pater Rhodam deportauit, & ex arce primus cœnobium Benedictinis consecrauer[illegible]t. Huius patruus Dietmarus Altaychii inferioris abbas, contra Berchtoldum comitem à Mospurg à Cæsare impositum, à clero episcopus constituitur. captus exinde a Srarchando & WERIN[illegible]ANDO comitibus ab Artenburg: qui redemptus abiit in terram Sanctam, vbi a Sarracenis deductoribus violata fide data occiditur. alias THYEMO nominatus.

2 THEO[illegible]ERICVS, sub FRIDERICO primo claruit, anno 1182. & refecit cœnobium Altmynster, secus Altmillam flumen, Frisingensis præsulis igne absumptum. Huius filiam Aguetem OTTO palatinus comes à Wytelspach, primus sui generis dux Boiariæ, in matrimonio habuit: & ex ea LVDOVICVM ducem tulit, Sophiam & Mathildam.

3 CHVNRADVS, Philippo imperante genuit duos Chunrados, quorum alter antistes Ratisponensis fuerat: qui superstes cæteris, duci Boiariæ vendidit pleraq; bona comitat[illegible]s Werd, Frontenhausen, Kugnigsvverd, Teyspach & Beurn.

4 CHVNRA[illegible]VS, Friderico secundo imperante, in Boiaria claruit: quo à Papa excommunicato, Rhodecœnobii bona spoliauerat. De hoc refert insuper Ioannes Auentinus libro septimo Annalium, quod Albertum Behem curtisanum multas tragœdias in Boiaria excitantem, & fulmina contra Cæsarem & eius amicos iactantem, ipse eum duce Boiariæ Ottone tutatus sit, in perniciem bonorum. Interea Batauia (inquit) quo Albertus Behem confugerat, Vlrico Furtario prodente, & Rudigero ex arce erumpente (episcopum intelligit) ab Ottone duce Boiorum recipitur.

ALBERTVS vix euasit, & ad Chunradum Wasserburgensem auunculum ducis elapsus est. Dux Boius Wasserburgensi auunculo suo, nisi Albertum reddat, bellum indicit. Quod cum ille detrectaret, Wasserburgium obsidet centum vndeuiginti dies, tandem expu[illegible]nat, Chunradum omnibus vicis & castellis exuit, ipsum cum Alberto Boiariæ finibus extrudit.

COMITES A SCHERDINGEN, [illegible]EVVBVRG, *ac Varnpach: quorum erant consanguinei, eiusdemq; generis comite a Lambach & Welas in Norico, & comites a Buten in Austria: quos à Pictauiensibus principibus deriuat Auentinus.*

1 ARIB[illegible], sancto Henrico imperante, ex Burgelio castro c[illegible]o[illegible]iũ construxit, quod hodie Soyn vocant.

[illegible] fratre Vdalrico, Henrico quarto [illegible] Cęsare pulsus, quod [illegible] hoc [illegible], Lambacensem arcem [illegible] suorum [illegible].

3 VDALRICVS Ekhenbertum & [illegible] cœnobium Benedictinorum verterunt.

4 EKHENBERTVS genuit alterum Ekhenbertum. V[illegible] comites de Butten[illegible] Austria processere, de quibus suo loco dictum [illegible]. Quorum postremo apud Mediolanum interfecto, sub Friderico primo, cuius laudem genusque Guntherus Ligurinus atque Otto Frisingensis in historia Friderici primi celebrant, [illegible] ditione Otocharus Styrius, parte Lupoldus eius socer, Austriæ dux, beneficio ab Imperio impetrarunt. Sane Lupoldus Austriacus castrum Scherdingæ extruxit, vltra OEnum, in solo Boiariæ, facultate accepta a Ludouico duce. deinde cum ob fines bella essent exorta inter Austriacos & Boiarios, Scherdinga paulatim occupatur a Boiariis: pro qua recipienda duces Austriæ multa bella gesserunt cum principibus Boiariæ. Vnde legitur in Annalibus Austriæ: Anno 1310. dux Otto Bauariæ castrum ducis Austriæ nomine Neuenburch, vlta Bauaiam situm, tunc occupauit, cæpit, & diruit: cum propter ducis absentiam & frigoris intolerantiã, eo quod vis algoris plerosque extingueret, nullum auxilium ferret castro memorato. Ipso in tempore Fridericus dux in Austriam reuersus, missis militibus in Bauariam, hominibus ducis Bauariæ, qui iam alterum castrum nomine Perstayn contiguum prædicto occupauerant, fugauerunt, multis exceptis. Ipso etiam in tempore Fridericus dux Austriæ congregato exercitu copioso, [illegible] Bauariam, castrum nomine Scherding vallans obsidione. correptus illico ibidem dux infirmitate grauissima, qua omni tempore obsidionis vsque ad mortem laborabat: & quæ sequuntur. Sane Neuburgensem comitatum Austriaci adhuc tenent, quem comitub a Salm feudo consulerunt. Possident & Butten[illegible]em, per hæreditatem acceptũ ab Ottocharo postremo Styriæ principe. Extendebatur autem vsque Rakhersputgum a Noua ciuitate, qua in agro comitatus Luipoldus dux Austriæ, quem Styrus hæredem nuncupauerat, a fundamentis extruxerat, cum metropolis vetus proxima esset a nouem templis Neunkhirchen appellata. Hodie in angustias oppiduli redacta, Nouam ciuitatem agnoscit eminentiorem, atque dominatricem.

COMITES DE MOSPVRG.

1 ADALBINVS, præsulem Salisburgensem egit.

2 ENGELBERTVS, episcopum pariter Salisburgensem egit, circa annum Dominicæ incarnationis 1[illegible]5.

3 LVPOLDVS, Henrici quarti intimus cõsiliarius, cuius meminit Lambertus Schafnaburgensis in eius Cæsaris historia.

4 BERCHTOLDVS, archiepiscopus Salisburgensis, circa annum Domini 1[illegible]89.

5 CHVNRADVS, antistes Aichstadiensis, sub Imperio Friderici primi cognomento Barbarossæ, Rebdorf cœnobium in Norici finibus fundauit, anno 1156.

6 CHVNRADVS, postremus suæ stirpis, hęredes instituit comites & principes Goricenses ac Tyrolenses, circa annum Redemptionis nostræ 1281.

COMITES DE SEMPT ET EBERSPERG,

vbi modo Abbatia visitur in itinere Monacum versus horum insignia, aper erat, quem Eber Germani vocamus.

1 SIGHARDVS, Carolomanni, eiusque filii Arnolphi Imperatoris præfectus erat. Cum vxore Gotna prima fundamenta posuit Ebersperg ensis monasterii, & Ratholdum filium progenuit. Obiit anno Salutis 905.

2 RATHOLDVS, reperitur obiisse, & in sacello S. Amandi Salisburgi sepultus fuisse, anno Redemptionis humanæ 919. tribus ex Engelmunde coniuge [illegible] relictis: quorum Will[illegible] monasticam vitam eligens, [illegible] ter [illegible].

3 EBERHARDVS, primus Ratholdi filius, cum liberos non haberet, Ebersperg castrum [illegible] conuertit, anno Domini 918. præposito quopiam Hunifrido, cui [illegible]que clericis isthic collocatis. Obiit ipse anno 949. Frisingæ conditus.

4 ADALB[illegible]O, frater germanus Eberhardi, & Ratholdi alter filiorum, ex [illegible] Adalberonem secundum, & Vdalricum primum & [illegible] amicum, Hadamudam, Marcquardi Carinthię ducis coniugem

5 V[illegible]VS, filius Adalberonis [illegible], & secundi frater germanus [illegible]

Vd-

Vdalricus fertur ex sacris vndis leuasse,educatus à primis annis in schola S.Galli apud Heluetios. postea cum gubernacula vsurpasset,in Innichenhouen habitans,multis iuuit Eberspergense monasterium,à maiorib.suis fundatum.Habuit duas vxores, & vnam concubinam, ex qua Ruthardam natam progenuit, militi cuidam Eberhardo locatam, matrem Altmanni secundi abbatis Eberspergensis. Ex vxoribus vero(quarum altera Richarda nomine,Marquardi ducis Carinthiæ filia fuerat,altera vero Adelhaidis comitissa à Vallay) Adalberonem tertium suscepit, Eberhardum secundum, & Henricum episcopum Frisingensem, qui Ottonem Austriacum,insignem illum chronographum,in sede præcesserat: & duas filias,quarum Adelhaidis Saxoni comiti cuidam nupta fuit: Vuilliburgis vero comiti à Murrach,ex quo Haydmundam filiam genuit. sepelitur in Gaisenfeld, ab Eberhardo fratre posito monasterio Vestalium,circa annum Domini 1015.

6 EBERHARDVS,hoc nomine secundus in hac nobili stirpe,frater Vdalrici,nouum pro Christi vestalibus cœnobium auspicatus est supra Ilm riuum,Gaisenfeld nomine, vbi cum vxore Adelhaide comitissa Saxoniæ sepelitur anno Domini 962. Progenuerat ex coniuge tres filios, qui triennio post consecrationem basilicæ in Gaisenfeld mortem obierunt.

7 ADALBERO, hoc nomine secundus. Vdalrici filius ex Richlinde Rudolphi Vuelphonis comitis de Aldorf & Ithæ filia, sorore S. Chunradi Constantiensis præsulis, duas modo filias tulit, Vuilliburgim & Haydmundam. Is Ebersepergi monasterii ædificia demolitus, è fundamento nouum & amplius & splendidius construxit.

8 EBERHARDVS,tertius hoc nomine,Vdalrici item filius,& Adalberonis secundi germanus frater, ex Richarda sorore S. Chunradi, & Rudolphi comitis ab Altorf nata, vnum filium procreauit,postremum sui stemmatis, Hunifridum videlicet abbatem in Ebersperg monasterio.

COMITES DE GRAISPACH, LECHSGMVND, & Burcheym, cuius adhuc ruinæ supra Neuburgum cernuntur, principes erant Boiariæ ducibus feudi iure subiecti, in finibus Nariscorum ac Sueuorum colentes. Quorum potentia vel hinc deprehenditur, quod proprios habuerunt marescalcos ad Meulenhardum, appellatos dapiferos de Altzihaym, & pincernas de Scheynisbeunde, atque camerarios de Ganshaym. Quæ munera posterius Cæsareæ monasterio Cistertiensi, vulgo Kaissershaym, siue per syncopen Khaisheym, intercidente stemmate, sunt confirmata: ab his videlicet comitibus constructo ac fundato, locupletatoq.

Castri Lechsgmynd adhuc rudera cernuntur supra Rayn Boiariæ oppidum.

1 LEODECARIVS,anno Domini 981,S. Vualburgis cœnobium in agro Aichstadiano à fundamentis construxit: & aliud etiam quod Haydenhaym vocant,à Vvunibaldo fratre Vuilibaldi primi Aichstetensis præsulis positum locupletauit: relictis duobus filiis, Megingaudo & Leodegario secundo. De hoc scribunt, quod cum 30 annis fuisset in matrimonio, initiatum sacris,factumque canonicum Aichstetensem, triginta adhuc annis vixisse.

2 MEGINGAVDVS,vel Mengosus, filius Leodegarii,in episcopū Aichstadianū consecratur,anno Salutis nostræ 989. Refertur in Annalibus,sancti Henrici Cæsaris hoc nomine secundi fuisse affinis,& S.Vvunibaldum de tumba leuasse,canonizatum ex eo, vt vocant. Idem S.Cholomannum martyrem Austriacum transtulit, ac sepulturæ eius vna cum Henrico marchione interfuit.

3 LEODEGARIVS secundus,primi filius, & Megingaudi episcopi frater germanus,fundauit in tractu Aichstadiano,finibus videlicet comitatus sui, Gempfingense & Cāpfingense cœnobia,anno Salutis 1021.relicto filio Berehtoldo.

4 BERCHTOLDVS,ex ducissa Sueuiæ duos filios progenuit, Hēricum & Theobaldum: & filiam Guetam,Gisberti Lothatingiæ ducis coniugem, fundatricem cœnobii Bergen,haud procul ab Aichstadio.

5 DIEPOLDVS,comes à Lechsgmynd,citatur in literis de anno 1130. cum Eberhardo de Ottingen,& Vuendelino ab Ottenburg.

6 HENRICVS, is primis refertur author opulentissimi cœnobii Cæsareæ, quod vulgo supra Tonavuerdam Kaisshaym vocant,cuius initia ab ann. Domini 1134 repetuntur. Habuit duas vxores,Loicardem comitissam de Abensperg,trium filiorum parentem, Cunradi,Volkardi & Henrici secundi: & Adelhaidem,quæ cognominē sibi filiolam progenuit,sepultam in Cæsarea.

7 HENRICVS secundus hoc nomine,obiit 1160. sepultus in Cæsarea, patris fundatione: genuit Harduicum præpositum Aistetensem,1196.

Ee

8 VOLCARDVS, filius Henrici primi, & secundi frater germanus, genuit duos filios: Henricum tertium, & Vuernherum. in diplomate quodam Styriæ à Friderico primo Imperatore, inter comites Boiaricos in testimonium adducitur.

9 HENRICVS tertius, Volcardi filius, procreauit Theobaldum comitem.

10 THEOBALDVS, filius Henrici tertii, floruit circa annum Salutis 1188. Is ex Agatha ducissa Deccensi, Berchtoldum secundum in lucem protulit.

11 BERCHTOLDVS, hoc nomine in stemmate nobili isto secundus, ex Agatha comitissa de Aurach Henricum quartum & Berchtoldum tertium procreauit. vnamque filiam, Agatham nomine, Berchtoldo comiti ab Aurach collocatam.

12 HENRICVS quartus, filius Berchtoldi secundi, & tertii frater germanus, ex Gertrude baronissa de Abensperg Berchtoldum quartum progenuit.

13 BERCHTOLDVS quartus hoc nomine, ex Adelhayde de Cypro, fundatrice inferioris Schonfeldi, in confluxu Danubii & Lyci, Vualterum & Berchtoldum quintum filios tulit. Ipse Scheurense monasterium à palatinis de Vuitlispach & comitibus de Vuolfratzhausen, ac Dachau primitus constructum & incœptum, iterumque desolatum, restituit pristinæ dignitati. Huius tempore oppidum & castrum Lechsmynd paulo supra Raynâ, a Ratisponensibus, quorum merces interciepiebat comes, incensa, & solo æquata fuere.

14 BERCHTOLDVS hac appellatione quintus, filius quarti, & frater Vualtheri comitis, qui flueratannum circa 1270, ex Elisabetha procreauit tres filios, & vnam filiam Elisabetham, quæ nupsit comiti ab Hirsperg. floruit ipse circa annos Salutis 1266.

15 VVILHELMVS, com. de Grayschpach & Truhenteshaym citatur testis an. 1279.

16 HENRICVS quintus, Bechtoldi quinti natus, floruit circa annos Incarnationis 1292. obiit sine liberis.

17 GEBHARDVS, ex canonico in episcopum Aiehstetensem eligitur, qui triennio posthæc Lucæ in Italia obiit, anno 1327. Erat autem Berchtoldi quinti filius, sexti, & Henrici quinti frater germanus.

18 BERCHTOLDVS sextus hac appellatione in prosapia ista habuit duas coniuges, Elissam comitissiã de Hirsperg, matrem Berchtoldi septimi, & Henrici sexti: & Agneram marchionissam Burgouiensem, in Sueuis. Floruit circa annum Salutis 1280.

19 HENRICVS sextus, Berchtoldi sexti filius, vixit circa annum 1324.

20 BERCHTOLDVS septimus, sexti filius, comes quoque de Graispach, & dominus de Niffen & Marstetten, propter matrem: ex Agnete de Gundelfingen Berchtoldum, Henricum, & Syngnerum progenuit, qui iuuenis obiit. Præterea Agnetem comitissam, quæ vixit anno 1328. atque Annam abbatissam inferioris Schonfeldi, vixerunt omnes, Ludouico quarto duce Bauariæ imperante, cuius fuerant ministeriales.

COMITES DE HIRSCHPERG, ET DOLLENstayn proximi comitibus de Legsmynd ditionẽ habebant: ex quis postmodum episcopatus Aichstadianus est auctus, vt mox videbitur, in agro vlterioris Bauariæ. in quorum insignibus erat erectus ater ceruus, stans supra montem cœlestinis coloris, in aureo clypeo.

1 BRVNO, sub Carolo Martello inter comites Boiariæ refertur, qui Francis se opposuerant.

2 SVVIGGERVS, an. Dom. 740. Pipino Caroli magni patre regnante, instinctus S. Vuillibaldi Angli, Aureatensem episcopatum primus fundauit, quem à querceto exciso Aichstadianum posteri appellauere, cum à vestigiis Romani municipii Aureatensis inter initia nominaretur.

3 HAROVVICVS, fratrem habuit Gebhardum præsulem Aichstetensem. reliquit tres filios, Fridericum, Ottonem, sepultos in Cassel: & Ernestum. Otto multa fundauit in Cassel, vbi mortuus sepelitur anno 1105.

4 ERNESTVS, filius Harduici, frater germanus Friderici, Harduici & Ortonis comitum de Hirsperg, ex comitissa de Sulzbach, siue domina de Dollenstayn duos filios procreauit: Harduicum secundum episcopum Aichstetensem, qui sedit circa annum 1196. & Gebhardum secundum. Porro Ernestus Blankhenstayn cœnobium auspicatus anno 1125, quod filius postea antistes locupletauit. ad eundem referuntur initia & Billikhaym cœnobii.

5 GEBHARDVS, secundus hoc nomine in celebri prosapia, author cœnobii Vueissenau prope Norinbergam, ex domina de Dolnstayn Gebhardum tertium genuit.

6 GEBHAR-

6 GEBHARDVS hac appellatione tertius, literis subscripsit de anno 1205.

7 GEBHARDVS quartus, & Gerhardus, germani fratres, floruerunt sub Rudolpho Habsburgensi Cæsare, circa annum Domini 1284. Quorum soror fundauit cœnobium Prædicatorum Aichstadii. erant autem filii Gebhardi tertii, cuius filiæ nupsere, Adelhaides Ludouico comiti Ottingensi, & Elisabet Berchtoldo comiti à Graysbpac.., circa annum 1270.

8 GEBHARDVS, quintus hocce nomine, sororem habuit Adelhaidem Ludouico Ottingensi comiti nuptam. Is ex Sophia, filia Othonis Bauariæ ducis, Gebhardum sextum progenuit. Idem Henrici Boiariæ ducis magister militiæ fuerat in bello contra Ot-
10 tocharum Bohemum Austriæ ducem, pro Scherdinga ciuitate gesto, anno salutis 1260. Victorq; Ottocharum castris exuit, haud procul à Scherdinga. Huius soror Adelhaides comitissa ab Otttingen in Rhætia fundauit Kircheym monasterium.

9 GEBHARDVS sextus, filius quinti, circa annum Domini 1300, legauit comitatum Hirsperg, cum liberis careret, episcopatui Aichstadiano, cuius erat antea aduocatus: & quæ in valle OEni Tyrolisq; comitatu possederat prædia, principibus Tyrolis & Goritiæ testatus est. Vnde de donatione facta episcopatui Aichstadiano isti leguntur in Annalibus rhythmi:

Montem ceruorum clarum, castrumq; decorum,
Et res, Chunrado Gebhardus ego tibi trado:
20 *Quas Vuilibaldi vice suscipias patris almi,*
AEternam vt requiem mihi is impetret, atq; salutem.

COMITES DE SVLCZPACH, SVCCENPACH, *& Ortslosß in Nariscis, in agro Boiariæ Vltra Danubiano, fundatores cœnobiorum Bounburg, Bertensgaden, & Casst.*

1 GEBHARDVS, filius Arnesti cuiusdam exulis Selandi, & frater germanus Friderici primi comitis de Castello.

2 ERNESTVS, primus huius familiæ refertur sub Henrico tertio floruisse, & vnũ filium reliquisse Gebehardum, ac filiam vnicam Haczigam, Hermanno comiti de Castel
30 nuptam, matrem Friderici comitis de Castel, & auiam Ottonis.

3 GEBHARDVS, ex Irmengarde coniuge Berengariũ tulit, & duas filias: quarum Vtta Engelberdo de Sponhaym duci Carinthiæ nupta fuerat, altera vero Irmẽgardis marchioni à Vogeburch, & tertia Luitgardis marchioni ab Hochperg.

4 BERENGARIVS, hoc nomine primus, ex Adelhaide comitissa de Vuolfratzhausen duos filios procreauit, Berengariũ & Gebhardum, his appellationibus in hoc stemmate secundos: & quatuor filias, quarum Gertrudis Chunrado III. Imperatori Romanorum ex prosapia Sueuiæ nupta fuit, sepulta in Eboracensi monasterio apud Francos, anno 1138. Berchta, Emanueli Græcorum Cæsari opera Cunradi sororii copulata erat, deinde à pacis studio Irene dicta. Adelhaides cuidam Græco principi de Kņia. & quarta egit abbatis-
40 sam Patauiensem in Nidernburg. Obiit autem Berengarius anno Domini 1126. sepultus in Cassel cœnobio, cuius alter ceu fundator extitit.

5 BERENGARIVS secundus primi filius, & Gebhardi secundi frater germanus, obiit Romæ, cum Friderici primi castra sequeretur: à quo subinde in diplomatibus inter testes citatur.

6 GEBHARDVS, ista nomenclatura in hac stirpe secundus, ex Mechtilde Henrici Vuelfonis Boiariæ ducis filia (cum qua in Cassel cœnobio sepultus cernitur, de anno Salutis 1177) tres filios suscepit, videlicet Gebhardum tertium, Fridericum, & Berengarium tertium. Tulit & filias duas, nimirum Sophiam Rapatoni ab Abensperg collocatam, Mechtildem comiti Cleuensi, & Elisabetam siue Cordulam Rapatoni de Ortenburg. Ipse
50 vero Gebhardus vulgari cognomento comes de Flos nominabatur.

7 FRIDERICVS, & Gebhardus tertius, filius Gebhardi secundi, & fratres germani Berengarii tertii, sepulti cernuntur in famigeratissimo Nariscarum cœnobio Vualdsassen, de anno 1184. Quorum Gebhardus ex comitissa de Aursperg liberos tulit, qui sine hærede obierunt. Is in Austria superiori, in ipsis Bohemiæ finibus, possidebat Longovue, de quo vetustissimi Annalium authoris hæc verba adscripta reperi: Graue Gebhard von Sulczbach het zelehen von dem reich Longow/vnd das aigẽ/von dem nam es zelehen Tumuogt Ott von Regenspurch/ der zoch zu dem Khaiser vnd gab dem zwayhundert marck sylbers / das er das aigen von nyamand anders haben solt/den von dem Rayche.

8 BERENGARIVS tertius hoc nomine, frater Friderici & Gebhardi secundi,

ex Adelhaide de Meldingen duos filios procreauit, & vnam filiã, videlicet Harduicũ præsulem Aichstetensem, qui obiit anno 1224. Gebhardum quartum, & Mechtildem Engelberto palatino de Krayburg nuptam. Ipse secutus castra Friderici primi in Italia, dolo & veneno Imperatricis Beatricis è medio sublatus est.

9 GEBHARDVS quartus, suæ prosapiæ vltimus erat, & floruit sub Friderico secundo Imperatore, circa annum 1220.

COMITES DE CASSL, ET HEBBVRG, EIVSdem stemmatis cum Sulczbacensibus, tametsi in Ostrofrancis agros quoque habuerint: quia tamen in agro Boiariæ Vltradanubiano apud Nariscas quoque ditionem certam principibus Boiariæ subiectam possederunt, idcirco pauca quædam de his supra mihi repetenda erunt, potissimum quod eius nobilis stirpis propagines adhuc ex tam longis seculis remanserint. Horum opera cernuntur amplissimum in Nariscis monasterium, & Voglspergense apud Ostrofrancos.

10

1 ERNESTVS ex Seelandia, ob maris inundationem profugus, cum aliquot colonis, vxore & supellectili, cum locum condendi castri infra Noricum castrum quæsiuisset, primũ ad fontem Luthari in Nariscis pagum Prun extruxit: deinde latius per nemora progressus, in densissimo saltu in montem peruenit, vbi tres fontes limpidissimi scaturiebant. ibi castellum extruxit tribus sacellis, ad quemq; fontem posito vno, conspicuum: quæ XII. Christi saluatoris Apostolis consecrauit, circa annum Domini 975.

20

2 STVCZO, forte filius Ernesti, in Eboracensi cœnobio apud Francos vna cum Friderico fratre conditus cernitur.

3 FRIDERICVS, filius Ernesti, & Stuczonis frater germanus. Habebat porro & alterum quendam fratrem, Gebhardum primum comitem Sulezbacensem. Progenuit filiũ vnum Hermannum: & vnam filiam Luitgardim, Theobaldo seniori marchioni à Voghburg collocatam, matrem Theobaldi secundi fundatoris Vualdsassensis, Reichenbacensis, & monasterii vulgo Monachorum nominati, haud procul à Voghburgo.

4 HERMANNVS habuit in matrimonio Haczigam Ernesti secundi comitis de Sulcxbach, patrui sui, filiam.

5 FRIDERICVS secundus, filius Hermanni, ex Berchta comitissa Ottingensi, vel vt alii volunt, Hirspergensi, Ottonem progenuit: primus author Castellani cœnobii, quod ex arce Deo consecrauit. Ferunt post obitum coniugis, sacris initiatum, monachum esse factum.

30

6 OTTO, filius Friderici, fundationem paternam Castellani monasterii iuuit, & ad extremam manum perduxit.

7 VDALRICVS, forte Ottonis frater germanus, ex monacho S. Blasii in Constantiensem præsulem anno Domini 1130 eligitur.

8 RVPERTVS, cum fratribus Hermanno & Adalberto, à Cunrado tertio Imperatore in confirmatione Eboracensis cœnobii apud Francos, inter testes refertur de anno Salutis 1149.

40

9

10 WILHELMVS, anno 1460. Ioanni Vvirczburgensi antistiti comitatum suum vendidit, & eundem perpetuo iure feudi à cathedra posteris suis accipiendum sanxit. à quo, qui hodie etiamnum in viuis sunt comites de Casfl, descendere dignoscuntur.

11 IOANNES, comes de Cassel, cum filiis floruit anno Domini 1510.

COMITES A MORINGEN ET HOHENRIEDEN, cognomento Ilsungii, locupletatores cœnobiorum Kiebacensis ac Vuesenbrunnæ. Quorum posteri per fundationes passim, bellorumq; incommoda in angustias redacti, Augustam Rhætiæ ciuitatem ingressi, multis seculis inter ciues honesto loco fortuna non refragante vixerunt, & hodie sunt, atque reuocare se e latebris incipiunt. Testari possunt veterem nobilitatem & arma, quæ sub nomine Moringensium comitum in antiquo codice depicta vidi, vt hic sculpta lector cernes, qualia in hodiernum Ilsungii Augustani ipsorum posteritas gerunt. Arbitrandum vero est, cum Ilsungios, tum comites Moringenses descendisse a palatinis Vuitelspacensibus, qui mediam insigniorum partem vsurpabant hoc modo: campus in Vuitelspacensium armis rubeus est, & sectio triangularis alba. quæ insignia superiorem partem Moringensium clypei tenent, inferiorem candidam nigra sectione occupante.

50

Insignia

Insignia Vuitelspacensium. *Insignia Moringensium.*





10

1 LVPOLDVS Ilsung comes, à Tassilone postremo Boiariæ duce abbas monasterii Vuesenbrunæ constituitur apud Boiarios, anno redemptionis humanæ 758.

2.N. Comes Ilsung de Hohenrieden, floruit circa annum Domini 1045.

3 FRIDERICVS Ilsung, comes de Moryngen, circa annum 1141. Cuius filii ac cognati XXII. in bello ducis Boiariæ, cui nomina dederant, partim interfecti, partim fortunis mulctati sunt, vt relinquere agros, ac se conferre Augustam coacti fuerint. Comitatum vero Moringensem duces Bauariæ Gumpenbergiis & Biberbacensibus marescalcis contulerunt.

20 4 SIGEFRIDVS Ilsung, primus patricius Augustanus, cum coniuge Volkvueynin, ad sanctam Crucem Augustæ in sacello diui Othmari sepelitur, anno restitutæ Salutis nostræ 1215.

5 CHOVNRADVS Ilsung, hoc nomine primus, cum duab. vxoribus Vogleryn & Hurnissyn, in cœmeterio ecclesiæ cathedralis Augustæ sub Crucis imagine conditus iacet, positus anno 1241.

6 CHOVNRADVS, secundus, cum Adelhaide, in circuitu cathedralis templi vulgo in der finster gerend/ sepelitur anno 1155.

7 HENRICVS Ilsung, hoc numine primus, cũ binis coniugibus, Anna Hyrschyn, & Elisabeta Preyningyn ad sanctam Crucem conditur terræ matri, anno Domini 1264.

30 8 VDALRICVS primus, cũ duab. vxoribus, Anna Vegleryn, & Elisabeta Kongelmenyn, Margaretaq; filia Pauli Pfetner coniuge, in cœmeterio Prædicatorum prope suggestum sepelitur, anno Salutis nostræ 1288.

9 CHOVNRADVS Ilsung, hoc nomine tertius, & Henricus secundus in hac nobili prosapia, in literis Augustensium citantur, circa annos incarnationis Dominæ 1300. quorum Henricus vulgo appellatur Vf dem stayn/ consulatum Augustæ gesserat circa annum 1314.

10 IOANNES, cum Iacobo filio, nurubusque duabus Kergyn, & Hervuartyn, sepulti cernuntur in circuitu cathedralis templi, solito familiæ conditorio, de anno Domini 1307.

40 11 IOANNES secundus, consulatum Augustæ gessit circa annum Domini 1314.

12 VDALRICVS secundus, cum vxore Glaneryn, ad sanctum Vdalricum Augustæ sepelitur, anno 1318.

13 CHVNRADVS quartus huius stirpis, circa annum Domini literis subscripsit 1333.

14 VDALRICVS hoc nomine tertius, quẽ recte fundatorem dixeris, eo q; vbiq; religionem nostram sacrosanctam & adseruerit & iuuerit: vt ad exempla descendam, Augustæ quidem ad sanctum Mauritium, ad beatum Vdalricum, ad diuum Martinũ, ad Prædicatores, ad fratres diuæ Virginis, ad sanctum Iacobum, & in publico Augustinensiũ cœnobio, extra Augustam præterea in Meringen, in Salmershouen, in Medlingen, in Schonfeld, ad sanctam Claram, Breuen, in monasterio vulgo appellato zum Holtz. Idem & Au-
50 gustæ & Vuerdeæ perpetuam lucernam fundauit. Idem deniq; pro pauperum ciuium subleuatione cc. florenos annuos certo loco constituit, vnde mendicis singulis grossi in Halophylacio, id est Salezstadel numerantur. Is ex Vnsorgyn coniuge Sigefridum tulit. Floruit ab anno 1340. vsque ad 1367.

15 SIGEFRIDVS secundus ista nomenclatura, circa annum Domini 1314, ex Adelhaide vxore Chunradum quintum procreauit, qui in literis apud sanctum Ioannem citatur de anno Domini 1388.

16 VDALRICVS quartus hoc nomine, vulgo appellatus Auf dem stayn / progenuit Vdalricum quintum: & filiam, cuidam Hervuard patricio nuptam. ipse subinde in diplomatibus rubra cera vsus reperitur.

27 CHVNRADVS sextus, frater Vdalrici quarti, consulatum Augustæ gessit circa annum Domini 1364.

18 CHVNRADVS septimus, filius sexti, gessit consulatum Augustæ annis 1364, 1374. 1385. vulgo nominabatur Auf dem stayn/ & rubra cera vsus est.

19 HENRICVS tertius, isthoc nomine per vices cum Chunrado septimo fratruele gesserat consulatum, de annis 1372, 1378, 1389.

20 VDALRICVS sextus, filius Vdalrici tertii, reperitur in diplomatibus cera fuisse rubra vsus. floruit anno currente à nato Saluatore 1393.

21 GEORGIVS primus hoc nomine in stirpe ista, Vdalrici sexti frater germanus, cū filiis Ioanne tertio, & Vuilhelmo primo, ad S. Mauritium sepelitur.

22 IOANNES tertius, consulatum gessit Augustæ annis 1392, 1398. erat autem filius Cunradi sexti, vulgo cognominati Auf dem stayn. Is ex coniuge Heruuartyn tres filios susceperat, in iuuentute, sine hæredibus mortuos, & duas filias.

23 CHVNRADVS octauus ista nominatione, cum vxore Gueta Remyn, in solito huius stemmatis conditorio, in circuitu videlicet cathedralis ecclesiæ, adscriptus cernitur.

24 CHVNRADVS nonus, octaui filius, ex duabus vxoribus, videlicet Agnete Virlyn, & Elisabeta Kergyn, suscepit liberos, Chunradum decimum, Ioannem quartum, & Sebastianum primum.

25 CHVNRADVS decimus, noni filius, duas habuit in matrimonio: videlicet Vrsulam Hurlocheryn, & Beatricem Vegelinam. ex quibus tulit Iacobum, Sigefridum tertium, & Vrsulam domino à Vueldis coniunctam. quorum Sigefridus natam Catharinam reliquit.

26 IOANNES quintus, interfectus à patriclo quodam Rechlingensis prosapiæ, ex Anna Hofmannyn progenuit Georgium secundum.

27 GEORGIVS secundus, superioris Ioannis v. filius, & Sigismundi primi frater germanus, ex duab. vxoribus, Anna Schenkhyn, & Cecilia Porteryn, filios quinq; procreauit, Sigismundum secundum, Georgium tertium, Vdalricum sextum, Sebastianum secundū, & Sebaldum primum: quorum orbi post se filios reliquere, Sigismundus, Vdalricus, & Sebaldus. Sebastianus gessit consulatum annis Domini 1411, 1416, 1418, 1420, 1422, 1424. horum fratrum soror germana Chunrado Glaner iungitur.

28 VDALRICVS sextus, cognomento apud Stabulata, ex Clara Riedleryn suscepit Georgium, Simonem, Vdalricum & Gabrielem: & quatuor filias, quarum Agnes monialem egit ad sanctam Catharinam: cæteræ nuptæ fuere Pruefschenkio & Hermanno Schüler. Sed huius quem nominauimus filii, liberos nullos reliquere, nisi quod Georgius duas filias procreauit sacris initiatas, & monasticen apud beatam Catherinam professas.

29 SEBALDVS hoc nomine primus, Pharamundum filium reliquit, qui & ipse sine liberis extinctus est.

30 SEBASTIANVS hoc nomine secundus, vir summæ experientiæ, cum liberis careret, longam & difficilem suscepit peregrinationem, in qua terram sanctam cum Alberto Austriæ principe vidit: Siciliam, Neapolitanum regnum præterea, Hispaniamque adiuit, vbi belli studiis Siciliæ ac Arragonum regibus acceptus, stolæ gentilitiæ Amprisca nomine à Maria regina Arragonum donatus, in patriam post multa tempora repedauit. Præterea celebratur congressus illius cum comite ab Helfenstayn in ludo Troiano fœliciter confectus, circa annum Domini 1444. Quapropter cum virtutis auitæ ergo, tum ob præclara gesta, ab Imperatore in publico conuentu cingulum militare meruit, gladio Imperatorio tactus, anno 1464. Is deniq; vir, vt pacis quoque laude emineret, suæ nobilissimæ gentis ceras congessit, historiamq; atque annales conscripsit, ex quibus hæc sumpsimus quæ hic damus.

31 SIGISMVNDVS secundus hac appellatione, Georgii secundi filius, & Ioannis quinti nepos germanus, frater Georgii tertii, Sebastiani secundi, Vdalrici sexti, & Sebaldi primi: ex coniuge Schellädina duos filios tulit, Sebastianum & Achillem.

32 SEBASTIANVS tertius, Sigismundi II. filius, Georgii quondam Boiariæ ducis consiliarius, ac Sueuicæ confœderationis iudex & præses ante nostram memoriam extitit: sed sine prole mortuus, reliquit successionem fratri Achilli.

33 ACHILLES, ex Magdalena Stynczyn filios quinq; progenuit, & sex filias, videlicet Melchiorem, Sebastianum quartum, Sigismundum tertium, Ioannem sextum, & Georgium quartum. Filiæ fuere ordine iuxta ætatis numeros, Catharina abbatissa S. Nicolai

colai: Magdalena, longè omnium consultissimi ac nobilissimi viri, D.D. Georgii Giengeri Vlmensis, FERDINANDI Romanorum regis, & Austriæ ducis, regentis Seriniorum præfecti, ac intimi consiliatii. coniunx longè honestissima. Reliquæ immatura morte abreptæ sunt: Barbara, Anna, Maria & Dorothea. Porrò ex filiis, Sebastianus item, & Sigismundus, fatorum iniquitate, ante Rhamnusiæ experimenta, rebus humanis exempti sunt.

34 MELCHIOR, duas in matrimonio claras fœminas babuit, videlicet Fœlicitatem à Rosis: & ista extincta, Margaretam Rechleryn. viuit adhuc senatus Augustani ornamentum singulare, dum hæc scriberemus, Consul.

35 IOANNES, Alberti Boiariæ ducis, qui hac tempestate rerum potitur, consiliarius ac aulicus. habet in matrimonio Nicolai Rabenhaupt, quond. in Austriæ cancellarii, filiam.

36 GEORGIVS hoc nomine in nobili prosapia quartus, cum post literarum decora ac ingenii cultum à primis annis acceptū, & data salubriter consilia, multas pro domo Austriæ & Ferdinando Caroloq; Romanorum Cæsaribus iussus esset legationes obire, belliq; studiis operam sedulam nauasset, ad postremum Sueuiæ ducatui præficitur, quem in hunc vsq; diem fœliciter ac prudenter pro domo Austriæ administrat. Qui ex Anna Leblyn à Greynburg genuit Maximilianum, Fridericum, Mariam & Annam.

37 MELCHIOR, Christophorus, & Ioannes Achilles, Melchioris superioris filii. Cæterùm primos huius nobilissimæ stirpis, cuius reliquiæ inter ciues Augustanos, vt diximus, supersunt, Auentinus Adalberonem & Vdiscalcum Illungios tradit, authores Vyepacensis cœnobii Boiarici.

COMITES DE MESSENHAVSEN.

1 PRIMVS anonymus, à Friderico secundo comes creatur, data illi in matrimonium Ruothena pellice, circa annum Domini 1215. ex qua duos filios genuit, Berchtoldum & Arnoldum.

2 BERCHTOLDVS, floruit anno 1261.

3 HENRICVS, frater Berchtoldi.

4 ARNOLDVS, frater superiorum, ex Gertrudi procreauit Engelscalcum & Arnoldum secundum. floruit anno Salutis 1303.

5 HENRICVS secundus, primi filius, vnicam filiam reliquit Agnetem, Lupoldo de Torryngen collocatam. floruit anno 1320.

6 ARNOLDVS secundus, primi filius, sepelitur Frisingæ: & ex domina de Greiffenberg, Fridericum & Gulielmum filios suscepit. Obiit anno 1349.

7 FRIDERICVS, Arnoldi secundi filius, anno Domini 1366. in viuis erat, & progenuit Vdalricum.

COMITES QVIDAM BOIARIAE, QVOrum genealogia mutila sunt.

COMITES à Malastorf: Honorius, cū filio Ernesto, abbatiam in castro suo Malasdorf prope Landeshutam excitauit, circa annum Domini 1100. Originem duxerunt à comitibus à Kirchperg Sueuis: quorum reperio Henricum, & filium eius Ernestum, arcem Malasdorf ad Lauatum amnem sitam, in cœnobium commutasse, quod Hartouicus Ratisponensis dedicauit, Burcardo primo abbate.

COM. à Reikersperg, Vuernherus, cum Dietburgi, sorore Gebhardi, Salisburgensis archiepiscopi, comitissa de Helfenstayn, fundauit ad Oenum Reikhersperg præpositura prædiuitem, anno 1074. Quorum filius Henricus à Reikhersperg, à Chunrado tertio citatur de anno 1145.

COM. à Kaczenberg: cuius prosapię Criczo refertur, tēplum S. Saluatoris prope Vilczhouen condidisse.

COM. de Burgeck, fundarunt Avu & Gors, notissima Boiariæ cœnobia.

COM. de Ckiemgavu, quo nomine Fridericus archiepiscopus Saltzeburgensis sub Ottone secundo floruit, substitutus in cathedra ista Heroldo Scyrensi.

COM. de Portengavu & Murrach, referuntur in Annalibus cœnobium Tegernsee locupletasse: quo nomine Vuolfradus & Chunradus annalibus ante plura secula celebrantur.

COM. de Gaissenhausen, cuius prosapiæ Henticus beato Vdalrico successit in episcopatu Augustensi.

SEQVVNTVR COMITES QVIDAM OLIM BOIARIÆ PRINCIPATVI SVBIECTI, QVI HODIE vel exempti, vel Sueuiæ Franconiæue attribuuntur.

COMITES AB OTTINGEN, IN RISA SVEuia, in finibus Boiariæ, ubi castra possident Horburg, Flachberg, Vualderstayn, & Ottingen, cum aliis quibusdam.

1 EBERHARDVS, citatur in diplomatibus de anno Domini 1130, cum Lupoldo de Lechsgmvnd, Vuendelino ab Ortenburg, & Eberhardo de Abensperg.

2 CVNO & Ludouicus, comites de Ottingen, floruere circa annum 1140. 10

3 IOACHIMVS, comes de Ottingen, scribitur in Annalibus vxorem habuisse comitissam ab Anhald.

4 CHVNRADVS, habuit in matrimonio Henrici postremi comitis ab Egeshaym Alsatiæ Landgrauii filiam: ratione cuius coniugii landgrauiatus superior Alsatiæ ad hunc deuolutus est, qui eum vendidit præsulibus ac cathedræ Argentoratensi, cum Elsaszabern & Ruffaeo oppidis.

5 LVDOVICVS, vixit anno 1205.

6 LVDOVICVS tertius, filius secundi, ex Margaretha comitissa de Zolern, circa annum Salutis 1230, procreauit Ludouicum quartum.

7 LVDOVICVS quartus ex Adelhaide comitissa de Harsperg, circa annum Redemptionis nostræ 1280, duos filios progenuit, Ludouicum quintum, & Chunradum secundum: & duas filias, quarum Sophia comiti à Casil, altera comiti à Sultzbach nuptę fuere. 20

8 CHVNRADVS secundus, ex Anna Landgrauii de Nurnbech filia, Ludouicum sextum procreauit: & vnam filiam, nuptam comiti à Vuirtenberg, circa annum 1315.

9 LVDOVICVS hoc nomine sextus, ex Agnete comitissa de Vuirtenberg duos filios procreauit, Fridericum, & Ludouicum septimum: & duas filias, quarum Irmengardis Adolpho Rheni palatino, & Anna marchioni à Baden nupsit.

10 LVDOVICVS hoc nomine septimus, ex Gueta, Alberti primi ducis Austriæ & Habsburgi comitis filia, duos filios tulit: Eberhardum canonicum Moguntinũ, & Albertum primum. filias pariter duas, quarum Elisabetha comiti ab Hohenloch, & altera comiti à Schaunburgh Austriaco collocatæ fuere. 30

11 ALBERTVS primus hoc nomine, circa annum humanę Redemptionis 1360. tres filios & duas natas suscepit: Ludouicum nonum, Fridericum secundum, & Ludouicum octauum. Filiarum, Sophia baroni de Kirchaym nupsit, Imagina semperlibero Friderico de Lympurgh.

12 FRIDERICVS hac nomenclatura secundus, ex domino de Carraria & Padua nihil tulit.

13 LVDOVICVS octauus, ex comitissa de Helfenstayn Gulielmum & Ludouicum decimum produxit. 40

14 CHVNRADVS, cognomento Schrumpf, in coniugio habuit Irmẽgardim, filiam Rudolphi comitis ab Hohenberg.

15 LVDOVICVS hoc nomine nonus, octaui & Friderici frater germanus, ex Alberto, circa annos floruit reparatæ Salutis 1359. & ex Landgrauia de Liechtenburg Ludouicum vndecimum genuit, & vnicam filiam Margaretham, Berchtoldo de Eberstayn comiti nuptam.

16 LVDOVICVS vndecimus, noni filius, ex comitissa à Schavunburgh tres filios, & vnam filiam procreauit, videlicet Ludouicum duodecimum, & duos Fridericos: quorum vnus episcopum Aichstetensem egit circa annum Domini 1383. filia Elisabeta Landgrauio à Liechtenburg collocatur. 50

17 LVDOVICVS duodecimus hoc nomine, duas habuit in matrimonio: primam Beatricem comitissam ab Helfenstayn, & alteram à Vuerdenbergh, vnde tulit duos filios: Ludouicum XIII, & Gulielmum secundum. & binas filias, Magdalenam abbatissam, & Annam vxorem Bernhardi senioris, marchionis de Baden.

18 FRIDERICVS quartus hac appellatione, Ludouici vndecimi filius, & duodecimi frater germanus, ex duabus coniugibus, Carrariensi vna, & altera Minsterburgensi ex Silesiis, tres filios, & quatuor filias procreauit: videlicet Gulielmum tertium, Vdalricum & Ioannem. Filiarum Anna comiti à Vuerdhaym, Imagina comiti à Bitsch, tertia comiti ab Hohenloch, & quarta comiti ab Helfenstayn collocatæ fuerunt.

19 IOANNES, ex comitissa Gorieensi Ludouicum decimumquartum progenuit, & Æmiliam Ludouico comiti ab Helfenstayn nuptam. Ludouicus verò decimus quartus ex tribus vxoribus nihil progenuerat. hæ erant, Veronica comitissa de Sunneberg, Eua comitissa de Anhald, & Magdalena comitissa de Montfort. Gessit bellum cum marescalcis de Pappenhaym & Biberbach pro Spilberg castro, anno 1440.

20 GVLIELMVS tertius hoc nomine, Friderici quarti filius, & Ioannis superioris frater germanus, ex Beatrice Veronensi de la Scala tres filios, & duas filias tulit: videlicet Fridericum episcopum Patauiensem, anno constitutum 1485. Ioannem secundum, & Vuolfgangum. Filiarum, Elisabeta baroni semperlibero de Lympurg, & Anna dapifero de Vualdburg nuptui traditæ fuere. Porrò Ioannes secundus ex domina de Ghunde Hānouiensi duas modò filias, Annam & Mariam, reliquerat: quarum vna Gulielmo baroni à Rogendorf Austriaco nupserat.

21 VVOLFGANGVS, Gulielmi filius, ex filia dapiferi à Vualdburg Carolum & Ludouicum decimum quintū progenuit. Qui Ludouicus ex Salome de Zolern Eufemiam natam, & duos filios tulit: Vuolfgangum secundum, & Ludouicum decimum sextum.

22 VDALRICVS hoc nomine in stirpe ista secundus, vulgò comes de Flochberg nominatus, Friderici quarti ex Carrariensi filius, & frater germanus Ioannis ac Gulielmi tertii, ex duab. vxoribus, videlicet Elisabeta comitissa de Schaunburg Austriaca, & Barbara à Constat Bohema, vnum filium Ioachimum progenuit, & duas filias: quarum Anna Ioanni ab Aichperg nupta fuit, & altera Margaretha abbatissam egit in Kirchaym.

23 IOACHIMVS, ex Dorothea comitissa ab Anhald Saxona, quatuor filios procreauit: videlicet Ludouicum decimum septimum, qui hodie Ottingam tenet: Martinum, qui Vualderstayn prope Nordlingum habitat: Carolum, qui Flochbergam habet: & N. qui in Harburg haud procul à Donavuerda ditionem tenet. Filiæ, Maria Georgio dapifero à Vualdburg, & Elisabeta Cyriaco à Pollhaym Austriaco collocatæ sunt. Nostra ætate viuunt Ludouici filii, Vuolfgangus Fridericus, qui Martini comitis filiam coniugem habet, & in Vuallerstayn habitat: Ludouicus, Vuilhelmus & Loth comites. Sub horum denique comitum tutela sunt, quorum & sunt fundationes, celebria sanctimonialium in Risa cœnobia Kirchen ac Symren: in quorum altero nostra memoria Martini comitis soror abbatissam agit.

COMITES ET BARONES A TRVHENDINgen, proximi Ottingensibus ad Vuernizam amnem ditionem habebant: à quibus burggrauii Norinbergenses emerunt Truhendingen, Bernhaym, Lautershaym, Colemberg, Altperg, & Bergl.

1 ERNESTVS, cum sororio suo Hardmanno à Lodenburg, construxit Anhusidm cœnobium ad Vuerniczam amnem, tempestate Starchandi episcopi Aichstadiani, anno Christi 965.

2 ALBERTVS, floruit anno incarnationis Diuinæ 1140.

3 FRIDERICVS & Adalbertus sepulti cernuntur in Eboracēsi cœnobio apud Ostrofrancos, Cunrado tertio imperante: quorum Fridericus reliquit alterum Fridericum, & duas filias: quarum altera Friderico duci à Tekh nupsit, altera Agnes virgo mansit.

4 FRIDERICVS secundus, superioris filius, author cœnobii Stahelberg, citatur in literis Vualdsassensibus, de anno 1227. reliquit duos natos, Fridericum canonicum, & Ludouicum.

5 LVDOVICVS, floruit circa annos à nato Christo 1265. progenuit Fridericum tertium.

6 FRIDERICVS hoc nomine tertius istius prosapiæ, duos filios procreauit: Fridericum quartum, & Vdalricum: & tres natas. quarum Elisabeth nupsit comiti à Maurstetten, altera Friderico duci à Tekh, & tertia virgo mansit.

7 VDALRICVS Friderici tertii filius, & quarti frater germanus, floruit circa annos 1309.

8 FRIDERICVS quartus hac appellatione, tres filios reliquit: Fridericum episcopum Babenbergensem, Ottonem & Cunradnm, quibus adnumeranda est soror Elisabeta.

9 OTTO, ex Margaretha coniuge nullam prolem tulit. sepelitur in Lankhaym cœnobio apud Nariscos, cui multa legauit.

10 CVNRADVS Friderici filius, & Ottonis germanus, ex coniuge Sophia vnicam progenuit filiam, Sophiam nomine, quæ Martinum quendam orbi dedit, & 15 Fridericū

omnes ſepulti in Lankhaym, cui cœnobio omnia prædia ferè comitatus ceſſere.

COMITES DE ORLEMVNDA, ET BLESSENburg, in finibus Oſtrofrancorum & Nariſcarum ditionem habebant, à comitibus Andecenſibus, Boiariis, Meraniæ ducibus deſcendentes. quorum ſacramenta quondam erant imbuta, Pleſſenberg, muniti ſsimum modo Burggrauiorum caſtrum; Culmbach, Bayrsdorf, Bernekh, Gelkrauden, Zuernicz, Grundlach, & Tebergg, quæ hodie burggraui magna ex parte poſsident, ab comitibus de Orlemund vel coempta, vel Imperatorum beneficio conceſſa.

1 BERCHTOLDVS, literis reperitur ſubſcripſiſſe de anno Salutis 1141. Credendum eſt, de ſtirpe Andecenſium fuiſſe, qui hocce habebant nomen peculiare.

2 HERMANNVS, citatur teſtis inter comites Boiariæ à Friderico ſecundo Imperatore datos Auſtriæ principibus, de anno 1235.

3 OTTO comes de Orlemund ac princeps Meraniæ, adſcriptus eſt in Miſtelfeldēſi cœnobio apud Nariſcas, qui ex Beatrice Othonem alterum progenuit, authorem Miſtelfeldenſis monaſterii in cœnobio Hymelkron, monialium apud Nariſcas.

4 PVELLVS cum ſororcula à propria matre interfectus, quę duciſſa Meranię fuerat, conditus, & pro martyre veneratus.

5 SIGISMVNDVS, ſepelitur in Curienſi monaſterio Veſtalium apud Voitlandos ſanctæ Claræ, de anno Salutis 1447. vbi etiam abbatiſſæ duæ de eodem ſtemmate fuerāt: Agnes, Anna, & Helena monialis.

COMITES DE HOHENLOE, ID EST ALTA flamma, in finibus Franconiæ, Vuirtenbergiæ, & Nariſcarum: à quibus burggrauii Norinbergenſes emerunt Kreilshaym & Kreglingen. Quorum & Mergetum fuerat, quod eſt hodie ſub ditione magiſtri generalis per Bruſsiam. Poſsident adhuc hodie in valle Kochertall, Thierberg, Ingeltingen, Syndringen, Steten, Vorchtemberg, & Nagelſperg oppida.

1 HERMANNVS, primus comes ab Hohenloe, ex Adelhaide comitiſſa ab Egershaym, Theoderici primi Landgrauii Alſatiæ ab Ottone tertio conſtituti filia, genuit Sigefridum & Gerhardum.

2 GERHARDVS, genuit Sigefridum ſecundum, Erhardum & Eberhardum.

3 GOTOFRIDVS dominus Romandiolæ exul, primus ſe ab Alta flamma comitem vocauit, agro in Francorum finibus comparato ad Kocherum amnem. floruit ſub Friderico primo Imperatore.

4 GOTOFRIDVS ſecundus, & Chunradus, ſub Friderico ſecundo Cæſare vixerunt. quorum Gotofridus vndecimus, magiſter templi domini in Palæſtina, amiſſa Accona fratres ordinis in Germaniam duxit, & cum his aliorumq; principum & comitum auxilio Bruſſiam ingreſſus, & ad fidem Chriſti & ſub ordinis obſequium coegit. Atq; is fortè ordini Mergetum oppidum & Vuikhershaym ad Tuberam amnem donauit.

5 CRAFFTO, floruit circa annum 1250. reliquit Crafftonem ſecundum, & duas filias, quarū Agnes Cunrado burggrauio Norinbergenſi nupſit, altera verò comiti cuidam de Montfort.

6 CRAFFTO ſecundus in hac ſtirpe, floruit circa annos Salutis reparatæ 1300. & Vdalricum filium reliquit.

7 VDALRICVS, ex comitiſſa à Vuirtenberg Crafftonem tertium progenuit, & Gotofridum tertium, epiſcopum Vuirczeburgenſem, electum 1318. & Adelhaidem, quæ comiti ab Helfenſtayn collocata erat.

8 CRAFFTO tertius iſthoc nomine, ex landgrauia de Leuchtenburg quattuor filios progenuit, videlicet Albertum, Ludouicum aduocatum Eboracenſis cœnobii apud Oſtofrancos, qui vixerat circa annum 1360: Albertum ſecundum Herbipolenſem præſulem, electum anno 1340: & Fridericum antiſtitem Babenbergenſem, eodem anno conſecratum.

9 ALBERTVS primus, ex Eliſabeta comitiſſa de Heningau, Crafftonem quartum dedit.

10 CRAFFTO quartus, ex comitiſſa Ottingenſi tres filios, & vnam filiam progenuit; videlicet Crafftonem quintum, Gotofridum quartum, & Georgium epiſcopum Patauienſem, electum anno 1388. Irmengardis filia nupſit comiti cuidam à Naſſovu.

11 GOTO-

11 GOTOFRIDVS, quartus ista appellatione, ex comitissa de Hennenberg Gotofridum quiorum, Gerlacum & Goezonem procreauit, qui burggrauiis Noriobergensibus vendidere Chreotzhaym, Vuasserdruhendingen, & Vffingen. hoc factum adserunt Annales, quòd eorum vnus Romani regis filiam duxisset: cuius luxui cum vellet conniuere, ad hanc redactus necessitatem fuerat.

12 CRAFFTO quintus quarti filius, & Gotofridi quarti germanus, ex Helena Vuirtenbergensi, Vdalrici filia, quatuor filios, & quinq; filias genuit: videlicet Ludouicum & Philippum canonicos Colonienses & Argentinenses: Sigismundum canonicum Augustanum, decanum Argentoratensem: Georgium, qui comitissam a Sultz habebat in coniugio: & Albertum. Filiarum Margaretha Alexādro Rheni Palatino, comiti Sponhaymēsi: Elisabeta, Vuolfgango comiti à Leonstayn, nuptum traditæ fuere. Cæteræ sanctimoniales extitere, Clara in Staynach, Catharina 10 Kirchen, & Helena in Liechtstern.

13 ALBERTVS, ex Vuandelberga comitissa à Zolern. Nostra verò tempestate viuit Ludouicus Cazimirus comes ab Hohenloe, cum filiis & cognatis.

SEQVVNTVR BOIARIÆ BOIORVMQVE GENTIS ANTIQVÆ MVNIA PROVINCIALIA, atque dignitates hæreditariæ.

MARESCALCI DE DORNSPERG, KVLENtal & Bogsperg, quorum aliqui & Dapiferi fuere. Erant sanguine iuncti marescalcis à Pappenhaym.

1 IORDANVS & Insarus, inter proceres Bauariæ citantur de anno 1120.

2 SIGEFRIDVS, progenuit Sigefridum alterum. Cuius frater Marquardus, Arnoldum monachum reliquit, & Gertrudem monialem. Citatur verò Sigefridus de anno Domini 1130.

3 SIGEFRIDVS secundus, floruit circa annum Salutis 1152. & genuit Sigefridum tertium, & Salomen monialem.

4 SIGEFRIDVS tertius in familia hoc nomine floruit circa annum 1220. & Sigefridum quartum reliquit.

5 SIGEFRIDVS quartus, ex coniuge ingenua de Reichen, Henricum & Sigefridum quintum procreauit. Vixit anno currente 1241.

6 SIGEFRIDVS quintus, Henricum filium genuit, & Annam marescalco à Pappenhaym locatam. Floruit anno 1260.

7 HENRICVS primus, quarti Sigefridi filius, & quinti frater germanus, cognomento dapifer de Culentall, ex Guta à Gumpenberg reliquit Sigefridū sextum, & Berchtoldum.

8 HENRICVS secundus hoc nomine, Sigefridi quinti natus, floruit & citatur de anno 1270.

9 SIGEFRIDVS septimus in stirpe, Henrici primi filius: ex Sophia de Eisenburg genuit Berchtoldum secundum, & Sigefridum octauum, cui vxor fuerat ingenua de Vuildenvuard.

10 HENRICVS quartus, & Berchtoldus secundus, floruere anno 1300. Quorum Berchtoldus coniugem a Fronberg habuerat, vulgò & in diplomatibus appellatus dapifer de Culentall.

11 BERCHTOLDVS tertius, filius Sigefridi sexti, ex domina de Haglē Sigefridum octauum tulit, qui in sua linea postremus fuerat, & obierat circa annum 1400.

12 HENRICVS tertius, Sigefridi quarti filius, de altera linea, progenuit Henricum quintum, & Sigefridum nonum, cognomento Marescalcum de Oberdorf. Cuius filius Henricus quintus ex coniuge a Matzofues lineam sui generis, hoc est secundam, de qua loquimur, deseruit ac finiuit.

13 SIGEFRIDVS sextus, floruit circa annum Incarnationis 1260. & ex filia marescalci à Biberbach progenuit Engelhardum, Sigefridum decimum, Henricum sextum: & duas filias, quarum vna nupsit marescalco à Biberbach, altera verò ingenuo ab Hohenekh, anno currente circiter 1291.

SIGEFRIDVS decimus, cognomento Marescalcus de Oberdorf, ex ingenua de Hohenekh genuit Vdalricum, & Sigefridum canonicū Augustanum. floruit circa annum Domini 1290.

ENGELHARDVS Sigefridi sexti filius, anno currente circiter 1281, genuit Sigefridum vndecimū, & filiam nuptam nobili de Halyn.

VDAL- SIGE-

VDALRICVS, ex ingenua de Vuesternach, circa annum Salutis 1300. progenuit Vdalricum secundum, & Sigefridum duodecimum.

SIGEFRIDVS duodecimus, in diplomatib. appellatur marescalcus de Pogsberg, circa ann. 1336, ex Imagina de Reichenbach tulit Sigefridum decimum tertium, & Henricum septimū. Quorum Sigefridum cognominem filium reliquit, appellatum de Fayningen.

HENRICVS septimus, Vdalricum quartum & Henricum octauum tulit, ac Ioannem marescalcum appellatum à Bogsperg, 1370.

HENRICVS octauus, vulgò Marescalcus de Oligen, tres filios suscepit, Vdalricum quintum, Sigefridum decimum quintum, Gesouinum, & Sophiam filiam libero à Rechperg nuptam.

VDALRICVS, quintus hoc nomine in stirpe, ex ingenua de Haslyngē, Sigefridum decimum sextum.

SIGEFRIDVS decimussextus, ex cognomēto Marescalcus de Haushaym, ex ingenua pincernæ Bauariç à Geyrn filia, Ludouicum & Parceuallum tulit. Qui ex vna de Riethaym Luciam filiam reliquit, Henrico de Fronberg nuptam. floruit circa annum 1400.

GESSOVINVS, ex ingenua de Schmyhen, Engelhardum tulit.

ENGELHARDVS Gesouini frater, secūdus in stirpe, ex ingenua Opferyn procreauit Gesouinum secundum, & Vuolfgangum: & filiam nobili de Nusberg nuptam.

VVOLFGANGVS, ex ingenua de Sumētingen, Engelhardum tertium reliquit. Floruerunt porrò circa annum Domini 1407, in fœdere quodam Sueuiæ nobilium commemorati marescalci à Dornsperg, Sito, vulgò Seytz, cum filiis Sitone & Parzaualo, vnà cum Gesouieo ac Engelhardo marescalcis de Dornsperg, & Vuilhelmo marescalco de Pogsperg: qui omnes erāt eiusdem prosapiæ fratrueles & patrueles.

SIGEFRIDVS vndecimus, Engelhardi filius, ex Anna de Kacznstayn circa annum ferè 1312, Vdalricum tertium & Hardegonem procreauit, & duas filias: quarum vna Marescalco de Arningē, & altera domino de Gussemberg in Sueuia nupsit.

VDALRICVS tertius, ex duabus vxoribus, de Hohenfels, & altera Anna de Gumpenberg, circa annum 1366. progenuit Hiltebrandum, Sigefridum quartum decimum, Vdalricum quintum, & Hardegonem secundum canonicum.

HILTEBRANDVS, ex coniuge de Vuelden vnicam filiam genuit, ingenuo cuidam à Stayn nuptam.

VDALRICVS quintus, ex Elisabeta de Gumpēberg filiam tulit, locatam domino à Schellenberg.

SIGEFRIDVS quartus decimus, frater germanus Vdalrici quinti, & Hiltebrandi, vulgò Marescalcus à Pogsperg, ex coniuge à Preysingen tulit Vdalricum septimum, & duas filias: quarum vna monasticen professa, altera nupsit Baroni à Bragmont.

VDALRICVS septimus, ex ingenua de Bremberg, Egidium marescalcum tulit, & duas filias: vnam ingenuo de Homburg, & alteram nobili de Frōberg collocatam.

EGIDIVS, ex coniuge de Riethaym genuit Sebastianum, Ioannem, & Vdalricum octauum: & filiam locatam ingenuo de Gundelczhaym.

SEBASTIANVS, ex vna de Gumpenberg Vdalricum nonum reliquit.

BVRCARDVS, nostra memoria floruit.

SVPERIORIS BAVARIAE MARESCALCI DE GUMPENBERG.

1 HILDEBRANDVS, marescalcus de Gumpenberg, circa annum 1280. floruit, & Henricum filium cum duabus filiabus reliquit: quarum Guta dapifero de Culentall nupsit.

2 HENRICVS, ex Clara à Pappenhaym, annum circiter 1330, Ioannem, Henricum, Stephanum, & filiam reliquit Vdalrico marescalco de Oberdorf nuptam. ipse Hēricus senior Ludouici IIII. Imperatoris vicedominus, seu quæstor erat.

3 HENRICVS, hoc nomine secundus, in prosapia, ex cognomento marescalcus à Schernekh, progenuit Ioannem secundum, Chunradum, & Elisabetham Vdalrico marescalco de Oberdorf nuptam.

4 IOANNES, Ioannem tertium genuit, & duas filias: Barbaram Megselrayneryn, & Margaretham.

5 IOANNES tertius ex coniuge Catharina Cunradum secundum, Georgium, Casparum & filiam Beatricem procreauit, Ioanni marescalco de Biberbach nuptam.

6 GEORGIVS, ex ingenua à Schmyhen Georgium secundū, & Eberhardū, produxit. quorū Georgius tertiū Georgium suscepit, ex Hilaria filia Erasmi marescalci de Biberbach. Et is iterum, tertius inquam Georgius, Georgium quartum, Ioannē & Alexandrū

7 STE-

7 STEPHANVS Henrici secundi, de quo suprà facta est mentio, frater germanus, Henrici primi ex Pappenhaymensi filius, ex ingenua de Bogsperg, cuius mater fuerat vna de Kyndsckh, progenuit Henricum quartum, Stephanum secundum, & Ioannem commendatorem. filiam denique abbatissam in Schonfeld. Qui partem comitatus Moringẽsis in Bauaria vendiderunt Erchengero marescalco à Pappenhaym, anno 1414.

8 HENRICVS hoc nomine in familia quartus, ex duabus vxorib9, Zeugeryn, & altera Sibylla de Biberbach, vidua Vuolfgangi Hopfinger, circa annum Domini 1416, genuit Henricum quintum, & Christophorum. quorum Christophorus ex ingenua à Stettẽ nihil tulit. Sorores illorum, vna nobili Bauariæ à Tamberg, altera Vuilhelmo nobili Sneuiæ equiti à Freyberg nupsit.

9 HENRICVS hoc nomine in genere isto quintus, ex coniuge sua Pflugyn, cuius mater fuerat Libera à Rechsperg, progenuit Leonhardum, Vuolfgãgum, & Ioannem canonicum Ratisponensem.

10 VVOLFGANGVS, ex Hilaria marescalci de Biberbach filia, tulit Vualtsarem, & Casparum canonicum Ratisponensem.

11 VVALTHASAR Vuolfgangi filius, Ioannem & Harduicum procreauit.

12 EBERHARDVS filius Georgii, nepos Ioannis: Georgii secundi frater germanus, ex ingenua de Sekhendorf Georgium tertium, Vualterum & Sebastianum commẽdatorem tulit. Vnamq; filiam, nobili viro à Ramyngen collocatam.

13 VVALTHERVS, ex Magdalena à Konner, camerarii Sueuiæ filia, Vualtherum secundum, & Catharinam à Gemmyngen procreauit.

14 VVALTHERVS secundus, prioris filius ex ingenua à Vualdekh Ambrosium canonicum genuit.

15 GEORGIVS tertius hac appellatione in familia, frater Vualtheri secundi, & primi filius, ex Barbara à Camer suscepit Vuilhelmum, Vuolfgangum, & Margaretham coniugem liberi de Torringen.

16 VVILHELMVS, in coniugio habuit ingenuam de Adelmanshusen.

17 VVOLFGANGVS hoc nomine tertius, in matrimonio habuit vnam Zelteryn.

18 ALEXANDER & Ioannes, filii Georgii tertii: quorum Alexander Ambrosium genuit. Huius soror ingenuo à Paulsdorf nupta fuerat. Ambrosius adhuc viuit canonicus Ratisponensis & Frisingensis, præpositus Basiliensis, vir memoria posteritatis nõ indignus.

DAPIFERI DE CVLENTALL, IIDEM sunt, quos antea enumerauimus Marescalcos de Dornsperg.

DAPIFERI de Vualvuurstetẽ: Rabanus huius stirpis, circa annum Domini 1340, canonicum Aichstetensem egit. & postea ad apicem Episcopii ibidem vocatus, floruit adhuc circa annum Domini 1380.

PINCERNAE DE REICHENECK.

PINCERNÆ de Avue: Ludouicus à Rudolpho duce Bauariæ Schvuahekh castro præficitur, anno Domini 1298, in bello aduersus Sigefridum episcopum Augustanum.

LIBERORVM DE TORRINGEN GEnealogia, in quorum candidis insignibus erant tres rosæ rubræ.

1 VVELTBOLDVS, ex ingenua de Vitenhach procreauit quatuor filios, & tres filias: videlicet Ioannem, Chunradum, Fridericum, Sigefridum: Agnetem domini ab Vetendorf, Sophiam ingenui à Grensyn coniugem, & tertiam cuidam ah Herskirchen locatam.

2 FRIDERICVS, Vuiliboldi filius, gennit duos filios, Henricum & Thomam: & filias tres, quarum Apollonia nupsit comiti à Degernbach, Sigeua domino à Leyningen, & Barbara Rapolto de Petra, pincernæ de Augia.

3 HENRICVS, filius Friderici, floruit circa annum Salutis nostræ 1210, & procreauit Ioannem secundum, Sigefridum secundum, & Rapoltum. Filiarum, Vrsula ingenuo à Preysingen, Agnes libero de Fronhouen, & tertia nobili equiti de Altoruechlen, nupsere.

4 IOANNES Henrici filius, ex nobili de Fronhouen progenuit Fridericum, Vdiscalcum, Thomam, & Agnetem pincernæ de Augia nuptam.

5 FRIDERICVS, ex Agnete baronissa de Seuelden procreauit Casparum, Ioannem tertium, Sigefridum tertium, Georgium, & duas filias: quarum Kunigundis domino

à Grensen, & altera ingenuo de Herskirchen desponsatur. floruerunt omnes isti circa annum Domini 1284.

6 CASPAR filius Friderici, ex ingenua de Herskirchen, Ioannem quartum, & Hēricum tulit.

7 HENRICUS, ex Margaretha de Mermeson procreauit Fridericum secundum, Casparum secundum, & Rapoldum tertium: quorum Caspar ingenuam à Vualdenvuard in matrimonio habuit.

8 FRIDERICUS hoc nomine in stirpe secundus, cognomento de Vttenbach, ex Agnete libera de Fronhouen tulit Rapoltum quartum, Ioannem quartum, Casparum tertium: & filias, quarum Anna marescalco à Pappenhaym, secunda comiti de Messenhusen, tertia nobili de Herskirchen copulantur, quarta denique alicuius de Buochperg coniunx extitit. floruerunt circa annum 1300.

9 Caspar, hoc nomine secundus Friderici filius, ex ingenua de Herskyrchen progenuit Ioannem quintum, & Henricum tertium.

10 HENRICUS hoc nomine tertius, ex Margaretha baronissa à Gundelfingen tulit Georgium & Vuilhelmum, quorum Georgius ex ingenua de Wolfstayn filiam reliquit, Georgii à Losenstriæ regali coniugem.

11 VVILHELMUS Henrici filius, ex Barbara de Preysingen, & altera coniuge Catharina de Fronberg, tulit Georgium quartum, & Sigefridum.

12 GEORGIUS hoc nomine in prosapia quartus, Vuilhelmi filius, ex Barbara de Taufkirchē genuit Bernhardum, Vitum, & Vrsulam à Benczenau. Cuius frater Vuilhelmus iunior ex cognomento de Bekenstayn, ex Æmylia de Seibelsdorf, Vuilhelmum tertium reliquit, qui vixit anno Salutis 1482.

13 RAPOLTUS hoc nomine quintus in familia, Friderici filius, & Casparis frater germanus, ex comitissa de Messenhusen produxit Rapoldum sextum, Vualtherum, Fridericum, & filias: quarum Anna marescalco de Biberbach Vuilhelmo, altera alicui de Vuildenvuard nupsere.

14 VVALTHASAR, vel Vualtherus secundum alios, ex coniuge Closneryn, Ioannem sextum, Sigefridum, & Osualdum genuit.

15 OSVALDUS, ex ingenua de Leyningen Osualdum secundum procreauit.

16 OSVALDUS secundus, ex domina à Fronberg Georgium reliquit, hoc nomine in stirpe quintum.

17 GEORGIUS quintus suæ appellationis, ex Agnete de Lechsperg genuit Adamū, Sigefridum, & duas filias: Anastasiam, domino ab Hassenstayn Bohemo: & alteram, cuidam Nothafft desponsatam.

18 SIGEFRIDUS, Osualdum tertium, & Casparum quartum.

19 VITUS, ex cognomento Dominus in Iberbach, Georgii filius, ex Magdalena de Kamberg progenuit Ioannem septimum, & duas filias; quarum Margaretha ingenuo à Taufkyrchen, & altera alicui à Stouffen & Erenfels collocatur.

LIBERORUM A FRONHOVEN GENEAlogia, in quorum rubris insignibus per longum sectio candida transit.

1 CASPAR, ex Sophia comitissa à Zolern, circa annum Domini 1310, genuit Georgium.

2 GEORGIUS, ex Anna à Preysingen, Vuilhelmum procreauit, anno labente 1336.

3 VVILHELMUS, ex Anna quadam coniuge Vuilhelmum secundum reliquit, qui floruit anno 1366.

4 VVILHELMUS secundus hoc nomine, ex Clara comitissa à Montfort Henricum & Theseum tulit, anno incarnationis Dominicæ 1391. Reliquit & filias, Claram & Catharinam.

5 HENRICUS, ex ingenua à Buochperg duas filias suscepit: quarum Margaretha libero Gaudentio à Rechperg, Clara alicui de Fronberg traditæ sunt.

6 THESEUS, frater germanus Henrici, duas habuit in matrimonio: Annam à Nußberg, & Margaretham de Peneczenavu. Ex quibus circa annos 1410. genuit Georgium, Ioannem, Martinum, Iacobum, Catharinam Fronbergerinam, & alteram baroni ab Haydekh locatam.

7 IOANNES, Thesei filius, ex ingenua de Fronberg Iacobum reliquit.

8 IACOBVS, ex Barbara de Vuolkhenstayn baronissa Tyrolensi, Annam filiam tulit, Vdalrico marescalco à Pappenhaym nuptam.

9 GEORGIVS, frater Ioannis, alter Thesei filius, ex Veronica à Fröberg Iacobum & Catharinam genuit.

10 MARTINVS, frater Ioannis & Georgii, ex Anna Kretzeryn progenuit Theseum secundum, Ioannem, Wolfgangum, Margaretham, & Barbaram coniugem Vualtheri de Vuerdenavu.

11 WOLFGANGVS, Martini filius habuit in coniugio ingenuam Trauneryn.

LIBERI AB HAYDECK.

1 BERNHARDVS, floruit circa annum Domini 1292.

2 CVNRADVS, Georgius, & Hiltebrandus, anno 1355.

3 GEORGIVS, & Wilhelmus, 1360.

4 WILHELMVS, genuit Georgium, Herbrandum, & Ioannem.

5 HERBRANDVS, ex ingenua de Sikhyogen produxit, circa annum Salutis 1381. Fridericum.

6 FRIDERICVS, ex Beatrice ducissa à Dekh Ioannem tulit, anno incarnationis Dominicæ 1410.

LIBERI BARONES A LABER.

1 HADAMARVS, floruit anno Salutis 1260.

2 HARDMANNVS, ex Otilia filia pincernæ ab Erpach, tulit Dorótheam nuptam Chuorado filio iunioris Haubtonis marescalci de Pappenhaym, anno incarnationis Domini 1460.

LIBERI A SEVELD.

1 MARQVARDVS, Ludouici quarti Imperatoris consiliarius erat, circa annum Domini 1324.

LIBERI A REICHENBACH, ET STRAVlenberg: in quorum armis erat sagitta aureum ferrum, in atro clypeo.

1 CHVNRADVS: ex Erentrude comitissa de Habsburg, circa annum millesimum procreauit Hedvuigem filiam, nuptam Rudolpho regi Burgundiæ. Fundauit autem Elvuagense primus cœnobium, & possidebat oppidum Schneissen inibi situm.

2 CHVNRADVS secundus hoc nomine, floruit circa annum 1168.

3 REYNHARDVS, anno 1270. ad famam venit.

4 ANONYMVS quispiam de Reichenbach, circa anoum Domini 1290, legitur filiam suam Guttam nuptui tradidisse marescalco a Callatin.

5 HENRICVS, duxit vxorem filiam marescalci ab Oberdorf, anno à nato Christo 1130.

6 HENRICVS, iunior, vixit anno 1361.

Nos ipsi vidimus hoc nomine quendam optimæ spei adolescentem, qui in obsidione Budensi à Thurcis in fuga Christianorum comprehensus, occisus est, anno Domini 1541.

INGENVI BOIARIAE DE HOHENVELS.

1 CHVNRADVS, floruit anno 1210, & reliquit Philippum & Chunradum.

2 CHVNRADVS hoc nomine secundus, circa annum Salutis nostræ 1240, genuit Fridericum.

3 FRIDERICVS, anno in viuis fuerat 1270.

4 ALBERTVS, præsulem Aichstetensem egit anno labente 1344.

5 GEORGIVS & Wolfgangus, anno in fama erant 1361.

6 WALTHERVS, circa annum 1377, progenuit ex filia Vdalrici de Oberdorf Fridericum. ipse in bello occubuit 1377.

7 FRIDERICVS claruit apud Boios circa annum adhuc 1355.

INGENVI BOIARIAE DE AICHBERG.

1 GVNTHERVS, ex ingenua de Brennberg Hiltebrandum, Georgium & Henricum tulit.

2 GEORGIVS, duos filios reliquit, Gebhardum & Barcefalonem.

3 GEBHARDVS, ex ingenua de Fronberg Ioannem tulit.

4 IOANNES, duas sortitus vxores, baronissam à Croy Belgam, & alteram comitissam ab Ottingen, reliquit tres filias: quarum vna nupsit Vdalrico comiti ab Ortenburgh, secunda ingenuo de Leyningen, tertia domino à Degenberg, quarta nobili equiti de Oberhag.

5 HENRICVS, frater Georgii & Guntheri, ex nobili fœmina à Fronberg Georgium secundum tulit, & filiam locatam alicui de Fronberg.

6 HILTEBRANDVS, Guntheri filius, ex coniuge Zengerina Vuilhelmum procreauit.

7 WILHELMVS, ex ingenua à Vuolfstayn apud Ostrofrancos, liberos post se reliquit, quos nondum deprehendere potui. Fertur habuisse & alteram coniugem ab Oberdorf.

INGENVI DE VVEILHAYM.

1 BERNHARDVS à Vueilhaym, literis citatus reperitur de ann. 1120, genuit Bernhardum secundum, & Nordbertum abbatem, qui sedit circa annum Salutis 1140.

2 BERNHARDVS secundus, genuit Bernhardum tertium, & Berchroldum annum circa 1150.

3 BERNHARDVS tertius, genuit Henricum & Gabeonem, circa annum Salutis 1175.

4 HENRICVS, Bernhardi tertii filius, anno currente 1218. procreauit Henricum alterum, Ortolphum, Gebhardum, Henricum canonicum Frisingensem, & Agnetem de Seueld.

5 GEBHARDVS, circa annum Salutis nostræ genuit Henricum, Gebhardum, & Elisabetam de Riede.

6 HENRICVS, primi filius, aulicus Rudolphi Habsburgensis Cæsaris, pagum Vezingen ab Hiltebrando marescalco de Pappenhaym feudo accepit, anno 1308.

7 HENRICVS, anno Salutis reparatæ 1297, Hartmannum reliquit.

8 HARTMANNVS, progenuit Vualtherum & Ortolphum, qui floruere circa annum 1340.

INGENVI DE STAYNHAYM.

1 SIGEFRIDVS, reliquit alterum Sigefridum, Vuilhelmum, Chunradum & Eberhardum.

2 EBERHARDVS, ex Agnete à Vuesterriach genuit Henricum, Ioannem, Sigefridum & Vuilhelmum commendatorem.

3 VVILHELMVS, frater Eberhardi ex coniuge de Harlingen Sigefridum tertium progenuit.

4 SIGEFRIDVS tertius, ex Margaretha de Buchel Ioannem & Sigefridum quartum progenuit.

5 IOANNES, ex duabus vxoribus, Elisabetha de Bernstad, & altera de Schmyhen, Henricum produxit

6 HENRICVS, floruit circa annum Domini 1480, & ex ingenua de Rot Bernhardum, Ioannem, & Michaelem progenuit.

7 IOANNES, ex coniuge à Rot, Georgium, Genenam & Mariam procreauit anno labente 1500.

INGENVI DE VVILDENAVV.

1 GEORGIVS, ex ingenua de Nusdorf procreauit Fridericum, & duas filias: vnam locatam nobili equiti à Grausen, Agnetem: alteram, ingenuo de Leymingen.

2 FRIDERICVS, ex quadam ingenua Forsteryn tulit Georgium, & duas filias, Vualburgim, locatam nobili Bauariæ equiti Nothafft, & Catharinam Lauberyn.

3 GEORGIVS secundus hoc nomine, ex Barbara à Rot tulit Georgium, Fridericum, Henricum, & tres filias, Barbaram locatam pincernæ ab Avu, Agnetem de Parsperg, & tertiam

4 HENRICVS, ex filia liberi à Tortingen procreauit Richerum, Henricum, Ermentrudim à Taufkirchen, & alteram Henrico Nothafft nuptam.

5 HENRICVS secundus hoc nomine, ex ingenua à Paulsdorf Georgium & Vincentium de Aham procreauit.

6 GEORGIVS, duas habuit in matrimonio claras fœminas; vnam à Sundhaym, & alteram à Vualdekh. vnde progenuit Vuilhelmum, Vitum & Georgium. Quorum Vitus ex coniuge à Bentzenavu Vuilhelmum secundum produxit, & Casparum de Aham.

7 VVILHELMVS, ex vna Stekhyn de Stekhalekh, Diepoldum & Casparū genuit.

8 CASPARVS, ex ingenua Megfelrayneryn Benedictum de Aham filiū reliquit.

9 GEORGIVS, frater Vuilhelmi ex ingenua à Preysingen, Georgium & Laurentium de Aham tulit.

10 LAVRENTIVS, ex nobili de Fronhouen, Georgium secundum procreauit. Cui vxor fuerat ingenua à Rod.

11 VVILHELMVS hoc nomine tertius, ex ingenua ab Ahem Erasmum protulit, & tres filias: videlicet Dorotheam Zengeryn, Heczenakheryn, & tertiam *

12 ERASMVS, progenuit Henricum, Vuolfgangum, Vigilium, & Barbaram à Fröſberg, alteramq; ingenuo ab Aichperg nuptam.

13 HENRICVS, ex ingenua à Gumpenberg Vuolfgangum procreauit: & duas filias, nuptas Vuolfgango à Preisingen, & Vigilio de Fronhouen.

INGENVI A PENCZENAVV ET CAMER.

1 VVARDMVNDVS, floruit circa annum Domini 1300.

2 OTTO, ex ingenua de Haldenberg Ludouicum genuit.

3 LVDOVICVS, ex nobili de Reischach procreauit Ioannem.

4 IOANNES, ex Vrsula à Freyberg Vuernherum, Ioannem, Ottonem, Stephanum, Dorotheam & Agnetem genuit, coniugem Stephani à Schuangau. Quorum Ioannes canonicus Frisingensis fuit.

5 VVERNHERVS, ex Dorothea à Knovuingen, cuius mater fuerat baronissa à Klingenstayn, progenuit Ioannem secundum, & Annam coniugem Sigismundi de Vuelden.

6 IOANNES hoc nomine secundus, coniugem habuit baronissam à Rapperstayn.

7 OTTO, frater Vuernheri, Ioannis primi filius, ex Elisabetha sorore Ioannis à Fronsperg, & altera ingenua à Bergen, progenuit Ottonem quintum, Georgium, Vuilhelmum, & Lupoldum.

8 OTTO tertius hoc nomine in prosapia, ex nobili ab Alpibus genuit filiam, coniugem Cunradi à Braytenstayn.

9 GEORGIVS, ex ingenua à Vualdenfels, cuius mater fuerat vna à Brandenberg, genuit Georgium, & Ioannem: quem Maximilianus Cæsar obsessum in arce Kopstayn, captumq; capite adfecit.

10 GEORGIVS hoc nomine tertius in stirpe, duas habuit in matrimonio, ingenuam de Caminata, & alteram à Diessen. ex quibus progenuit Simpertū, Andream, Georgium, Ioannem, Martinum, Catharinam, Margaretham & Apolloniam.

11 SIMBERTVS, ex Kunigunde à Klingenstayn tulit Ottonem, Iacobum, Christophorum, Benignam, Margaretham, Annam & Barbaram.

12 LVDOVICVS & Fridericus procreauerunt nostra memoria Ioannem Fridericum, Ioannem Chunradum, & alios plerosq; canonicos. Horum alterius filia nupsit Michaeli à Preysingen.

INGENVI A PREYSINGEN, QVI IN RVbris armis alba mœnia gerunt, quorum aliqui à Kravuynkhel cognominabantur.

1 ALBERTVS, citatur in literis de anno Domini 1130. vnà cū Sigefrido de Dornſperg, & Sigefrido de Camberg.

2 ALBERTVS secundus, floruit circa annum Domini 1230, cuius soror Vrsula domini à Torringen coniunx fuerat.

3 HENRICVS, vixit annum circa 1260.

4 CHVNRADVS, anno 1270.

5 GEORGIVS, vulgò à Cranynkh nuncupatus, reliquit Rudolphum, Fridericum, & Chunradum.

6 RVDOLPHVS, coniugem habuit de Altornchlen.

7 FRIDERICVS, Rudolphi frater, filiam liberi à Torryngen in coniugio habuerat.

8 HENRICVS secundus, frater Georgii, Thomam progenuit, & Barbaram filiam Wilhelmi à Torringen. erat Ludouici quarti Cæsaris consiliarius, circa annum 1324.

9 THOMAS, Henrici filius, circa annum Salutis reparatæ 1390. Wolfgangum tulit: & duas filias: quarum vna Henrico marescalco à Pappenhaym nupsit, altera marescalco de Oberdorf.

10 WOLFGANGVS, ex ducissa à Tekh circa annum 1400, Erasmum, Wolfgangum, & duas filias genuit: quarum vnam Georgius de Aham, alteram Vuilhelmus de Aham, vxores duxere.

11 RVDOLPHVS, ex Anna de Pogsberg filiam tulit, Thomæ de Frouberg collocatam: & filios, qui sequuntur.

12 SIMON & Erasmus procreauerunt, qui nostra memoria clarent. Inter quos Ioãnes, Vuolfgangus, Philippus & Michael, belli studiis celeberrimi. hoc cognomine superest & Vuolfgangus Henricus canonicus.

INGENVI A MEXLRÄYN.

1 OTTO, ex coniuge à Schonekh Vuilhelmum procreauit.

2 VVILHELMVS, duas consecutus est vxores: vnam à Bogsperg, & alteram à Frõberg. ex quibus tres filios tulit, Vuilhelmum, Ioannem & Ludouicum, & vnam filiam ingenuo ab Aham nuptam.

3 VVILHELMVS secundus hoc nomine, ex ingenua de Gumpenberg, Bernhardum & Ioannem suscepit. Dicitur in matrimonio habuisse & Annam marescalci à Dornsperg filiam.

4 IOANNES, Vuilhelmi frater germanus, ex Barbara à Gumpenberg Vuilhelmum tertium, & duas filias tulit: vnam Georgio à Fronberg, & alteram alteri à Fronberg nuptas.

5 VVILHELMVS tertius hoc nomine, ex Veronica à Seibolstorf progenuit Christophorum præpositum, & Margaretham vxorem Christophori Fugs in Kopfstayn.

6 LVDOVICVS, Ioannis frater, & Vuilhelmi primi filius, secundiq; frater germanus, ex Anna de Rietham tulit Vitum, Sebastianum & Georgium.

7 VITVS, ex ingenua de Vualdekh, Vuolfgangum & Magdalenam à Gumpẽberg procreauit, ac Veronicam nescio cui nuptam.

8 SIGISMVNDVS, Viti frater germanus, ex nobilissima fœmina Augustana Fuggeryn Reginam reliquit, Vuolfgango à Schellenberg nuptam.

INGENVI A SEIBOLDSTORF, QVORVM extat domicilium hoc nomine haud procul à Biburgo. Horum aliqui à Schekenavn cognominabantur.

1 HENRICVS, ex ingenua à Berbing genuit Vuernerum, Sigismundum, Ludouicum & Casparum. Quorum Ludouicus in matrimonio habuit quandam Buetrichyn.

2 SIGISMVNDVS, vnus filiorum Henrici ex Sophia de Porta Leonhardũ & Gebhardum tulit.

3 LEONHARDVS, ex ingenua ab Ebrorf, Sigismundum & Gebhardum progenuit.

4 GEBHARDVS, ex baronissa ab Abensperg, Hieronymum, & filiam tulit Vuilhelmi Meglselraynero nuptam. Vnde Margaretha prodiit, Christophori Fugs in Tyroli coniunx, mater Andreæ canonici.

5 CASPARVS, Sigismundi superioris frater ex ingenua à Vuartenfels & Stauffen, Ioannem & Vuernerum procreauit.

6 IOANNES, ex baronissa Vuolkhensdorf Lampertum & Erasmum tulit. Quorum Erasmus ex nobili fœmina à Tanberg Ioannem commendatorem Teutonicum procreauit, qui vixerat adhuc anno 1513. Lambertus in coniugio Hakhyn habuit.

7 VVERNHERVS, ex baronissa à Losenstayn tulit Bernhardum, & Magdalenam à Penczenau: quorum Bernhardus habuerat vnam de Leyningen.

8 VVERNHERVS secundus, frater Sigismundi & Caspari, ex cõiuge de Bugsperg Henricum, Georgium. Christophorum & Vualdpurgim genuit, Henrici de Freyburg coniugem.

9 GEORGIVS, ex coniuge, marescalci de Oberdorf filia, nullam prolem reliquit.

10 CHRISTOPHORVS, filius Vuernheri, ex ingenua à Nussberg tulit Vuilhelmum,

mum, Hieronymum, & Sebastianum. Quorum Wilhelmus Rhodiensis commendator extitit, Sebastianus Vitum reliquit, Sigismundus monasticen professus est.

11 HIERONYMVS, ex ingenua à Vualdekh genuit Christophorum, Vuolfgangũ, & Hieronymum: & alterum Vuolfgangum, canonicum Augustanum.

12 BERNHARDVS & Ioannes, reliquerunt, qui nostra tempestate ad famam venerunt, Danielem, Wolfgangum, Laurentium, Florianom, & Oophorum, atq; alios plures, quorum nomina non teneo. Viuit & Vuolfgangus Vueroherus canonicus Pataujensis.

INGENVI A RANDECK.

10 1 HENRICVS, ex ingenua de Ellerbach, coius mater fuerat libera à Rechperg, procreauit Henricum, Rudolphum, Ioannem, Chunradum custodem Augustanum: & filias, quarum vna ingenuo à Stayn nupsit, secunda Ioanni Muoich Basiliensi, tertia Vdalrico baroni à Stoffel, & quarta baroni à Schellenbergh.

2 HENRICVS hoc nomine secundus in stirpe, ex nobili qoadam Grompergeryn Henricum tertium tulit.

3 HENRICVS tertius, fratrem habuit Chunradum canonicum Augustanum, qui vixit circa annum 1330.

4 RVDOLPHVS, frater Heorici secundi, & primi filius, ex ingenua de Zilinhart genuit Vuolfgangum, Burcardum, & Ioannem canonicum Coostantiensem.

20 5 IOANNES, ex ingenua à Blumekh reliquit Balthasarem, Casparum & Martinũ. Quorum Balthasar in coniugio habuit vnam à Reichen nobilem Basiliensem, Martinus nobilem à Landenberg, & Caspar ingenuam Lyndouiensem.

INGENVI A LATMINGEN.

1 ERASMVS, ex ingeoua Schonstetterio Georgium tulit.

2 GEORGIVS, ex quadam oobili Omelia Erasmum & Sigefridum.

3 ERASMVS, ex Kuniguode coniuge Erasmum tertium, Leonhartum episcopũ Pataujensem, & Christophoram, qui Benignam Fronbergerin coniugem habuit.

4 ERASMVS secundus, ex ingenua Fronbergerin procreauit Georgium, Ioan-

30 nem, & filiam cuidam à Fronberg nuptam.

5 SIGISMVNDVS, ex Omelia à Frooberg Erasmum produxit.

6 ERASMVS, in matrimonio habuit ingeouam de Aichperg.

7 ACHATIVS, floruit oostra memoria, cum fratribus & fratruelibus. Floruit nostro æuo & Henricus à Laymingen.

INGENVI A ZILENHART.

1 VOLFGANGVS, ex nobili ab Ellerbach genuit Ioannem, Vuilhelmum, Henricum, Vuolfgangum, & Sigefridum, qui occubuit in bello.

2 IOANNES, filius Vuolfgangi, ex ingenua de Neidperg Georgium & Elisabetam tulit.

40 3 GEORGIVS, ex Omelia de Riethayn nullam prolem reliquit.

4 VVILHELMVS, frater Ioannis, ex ingenua à Velberg genuit Vuolfgangum canonicum Spirensem, Vuilhelmum, & monialem in Eslingen.

5 HENRICVS frater Ioannis & Vvilhelmi, ex coniuge Vrsula à Vuolvuard, Voolfgangum decanum Augustanum produxit.

6 VVOLFGANGVS, frater germanus Henrici, Vuilhelmi & Ioannis, ex Mechtilde à Rosenberg Eberhardum & Cunradum reliquit.

7 CHVNRADVS, ex Anastasia à Vuerdnavu Aoastasiam filiam genuit.

8 SIGEFRIDVS, cum fratribus, fratruelibus ac patruelibus, nostra claret memoria.

50 ### INGENVI AB ALTHAYM A PAGO NOMINATI, *qui inter Brunoniam & Riedam Bauariæ visitur.*

1 THEODERICVS, genuit Iacobum & Theodericum.

2 THEODERICVS secundus, procreauit Reymbholdum, Ioannem, & Fridericũ canooicum Augustensem, 1260.

3 BERNHARDVS, Sigefridum reliquit.

4 SIGEFRIDVS, ex Elisabeta Craftonem & Chunradum suscepit, circa annum Domini 132.

5 CHVNRADVS, Sigefridũ & Ioannem tulit, anno incarnationis Domini 1340.

Ff 4

6 SIGEFRIDVS, Philippum, Rheymbholdum & Sigefridum genuit.

INGENVI DE CAMERBERG.

1 SIGEFRIDVS, citatur in literis de anno Domini 1130.

2 ANONYMVS quispiam à Camerberg, ex Salome coniuge genuit Arnoldum & Vdalricum, anno currente 1270.

3 VDALRICVS, genuit Arnoldum secundum, Vdalricum secundum, Henricũ & Vvilhelmum, circa annum 1330.

4 VDALRICVS secundus, ex Anna coniuge Henricum secundum produxit.

5 DEGENHARDVS, floruit adhuc anno nostræ Redemptionis 1330.

6 HENRICVS secundus, filius Vdalrici, ex Opserin coniuge, circa annum 1450. Henricum procreauit, & filiam ingenuo de Haslingen locatam.

7 HENRICVS tertius, habuit in consortio vitæ nobilem fœminam à Knorringẽ.

INGENVI A LECHSBERG.

1 HENRICVS, floruit anno currente 1200.

2 CHVNRADVS, reliquit Chunradum, Hermannum, Rupertum, & Gertrudim abbatissam in Schonfeld.

3 CHVNRADVS secundus, ex Gertrudi coniuge genuit tertium Chunradum.

4 RVPERTVS, ex cognomento de Ernbach, Rupertum secundum genuit.

INGENVI DE GREIFFENBERG.

1 OTTO, ex Vtta coniuge Ottonem secundum progenuit, & filiam Arnoldo de Messenhusen comiti Bauariæ locatam.

2 Otto secundus, ex Adelhaide à Camerberg Ottonem tertium, Ioannem, filiamque Elisabetam procreauit.

3 OTTO tertius, ex Vrsula à Schmyhen Margaretham vnicam filiam suscepit, ingenuo cuidam à Knorringen desponsatam.

INGENVI A LETMBERG.

1 ERASMVS, progenuit Erasmum alterum.

2 ERASMVS secundus, ex cognomento Diues, Henricum, & duas filias reliquit: quarum vna Chunrado de Haymhouen, altera Monacho cognominato de Pfauuenhausen nupsit.

3 HENRICVS, procreauit Eberhardum, Petrum, & Berengarium. Quorum Berengarius ex nepte regis Cypri, circa annum 1420, liberos reliquit.

4 EBERHARDVS & Chunradus, fratres: quorum alter secundum reliquit Eberhardum.

5 EBERHARDVS secundus, Petrum tulit, & duas filias: quarum vna ingenuo de Vuesternach nupsit, altera pincernæ de Geyrn.

6 PETRVS, floruit circa annum Domini 1445. & genuit Casparem, Blasium, & vnam abbatissam in Oberschonfelden.

INGENVI A VVILDENBERG & Ebrom.

1 IOANNES, ex coniuge à Dottenhaym procreauit Ebronem Vdalricum, Ebronem Henricum, Ebronem Ottonem, & Ioannem præpositum Salisburgensem.

2 VDALRICVS Hebron, ex ingenua de Nusperg Vdalricum secundum, & duas filias tulit: quarum Elisabeta nupsit ingenuo de Fronberg, altera monasticen professa est.

3 VDALRICVS secundus, duas habuit coniuges: vnã Degenbergerinã, & alterám Elisabetam à Gumpenberg. ex quibus genuit Petrum, Christophorum, Henricum, & Ioannem, omnes cognominatos de Hebron: quorum Christophorus præpositum Salisburgensem egit.

4 IOANNES, præfectus aulæ ducis Bauariæ, in matrimonio habuit Barbaram de Paulsdorf, cuius frater Petrus ingenuam à Vuesternach coniugem accepit.

5 HENRICVS, Arnoldum reliquit, ex Elisabeta de Vueigs.

6 HENRICVS secundus, Vdalrici secundi filius, vulgo cognominatus dominus de Schernekh, tres sortitus est vxores, primam Annam à Vueisbriach Carenthanam, secundam Veronicam de Ahaim, & tertiam Veronicam de Beneznavu. Ex quarum postrema progenuit Ioannem, Christophorum, Vuolfgangum, Henricum, Arnoldum, Nicolaum, Vdalricum, Ebronem, & Iodocum commendatorem.

7 EBRO-

7 Erbonus, ex ingenua à Tamberg filias genuit, Margaretham ingenuo à Serbelsdorf, & Vrsulam nobili equiti de Vueigs locatam.

INGENVI DE HALDENBERG.

1 Chunradus, circa annum Domini 1280. floruit: & post se reliquit Hermannum, Cunradum & Engelscalcum.

2 Chunradus secundus, anno labente à nato Christo 1294, progenuit Chunradum, Hermannum secundum, & Kunigundim Henrici à Wolfsperg vxorem.

3 Hermannus, vulgo de Sibenaych nuncupatus, tulit Chunradum tertium, & filiam Othoni à Penezena vu traditam.

4 Chunradus tertius, procreauit Albertum, Henricum, & Vualpurgim nobili equiti à Smyhen copulatam.

5 Albertus, ex Dorothea de Camer Sueuiæ dapiferi filia, circa annum 1416. tulit Henricum.

6 Henricus, Alberti frater, ex Scholastica tulit Vualdburgim, Georgii ab Hohenstayn vxorem.

INGENVI A FRONBERG, IN QVORVM insignibus rubris candidus equus saltans erat.

1 Fridericus à Fronberg, in diplomatibus citatur de anno Salutis millesimo tricesimo.

2 Otto & Sigefridus, ingenui à Fronberg. quorum in literis refertur Otto, de anno 1262. Sigefridus 1320.

3 Thomas, ex filia Erasmi de Preisingen duos filios suscepit, Sigismundum, & Ioannem marescalcum de Dornsperg: & quinq; filias, quarum vna Sigefrido de Torringen nupta fuit, secunda Vdalrico de Stouffen, tertia Ioanni de Verona & la Scala, quarta Georgio de Aichperg, quinta Elisabeta nomine cuidam de Fronsperg, sexta monasticen professa fuit.

4 Sigismundus, ex quadam nobili fœmina de Tanno progenuit Vincentium, appellatum vulgo de Tannberg.

5 Vincentius de Tanneberg, Vuaramundum & Sigismundum filios procreauit: & duas filias nuptas, vnam domino à Leyningen, & alteram cuidam de Puechperg.

6 Sigismundus, filias tres suscepit: Vrsulam marescalco de Pappenhaym, secundam Egidio de Monaco, nuptas: & tertiam Margaretham monialem.

7 Christianus, Leonhardus, & Gulielmus Ioannes, marescalci de Dornsperg filii fuere.

8 Leonhardus, ex filia Marescalci de Biberbach duas filias progenuit: vnam cuidam nobili de Fronhouen, & alteram Ioanni de Leynigen coniunctam.

9 Christianus, ex Barbara Turneryn vnũ filium Georgium tulit, & Benignã, vxorem Christiani de Leyningen. Georgius porro ex coniuge Nodhafftina tres filias progenuit: vnam nobili de Leyningen, secundam Annam nomine Styriæ baroni de Stubenberg, & tertiam Reginam ingenuo cuidam apud Boiarios Nothafft, collocatas.

10 Gulielmus, frater germanus Christiani & Leonhardi, filius Ioannis, ex Barbara de Aichaym duos filios, procreauit, Christophorum & Sigefridum: vnamq; filiam, Ioanni comiti ab Ortenburg nuptam.

11 Sigefridus, Gulielmi filiorum vnus, ex coniuge quadam de Knorringen nihil tulit.

12 Christophorus, ex coniuge quę fuit vna de Boxavu, alterum Christophorum suscepit, & duas filias: vnam comiti ab Ottingen, alteram nobili à Leublfingen, nuptas.

13 Ioannes, circa annum Domini 1440. ex Anna coniuge Ioannem tulit, & Georgium, cum aliquot filiabus, quarum vna nupsit Ottoni à Penezenavu, altera Ioanni à Regensburg, tertia domino ab Alba Saltzburgensi.

14 Ioannes, ex ingenua à Pappenhaym filias duas reliquit: quarum vna nupsit Christophoro Vngnad Styriæ regulo, altera ingenua ab Erpach Sueuo.

15 Georgius frater germanus Ioannis, ex nobili à Leyningen Wolfgangum tulit.

16 Stephanus, nostra memoria cum fratribus & fratruelibus claret.

INGENVI NOTHAFFT COGNOMINATI
qua adhuc hodie inter Boiarios familia superest, & in aureis armis fluxium caruleum ex obliquo & latere currentem gerunt.

1 ALBERTVS & Henricus, floruere ante annos ducentos.

2 HENRICVS cognomine Saincrat, ex ingenua de Reichen Henrichum tertium tulit, & duas filias: quarum Magdalena nobili equiti à Vualdavu nupsit, Barbara ingenuo apud Suevos de Eglofstayn.

3 HENRICVS tertius, ex coniuge Hofferyn à Synchingen genuit Georgiū, Henricum, & Hemerannum.

4 GORGIVS Albertum reliquit, & Margaretam baroni ab Abensperg nuptam.

5 HENRICVS quartus, Georgii frater germanus, ex ingenua de Rorbach Casparum procreauit, & Hemerannum secundum, & Bernhardum: & duas filias, quarū Magdalena dapifero à Waldburg nupsit, Anastasia & Fœlicitas virgines mansere.

6 ALBERTVS frater Henrici tertii, & secundi filius, ex ingenua à Wernberg Henricum & Georgium produxit. quorum Henricus Magdalenam à Torringen in matrimonio habuit.

7 HENRICVS hoc nomine quintus, duas consecutus est coniuges: vnam ab Ahā, & alteram Pflugyn. ex quib. vnicum filiū progenuit, Henricum sextum, & quatuor filias: Annam marescalco à Pappenhaym, Reginam monialem, Cordulam & Felicitatem.

8 HENRICVS sextus, quinti filius, ex Regina à Fronberg tulit Hemerannum tertium, Albertum secundum, Rupertum, Ioannem, & Henricum septimum.

9 HEMERANNVS, Nicolaum, Ioannem, & Sibyllam genuit, Alberti Murer coniugem.

10 SEBASTIANVS, hodie aulicus, præsulis Ratisponensis præfectus, qui olim & Alberti ducis Bauariæ gubernator curiæ fuerat, qui iam rerum potitur.

11 GEORGIVS Nothafft, cognomento de Pridenstayn, Annam à Vucyx coniugem habuit. obiit anno 1521.

12 IN humanis sunt adhuc, & clarent, præter Christophorum, Emerannus & Vitus Nothafft.

INGENVI A RORBACH.

1 WINHARDVS, floruit circa annum Domini 1297. relictis post se filiis, Wynhardo secundo, & Hermanno.

2 WINHARDVS secundus, Engelhardum progenuit: & is Henricum. Henricus autem Wynhardum.

3 HERMANNVS, frater Wynhardi secundi, Wynhardum tertium progenuit.

4 ENGELSCALCVS, anno 1312. citatur.

5 WINHARDVS tertius, ex Catharina coniuge, circa annum Domini 1350, Eberhardum procreauit.

6 EBERHARDVS, Burcardum & Beatricem, quæ nupsit cuidam Trauner.

7 BVRCARDVS, ex Wegslrancryn, circa annum Domini 1420, Mauritium reliquit.

8 MAVRITIVS, ex Magdalena Cunradi de Freiberg filia, Sigismundum dedit.

9 SIGISMVNDVS, sub Friderico tertio, nomine Imperii præfectus apud Ratisbonam, circa annum 1477.

10 IOANNES, possederat Hartenstayn, circa annum 1454.

11 N. de Rorbach, possederat in Austria Rauntigl & Schartemberg, anno currente 1510.

INGENVI A SVANGAVV, ET SVANGEN

1 HERMANNVS, floruit circa annum Domini 1256. & alterum Hermannū produxit.

2 HERMANNVS secundus, Bartholomæum, Henricū, Georgium & Vdalricum suscepit. quorum obiit Bartholomæus anno 1314.

3 GEORGIVS, procreauit Georgium & Henricum, circa annum 1300.

4 VDALRICVS frater Georgii primi, alterum Vdalricum progenuit.

5 VDALRICVS, secundus, ex Anna à Torringen Ioannem, Georgium tertium, Henricum, Thomam, & Chunradum genuit. quorum obiit Vdalricus pater 1406, Chunradus

dus 1457. Chunradus reliquit Georgium castellanum in Legsperg, & Stephanũ, qui Agnetem de Benczenavu duxit vxorem.

6 IOANNES Vdalrici filius, ex baronissa à Wolkhenstayn Vdalricum & Christophorum tulit.

7 HENRICVS, frater Georgii, & Ioannis Vdalrici filius, ex Anna ab Hohenekh Casparum, Wolfgangum, Stephanum: & filiam tulit, euidam à Goczfelden nuptam.

8 STEPHANVS, filius Henrici, ex coniuge ab Hirnhaym Christophorum reliquit.

9 WOLFGANGVS, Stephani frater germanus, Henrici filius, ex Anna à Schon-10 dorf Vdalricum, Georgium, Henricum, Stephanum: & filias aliquot genuit, videlicet Barbaram ab Hessendorf, & Annam coniugem Christophori Fux, & vnius à Kundiekh. Qua familia nobili deficiente, successerunt, vt vinculo proximi, ingenui à Paumgarten Augustani patricii, quorum stemma ex Transyluania deducitur.

INGENVI DE SANDIZELL.

1 ORTOLPHVS, suscepit ex quadam Iudmannyn Sigismundum.

2 PAVLVS, patruus Ortolphi, Paulum secundum reliquit.

3 PAVLVS secundus, Andream tulit.

4 SIGISMVNDVS, ex ingenua à Villenbach, Ortolphum secundum, Mauritium, 20 & filiam ingenuo ab Haslingen nuptam, reliquit.

5 MAVRITIVS, ex ingenua ab Haslingen Sigismundum & Iacobum progenuit.

6 ORTOLPHVS secundus, Sigismundi filius, ex coniuge Schefmenyn, Wilhelmum, & Stephanum monachum.

7 WILHELMVS, ex quadam Rorbekhyn Georgium procreauit.

8 GEORGIVS, ex ingenua quadam Beczeneryn, Ortolphum, Hochprandium, & tres filias: Annam coniugem Adami à Thomb, Barbaram & Elkham.

9 ANDREAS, Pauli secundi filius, ex ingenua de Achdorf genuit Arnoldum, & filiam nobili Ekher de sylua coniugem.

10 ARNOLDVS, Wolfgangum procreauit.

30 11 STEPHANVS, filius Andreæ, reliquit Henricum, Casparum & Wolfgangum.

12 HENRICVS, ex quadam Hochstetetyn Augustensi, progenuit Georgium & Wilhelmum.

13 VVOLFGANGVS, ex Eua Vuilhelmum tulit. Vixit nostra quoque memoria Mauritius à Sandizell.

14 IOANNES frater Stephani, ex ingenua Vualdekh Ioannem alterum tulit.

INGENVI A REIFFENFELS.

1 ADELFOLCVS, cum coniuge Richnicza, & duob. filiis Reynholdo & Gerhardo Speynshart, cœnobium prope Ambergam in superiori palatinatu fundauit.

40 INGENVI A PORTA.

1 ARNOLDVS, reliquit filium Vdalricum.

2 VDALRICVS, ex Sophia de Eyersperg, progenuit Vdalricum, Casparum, & Georgium.

3 VDALRICVS hoc nomine secundus, ingenuam ab Eyersperg coniugem habuit.

4 CASPARVS secundus, ex ingenua de Leynigen Erasmum tulit, Lazarum, Eberhardum, & Vrsulam monialem in Chiemsee.

5 EERHARDVS, ex ingenua à Fronberg ex Haga, nullam prolem tulit.

6 ERASMVS secundus hoc nomine, ex ingenua à Fronhofen, & altera ab Eisen-50 houen, Ioannem, Casparum, Sigismundum canonicum Patauiensem: filiarum vna nupsit cuidam à Dettenstayn, altera nobili equiti vulgo Turnlyn à Valkhenstayn.

7 CASPARVS, ex nobili quadam fœmina Vvuetrichyn progenuit Vvolfgangum canonicum Patauiensem, Casparum, Vdalricum, Georgium, Eberhardum, Sophiam de Haslyngen, & Catharinam monialem.

8 EBERHARDVS, Caspari filius, genuit Leonhardum, & canonicum quendam Frisingensem anonymum.

9 IOANNES, Caspari frater, filius Erasmi, ex ingenua de Horenstayn procreauit Leonhardum, Eberhardum commendatorem, Barbaram de Schondorf, & Annam de Sigennavu.

INGENVI ET NOBILES HEVVPERGER ex Halla, & à Pankirchen.

1 SINE certo nomine, incola ciuitatis Hall, ad OEnnm fluuium: obiit anno 1241. relicto Chunrado filio.

2 CHVNRADVS, progenuit Vdalricum. obiit ipse anno 1336.

3 VDALRICVS, Chunadi filius, gennit Ioannem, Petrum, & Dorotheam: filiumque ac filiam incerti nominis. quorum Dorothea Simoni Plauner ciui Hallensi erat nupta diuiti, altera vero cuidam Haydenricho nobili.

4 IOANNES, Vdalrici filiorum alter, reliquit filios Casparem, Vualtasarem & Melchiorem, qui sine prole decesserunt. 10

5 ANONYMVS frater Ioannis, & Vdalrici filius, ex quadam Anna nobili fœmina procreauit Ioannem secundum, Martinum & Gregorium abbatem cœnobii Stambs in Tyroli. Porro Ioannes frater abbatis, reliquit vnicam filiam Siganā, quæ obiit anno 1497, cum duos maritos superuixisset, Vuasserburgensem ciuem, & nobilem quendam à Krayburg Lampfriczhaymer nomine: ex quorum neutro prolem tulerat. Præterea Martinus ex quadam Ruobleryn Ioannem progenuit, qui coniugem sibi coniunxerat Magdalenam Leonis à Pankirch nobilis equitis filiam, ex qua liberos non habuit.

6 PETRVS, filius Vdalrici, frater germanus Ioannis & Anonymi, cum inuisisset religionis ergo Hierosolymam, Damascum, ac cætera loca sancta, reuersus domum duxit vxorem quandam Hamerspacbin. Qua defuncta sine prole, secundam duxit coniugem familiæ Ruoblerinæ: ex qua suscepit filios, Christophorum abbatem sancti Georgii ex monacho Stamsenli, & Paulum. Ipse vero Petrus cum aliquandiu Hallensis vrbis iudicem egisset, obiit anno Domini 1452. sepultus in conditorio Heypergorum Hallæ. 20

7 PAVLVS, alter filiorum Petri, ex Margaretha filia Ioannis Revuter Vuasserburgensis ciuis, decem & nouem filios prócreauit. quorum septem masculæ prolis fuerant, duodecim fœmellæ. Porro eorum aliis in iuuentute ante diem sublatis, ad maturam ætatem peruenerunt Matthæus, Petrus, Ioannes, Iuliana, Martha, Petronella, Barbara, Catharina. & Knnigundis. Ipse vero cum rē vberem fecisset, & XV. domos intra Hallā ciuitatem à fundamentis excitasset, prædiumque extra ciuitatem Pankircben construxisset, obiit plenus annorum, cum rem domesticam annis 45. administrasset, anno Salutis 1480. Vxor vero prima Vuasserburgensis, rebus humanis eximitur anno Salutis 1471. Altera vero ex Kuczbuebel Hausseryn nomine, obiit anno * Filiarum Pauli vna nupta fuerat Erasmo Martino de Vuasserburgo nobili viro, Catharina Ioanni Sigvueyn cini Hallensi, Kunigundis Sigismūdo Eppaner Sterczingensi, Martha Vuilbelmo Seller Kuczpuchlēsi, Petronella deniq; Sigismundo Vuenezeslao de Kestlan aurato equiti. Quarum obiit Kunigundis Brixinoræ in monasterio, anno 1475. Martha 1499, tredecim liberis genitis. Petronella vero decem & octo liberis relictis, anno Salutis 1497. Harum omnium soror Iuliana abbatissam egit in cœnobio sanctæ Claræ apud Brixinoram, siue Sabonam, ibiq; diem clausit extremum. 30 40

8 MATTHÆVS primns, Pauli filins, obiit Viennæ in studio vniuersali, cum in vtroq; iure licentiam, vt vocant, consecutus fuisset anno Redemptionis bumanæ 1457.

9 IOANNES, frater germanus Matthæi, & ipse Pauli filius, natus Hallæ in publico ac maximo incendio, anno 1447, cum esset consiliarins & camerarius Sigismundi Austriæ ducis, ex Margaretha Osualdi Eppaner Sterczingensis filia progenuit Georgium, Catharinam, Elisabetam & Luciam.

10 PETRVS hoc nomine secundus, Pauli quoq; filius, Matthæi & Ioannis frater germanus, natus anno 1436. Ex Margaretha Ioannis Schreyber à Dorfen, procreauit Matthæum, Achatium, & Lucam. & obiit anno Salutis 1494. quorum filiorum Lucas obiit anno 1474, Achatius obiit 1510, cum antea vxorem duxisset Annam, Ioannis Ruepen, ciuis Hallensis filiam, anno Salutis reparatæ 1502. Ex qua progenuerat liberos Ioannem, Rupertum & Mariam, quæ obiit anno 1508. 50

11 MATTHÆVS, Petri filius, natus aano Salutis 1465, transtulit lares è Tyroli Viennam Anstriæ, vbi emptis ædibus duxit coniugē Martham, Stepbani Kislingii ciuis Viennensis filiam, viduam Sigismundi Aman, anno Redemptionis nostræ 1497. Qua mortua anno 1504, duxit secundam coniugem, Annā Henrici Part ciuis Monacensis natā: ex qua procreauit Leopoldum filium, & Martham, Annam, Catharinam, & Margaretham filias. quarum Martha nupserat Marco Boekh a Leopoldstorf Austriæ cancellario, & iuris vtriusq; doctori. quæ obiit ann. 1544, Catharina Ladislao Brokh Anstriæ nobili. & Anna tres

nacta

nacta erat maritos, Ioan. Mutringerum archigrammateum Viennensem, Ioannem Kleplat senatorem Viennensem, & CHRISTOPHORVM Encianer camerarium Viennensem.

12 LEOPOLDVS, Matthaei filius, praefectus castri Viennensis in Austria, & inuicti Romanorum regis FERDINANDI archiducis Austriae a cubiculo: ex Elisabeta, filia Ioannis Verrenberger ab Egenberg, camerarii ac vicedomini Austriae superioris, Ferdinandi regis consiliarii, procreauit Mathaeum, Carolum, Iudith am & Annam. quorum Mathaeus primogenitus infans obiit, anno Salutis humanae 1551.

NOBILES EQVITES COGNOMINATI AIVER, ab Herrenkyrch, quorum erant olim in finibus Landeshutae praedia, qui postea in Austriam transmigrarunt. In insignibus sex annulos, altos albos in nigra clypei parte, alios atros in alba clypei sectione gerebant: quorum sarcophagi in monasterio Franciscanorum Landeshutae cernuntur.

1 HARDWICVS, cum Petrissa coniuge, sepelitur Landeshutae in monasterio Franciscanorum, circa annum 1290.

2 WOLFRAMVS, cum vxore de Podmen, ibidem in mortilogio commemoratur.

3 MARCQVARDVS, in eiusdem coenobii mortilogio recensetur, de anno Domini 1340.

4 HARTMANNVS, cuius epitaphium & conditorium in saepedicto coenobio cernitur, coniugem habuit vnam ab Adelshouen, nobilem foeminam.

5 ENGELSCALCVS, tres habuit coniuges: primam a Rotenstayn, secundā a Knorringen, & tertiam a Schvvamberg.

6 MICHAEL, tres quoq; coniuges nactus, primam comitissam quandam, secundam Tyrolensem, & tertiam Potnyn. ex quarum postrema genuit Wilhelmum, Christophorū commendatorem ditionis Austriacae, Georgium & Vitum: quorum Georgius castri antiquissimi in Austria, nominatissimiq; Kalenberg, castellanum siue praefectum egit. Porro Michael, pater illius qui primus ex Bauaria lares suos transtulerat in Tyrolensem prouinciam, Sigismundi archiducis Austriae, ante patrum memoriam, praefectum aulae, vt vocant, egerat.

7 WILHELMVS, ex praefecto stabuli Sigismundi archiducis, constitutus prouinciarum Austriae senator, inter initia Maximiliani & Caesaris & Austriae archiducis, ex coniuge a Rotenstayn, cuius mater fuerat stirpis Knorringiae, tulit filios, Maximilianum, Gervvicu, Erasmum, Wilhelmum, Franciscum, Dominicum, Eufemiam, Foelicitatem, & Anastasiam: quorum Franciscus a FERDINANDO rege Romanorum & Austriae archiduce protectoribus suis siue stipatoribus praefectus erat nostra memoria. Ipse praeterea Wilhelmus senior praefecturam castri Cranichperg a Maximiliano Imperatore acceperat.

8 GERVVICVS, filius Wilhelmi, tres habuit in matrimonio coniuges: primam ditissimi ciuis Viennensis Khek nomine filiam, cancellarii Austriae Trautsaurvveyn agnatam: secundam duxit Inprukhneryn: & tertiam, Matthaei Teuffl, equitis Austriae opulentissimi filiam: ex qua produxit, qui ad omnis generis virtutes bonasq; artes expectantur, Iobum & Philippum, qui, dum haec scribimus, adhuc pueri erant.

INGENVI A RECHLINGEN, QVI POSTea in Augustam Vindelicorum ciuitatem transmigrantes, patriciorumq; ordini adscripti, Rechlingeri nominati fuere, in tria stemmata late propagati.

1 BERCHTOLDVS, inter caeteros Boiariae cum comites tum nobiles, in diplomate ab Lothario Caesare commemoratur, de anno *

2 HENRICVS, citatur de anno Domini 1220.

NOBILIVM EQVITVM PROSAPIAE, quarum Genealogia, ipsorum vel ignauia, vel ignorantia, perfecte non extant.

1 ZENGER, Wilhelmus, & Vrbanus: obiit, sepultus ad Minores Landeshutae, circa annum 1500.

2 ADELMANSHAVSEN, Wilhelmus Adelman de Adelmanshusen, circa annum

1500. Georgius circa annum floruit 1530. Hodie hoc nomine decanus Frisingensis ecclesiæ celebratur.

3 MAROLTINGER, Ruggerus floruit circa annum Domini 131[illegible] post quem Ioannes eum Gertrude vxore. Hodie prosapia ista in Austria floret, & Geczendorf castrum possidet.

4 TANSPERG citatur in literis, vna cum Alberto de Preysingen, Friderico à Fronberg, & Henrico à Pappenhaym, Henr[illegible] à Tansperg, [illegible]rca annum 11[illegible]0.

5 SENSHAYM, de qua familia coniu[illegible]em nactus est Annam, Sigefridus de Piberbach mareschalcus, natam ex baronissa ab Abensperg. alteram eius stirpis habuit nobilis eques de Schvvabsperg.

6 WOLVVART, Sebastianus & Ioann[illegible] Henricus nostra memoria claruerunt.

7 TRAVNER, de Adelsteten: C[illegible] [illegible]ixit nostra memoria. In horum insignibus caprea cernitur, cum aureis cornibus.

8 PRAYTENBACH, in quorum insignibus erat ala struthionis nigra, in albo clypeo. Wilhelmus floruit nostra memoria.

9 PAVLSTORFER, Sigismundus floruit circa annum 1516.

10 HASLINGER, Ioannes claruit anno 1080. Superest adhuc prosapia, cuius alumnus hodie præfectum Ingolstadiensem agit.

11 TAMBER[illegible], Henricus floruit anno 1512. Superest adhuc familia.

12 FRIKENDORFER, Henricus cl[illegible] circa annum 1300.

13 PAVMGARTNER, quæ adhuc stirps superest. Cuius familiæ Petrus quispiam iuris vtriusque doctor, ac principum Bauariæ consiliarius, in matrimonio habuit Annã a Weyx.

14 AMERSKYRCHER, Ioannes circa annum claruit 1300.

15 HARSKYRCHER, Haribertus eodem tempore floruit.

16 HELLENMAISTER, Paulus & Georgius, Wilhelmus cum Meza vxore, & Ioannes cum Margareta & Gertrudi coniugibus, circa annum Domini 1480.

17 GLABSPERG, Georgius anno ad famam venit 1500.

18 WEYX, GEORGIVS claruit anno 1520. cuius soror ANNA Petro Paumgartner nupsit.

19 GEVVINGER, Fridericus cum filio Berchroldo celebrantur circa annum Domini 1500.

20 LOSSENKIRCHER, Rupertus cum filio Christophoro, & vxore Lukharde, anno 155[illegible].

21 KALESHAMER, Ioannes & Georgius, ducis nostræ memoriæ quæstor.

22 GVNDESSINGER, Svviggerus floruit anno 1420.

23 PVRCHARTING, Otto ad famam venit annum circa 1490.

24 PAVLSDORFER, Sigismundus floruit anno 1516.

25 STANDACH, Wernherus & Albertus circa annum 1300.

26 SCHVVARCZENPERGER, Henricus & Engelbertus eodem seculo.

27 KAVNPERGER, Paulus floruit circa annum 1480. præfectus in Landavv.

28 GLABSPERGER, Georgius claruit anno 1500.

29 HORNSTAYN, Wolfgangus floruit circa annum Domini 1400.

30 RAYNDORFER, adhuc non sine generis laude supersunt, quorum vnus adeo in senatum Landeshutensem electus est.

31 ZANCZ, Wilhelmus floruit circa annum 1530.

32 RAMING, Wolfgangus belli studiis eminebat circa annum 1500.

33 PVOCHPERG, Georgius claruit de anno 1500.

34 DE GANCZ, Wilhelmus & Sigismundus, anno claruerunt 1530.

35 KRAVSIIà Noufort, Sigismundus eodem tempore claruit.

36 PVCHLER, Egelolphus cum Margareta vxore, anno claruit 1400.

37 POLNER, Georgius doctor iuris, anno 1500.

38 GEORGIVS a Puchberg, eodem seculo.

39 DE GICHZEN, Puochaym, Christophorus floruit anno 1500.

GENEALOGIA SVEVIAE GOSSEMBROD,
qui in insignibus Truncum corporis humani superiorem gestabant, rubro colore & pileo acuminato tectum.

1 ALBERTVS, obiit anno 1316. sepultus Augustæ in ambitu ecclesiæ cathed[illegible] vff der finstren gred.

2 Io-

2 IOANNES & Henricus, fratres germani, floruerunt circa annum Incarnationis Domini 1350.

3 MARQVARDVS, celebratur de anno Salutis 1377. progenuit Henrichum, Hermannum, Ioannem, Berchtoldum, Iacobum & Stephanum, qui omnes sepulti cernuntur ad sanctum Vdalricum in porticu Augustæ: quorum Berchtoldus in matrimonio habuit claram fœminam Schragyn.

4 IOANNES, Ioannis primi filius, ex coniuge sua Becbyn Elisabeta nomine, circa annum Domini 1390. procreauit Sigismundum, & quatuor filias: videlicet Barbaram, secundam duobus nuptam, Hirschio & Rudolpho Vogelino: tertiam Langenmantlyn, & quar-10 tam monialem in Schonenfeld.

5 SIGISMVNDVS hoc nomine primus, ex Anna Mynneryn (in quorum insignibus panthera facrat nigra) tulit Sigismundum secundum, Ioannem tertium, & Annam filiam locatam Wilhelmo Rechlingero. Is est, qui annales Augustanæ vrbis conscriptos post se reliquit. sepelitur Vincentiæ, in Italia.

6 IOANNES tertius hoc numero, angularem domum ad sanctum Leonhardum cõstruxit, circa annum 1437. qui ex filia Lutoldi Hangenorin, produxit Ioannem quartũ: qui obiit ac sepelitur in Greczio Styriæ, anno 1439.

7 SIGISMVNDVS secundus hoc nomine, primi Sigismundi filius, ex Vrsula Arcezetyn patricia, circa annum Salutis procreauit 1424. Vdalricum canonicum sancti Mauritii: 20 Georgium præfectum castri Erenburg in Tyroli, qui Egenbergeryn coniugem habuit, ac obiit anno 1502. & Sigismundum tertium. Filiæ locatæ fuerunt, vna Rechlingero, secunda Radauer, Agatha sanctimonialis extitit Colmariæ. Vrsula, Anna, Gertrudis, & Sibylla virgines moriuntur. Porro GEORGIVS vnicam filiam reliquerat, nuptam Lucæ à Freyburg.

8 SIGISMVNDVS tertius hoc nomine, ex duabus vxoribus, Hemerlina, & ANNA Rechlingerina, tulit circa annum Domini 1480. vnam filiam Vrsulam, quæ nupsit Lucæ Welser circa annum Domini 1535.

GENEALOGIA INGENVORVM PEYTINGERORVM, qui relictis agris ac prædiis Bauariæ, Augustam Rhetiæ ciuitatem ingressi, nobiles inter Patricios loco ibidem vixere.

30

1 CHVNRADVS, ex vxore Geydeschyn genuit Chunradum secundũ, circa annum plus minusue 1250.

2 CHVNRADVS hoc nomine secundus, ex vxore Anna Schundneryn, procreauit Ioannem, & Iacobum.

3 IOANNES, ex Elisabeta Waraufſyn Chunradum tertium hoc nomine tulit, Georgium item commendatorem ordinis Teutonicorum, Ioannem, Vdalricum, Wilhelmum & Matthæum.

4 CHVNRADVS hoc nomine tertius, ex Barbara Falkyngeryn Chunradum quar-40 tum reliquit.

5 * CHVNRADVS quartus, iuris vtriusq; doctor, Friderici tertii Maximiliani ac Caroli quinti Imp. fidus & acceptus consiliarius, ac subinde in rebus grauissimis orator, ex primis quoq; qui historiam è tenebris in lucem reduxerunt, diligens admodum vetustatis inquisitor: id quod antiqui, per eum eruti è tineis, autores monumentaq;, partim in ædibus Peutingerorũ adhuc conspicua, partim in bibliopoliis prostantia, contestantur. Is ex Margareta Welseryn progenuit vtriusq; sexus multos liberos, videlicet Christianum, Claudiũ, Christophorum, Ioannem Chrysostomum, Carolum, Iulianam, Constantiam, Catharinã, Margaretam, Fœlicitatem, Annam, Reginam & Sabinam: quarum Constantia, Catharina, & Regina, maritos consecutæ sunt.

50 6 CLAVDIVS, Chunradi quarti filius, iuris vtriusq; doctor, & Caroli quinti Ferdinandiq; Cæsarum consiliarius, Imperialis consistorii apud Nemetas senator multo tempore, ex Lucia Lauchingeryn tulit multos filios, videlicet Chunradum Pium, Claudiũ Narcissum, Claudium Valentem, Claudium Christophorum, Claudium Chrysostomũ, Claudium Carolingum, Margaretam Luciam & Catharinam: qui maiore omnes adhuc parte in humanis sunt, & ad omnes generis virtutes doctrinasq; ac Rhamnusiæ beneficia expectantur.

7 CHRISTOPHORVS, Augustanæ ciuitatis nostra tempestate ex præfectis Cæsareis vnus, in coniugio habet Catharinã Lauhingeryn, cuius frater Ioannes Chrysostomus Barbaram Lauhingeryn sibi coniunxit, & in Marbach castro ad lacum Acromium ha-

8 CAROLVS, fratrum minimus, excultus, præter omnis generis virtutes, literis bonis, ac amplissimorum comitum FVGGARORVM à WEISSENHORN & Kirchperg familiaris, ex Anna Rechlingerin tulit Leonhardum, Christophorum, & Iulianum.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

OCTAVI LIBRI ICONES, DE SVEVORVM GENTE.



SVEVVS ANTE ANNOS CCCC. SVEVVS ANTE MILLE ANNOS.

VETERVM SVEVORVM DELINEATIO, ac Iconum supra positarum explicatio.

QVALEM corporis structurã ac faciem veteres Sueui habuerint, ex Cor. Taciti libello de morib. Germanorum, de hocce populo hæc obiter adnotaui: Nunc de Sueuis dicendum est (inquit) quorum non vna, vt Cattorum, Tencterorumq́; gens. Maiorem enim Germaniæ portionem obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusq́; discreti. quanquam in communi Sueui vocentur. Insigne gentis, obliquare crinem, nodoque substringere. Sic Sueui à cæteris Germanis, sic Sueuorum ingenui à seruis separantur. Sic in aliis gentibus seu cognatione aliqua Sueuorum, quod sæpe accidit, imitatione rarum, & intra iuuentæ spacium: apud Sueuos vsq́; ad caniciem, horrentem capillum retro sequuntur, ac sæpe in ipso solo vertice ligant. principes & ornatiorem habent. hæc Tacitus. Porro celebrantur Sueui flauo capillitio, Vnde est intelligendum, quod libro quarto Herodianus de Caracalla Antonino scribit: Custodes corporis Germanos sibi Cæsar adsciuit, sæpe & ROMANO cultu deposito vestem

vestem Germanicam induebat: atq; in eorum sagulis argento variatis conspiciebatur, etiam flauam comam cęsariemq; imposuit ad modum Germanieę tonsuræ: quibus læti Barbari, ipsum dilexerunt. Idem de Caligula Suetonius refert: Rutilare (inquit) comã, & subnectere, & sermonem Germanicum addiscere. Deniq; de capillitio flauo Sueuicæ gentis, mentionem faciunt & Poetæ.

Lucanus libro primo:

Soluuntur flaui longa statione Sueui.

Et iterum:

Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos.

10 Sic Sillius Italicus libro secundo:

Iam puer auricomo performidate Batauo.

Et iterum:

Triplex crista iubas effundit crine Sueuo.

Iuuenalis Satyra tertia:

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirrho?

Claudianus libro primo in Eutropium:

Arduus & flauis signabat iura Sueuis.

Sic & Ausonius poeta, in commendatione Bissulæ Sueuæ puellæ amasiæ canit:

20 *Sì Latiis mutata bonis Germana maneret,*
Vt facies, oculos cærula, flaua comas:
Ambiguam te lingua facit, modo forma, puellam:
Hæc Rheno genitam prædicat, hæc Latio.

Tale est & hoc carmen Festi Ruffi:

Flauaq; cæsariem Germania porrigit ora.

Et qui de Sueuis & cunctis Germanis est accipiendus Epigrammatarii versus.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Et alibi illudens Domitiano:

Captiuis poteris cultior esse comis.

30 Huc allusisse videtur & Naso in libello de Arte amandi, arti, non cœlo adscribens, eũ in gente colorem, ita cecinit:

Fœmina caniciem Germanis inficit herbis,
Et melior verâ quæritur arte dolus.

Quo tamen (vt sane est) Plinius libro secundo, capite 80. Dionysius, Pomponius Mela, geographi, & diuus Hieronymus, climati tribuunt. Vnde Hieronymus in vita Hilarionis, de Franco Germanico loquens: Candidatus (inquit) rutilus coma, & candore indicans prouinciam. Martialis tamen, ignorans cœli Germanici naturam, nunc saponi, nunc spumæ adscribit, his versibus:

40 *Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.*

Et iterum, ad Mattiacos Rhenenses populos alludens:

Accipe Mattiacas quo tibi calue pilas.

Eadem ratione glaucos oculos Sueuis, vt cæteris pene cunctis Germanis, vt adhuc habere dignoscuntur, non natura solum, sed Romani etiam scriptores tribuerunt. quemadmodum Horatius in Epodo, Oda XVI.

Nec fera cærulea domuit Germania pube.

Ex his omnibus colligimus, Sueuos olim quoq;, vt nostra tempestate adhuc cernuntur, & flauos capillos habuisse, & illos in nodum substrinxisse, aut tasisse. Hodie substrictura pene desiit: rasura autem manet, & genti familiarissima est.

50 2 QVALEM VESTITVM, vtpote breuem & pellicium, Sueui quondam habuerint, antequam CHRISTVM agnouissent, & quo tempore Romani cum his belligerabãt, aut illo tum auxiliis in bello vtebantur, testatur Tacitus scribens: Vestis eorum saga fuerat, & fibula: aut si ea defuit spinis conserta, cætera parte intecta. Et iterum: Gerunt & ferarũ pelles, tipis proximi negligenter: alii etiam vestes, quas ignotum mare gerit, induunt. Eadem etiam vẽstis maribus (inquit) est, & fœminis, nisi quod fœminæ lineis amictibus vtuntur. Diuites vero veste distinguũtur nõ fluitante, sicut Sarmatę & Parthi, sed stricta omnes. Addit Cæsar, ab initio libri 4. Commentariorum Gallici belli scribens: Atq; in eam se consuetudinem adduxerunt, vt locis frigidissimis neq; vestitus præter pelles habeant, quarum propter exiguitatem magna est corporis pars aperta, & lauentur in fluminibus. Huc alludit

Seneca libro De ira primo: Quid Germanis induratius (inquit) quibus magna ex parte nõ vestimenta, non tegumenta corporis prouisa sunt, non suffragia ad perpetui cœli rigorem. Scribit & Orosius libro sexto, capite 7. Romanos, nudos Germanorum & intectos humeros transuerberasse. Ammianus Marcellinus libro 15. de Germanis locutus: Nudantes corpora (inquit) intecta gladiorũ bastarumq; ictibus densis truncabantur. Huc pertinet, quod Agathias libro secundo Gothicæ historiæ, de Alemannis refert, cum auxilia Gothis missa à Francis aliquot millia Alemanorum, ductoribus Leuthari & Bultino, scribit: Plerisq; bello detecta sunt capita (ait) perpauci cassíde operti, armis decernunt, sed pectore nudato, & tergis ad infimos tenes. Amiculo præterea lineo partim, partim è corio succincti, & tibias contegunt. Sic Strabo quoq; libro 7. Germanis album vestẽ tribuit, cuius tunica linea fuerat, & fibulis annexa. Atq; vt semel concludam, Higinius libro 1. cap. 7. Hi (inquit) qui Arcto proximi sunt, braccis vtuntur, & vestibus hirsutis. Ex quibus locis colligimus, quanquam nostra ætate Sueuorum natio ab antiquitate degenerarit, ac in luxum versa: pelles tamen vulpinas, strictasq; vestes ex illa retinuit. item, quod eodem adhuc pene vestitu fœminæ, nobiles præsertim, qua viri, vtuntur: quod de Germanis Tacitus adnotauit.

3 QVALEM ARMATVRAM veteres Sueui habuerint, scribit Agathias lib. secundo Gothicæ historiæ, vbi Alemanorum auxilia Gothis adducta, Leuthari ac Bulthino ductoribus, enarrat: Bulthinus itaque his multitudinem commonefacere nihil intermiserat. Milites vero, vt spei iam pleni, confirmabantur, & vtcunq; visum, arma parabant. Siquidẽ alibi secures acuebantur: hic patria tela, quæ illi aneonas dicunt: illic vero fracta resarciebantur. eiusmodi cæteræ huic nationi tenuis est & neglecta armatura, & quæ non varia ad ornatum indigeat opificum arte, nisi eorum qui ita vtuntur, si quid forte (vt fit) corrumpatur. Non enim thoraces hi, vel ocreas norunt: plerisq; in bello detecta sunt capita. Et subiicit: Ensis à femore læuo, ex latere scutum dependet. Arcus, funda, & tormenta eiusmodi: cætera tela, saxaue torquentia, insueta bis sunt. sed dolabra, securesq; ancipites gestant, & breuia pro patria consuetudine tela, quæ ipsi anconas (vt diximus) vocitant: & quibus res magnas, cum opus est, gerunt: ac tunc præsertim, cum pede collato decertant, aut in hostem incurrunt. Huius teli pars maior ferro obducta est, ita vt ex hasta parum aliquid præter capulum totum vix præferatur. In superiori autem parte, circa ferri aciem ipsam, recuruæ extant vtrinque, tanquam hami, lamulæ quædam coarcuatæ, peracutæque, & ad ipsius teli partem inferiorem deuergunt. Id teli genus in ipso congressu emittunt, ita vt si altius forte inhæserit corpori, subeat mox, vt par est, & acies ipsa hamata: vnde nec qui vulnus acceperit, nec alius quispiam, queat id telum auellere. Vrget namq; recurua acies illa ceruice latius hærens, doloresq; adfert acerbiores. Atque ideo, vt si non alias hostis lethali sit vulnere ictus, ex eo tamen emoritur. Hæc ille. Porro id telum hodie non extat, quod in Icone expressimus vtcunq;: loco vero illius nostra ætate Sueui vsurpant tum & bipennes, tum & in equitatu id teli genus quod vulgo appellant ain straythamer. Cæterum ad anconas illas Sueuicas (Teutonico nimirum vocabulo achst deprauato) allusisse videtur Horatius libro 4. Oda 4.

Videre Rhæti bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici: quibus
Mos inde deductus per omne
Tempus Amazonia securi.

4 SVEVOS quondam equitatu atq; re nautica celebres fuisse, vt in hunc vsque diem cernuntur: nobiles tamen & ingenui equitatu magis, coloni re nautica, etsi quando in bella vocantur, pedestres clarent. Meminit autem huius in hac gente laudis Cæsar libro primo Commentariorum Gallici belli, cum de Ariouisto rege Sueuorum loquitur: Cæsar (inquit) pro castris suas copias produxit, & aciem instructam habuit, vt si vellet Ariouistus prœlio contendere, ei potestas non deesset. Ariouistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri prœlio quotidie contendit. Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant. Equitum millia erant sex, totidem numero pedites velocissimi & fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos suæ salutis causa delegerãt. Cum his in prœliis versabãtur, ad eos se equites recipiebant. Hi si quid erat durius, concurrebant. Si qui grauiore vulnere accepto, equo deciderant, circumsistebant. Si quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendũ, tanta erat horum exercitatione celeritas, vt iubis equorũ subleuati, cursum adæquarent. Idem libro 4. eiusdem historiæ, à principio, ex professo de Sueuis tractans: Equestribus prœliis (inquit) sæpe ex equis desiliunt, ac pedibus præliantur, equosq; eodem remanere vestigio adsuefaciunt: ad quos se celeriter, cum vsus poscit, recipiunt.

Neq;

Neque eorum moribus turpius quicquam, aut inertius, habetur, quam ephippiis vti. Itaq; ad quemuis numerum ephippiatorum equitum, quamuis pauci adire audent. Et iterum, describens ibidem Cæsaris cum hoc populo prælium: Atque is dies induciis erat ab his petitus, impetu facto celeriter nostros perturbauerunt: rursus his resistentibus consuetudine sua ad pedes desilietunt, suffossisque eqnis, quam pluribusq; nostrorum deiectis, reliquos in fugam coniecerunt. Huc pertinet, quod scribit de Germanorum equitatu Herodianus, Græcus autor, cum Maximini Cæsaris aduersus Pupienum & Balbinum ab senatu Romano electos Imperatores procinctum depingit, qui Germanos in exercitu habebant: Equitatu (inquit) Germanico consueuit, quorum multitudinem magnam sibi auxiliarem futuram sperabat. Quos etiam Germanos proponere hostibus solebat, vt primos impetus pugnæ exciperent, quoniam feroces audacesque viri iu pugnæ exordio existerent. Et iterum libro vltimo: Germani quidem rerum ignari, quod rapido ruptoque impetu Italiæ flumina deferantur, ratique sensim campos influere, quemadmodum penes eos consueuerunt: vbi flumina nihil concitantur, facile congelascunt. Ausi itaque Germani se simul, & equos natandi peritos, alueo credere. Id q; Lucianus, Marci Cæsaris bellum ac prælium cũ Marcomannis enarrans similiter, de Sueuis memoriæ tradidisse videtur: [illegible] id est: Ni quis fluuium tranans, natando effugerat ad aliam ripæ partem, vbi dimidium exercitus nostri erat. Recte igitur supra dictus Herodianus in historia Marci Cæsaris, ab initio historiæ Augustæ de Germanis ac Marcomannis scribens, hæc nominatim verba subiungit: [illegible] Id est: Sunt enim Germani nauigando, vel nando exerciti, qui tantũmodo in fluminibus lauantur. Alludit denique ad hoc studium populi in re equestri, Claudianus poeta in Panegyri tertia, de consulatu Honorii:

> *Signa triumphato quoties flexisset ab Istro,*
> *Arctoa de strage calent, & poscere partem*
> *De spoliis, Scythicos arcus, aut rapta Gelonis*
> *Cingula, vel iaculum Daci, vel frena Sueui,*
> *Ille coruscanti clypeo te sæpe volentem*
> *Sustulit arridens, & pectore pressit anhelo,*
> *Intrepidum ferri galea nec triste timentem*
> *Fulgur, & ad summas tendentem brachia cristas, &c.*

5 DE SVEVORVM victu, quemadmodum lacte, eodemque in caseum coagulato, & præcipue assaturis nutriebantur, venationeque exercebantur, vnde in immania corpora assurgebant, Cæsar lib. 4. Gallicæ historiæ, hæc memoriæ prodidit, cum de Sueuis tractat: Neq; multum frumento, sed maximam partem lacte atq; pecore viuunt, multumque sunt in venationibus. Quæ res & cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ, quod à pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant, & vires alit, & immani corporum magnitudine efficit. Huc pertinet, quod idem libro 1. eiusdem historiæ, de grandibus & horribilibus Germanorum corporibus tradit: Dum paucos dies ad Vesontionem (inquit) rei frumentariæ commeatusque causa moratur, ex percunctatione nostrorum, vocibusque Gallorum mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse prædicabãt: sæpenumero sese cum his congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuisse: tantus subito timor omnem exercitum occupauit, vt nõ mediocriter omnium mentes animosq; perturbaret. Non possum silentio transire, quod ad hunc locum facere videtur, locum qui est apud Athenæum Dipnosoph. lib. 8. [illegible] Quod Latine versum sic habet: Germani, vt Posidonius testatur in trigesimo, carnem apponebant in conuiuiis assatam, & bibebant vinum meracum, atque lac. Porro hæc in hanc vsque tempestatem non solũ apud Sueuos, sed in vniuersa præterea Germania consuetudo manet, vt homines passim & lacticiniis caseoque & vino indulgeant liberalius. Quod tamen Cæsar libro quarto commentariorum Gallicæ historiæ, non consuetum Germanis Sueuisque fuisse adseuerat, ita scribens: Vinum ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines, atq; effœminari arbitrantur. Cęterum hoc fortasse de exoticis erit vinis intelligendum, & vulgo rusticorum, qui hocce adhuc seculo aquæ magis quam vini potores sunt, ruri ac in oppidulis: cum nobiles, equites, milites q; vino vsq; ad ebrietatem operam dent, quod omnibus Septentrionalibus populis ex Herodoti sententia peculiare esse, Athenęus etiam lib. Dipnosoph. 1. ita testatur: [illegible], inquiens, [illegible]

λήσασθαι, καὶ ἀκροτοποτεῖν γενόμενον, ἐκ τῆς μάθης μανῆναι· καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ λάκωνες, ὅταν βούλωνται ἀκρατέστερον πίνειν ἐπισκυθίσαι λέγουσι. Id quod latine sic vertitur: Cleomenem regem Scythis conuersantem, & eorum ebrietatem imitantem, ad insaniam versum: vnde & ipsi Lacones, auiditatem bibendi vocauere episcythitæ.

6 Svevos quondam libertatis nouarumque rerum studiosos extitisse, vt etiamnum esse cernuntur, Cæsar libro quarto Commentariorum Gallicæ historiæ scribit: Quæ res (ait) ex cibi genere, & quotidiana exercitatione, & libertate vitæ, quod a pueris nullo officio aut disciplina assuefacti, nihil omnino contra voluntatem faciant. Quare recte Arminius Germanorum princeps, Flauio fratri qui apud Romanos militabat, hæc eoram obiecit in colloquio mutuo. Exin diuersi ordiuntur, hic magnitudinem Romanam, opes Cæsaris, & victis graues pœnas, in deditionem venienti paratam clementiam, neque coniugem & filium eius hostiliter haberi: ille fas, patriæ libertatem auitam, penetralis Germaniæ deos, matrem precum sociam, ne propinquorum & affinium, denique gentis suæ desertor & proditor quam Imperator esse mallet. hæc Tacitus. Huc spectat, quod Plutarchus in vita Lysimachi refert, vbi eum à Dromachete Gotho. Germano videlicet, victum, deplorantemque Germanorum libertatem introducit his verbis: λυσίμαχος ἐν Θράκῃ καθηττηθεὶς ὑπὸ δρομιχέτου, καὶ διὰ δίψαν ἑαυτὸν καὶ τὸ στράτευμα παραδοὺς, ὡς ἔπιεν αἰχμάλωτος γενόμενος, ὦ θεοὶ, εἶπεν, ὡς μικρᾶς ἡδονῆς δοῦλον ἐμαυτὸν ἐκ βασιλέως πεποίηκα. Id est: Lysimachus in Thracia victus à Dromachete, cum sese & exercitum præ siti tradidisset, bibens in captiuitate positus: O dii (inquit) vt paruæ voluptatis gratia memet seruum ex rege feci. Sic quoq; Idathyrsus Scytharum Germanicorum rex talem gentilem libertatem extollit apud Plutarchum, in hæc nominatim verba, quæ non grauabor adscribere: ἰδάθυρσος ὁ σκυθῶν βασιλεὺς, ἐφ' ὃν διέβη δαρεῖος, ἔπειθε τοὺς ἰώνων τυράννους, τὸ τοῦ ἴστρου ζεῦγμα λύσαντας ἀπαλλάττεσθαι, μὴ βουληθέντας δὲ διὰ τὴν πρὸς δαρεῖον πίστιν. Quod Latinis verbis sic sonat: Idathyrsus Scytharum rex, contra quem Darius traiecisset, suadebat Ionum tyrannis, vt soluto Istri, Germanorum videlicet fluminis, iugo effugerent, & se in libertatem vindicarent, dum noluissent fidem suam in Darium fallere. Non possum hic silentio transire, quod Herodianus libro sexto Historiarum, de nouitatis studio in Germanis, quod in hunc vsque diem huic populo, ac Sueuis præcipue, peculiare, ac quodammodo innatum est, refert: Ὄντες οὖν καὶ ἄλλως πρὸς τὸ καινοτομεῖν ἐπιτήδειοι, καὶ τὸ μὲν πρᾶον τῆς ἀρχῆς, βαρὺ δὲ μᾶλλον ἐξουσίας ἡγούμενοι, ἀπῳδοὶ δὲ ἤδη πάσης παρατεινομένης φιλοτιμίας. Sunt enim Germani (inquit) suapte natura proni ad res nouandas, & tam longo principatu grauati, minus lucrosam putauerũt eius diuturnitatem, omni ambitione consumpta.

7 Svevos, id quod hodie adhuc faciunt, late domo profectos fuisse: etsi quas nostra tempestate mercaturas vbique fere locorum exercent, quondam abhorruerint. Neq; longius (scribit Cæsar 4. Commentariorum Gallicæ historiæ) anno remanere vno in loco incolendi causa licet. Et iterum: Publice maximam putant esse laudem, quam latissime à suis finibus vacare agros. hac re significari, magnum numerum ciuitatum suam vim sustinere non potuisse. Itaque vna ex parte à Sueuis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. Sic quippe legimus apud Arrianum Nicomedensem, in Alexandri magni exercitu Sueuos militasse. Mithridatem quoque secum Germanos habuisse, Iustinus libro trigesimo octauo author est. Iosephus præterea libro septimo, & Egesippus primo, circa lectum Herodis filii Germanos fuisse scribit. Vt minus mirum sit de Romanis Imperatoribus, qui nun nisi Germanis stipatoribus vtebantur: vt de Augusto, Caligula, Nerone, & Galba Tranquillus: de Marco Cæsare, Commodo atque Seuero, Herodianus: deque Maximino atque Gordianis, Capitolinus: de Victorino denique Lolianu, Trebellius Pollio memoriæ prodiderunt. Huc pertinent, quæ de tot actam procul dissitis sedibus huius gentis mox narraturus sum. Constat enim, eadem tempestate, posita primum Imperii monarchia, Iulio dictatore, eiusque priuigno Augusto imperantibus, Sueuos quatuor regna locis maxime remotis habuisse: puta ad Albim, & in Boiohemo, vbi Marobuduus gubernabat: in Vbiis, vltra Rhenum, in Gallia apud Treuiros, quibus Ariouistus imperitabat: & ad sinum maris Adriatici: id quod Cæsaris Gallicam historiam ac Polybium legenti, facile apparet. Eadem vagandi lateque promouendi fines cupidine, inclinante Imperio, Sueuorum regnum vnum in Rhætiis fuit, vbi adhuc hodie Sueuorum ducatus & landuogtia manent: alterum in Liburnia ad Drauum Dalmatiæ proximum, vbi Chunimundus regebat: & tertium in Hispania Gallecia, quo loco post Ermericum Ræzila & Reciarius, Sueuorum quippe reges, rerum potiebantur. Vt minus mirum sit, quod hoc seculo Sueui & in India nouisque insulis ditiones habeant, & à Sueuis non solum Rhætii, Alpgouienses, Risiarii & Bodmanici lacus accolæ, verum etiam Sundgouienses, Heluetii, Brisgaudii, Alsatæ, Badenses, Wirtenbergenses, imo nobiles quoque Austriæ cum incolæ, tum princi-

principes, rite originem trahant. etsi quod de mercatura scribit Cæsar, hodie locum in hac gente non habeat: Mercatoribus (inquit) est ad eos aditus magis eo, vt quæ bello ceperint, quibus vendant, habeant, quam quo vllam rem ad se importari desiderent. Quin etiam iumentis, quibus maxime Galli delectantur, quęque impenso parant precio, Germani importatis non vtuntur: sed quæ sunt apud eos nata parua atque deformia, hæc quotidiana exercitatione, summi vt sint laboris, efficiunt. hæc Cæsar 4. lib. Gallicæ historiæ: quæ hodie quam ex diametro pugnent cum Sueuis, nemo est qui non intelligat. Nam & aditus mercatoribus frequentissimus est, ipsique adeo late domo profecti, ex Italia, Venetiis, Gallia, Belgis, Andvverpia, & quod plus est, ipsa abusque India merces important: iumentaq; atque equos aliunde ex Belgis gradarios atque bellatores, cursores vero ex Thurcia, Hungaria atque Seruia, Walachiaque sibi adsciscunt: & optimos quisque habere contendit, gentilitiis contemptis.

Pagi Sueuorum.

8 SVEVOS multos pagos, hoc est terrarum tractus possedisse, quos gentilitia lingua Græca origine Gevu appellitant, centum videlicet, vt Cæsar scribit: addens & illud libro 1. Gallicæ historiæ, Germanos paulatim Rhenum transire consuesse, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire. Et lib. 4. Vsipetes & Tenchteros Rhenum traiecisse, quod à Sueuis quoque plures annos exagitati bellis premebantur. Hæc consuetudo populo vsque mansit, multos vbique variisque in locis tractus ac territoria constituendi, quæ Gevu (vt diximus) & eorundem ditionem posterius Landuogtias nominarunt. Sic nanque ante patrum memoriam Sueuiæ totius ditio atque imperium diuidebatur in Landuogtiam Burgouiæ, Landuogtiam Alpgouiæ, Landuogtiam Curiensem, Landuogtiam Rauenspurgensem, Landuogtiam Hegouiæ, Landuogtiam Rotenburgensem, Landuogtiam Rotvvilensem, Landuogtiam Nigræ syluæ, Landuogtiam Stullingensem: Landuogtiam quatuor ciuitatum secus syluam Harcianam, vulgo der vier waldstet: Landuogtiam Turgouiensem, Landuogtiam Tigurinēsem: Landuogtiam Ergouiæ: Landuogtiam Nuitlandiæ: & Landuogtiam vtriusque Alsatiæ: quas voces, vtpote gentilitias Germanorum, Romani scriptores Pagos appellarunt. Hosque secuti Franci, vt in cæteris omnibus, in fundationibus atq; primordiis cœnobiorum, vetustisque diplomatibus, integras passim prouincias atque regiones Pagos appellarunt: vt videlicet pagum Alpgouiæ, fundatio Campidonensis monasterii: pagum Turgouiæ, in diplomatibus Curiensis episcopatus: pagum Nordgouiæ, in literis episcopii Ratisponensis: pagum Trungouiæ, in exordiis Crembs monasterii Austriæ superioris (vbi totus tractus Trunæ amnis decurrentis appellatur) & pagum Osterrichæ, in antiquissimis in Austria repertis literis. quorum omnium exempla atque rhapsodias adduximus libro Comment. nostrorum Reipub. Romanæ. Cæterum Landuogtia Curiensis, cuius sedes prætorii fuerat in Rankhvvil, omnium vetustissima reperitur vsque ad Rheni fontes extensa. In qua Clodouæo magno Francis imperante, Baldeberto iudice, beatus Fridolinus Sequanorū & Rhætorum apostolus, Vrsi cuiusdam reguli donationem tuebatur, aduersus Landolphum fratrem Vrsi, vt legitur in eius viri historia: quæ defunctum Vrsum à viro Dei ad vitam reuocatum, atq; in testimonium adductum testatur. in hoc enim prætorio, siue Landuogtia, 16 antiquitus comites legūtur assedisse. Quorum erant præcipui, in maximas postea familias distributi, videl. Montfortii, Brigantini, Werdenbergenses, Dokenburgenses, Sonneburgenses, Recznus, Sargans, Castelvvardenses, Aspermontēses, Bellunenses, Ranschvvangēses, Maczenses & Mesaucenses. Cæterum iudices illius prætorii, siue Landuogtiæ in antiquis temporibus comites de rubro vexillo, von dem Rottenfan appellari inueniuntur. à quibus descendere dignoscūtur comites Montfortii, Brigantini, Ryneccenses, Werdenbergenses, Tubingenses & Herrenbergenses. Non possum hic silentio transire, quod de Turegensi pago, siue Landuogtia, Otto Frisingensis scriptum reliquit, libro historiæ Friderici 1. cap. 8. loquens de Berchtoldo Zaringensi comite, cui pro ducatu Sueuiæ sibi promisso, Henricus quartus Landuogtiam Tigurinensem concesserat in ducatu comitibus ab Stoufen sublimatis: vnde Friderici, Henrici ac Cunradi omnes, & Sueuiæ duces & Cæsares, maiori ex parte defluebant. Sic itaque (inquit) prædictus Fridericus (intelligit comitem a Stouffen, Cunradi Cæsaris tertii patrem) dux simul Sueuorum, & gener regis factus, ad propria rediit. Et ne multis morer, Berchtoldum tandem pacem petere coegit: quod quidem sub filio suo Friderico factum tradunt. Conditio autem talis fuit, vt Berchtoldus ducatum exfestucaret: sic tamen, quod Turgum nobilissimum Sueuiæ oppidum a manu Imperatoris ei tenendum remaneret. hoc oppidum in faucibus montium versus Italiam super lacum, vnde Lemannus fluuius fluit, situm, Imperatorum seu regū olim colonia fuit: tantæque iuxta maiorum suorum traditionem authoritatis, vt Mediolanenses, si quando ab Imperatore ad Transalpina vocarentur iudicia, ibi discuti vel iudicari

de iure deberent. Vnde ex eiusdem tam in rebus quam in honoribus abundantia, in ipsius porta scriptum dicitur, *Nobile Turregum multarum copia rerum.* A prędicto etiam Lemanno fluuio (vnde Lucanus, *Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno*) tota illa prouincia Alemannia vocatur. Quare quidam totam Teutonicam terram Alemanniam dictam putant, omnesque Teutonicos Alemannos vocare solent: cum illa tantum prouincia, id est Sueuia, à Lemanno fluuio vocetur Alemannia. Hęc ille. Ex quibus colligimus iterum, Sueuorum gentem Alemannos extitisse, Alemanniæque siue Sueuiæ landuogtiam ad Tigurum fuisse, vbi nostra memoria cōfœderatis Heluetiorum subiectę Valles, Vri, Schvvicz, Vndervvalden, Zug, ac comitatus visuntur Rappersvveil, Kiburg & Habsburg.

9 SVEVOS quondam, vt hodie adhuc sunt, in loquendo arrogantes fuisse, ac gloriabundos, grandia semper elocutos, ac cæteros præ se populos cōtempsisse: id quod vel ex responso Ariouisti regis, illorum apparet apud Cæsarem, lib 1. Gallicæ historiæ: Nam cum in colloquio Cæsar illi beneficia populi Rom. in illum commemorasset, quod rex appellatus esset à senatu, quod amicus, quod munera ampla missa: respōdit pauca & superba Sueuus, vt verbis Cęsaris vtar, in hæcce verba: Ariouistus ad postulata Cæsaris respondit, de suis virtutibus multa prædicauit: transisse Rhenum se non sua sponte, sed rogatum & accersitum à Gallis, non sine magna spe, magnisq; pręmiis domum propinquosque reliquisse, sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos: stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consueuerint: non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse: omnes Galliæ ciuitates ad se oppugnandum venisse, ac contra se castra habuisse: eas omnes copias à se vno prælio fusas ac superatas esse. Si iterum experiri velint, paratum se decertare: sin pacem malint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus dependerint. Amicitiam populi Rom. sibi ornamento & præsidio, non detrimēto esse oportere: idque ea spe se petisse. Si per populum Rom. stipēdium remittatur, & deditii subtrahantur, non minus libenter se recusaturum populi Rom. amicitiam, quam appetierit. Quod multitudinem Germanorum in Galliam traducat, id se sui muniendi, non Galliæ oppugnandæ causa facere. eius rei restimonio esse, quod nisi rogatus, non venerit: & quod bellum non intulerit, sed defenderit: se prius in Galliam venisse, quam populum Rom. Nūquam ante hoc tempus exercitum populi Rom. Galliæ prouinciæ finibus egressum: quid sibi vellet, cur in suas possessiones veniret? Prouinciam suam esse hanc Galliam, sicuti illam nostram. vt ipsi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret: sic itē nos esse iniquos, quod in suo iure se interpellaremus. Quod ex senatusconsulto Heduos appellatos amicos diceret, non se tam Barbatum, neq; tam imperitum esse rerum, vt nō sciret, neq; bello Allobrogū proximo Heduos Romanis auxilium tulisse, neq; ipsos in his contentionib. quas Hedui secum & cum Sequanis habuissent, auxilio populi Rom. vsos esse: debere se suspicari, simulata Cæsarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimēdi causa habere. Quod nisi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum. Quæ prolixius, fateor, ex Cæsaris Commentariis. at in hoc attulimus, vt quam superbum hoc fuerit responsum Ariouisti Suei, coram Rom. Imperatore & totius orbis monarcha, lector candidus intelligat. Tale superbum respōsum dedisse Alexandro magno alios Sueuos, qui ad Adriam colebant, in sinu Ionio, in finibus Dalmatiæ & Istriæ (quorum eo loci & Procopius & Iordnandes in Commentariis Gothicis meminere, & quorū adhuc posteritas superest in regiuncula quam Gotscbee appellant, inter Istriam atque Carniolam) Arrianus in eius vita refert, ita scribens: Huc loci legati & à cæteris Danubii accolis, & à Syemio Triualorum rege, item a Germanis, qui Ionium sinum incolunt. Sunt quidem Germani vt grandi corpore, ita animo elato, magnoque. Hæ legationes ad Alexandrum venerunt, vt amicitiam cum eo iungerent. Quibus in fidem & amicitiam receptis, è Germanis quæsiuit: Quidnam esset in humanis rebus quod præ cæteris extimescerent? ratus, nominis sui magnitudinem ad illos, multoque etiam interius penetrasse: idque esse, quod præ cæteris sibi formidolosum faterentur. Illi vero, quod procul ab Alexandro agebant, quod loca accessu difficillima incolebant, ipsumque ad alia bella intentum videbant, timere se illud ante omnia dixerunt, ne forte in sese aliquando cœlum rueret. Nihil mouit Alexandrum superbum legatorum responsum. itaque nihilominus tamen in amicitiam & societatem receptos, domum remisit: id tamen elocutus, Germanos arrogantes esse.

10 DE SVEVORVM veteri lingua certi nihil pronūciare possum, vt quam tot seculis, veluti alias, mutatam verisimile est. Id quod diplomata atq; annales scripti ante annos CCC abunde testantur. Nō vero audiendi sunt illi, qui ante annos 3[illegible] primum [illegible] niū linguam nostrā scribi solitam existimant. Nā & literas & annales ante quadringentos annos scriptos animad-

animaduerti, ex quibus subieci pauca quædam. Cæterũ vocabula quædam primis temporibus aliter ab hac gente fuisse prolata, vsq; Sueuos plurimu periphrasi in vocib. fuisse, testatur Gotscheensium idioma in Carniola: quos eorum Sueuorum fuisse atq; esse reliquias, qui in Liburnia Iustiniano imperãte, & ante hunc tenuerũt: cuius reges Chunimundũ atq; Achiulphum Iordnandes commemorat, & quorũ oppidi Burni in finibus Istriæ atq; Dalmatiæ Procopius meminisse videtur. Hi namq; Gotscheenses nemore vndique cincti, & in medio Slauinorũ, lupum appellare solent holzganger/ quod syluas videlicet perambularet: vulpẽ, a clandestino incessu chleischer: sciurum, quod cũ eo luderetur, ain scherczer nominãt: Catum, ain offenbürzel: vulpem preterea etiam, ain haberstricheł/ & similia multa. His accesserunt Latinæ pleræq; voces à nostris receptæ, atq; gentilitiæ linguæ mixtæ, posteaqua Romani milites pessum eunte Imperii statu, vt Procopius scribit, ad Barbaros atque Germanos transiissent cum signis. Quas voces etiam, dum militarent inter Romanas legiones, hausisse paulatim, verisimile est, vt in quinto Commentariorũ Reipub. Romanę prolixe ostẽdimus. Porro quæ voces Romanæ nostra adhuc in lingua extent, libro huius Operis 2. enumerauimus quasdam: vt quantum veteri linguæ decesserit, facile appareat. Id quud literæ passim atque scripta antiqua ea in lingua, quæ ante patrum memoriam vniuersæ pene Germaniæ à Saxonia & Rheno vsque ad Noricas alpes communis, & præcipue Austriæ familiaris fuerat, comprobare possunt, è quibus pauca exempla subiiciam. Tales sunt rhythmi illi, quos in peruetusto codice reperimus, quos non grauabor subscribere.

Gott herre si das nu dyne khunst
by dir was one begunst/
Vnd anegende ine gewan
vnd doch wol mugé vnd machen khan/
Anegende vnd endes zill
als din gepott gebieten will/
So will ich bitten dich/ das du
begiezzest mine synne nu/
Mit dem brunnen dyner wyshait
der vrsprung aller wizde treit/
Vnd schöpferin anegende wyr
wan ich beguinnen will mit dyr/
Ze sprechen vnd ze dichten
zebeschiden vnd zeberichten/
Wie du von erste mit dyner khrafft
hymel vnd erde vnd alle geschafft/
Von onegende erdachtest
in syben dagen volbrachtest/
Gar aller geschöpfte vnderschait
vnd der stam aller menschait/
Allen mannen/ allen wiuen/
geschupp mit zwyen liuen/
Vnd geben menschliche frucht
anevanch vnd vrhap nit genucht/
Vnd van der ersten stunde
das diu menschait begunde/
Mit Adame dem ersten man
wurtzen vnd sich heuen an/
Vnd wie syn syndliche schulde
verworchte dine hulde/
Durch seines wiues dumen rat/
vnd wie die selbe missethat
An der nachkhomender art
mit dynen schlagen errechen wart/
Da diu erste welde vergie
die mit diuen khynden anevie/
Die von Adames samen
anegende vnd vrhap namen/
Was sit den zilen vnd der frist
beschehen/ vnd sit den ziten ist/ &c.

Ex quibus facile colligi poteſt, hodiernum Heluetiorum, lacusque Bodmanici accolarum linguam, habere cum veteri Sueuorum ſimilitudinem. Nam quo noſtra tempeſtate Sueui in Rhætia ac Wirtenbergia idiomate vtuntur, Alemannorum fuiſſe crediderim, qui & ipſi Sueuorum gens vna fuerat, ſed rudior paulo, ac magis ſylueſtris, barbaraque. Siquidem & Flauius Vopiſcus in vita Proculi Cæſaris, author eſt, Alemannos prius dictos fuiſſe Germanos. Equidem hodie Sueuorum lingua, qua in Rhætiis ac Wirtenbergia homines paſſim vtuntur, magnanimitatem quandam veterem illam gentis, ac plane (ſi ita dicere poſſum) virilitatem demonſtrat: adeo voces verbaque omnia ex imo pectore, cum ſonus vehementia ac emphaſi quadam ſingulari efferuntur. Vt non dubitem, & hanc ab antiquo illo gentis idiomate proceſſiſſe: facta parua ex Latino & Romanorum prouinciali ſermone, Franciſque qui huic populo inclinante Imperio imperare cœperunt, mutatione. Huc pertinent, quæ de Ribuariorum legibus, à Francis latis, ſcripta ſunt (hocce enim nomine Sueuos tributarios Franci nominare ſolebant) quales ſunt hæ leges, quarum paucas exempli gratia ſubicci: Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium interfecerit, & eum cum rama aut callis, vel in puteo, ſeu in quocunque libet loco celari voluerit, quod dicitur mordridus, DC ſolidis culpa iudicetur, aut cum 72 iuret. Si quis ingenuus ingenuum Ribuarium extra conſilium vendiderit, & eum iterum ad ſolum non potuerit reducere, DC ſolidis culpa iudicetur, aut cum ſeptuaginta duobus iuret. Si quis puellam Ribuariam interfecerit, CC ſolidis culpa iudicetur: aut ſi negauerit, cum XII iuret. Si quis fœminam Ribuariam interfecerit, poſtquam parere cœperit, vſque ad quadrageſimum annum, DC ſol. culpa iudicetur: aut ſi negauerit, cum 72 iuret. Quod ſi ingenuus Schoneſti cum 15. & quas cum amaſſario aut 6. ſcrufas cum verre, vel duodecim vaccas cum tauro, DC ſol. culpa iudicetur: & inſuper capitale ei dilatura reſtituat. aut ſi negauerint, ſinguli cum 72 iurent. Quod ſi quis in iudicio pro ſeruo interpellatus fuerit, quod ſi ſeruus talis non fuerit, vnde dominus eiuſdem fiducia ſecurus eſſe poſſit, in iudicio reſpōdeat ad interrogationes, licet ſine Tancano loqueretur, dicat: Ego ignoro vtrum ſeruus meus culpabilis an innocens ex hoc extiterit. Propterea eum ſecundum legem Ribuariam ſuper 12 noctes ad Gneum repræſentato, & ſic eius præſentiam cum ſiſtica fidem faciat. Quod ſi, poſtquam eum ad Gneum implicuerit, fuga elapſus fuerit, ad placitum veniens, cum tribus teſtibus in Aracho iuret. Hoc autem conſtituimus, vt infra pago Ribuariu tam Francoburgundiones Alemannis, ſeu de quacunque natione commoratus, fuerit in iudicio interpellatus, ſicut lex loci continet, vbi natus fuerit, ſic reſpondeat. Quod ſi damnatus fuerit ſecundum legem propriam, non ſecundum Ribuariam, damnum ſuſtineat. Quod ſi in prouincia Ribuaria iuratores inuenire non poterit, ad Gneo ſeu ad ſortem excuſare ſtudeat. Tales multæ leguntur leges a Frācis, Alemannis & Sueuis Ribuariis datæ, vbi gentilitia vocabula aliquando inſeruntur. quemadmodum hic mordridus, quod hodie etiamnum Sueui morden vocant, hoc eſt interficere: Schoneſti, pro pulchro: Tancano, pro litem conteſtari, quod poſterius dingen pronunciabatur, vox communis ad litis conteſtationem & venditionem. Ad Gneum repræſentare, quod hodie dicimus, auf gnad vnd vngnad ſtellen. In Aracho reſpondere, quod modo dicimus, zum rechten verantworten.

II SVEVORVM priuilegium vetus erat, in expeditione exercitum omnem Romani Imperii, omneſque populos præcedere: qua inter Auſtriacas prouincias Styri prær[illegible]gati[illegible] nituntur. Meminit Lambertus Schafnaburgenſis, in hiſtoria Henrici quarti Cæſa[illegible] quia nec ſitus loci, nec multitudo patiebatur, vt vno eodemque tempore omnibus v[illegible]ret manus conſerendi copia, datum negocium eſt duci Rudolpho, vt ipſe cum ſuis pri[illegible] acie confligeret, peculiari ſcilicet Sueuorum priuilegio, quibus ab antiquis iam diebus lege latum eſt, vt in omni expeditione regis Teutonici, ipſi exercitum præcedere, & primi committere pugnam debeant.

INCIPIT LIBER OCTAVVS OPERIS TOTIVS, DE SVEVORVM GENTIS MIGRATIONIBVS, *& reliquiis, & posteritate, principibus, nobiliumq́ familiabus*: WOLFGANGO LAZIO *Viennensi autore.*

SVEVORVM præcipui quondam, & antiquissimi Germanorum populi ad tantam gloriam & nominis existimationem venerunt, vt tanquam non nisi Sueui Germani essent, cum Germanis passim, authoribus historiarum confundantur. Id quod Francis quoque, inclinante Imperio, cum & hi omnem rei bellicæ laudem ad se traxissent, cötigit. Hi vero non solum antiquitate, & gestorũ celebritate principem semper in orbe locum habuere, verum multitudine etiam, & in varios tractus vltra quoque veteris Germaniæ limites propagata sobole, exteris innotuere: bellique laude omnibus cogniti maximis orbis dynastis, extra etiam Europam, & ante constitutam Romanam monarchiam militabant. Sic enim & Arrianus Nicomedensis, Sueuos in Alexandri magni exercitu meruisse, & apud Mithridatem Ponti regem procul in Asia Sueuos fuisse, cũ aduersus Romanos bellum gereret, Iustinus libro 38. authores sunt. Quin & Romanos ad claustra Caspiarum, & in Albanos, Sueuorum auxiliis venisse, Cornelius libro 17. memoriæ prodidit. Vt recentiora illa existimanda sint, quæ minorem quoq; genti laudem concilient, quod primi illi ac omnium potentissimi Imperatores Iulius & Augustus, Sueuos auxiliares atque obsequio obnoxios habuerint. Quippe Cæsar lib. 1. Gal. hist. Arionistum Sueuorum regem senatus Rom. beneficio regem appellatum refert: & Strabo lib. 7. Maroboduum Sueuorum regem ab Augusto beneficia magna comparasse, principemque popularibus impositum testatur. Atque hic nihil necesse est dicere, quod cæteri qui secuti sunt huius gentis reges, Vannius, Iubillius, Sido, ac Italus (quod adhuc nomen superest Eitel vulgo) ab imperatoribus similiter Romanis reges confirmati fuerint. Quod præterea Caligula, Nero, Galba, Vitellius, Otto, & qui posterius rerum potiti sunt, Marcus Commodus, Pertinax, Seuerus, Caracalla, Alexander, Maximinus, Gordiani, Constantius, & Sueuorum auxiliis in bellis subinde vsi sint, & corporis custodes præ cæteris ex hac gente, vt fortiores ac fideliores, adhibuerint: vt ex Tacito, Plutarcho, Iosepho, Egesippo, Aurelio Sexto, Sozomeno, & aliis historiæ authoribus facile colligi potest. Iam vero illud quoque gentis nobilitatem apud posteros in primis demonstrat, quod late domo profecti, vt Cæsar etiam in historia Gallica testatur, multas prouincias eadem etiam tempestate occuparint atque coluerint: Sueuorum gens (inquit ille) est longe maxima, & bellicosissima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur. Ex quibus quotannis singula millia armatorum, bellandi causa, suis è finibus educunt. Reliqui qui domi remanserint, se atque illos alunt. Hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent. Sic neque agricultura, neque ratio atque vsus belli intermittitur. Sed priuati ac separati agri apud illos nihil est, neque longius anno vno remanere in loco incolendi causa licet. Et iterum Cæsar: Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros. Hac re significari, maximum numerum ciuitatum suam vim sustinere non posse. Itaque vna ex parte à Sueuis circiter millia passuum sexcenta vacare dicuntur. Hæc Cæsar in Gallica historia. Sic quippe (vt exemplo rem confirmem) imperante Cæsare Dictatore, Sueui ad Albim & in Vbiis, vbi hodie sunt fines Hassiæ & Westphaliæ, & in Treueris coluerũt, vt ex Commentariis eiusdem potest Cæsaris aduerti. Sic quoque inclinante Imperio Sueuos & in Rhætiis (vbi adhuc eius populi manet posteritas) & ad Drauum amnem in Valeria ac Liburnia, in Italiæ denique vicinia inter Athesim & Padum, imo vltra Rhenum quoque in Sequanica prouincia & tractu Argentoratensi (vbi modo cernuntur Sundgouia, Brisgaudia & Alsatia, a Sueuorum reliquiis & hodie cultæ) agros hũc populum habuisse, legenti historias Ammiani Marcellini, Procopii, Iordnandis, Symmachi, Cassiodori, ac Claudiani poemata, liquido apparebit. Vt minus mirer, de posteritate huius gentis ac late vbique terrarum diffusa sobole: quæ Imperio deinde ad Germanos deuoluto, late per vniuersam non Germaniam veterem illam solum, sed Romanas etiam prouincias, Pannoniam, Noricum, Rhætias, Sequanam, tractum Argentoratensem, & Moguntiacensem, colonias deduxit, & minores populos seu tribus exauit. Vt paucæ iam prouinciæ Germanico nomini obnoxiæ existant, quæ non à Sueuis originem ducant. Austriaci nos a Sueuis descendimus. Tyrolenses præterea, Rhæti, Heluetii, lacus Bodmanici accolæ, Wirtenbergenses,

Late profecti Sueui.

Quæ prouincia à Sueuis orta.

Brisgaudi, & qui Nigram syluam tenent populi, Sundgouienses, Alsatæ denique & Rhenéses, Sueuorum nationi primordia sua debent, de quibus postea in transcursu sermonis prolixius dicam. Illud omittendum non est, primis temporibus quatuor peculiares Sueuorũ fuisse siue populos, siue tribus dicere mauis, à situ passim cognominatos. Quorum Longobardi, secus Rhenum: Marcomanni, ab Albi in Pannoniam, Danubiumque & Vistulam amnes, ac vltra etiam in Daciam vsque late ditionem tenebant, qui cum a Sueuo & amne & monte (Spree hodie vocant, & Laußnitzer gepürg) Sueui prima origine: tum deinde quod limitem Germaniæ possiderent, Marcomanni, hoc est, si gentiliter pronunciare velimus, Marckmannen/ quod latine est limitanei homines, à cæteris populis Germaniæ nominabantur. His proximi Sennones, Sueuorum nobilissimi (vt Strabo scribit) Harcinię syluæ amœnissimas valles, Boiohemum inquam (vt enim Strabo testatur) Risam & Wirtenbergiæ tractum insidebant: vulgo ac gentilitia lingua, vt arbitror, quod sole illustratos agros colerent, sic appellatos, die Sunnawer: nisi quis originem & etymon vocabuli à Sennonibus Gallis petere velit, quos etiam in sinu Adriatico, & iuxta Iapodes tenuisse, Polybius in secundo, & Strabo lib. 4. & 7. referunt: quod de Sueuis Arrianus in vita Alexandri, Procopius & Iordnandes in Gothica historia scribunt. Nam & superbum responsum, quod legati eius gentis Alexãdro magno dedere, facile coarguit, Sueuos eos extitisse, quos Germanos generali vocabulo Arrianus, Polybius & Strabo, maxime speciali Sennones dixere. Ab his procul vltra Noricas alpes, in Rhætiis, eiusque prouinciæ alpibus editissimis, earundemque vallibus minus splendidis, tertii generis Sueui, qui à situ tali Alpmanni nuncupabantur, vsque ad Galliæ fines & vltra Rhenum incolebant, magis quam cæteri barbari: bellicosi tamen, sed victi postremo à Francis, ac distincti in Sueuiæ ducatum, & aliquot alios pagos gentis, quos supra enumerauimus: videlicet Curiensem altæ Rhætiæ, Turgouiensem, Lyntzgouiensem, Hegouiensem, Rottallẽsem, Mortnouiensem, Brisgouiensem, Sundgouiensem, Ergouiensem, Tigurinensem, Vri/ Schwitz/ Vnderwalden/ Zug & Vchtlandiam. In quibus finibus & Lemannus lacus est, & fluuius eodem nomine Lymat vulgo, qui Thermas Heluetiorum præterfluit, & in Rhenum exit. à quibus Alemannos quoque sunt qui deriuare conantur, quod non improbo: veluti nec illorum opinioonem, qui eadem ratione qua Germani, quod toti sint viriles, ita & Alemannos, quod omnes essent viri, sic dictos arbitrantur. Sed quid cesso ordine huius gentis sedes iuxta seculorum successiones rimari? Primam igitur inuenio habitationem eius populi (quantum memoria repetere licet, in Liburnia ad Adriæ sinum, quem Ionium Arrianus vocat, [illegible] his videlicet finibus qui hodie principibus Austriæ obnoxii, secus Istriam ac Dalmatiam atque Forumiulium, Pyrpamer wald/ Karst/ Wipach/ Gotschen/ & marcha Wyndorum appellantur. Meminit vero Sueuorum Sennonum his in finibus Polybius lib. secundo, cum Pyrrhi in Italiam transitum describeret: Quo scelere indignati (inquit) acriter Romani, nouo delectu habito, penetrare in Galliam adgrediuntur. Sed parum processum erat, cum eis Sennones occurrunt. Hos collaris signis e uestigio adgressi superant, magnam partem interficiunt: si qui superfuerant, sedibus fugant, regione potiuntur. Nouam ipsi in vrbem coloniam deducunt: eam veteri nomine, quod prima à Gallis habitata fuerat, Senam appellant. Est autem ea vrbs, quemadmodum supra memorauimus, in littore Adriatici maris sita, vbi campi Italiæ terminantur. Subscribit Strabo libro v Geographiæ: Regionem Transpadanam incolunt (inquit) Veneti, & alii vsque Polam, supra Venetos, Carni & Cenomanni, & Medoaci, & Syambræi, ex quibus Romano nomini hostes extiterunt aliqui. Vbi per Cenomannos, Sennones intelligo, de quibus T. Liuius quinto ab vrbe condita ita scriptum reliquit: Boii (inquit) Lingonesq; transgressi, cum inter Padum iam atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto, non Hetruscos modo, sed etiam Vmbros agro pellunt, intra Pæninum fessę tamen tenuere. Tum Sennones recentissimi aduenarum, ab Vfente fluuio vsque ad Athesim fines habuere. Et sic intelligitur locus ille Plinii de Cenomannis, libro 3. cap. 19. In mediterraneo regionis decimæ, colonia Cremona, Brixia Cenomannorum agro, &c. Et Pauli Diaconi lib. v. rerum Longobardicarum, cap. 29. cum de Italiæ finibus secus Forumiulium loqueretur: Erat quidem Grymoaldo (ait) contra Romanos non mediocre odium, pro eo quod eius quosdam Germanos, Tasonem & Caconem in sua fide decepissent. quam ob causam Opitergium ciuitatem, vbi ipsi extincti sunt, funditus destruxerunt, eorũq; qui ibi aderant fines Foroiulianis, Taurisianisq; & Ceninensibus diuisit. Vbi per Ceninenses, Sennonum sunt vestigia accipienda. à quibus in hanc vsq; diem Senia episcopalis ciuitas ad oram Adriæ Austriis subiecta, vulgo Germanis Zeng/ & duo castra memorabilia, Altsenaseg/ & Newsenaseg/ in finibus Carniolæ & Istriæ, Austrię quoque principum obsequio nobnoxia, nomenclaturam ad posteros transmiserunt. Porro Sen-

Quatuor Sueuorum populi.

Prima Sueuorum sedes in Liburnia.

ro Sennonas Sueuos fuiſſe, Cor. Tacitus in libro De moribus Germanorum luculēter teſtatur hiſce verbis: Vetuſtiſſimos ſe nobiliſſimoſque Sueuorum Sennones memorāt: fides antiquitatis religione firmatur. Statuto tempore in ſyluam auguriis patrum & priſca formidine ſacram, omnibus eiuſdem ſanguinis populi legationibus cohærent, cæſoque publice homine celebrant. Huc pertinent, quæ ſcribit ſeptimo Geographiæ Strabo, de Maroboduo Sueuorum rege tractans: Reuerſus autem (ait) magnum adeptus eſt potentatum, & præter eos quos ante dixi populos, Luios etiam vendicauit, gentem ſane permagnam, & Zumos, & Butones, & Mugillones, & Sibinos, & ipſam Sueuorum nationem ampliſſimam Sennones. Præterea Germanos coluiſſe eo loci ad oram Adriæ, & in Liburnia, quo tempore Alexander magnus rerum potiebatur, confirmat etiam Arrianus in eius hiſtoria, ita inquiens: Huc loci (loquitur de Danubio in Mœſia, ad quem Alexander caſtrametatus fuerat) legati & a cæteris Danubii accolis, & à Sirmio Triualorum rege, item à Germanis qui Ionium ſinum incolunt, venere. Itaque illorum Sueuorum, his quos commemorauimus finibus poſteritas, quemadmodum adhuc hodie ſupereſt in Gotſcheenſi regiuncula, Iſtria, Carniola, atque Wyndorum marcha concluſa, vti fuerat quoque Iuſtiniano imperante, Sueuorum cognomine ſimul inſignita, vt hæc Procopii atque Iordnādis loca in Gothica hiſtoria conteſtantur. Quorum ille ſic ſcriptum reliquit: Ad id accedebat, quod Aſinarium Vligislaumque præfectos cum maximis copiis in Dalmatiam miſerat, vt in Gothorum hanc poteſtatem redigeret: & his imperat, vt ex locis Sueuiæ prouinciæ circumiectis, Barbarorum in ſocietatem aſcito exercitu, recta ſe in Dalmatiam & Salonas conferrēt. Et ſubdit: Vligislaus vero ſolus in Liburniam Gothos ductabat, qui vbi cum Romanis apud Sardonem (id loco nomen) acie conflixiſſet, victi bello, ad Burnum ſe vrbem receperunt. Erat vero Burnum Sueuorum illis in finibus municipium, vnde Burnpaymervvald, quam regiunculum Gotſchee cingit ſylua, nomen retinuit: quo loco Sueuorū reliquias ſupereſſe, ſupra diximus. Meminit Sueuorum in finibus Liburniæ Iſtriæque idem author, eodem libro Gothicæ hiſtoriæ alibi ita ſcribens: Poſt hunc ſub Heſperiæ regno Dalmatæ: deinceps Liburnia, Iſtriaque, & Venetorum ſunt loca, & Rauennam vſque pertingunt, maritimique omnes ea habitant eregione. Supra hos Sichi ſunt, & Sueui, haud tamen Francorum ſubditione: alii præterea qui mediterranea tenent, Carni deinde Murcique. His vero ad dextram Dacæ, Pannoniique incolunt. Huc pertinet quod ſcribit Iordnandes in Gothica hiſtoria, vbi de Theodemyri Gothorum regis in Pannonia ſuperiori bello cum Chunimundo Sueuorum rege prope Dalmatiam geſto loquitur: Quieſcente vero tandem (ait) Hunnorum gente à Gothis, Hunimundus Sueuorum dux, dum ad prædandas Dalmatias tranſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædauit. quia Dalmatiis Sueuia vicina erat, nec à Pannoniis multum diſtabat, præſertim vbi tunc Gothi reſidebant. Quid plurimum? Hunimundo cum Sueuis vaſtatis Dalmatiis, ad ſua reuertente, Theodemyr germanus, frater Walamyris regis Gothorum, non tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne Sueui, ſi impune hoc lucrarentur, ad maiorem licentiam proſilirent, ſic vigilauit in eorum tranſitu, vt intempeſta nocte dormientes inuaderet ad lacum Pelſodis: conſertoque inopinato prælio, ita eos oppreſſit, vt etiam ipſo rege Hunimundo capto, omnem exercitum eius, qui gladium euaſiſſent, Gothorum ſubderet ſeruituti. hæc Iordnandes. Quæ repetens in libro De ſucceſſionibus temporum: Illyricus autem cuncta (ait) per partes quidem & membra deuicta, ad vnum tamen corpus adaptata eſt, quæ habent in ſe prouincias decem & octo. Hæ ſunt, Norici duæ, Pannoniæ duæ, Valeria, Sueuia, Dalmatia, Mœſia ſuperior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, &c. Quæ declarant, Iuſtiniano adhuc imperante Sueuos ditionem in Liburnia habuiſſe, interque Drauum Sauumque amnes & Iſtriam rerum fuiſſe potitos. Imo adhuc noſtra tempeſtate & reliquias & poſteritatem ſupereſſe conſtat, etſi à Slauinis in anguſtias redactam, locoque arcto ac nemoroſo Gotſchee concluſam, vbi oppidulum cum paucis caſtris, multiſque pagis manet: quorum incolæ in medio Slauinorum non ſolum Germanicam ſonant, verumetiam Sueuicam pronunciationem præferunt, ac in elocutione ſamiliaria quædam vocabula habent origine ac prima inuentione & natiua, ac nō ſine arte expreſſa Teutonica. Vocant enim hi lupum holtzzangel/ vulpem am ſchleicher (ab inſidioſo inceſſu) ſciurum am ſcheerzer/ catum offenburgel (quod per ſocos, arbitror, ſaltet) & vrſum haberſtreichel/ neſcio qua periphraſi. Porro in vicinia huius regiunculæ ac Sueuorum poſteritatis, eſt memorabilis ille lacus, qui quotannis piſcationem, & defluente aqua per cuniculos ſubterraneos venationem, atque iumentis pabulum hominibuſque meſſem vberem præbet, ab incolis Zirknitzerſce nominatus, & affabre a generoſo heroe D. Sigiſmundo ab Herberſtayn libero barone, inuictiſſimi regis FERDINANDI fiſci præfecto, literarum bonarum & pa-

Secūda Sueuorum sedes ad Albim, in Bohemia & Morauia.

trono & lumine, depictus atque descriptus. Venio iam ad secundas Sueuorum sedes, quæ ad Albim & Sueuum fluuium fuere, qui hodie Spree Silesiis nominatur, vnde & nomen genti inditum autumant: eo loci, vbi hodie Bohemiæ regnum, Lusatia, Misnia, Silesia, Morauia atque Austria vlterior prouinciæ cernuntur, non vnius generis Sueui colebāt. Quippe intra Hercyniam, atque in Boiohemo, Sennones: extra, versus Arctum, Marsingi & Burii: versus Occasum, Virtungi: in Orientem & Meridiem, Gotbini atq; Marcomanni Germaniæ veteris limites claudebant, vnde & nomen inditum à situ huic tribui siue populo arbitror. Manserunt ad nostram vsque memoriam veterum incolarum & appellationum velut vmbræ quædam, loca ac regiones quæ Bohemiam attingunt, Senau, Schēberg, Mersenburg, Burlyn, Kuttenberg, Markhfeld, Markh amnis Austriæ vlterioris: quæ sedes illas his finibus de quibus loquimur, abunde apud posteritatem & testantur & confirmant. Sed placet testimonia hac de re authorum adferre, quorum Strabo lib. 7. Geographiæ, hæc scripta reliquit: In hoc tractu sita est Hercynia, & Sueuorum natio: ex quibus nonnulli intra, aliqui extra syluam habitant. Sunt & Coldulorum plerique, in quibus & Boiohemum, Marobodui regia, quem in locum ipse cum alios plures traduceret incolas, suos conterraneos quoque Marcomannos adegit. Is enim ex humiliori gradu maiores ad res constitutus fuit, posteaquam à Roma regressus est. Nam à iuuenilibus annis hic versabatur, vbi ab Augusto Cæsare magna beneficia comparauit: reuersus autem magnum adeptus est potentatum, & præter eos quos ante dixi populos, Luios etiam vendicauit, gentem sane permagnam, & Zumos, & Butones, & Mugillones, & Sibinos, & ipsorum Sueuorum nationem amplissimam Sennones. Sic Cor. Tacitus lib. De morib. Germanorum, locutus de Marcomanis: Nec minus valent retro (inquit) Marsingi, Gothini, Osii, Burii, terga Marcomanorum, Quadorumque claudunt. E quibus Marsingi & Burii sermone cultuque Sueuos referunt. Et subdit: Dirimit enim scinditque Sueuiam continuum montium iugum, vltra quod plurimæ gentes agunt. E quibus latissime patet, Lygiorum nomen in plures ciuitates diffusum. Idem lib. 2. historiæ Augustæ, scribens de Catualda, qui Maroboduum regno pepulerat. Is valida manu (inquit) Marcomanorum fines ingreditur, corruptisq; primoribus ad societatem irrumpit regiam, castellumq; iuxta situm. Veteres illic Sueuorum prædæ, & nostris è prouinciis lixæ. Et iterum eodem lib. Igitur non modo Cherusci, sociique eorum, vetus Arminii miles, sumpsere bellum: sed è regno etiam Marobodui Sueuiæ gentes, Sennones ac Longobardi, defecere ad eum. Huc pertinet quod de Sennonib. Velleius scribit: Denique quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatū erat ad quadringentesimum milliarium à Rheno, vsq; ad flumen Albim, qui Sennonum Hermundurorumq; fines prætetfluit, Romanis cū signis perductus est exercitus. Nō præteriit hanc Sueuorū habitationem ad Albim amnē, qui hodie per Bohemiam in Misniam effluit. Ptolemæus lib. Geographiæ 2. cap. 11. tabula Germaniæ. Interiores autem (ait) & mediterraneæ gentes maxime sunt Suevi, Angli, & qui magis orientales sunt quam Longobardi, protensi ad Septentrionem vsque, ad medium Albis fluuii. Et rursus: Sueuos Sennones, qui habitāt post Albim, à præfata parte versus ortum, vsque ad Sueuum fluuium. Hæc omnia eiusmodi sunt, quæ secundas Sueuorum sedes ad Albim in his agris, videlicet qui hodie Bohemiam, Lusatiam, ac partem Misniæ Silesiæq; connnent, mox constituta Rom. monarchia, abunde confirment. Quando vero ex hac regione concesserint, & in quē locum, & vtrum reliquiæ quædam adhuc ibidē supersint, non sane ausim affirmare: quando mixta iam gens ex Francis, Slauinis, ac vt arbitror Sueuis hūc iam pene tractum totum colere cœperit. Hoc autem constat, Iustiniano adhuc imperāte Sueuos rerum ad Albim, locisque vicinis fuisse potitos, quemadmodum ex isto loco Procopii, lib. 1. Gothicæ Historiæ animaduerti potest: Post hos (inquit) in orientē solem Toringi barbari sunt, qui Cæsaris Augusti permissu sedes has tenuere: & ab his Burgūdiones, haud procul ad Notum ventū vergentes inhabitant Sueui, deinceps & Alemanni, gens valida, liberi omnes, & iam diu hæc incolunt loca. Meminit Sueuorum eisdem in sedib. & Iordnādes in historia Gothica, tradens Theodemirum regē Gothorum, Theoderici Bernensis illius patrem, Zenone imperante, Danubio traiecto, vel potius transito, tempore hyberno, quando congelascit, in Sueuos ex Pannonia superiori populatum exiuisse: Post certum vero tempus (ait) instante hyemali frigore, amneque Danubii solide cōgelato nam istiusmodi fluuius ita rigescit, vt in silicis modum vehat exercitum pedestrem, plaustraq; & triaculas, vel quicquid vehiculi fuerit, nec cimbarū indigeat lintre) sic ergo eum gelatum Theodemyr Gothorum rex cernens, pedestrem ducit exercitum: emensoq; Danubio, Sueuis improuisus à tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Boiarios habet, ab occidente Francos, à meridie Burgūdiones, a Septentrione Turingos, quib. Sueuis tunc iuncti Alemanni aderant: ipsique Alpes omnino erectas & rigentes,

tes,vnde nonnulla fluenta Danubium influunt,nimio cum ſono vergentia. Hic ergo taliter munito loco Theodemyr rex hyemis tempore Gothorum duxauit exercitum,& tam Sueuorum gentem quam etiam Alemanorum,vtraſque ad inuicem fœderatas,deuicit,vaſtauit,& pene ſubegit. Hæc ille. Qui ſane locus non de hodierna Sueuia in Rhætiis intelligitur,vt ad quam ex Pannonia,vbi Gothi tenebant,non per Danubium, ſed Aniſum, OEnumq; & Lycum amnes tranſitur. Nec adeo rapidi ſunt fluuii,qui ex hodierna Sueuia Danubium influunt,ſed lenta potius fluenta,Zuſmarus,Gunſius,Mundel,Synkhelius,Roda,Ilera,ac alii. cæterum ex Bohemia,Nariſcis,& Wirtenbergia,rapida flumina in Iſtrum decurrunt,Vſbius,Nardinus,Mugellius,Launitius,Aiſtius, Haslachius, per confragoſas valles,& nemora inuia Auſtriæ,ex Bohemiæ ſaltu in Danubiũ delabuntur: cæteri in Bauariæ finibus decurrũt,Ilius,Regus & Nabus. Vt dubium nullum ſit,inclinante adhuc Imperio, Sueuos in Bohemia & Luſatia coluiſſe. In quas regiones multis poſt ſeculis Zuentẽbaldus Maravvinenſium rex,Slauinos ac Zechos induxit: quo tempore Arnolfus rerum potiebatur, anno currente à nato Chriſto circiter 900. Denique,id quod alterum argumentum eſt,Iordnandes in modo recenſita hiſtoria belli geſti inter Gothos & Sueuos in Pannoniis duos nominatim reges Sueuorum commemorat, Chunimundum,quem conſtat Sueuiæ in Liburnia præfuiſſe,& Alaricum,quem vt auxiliatorem atque vltorem capti Chunimundi à Theodemyro rege Gothorum bello petitum,traiecto Iſtro,in agro iam deſcripto ad Albim amnem hiſtoriæ docent. Ita enim ſcribit Iordnandes: Quorum exitum Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus veriti,in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babai regib. ſuis auxiliariis eorum deueniſſent,ipſaſque Scyrorum reliquias,quaſi ad vltionem ſuam acrius pugnaturas acceꝛſentes,cum Edica ac Wulfo eorum primatibus habuerunt ſimul ſecum tum Gepidas quoque, & ex gente Rugorum nõ parua ſolatia. cæteriſq; hinc inde collectis,ingentem multitudinem aggregantes,ad amnem Bolliam in Pannoniis caſtrametati ſunt. Itaq; cum conſtet,Sueuos vſque ad Iuſtiniani tempora vlteriorem Danubii ripam vſque in Hercyniam tenuiſſe, Pannoniis ac Norico proximos, vbi noſtro ſeculo Auſtria vlterior,Morauia,atq; Bohemiæ regnum,ſita cernuntur: quæſtio iam eſt, quo Sueui poſterius conceſſerint, cum Albim ac eam Danubii oram, preſſi à Gothis,relinquere cogerentur. Ad quam quidem quæſtionem etſi non habeam certi quod reſpondeam,tamen quantum coniectura aſſequi datur,autumo eos recta ſemita Hercynii nemoris inſiſtentes,occidentaliores eius valles agroſque in medio cultos inſediſſe,vbi modo Riſa Vindeliciæ & Wirtenbergia ducatus cernũtur,quarum prouinciarum incolæ lingua & moribus etiamnum Sueui exiſtũt. de quibus ſeorſim deinceps,cum ad ſextam huius gentis habitationem peruenerimus,copioſe dicturi ſumus. Sequuntur iam tertiæ Sueuorũ ſedes,haud procul Rheno,in Vbiis,vbi modo Weſtphaliç & Haſſiæ cõfinia cernimus,cum exonerata patria Ariouiſto duce,Sueui nouas in occidente colonias deduxiſſent. Harum meminit obiter Cæſar ſua etiã tempeſtate,in 4. Gal. hiſtoriæ ita ſcribens: Itaq; vna ex parte, à Sueuis circiter millia paſſuum ſexcenta agri vacare dicuntur: ad alteram partẽ ſuccedunt Vbii,quorũ fuit ciuitas ampla atq; florens,vt eſt captus Germanorũ, & paulo,qui ſunt eiuſdem generis,etiã cæteris humaniores,propterea q Rhenum attingunt,multiq; ad eos mercatores ventitant,& ipſi propter propinquitatem,q Gallicis ſunt moribus adſucfacti. Hos, cum Sueui multis ſæpe bellis experti, propter amplitudinem grauitatemque ciuitatis,finibus expellere non poſſent: tamen vectigales ſibi fecerunt,ac multo humiliores infirmioreſque redegerunt. In eadem cauſa fuerunt Vſipetes & Tenchteri,quos ſupta diximus,qui plures annos Sueuorum vim ſuſtinuerunt: ad extremum tamen agris expulſi, & multis locis Germaniæ triennium vagati ad Rhenum peruenerunt, quas regiones Menapii incolebant. Hi ad vtramq; ripam fluminis,agros,ędificia,vicoſq; habebant. Sed tantæ multitudinis aduentu perterriti,ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigrauerunt: & cis Rhenũ diſpoſitis præſidiis,Germanos tranſire prohibebant. Illi omnia experti,cum neq; vi contendere propter inopiam nauiũ, neque clam tranſire propter cuſtodias Menapiorum poſſent,reuerti ſe in ſuas ſedes regioneſq; ſimulauerunt. Et tridui viã progreſſi,rurſus reuerterũt: atque omni hoc itinere, vna nocte equitatu cõfecto, inſcios inopinanteſq; Menapios oppreſſerunt. Qui de Germanorũ diſceſſu per exploratores facti certiores, ſine metu trans Rhenũ in ſuos vicos remigrauerunt. Clarius hæc cõmemorat Cęſar in 1. Gal. hiſtoriæ: Hoc prælio,inquit,trans Rhenũ nunciato, Sueui, qui ad ripas Rheni venerant, domum reuerti cœperunt: quos Vbii, qui proximi Rhenum incolunt, vbi perterritos ſenſerunt, inſecuti, magnum ex his numerum occiderunt. Et iterum: Hæc eodem tempore Cæſari mandata referebantur, & legati ab Heduis & Treuiris veniebant. Hedui queſtum, quod Harudes, qui nuper in Galliam tranſportati eſſent, fines eorum popularentur, ſeſe ne obſidibus qui-

Tertia ſedes Sueuorum in Haſſia.

dem datis pacem Ariouisti redimere potuisse. Treuiri autẽ, pagos centum Sueuorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur. his præesse Nasuam & Cymberium fratres. Porro meminit eiusdem Sueuorum habitationis ad Rhenum, & Cor. Tacitus lib. 2. historiæ Augustæ: Sed Suevi (inquit) prætendebantur, auxilium aduersus Cheruscos, orantes. nam discessu Romanorum, ac vacui externo metu, gentis assuetudine, & tum æmulatione gloriæ arma in se verterant, vis nationum, virtus ducum in equos, & Marobodui regis nomen inuisum apud populares. Arminium pro libertate bellantem fauor habebat. Igitur non modo Cheruscis sociisq; eorum vetus Arminii miles sumpsere bellum: sed è regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, Sennones ac Longobardi, defecere ad eum. Ex quibus constat, Arminium duxisse, vel congregasse Sueuos in agris, Vbiis vicinis: vt nõ inanis sit ea coniectura, Sueuos eos extitisse, qui Varum Quintilium cum tribus legionibus in saltu Teutoburgensi trucidarunt. Nam & Germanorum auxilio id Arminium fecisse, Tacitus & Velleius referunt, quod olim nomen eum Sueuis passim confundebatur: quemadmodum vergente Imperio cum Francis, cum & ea postremo gens gloriam vniuersam ad se traxisset, vt ab initio libri admonuimus. Huc pertinere videtur, quod idem author in vita Agricolæ scribit: Atque ita circumuecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi nauibus pro prædonibus habiti, primum à Sueuis, mox à Frisiis intercepti sunt. Quod omnino declarat, Sueuos ad Rhenum haud procul à Frisiis & Germanico mari tum tenuisse. Atq; hic nihil dico de Longobardis, qui & ipse Sueuus populus ad Rhenum incoluit, forte eo tractu, vbi est hodie palatinatus Rheni, de quibus proprio seorsim libro dicturi sumus. Iam vero illud huius gẽtis habitationem in his de quibus loquimur finibus abunde porro confirmabit, quod Diaconus Warnefridus lib. 1. Longobardicæ historiæ, cap. 6. Sueuos Saxonum agros occupasse scribit, eorum qui cum Longobardis in Italiam profecti erant: quod Iustino imperante contigit. Vt ea etiamdum tempestate appareat Sueuos in agro Rhenensi coluisse, vbi modo est Hassia: eoque relicto ad magis mediterranea loca Saxonum migrasse, vbi nostra ætate campi Westphaliæ late patescunt. Sed placet Diaconi verba subscribere: Post hæc Saxones, qui cum Longobardis in Italiam venerant, in Gallias irrumpunt: & intra territorium Regiense, id est, apud Stalbonem villam castra constituunt, discurrẽtes per villas vrbium vicinarũ, diripientes prædas, captiuos abducentes, vel etiam cuncta vastãtes. Quod cum Mummulus comperisset, super eos cum exercitu irruit, multosq; ex eis interfecit: ac donec nox finem faceret, à cæde nõ cessauit. Ignaros enim repererat homines, & nihil de his quæ acciderant autumãtes. mane autem facto, statuunt Saxones exercitum, præparantes se fortiter ad bellum: sed intercurrentibus nunciis pacẽ fecerunt, datisq; munerib. Mummulo relictis captiuis & vniuersa præda ad Italiam reuertuntur. Igitur regressi Saxones in Italiã, adsumptis secum vxoribus atq; paruulis suis, & omni supellectili, rursus ad Gallias deliberãt redire: scilicet, vt à Sigeberto rege suscepti, eius possent adiutorio ad patriam remeare. Certum est autem, hos Saxones ideo ad Italiã cum vxoribus & paruulis aduenisse, vt in ea habitare deberent. Sed quantum datur intelligi, noluerunt imperiis subiacere. Sed neque eis à Longobardis permissum est, in proprio iure subsistere, ideoque existimantur ad suam patriam repedasse. Et subdit postea cap. 7. sequenti: Qui dum ad suam patriam venissent, inuenerunt eam à Sueuis & aliis gentibus, sicut supra memorauimus, retineri. Contra quos insurgentes, conati sunt eos destruere ac delere. At illi obtulerunt eis tertiam partem regionis, dicentes: Simul possumus viuere, & sine collisione communiter habitare. Cumque illi nullo modo acquiescerent, dehinc obtulerunt eis medietatem, posthæc duas partes, sibi tantum teriam partem reseruantes. Nolentibus autem illis, obtulerunt cum terra etiam omnia pecora, tantum vt à bello cessarent. Sed nec hoc Saxones acquiescentes, certamen expetunt: atque intra se, ante certamen, qualiter vxores Sueuorum diuiderent, statuunt. Sed nec eis, vt putabant, euenit. Nam commisso prælio, viginti millia ex eis interempta sunt: Sueuorum vero quadringenti octoginta ceciderunt, reliqui vero victoriam capiunt. Sex millia quoque Saxonum, qui bello superfuerant, deuouerunt se, neque barbam neque capillos incisuros, nisi se de Sueuis hostibus vlciscerentur. Qui iterum pugnam adgredientes, vehementer contriti sunt, & sic a bello quieuerunt. Hæc Paulus. Quæ non solum Sueuos haud procul Rheno, vbi modo est Hassia, coluisse testantur: verumetiam eos in Westphalia (quem occidentalem Galliam, id est, Westvvalliam existimes, & parte Saxoniæ occidentali tenuisse, mox post Iustini Cæsaris tempora, demonstrant. Vt verisimile sit, ea occasione Hassos ab vsque Baltheo mari, vbi nostro seculo Prussia sita cernitur, progressos, loca à Sueuis derelicta vacua insedisse, vel saltem Sueuorum istic reliquiis se commiscuisse. Confirmant vtriusque gentis migrationes, traiecto Mœno amne, oppida ab eo euentu temporeque constituta. Schvveynfurt enim Sueuorum traiectum, & Hasfurt Hassorum

Hassorum origo.

forum traiectum in nostra lingua significat. Cæterum eo loco Mattiaros quondam coluisse (quam puto fuisse Sueuorum his finibus progeniem, vnde Mardburgum Hassiæ appellationem sortitum est) testatur Cor. Tacitus libro historiæ Augustæ primo: Igitur Germanicus quatuor legiones, quinq; auxiliariorum millia, & tumultuarias cateruas Germanorũ cis Rhenum colentium, Cecinnæ tradidit: totidem legiones, duplicem sociorum numerũ ipse ducit, positoq; castello super vestigio paterni præsidii in monte Tauno, expeditum exercitum in Cattos rapit, Lucio Apronio ad munitiones viarum & fluminum relicto. Nam rarum illi cœlo, siccitate & amnibus modicis inoffensum iter properauerat, imbresq; & fluminum auctus regredienti metuebatur. Sed Cattis adeo improuisus aduenit, vt quod imbecillum ætate ac sexu, statim captum aut trucidatum sit: iuuentus flumen Adranam nando transmiserat, Romanosq; pontem captantes arcebant. dein tormentis sagittisque pulsi, tentatis frustra conditionibus pacis, cum quidam ad Germanicum profugissent, reliqui omissis pagis vicisq;, in syluas disperguntur. Cæsar incenso Matio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum, non auso hoste terga abeuntium lacessere: quod illi moris, quoties astu magis quam per formidinem cessit. Fuerat animus Cheruscis iuuare Cattos, sed exterruit Cecinna. Et rursus libro 12. Iisdem temporibus in superiori Germania trepidatum, aduentu Cattorum latrocinia agitantium. Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangiones & Nemetos, addito equite Alario, monuit, vt anteirent populatores, vel dilapsis improuisi circumfunderentur. Et secuta consilium ducis industria militum, diuisiq; in duo agmina, qui læuum iter petiuerant recens reuersos, prædaq; per luxum vsos, & somno graues circumuenere. Aucta lætitia, quod quosdam è clade Variana quadragesimum post annum è seruitio exemerant. At qui dextris & propioribus compendiis ierant obuiam hosti, & in aciem auso plus cladis faciunt, & præda famaq; onusti ad montem Taunum reuertuntur: vbi Pomponius cum legionibus opperiebatur, si Catti cupidine vlciscendi casum pugnæ præberent. Illi metu, ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum quib. æternum discordant, circumgrederentur, legatos in vrbem & obsides misere: decretusque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros, &c. Quæ omnia in Hassiam nostrã conueniunt, vbi Sueuos tenuisse, Vbiis proximos, à constituto Imperio vsq; ad Iustinum, probare contendimus. Nam & à Cattis adhuc, Cheruscisque denominata loca supersunt, Khatzenhausen / Khatzenellenbogen / Khrentzburg / Khrentzenach / Khrechgaw / &c. Tum & Taunus mons, flumenq; Adrana, veteribus isthic nominibus, corruptis tamen, cernuntur. Isthic igitur non solum Cattorum Mattiariorumq; reliquiis accessisse Hassos labentibus seculis, verum Sueuorum etiam, qui Cattis Mattiariisq; dominabantur loca vacua eo in tractu occupasse, late a mari Baltheo, vbi est hodie Brussia, venientes, migrationem istam vel Hasfurdum oppidum testatur, eo euentu ab eius populi traiectu nuncupatum. Nondum enim adhuc Zenone imperante, Hassos fuisse in hos fines transgressos, sed ad oram Balthei maris, vbi succinum colligitur, tenuisse, docet hæc Theoderici regis Gothorum epistola, quæ legitur apud Cassiodorum lib. sexto Variarum cognitionum, in hæc verba. Theodericus rex: Illo & illo legatis vestris venientibus, grande vos studium noticiæ nostræ habuisse cognouimus, vt in Oceani littoribus constituti, cum nostra mente iungamini: suauis nobis admodum & grata petitio, vt ad vos perueniret fama nostra, ad quos nulla potuimus destinare mandata. Amate iam cognitum, quem requiristis ambienter ignotum. Nam inter tot gentes viam præsumere, non est aliquid facile concupisse. Et ideo salutatione vos adfectuosa requirentes indicamus, succina quæ à vobis per horum portitores directa sunt, grato animo fuisse suscepta: quæ ad vos Oceani vnda descendens, hanc tenuissimam substantiam, sicuti & nostrorum relatio continebat, exportat. Hæc ex epistola regis Gothorũ: ex quibus liquet, Theoderico Bernensi regnante in Italia, quo tempore Constantinopoli Zeno & Anastasius rerum potiebantur, Hessos ad Oceanum Germanicum, vbi est hodie Brussia & Liuonia, coluisse. Isthic enim succinum nostra quoq; tempestate in maris littoribus colligitur.

Cæterum Ottone primo ad fastigium Rom. Imperii euecto, Hassos iam in hæc interiora Germaniæ progressos coluisse, vbi modo est Hassia, Cattis videlicet ac Sueuis immixtos, ex hoc loco Vitikyndi Saxonum historici elicitur, cum Ottonis bellum contra B[illegible] aum Bohemum describit: Mittitur autem ei Esio (inquit) cum legione Mersaburiorum, & valida manu Hassigenorum, additurque ei exercitus Thuringorum. Hæc ille. Imo quod plus est, Caroli magni tempestate Hassos iam in Cattis veteriq; Sueuorum agro Vbiis proximo tenuisse ad Rhenum, Eginhartus ostendit, rerum a Carolo magno gestarum [illegible] ignobilis scriptor: Dum hæc in Italia geruntur (ait) Saxones nacta occasione per absentiam regis contiguos sibi HASSORVM terminos populantur venientesque in locum qui Fri-

Mattiarii in Hassia.

teslar nominatur, ecclesiam à beato Bonifacio dedicatam incendere moliti sunt. Atq; hactenus de Hassis, siue Hassigenis, aut (vt Cassiodorus appellat) Hessis, qui in Cattorū Mattiatiorum Sueuorumq; loca haud procul à Rheno successerant. Vt appareat, Sueuorū prouincias mnltas extitisse vno ptopemodum eodemq; tempore, vt videlicet initiante Imperio, dictatore Cæsare & Augusto imperantibus, in finibus Istriæ & Liburniæ vnam, alterā ad Albim, tertiam in Vbiis & Cattis, de qua nobis iam sermo fuit: quartam apud Treuiros in agro Galliarum, vltra Rhenum, de qua dicturi mox sumus: quintam in Rhætiis, &c. Quemadmodum inclinante quoq; imperio, Zenone, Anastasio & Iustiniano imperantib. diuersas quoq; Sueuorum prouincias diuersis in locis fuisse constat. Exempli gratia, in Liburnia vnam, alteram in Rhætia prima, tertiam inter Athesim & OEnum amnes, quartam in tractu Argentoratensi, & quintam in Galecia Hispaniæ vlterioris tractu. Sed recipio me ad quartam Sueuorum habitationem, quam diximus vltra Rhenum in agro Galliarum, inter Heduos & Treuiros Sequanosq; extitisse, vbi modo Lotharingia atq; Alsatia Sundgouiaq; prouinciæ sitæ cernuntur. Quam quidem Ariouisto duce hanc sibi gentem vendicasse, cum dictator Cæsar rerum Romana in republica potiretur, ipsemet summus authorū libro I. Gallicæ historiæ perscripsit: Idem Diuitiacus Heduus (ait) respondit, hoc esse miseriorem & grauiorem fortunam Sequanorum, quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri, nec auxilium implorare auderent, absentisq; Ariouisti crudelitatem, veluti si coram adesset, horrerent. Præterea, quod reliquis tantum fugæ facultas daretur: Sequanis vero, qui intra fines suos Ariouistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi. His rebus cognitis, Cæsar Gallorum animos verbis confirmauit, pollicitusq; est sibi eam rem curæ futuram. magnam se habere spem, & beneficio suo & authoritate adductum Ariouistum, finem iniuriis facturum. Hac oratione habita, concilium dimisit: & secundum ea multæ res eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam & suscipiendam putaret. In primis, quod Heduos fratres consanguineosq; sæpenumero à senatu appellatos in seruitute atq; ditione videbat Germanorum teneri, eorumq; obsides esse apud Ariouistum & Sequanos intelligebat, quod in tanto imperio populi Ro. turpissimum sibi & Reipub. esse arbitrabatur. Paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Rom. periculosum videbat, neque sibi homines feros ac barbaros obtemperaturos existimabat. Quin cum omnem Galliam occupassent, vt ante Cimbri Teutoniq; fecissent, in prouinciam exirent, atq; in Italiam contenderent. Et subdit, cum Ariouisti regis Sueuorum respōsum legatis Cæsaris datum enarrat: Ei legationi Ariouistus respondit, Si quid ipsi à Cæsare opus esset, sese ad eum venturum fuisse. Si quid ille à se velit, illū ad se venire oportere. Præterea se neq; sine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæsar possideret: neque exercitum sine magno commeatu atq; emolumento in vnum locum contrahere posse. Sibi autem mirum videri, quid in sua Gallia, quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino pop. Rom. negotii esset. Hæc Cęsar in Commen. de Sueuis in agro Gallię apud Treuiros & Heduos considentibus, nondum adhuc constituto Imperio. Quos reperio eo loci mansisse multis seculis, vsq; ad Clodouæi magni Francorum regis tempestatem, ante incarnationē Saluatoris nostri vsq; ad annum ab eo nato 530. Circa quæ tempora, cum Franci rerum cœpissent in Galliis potiri, Sueuos, qui tum Alemanni cœpti sunt vocari, secus Rhenum paulatim vrgebant, adeo vt postremo in apertam aciem ab vtroq; sit populo descensum. in qua victi Franci, non antea victoriam consecuti fuere, quam Clodouæus rex eius populi, salubrib. consiliis beati Remigii Remensis episcopi, atq; Crotohildis, siue secundum alios Brunehildis Burgundæ coniugis, Christi se ouili subiecisset, ac salutatibus vndis perlutus, pugnam renouasset. In qua cum de Alemannis triumphasset, apud Tolbiacum in Vbiis, victis videlicet, eos tamen in locis pristinis colere passus est, seruitio solum & vectigalib. perpetuo Francis obnoxios. de quibus Agathius in historia filiorū Clodouæi magni, hæc scripta reliquit: Francorum copiæ quia incolumes & integri omnes dimitterentur, volentes ad suos se receperunt. Sic itaq; Clodomero occiso, quia nondum liberos suscepisset, eius statim imperium inter se partiti sunt fratres. Theodericus vero, haud multo post tempore morbo correptus, interiit: Theodeberto filio, inter cætera bona, præfecturæ etiam dignitate relicta. Qui paterno suscepto iam regno, & Alemannos bello prostrauit, & gentes alias viciniores peruicit. nam & audacissimus erat, & turbulentissimus, ac præter modum cupidus discrimen omne adibat. Et iterum, scribens de confœderatione Alemannorum cum Gothis, eorumq; principib. Leutari & Bultino, qui inscio Theudibaldo rege Francorum, Gothis in Italia aduersus Bellisarium & Narseten pognantibus auxilia promiserant: Leutaris tamen (inquit) Bultinusq;, etsi res ea regi minus placeret, cū his fœdera inierunt. Erant namq;

Quarta Sueuorum habitatio in Alsatia & Sundgouia.

Alemanni in agro Galliarum à Francis subacti.

10 20 30 40 50

namq; hi duo germani fratres genere quidem Alemanni, sed apud Francos vires quã maximas consecuti, ita vt suæ genti Theudebaldi permissu præessent. Alemanni autem (si Asinio Quadrato, viro Italicensi, fides pręstanda est, qui res Germanorum diligenter perscripsit) aduenticii sunt, & ex varia hominum colluuione conflati, quod sane eorum cognomento præfertur. Hos nimirum Theodericus olim Gothorum rex, cum totius Italiæ potiretur imperio, tributarios fecerat, & gentem hanc subegerat vniuersam. Vbi vero is humanis excessit, & Iustinianus Romanorum Imperator & Gothi bella inter se vel acerrima gererent, Gothi ipsi cum Francis interea adulando gererent morem, & enixe quauis arte machinarentur, vt amicos hos sibi & beneuolos conciliarent quam maxime, vel ex aliis pluribus suis eiecti sunt locis. nam Alemanorum gentem reliquerunt. Vndiquaq; enim cogendas sibi tunc vires esse existimabant: & subditos omnes quos superuacaneos ducerent, & nil opportuoos, mox omittendos. Proinde haudquaquam iam de Imperio & gloria decertaturi, proq; ipsa Italia, ne ad internecionem deperderentur, propulsauit discrimen. Vnde cum futuri temporis periculum animo percepissent, voluntariam fecerant necessitatẽ. Sic itaque Alemanorum gentem per Gothos dimissam, Theudowaldus in ditionem accepit. Quo mortuo, vt supra iam diximus, ad Theudowaldum filium, cum cæteris & hi simul in potestatem cessere. Huic genti legitima quædam & patria sunt instituta. Siquidem in rebus publicis administrandis, & magistratibus, Francorum sectantur politiam & leges: in his tamen quæ ad religionem ac Deum spectaot, ab his looge dissentiunt. nimirum qui arbores quasdam adorent, propitientq;: nec secus & fluminum aquas, collesq; & saltus. quib. perinde religiose id agunt, equos & boues, & infinita huiuscemodi pecura desectis ceruicibus immolant. Sed cum Francis assidua coouersatio, maximum his in modum conducit, & oroamenti plurimum adfert. Et quæ plura de Alemanis, Sueua nimirum gente, quæ vltra Rhenum sub Francorum imperio in agro veteris Galliæ à primis constituti Romani imperii temporibus vsq; tenebat. Cuius posteritas hinc inde late diffusa, à situ ac amnium discrimine variis cœpit nominibus appellari: Alsatæ videlicet, Sundgouienses, Brisgaudii, Pfyretenses, & alii minores huius generis populi seu tribus. Mansit tamen non solum lingua his reliquiis Sueuica, sed nomen quoq; Alemaniæ ducatus: in quo legimus à Dagoberto rege Francorum Leutericum quendam Alemanorum ducem, siue pagi Alemanici in Edelsassio, hoc est nobili ac fertili agro, & post hunc filium eius Atticonem siue Atticum, diuæ Otiliæ patrem à Theoderico rege Francorum institutum. Post quæ tempora & Sigebertus, Dagoberti regis Francorum filius, à beato Arbogasto episcopo Argentoratensi, in veoatione videlicet interfectus, à mortuis resuscitatus: qui a Theoderieo patrio regno pulsus, diu in Germania exulabat, à Lothario Francoruio rege dux pagi scilicet (vt in diplomatib. legitur) Alemanici inaugutatus fuit, anno currente a nato Christo 623. à cuius duci semine comites ab Altperg, Habsburg, Egeshaym, Veringen & Kiburg defluxisse, & sub finẽ huius libri, & postremo Operis docebimus. Sed placet, quod dicimus, Alsatios videlicet Alemanorum esse posteritatẽ, vetusto diplomate cõfirmare, quod in monasteriu Ebershaymunster, longe omnium totius Germaniæ vetustissimo apud Alsatios, in hęc verba legitur: In Christi nomine, Theodericus rex Francorum, vir illustris, Attico duci pagi Alemanici, & Adelberto comiti, cæterisq; fisci nostri exactoribus S. Illud nobis ad æternam retributionem credimus in Dei nomine proficere, si petitiones huminum religiosorum protectione solidemus. Atq; ideo cognoscat magnitudo seu vtilitas vestra, venerabilem virum patrem nostrum Erhardum abbatem, & missum suum Rudbertum monachum, serenitati nostræ suggessisse, de hominib. ingenuis, qui in Mundiburde monasterii Nouietensis, quod in honore peculiaris patroni nostri sancti Mauritii, sociorumq; eius constructũ esse videtur, vt eis tale beneficium concedere deberemus. Et quæ plura in diplomate sequuntur. Nõ dissimile diploma de duce pagi Alemanici legitur in scriniis Murbacensis amplissimi Alsatiæ cœnobii, quod videlicet Eberhardus dux Alemaniæ in agro ditionis suæ Alsatia posuerat, circa annum Salutis nostræ 730. quemadmodum frater Mazo in Sundgouia aliud pro vestalibus condidit, quod adhuc hodie Masmunster nuocupatur. nominanturq; adeo ambo tã in tumulorum superscriptionib. quam in exordiis annalibusq;, Alemaniæ duces. Vt nõ ambigã, hodiernos harũ prouinciarũ incolas Sueuos esse, atq; Alemaoorũ reliquias, quia Romanis primũ ad tributũ adn[illegible], deinde à Clodouæo magno Francorũ rege apud Tolbiacũ in Vbiis, eiusq; iterũ filio Theudi[illegible]valdo in Sequanis victi acie, atq; subiugati fuere, circa annum ab incarnato verbo 500. post Anastasiũ Iustino & Iustiniano imperantib. Cæterum vt nihil oon ad nostram coniecturam accedat, constat Hoorio & Archadio imperantibus, Sueuos secus Rhenum, Rom. populo subditos coluisse, vt Claudianus in Panegyrico Suliconi Hoorii socero ac magistro militiæ dicto, hoc carmine indicare videtur:

Miramur rapidis hostem succumbere bellis,
Quum solo terrore ruant: nunc classica Francus
Intulimus, iacuere tamen. nos Marte Suevos
Contudimus, queis iura damus: quis credere possit?
Ante tubam nobis audax Germania seruit.
Cedant Druse tui, cedant Traiane labores:
Vestra manus dubio quicquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilico, totidemq; diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis.

Et iterum primo in Eutropium: 10

—Quantum te principe possim,
Non longinqua doceni, domito quod Saxone Thetys
Mitior, aut fracto secura Britannia Picto,
Ante pedes humili Franco, tristiq; Sueuo
Perfruor, & nostrum video Germanice Rhenum.

Deniq; Sueuos & Alemannos eum terræ tractum tenuisse, & Alsatas Sundgouiensesq; eorum verissimam posteritatem, imo Heluetios atq; Vchtlandinos, potest colligi vel ex his verbis Luitprandi Ticinensis, qui lib. 4. cap. 12. hæc nominatim scribit, cum tractat de Rudolpho Burgundiæ rege, qui lanceam Domini à Constantino Imp. eiusq; matre Helena repertam, Henrico primo Imp. dono dederat. pro aliqua suis finibus adhærente Sueuiæ portione. Ita enim nominatim scribit: Quanto autem amore rex Henricus præfatum inæstimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus, tum in hoc præsertim claruit, quod non solum eo donantem se auri argentiq; muneribus, verum etiam Sueuorum prouinciæ parte non minima honorauit. Huc pertinet, quod de Turego Sueuiæ oppido Otto Frisingensis scribit libro de historia Friderici primi Imp. 1. cap. 8. cum pacem constitutam recenset inter Henricum quartum Cæsarem, & Berchtoldum comitem Zaringensem, cui erat ducatus Sueuiæ promissus, quem ille, eo neglecto, Friderico comiti ab Hohenstauffen contulerat. Verba Ottonis sic habent: Cōditio autem pacis talis fuit, vt Berchtoldus ducatum exfestucaret, sic tamen, quod Turegum nobilis. Sueuiæ oppidum à manu Imperatoris ei tenendum remaneret. Hoc oppidum in faucibus montium versus Italiam, super lacum vnde Lemannus fluuius fluit situm, Imperatorum seu regum olim colonia fuit, tantæque iuxta maiorū nostrorum traditionem autoritatis, vt Mediolanenses si quando ab Imp. ad Transalpina vocarentur iudicia, ibi discuti, vel iudicari de iure deberent. hęc ille de Turego Sueuiæ oppido, quod hodie Tigurum mutatis literis vocant, vulgo per syncopen aspiratione accedente Zyrich, nobilis hodie & opulenta Heluetiorum metropolis, vbi & Lemannus fluuius lacu egressus, Arari minori ad rudera Vindonissæ confluit: à quo Sueuos & Alemānos denominatos, multi ex doctis etiam aurumant. Atq; vt semel finiamus, vel sermo vulgaris testatur, haud aliam gentem esse, quæ hodie Alsatiam, Sundgouiam & Brisgaudiā inhabitat, quam Sueuorum: vt cætera infinita argumenta omittamus. Sed peruenio ad quintas Sueuorum in Rhætiis sedes, quæ vt tardius occupatæ fuere, vt arbitror, Honorio imperante: ita antiquo etiamnum nomine retento, Sueuiæ ducatus nostra adhuc memoria appellatur, in vogtiam superioris & inferioris Sueuiæ, ducatum Deccensem, marchionatum Burgouiæ, marchionatum Hochbergensem, vogtiam Alpgouiæ, vogtiam Hegouiæ, vogtiam Turgouiæ, vogtiam Ergouiæ, vogtiam Tigurinensem, & vogtiam altæ Rhætiæ subdiuisus. Etsi à Sueuorum nomine abstracti ante patrum memoriam pleriq; pagi, hoc est agri, in confœderatorum Heluetiæ, principisq; Wirtenbergiæ ditionem appellationemq; concesserint: quorum incolas Sueuorum esse posteritatem, non solum Annales ac diplomata cœnobiorum, verumetiam lingua ipsa testatur, quæ illis cum cæteris Sueuis orientalib. qui sub veteri adhuc nomine manent, eadem est. Sic & apud Iburgingam, quæ modo Iberlinga vocatur, ad lacum Bodmanicum, duces Sueuiæ sedem habuisse, & Tiguri & in Rancauilla prope Veldkircham, historiæ receptæ docent: vt quam late patuerit Sueuorum quōdam in Rhætia prima ducatus, elucescat. In quam prouinciam multo ante tempora Honorii Cæsaris hunc populum pedem posuisse, cum pulsi videlicet ex Boiohemo & Hercynia sylua, à cæteris populis Germaniæ Albim ac Rhenum amnes relinquere cogerentur, classici historiarum authores testantur, qui Romanos cum Sueuis manum conseruisse non solum in limitib. Rhætiæ, puta ad Danubium Rhenumq;, verum intra Rhætias etiam incerta subinde fortuna nunc pepulisse, nunc victos ab his non citra cladem cessisse, memoriæ prodiderunt. Quemadmodum fragmentum historiæ Gallicæ, siue a Cæsare Augusto, siue à

Quintæ Sueuorum sedes in Rhætiis.

20 30 40 50

Pater-

Paterculo (vt arbitror) scriptum, & à nobis in peruestigatione bibliothecarum repertum, in hæc verba testatur, de Augusta Rhætiæ tractans, vbi legionem Martiam præsidio locatam, cum Tito Annio prætore Romani habebant, vt coniectura assequor, vel Augusto, vel Tiberio imperante, si scriptum hoc Cæsari attribuendum non erit: Dum hæc circa Rhenū geruntur, in Noricorum finibus graue vulnus Rom. populus accepit. Quippe Germanorū gentes, qui Rhętias occupauerant, non longe ab Alpibus tractu pari, patentibus campis, vbi duo rapidissimi amnes inter se confluunt, in ipsis Norici finibus ciuitatem non quidē muro, sed vallo fossaq; cinxerunt, quam appellabant Cisara, ex nomine deę Cisę, quam religiosissime colebant. Cuius templum quoq; ex ligno, barbarico ritu constructum, postquam eo 10 colonia Romana deducta est, inuiolatum permansit, ac vetustate conlapsum nomen colli seruauit. Hanc vrbem Titus Annius prætor, ad arcendas barbarorum excursiones Calen. Sextilib. exercitu circumuenit ad meridianam oppidi partem, quæ sola à continenti erat. Prætor ipse cum legione Martia, castra operosissime communiuit ad occidentem vero qua barbarorum aduentus erat, Auar Bogudis regis filius, cum equitatu omni & auxiliaribus Macedonum copiis inter flumen & vallum, loco castris parum amplo, infelici temeritate extra flumen consedit. Pulchra indoles, non minus Romanis quam Græcis literis instructa. Igitur quinquagesimo nono die, quā eo ventum est, cum is dies deæ Zisæ apud barbaros celeberrimus, ludum & lasciuiam magis quam formidinē ostentaret, immanis barbarorum multitudo ex proximis syluis repēte erumpens, ex improuiso castra irrupit, equi- 20 tatum omnem, & quod miserius erat, auxilia sociorum deleuit. Auar cum in hostium potestatem regio habitu viuus venisset, pecudis more mactatur. Oppidani vero non minori fortuna, sed maiore virtute prætorem in auxilium sociis properantē adoriuntur. Romani haud segniter resistunt. Duo principes oppidanorum, Habbyno & Caccus, in primis pugnantes cadunt. & inclinata iam res oppidanorum erat, ni maturassent auxilium ferre socii, in altera ripa iam victoria potiti. Deniq; coadunatis viribus, castra irrumpunt: Prætorē qui paulo altiorem tumulum frustra cæperat, Romani vi resistentem obtruncant: legionem diuinā, vt ne nuncius superesset, funditus delent. Verres solus tribunus militum amne transmisso, in proximis paludibus se occultans, honestam mortem subterfugit: nec multo post Siciliæ proconsul, immani auaricia turpem mortem promeruit. hæc illa, quam inuenimus, hi- 30 storia.

Quæ siue de Augusta quæ hodie Vindelicum dicitur, vt Vrspergensis contendit, siue de Augustæ ruderibus in Boiatia infra Monacum ad confluentes Isaræ & Loysæ amnium, vt Auentinus arbitratur, accipienda sint, satis constat, hunc locum & de Sueuis Germanis, & de Rhætia quæ Norici fines Italiæq; Alpes contingit, esse intelligenda: vt iam tum illam hunc populum occupasse appareat, quum Augustus Octauius rerum potiebatur. Quippe Bogudis regis Mauritaniæ, cuius filium Auarem opperiisse in clade ista, fragmentum historiæ asserit, Suetonius in Dictatoris vita mentionem facit, in capite De luxuria: Dilexit (inquit) & reginas, inter quas Euricen Mauritani Bogudis vxorem, cui maritoq; eius plurima & immensa tribuit, vt Naso scripsit. Sic Hircius in belli Aphricani enarratione, qui Cæsaris 40 Commentarios continuauit, Ciuil. belli lib. 4. A Corduba (inquit) citra flumen Betim, in oppidi conspectu, loco excelso facit castra, literas ad regem Bogudem in Mauritaniam, & ad M. Lepidum proconsulem in Hispaniam citeriorem mittit, subsidio sibi prouinciæque Cæsaris causa, quam primum veniret. Et iterum: Paucis diebus literis Cassii acceptus, rex Bogud cum copiis venit, adiungitq; ei legionem quam secum adduxerat, compluresq; cohortes auxiliarias Hispanorum. Et lib. 5. P. Sitius interim, & rex Bogud, coniunctis suis copiis, cognito regis Iubæ egressu, propius eius regnum copias suas admouere: Cirtamq; oppidum eius regni opulentissimum adorti, paucis diebus pugnando capiunt. hæc Hircius, in supplemento Gallicæ historiæ. quę declarant, Bogudem Mauritaniæ regem, Dictatore adhuc imperante, Romani populi socium extitisse. Vt mirum non sit, filium eius Auarem Au- 50 gusto Cæsari quoque in bello Sueuico auxilium tulisse: in quo ad Augustam Rhætiæ cum trucidatū à Germanis, fragmentum supradictæ historiæ testatur. Cæterum non solū Annii præfecturam in Rhætia, verum adeo ROMANARVM legionum quartæ & octauæ militiam ac excubias, non desunt monumenta quædam, quæ apud posteritatem contestentur.

Haud procul enim à Lauhingiaco (quod oppidum à legionis voce corrupta multi ex doctis deducunt) antiquitate claret locus, & comitatu peruetusto nobilis, Faymingen: quā aspiratione adiecta ab Annio isto, siue vt alii volunt, a Fannio, Germani qui successere Romanis denominauerunt: & ista nominatim legitur inscriptio:

M. D.

PERPETVÆ SECVRITATI IVLIANVS IVLIVS III. VIRI SIBI ET SECVNOINÆ PERVINCÆ CONIVGI CHARISSIMÆ ERCA SE DILIGENTISSIMÆ FEMINÆ RARISSIMÆ SINGVLARIS EXEMPLI PVDICITIÆ, QVÆ V. AN. XL. M. VII. O. XXI.

IVLIAN.VS IVLIVS IVNIORI ET IOCVNDO AC IVSTO FILIIS VIVIS VIVVS.

Ad hæc omnia contestantur veterum Romanorum in Rhætiis habitationem, antequã eam Sueui occupassent, rudera Latinorum municipiorum, quorum in libro postremo Reipub. nostræ meminimus: quorum erant præcipua castra Fabiana, hodie Bebēhusen: Viana, Wissenhorn: Cassiliacum, hodie Rhomakhessel: Campodunum, nunc Kempten: & Collatiuum, à colle Latino, vnde nobiles marescalci processerunt, qui posterius ex domiciliis cognominati fuere, à Pappenhayn, à Biberbach, à Wenhen, & a Rechperg, &c. Porro Sueuos Imperii Tiberii initio Rhætiæ inhiasse, in eamq; excurrisse, Cor. Tacitus quoq; libro historiæ Augustæ 1. commemorat, ita scribens, cum Augusti Cæsaris obitum recensuisset, legionumq; Belgicarum seditionem descripsisset: Secuti exemplum veterum (inquit) post in Rhætiam mittuntur, specie defendendæ prouinciæ, ob imminentes Sueuos. Quod si secula ordine examinare velimus, reperiemus hanc gentem multa subinde bella prœliaq; cum Romano populo, eiusq; Augustis pro ista prouincia gessisse. Hinc Claudio Cæsari rem fuisse cum Germanis, Suidas refert, ita nominatim scribens: κλαυδίῳ τῷ Καίσαρι στρατηγῶν ἐπὶ γερμανοὺς καὶ βρεττανοὺς ἐς μάχας κρατερὰς ἀγωνισάμενος. id est: Temporibus Claudii Cæsaris aduersus Germanos & Britannos multas fortiter pugnas Rom. populus confecit. Similiter Cor. Tacitus lib. 19. cum ciuile bellum inter Vitellium & Ottonem commemorat: Infesta Rhætia (inquit) cui Portius Septimius procurator erat, incorruptæ erga Vitellium fidei. Et rursus eodem lib. Et fidus Vitellio Fabius, nec militiæ ignarus, simul ingens Germanorum vis per Rhætiam timebatur, & ex Britannia Galliaq; & Hispania auxilia Vitellius acciuerat. Hæc ille, de Sueuorum in Rhætias incursione sub Vitellio & Ottone. Post quæ tempora diu quieta hæc gens, idem Aureliano & Probo imperantibus ab anno Salutis tentauit 276. Quemadmodum multis in locis Flauius Vopiscus, in illorum Augustorum historiis scriptũ reliquit: Item Aurelianus (inquit) contra Sueuos & Sarmatas iisdem temporibus vehemẽtissime dimicauit, ac florentissimam victoriam retulit: accepta sane clades est sub Aureliano à Marcomannis per errorem. Nam dum is à fronte non curat occurrere, subito hostes erupere: dumq; illos à dorso persequi parat, omnia circa Mediolanũ grauiter vastata sunt. Postea tamen ipsi quoq; Marcomanni superati sunt. Et iterum: His gestis, ad Gallias profectus, Vindelicos obsidione barbarica liberauit. vbi nimirum Sueuos intelligit, Vindeliciæ ac Rhætiæ imminentes. Idem in Probi vita: His gestis (ait) cum ingenti exercitu Gallias petit, quæ omnes occiso Posthumio turbatæ fuerant, interfecto Aureliano à Germanis possessæ. Tanta autem illic prœlia fœliciter gessit, vt à barbaris sexaginta per Gallias nobilissimas receperit ciuitates. Prædam deinde omnem, quæ illi præter diuitias etiam afferebatur ad gloriam. Et cum iam in nostra ripa, immo per omnes Gallias securi vagarentur, cæsis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant solum, reliquas vltra Nicrum fluuium & Albim remouit. Tantum is prædæ barbaricæ tulit, quantum ipsi Romanis abstulerant. Contra vrbes Rom. & castra in solo barbarico posuit, atque illic milites collocauit. Agros & horrea & domos, & annonam transrhenanis omnibus fecit, iis videlicet quos in excubiis collocauit. Nec cessatum est vnquam pugnari, cum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur, iam ad singulos aureos singula, quamdiu reguli nouem ex diuersis gentibus venirent, atque ad pedes Probi iacerent. Quibus ille primum obsides imperauit, qui statim dati sunt: deinde frumentum, postremo etiam vaccas atque oues. Dicitur iussisse his acrius, vt gladiis non vterentur: Romanam expectaturi defensionẽ, si essent ab aliquibus vindicandi. Sed visum est id non posse fieri, nisi si limes Romanus extenderetur, & fieret Germania tota prouincia. hæc ille. Et ne aliquis de Rhætico limite locutum addubitet (etsi Nicri fluuii, qui hodie Neccarus Wirtenbergiæ vocatur, mentionem aperte faciat) addit postea: Post hæc Illyricum petiit, & priusquam veniret, Rhætias sic pacatas reliquit, vt illic ne suspicionem quidem vllius terroris relinqueret. Hactenus Vopiscus, de Sueuorum solita in Rhætias incursione. Quam postea Constantio Imperatore, nondum seculo elapso, ita tentarunt rursus vt pene sui iuris Rhætias fecissent. Vnde Marcellinus libro XVI. in eius Augusti historia: Cupiens itaque (ait) augustissima omnium sede mor ri diuti-

Sueui in Rhætiis victi ab Aureliano & Probo.

Sueui à Constantio victi.

diutius Imperator, vt ocio puriore frueretur, & voluptate, assiduis nunciis terrebatur. & incertis, indicantibus Sueuos Rhætias incursare. Et libro decimo septimo: Vbi vero per licentiam scandens in maius ad funestas prouinciarum clades erepsit, & crebras, communitis aditibus Rhætieis, venimus in Pannoniam. Et libro vigesimo primo, cum Iuliani Cæsaris res gestas enarrat: Profecturus itaq; per Martianas syluas, viasq; iunctas Istri fluminis ripis, inter subita vehementer incertus id verebatur, ne contemptus, vt comitantibus paucis, multitudinem offenderet repugnantem. Quod ne fieret, consilio solerti præuidit, & agminibus distributis per itinera nota Italiæ, quosdam properaturos eum Iouino misit, & Iouio, alios per mediterranea Rhætiarum, magistro equitum Neuitæ commissos, quo diffusi per
10 varia opinionem numeri præberent immensi, formidineq; cuncta complerent. Hæc de Sueuorum tentata in Rhætias sub Iuliano emigratione. Quam & sub Gratiano posterius, sed pari euentu conabantur.

Quocirca Ausonius poeta, qui sub Gratiano floruit, alludens ad profligationem Sueuorum è Rhætiis, sic nominatim canit:

Sueui a Gratiano victi.

Dicamus læto per rura virentia tractu,
Fælicem fluuium, Rhenig, sacremus in vndis,
Sola sub Augustæ veniens quod mœnibus vrbis
Spectauit iunctos natiq, patrisq, triumphos.
Hostibus exactis Nicrum super, & Lupondum,
20 *Et fontem Latiis ignotum annalibus Istri.*

Porro Nicer fluuius, quem Neccarum hodie dicunt, oritur in confinibus Rhætię primæ, & Martianæ syluæ, quam Nigram vocamus, haud procul à Roteuilla imperiali oppido, vbi & Lupfenberg peruetusti castri ruinæ videntur, quod Lupondū fuisse doctissimus vir BEATVS RHENANVS haud inepte argumentatur. Porro meminit Sueuorum in finibus Rheni, Danubiiq; fonte, & cum Romanam fuissent ingressi prouinciam, à Gratiano ac Valente victorum ac profligatorum, idem Ausonius in altero carmine:

Nuncius Euxino tam nunc volo currere ponto,
Vt sciat hac superum cura secunda Valens.
Cæde, fuga, flammis, stratos periisse Sueuos:
30 *Nec Rhenum Gallis limitis esse loco.*

Et iterum, de Danubio loquens:

Danubius penitus caput occultatus in oris,
Totus sub vestra iam ditione fluo.
Qua gelidum fontem mediis effundo Sueuis,
Imperii grauidas qua seco Pannonias.

Sic quoq; captæ Bissulæ Sueuæ puellæ meminit: vt dubium non sit, Valente & Gratiano imperantibus, Sueuos Rhætiæ partem occupasse, sed inde rursus eiectos atq; pulsos supradictorum Cæsarum armis:

Vt voluisti Paule, cunctos Bissula versus habes,
40 *Lusimus quos in Sueua gratiam virguncula.*

Et mox:

Bissula trans gelidum stirpe & lare prosata Rhenum,
Conscia nascentis Bissula Danubii:
Capta manu, sed missa manu, dominatur in eius
Deliciis, cuius bellica præda fuit.

Hic non possum silentio transire, Ioan. Auentinum recentiorem Sueuorum in Rhætias aduentum existimare, post Attilæ interitum videlicet, cum Sueui à Theodemyro rege Gothorum victi essent: quæ etiam apud Iordnandem in Gothicis historia legitur. Sed libet verba Auentini subiicere è lib. 3. annalium Boiorum: Oritur post hæc certamen inter
50 Sueuos Ostrogothosque, propter abacta pecora. Boii concitati a Sueuis aduersus Gothos, Valomarum regem pugna interficiunt. Nec Gothi inultum regium sanguinem reliquerunt. Theodomarus pater Theoderici, frater Valomari, rex Ostrogothorum, hyeme rigēte, cum iam Danubius (sicut in his regionibus fieri solet) gelu constitisset, superato amne, Sueuos, Boios, quos communi vocabulo Alemanos vocabant, nō parua clade, ita vt in vernaculis Annalibus scriptum lego, adfecit, eorumq; opes attriuit. A tergo quoq; Venedi in Germania interiore, conualescere cœperunt.

Inde in finitimos sæuire Sueuos, Boios lacessere, infestare, opprimere nū cessarunt. Rex Alaricus Sueuorum, cum popularibus suis Bohemiam, Silesiam, Lusatiam, & finitimas regiones Boream & Eurum versus deserit: discedit ad occidentem: agrum propinquū Da-

nubio, Rheno, Nicro & Alemanno fluminibus capit. Traiecto deinde Rheno atq; Danubio, partem Galliarum & Rhætiam supra Lycum, occidentem versus Italiam vsq; paulatim occupauit.

Ducatus Sueuiæ in Rhætia prima diuisio.

Tot igitur incursionibus Rhætias Sueui, atq; tot seculis eum adflixissent, tandem pulsis Romanis legionibus, ex his potissimum primam Rhætiam occupauere, quæ à lacu Brigātino atq; Hercynia sylua, ipsisque & Rheni & Danubii fontibus vsque ad Lycum fluuium propagatur. Quo intractu multis postea seculis, Sueuorum celebris ducatus fuit, qui ante aliquot annos desiit, modo in duplicis Sueuiæ vogtiam siue præfecturam, vogtiam Hegouiæ & marchionatum Burgouiæ, Alpgouiæq; vogtiam subdiuisus. Cæterum istam Sueuorum in Rhætiam primam immigrationem confirmatam, aut Honorii Augusti contigisse ætate: aut quo tempore Attila Hunnorum rex, subiugata Pannonia, in Gallias procinctum maturabat, & Teutonicas vndique in Romanos nationes exciuerat, existimo. Si quidem Claudianus poeta, qui tum floruit, bellum Gethicum describens, sub Honorio Stilicone duce gestum, sic canit:

Habitatio Sueuorum in Rhætia prima, quando cōfirmatum fuerit.

Non nisi perfidia nacti penetrabile tempus
Irrupere Getæ, nostras dum Rhætia vires
Occupat, atq; alio desudant Marte cohortes.
Idcirco spes omnis abit. Mirabile posset
Esse mihi, si fraude noua, vel calle reperto,
Barbarus ignotas inuaderet inscius alpes.
Nunc vero geminis clades repetita tyrannis
Famosum vulgauit iter, nec nota fefellit
Semita præstructum bellis ciuilibus hostem.
Per solitas venere vias, aditusq; sequendos,
Barbarico Romana dedit discordia bello.
Sed nec præteritis hæc res incognita seclis:
Sæpe lacessitam, sed non impune, fatemur,
Ausoniam: hæc Senonum restinxit sanguine flammas,
Hæc & Teutonico quondam patefacta furori
Colla catenati vidit squallentia Cymbri.

Quo carmine Poeta adulanter fortasse Honorio gratulatur, de seruatis Rhætiis: tamen isthic desudasse cohortes testatur, vt Sueuos summa illas vi oppugnasse constet. Id quod & primo in Eutropium libro facit, sic canens:

Rhætia prima a Sueuis occupata.

Tunc sic orsa loqui: Quantum te principe possim,
Non longinqua docent. domito quod Saxone Tethys
Mitior, aut fracto secura Britannia Picto,
Ante pedes humili Franco, tristiq; Sueuo
Perfruor, & nostrum video Germanice Rhenum.

Cæterum Sidonius Appollinaris, posterius ad Maioranum Augustum, nondum elapso seculo, Alemannos Rhætias occupasse commemorat, hoc carmine:

Rhætorumq; iuga, per longa silentia ductus,
Romano exierat populato trux Alemannus,
Perq; Caniì dictos quondam de nomine campos,
In prædam centum nouies demiserat hostes.

Quin & alio in loco Claudianus, in vtraque Istri ripa Sueuos Romanis paruisse, ita canens:

Vnicus incursu tremuit sine cæde subactus
Seruitio Boreas, exarmatiq; Triones.
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Vt Sueui iam rura colant, geminasq; viator
Cum videat ripas, quæ sit Romana requirat.

Et alibi iterum:

Bella triumphati proculcat Honorius Istri,
Hac Alemannorum spoliis Australibus, illa
Ditior exuuiis. —

Equidem Sueuos Rhætias inhabitasse Zenone imperante, facile ex eo liquet, quod Theodericus ille Gothorum rex in Italia, in Imperii societatem à Zenone atque Leone admissus, Sueuis in Rhætia commanentibus, ducem dederit Fribadum quendam nomine: & præ-

& præsidem constituerit in Rhætia illa Sueuica, qui Gottorum nomine isthic ius diceret, Seuerianum comitem, vt est apud Cassiodorum in Epistolis variarum cognitionum. Præterea Sueuos & Alemannos (vt pote eandem gentem) eodem tempore rerum esse potitos in Rhætia prima, ex historia Seuerini aduertitur, Eugippo quodam authore, Iustiniano imperante scripta: vtpote quæ Gibolphum ac Chunimundum, Alemannorum vnum, & alterum Sueuorum regem, in Vindeliciam vsq; Bataviam OEnumq; flumen, deniq; ad Pãnoniæ limites vsque, excursionem non semel fecisse, occupatis etiam Tiberinis & Batauis castris, ipsaq; Romana colonia Laureaco, refert. Quæ omnia ostendunt, Sueuos & Alemãnos mox post Honorii Cæsaris imperium, vel eo adhuc imperante, Rhætiam primam occupasse, veteribus Rhætis in Alpes profligatis: à quibus nimirum Curienses, Grisones, Lepontii & Engadini, & qui Comum vsq; Athesimq; accolunt, deriuantur, qui lingua etiamdum Romana, corrupta tamen, vtuntur. Ipsi vero Sueui atq; Alemani, quod Rhætiam retinuerint, & non fuerint à Romanis inde rursus profligati, vt superioribus temporibus, fida Gothorum Francorumq; regum auxilia præsidio fuerunt, quorum sese iugo patrocinioq; subdiderant.

Diœceses episcopales Rhætiæ primæ in Sueuia.

Et hactenus de Sueuorum in Rhætia confirmatis sedibus. Quo in tractu terræ diœceses episcopales, ante adhuc Sueuorum Alemanorumq; immigrationem, sex erant constitutæ: vtpote Augustensis, Curiensis, Constantiensis, Rauracensis: & quæ esse desierunt, vna cum municipiis, Vindonissensis & Auenticorum. Nam in concilio Agrippinensi, sub Iulio papa primo habito contra Euphratam Agrippinensem præsulem Arrianum, circiter annũ Salutis nostræ 359. leguntur interfuisse, Iustinianus Rauracorum, & Lauto Constantiensis. Et in Aurelianensi synodo, regnante Theoberto Francorum rege celebrata, Grammaticus Vindonissensis, Superior Auentici, & Adelphus Rauracorum subscripsere. Ex quib. Rauracensis, desolato loco, ad proximum Basilii munimentum translata fuit, quæ modo Basilea dicitur, & hodie episcopalis. His multo antiquior fuit Augustana cathedra, quippe in qua sanctus Narcissus & Fœlix sub Diocletiano præfuerunt: vbi & sanctus Vrsus ab Arrianis occiditur, anno incarnationis Domini 455. Legitur & beatus Bonifacius Rozilonem Augustæ episcopum ordinasse, Pipino Francis regnante: quo tempore Widbertus Augustanus antistes, cœnobium Boiariæ Benedictbeurn, à Landfrido comite de Blianez consecrasse legitur, anno incarnationis Diuinæ 740. Quem secutus Hauto quidam, de nobilissima stirpe comitum Andacensium, & beatus Vdalricus de prosapia comitum à Dillingen, Ottone primo imperante, apud Augustam Rhætiæ primæ à Druso deductam coloniam, præsules ac verbi diuini doctores claruerunt. Atq; hæc de ditione Ecclesiastica in noua illa Rhætiæ Sueuia. Erant autem & sua magistratibus discrimina. Siquidem vltra eum principem qui nomen gentisq; titulum, vel à Francorum regibus, vel ab Imperio postea merebãtur, & cui tres alteri in aureo clypeo picti leones fuerant, extitere & alii in ista Sueuia principes, duces à Dekha, duces ab VrspIingen, duces à Schiltach, & qui posterius fuere adscripti Virtungorũ duces. Erant & marchiones in ea Sueuia, ab Hochberg, Rãspurg, Schroczburgi, & Burgouiæ palatini. Præterea Tubingenses videlicet, & Peytelspacenses. Denique & Landgrauii sui cuiq; genti in eo tractu fuere, Brisgonienses, Nellenburgenses, Stulingenses, Barenses, Kletgouienses, apud Latobrigos, Kuffenbergenses, Lentzbergenses in Leucienfibus versus Bregantiam, ad lacum Venetum, & Susgouienses versus Basileam. Cæterũ comitatus qui ducis imperio parebant, pene infiniti fuerant huius populi, quorum vetustiores modo recensebo: Hillemont, Kesselberg, Illergau, Altorf, de Ratenfan, Montfortiorum: vnde Brigantini Werdenbergenses, Reynecenses, Veldkirchenses, Herrenbergenses, & Achalm profluxere: Truchburg, Dullingen, Kiburg, Veringen, de Sancto monte, Helfenstayn, Haidenhaym, Gronyngen, Kalb, Hohenstaufen, Zolern, Furstenberg, Sunnenberg, Sulgau, Pfulendorf, Dengen, Hohẽberg, Aurach, Albekh, Leiphaym, Kirchberg, Burgekh, Biberekh, Schnabekh, Buchekh, Polczhausen, Rokenburg, Fayningen, Dan. Et qui ad lacum erant, Buchorn, Onyngen: & qui vltra versus Hercyniam extendebantur, Hohentwiel, Hasenberg, Lupfen, Sulcz, Tennenloe, Aichaym: & qui in Heluetiis fuerant, Tyrstayn, Friburg, Reynfelden, Habsburg, Zaryngen, Strasberg, Weissenburg in Sybentall, Wyntersteten, Lenczburg, Rapperswil, Dokenburg, Busnaug, Ramsvvãg, Sargans, Saxen, Griers, Montburen, Matsch, Bludencz, & alii horum nominum per Sueuiæ veteris agros principi Sueuorum subiecti, quibus comites iura dabant, plures. Vt de liberis, baronibus ac ingenuis nihil dicam, quorum innumeri pene in Sueuia illa Rhætica celebrantur: Sigmarigen, Sigburg, Fridenberg, Messemberg, Muntzhaym, Gatshaym, Tattlshaym, Glatbach, Engen, Iagberg, Lebehausen, Mursteten, Aislingen, Nysen, Valkenstayn, Waldburg, Erbach, Eberbach, Rechberg, Bernekh, Schellenberg, Gundelfingen, Wer-

Vetustiores in Sueuia Rhætica principatus.

Antiqui in Sueuia Rhætica comitatus.

Dominia veterum Sueuiæ Rhæticæ.

sternach, Ellerbach, Eschenbach, Klingenberg, Fridingen, Stoffeln, Hevveh, Iustingen, Stekborn, Martorf, Arbona, Tagernau, Hohenklingen, Landenberg, Lyerhaym, Griesemperg, Wildenberg, Vsemberg, Signavv, Entringen, Wolfhartzsuendi, Sussenried, Adelsreyt, Soldenburen, Sphurfenekh, Waldekh, Frauenfeld, Wynadi, Rauensburg, Hohenekh, Egenisse, Bübenberg: & qui hodie in Sueuia clarent ingenuorum ac equitum tantum titulo contenti, Stadion, Knorryngen, Frundsperg, Rosenberg, à Lapide & Spati, de quibus suo loco copiosius ex fide Annalium dicturi sumus. Porro supersunt adhuc opera publica, ab his comitibus fundata cœnobia, quæ veterum ditionum illarum apud posteros memoriam repræsentant: Campidonense, à comitibus ab Hillemont: Vttenbeurn, à comitibus ab Illergevv: Buchavv, à comitibus de Kesselberg: Bibligense, à comitibus de Kyrchberg: Vrsinense, à marchionibus à Ransperg: Vrspergense, à comitibus à Svvabekh & Polezhausen: Betahusense, à comitibus de Rokenstayn, & marchionibus Burgouiæ: Rokhenburgense, à comitibus de Biberek: Seflingense, a comitibus Dillingẽsibus: Blaubürense, à comitibus Auracensibus & Helfenstayn: Bebahusense, & Martellense, à palatinis Tubingensibus: Hyrschauiense, a comitibus a Kalb: Elhingense, à comitibus de Rauenstayn & Albekh: Iinense, à comitibus Veringensibus: Vinearum, siue Wyngartense, à comitibus de Altorf: Weissenouiense & S. Petri in Nigra sylua, à comitibus de Zaringen: S. Galli, a comitibus de Rotenfan: Wettingense & Rhynouiense, à comitibus de Rappersvvil & de Kyburg: Heremitarum in Heluetiis, a comitibus de Sulgovv: Salemense, ab ingenuis de Adelfreit: Oxenhusense, ab ingenuis de Wolf hartsvvendi: S. Blasii in Nigra sylua, ab ingenuis de Soldenburen: S. Trudberti in Nigra sylua, a comitibus ab Habsburg: Sultzbergense in Brisgaudia, à marchionibus de Hochberg: Nyrtingense ad fontes Danubii, à comitibus de Zolern: Ehenbrunnense, a comitibus a Faymingen: Zvvyfalten, à comitibus de Hohenstaufen: Brunt, à dominis de Niffen: Wildberg Wirtenbergiæ, à comitibus de Hohenberg: & alia pleraque à cæteris Sueuiæ comitibus ac ingenuis fundata monasteria. vt quanto loco in orbe, nobilitateque, atque præ cæteris in administratione cum ciuili domi, tum belli foris, hic semper populus, postquam in Rhætia rerum potiri cœpit, extiterit, facile elucescat. Huc pertinet, quod præstantissimas quasque prosapias modo enumerati comitatus in orbem miserunt. Quis enim nescit, in stirpe comitum à Bayblingẽ & Kalvv, quatuor ordine Imperatores Romanos floruisse? Chunradum secundum videlicet, Henricum tertium, Henricum quartum, & Henricum quintum. Comites præterea ab Hohenstauffen dedisse Cæsares atque Imperatores Romanorum, Fridericum primum, Chunradum tertium, Henricum sextum, Fridericum secundum, Philippum secundum, & Chunradum quartum? Similiter constat, à comitibus ab Habsburg, non solum nobilissimam illam domum atq; gentem Austriadum, quæ iam toto pene orbe rerum potitur, processisse: verum octo etiam reges Imperatoresq; Romani nominis, reges quoq; Hispaniarũ, Hungariæ, Bohemiæ, Siciliæ atq; Apuliæ defluxisse: Rudolphum primum, Albertum primum, Fridericum tertium, Albertum secundum, Fridericum quartum, Maximilianum, Philippum, Carolum quintum, & Ferdinandum primum: qui nostra tempestate Imperio præsunt, regnaq; gubernant Hispaniarum, Aphricæ, Siciliæ, Sardiniæ, Neapolitanũ, Hungariæ atq; Bohemiæ, &c.

Cœnobia à comitibus Sueuiæ fundata.

Imperatores ac reges Sueuiæ comitib. procedentes.

A comitibus denique de Sancto monte, duces Wirtenbergenses: & à comitibus de Zolern, marchiones atque electores Brandeburgenses: itemque à comitibus de Altorf, duces Brunsuicenses & Luneburgenses descenderunt. Vt interim nihil addam de regibus Galliciæ in Hispania vetustis, atque Siciliæ Apuliæque, qui ante patrum memoriam multaque secula esse desierunt, & originem ab eodem populo traxere. Et vt semel finiam hanc Sueuorum in Rhætia habitationem, ex eadem hac Sueuia, duces non semel & Boiarii & Caranthani accepere, ad principumque fastigia Zaringenses ac Rhynfeldenses conscenderunt. Sed libet ad sextã Sueuorum transcendere sedem, quæ fuit in Tubantum agro, eo qui Neccari fluminis semicirculo comprehenditur, vbi hodie est Wirtenbergiæ ducatus, cuius incolæ in hunc vsq; diem Sueuicam linguam sonant. Atq; hæc transmigratio gentis, ex loco quodam Cor. Taciti, qui est libro XIII. colligitur, qui sic habet de verbo ad verbũ: etsi Ansiburiorum mentio in eo fiat, quæ Sueuorum tribus fuit: Frisios (inquit) decedere agris iussit: atq; illis aspernantibus, auxiliaris eques repente immissus, necessitatem addit, captis cæsisq; qui peruicacius restiterant.

Sexta Sueuorum sedes in Wirtenbergia.

Eosdem agros Ansiburii occupauere, validior gens non modo sua copia, sed adiacentium populorum miseratione: quia pulsi à Caucis, & sedis inopes, tutum exilium orabant. aderatque iis clarus per illas gentes, & nobis quoque fidus, nomine Boiocalus, victum se re-

& rebellione Cheruſca iuſſu Arminii referens, mox Tiberio & Germanico ducibus ſtipēdia meruiſſe, quinquaginta annorum obſequio. Id quoq; adiungere, quod gentem ſuā ditioni noſtræ ſubiiceret. Quartam partem campi iacere, in quam pecora & armenta militū aliquando tranſmitterentur, ſeruarent ſane receptos gregibus, inter hominum famā, modo ne vaſtitatem & ſolitudinem mallent quam amicus pupulos. Chamanorum quondam ea arua, mox Tubantum, & poſt Vſipiorum fuiſſe. Sicut cœlum diis, ita terras generi mortalium datas. Quæ ſint vacuæ, eas publicas eſſe. Et hæc erant verba illius, de quo diximus, Boiocali, ad Auitum Belgicæ prælidem. Sequitur ergo tandem in Cornelii textu: Auitus ſcripto ad Curtilium Mantiam ſuperioris exercitus legatum, vt Rhenum tranſgreſſus, arma a tergo oſtenderet, ipſe legiones in agrum Tencterum induxit, excidium minitans, niſi cauſam ſuam diſſociarent. Igitur aſſiſtentibus his, pari metu exterritis Bructens, & cæteris quoq; aliena pericula deferentibus, ſola Anſiburiorum gens retro ad Vſipios & Tubantes conceſſit. hæc Cornelius. Equidem Tubantes habitaſſe a Franconiæ Nariſcarum Veſparumq; confinibus, vſq; ad heremum Heluetiorum, & flumen quod iſthac præterfluit, & peruetuſtus Palatinatus, nimirum a Tubantibus nomen ſortitus, TVBINGENSIS, conteſtantur. Anſiburios autem Sueuos extitiſſe re & nomine, qui hodie appellantur die Entz bauren/ qui Enczam fluuium accolunt, à Pforczhayma Wirtenbergiam ſecantē, & ad Beſica & Bynica Neccarum ingredientem, haudquaquam dubito. Hunc porro in agrum aliquot retroactis ſeculis, Probo (vt puto) vel Valentiniano imperantibus, aliam manū Sueuorum tranſgreſſam, videlicet Virtungorum, haud abſurde ex Vopiſco & Auſonio, longe doctiſſimus vir BEATVS RHENANVS colligit, nomenq; loco reliquiſſe: vt qui olim comitatus Wirtenbergiæ fuerat, nunc autem ducatus, non ab hoſpite montis, vt fabulantur quidam, ſed à Virtungorum agro denominatus exiſtat. Quem tenuioribus principiis, deficientibus vicinis quibuſque dominis, comitibus videlicet a Gruenyngen, a Baiblingen, ab Aurach, ab Achalm, ab Horb, à Vayhingen, ab Vrſplingen, ab Haydenhaym, ab Hohēberg, itemq; ducibus à Dekha, ad hoc vſq; faſtigium creuiſſe, in quo hodie cernitur, hiſtoriæ nus docent. Sed placet verba Rhenani noſtri ſubiicere, quæ libro primo rerum Germanicarum, capite de Alemanis, qui & ipſi Sueuorum populi fuerant, ita leguntur: Nam Virtungi (inquit) Alemanorum pars, quos poſſibile eſt Wirtenbergenſi ditioni dediſſe nomen, ab illis profectos, qui Trebellio Pollioni Virtungi dicuntur, Italiæ minantes, Rhætias miſere deuaſtabant, ita vt etiam oppida obſiderent, quod prioribus incurſionibus non erat factū. Sed Barbatio magiſter peditum poſt Syluanum Francum, & Neuita præpoſitus equitum, cum valida manu illos pepulerunt. Sub Valentiniano tertio Virthungos rurſus in Rhætiam ſecundam, quæ Vindelicia prius dicta fuerat, & in Noricum incurſaſſe conſtat: idq; vel Auſonii teſtimonio, qui eoſdem ab Auito repulſos commemorat hoc carmine:

> *Iam poſt Virthungos & Norica bella, ſubacto*
> *Victor Vindelico.—*

Atque hæc vera ſunt, & genuina Wirtenbergenſium primordia: quos tametſi pudeat Sueuos eſſe, coarguit tamen eos lingua, teſtantur & mores atq; veſtitus. quod eo libentius ſcribimus, quod parens noſter, longe optimus vir, fideliſſimuſq; medicus, SIMON LAZIVS STVTGAROIANVS (cuius anima Deo viuat) in hac prouincia lucem adeptus ſit. Porro ad huiuſmodi Sueuos in Hercinio nemore, qui Honorio & Arcadio imperantibus Romano fuerant populo nominique ſubiecti, ac ab huius Auguſtis iura petebant, alludit Claudianus ad Styliconem Panegyri prima, hoc carmine:

> *Tempore tam paruo, tot prœlia, ſanguine nullo*
> *Perficis: & Luna nuper naſcente profectus,*
> *Ante redis quam plena fuit: Rhenumq; minacem*
> *Cornibus infractis adeo miteſcere cogis,*
> *Vt Sueuus iam rura colat, flexoſq; Sicambri*
> *In falcem curuent gladios, geminaſq; viator*
> *Quum videat ripas, quæ ſit Romana requirat.*
> *Vt iam trans fluuium, non indignante Cayco,*
> *Paſcat Belga pecus, mediumque ingreſſa per Albim*
> *Gallica Francorum montes armenta pererrent.*
> *Vt procul Hercinia per vaſta ſilentia ſylua*
> *Venari tuto liceat, lucoſque vetuſta*
> *Religione truces, & robora numinis inſtar*

Etymō Encia fluminis.

Wirtenbergenſium origo.

Barbarici, nostra feriant impune bipennes.
Vltro quinetiam deuota mente tuentur,
Victoriq; fauent: quoties sociare cateruas
Orauit, iungiq; tuis Alemania signis?
Nec doluit: contempta tamen, spretoq; recessit
Auxilio, laudata fides, prouincia missos
Expellet citius fasces, quam Francia reges,
Quos dederis, feriat: nec iam pulsare rebelles,
Sed vinclis punire licet. sub iudice nostro 10
Regia Romanus disquirit crimina carcer.
Marcomanus, Sueuusq; docent: quorum alter Hetruscum
Pertulit exilium: cum se promitteret alter
Exulis vltorem, iacuit mucrone suorum.

Septima Sueuorum habitatio in Tyrolis & Italiæ finibus.

Sed recipio me ad septimam huius gentis, Sueuorum inquam, ad amnem Athesim habitationem, in alpibus Italiæ incumbentibus, vbi nostro seculo Tyrolis comitatus Austriæ principibus subiectus, positus cernitur. cuius prouinciæ incolæ in hunc vsq; diem idiomate a Sueuico haud multum diuerso, in sermone quotidiano vtuntur. Credendum est autē, vel ex Rhætia illos in hunc locum fugatos à Romanis fuisse, vt Aurelius Sextus in Claudii Cæsaris vita, & Ammianus libro 17. insinuare videntur: vel simul cum Rhætia prima hanc alpestrem quoq; Rhætiæ partem occupasse, Honorio imperante: Romanoque se tributo subdidisse, vt ex Claudiani carmine colligitur, quod subiiciemus. Hæc autē ita esse, vt proponimus, libet historiæ scriptorum veterum testimonio examinare. quorū Aurelius Sextus in vita Claudii Imperatoris hæc memoriæ reliquit: Hinc Claudius Galieni morientis sententia Imperator designatus, ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium indumenta regia direxerat, extinctoq; à suis Aureolo, receptis regionibus, aduersum aciem Alemanorum, haud procul à lacu Benaco dimicant, tantam multitudinem fudit, vt ægre pars dimidia superfuerit. Porro lacus Benaens hodie Tyrolensi agro attiguus, haud pcul ab amne Athesi Gardsee appellatur, vbi victos Alemanos victor tradit: & tamen superfuisse cladi dimidiam partem, quam in proximas alpes sese recepisse, haudquaquam absurdum est credere. Siquidem & Ammianus Marcellinus libro historiæ suæ Augustæ XVII. cum Constātii, Constantini magni filii, res gestas enarrat, ita nominatim scribit: Inter quæ ita ambigua Iuthiungi, Alemanorum pars Italicis conterminans tractibus, obliti pacis & fœderum, quę adepti sunt obsecrando, Rhætias turbulente vastabant, adeo vt etiam oppidorum tentarēt obsidia præter solitum: ad quos repellendos cum valida manu missus Barbatio in locum Syluani peditum promotus magister ignauus, sed verbis effusior, alacritate militum vehementer erecta, prostrauit acerrime multos, ita vt exigua portio, quæ pericli metu se dedit in fugam, ęgre dilapsa, res suas non sine lachrymis reuiseret, & lamentis. hæc ille. Arbitror autem deprauate Marcellinum, vt Græcum hominem, Iuthiungos appellasse, qui hodie in Tyroli montem Iaufen incolunt. 40

Ad hęc, Honorio Imperium administrante eo tempore, cum illud pene inclinaret Alemānos Sueuosq; in Italiæ vicina tenuisse, Romanis tributis obnoxios, testatur Claudianus libro primo in Eutropium, hoc versu:

Diua potens, vnoq; Padum translapsa volatu,
Castra suo rectoris adit: tum forte decorus
Cum Stilicone gener, pacem implorantibus vltro
Germanis, responsa dabat, legesq; Caycis
Arduus, & flauis signabat iura Sueuis,
His tribuit leges, his obside fœdera sancit
Indicto, bellorum alios transcribit in vsus. 50

Ex quibus liquet, Sueuos sub Honorio Romanis tributis obnoxios extitisse, ad obsequium a Stilicone Vandalo redactos, inq; Italiæ finibus habitasse. Quos tamen longe aliter, historiam repetens Iordnandes, excitos sedibus in Romanorum perniciem à Stilicone cōmemorat, ita scribens in libro de Temporum & regnorum successionibus: Stilico vero comes (inquit) cuius duæ filiæ, Maria & Hermaneia, singulæ vxores Honorii principis fuere, & vtræq; virgines sunt defunctæ: spreto Honorio, regnoque eius inhians, Alanorum Sueuorumque gentes donis pecuniisq; illectas, contra regnum Honorii excitauit: Eucherium filium suum paganum, & Christianis insidias molientem, cupiens Cæsarem ordinare.

Qui cum eodem filio suo deiecto, dolo occisus est. Legitur præterea & ÆTIVS comes

comes is, qui Athilam Hunnorum regem vicit in Cathalaunicis campis, Valentiniano secundo imperãte Francos & Sueuos ad tributa reduxisse, de quo Iordnandes in Gothica historia: Ætius ergo (inquit) patricius tunc præerat militibus, fortissimarum Mœsiarum stirpe progenitus, in Dorusena ciuitate, à patre Gaudentio labores bellicos tolerans, reipublicæ Romanæ singulariter natus. qui superbiam Sueuorum, Francorumque barbariem immensis cædibus seruire Romano Imperio coegisset: Hunnis quoque auxiliariis, Litorio ductante, contra Gothos Romanus exercitus mouit procinctum. Atque hactenus de septima huius populi transmigratione. Sequitur octaua, & postrema, in Hispanias facta, Ermenerico & Recila, nec non Retiario quodam ductorum auspicio, paulo ante Athilæ & Hun-

Octaua Sueuorum habitatio in Gallitia Hispania parte.

10 norum aduectum. Meminitque adeo Retiarii Sueuorum regis in Hispaniis regnantis, Iordnandes in historia Gothorum, hisce verbis: Post cuius discessum Theodericus (inquit) germanus eius, Visogothorum in regno succedens, mox Retiarium Sueuorum regem cognatum suum repetit inimicum. Hic item Retiarius affinitate Theoderici præsumens, vniuersam pene Hispaniam sibi credidit occupandam, iudicans opportunum tempus surreptionis incomposita initia tacite regnantis: quibus ante Gallitia & Lusitania sedes fuere, quæ à dextro latere Hispaniæ per ripam Oceani porriguntur, habentes ab Oriente Austrogoniam: ab Occidente in promontorio, sacrum Scipionis Romani ducis munimentum: a septentrione, Oceanum: à meridie Lusitaniam, & fluuium Tagum, qui arenis suis permiscens auri metalla, trahit cum limi vilitate diuitias. Exinde ergo exiens Retiarius rex Sueuorum,

20 nititur totam Hispaniam occupare. Cui Theodericus cognatus suus, vt erat moderatus, legatos mittens, pacifice dixit, vt non solum recederet à finibus alienis, verum etiam ne tentare præsumeret, odium sibi tali ambitione acquirens. Ille vero animo prætumido ait: Si hic murmuras, & me venire causaris, Tolosam, vbi tu sedes, veniam. Ibi si vales, resiste. His auditis, ægre tulit Theodericus: compacatusque cum cæteris gentibus, arma mouit in Sueuos, Burgundionum quoque Gundocum & Hilpericum reges auxiliares habens, sibique deuotos. ventum est ad certamen iuxta flumen vrbium, quod inter Austuricam Hiberiamque prætermeat: consertoque prælio, Theodericus cum Visogothis, qui ex iusta parte pugnabat, victor efficitur, Sueuorum gẽtes pene cunctas vsque ad internicionem prosternens. Quorum rex Reciarius relicta infecta victoria, hostem fugiens in nauem conscen-

30 dit, aduersaque procella Cyreni ostiũ repercussus, Visogottorum est manibus redditus, miserabilem non differens mortem, cum elementa mutauerit. Theodericus vero victor existens, subactis pepercit, nec vltra certamina sæuire permisit: præponens Sueuis, quos subiecerat, clientem Achiulphum. qui in breui animum ad præuaricationem ex Sueuorum suasionibus commutans, neglexit imperata complere, potius tyrannica elatione superbiens, credensq; se ea virtute prouinciam obtinere qua dudum cum domino suo eam subiecisset. Is siquidem erat Varnorum stirpe genitus, longe à Gothici sanguinis nobilitate seiunctus: idcirco nec libertati studens, nec patrono fidem seruans. Quo comperto, Theodericus mox cõtra eum, qui eum de regno peruaso deiicerent, destinauit. Qui venientes sine mora, in primo eum certamine superãtes, congruam factorum eius ab eo exegerunt vltio-

40 nem. Captus namque, & suorum solatio destitutus, capite plectitur: sensitque tandem iratum, quem propitium dominum crediderat contemnendum. Tunc Sueui rectoris sui interitum concernentes, locorum sacerdotes ad Theodericum supplices direxerunt. Quos ille pontificali reuerentia suscipiens, non solum impunitatem Sueuis indulsit: sed vt sibi de suo genere principem cõstituerent, flexus pietate concessit. hactenus Iordnandes. Ex quibus liquet, Sueuos in Gallitia ab eo tempore occisos, cum Hispanis passim Gothisque commixtos, exiguam admodum posteritatem reliquisse. Cui præfuere ordine reges, vt sub finem libri ostendemus, Masdra, Remismũdus, Theodemyrus, Myro (ad quem librum scripsit de Institutione principis Christiani, Martinus Duniensis episcopus, quem ipsi à situ vendicauimus) vbi nominatim rex Sueuorum ab Hispano præsule nominatur. Hunc duo

50 modo Sueuorum reges, qui in Gallitia rerum potiebantur, consecuti sunt, Euricus, & postremus sui generis in Hispania Andeca, à Leonigildo Gothorum rege victus & captus, cum obsequium Gothis detrectasset. Et ab eo tempore Sueui, Romanis Gotisque in Gallitia permisceri cœpti sunt: quibus postremo, cum & Nordmaniam Sarracemque accessissent, eam gentem post se reliquere, quæ nostro seculo à metropoli Portogallensium appellatur. Cuius reges posterius ex Lotharingia accersiti, magnam hodie Lusitaniæ partem imperio premunt. Atque tantum ex fide historica de Sueuorum postrema migratione, eorundemque in Hispaniis posteritate. Transeo nunc ad catalogos eius populi regum, principumque, quibuscunque eum finibus rerum potiri contigerat.

CATALOGVS REGVM SVEVORVM, DVM AD Albim adhuc, Vistulamque, amnes, inque Boiohemo, locisque vicinis vsque in Daciam colerent, atque Rheni ripam.

1 MORAVINVS, recensetur à Gorofredo Annalium Germaniæ scriptore.

2 PYRAMIVS, memoratur ab eodem.

3 ARIOVISTVS, gentilitia Germanorum lingua Ernst, vel secundum alios Ernuest, ab honoris robore. Qui Cæsare dictatore Galliam cum imperio tenente, Sueuos ad Rhenum vsq; duxerat: eoque traiecto, agros in Gallia Heduis pulsis quæsiuit. eapropter cum Cæsare ad arma venit, vt ipse Cæsar in Cõmentariis suis Gallicæ historiæ subinde testatur. Idque contigit anno Mundi 1139, quo tempore in Germania Luneburgum & Altenburgum castra condita sunt.

4 CYMERIVS & Nasua, Sueuis ad Rhenum præfuerunt: quorum Cæsar meminit libro primo Gallicæ historiæ. ab horum altero fortasse liberi ac comites notissimi Suæuiæ à Cymern nominati, originem trahere possunt,

5 INGEVVON, vulgo gentilitia lingua der Inwoner/ commemoratur à Tacito, libro secundo Augustæ historiæ.

6 MARObODVVS, vulgo der Mairbod/ hoc est principis orator. Is Sueuos & Marcomanos primus in Boiohemum traduxit, Boiis in Vindeliciam & Noricũ vltra Danubium pulsis. Meminere illius Cor. Tacitus lib. secundo, & Velleius Paterculus in historia Tiberii, & Strabo libro septimo Geographiæ. Pellitur regno à Catualda Gottinorum principe, moritur apud Rauennam in Italia exul.

7 CATVALDA, vulgo gentilitia lingua der Chatwalder/ primo Gottinorum princeps, vbi hodie est Kutenberg Bohemiæ, mineris famigeratissimus locus: deinde sublatus à Sueuorum populo, qui Albim atque Buiohemum tenebat, Maroboduum regno exuit, ac Sueuis vniuersis imperauit. priuatur tamen postremo & ipse regno à Iubilio Hermundurorum principe, receptusque ab Imperatore Tiberio in tutelam, apud Forumiulium Narbonensis prouinciæ exul moritur. Meminit Cor. Tacitus libro Historiæ Augustæ secundo.

8 IVBILIVS, vulgo der Geppel/ oder Gippel/ ex Hermundurorum principe, vbi hodie Voytlandia ac Burggrauiatus Norimbergensis situs est, Sueuorum rex creatur, cum Catualdam regno prius pepulisset. Meminit Tacitus eodem libro.

9 VANNIVS, lingua gentilitia populi der Wanner/ hoc est transmigrator, vel erro appellatus: à Romanis, eorumq; Augusto Cæsare Tiberio Sueuis post Iubilium rex datus est, vt Tacitus libro 12. & Plinius capite 12. libri 4. authores sunt. Is triginta duos annos vsq; ad Claudii Cæsaris imperium placide & molliter Sueuis & Marcomanis ad Albim imperauit: ad postremum à propriis auunculis Sidone ac Vandoue, dominatu exactus, à Claudio Cæsare in Daciam transfertur, interque Marisium & Carisium fluuios collocatur, vbi hodie Transyluania Hungariæ sita cernitur.

10 SIDO & Italus, vernaculo sermone Germanorũ der Seitz/ vnd der Eitl/ vsq; ad Vespasiani imperium, sub Nerone, Galba & Vitellio Sueuos pacifice gubernabant: per summa in populum Romanum obsequia, vt Tacitus libro 19 refert, à Romanis cogniti. Qui Vespasiano quoque in victoria Cremonensi de Vitellio reportata, auxilio fuere. Porro Eitelii vocem frequentem fuisse in nominibus propriis nobilitatis Sueuorum, sub finem libri ex Genealogiis disces.

11 VARABERTVS, vulgo der Fierprecht/ hoc est ambitiosus: vel secundum alios, Heribertus, id est, bellicosus, Traiani ac Antunini temporibus, rerum legitur in Marcomannis & Sueuis esse potitus, à Marco Cæsare victus in illa memorabili pugna, cuius Lucianus in Pseudomante dialogo, Eutropius, Orosius, & Iulius Capitolinus multis verbis meminere. Commemoratur ab Hunibaldo Annalium Germaniæ antiquissimo scriptore. Qui autem ante hunc & post Italum Sueuis præfuerint, nondum inuenire potui.

12 GVNTHERICVS & Ardaicus, forte gentiliter appellati der Gundereich/ vnd Artreich/ Diocletiani Cæsaris tempore principatũ in Sueuis & Marcomanis accepere, vt Iordnandes testatur.

13 SALONINVS, vernacula lingua Germanorũ der Zolner/ oder Salnawer/ cuius filiã Pipam Galienum Cæsarem vxorem duxisse, Aurelius Victur memoriæ tradidit: donatur à genero magna Pannoniæ parte.

14 HARTOMVNDVS, Hildomundus, Canabaudes, Cariouiscus, & Haldegastes, vel si placet Teutonica pronunciatione magis proprie efferre, der Hartman/ der Hildman/ Chamauer/

mauer/Garweiser/Holdgast/Sueuorum vniuersis populis tam in Norico fecus Drauum atque Sauum, quam ad Albim Rhenumque præfuere, Tacito & Aureliano imperantibus, quibus sæpe in bellis aduersus Sarmatas & Gothos fida auxilia tulere, vt Flauius Vopiscus in horum Cæsarum historia animaduertit.

15 RICHIMERVS, vulgo der Reichmayer/ hoc est diues & potens dominus, Sueuis & Marcomannis sub Constantino magno imperauit, vt Hunibaldus scribit.

SVEVORVM REGES AD RHENVM IN *Tubantibus, Vangionibus, Ansiburiis & Vbiis.*

10 1 CIMERIVS & Nasua, Cæsaris commemorantur libro 1. Gallicæ historiæ, qui post Ariouistum Sueuos ab Albi ad Rhenum traduxere. Qui vero post hos Sueuorum populo ad Rhenum præfuerint, vsque ad Constantini Magni ætatem, trium seculorum interuallo, nondum deprehendi.

2 EROCVS, gentilitio idiomate Germanorum Erich nominatus, quod adhuc hodie nobis nomen proprium manet, præsertim in principũ ordine: quem Constantino Magno ad consequendos Imperii fasces auxilio fuisse, Aurelius Sextus refert.

3 HALDEGASTES, Tacito & Aureliano Cæsari aduersus Gothos & Sarmatas auxilio fuit, cum aliis Sueuorum gentis regibus, vt Fla. Vopiscus scribit.

4 CHONDOMARIVS, Suomarius, Vadomarius, Hortarius, Vrsicinus, & Vesttapil-
20 les, vel, vt rectius Teutonico more proferamus, der Hunginayr / Schwoynmayr / der Badmayr / der Harter / der Vrzaumer / der Westerfelder / nomina à discrimine tractuum atq; agrorum quos tenebant indita erant: hoc est, si latine vellemus reddere, dominus venationum, dominus Sueuorum, dominus thermarum (vbi adhuc hodie est marcha Badensis) dominus Hercyniæ, dominus Tauriscorum, dominus Occidentalium camporum. Commemorantur subinde ab Ammiano Marcelli no: vt cum quibus Constantius, Iulianus, & Valentinianus bella gesserunt, & ad postremum difficili & longo Marte victi, Hortarii vnius illorum proditione: ex quibus etiam in potestatem Valentiniani Suomarius & Vadomarius peruenerunt. Quorum ille Romæ in Cælio monte veterno obiit: hic vero in Asiam translatus, pro Romanis acriter aduersus Persas pugnauit.

30 5 VNDICABIVS, Gratiano rebellauit, & prope Argentoratũ à Romanis victus est, triginta millibus Alemanorum trucidatis. Post hunc vero deinceps, qui præfuerint, nondũ inueni, nisi quod illorum Sueuorum posteritatem extitisse reor, quos Gundoaldus Francorum dux à Turingis vocatus in auxilium, à Mœno fluuio remouit.

REGES SVEVORVM IN NORICO MEditerraneo & Liburnia, vbi hodie Carinthia ac Carniola prouinciæ cernuntur.

1 HILDOMVNDVS & Hartomundus, vulgo gentilitio sermone der Heltman vnd Hartman/ à Galieno Cæsare ob vxorem recepti in Valeria fuerant, vbi est hodie Ciliensis
40 tractus, & confinia Styriæ ac Hungariæ. Meminit illorum Fla. Vopiscus, in Probo & Aureliano.

2 GABINIVS, vulgo der Gabner/ vel Ebner/ à Valentiniano rex in Valeria confirmatur super Sueuos, vt Marcellinus scribit libro 17.

3 FRAGILADVS, Viduarius, & Vtrodorus, vel si sequamur veram Germanorum pronunciationem, der Freyledig/ der Widmayer/ der Otterer/ commemorantur ab eodem Marcellino.

4 CHVNIMVNDVS, vulgo der Khuonman/ Zenone & Iustiniano imperantibus, authore Iordnande, his præfuit Sueuis, qui in Liburnia proximi Dalmatiis tenebant: victus à Theodemyro Gothorum in superiori Pannonia rege, cum Gothorum armenta in campis
50 errantia deprædatum exiens, in Dalmariam abduxisset, vt Iordnandes scribit.

5 ACHIVLPHVS, vel vt rectius iuxta patriam linguam proferamus, der Hochwolff/ Chunimundo à Theodemiro Gothorum rege substituitur, in ea de qua loquimur Sueuia Dalmatiis proxima, vt idem scribit Iordnandes.

6 DROCTVLPHVS, vulgo der Drafhwolff/ recensetur a Paulo Diacono in Longobardica historia, cuius ditio vsque in Forumiulium extendebatur.

7 GIBOLPHVS, der Gaehwolff/ commemoratur ab Eugippo in historia S. Seuerini, quod Gelasio Romæ sedente pontifice, Noricum ripense & Vindeliciam depopulatus fuerit, Laureacumque atque Parauiam ciuitates, Tiberinamque destruxerit.

8 WIRIDOMARVS, vulgo der Werdemayr/ id est dignus honore dominus, sanctũ

Maximum Iuuauiæ episcopum cum 45. clericis in scopulis montis in quos fugerant, occidit, cum ingentem in Norico fecisset depopulationem.

REGES SVEVORVM IN HISPAnia apud Galleciam.

1 ERMERICVS primus, fertur Sueuos in Hispaniam traduxisse, Galleciamque occupasse, posteaquam Vandali in Aphricam traiecissent. Itaque fœdere cum Romanis & Gallecis icto, quiete regno potiebatur. Valetudinarius, annorum pene spacio XXXII rexit.

2 RECILA, siue Rechilla secundum aliquos, viuo adhuc Ermerico rex Sueuorum in Gallecia designatur, vt puto, vulgo der Ratzl appellatus. Qui Andeboden Romanorum ducem in Betica ad Silingum flumen vicit, & Beticam suæ ditioni subiecit. Volens & Lusitaniam subiugare, Emeritam vrbem regno suo subiecit. Subiugauit postremo & Carthaginensem prouinciam. Cæterum vt firmam pacem suis relinqueret, Carpentaniam Romanis restituit, cum regnasset annis octo.

3 RECIARIVS, siue Richarius secundum Iordnandem, vulgo gentilia Sueuorum lingua der Reiter/ id est eques nominatus, vel Reicher/ id est, diues, filius Recilæ erat. Qui fidem catholiam amplexus, in vxorem duxerat Theuderodi Gothorum regis in Hispania filiam. Cuius auxiliis subnixus, Tarraconensem prouinciam, & ciuitatem Cæsaraugustam suæ ditioni subiecit, occupata etiam Carthagine, & Vasconibus depopulatis. Itaque cum ob victorias insolesceret, & totius Hispaniæ imperium affectaret, mortuo socero, à sororio suo Theoderico Gothorũ rege, qui postea in prælio Cathalaunico ab Athila & Hunnis fuit interfectus, bello petitus, victus & captus, & ad postremum interfectus est.

4 ACHIVLPHVS, à Theoderico Gothorum rege Sueuis in Gallecia rex præficitur, iussus sub Gothorum obsequio regnare. Qui cum rebellasset posterius victus à Theoderico, captus & capite plexus est, vt Iordnandes scribit.

5 MASDRA, electus à Sueuis in Gallecia fuerat, Theoderico Gothorum rege assentiente. Isque contra Frautam, qui ex altera parte electus fuerat, regni gubernationem retiuuit.

6 REMISMVNDVS, vulgo patrio sermone der Rumſſman/ hoc est, laude dignus vir, Masdræ filius, cum Frauta hoste & competitore fœdus percussit, & cum eo Lusitaniam deuastauit. In quo bello Frauta obiit, relicto Frumario filio. Cæterum Remismundus cum Auriam Flauiam expugnasset, totam maritimam Hispaniæ oram depopulatus est: & Frumario posterius extincto, solus Sucuorum regno in Gallitia potitus, in Lusitaniam arma transtulit. vbi Coymbriam diruit, pace deceptam: Vlixopona etiam proditione Lusidii ciuis occupata. postremo, vt sine impedimentis regnaret, fœdus cum Gothis iniuit, qui Tarraconensem ac citeriorem Hispaniam tenebant. eorum regis Theoderici cognatam matrimonio sibi adsciuit. Quo tempore, authore Alare quodã Galata Arriana hæresis Sueuos quoque corripuerat: vnde magna deinceps persequutio consecuta est.

7 THEODEMYRVS, doctrina Martini Dumensis episcopi fidei catholicæ restituitur. Is Silingos Vandalorum reliquias, cum Hispali ciuitate ipsorum Sueuorum regno adiecit, & annos decem regnauit.

8 MYRO, vulgo der Mayr/ hoc est dominus princeps, filius Theodemiri, tribus annis regnauit: ad quem beatus Martinus Dumẽsis episcopus librum scripsit, de Christiani principis institutione: quem ipsi à situ eruimus, ac euulgauimus. Cæterum Myro insidiis Leonegildi Gothorum regis in Narbonensi prouincia ad Arrianam hæresim reuertitur, cui etiam suppetias tulit aduersus Hermegildum catholicum principem, vt annales Hispaniæ volunt, Leonegildi filium: qui victus in captiuitate patris obiit, cum Arrianæ perfidiæ consentire nollet.

9 EVRICVS, vulgo gentilitio sermone appellatus der Erdreich/ vel Erich/ filius Myronis erat: quem in pueritia constitutum, Andeca tutor regno priuauit, & monasterio conclusit.

10 ANDECA, postremus Sueuorum in Gallicia rex, qui Euricum pupillum in monasterium coegerat. Is bello petitus à Leonegildo Gothorum rege, victus, captus, & accepta vltione in cœnobium compulsus est. Atque ex eo tempore Gallicia & Sueuorum isthic regnum, Gothorum imperio subiici cœpit, amisso paulatim Sueuicæ gentis & nomine & authoritate.

PRINCIPES ET DVCES SVEVOrum in Rhætia prima.

1 SVMANVS, quem Annales quidam memorant, primum omnium ſedes in Rhætia fixiſſe.

2 BODONCARIVS, qui primam regiam in Iburginga, vbi eſt hodie Iberlinga oppidum Imperiale, locauit. à quo lacui Brigantino, qui alluit, nomen mutatum autumo.

3 FRIBADVS, Theoderico Bernenſi Gothorum in Italia regi ſubiectus adhuc erat, cum ſubdita gente, vt ex epiſtolis Caſſiodori apparet.

10 4 ESNERVS, forte lingua patria der Eyſne/ id eſt ferreus, primus legitur prope Cāpodunum in Hillemonte caſtrum conſtruxiſſe, vbi poſteri habitarunt, magna ex parte Sueuorum duces, quo hodie loco Buckhalden ruinæ cernuntur.

5 HOBINGVS, vnde Huobingerorum quidam gentem deducunt.

6 Nebus, vnde proſapiam ac nomenclaturam pincernarum a Neyffen deſcendiſſe, quidam memorant.

7 ERMERICVS, quem alias Ermanarichum annales vocāt, interfuit pugnæ Tolbiacenſi, victus à Lutauico primo Francorum rege, Francorumque ditioni cum gente ſubiecta mancipatus primus quoque fidem Chriſti amplexus, Annalibus refertur.

8 NEBINVS, & Imauus, à locis arbitror, vbi ditionem tenebant, nominati: der in der 20 Eben/vnd in den Awen wonet/oder gepiet hatt.

9 ALMVS, à quo loca lacui Brigantino proxima nomenclaturam ſortita ſunt, Salmerſvveil, Almanſpach, Alman dorf.

10 BVCCELINVS, Lutherius, & Amyngus, quos vitio Germanicæ pronunciationis Agathias Græcus, & Paulus Diaconus, Bultinum & Leuthari vocant, a Theodeualdo & Theoderico Francorum regibus, Lutauici magni, primi Chriſtiani, filiis, Witigo regi Gothorum in Italiam auxilio miſſi ſunt contra Romanos, eorumque ducem Belliſarium. Quorum duo occubuere in prælio: Lutherius vero morbo poſt cladem abſumitur, ad lacum Benacum.

11 HECHINGVS, conditor ciuitatis & proſapiæ Hechingen.

30 12 LANDOFRIDVS, deturbatur à ducatu ab Hilteberto rege Francorum, circa annum Domini 588.

13 VNCELINVS, Landofrido ſufficitur ab Hildeberto rege Frācorum: quem memorant hiſtoriæ Prothadium maiorem domus Theoderici regis Francorū, qui auxilio Brunechildis auiæ, Theodericū, Theodebertum, & Lutharium, Francorum reges fratres commiſerat, ſub papilione regis Theoderici occidiſſe. Idcirco Brundchildem, autricem & incentricem totius tragœdię, Vncelinum ducem captum, amputato altero pede, ducatu momiſſe. Ego, ſi coniicere licet, vocem Vncelini Germanicam autumo, diminutiuam à Chunrado, quem Chunzonem patrio ſermone vocamus.

14 CAMBALINVS & Herpinus, forte gentilitia pronūciatione der Gumbler vn̄ Herpfer/ 40 regi Francorum Theodeberto militantes, Campaniam, Sequanos, Aliatiamq; adiecerunt: expugnatoq; Auentico, vltra Iuram montem Burgundiæ omnia ferro & flamma vaſtarūt. Sub his S. Columbinus Scotus, cum ſociis Gallo, Romarico & Leodegario, tyrannidem Theoderici regis Francorum fugientes, concedente Theodeberto rege, Cellam ad lacum Brigantinum conſtruxerunt, haud procul à S. Galli oppido.

15 GVNZO, vel Gonczo, patria Germanorum lingua à nomine Chūradi Chunczo, der Khuncz. Huius filiam Fridbergam, circa annum Domini 630, beatus Gallus à dæmonio liberauit. Legitur habuiſſe in matrimonio Sigeberti regis Auſtraſiæ natam, quæ Cellæ apud Arbonam eregione Mersburgi prima fundamenta iecit, vbi beatus Gallus primo omnium legitur habitaſſe. Quæ poſtea, mortuo ſancto viro, in locum ſuperiorem tranſlata, paula50 tim in monaſterii iuſti amplitudinem ſurrexit, vbi modo ſancti Galli & oppidum & cœnobium viſuntur. Is Ioannem diſcipulum ſancti Galli, epiſcopum Conſtantienſem deſignauit, in præſentia Albetini Lugdunenſis, Theoderici Auguſtudunenſis, & Athanaſii Nemetum epiſcoporum.

16 OTWINVS, ſub quo verbum Domini Sueuis adnunciarunt S. Galli diſcipuli, beati Magnus & Othmarus, quorū ille S. Gallo præceptori ſuo templum Fuſſenſe conſtruxit, hic vero à duce Otvvyno inſidiis cuiuſdam Erchonaldi ex cella Arbonenſi eiectus, quam ſanctorum conuerſationi Gunczo antea dedicauerat, poſtremo captus, & in exilium actus eſt. Memorant, ſub hoc duce Victorem quendam Rhætiæ altæ iura dediſſe, cuius filius Paſchalis, & nepos Victor, omnes epiſcopi fuere Curienſes, circa annum 700.

17 HOLANDRINVS, forte gentilitia appellatione, quod esset Batauus, der Holander nominatus est, qui templum sancto Magno in Campoduno construxit.

18 RVMELVS, à quo dominos à Tann, qui & à Waldpurg cognominati fuere, defluxisse memorant.

19 GOTOFRIDVS, à Pipino filio Angisi, illo seniore, Caroli Martelli parente, dux Sueuis imponitur. Is, quod cum Theoderico rege & Ebervvyno maiore domus Franciæ contra Hildericum seniorem regem consilia suscepisset, vna cum Rathbodo Frisiæ rege ducatu pellitur.

20 LANDOFRIDVS & Theodeualda, filii superioris Gotofridi, ab Hilderico rege Francorum, qui ante regnum in sacerdotio Daniel vocabatur, constituti duces Sueuorum, illum aduersus Carolum Martellum iuuerunt, qui Alemannos ob Reginofridi cuiusdam tyrannidem excitauerat. Quorum Theodeualdus sanctum Pyrminium episcopum Sueuia expulit. Qui designato abbate diuitis Augiæ Etone (vt ferunt, Habsburgensis prosapię) in Alsatiam, & inde in Boiarios ecclesias eiusdem prouinciæ reformaturus abiit, vbi & Altaychium cœnobium, auspicatum a duce Boiariæ Vtilone, consecrauit. Porro eundem Theodeualdum, quod Hilpericum iuuisset, Carolus Martellus ducatu mouit, Landofrido fratre in ducatu confirmato. Qui tamen posterius Carolo mortuo, portionem suam recuperauit in ducatu Sueuiæ, circa annum Domini 740. Sed memores paternę iræ filii Caroli, Carolomannus & Pipinus, auxilio Vtilonis ducis Boiariæ, Theodebaldum acie prope Augustam victum, iterum expulerunt. Mansit igitur in ducatu solus Landofridus: cuius auxilio Gripho frater Pipini, absente Vtilone duce Boiariam occupauerat. Sed restitutus Vtilo in auitam ditionem a Pipino, Landofridum Sueuorum ducem comprehendit, eundemq; cum vxore & filiis in Galliam ad Pipinum misit.

21 GOTOFRIDVS, & Marsilius, sub Pipino Caroli Magni patre ducatum Sueuiæ administrabant. Quorum Marsilius legitur profectus cum Pipino in Italiam, aduersus Aystulphum Longobardorum regem: & relata victoria, secum tulisse gigantem Calabrum Bonosum, vnde comites à Kesselberg primordia repetunt.

22 HILTEBRANDVS, Marsilii filius, in Hillemonte supra Campodunum administrãs, ex comitissa Andacense Boiaria progenuit Hilderichum ducem Sueuiæ, Geroldum Boiarię ducem, qui in pugna contra Hunnos occubuit, & tres filias, quarum Hildegardem fundatricem Campidonẽsem Carolus Magnus matrimonio dignatus est: alteram Adelindam Otto, vel Hatto, comes à Kesselberg, filius Bonosi gigantis, accepit vxorem, fundatricem Buchouiẽsium infra Biberacum. Tertiam deniq; Ernestus quidam comes duxit coniugem, qui Sueuiæ posterius ducatum consequutus est.

23 HILDERICHVS, filius Hiltebrandi, Geroldo fratre ab Hunnis in marcha orientali occiso, & in Richenavv insula sepulto, patri in ducatu Boiariæ successit: sed cum morte vitam mox mutauit.

24 ISENBARDVS, Varini cuiusdam filius, cum Carolum Magnum aliquando in venatione vrorũ, præsentibus oratoribus Persicis, à periculo præsentaneo liberasset, dux Sueuis, sororio mortuo, imponitur.

25 NOTHARDVS, à Carolo Magno, cuius neptem Rorymiam, ex Symphoriana sorore & Amberto Lotharingiæ principe prognatam, in matrimonio habuerat, in ducem Sueuiæ confirmatur.

26 RVDELBRECHTVS, siue Rupertus & Bero fratres, Andeezarii primi abbatis Cãpidonensis, & Wichardi abbatis Lucernensis in Heluetiis, fratres germani, de Brunsvviga Saxoniæ oriundi, à Ludouico primo cognomine Pio, Caroli Magni filio confirmantur in ducatu Sueuiæ. Sub quorum administratione Hildegardis secũda Ludouici secundi filia, cœnobium Vestalium Tiguri posuerat, in memoriam celebrium Rhętiæ martyrum, Fœlicis, Regulæ, & Exuperantii.

27 BERTMARVS, à Ludouico secundo Germaniæ rege dux Sueuorum constituitur. capitur in prælio à Suetibogo Morauorum principe: qui liberatus è custodia, ducatui cessit Carolo, filio Ludouici regis.

28 CAROLVS, filius Ludouici secundi minimus natu, frater Carolomanni, qui ex duce Carinthiæ regnum Boiariæ consecutus fuerat, à patre apud Forchaim dux Sueuiæ designatur, in publico procerum Francorum conuentu. Idcirco causatus inæqualem diuisionem cum fratribus, quod LVDOVICO totum limitem Saxonicum ac Lotharingicum, CAROLOMANNO Boiaricum atque Carnicum concessisset, præ indignatione, cum bellum aduersus patrem cogitaret, a dæmonio corripitur: à quo eum mox Luytbertus Moguntinus præsul liberauit. De hoc CAROLO scripsit Ioannes Auentinus libro quarto

quarto in hæc verba, cum victoriam Ludouici tertii contra Carolum Caluum Galliæ regem recenset: Ad Anremniacum triumphabundus, regnũ Lotharingiæ lustrat, compositis rebus, receptis oppidis, vicis, quæ ad Augustum patruum defecerant, ad cõfluentem Rheni & Mosellæ redit, vbi Carolus frater eius ex Sueuia gratulatum ei occurrit. Ludouicus inde Francofordiam, Carolus Mediomatrices petit. Deinde Nouembri tres fratres ad Salueldas conueniunt: imperium paternum, quemadmodum parens statuerat, inter se partiuntur. Carolus minimus natu, Rhætias, Sueuiam, Alsatiam, superiorem Lotharingiam atque Germaniam, quæ est in Gallia Celtica, accepit. Et rursus eodem libro, quemadmodum idem Carolus ex Sueuiæ duce, rex Sueuorum, ad postremũ à Carolomanno fra-
10 tre acceperit regnum Italiæ, subdit, de testamento Carolomanni locutus: Caroloque per manus dat Italiam. Hic comparato vndique milite, cum Richarda vxore in Italiam irrepere tentat per Alpes Iulias: circa quarum radices ipsi Ludouicus & Carolomannus germani fratres, reges Galliarum, Bosonem tum oppugnantes, officii causa obuiam procedunt. Carolus salutatis nepotibus, de improuiso Italiam inuadit, cis Padum omnia celerius opinione occupat. Et vt maior authoritas foret, archimystes primarius Germaniæ Luirbertus Moguntinus, iussu Ludouici, & Theodemarus Iuuauiensis archiepiscopus Boiorum, mandato Carolomanni, cum Carolo proficiscuntur. Vbi Rauennam ventum est, concilium procerum Italiæ cogitur. Ioannes pontifex Romanus, patriarcha Foroiulienfis, archiepiscopus Mediolanensis, Senatores, Episcopi, Tetrarchæ, Dynastæ, proceres I-
20 taliæ, frequentes coeunt, in verba noui principis iurant. Conuentu peracto, Carolus cum vxore Romam proficiscitur, à Ioanne octauo Pontifice maximo cum coniuge inauguratur, Augustusque à senatu populoque Romano acclamationibus solennibus consalutatur, 8. Cal. Ianuarii.

29 RICHARIVS & Rudolphus, Burgundiæ nobiles comites, à Carolo Crasso duces Sueuis constituuntur. Quorum Richarius reliquit filium Burchardum primum.

30 BVRCHARDVS hoc nomine primus, filius Richarii, ab Arnolpho Cæsare Sueuis dux constituitur, qui legitur duas in matrimonio habuisse coniuges: primam Berchtã, filiam Rudolphi regis Burgundiæ: & secundam, filiam Chunradi primi Imperatoris. de quo scriptum reliquit Luitprandus Ticinensis in historia Europæ sui temporis, lib. 3. cap.
30 4. Rudolphus denique cum infidelitate suorum prænominatos aduersarios superare non posset, in Burgundiam profectus, Burchardo Sueuorum duci, cuius sibi filiam coniugio copulauerat, denunciat, vt sibi in auxilium veniat, &c. Is Burchardus profectus nomine Rudolphi generi legatus Mediolanum, contra ius gentium à Landberto episcopo per insidias interficitur. Cæterum Luitprandus Ticinensis refert, hunc Burcardum à Rudolpho rege Burgundiæ socero suo legatum missum ad Mediolanenses, fuisse interfectũ ob nescio quæ verba prolata Teutonico idiomate. Locus Luitprandi libro 3. cap. 4. sic habet: Rudolphus deniq; cum infidelitate suorum prænominatos aduersarios superare non posset, in Burgundiam profectus, Burchardo Sueuorum duci, cuius sibi filiam coniugio copulauerat, denunciat, vt sibi in auxilium veniat. Qui collectis copiis cum Rudolpho confestim
40 conuenit in Italiam. Cumq; peruenissent Eporegiam, Rudolphum Burcardus ita cõuenit: Ipse ego, vt legationis obtentu Mediolanum proficiscar, non absurdum videtur: hac occasione vrbem explorare, atque eorum potero cognoscere voluntatem. Profectus itaq;, cum iam Mediolanum peruenisset, priusquam vrbem ingrederetur, ad beati preciosique martyris Laurentii ecclesiam orationis gratia declinauit: sed, vt aiunt, non tantum petitionis gratia, quantum alterius rei causa. dicunt enim, quia prope ciuitatem est ecclesia miro atque precioso opere fabricata, eum ibidem munitionem construere voluisse, qua non solum Mediolanenses, sed & plures Italiæ principes cohercere decreuisset. Inde vero exiens, cum iuxta murum ciuitatis equitaret, lingua propria, hoc est Teutonica, suos ita conuenit: Si Italienses omnes vno vti tantummodo calcari, informesq; non fecero equas ca-
50 ballicare, non sum Burcardus. fortitudinem siquidem muri huius, seu altitudinem, qua se muniri confidunt, nihil pendo: iactu quippe lanceæ meæ aduersarios de muro mortuos præcipitabo. Hoc autẽ eo dicebat, quoniam neminem aduersariorum suæ linguæ gnarũ esse putabat. Verum suo omine non bono quidam isthic aderat, quanquam pannosus & despectus, eius tamen loquelæ sciens: qui omnium horum Landberto archipræsuli celer factus est nuncius. Qui vt erat ingenio pollens, Burcardum non despexit: sed cum alio animo suscipiens, mirabiliter honorauit. Sed & inter cætera quasi hoc esset priuilegium amoris, concessit ceruum, quem is suo in brolio venaretur, quod nulli vnquam nisi charissimis magnisq; concessit amicis. Landbertus interea Papienses omnes, nonnullosq; Italiæ principes ad Burcardi necem inuitat: eumque tamdiu renuit, donec congregatos esse

omnes ſperaret, qui eum occidere deberent. Factum eſt igitur, vt Burcardo Mediolano diſcedente, Nouariam die perueniret eadem. Quumq; iſthic nocte tranſacta, diluculo ſurgeret, Eporegiam tendens, ciuitatem Italiæ, ſuper eum irruentes ſubito apparuere phalanges. Quas contra nō vir bellicoſus properat, verum mox fugam inceptat. Et quoniā ſecundam beati Iob ſententiam, terminus eius conſtitutus præteriri non poterat, & fallax equus ad ſalutem, in foſſam quæ muros circuit ciuitatis equus decidens, eum proiecit: vbi & ab irruentibus Auſoniis confoſſus lanceis, vitam morte commutauit. Porro de matrimonio illius Burchardi diuerſum Auentinus ſcribit, ipſum non habuiſſe filiam Rudolphi Burgundi: ſed contra Rudolphum, vt Burgundi à Sueuis non affligerentur bello, Berchtam Burchardi filiam duxiſſe. Deinde (inquit, loquitur autem de Arnulpho Cæſare) aduerſus Rudolphum in Burgundiam arma mouet, petit Alſatiam: ibi conſilio cum Sueuorum dynaſtis habito, Burchardo regulo Sueuiæ, vt cum popularibus Rudolphum atque Burgundiam ad obſequium ferro cogat, præcipit. Ipſe per Franconas in Boiariam hyematum Reginoburgum redit. Porro Rudolphus Burchardo aduerſus ſe aduentanti, Vitoduri, Sueuos in finibus ſuis vi probibiturus, armatus occurrit, prælium committit: ſed amiſſis multis, à Burchardo ſuperatur, caſtris exuitur, & cum paucis ægre ad iuga inaccesſa alpium ſibi nota perfugit, præruptisq; rupibus latitare cœpit. Verum mente meliore vſus, cum ſero ſuo periculo didiciſſet, omnia conſilia prius quam armis ſapienti tentanda eſſe: maluit prius omnia experiri verbis, quam aleam iactare, & rurſus armis fortunam belli laceſſere: de pace ad Sueuos legatos mittit, ſuppliciter colloquium petit. Accepta igitur publica fide, Reginoburgum ad Arnulphum pergit, Burgundiam ab eo in tutelam accipit, ſacramentum dicit, ſe Arnulpho regibusque Francorum perpetuo fidem ſeruaturum. Berchtam poſtea, filiam Burchardi Sueui, quo firmiores res illius forent, vxorem ducit. Hæc ille. Porro ſciendum eſt lectori, qui ſequuntur, Erchengerum & Berchtoldum fuiſſe Burcardi illius cognatos.

31 ERCHENGERVS & Berchtoldus, filii Burcardi, ſeu potius (vt aliis videtur) cognati, priuati ducatu, habitauerunt in Duellio caſtro. qui quod Salomonem epiſcopum Conſtantienſem cæpiſſent, & in arce Dieboltzburg tenuiſſent, à Cuonrado primo decollantur. Quorum alterius filius Eberhardus, comes de Duellio, fundauit domum Apoſtolorum Schafthuſii.

32 ERNESTVS, Burchardo ſubſtitutus ab Henrico Aucupe Imperatore, legitur cœnobium Campidonenſe, deſtructum ab Auaribus & Hungaris, reparaſſe. Eratq; vltimus de ſanguine Ildegardis, antiquorum Sueuiæ principium.

DVCES SVEVORVM EX STIRPE COmitum Dilingenſium.

1 BVRCARDVS, hoc nomine ſecundus, Sueuiæ Rhæticæ dux, Arneſto ſine liberis extincto, ab Ottone Imperatore hoc nomine primo inauguratur, qui habuit in matrimonio claras fœminas. primam Hedvuigem filiam Henrici primi, cognomento Aucupis, Rom. Cæſaris, vel ſecundum alios, filiam Henrici Rixoſi Boiariæ ducis, S. Henrici ſororem, quæ vidua vitam in Duellio caſtro tranſegit, vbi & maritus ſedem principatus habuerat. Sunt qui illi & alteram tribuunt coniugem Luitgardim, S. Vdalrici ſororem, & Hugbaldi comitis Dullingenſis filiam: quod ob ſanguinis vinculum eſſe non potuit. Duo bella geſſit: vnum cum Rudolpho Burgundiæ rege, quem haud procul à Vuyntherthur vicit, anno Redemptionis noſtræ 920, Henrico Aucupe imperante: alteri autem communibus principum Germaniæ auſpiciis nomina dederat, ſub Othone primo, aduerſus Hungaros ad Lycum, in quo ſextam fertur victor legionem duxiſſe. Cōſtruxit ad radicem mōtis, in quo Duellium caſtrum regia ſua ſita fuerat, cœnobium, quod poſtea translatum eſt in Stayn, vbi Rhenus lacum egreditur. Huius ducis filia nupſerat Rudolpho regi Burgundiæ. Auentinus tradit, hunc Burchardum comitem ab Heluenſtayn, Luitolpho primum filio exauctorato, ab Ottone I. fuiſſe ſuffectum in ducatu Sueuiæ, quod is Luitolphus cū Scyrenſibus palatinis aduerſus ſe conſpiraſſet, ac Ratiſponam fratri ſuo Henricho duci Boiariæ præripuiſſet. Ideo & filiæ fratris Luitgardis matrimonio donatum. Interfuiſſe quoque victoriæ de Hungaris relatæ ad Auguſtam, vbi & occubuerat, relicto filio cognomine in ducatu Boiariæ, qui obiit ſub mortem Othonis primi, anno Salutis humanæ 973.

2 VDALRICVS & Dietlandus, Burcardi ſuperioris filii, recenſentur in diplomatibus Eynſidlenſis cœnobii: cuius erant ob Berchtam fundatricem cognatam ſuam aduocati inſtituti. Obierunt ſine virili ſucceſſione, patruo ſucceſſore in ducatu relicto.

3 HER-

3 HERMANNVS, frater superioris Burcardi, & ipse Dulligensis comitis filius, fratruelibus Vdalrico & Dierlando ante tempora extinctis sine liberis, ab Ottone primo in Sueuiæ ducatu sufficitur. qui ex Gerburge Cunradi secundi Burgundiæ regis filia, vnicam modo filiam tulit, Idam nomine: quam Otho Cæsar Luitolpho filio suo vxorem impetrauit. Ratione cuius matrimonii, cum Hermannus sine virili semine decederet, Saxones, atque adeo Luitolphus ipse in principatu Sueuiæ successerunt. Commemoratur hic Hermannus Luitprando Ticinensi quoq; chronographo temporum ab Arnulpho Cæsare vsque ad Ottonem secundum, libro operis illius 4. capite 10. Habuerat plane rex nonnullas maximas & fortissimas copias (loquitur de Ottone primo) & earum duces, Hermannum scilicet Sueuorum ducem, fratremq; eius Vdonem, atque Chunradum nomine Sapientem. Cui quamq̃ affinitatis linea Euerhardo iungerentur, maluerunt tamen iuste, si necessitas incubuisset, iusto cum rege occumbere, quam cum consanguineo iniuste triumphare. Et iterum cap. 1. lib. 5. Concurrentib. vndiq; ad regem congratulationis causa proceribus, venit etiam vir ditissimus Sueuorum dux Hermannus, qui post congratulationis satietatem talib. est regem aggressus sermonibus: Nõ clam domino meo est, tum prædiorũ latitudine, tũ pecuniarum immensitate prædiuitem me absq; liberis esse: nec est pier vnã paruula natã, quæ mearum rerum, me redeunte, hæres existat. placeat itaq; domino meo regi, filiũ suũ paruulum Luitholphum mihi adoptare filium, quatenus vnicæ filiæ meæ naturali commercio sociatus, me migrante meãrum fiat hæreditate rerum magnificus. Hoc itaq; quia placuit regi consilium, quod poposcerat, sine dilatione compleuit.

DVCES SVEVORVM EX SAXONIBVS.

1 LVTOLPHVS, filius Othonis primi Imperatoris, ob ductã Hermanni Sueuiæ ducis filiam, ducatum Sueuiæ a patre accepit. Qui Tiguri in landuogtia veteri Sueuorum ludos equestres celebrauit, qui Torneamentum dicuntur, cui multi ex comitibus & principibus Germaniæ interfuerunt. Idem legitur anno Domini 952, tanquam dux Sueuiæ, Crabonem Sandgallensem abbatem expulisse, Amone quodam substituto. priuatus postremo à Patre ducatu Sueuiæ, quod in se cum Arnoldi quõdam Boiariæ ducis filiis conspirasset. Reliquit autem duos filios, Othonem, & Brunonem episcopum Vuerdensem in Saxonia. Qui anno Domini 994. vocatur ad apicem summi pontificatus Romam, & mutato nomine Gregorius quintus appellatur. Is est, qui cum Othone tertio cognato suo Electores Imperii per nouam Pragmaticam constituit, vnde rex Romanorum eligeretur. Hunc, vt dictum est, pater exauctoratum, Sueuiæ ducatu mouit, substituto illi Burchardo comite ab Helffenstayn, qui in prælio contra Hungaros ad Augustam commisso occubuerat. Sunt, qui filium illius Othonem in ducatum fuisse restitutum ab Othone secundo Imperatore, tradunt, Burchardi filio mox post patrem mortuo.

2 CHVNRADVS, cognomento Sapiens, substituitur ab Othone, filio exauctorato, in ducatu Sueuiæ. Cuius prosapiæ is fuerit, incertum.

3 HERMANNVS, sub Othone secundo rerum cœpit in Sueuia Rhætica potiri: incertum tamen, an Chunradi Sapientis filius extiterit, qui obiit circa annum Domini 995. Is creditur educasse Chunradum, qui postea imperauit, Henrici tertii patrem, expositum ab Henrico Claudo Imperatore: quod fato didicisset, illum sibi Imperium ablaturum. Erat autem natus, Chunrado Vuormaciensium duce ab Hungaris in prælio Othonis primi ad Lycum amnem interfecto: siue, vt alii volunt, Lupoldo comite de Kalvu & Bayblingẽ. Is expositus in sylua apud carbonariam, ab Hermanno isto Sueuiæ duce repertus, pro suo filio educatus est: à quo Lurolpho commendatus genero, postremo sub Chunradi quoq; tutelam, & inde ad ducatum Sueuiæ vsque peruenit.

DVCES SVEVORVM EX FRANCIS, comitibus de Babenberga.

1 ERNESTVS, nepos Adelberti Baber.bergensis comitis, illius qui Moguntiaci, dolo Hattonis archiepiscopi, à Ludouico Arnolphi Cæsaris filio capite plexus est: & frater Adelberti primi marchionis orientalis siue Austriæ, ab Othone tertio Sueuis in Rhætia dux datur: propterea quod Lupoldus decollati Adalberti comitis filius, ex Richarda sorore Henrici primi Cæsaris cognomento Aucupis, illum Ernestum, Adalbertumq; marchionem Austriæ progenuisset. Habebat vero Ernestus ille vxorem Giselam, de antiquo Caroli magni stemmate: quam postea Cunradus Cæsar, quem Saliquum vocant, adoptatus Hermanni Sueuiæ ducis filius, coniugem duxerat: & ex ea Henricum tertium, quem Nigrum Annales dicunt, progenuerat. Porro hunc Ernestum Cunradus Saliquus ducatu Sueuiæ aliquando priuauerat, & captum in Castro Gibichenstayn incluserat, ob nescio

quas suspiciones. Quem tamen liberatum in ducatum restituit: & propter militem quendam suum Vueczilunem nomine, denuo exauctorauerat, publicum hostem Imperii pronunciatum. In qua proscriptione à Menegoldo comite, vna cum Wernhero comite occiditur. Reperitur autem bellum gessisse cum Welphone comite ab Aldorf. De quo plura lege apud Othonem Frisingensem, libr. 6. Chron. cap. 28. Et apud Vrspergensem, fol. 228. Ioannes Auentinus hunc interfectum refert, non à Menegoldo comite, per vim: sed ex casu, ab Adalberone quodam comite, cum feram esset in venatione percussurus. Idem quoque hunc non fratrem primi Alberti Austriæ marchionis, sed Henrichi tertii marchionis Austriæ priuignum extitisse, ex Suandehilde coniuge, affirmat. Huc pertinet quoque alia Auentini opinio, qui duces Zaringiæ descendisse ab illo Ernesto autumat. Quippe filios illius Ernestum & Hermannum, quod cum Welphone aduersus Chunradum secundum ex cognomento Saliquum conspirassent, pulsos ducatu Sueuiæ fuisse: & cum gratiam impetrassent, comitatu Brisgaudiæ conclusos.

2 HERMANNVS, tertius hoc nomine in ducatu Sueuiæ, filius Ernesti superioris, vna cum fratre Othone à Chunrado Saliquo vitrico ipsorum confirmatur, circa annum Salutis 1030, cum fuissent in pueritia educati à Waramano præsule Constantiense. Is Hermannus cœnobium Campidonense secundario reparauit.

2 OTHO, hoc nomine secundus, filius Hermanni, successit patri in ducatu Sueuiæ, anno (vt Vrspergensis adnotauit) reparatæ Salutis 1046.

4 OTHO hoc nomine in ducatu Sueuiæ tertius, cognomento de Schvueynfurt, affinis comitum a Babenberga, ab Henrico tertio deficienti stirpi nobili substituitur. Cuius filia Beatrix collocata fuerat Cunrado cuidam Sueuiæ marchioni, vt Vrspergensis refert. Porro ignorandum non est, hunc Othonem Othonis tertii Imperatoris fuisse ex sorore nepotem, habuisseq; in matrimonio Petrissam, comitissam ab Amertall.

DVCES SVEVORVM EX RHENENSIBVS stirpis Habsburgensis.

1 BERCHTOLDVS, cognomento Barbatus, comes de Zaringen, ex prosapia Habsburgensi ortus, ab Henrico tertio Imperatore morituro pro duce Sueuiæ nominatur cooptatusque in generum, pro memoria promissi, soceri annulum accepit. Cæterum vidua Agnes consiliis Remboldi Constantiensis episcopi, quem pater filiæ ac filio tutorem vna cum coniuge instituerat, promissa filia Rudolpho comiti à Raynfelden cum Sueuiæ ducatu confertur. qui postea in regem electus, aduersus Henricum quartum sororium suũ pugnauit, ac victus occubuit. Hoc cum moleste ferret Berchtoldus, ac sororium Henricũ quartũ paterni promissi admoneret, Cæsar, admonente matre Agnete, ad leniendum animum, Carinthiæ illi ducatum beneficio concessit: quem tamen nomine magis quam possessione accepit, ac ita pollicitatione omni cadens moritur. Cuius filio Berchtoldo alteri, idem Henricus Imperator, cum post interitum Rudolphi Rhynfeldensis, ducatũ Sueuiæ Friderico comiti ab Hohenstaufen contulisset, ad recompensationem contulit vogtiam Tigurinensem, quæ veteris Sueuiæ portio fuerat, totam pene hodiernam Heluetiam comprehendens: vbi postea familia Zaringensium, Friburgum Vchtlandię, Bernam & Neuburgum, & alia quædam oppida construxit. Vnde legitur illud apud Vrspergensem in Chronicis: Otho de Schvueynfurt dux Sueuorum, 4. Calen. Octobris obiit: & Rudolphus de Rhynfelden, qui postea rex esse contendit, ducatum accepit: quod magnum fuit seminarium earum quibus regnum perturbabatur commotionum. Eundem namq; ducatum, viuente adhuc Othone, Henricus Imperator Berchtoldo comiti, qui post Carinthiorum accepit ducatum, promiserat, eique annulum suum, veluti huius rei commonitorium, dederat. Quem ille diligenter seruans, post amborum obitum, Imperatoris scilicet & ducis, Imperatrici Agneti imperium tum disponenti obtulit: eamq; annulum agnoscentẽ, pro ducatu sibi promisso commonuit. Sed quia prædictus Rudolphus, mox post Imperatoris obitum filiam eius Rumbholdo Constan. episcopo commendatã, vtrum consilio raptã an dolo, nescitur, vxorẽ duxit: post receptã iã gratiam eundẽ ducatũ causa filiæ Imperatrix dedit. Quod animũ Berchtoldi non parũ cõmouit. pro qua commotione lenienda, ducatus Carinthiorũ ei cõmittitur. quẽ postea filio suo æquiuoco, ipsius rogatu rex Henricus cõmisit. Porro, quemadmodũ Berchtoldo iuniori Henricus quartus Cæsar, pro cessione iuris q. ad Sueuiæ ducatum à patre acceperat, Turegiensem præfecturam Sueuiæ amplissimam dederit, scribit Otto Frising. lib. 1. de vita Friderici, cap. 8. Sic itaque (inquit) prædictus Fridericus dux simul Sueuorum, & gener factus, ad propria rediit. Et ne multis morer, Berchtoldum tandem pacem petere coegit: q. tamen quidã sub filio suo Friderico

derico factum tradunt. Conditio autem pacis talis fuit, vt Berchtoldus ducatum ex se stucaret, sic tamen, quod Turegum nobilissimum Sueuiæ oppidum, a manu Imperatoris ei tenendum remaneret.

2 RVDOLPHVS comes à Rhynfeldem, & ipse Habsburgensis stirpis, vt quidam volunt, eum mortuo Henrico tertio insinuasset se viduæ Agneti, consultore Reinbholdo Constantiensi præsule, qui filiam Henrici tertii sub tutela habebat, & eam & ducatū Sueuiæ, quæ Berchtoldo Zaringensi a marito fuerant promissa, accepit. Qui posterius ex duce rex Romanus sublatus, Pontificis Maximi & quorundam in Germania factione, ingratus se Henrico quarto sotorio oppossuerat. cum quo in Saxonia acie congressus vincitur, 10 atque interficitur. Cuius vxor apud sanctum Blasium, cœnobium Hercyniæ syluæ, sepelitur, cum filiis pubertatem nondum attingentibus.

DVCES SVEVORVM IN RHAETIA
ex comitibus de Hohenstauffen.

1 FRIDERICVS comes de Hohenstauffen, in tractu Wirtenbergiæ, cuius maiores in Lorchen cœnobio vallis Rhenistall conditoria habent, ob operam fidelem ac se[d]ulam in tot bellis quibus vndiq; impetebatur, ab Henrico quarto Imperatore, suæ [fa]miliæ primus, interfecto in acie Rudolphu duce superiore, qui & imperiũ ambiuerat, D[u]x Sueuiæ inauguratur. Cui & filiam pro remuneratione Agnetem collocauit, quæ post o[b]itum huius Friderici Lupoldo marchioni Austriæ, qui inter sanctos refertur, nupserat. Huius 20 meminit chronographus Vrspergensis, in historia Lotharii: Filia namque Henrici senioris, cuidam Friderico nobili de Stouffen matrimonio iuncta fuerat, mortuoque Rudolpho duce Sueuorum in bello, qui sibi regnum vendicauerat, dictus Henricus senior, ducatum Sueuiæ præfato Friderico genero suo contulit. Ipse quoque Fridericus de præfata in[f]a Agnete dicta, duos filios progenuit, Fridericum videlicet & Chunradum: quo[r]um [F]ridericus ducatum Sueuiæ tenuit, quem à quibusdam audiuimus denominati monoculum: Cunradus vero ducatum Franconiæ, vt prædictum est, accepit. Penes h[o]s, mortuo auunculo suo Henrico iuniore, insignia imperialia remanserunt. Ideo cum [qui]busdam principibus peregerunt, vt sæpedictus Cunradus in regem eligeretur, in discordia contra Lotharium.

30 2 FRIDERICVS hoc nomine secundus, superioris filius, patri in ducatu Sueuiæ successit, fratre Cunrado in ducem Franconiæ inaugurato, & posthac ad regnum postulato. Porro Fridericus in matrimonio habuit Iuditham Henrici Vuelphonis ducis Boiariæ filiam. De hoc Friderico locus Othonis Frisingensis est intelligendus, libro 1. de vita Friderici primi, cap. 29. Inter hæc Fridericus (ait) dux nobilissimus in Gallia manens, graui infirmitate detinebatur, aerem in mente contra dominum & fratrem suum Cunradum regem, indignationem gerens, quod filium suum Fridericum, quem ipse tanquam primogenitum, ac nobilissimæ prioris comparis suæ filium vnicum, committendo ipsius gratiæ, cum filio suo paruulo secundam vxorem totius terræ suæ hæredẽ fecerat, crucem permiserat accipere. Quem prædictus abbas visitandi gratia adiit, & benedicens ei, in orationes 40 recepit. Loquitur autem isthic de S. Bernhardo abbate. De eodem Friderico loquitur & Abbas Vrspergensis in Annalibus suis, cum tractat de anno Domini 1112, & noui episcopi Moguntini inuestitura: Dux quoq; Fridericus (inquit) fraterq; eius Cunradus, electioni eidem dum frustra consentiunt, indignati, ab auunculo eodemq; domino suo discessere. Sunt qui huic alteram quoq; vxorem tribuunt, Agnetem comitissam à Sarpruckh, nepo[te]m Alberti episcopi Moguntini: ex qua susceperat ille Chunradum Rheni palatinum &, Clarinam coniugem Ludouici Turingi.

3 CHVNRADVS, filius secundi Friderici, patri in ducatu Sueuiæ successit: cuius frater Fridericus electus in regem, imperio Romano præfuit sub appellatione ac cognomine primi, atq; Barbarossæ, contra quem ducatum Sueuiæ affectauerat Henricus Cunradi 50 regis filius: qui postea concordia inita, eisdem auspiciis cum Chunrado isto ducatũ Sueuiæ administrauit. Commemorant Chronographi, hunc Chunradum, a patre Friderico secundo regem Hierosolymorum creatum, in pueritia adhuc existentem, coniuncta[m] [f]i[l]i[æ] Elisabetha, Ottonis ducis Boiariæ filia. Inuenio & alterum habuisse filium Fridericum Imperatorem, secundum Henricum nomine, quem puerum pater Cæsarem constituerat, & in Germania reliquerat, datis curatoribus Engelberto Coloniensi præsule, & Ludoui[c]o duce Boiariæ. Quem Gregorius nonus aduersus patrem solicitasse scribitur. Quibus consiliis cum Ludouicus, eiusque filius Otho obsisterent, bello fuisse diu afflictos ab He[nri]co Cæsare: patremq; filium ea de causa, sententia 70. procerum in publico conue[ntu] condemnasse, captumq; in Apuliam exulatum misisse.

4 FRIDERICVS, hoc nomine quartus in ducatu Sueuiæ, Friderici Barbarossæ Imperatoris filius, obiit in expeditione Asiatica, submerso patre ibidem: & in ducem Sueuiæ & exercitus Christiani in Asia militantis assumitur, procerum Germaniæ suffragiis.

5 HENRICVS, filius Friderici Imp. ac Sueuiæ ducis, quem Barbarossam Annales cognominant, viuente patre, & fratre Friderico in Asia militante, Sueuiæ ducatui præfuit. Et mortuis patre ac fratre, in regem Rom. eligitur, & hoc nomine sextus appellatur: ducatu Sueuiæ fratrib. Chunrado & Philippo concesso, posteaquam Constantia regina Siciliæ ducta ad illius regni gubernationem in Italiam abiuisset.

6 CHVNRADVS hoc nomine tertius, Henrici sexti Cęsaris frater Germanus, à fratre in ducatu Sueuiæ confirmatur, de quo extat locus apud Vrspergen. chronographum, cum loquitur de anno Dom. 1192. In tempore illo, in Alemania Chunradus frater Imperatoris, dux Sueuorum, mouit bellum contra Berchtoldum ducem Zaringiæ, de voluntate Imperatoris. Cumq; maneret in quodam oppido Durlach nomine, obiit, & sepultus est in monasterio Loricensi. Multi asserebant, eum fuisse interfectum à quodam, cuius vxorem adulterauerat violenter, siue ab ipsa vxore. Erat enim vir totus inseruiens adulteriis & fornicationib. & stupris quibuslibet, luxuriis & immundiciis: strenuus tamen erat in bellis, & ferox, & largus amicis: & tam sui quam extranei tremebant sub eo. Tunc Imperator ducatum Sueuiæ contulit præfato Philippo fratri suo.

7 PHILIPPVS Henrici frater, cum is Apuliæ atq; Siciliæ regna Constantiæ matrimonio consecutus fuisset, paribus cum fratre Chunrado auspiciis Sueuiæ ducatui præfuit. Electus postea in Cæsarem, imperium non diu administrauit: quippe cum filiam promissam, dum adhuc dux foret, Ottoni palatino à Vuitlispach rex iungere differret, ab eodem Babenbergæ per insidias interficitur, eo die quo sanguinem è vena misisset.

8 HENRICVS, hoc nomine II, in ducatu Sueuiæ, Henrici I, qui in imperio constitutus Sexti nomen vsurpauerat, filius, & Friderici II, Imp. & Siciliæ regis frater germanus, natus ex Constantia, ducatum Sueuiæ administrauit, cum frater in Italia regnaret: à quo ob suspicionem ambiti imperii exauctoratur, & capitur.

9 CHVNRADVS, hoc nomine in stirpe ista quartus, Friderici II, Cæsaris & Siciliæ regis filius, à patre, Henrico patruo exauctorato & capto, substituitur in ducatu Sueuorũ: qui & ipse posterius contra Henricum Thuringiæ landgrauium in Cæsarem postulatus, circa annum 1248, vincitur postremo acie, atque ex Germania in Italiam profligatur, anno currente à nato Christo 1251.

10 CHVNRADINVS, postremus non solum ducum Sueuiæ, sed suæ prænobilissimę quoq; stirpis: quem alii prioris Chunradi, alii Henrici secundi, capti à Friderico secundo, fuisse filium autumant. vnus & Sueuiæ ducatui in Germania, & regnis Apuliæ Siciliæq; in Italia præfuerat. Contra quem cum pontifex Caroletum quendam Gallum in regnã vocasset, commisso prælio victus, vna cum Friderico postremo Austriæ duce antiquioris familiæ, qui illi auxilio, vt cognato, venerat, capite plectitur apud Neapolim. Ab eo tempore Sueuiæ ducatus ille antiquus in Rhætia in partes sectus primum omnium fuit. Quippe Henricus dapifer à Waldburg, ministerialis Chunradini, annulo signatorio accepto à Chunrado morituro, iussu heri, illum ad Petrum Arragoniæ regem socerum Chunradini tulit: à quo rege, dapiferi magna sunt Sueuiæ parte donati, & vetustis gentis illius insignibus, quæ in hunc vsq; diem retinent. Reliquam ducatus partem Habsburgenses comites, qui posterius rerũ in Germania potiri cœperunt, duces Teccenses, marchiones ab Hochberg & comites Wirtenbergenses, tanquam communem prædam inter se partiti sunt. Mansit tamen titulus ducalis apud Habsburgenses in Austria, iam principes confirmatos.

DVCES SVEVIAE EX STIRPE HABSburgensium Ergouiæ.

1 RVDOLPHVS, secundo natus Rudolphi Imperatoris, cui pater Agnetem Ottocharia se victi Bohemiæ regis filiam sociauerat, cum regnum consequi non posset, ob factiones prouincialium, à patre dux Sueuiæ constituitur: & in eius administratione, sede ducatus apud Lauffenburgum Rheni constituta, Ioannem procreauit, qui Albertum regem patruum postea occidit, eum qui primus in Austriæ ducatu suæ familiæ confirmatus fuerat.

2 HERMANNVS, iunior filiorũ Rudolphi Cæsaris, patri ab Alberto rege substituitur. Obiit submersus in Rheno, prope Rhynau cœnobium, & Schafthusium ciuitatem.

3 RVDOLPHVS, Alberti regis & Austriæ ducis filius, à patre sufficitur in ducatu, qui

qui legitur multa bella gessisse cum sancti Galli abbate, Constantiensi episcopo, Tigurinēsibus & Basiliensibus, pro ducatu Sueuiæ.

4 Ioannes, Rudolphi prioris ex Bohema filius, constitutus sub tutela patrui Alberti regis & ducis Austriæ, ducatum paternum consequi nō potuit, etsi ex ephebis egressus iam diu foret. Idcirco cōsultoribus & adiutoribus Vlrico a Palma, Vualthero a Vuard, & Eberhardo ab Eschenbach, Sueuiæ regulorum, haud procul a Vindonissæ veteris ruderibus, & Austriæ ducum mausoleo Kunigsfeldo cœnobio in Heluetiis patruum suum ac tutorem occidit: fugaque sibi consulens, atque à Pontifice per pœnitentiam absolutus, monasterio se conclusit, ibique sanctè vitam finiuit, ducatu Sueuiæ patrui filiis relicto.

10 5 Lvpoldvs, Alberti regis & Austriæ ducis filius, cum fratres in Austria, Styria, Carnisque atque Tyroli rerum potirentur, ipse in diuisione ducatum Sueuię, Brisgouiam, Sungouiam, Alsatiamq; & Ergouiam sortitus, sedem ibi suæ gubernationis posuit. Difficileq; bellum aduersus Bernates & Solodurenses gessit, quo cognatis suis Eberhardo, & post hunc Hartmanno & Berchtoldo comitibus Kiburgensibus, atque Habsburgensibus auxilio venerat: quibus dominium Burgdorf, Zofingen & Loupen, hæc de quibus diximus ciuitates auferre conabantur. Quibus alii quoque, qui in his finibus tenebant, comites se iungebant, Neuburgenses, Dokenburgenses, Arbergenses, Zolrenses, Sabaudiæ, de Sargans, Griers, & Montenach. Idem Leopoldus circa annum Domini 1375. ludum equestrem Basileæ indixerat, ad quem vndique nobilitas conuenerat. Cæterum exorta in hoc

20 iustitio seditione populi, vitæ periculum is dux adiit, vnà cum Rudolpho marchione de Hochberg, Rudolpho ab Habsburg, Henrico à Montfort, & quodam comite a Zolern. Postremum bellum fuit, quod Friderico fratri suppetias ferens gessit in Boiaria aduersus Ludouicum Boiariæ ducem regni competitorem. In quo cum post prælium sero venisset, victo & capto fratre, quum sollicitatione atque intercessione Pontificis ac regis Franciæ fratrem è custodia liberare nequiret, & magicam quoq; frustra tentasset, vt quidam habent Annales, angore animi apud Argentoratum rebus humanis eximitur: dux Sueuię, qui titulum vsurpabat, atque in ea gubernabat postremus. Nam duces Austriæ posterius Sueuiæ ducatum per præfectos, id est landuogtos administrabant.

30 DVCES ALEMANIAE ET SVEVIAE IN EDELsassia, quam hodie Alsatiam vocant, postea in duos landgrauiatus diuisam, & a comitibus ab Egesheym ac Kiburgensibus vtrinque, & posterius ab Habsburgiis & præsulibus Argentoratensibus administratam.

1 Atticvs, vel Ethico, cognomine Adelricus, filius Leuterici, quem alii Leodisium vocant, maioris domus Franciæ apud Clodouæum secundum & Dagobertum reges, ex Bersvoynde, sancti Sigismundi regis Burgundiæ nepte, & diui Leodegarii episcopi sorore germana: cum diu officio Maioris domus in Francia paternis vestigiis insistens prę-

40 fuisset apud Childericum regem ab eodem circa annum Domini 666. in ea parte Austrasiæ quæ Romanorum in Republica tractus siue comitatus Argentoratēsis nominabatur, dux creatus, addito cognomine Alemanię & Sueuorum. Qui sedem ducatos in editissimo castro Hocberg, siue Altitona, vbi postea filia diua Ottilia cœnobiū sanctimonialiū posuerat, constituens, instinctu S. Deodati episcopi Niuernēsis in confluentibus Illæ ac Rheni, in insula Nouietensi sanctorum virorū eius loci apostolorū habitatione famigeratissima, monasterium Benedictinorum Ebershaymmunster construxerat: vt habet fundatio eius monasterii in hæc verba, à Theoderico rege Francorum confirmata: In Christi nomine, Theodericus rex Francorum, vir illustris, Attico duci, & Adelberto comiti, cęterisque fisci nostri exactoribus salutem. Illud nobis ad æternam retributionem credim[illegible] in Dei no-

50 mine proficere, si pe[illegible]nes hominu[illegible] religiosorum, prote[illegible]ione solidemus. Atque ideo cognoscat magnitudo seu vtilitas vestra, venerabilem virum patrem nostrum E[illegible]rdum abbatem, & missum suum Rudbertum monach[illegible]m, serenitati nostræ suggessisse, de hominibus inge[illegible]uis, qui [illegible]n Mundiburde mon[illegible]sterii Nouietensis, quod in honore peculiaris patroni nostri sancti Mauricii sociorumque eius constructum esse videtur, vt ei[illegible]ale beneficium concedere deberem[illegible]s. Hoc est, de loco nunc[illegible]pato Hiliesliaym, quem propria manu eidē monasterio tradidimus: vt à iudicibus nostris nullā inquietu[illegible] vel qua[illegible]bet requisitionem aut fredam, seu redhibitionē vel mandatum, quod Vorta[illegible]iu[illegible]iores v[illegible]cāt, pertinuerit, vel quascunq; necessitates volumus nos esse conuentos, pro mercede dis n[illegible]stræ augmento, in luminaribus peculiaris patroni nostri supradic[illegible] Mau[illegible]ic[illegible] martyris, per

hanc authoritatem, visi sumus concessisse: ita vt neq; à subditis nostris inquietentur, vel amoueantur, nisi ab actoribus præfati monasterii in Mundiburde impendant, & defensione tam ipsi quàm posteri eorum. Et quod fisci nostri ditionibus debuerunt inferre, hoc ad ipsam sanctam congregationem, hac authoritate concedimus, vt hoc debeant habere cõcessum & indultum. Hæc ex prærogatiua fundationis, vbi præterea pagi donati nominatim exprimuntur, Salcza, Sigoltzhaym, Olfesvuiltre, Schervuiltre, Sermerstayn, Huttenhaym, Gundershaym, Craczheuhaym, Arcenhaym, Birkhaym, Ingelhaym, Vueisvuiltre, Nordhaug, Muterholtz & Valua. Is Atticus reliquit, siue progenuit quatnor filios, & duas filias: videlicet Adelbertum, cuius meminit superius priuilegium: Hettonem, qui in diuisione Brisgouiæ fuerat tractum sortitus, atque inibi Hettenhaym a seipso denominatum construxerat cœnobium, haud procul ab oppido Kenczingen: Hugonem, cui euenit in diuisione inferior Alsatia, vbi filius suus Bleon Bleonsvuiler condiderat: & Bataconem, qui vallem Vuillertall possidendam acceperat, & Ergouiam in Heluetiis: Ottiliam & Rosvuindam filias, quæ velo sacro cõsecratæ, in cœnobio Hochberg supra Selcstadium, matris fundatione, monasticen professæ, ob vitæ continentiam post mortem miraculis claruere, & in sanctorum numerum relatæ sunt. Quarum Ottilia abbatissam egerat, & sub monte Nidermunster construxit. de qua Annales tradunt, quòd continuis lachrymis ac precibus patrem Atticum ducem ex inferis liberarit. Falsum autem est, quòd historia refert Legendarum expositam fuisse à patre, quod cæca nata fuisset: & clam educatam, patris sæuitiam superasse. Illud quidem cum vero coniunctum est, cæcam natam, & à patre in Burgundiam missam, in cœnobio Sanctimonialium Palma, prope Bisontionem, esse educatam, inq; literis ac moribus sanctis ad omnis generis virtutes instructam. Alterum prætetea, quod Legenda refert, à sancto Erhardo episcopo Ratisponẽse, dum Gisulphum præsulem Treuirensem inuiseret, in itinere inuentam, sacris fuisse vndis perlutam, & in monasterio quodam occultatam, Chronologię ac temporum ordini quadrare nõ potest: cum eo tempore Ratisponensis adhuc non fuerit episcopatus, qui elapso seculo primùm auspiciis sancti Bonifacii Angli Moguntini antistitis, Pipino Caroli magni patre regnante, incœpit. Illud autem fieri potuit, vt ab Erhardo primo abbate Ebetshaym monasteriensi baptisata fuerit, cuius diplomatis superius adducti exemplum meminit. Quem Atticus parer abbatem in sua fundatione constituerat, à Theoderico rege Francorum confirmatum. Et tantum de diua Ottilia, Attici ducis filia.

2 Adelbertus, Attici ducis filius, sanctæ Ottiliæ, Hettonis comitis Brisgouiensis, Hugonis comitis Alsatiæ, atq; Bataconis comitis Vuillertallensis ac Ergouiæ germanus frater, in ducatu patri successit. licet alii mortuum ante patrem, alii ab ipso met patre interfectum fuisse memorent. Constat tamen, Edelsassiam, hoc est illam nobilem terram ducatus Alemanici possedisse, quæ modò per syncopen detruncata voce Elsatia, vel Alsatia nũcupatur. vbi videlicet construxit duo monasteria: vnum, Benedictinorum monachorum in insula Honovu, quod postmodum Argentoratum translatum, & in canonicos conuersum, ad veterem S. Petrum ibidem appellatum fuit. alterum verò intra mœnia Argentoratipro Vestalibus fundauerat, ad diuum Stephanum denominatum, vbi filia Adalberti, Attala nomine, abbatissam primam egit. Progenuit verò is tres filios, Eberhardum ducem, & successorem in ducatu Alemaniæ: Masonem comitem, quem alii regem vocant: & Luidfridum comitem. Cæterùm fratres Adalberti, qui in comitatus missi fuerant: Hetto, quem diximus in Brisgouia gubernasse, & Ettenhaym construxisse, duos filios reliquerat, Hugonem secundum, & Albericum. quorum Hugonis natus fuerat Etto abbas sancti Gregorii in valle, vocatus inde ad abbatiam diuitis Augiæ, & postremò ad apicem Argentoratensis episcopii: vbi constitutus, Ettenhaymensem cellam aui, ad abbatiæ magnificentiam extulit, & nomini beati Lendelini consecrauit. cuius frater Albericus, quatuor filios genuerat, Otbertum, Hugobertum, Eberhardum, & Theobaldum, comites: quos Luitfridus, Adalberti ducis filiorum tertius, adoptauit: vnde quidam Habsburgensium stemma deducere conantur. Hugo, porrò, Hettonis comitis Brisgouiensis ac Adalberti ducis frater germanus, ex Ermentrude coniuge, S. Remigii præsulis Argentoratensis sorote, Bleonem & Bodalum filios procreauit. quorum filii, Hugo, Gerbolus, & Egino, ante diem rebus humanis exempti fuerant: vnde Gerleshaym, & Egmeshaym, Alsatię loca denominationem acceperant. Filiæ verò, Attala ac Raduna, sacris initiatæ, monasticen in Eschovu cœnobio professæ sunt. Bataco deniq; quartus filiorum Attici ducis, Alberti ducis, Hettonis ac Hugonis comitum frater germanus, dominus in Vuillertall & Ergouia apud Heluetios ad Arolam, procreauit Beronem filium, qui in Ergouia Beronstayn castrum construxit, & in Lympurgensi comitatu Beronense monasterium fundauit, pater Alberti & Hug[illegible]

gnæ. quorum primus fuerat comes ab Huringen, & in Obbrechstall, domini castri Lyndburg: secundus verò dominus in Grauenpan, & Frankheberg, cuius erat nemus Kestenholcz, vbi Hugoshouen condidit: vbi postremò monasticè erat professus, & vbi ossa illius vt gigantis alicuius Maximilianus Cæsar conspexit. Reliquit verò vnam modò filiam, comiti cuidam ab Egeshaym, vel secundum alios, comiti ab Hochperg nuptam. Vnde legimus in Annalibus, Albertum comitem ab Hochberg, & Haigerloch, cũ Rudolpho Habsburgensi comiti, qui postea Cæsar fuit, Annam sororem in matrimonium collocasset, pro dote simul Ortenberg arcem ac Obbrechstall vallem concessisse.

3 EBERHARDVS filius Adalberti ducis, patri successit in ducatu Alemaniæ: qui 10 in Alsatia circa annum 729, Theoderico apud Francos regnante, Murbacensem abbatiam auspicatus est, in honorem S. Mauritii, hortatu beati Pirminii exulis episcopi. In cuius cœnobii exordiis, simulque tumuli inscriptione, dux Sueuorum nominatur. Habuit in coniugio Falconoram, ex qua secundum alios nihil procreauerat: secundum alios, Ruthardum ducem susceperat. Is reperitur habitasse in Eynsishayma, quo loci hodie prætorium Austriacum est. Idem Lucernam ciuitatem in Heluetiis, Murbacensi fundationi suę cum tractu vicino donauerat: quam Austriæ duci Alberto primo, loci abbas concesserat, cum in locum accepisset Gebvuiler proximum oppidum, cum aliquot officiis. Porrò habuerat Eberhardus dux fratrem germanum Masonem, qui filio in riuo Obruna, qui hodie Tolder dicitur in Sundgouia, suffocato, virginum Vestalium cœnobium in finibus suę 20 ditionis construxit, quod & hodie ab ipso nuncupatur Masmunster, hoc est Masonis monasterium: vbi fundatoris tale legitur Epitaphium: HIC IACET SEPVLTVS FILIVS REGIS MAZONIS FVNDATORIS HVIVS MONASTERII. Possederat autem Maso, siue comes siue rex fuerat, tractum Sundgouiensem, cum proximis agris: qui postea facti sunt comitatus Pfyretarum, Montisbelgardi & Egeshaym, cuius obsequio parebant Mulhusẽ, Eynshaym, Egeshaym, Herlishaym, Bornhaupt, Vuiler, Gild, Dom, Dãuckilch, Schvuercz, Balderstorf, Spekbach, Morsvuiler, Nollingẽ, Zilleshaym, Karspach, Staynprun, Brumbach, Vffsholcz, Sigelshaym, Gogenhaym, & totum quod hodie appellatur Lanserampt, quæ magna ex parte fundationi suæ donauerat. Porrò Eberhardus legitur habuisse & alterum fratrem, Sundfridum comitem.

30 4 RVDHARDVS, secundum quosdam ducis Eberhardi filius, dux Alsatiæ vocatur in cœnobio Schvuarczach, quod prope Vneissenburg cum Irminissa coniuge fundauerat, anno Domini septingentesimo vigesimo quarto. Hunc alii ad stirpem comitum ab Alperg & Habsburg referunt, vt pòst videbitur.

5 LVITFRIDVS, tertius Adalberti ducis filius, & Attici nepos, cum ex Hiltrude comitissa Habsburgensi à Romersperg & Altperg nullam prolem haberet, adoptauit patrueles suos Hugobertum, Otbertum, Eberhardum & Theobaldum, filios Alberici comitis, qui erat filius Hugonis, Adalberti ducis fratris germani. Hos ditione Alsatiæ Carolus Martellus maior domus Franciæ, Pipini regis pater, priuauit. Vnde in angustias redacti comitatuum, alius se appellauerat comitem ab Altperg, secundus à Romersperg, tertius ab 40 Auendo castro. Sunt enim qui has ditiones putent eos hæreditario accepisse a Luitfrido patre, qui postremi comitis Auendi castri, hoc est Habesburg, à Sigeberto rege Austrasiæ descendentis filiam Hiltrudem, vna cum suprà nominatis castris, in cõiugium acceperat. Quod si verum est, comites Habsburgenses, qui postea Ergouiam obtinuerant, & Brisgouiam Alsatiamq; recuperauerãt, & in duces Zaringenses, duces Austriæ, comitesq; Kiburgi ac Laufenbergæ facti sunt, ab hoc Luitfrido, Attici ducis Alemanorum in Edelfassia nepote, genus ac primordia repetant necessum est, de quibus postea seorsim suo loco dicturi sumus. Porrò huius nepos, vel pronepos extitit, eodem nomine Luitfridus appellatus: qui cum filiis suis Humfrido, Luitfrido & Hugone, beati Trudberti cœnobium, ab Otberto primo comite huius nominis ab Altperg & Habsburg inceptum, imperante Arnolpho 50 Cęsare confirmauit atque locupletauit: quemadmodum diplomatis exemplum quod mihi abbas S. Trudberti communicauit, docet in hæc verba: Quid salubrius atque vtilius potest quisquam cogitare, quàm suo creatori se suaque subiugare, de caducis atque transitoriis æternam vitam, dum valet, mercari, Domino monente atque testante: Quid proficit homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ damnum patiatur. & illud Sapientis: Redemptio animæ sunt propriæ diuitiæ. Ideo ego Luitfridus in nomine sanctæ trinitatis, quod nobis suggerit honestas sacerdotum, clarissima dignitas regum, omnisque industria fidelium, decreui deuota mente quoddam monasterium in honore Dei constitutum, & apostolorum Petri & Pauli, & sancti Trudberti martyris, qui ibi coronatus,

& in ipso sanctissimo corpore requiescit, cæterorúq; sanctorú: q, à præter fluẽte fluuio Nymaga, nunc monasteriũm sancti Trudberti vocatur, restaurare & augmẽtare, cũ ædificiis omniq; ornatu ad diuinum cultum pertinentibus: quod ego a fratre meo Hugone in partem hæreditatis possedi. Vnde diuino amore compunctus, pro remedio animæ & progenitorum atq; successorum meorum, quicquid per chartam traditionis donatum fuit ab antecessoribus meis, Otberto videlicet, qui inductor fuit preciosissimi martyris, & Ramberto, cæterisq; fidelibus, eandem villam cum omnibus illi adiacentibus, à monte Samba, vbi oritur Nymaga, cum montibus, collibus, pratis, pascuis, syluis, vallibus, cultis & incultis, ab ortu supradicti fluminis vsq; ad fluuium Mezzymbach, ex vtraq; parte montium, in integrum atque per totum consentientibus filiis meis Hundfrido, Luitfrido & Hugone, trado atque transfundo Vualderico abbati atque fratribus ibi Deo seruituris, vt habeant, teneant atque possideant perpetualiter, sine omni contradictione. Insuper cum consilio filiorum meorum, atque rogatu, vt propensius & deuotius memoria mei meorumq; filiorum augeatur in præfato monasterio, exceptis his quæ prænominauimus, ex alia mea hæreditate donaui ad ipsum locum, hoc est in Mortonavua, in Bichinhaym, & in Vuitrillimbach, & in Gamianshurst in Alsatia, & in Berkheym, & in Lymenhusen, quicquid habere in his locis visus sum. Ad altare verò, vbi desidero meum esse sepulchrum, dedi specialiter in Columbra vnam Huebam, vt eam habeat custos ipsius altaris, & procurator ad memoriam mei libentius peragendam. Hæc ego donaui de mea parte. Sed & præfati filii mei pro Dei memoria ac sanctorum eius, quorum memoria & honor ibidem assiduè celebratur, ex sua quisque parte quæ se contingit propriæ hæreditatis, ad ipsum locum dederunt: Hunifridus videlicet, qui est maior in illis natu, in Nordgovue vnam curtim, quæ dicitur Kuniginshouen: Luitfridus, in Sundgovue, in Suovuamsheym: Hugo in Egenesshaym. In his prænominatis locis ego ipse Luitfridus, & prænominati filii mei, quicquid visi sumus habere ad præsens, ad prædictum monasterium per totum, singuli quisque nostrum ex se pari voto, consimiliq; consilio damus atque tradimus, vt abbas ipsius loci, cæterique monachi firmiter teneant, ac nullo hominum contradicente perpetuò possideant. Decimationes etiam in Sundhoue & in Gundelshaym, de nostris rebus concedimus eis simili ratione. Ipsi verò monachi in ipso loco constituti, potestatem habeant eligendi abbatem inter se, qui eos regulariter possit & dignè regere. Ipsi quoq; filii mei, aduocati sint rectissimi ipsius loci, atque tutores & defensores, & hæredes ipsorum. Et sub eorum tutela ipsum monasterium cum omnibus pertinentiis tam cautè & iustè defendatur, quatenus sint reddituri inde rationem. Sed & abbas quem ipsi constituerint, potestatem habeat ad procurandum ipsarum rerum & fratrum: nihil inde seruitii aut census exigatur à filiis meis vel successoribus eorum, aut ab vlla persona. Per Dominum omnium creatorem obtestor, vt electum abbatem nullus audeat pro pecunia, aut per aliquam occasionem iniustè deponere, aut constituere alium. Et si aliquis conatus fuerit hoc facere, nisi citò reuocatus ab hoc cœpto tã nephario fuerit: tũ acceptor pecuniæ, & dator, & quicunq; inter eos mediator fuerit, cũ mago Simone, qui spiritus sancti dona ęstimauit emere precio pecunię, est præcipitatus Apostolica authoritate in profundũ tartari: & cũ Iuda Iscariote, qui Dominũ nostrũ vendidit pecunia, damnentur æterna perditione. Et quisquis hæredum meorũ siue pheredũ, siue qualiscũq; persona in aliquo infringere aut irritare studuerit, quę cum consensu filiorum meorum deuota mente ad seruitium Dei contradidi, donaui, firmaui, in vltimo Dei magno & horrendo iudicio cogantur reddere rationem, & ab ęquissimo iudice damnentur æterno supplicio. De cætero notum sit omnibus fidelibus, tam præsentibus quàm absentibus, quòd ego Luitfridus cum consensu filiorum meorum, & ipsorum fratrum tunc præsentium, commendaui illum sanctum locum Vualderico abbati, omnibus diebus vitæ suę: vt quicquid ad illum pertinet superius prænominatorum ex prędictis mõtibus, vallibus, aquis, aquarumq; decursibus, à fonte prius nominato Nymago, & Brizznaha, qui oritur in monte Brizzinperg: iterum atque iterum testificor secundum Apostolum coram Deo, & Christo Iesu, qui vindicaturus est viuos & mortuos, ac aduentum eius, regnumq; ipsius, ne quis audeat hæc a nobis tam vorinè constituta, in aliquo violare aut destruere. Aut si talis vnquam emerserit (quod fore non credimus) qui contemnat futurum Dei iudicium, hæc irritare vel infringere tentauerit episcopum, ad cuius diœcesim ipsum monasterium videtur pertinere, cæterosq; qui tum sanctę Ecclesię regimen habent: obsecramus per misericordiam Dei, quatenus feruentissimo zelo, & districto iudicio resecentur tales conatus sub anathemate. Hæc acta sunt in ipso monasterio, præsentibus his restibus, quorum singula subscripta sunt nomina: Salderici, Reginoldi, Centenariorum, Gozelini, Geroldi, Alberici, Drasemundi, Meginboldi, Vttonis, Luitfridi, Humberti, Gebhardi,

Gebhardi, Luithardi, aliorumque multorum: quod longum est narrare. Signum illustris comitis, & filiorum eius, Hunifridi, Luitfridi, & Hugonis: qui hanc chartam donationis fieri & firmari rogauere. Item, signum monachorum Gevuerici, Hildenimi, Diethardi, Gozelini, Berenhardi, Regingeri, Erhardi, Villegeri & Nicasii. Ego itaque Villegerus ex ipso monasterio in vice cancellarii anno tertio, regnante Ludouico filio Arnolphi, sub comite Vuolvuyno. octauo Calen. Mai. luna x, rogatus, &c.

GENEALOGIA COMITVM ET DVCVM

Zaringiæ, nobilissima in Sueuia rhætica prosapia, ab Habsburgiis initia repetentis.

Non possum hic præterire, quod scribit Ioannes Auentinus, hos principes descendisse nunc quidem ab Hugoberto, cuius sororem Ludouicus secūdus Imperator, Lotharii primi Cæsaris filius, in matrimonio habebat, cui dotis loco comitatum inter Alpes & Iuram montem dederat: nunc verò ab Ernesti secundi ducis Sueuię, exauctorati à Chunrado Saliquo, filiis Ernesto & Hermanno, asserens. Nos contrà ab Habsburgensibus deriuamus. Porrò Hugobertus iste, si vera est opinio Auentini, Thietbergæ frater fuerat, legitimæ vxoris Lotharii regis: qua repudiata, cognatam Guntheri Coloniensis Vualdradem superinduxerat. Id vlturus scilicet frater, latrociniis regnum Lotharii infestare non cessabat, donec postremò à Chunrado præfecto Lotharii interfectus fuerit.

1 LVITFRIDVS, comes Auentici, vnde & Habsburgenses comites, Austriæque principes processerunt, ex comitissa Sabaudiæ procreauit tres filios: Luitfridum secundum, Hugonem & Hunifridum. qui omnes Arnolpho Cęsare imperante, parente Luitfrido supradicto auspice, sancti Trudiberti cœnobium in sylua, quam vocant Nigram, ab Otberto quondam Auentici siue Habsburgi comite, Phoca Cæsare Constātinopoli imperante, inter initia Francisci Imperii positum, locupletarunt, atque ad summam manum perduxerunt: vt habent diplomata prædicti cœnobii, quorum vnius exemplum postremo huius Operis libro adferemus, cum ex professo de Habsburgensibus tractaturi sumus. Cęterùm ex filiis Luitfridi solus Hunifridus stirpem ad posteros propagauit, reliqui in filiis stemma deseruere. Hugo quippe ex Hiltrude comitissa de Egeshaym, Brunonem filium progenuit, qui & Adalbero, & postea Leo Papa in Romana sede, ad quam vocatus fuerat, cognominabatur: Luitfridus verò Berthilonem tulit, qui sub Othone tertio Sultzbergense in Brisgaudia monasterium construxit: & Adalberonem filium reliquerat, qui confirmans Sultzbergensem patris fundationem, eum montem Salsuginis vocat.

2 HVNIFRIDVS, tertius filiorum Luitfridi, ex Anastasia marchionissa de Ransperghh duos filios tulit: Ruothardum, cœnobii Gengenbacensis prope Offeburpum locupletatorem, quod multo antè comes Rotharius sub Pipino construxerat, anno Incarnationis Domini 752: & Gunthramum, qui & successionem stirpis seruauit.

3 GVNTRAMVS, ex comitissa Bregantiæ tres filios progenuit: Gebiczonem episcopum Constantiensem, authorem cœnobii Vueissenau, prope Rauenspurgum: Berthilonem, & Beczonem.

4 BERTHILO, Guntrami comitis filius, cuius conditorium in Hirschaugia cernitur, tres filios procreauit: Hermannum monachum Cluniacensem, Gebhardum ex monacho Hirschaugiensi Constantiensem præsulem: & Berchtoldum primum, qui legitur cum fratre Gebhardo præsule sancti Petri in Nigra sylua monasterium fundasse, attribuens illi Betburg, Ovu & Bukyngen, notissima Brisgaudiæ loca, circa annum Salutis humanæ 1077.

5 BECZO, vel Beczelinus per diminutionem, facta diuisione cum fratre Berchtilone, tractum terræ circa sanctum Trudbertum possederat, cum castris Altperg & Scharpfensteyn, & Vualdkirchen, vbi cœnobium auspicatus fuerat. Is ex comitissa de Sonneberg susceperat Rapatonem, Rudolphum primum, Berchtoldum secundum, cognomento Barbatum, & Margaretam filiam nuptam comiti Kiburgensi, cui pro dote arcem Friburgensem pater tradiderat, eo tempore cum nondum illi ciuitas iuncta fuisset. Quem tamē Bertoldus Barbatus sororius expulit in Turgouiam, vbi Vuynthertur &, Kiburgense castrum construxerat, vnde comites Kiburgenses defluxere.

6 RAPATO, Beezonis filius, ex Itha ducissa Lotharingiæ Vuernherum comitem Habsburgensem procreauit (vnde ex Hildegardi comitissa à Pfyrt, comites Habsburgēses Ergouiæ processere: de quibus postremo huius Operis libro prolixè dicemus) & Richynczam, comiti à Lenczburg nuptam.

7 Berchtoldvs, hoc nomine in prosapia ista secundus, cognomento Barbatus, Beczonis filius, & Rapatonis frater germanus, qui primus reperitur nomen Zaringense vsurpasse, à castro Zaringen, quod ipse in agro Brisgouiæ construxerat, & monasterium sancti Petri in Nigra sylua a Berchtoldo primo incœptum ad extremam manum perduxit. Duas habuit coniuges: primam, Mechtildem comitissam de Rhynfelden: secundam, Richardam Carinthiæ ducissam, ob quam Carinthiæ ducatum ab Henrico quarto impetrauerat. cuius licet possessionem consequi nunquã potuerat, ducis tamen exinde nomẽclaturã familiæ primus reliquit. Is erat, cui Hẽricus tertius Sueuiæ ducatum promiserat moriturus, annulo signatorio in rei memoriam tradito, vt Vrspergensis scribit. Quem tamen vidua Agnes, eiusq; filius Henricus hoc nomine in Imperio quartus, Rudolpho à Rhynfelden contulerat. Fertur is sororium suum, comitem Kiburgensem, ex Brisgouia ac castro Friburgensi expulisse: habuisseq; præter Rapatonem & Rudolphum, quartum fratrem Eberhardum nomine: vt hoc etiam diploma contestatur, ab Henrico tertio datum, cuius exemplum non grauabor subscribere: vt appareat, rerum hos principes vel tum fuisse in Brisgouia potitos, & Vualdkirchen oppidulum Friburgumque habuisse. In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis, Amen. Henricus diuina fauente clementia Imperator semper Augustus. Notum facio omnibus tam præsentibus quàm futuris, qualiter nos ob interuentum & petitionem dilectæ conthoralis nostræ Imperatricis Agnetis, nec non fidelium meorum Eberhardi Berchtoldique comitum, cuidam fideli nostro Meginrado vnum regalẽ mansum in villa Vualdkyrchen, in pago nostro Alpgouiæ, in comitatu Berchtoldi comitis situm, cum omnibus suis pertinentiis, & vtriusque sexus mancipiis, terris cultis & incultis, areis, ædificiis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, aquarumq; decursibus, piscationibus, syluis, venationibus, incisuris, saginationibus, cum omni vtilitate quæ aut scribi aut nominari potest, in proprium tradidimus: & quæ sequuntur. Porrò Berchtoldus ille, cognomento Barbatus, tres filios progenuit, Hermannum videlicet, Cunradum, & Berchtoldum tertium.

8 Chvnradvs filius Berchtoldi secundi, & tertii frater germanus, possederat præfecturam Tiguriensem, quam Henricus quondam quartus parenti vel fratri Berchtoldo concesserat, propter cessionem Sueuiæ ducatus, quem Friderico ab Hohenstauffen contulerat. Is, mortuo Henrico quarto, indignatus ob ademptum Sueuiæ ducatum, illum adhuc ambire aduersus Fridericum comitem ab Hohenstauffen non desinebat. propterea ab eius filio Friderico, qui posterius in Imperii apice constitutus, Barbarossæ nomen acceperat, bello petitus, priuatusque & Tiguriensi præfectura, & comitatu Hochbergensi fuit. ac præfecturam quidem fratri Berchtoldo restituerat Chunradus tertius, Hochbergensem verò comitatum cuidam principi Veronensi ac Patauino contulit, vnde duces à Schiltach & marchiones à Baden processere. Id factum anno currente à nato Christo millesimo centesimo quinquagesimo primo. Porrò meminit huius rei obiter Otho Frisingensis in historia Friderici primi libro 1. capite vigesimo sexto. Posthæc Chunrado duci, supradicti Berchtoldi ducis filio, bellum indicit. Captoq; suprà memorato Alemanniæ oppido Turego, præsidia ibidem posuit. Dehinc iunctis sibi etiam quibusdam de Boiaria nobilibus, præfati ducis terram cum magna manu militum introiuit: atq; ad vltima penè Germaniæ procedens, ad Zaringen vsque eiusdem ducis castrum peruenit, nullo sibi obuiante, vel resistere valente. Non multo pòst etiam arcem ipsius quandam, quæ cũctis adhuc cernentibus inexpugnabilis esse videbatur, cæpit & expugnauit: ac contra multorum opinionem, fortissimum & ditissimum ducem tam acriter debellauit, vt ad patrem patruumque suum supplicem eum venire, ac pacem petere cogeret. Loquitur autem Frisingensis eo loco de Friderico Barbarossa, dum adhuc in minoribus esset, & nondum Imperio præesset. Cæterùm Cunradus ille tres reliquit filios, Hugonem comitem, Rudolphum episcopum Leodiensem (qui ad sanctum Petrum, familiæ cõditorium, beati Lamberti miserat reliquias, & Asiaticæ expeditioni cum Friderico Cæsare primo interfuerat) & Albertum primum ducem Decensem, vnde & duces Decenses primordia trahunt, de quibus mox sermonem continuabo.

9 Berchtoldvs, hoc nomine tertius, secundi filius, & Cunradi frater germanus, cognomento Diues, duas habuit vxores: primam, Annam Rudolphi de Rhynfelden, qui aduersus Henricum quartum in Cæsarem fuit sublimatus: & alteram Saxonam Sophiam, quam comes quispiam Styriæ postea duxerat. Huic à socero Sueuiæ ducatus erat promissus, si contingeret illi in Imperio manere. Cæterùm cum foret interfectus, non ita multo pòst contentus præfectura Turegiensi, quam ab Henrico quarto pater acceperat, pro cessione ducatus Sueuiæ, ibidem Friburgum Vchtlandiæ, quod vocant, condidit.

Quo

Quo loco bello petitus à Friderico primo, quem Barbarossam cognominant, & obsessus fuerat. Sed reconciliatus iterum, eius Cæsaris in bellis ab eo in Italia gestis, vexillifer extitit. Gessit & alia bella: vnum communibus auspiciis cum Vuelphone, aduersus Hugonem palatinum Tubingensem, circa annum Domini millesimum centesimum sexagesimum quartum: & alterum aduersus Alsatios, in quo Hugoni comiti Habsburgensi suppetias tulerat: in quo & interficitur prope Molshaym, sepultus in cœnobio sancti Petri Nigræ syluæ, conditorio eius familiæ consueto. Legitur is in Carinthiæ ducem fuisse inuestitus à Lothario, quem ducatum iampridem patri Henricus quartus contulerat. Sed neuter possessionem consequitur, vt Lambertus scribit, Marquardo quodam comite Carnoui eũ principatum occupante. Hinc illud est Vrspergensis chronographi: Quod animum Berchtoldi (inquit) non parum commouit pro qua commotione lenienda, ducatus Carinthiorum ei committitur: quem postea filio suo æquiuoco, ipsius rogatu rex Henricus commisit. Sed postmodum quorundam instinctu eundem ducatum Lutolpho consanguineo suo dedit, sicque patrem & natum paruipendens offendit. Vnde quasi renouata priore iniuria, cum Berchtoldus dux promoueretur, omnia consiliorum machinamenta, quibus satis pollebat, ad hoc vertebat, vt ab vtroque, id est rege & Rudolpho se vlcisceretur, ob hoc scilicet, quoniam à ducatu sibi promisso se supplantasset: ab illo verò, quia se accepto priuasset. Is legitur, ingrauescente senectute mortuo Henrico sexto, postulatum in Cęsarem fuisse: sed recusasse, & Philippo Sueuiæ duci, Henrici defuncti fratri, cessisse. Reliquit verò is Berchtoldus tres filios, & totidem filias: videlicet Berchtoldum quartum, qui iuuenis obiit: Rudolphum secundum, & Chunradum secundum, qui & stirpem propagauit. Filiarum vna Luitgardis Gotofrido comiti à Kalbvu, secunda comiti cuidam Burgundiæ Vuilhelmo, & tertia Eginoni comiti ab Aurach nupsit: quæ duos ecclesiasticos magni nominis viros peperit, videlicet Chunradum episcopum Portuensem cardinalem titulo sanctæ Ruffinę, & Berchtoldum abbatem Lucernensem.

10 CHVNRADVS, hoc nomine secundus, in hac stirpe superioris filius, quem tamẽ alii fratrem faciunt: habuerat in matrimonio Clementiam Burgundam, de castro Frykh. Vnde à Lothario Cæsare dominium minoris Burgundiæ consecutus fuerat, ab Iura monte vsque ad Helaetios. Reliquit duos filios, Berchtoldum quintum, & Othonem Constantiensem episcopum, qui sedit circa annum Salutis 1185.

11 BERCHTOLDVS, hoc nomine quartus, tertii filius, & Chunradi secundi frater germanus, qui Bernam, modò præcipuam Heluetiorum ciuitatem, & castrum Brisacense à fundamento ædificauit: cui posterius oppidum accessit, testantibus versibus qui adhuc supra portam Brisacensem cernuntur:

Hanc dux Berchtoldus portam struxisse notatur,
A quo pro fraude Burgundia gens populatur.

Ædificauerat autem Bernam anno Salutis 1191, quò nobiliores præcipuosque ex Friburgo Brisgouiæ ciues collocauerat. Is est Berchtoldus, quem Innocentius Papa tertius, aduersus Philippum Friderici primi filium volebat ad culmen Imperii prouehere. Extatque epistola ea de re in Decretalibus, in quibus mira crimina in Philippum congerit. Meminit & Vrspergẽsis chronographus huius historiæ, quòd videlicet is Berchtoldus ad Imperium postulatus, illud tamen suscipere postremò noluerit. ita enim scribit: Extat adhuc epistola præfati Innocentii, directa ad Berchtoldum ducem Zaringiæ, in qua contra Philippum multa absurda, & quædam falsa describũtur, quam fecit interseri in compilatione Decretalium suarum, quas magister Petrus Beneuentanus subdiaconus ipsius postmodum in vno volumine compegit. Et subdit, cum conuentum procerum Germaniæ in Andernaco & Mulhusen descripsisset, vbi Philippus erat electus: Attamen Berchtoldus dux Zaringiæ, tunc denominatus fuit in regem, non propter hoc quòd iustus posset esse videri, aut diligere veritatem, cum scriptũ sit, Honor regis iudicium diligit: sed propter hoc, quia pecuniosus videbatur, cum esset auarissimus, & omni iniquitate plenus. Vidẽs autem Philippus, quòd à tali insolentia nollent cessare Alemanni, ipse cum principibus sibi fauentib. conuentum adunauit in oppido Mulhusen, vbi à Sueuis, & Saxonibus, & Bauaris, & Bohemis, & principibus quàm pluribus Rheni eligitur in regem. Et addit: Principes quoque, qui Philippo assistere debuerant, ei præsenti bona verba dederunt. Attamen cum præfatus dux Zaringiæ diffidere cœpisset de expensis ad obtinendum Imperium necessariis, rediit ad gratiam regis Philippi, accepitque ab eo beneficia, quæ sibi conferri curauit, & hominium sibi fecit, & fidelitatem: & vades, scilicet nepotes suos, quos apud Coloniam pro expensis obligauerat, non absoluit. qui oppido compulsi, seipsos quàm plurimi absol-

uerunt: vtpote dominus Chūradus & Berchtoldus, filii Eginonis comitis de Vrach. Quorum Chunradus postmodum conferens se ad ordinem Cistertiensium, fuit abbas Cistertiensis. Indeq; per sedem Apostolicam translatus, fuit Romæ episcopus & cardinalis, Portuensis videlicet, & sanctæ Ruffinæ: alter verò, Berchtoldus videlicet, fuit abbas in Lucirach. Nam in periculo captiuitatis constituti ambo, Deo repromiserunt, quòd si essent liberati, ad monachicam vitam se conferrent. Hæc Vrspergensis. Porrò iste Berchtoldus reliquit duos filios, & tres filias: Berchtoldum ducem, & Rudolphum archipræsulem Moguntinum. filiarum, Agnes Eginoni comiti de Furstenberg nupsit: vnde Egino alter prodiit, qui ex Adelhayde baronissa de Neiff, qui secuti sunt, comitum Furstenbergensium stemma propagauit. Iuditha Eginoni comiti ab Vrach collocatur, mater Cunradi cardinalis Portuensis, & Berchtoldi abbatis Lucernensis. Anna comiti à Kiburg data est vxor. 10

12 BERCHTOLDVS, hoc nomine quintus, secundum alios Cunradi filius, & secundū alios Berchtoldi quarti, qui lares suos ditionemq; in Burgūdiam vsque propagauit. Quippe suis inuisus ob graue potētiā, cedere cogebatur, excitata aduersus se cōspiratione. Itaq; donata Berna Friderico II. vt esset Imperialis ciuitas, ab eodem Cęsare Burgūdiæ gubernator efficitur, cum ab Othone quarto antea præfectus Turgouiæ fuisset institutus. Is condidit ciuitatem Villingen, & cœnobium omnium sanctorum in Nigra sylua, circa annum millesimum ducentesimum decimum quintum. Obiit Friburgi Vchtlandiæ, anno millesimo ducentesimo decimo octauo, vt isti rhythmi testantur, eius tumulo ibidem inscripti: 20

Cum bis sexcentis ter senis iungitur annis,
In Friburg moritur Berchtoldus dux Alemannus.

Reliquerat quidem ex coniuge marchionissa Vogburgensi duos filios, Berchtoldum & Fridericum: qui in pueritia veneno sublati erant. Itaq; ditionem relictam ab Imperio impetrarunt, sororii Berchtoldi huius quinti: Egino cómes Furstenburgensis, Brisgaudiam cum Friburgo: Henricus verò & Cunradus comites Kiburgenses, Vchtlandiam cum altero Friburgo, Thermis Heluetiorum, & Neuburgo.

GENEALOGIA DVCVM A TECK in Sueuia Rhætica. 30

1 ALBERTVS, Chunradi primi ducis Zaringensis filius, Rudolphi episcopi Leodiensis frater germanus, patre à Friderico Sueuiæ duce iuniore, qui in Imperio postea cōstitutus, primi ac Barbarossæ cognomina adsciuit, ex ditione sua pulso, paucas quasdam villas in Nigra sylua retinuerat, vnà cū castro Dekh, & oppidulo Avu, quod subiacet haud procul à Kircheym, vbi XIII. ducum à Dekh tumuli cernuntur. Indeq; factum est, vt huius propaginis principes, tanquam seiuncti per proscriptionem à cæteris Zaringensibus, qui in Brisgouia atque Vchtlandia rerum potiebantur, se à castro retento nunc comites, nunc duces à Dekh nominauerint. Quorum cernitur opus Oberndorf, cœnobium Nigrę syluæ nominatissimum. 40

2 ALBERTVS secundus, cognominatus Senior, comitem se à Dekh & Kalvu scribebat.

3 ALBERTVS tertius, cognominatus Iunior, primus ex veteri maiorum dignitate ducem se à Dekh nuncupabat.

4 HERMANNVS, primus, qui se & comitem de Vuilburg appellabat, ex Tubingēsi coninge secūdum Hermannum procreauit, & Luczelmannum, qui legitur in matrimonio habuisse Beatricem, comitis Grueningensis filiam.

5 HERMANNVS secundus, ex Elisabeta marchionissa Vogburgensi, Albertum quartum progenuit, & Berchtoldum episcopum Argentoratensem, electum anno 1230.

6 ALBERTVS, hoc nomine quartus in stirpe Decensium ducum, legitur fuisse arbiter inter Rudolphum Habsburgensem. & Eberhardum comitem Wirtenbergensem, bello contendentes, circa annum Salutis 1290. 50

7 CHVNRADVS, hoc nomine primus, qui se & comitem à Naben nominabat, Symonem & Ludouicum tulit.

8 LVDOVICVS primus, reliquit Ludouicum secundum, & Chunradum tertium.

9 CHVNRADVS ex comitissa de Hohenberg reliquit Chunradum quartum, & Symonem secundum.

10 SYMON, ex landgrauia à Nellenberg Vdalricum progenuit.

11 CHVNRADVS quartus, procreauit Fridericum primum huius stirpis.

12 FRIDERICVS, hoc nomine in familia ista primus, ex comitissa de Truhẽdingen Fridericum & Vdalricum, hoc nomine secundos reliquit: & vnam filiam abbatissam in Zymern. Is legitur cum Carolo quarto Imperatore, & Alberto Austriæ duce, Turegum obsedisse, circa annum Domini * floruit anno Redemptionis 1340.

13 VDALRICVS secundus, ex comitissa ab Hohenberg tulit tres filias tãtum: quarum Agnes nupsit Eberhardo comiti de Vuerdenberg, Mechtildis Friderico pincernæ de Lympurg, & tertia cuidam comiti à Kirchperg.

10 14 FRIDERICVS secundus, item hoc nomine, & primi filius, primus dominium Mindelhaym in Algouia comparauerat, circa annum Domini 1389. castro supra montem sancti Georgii constructo, quod in memoriam familiæ Dekh item nuncupauit. Is ex Anna comitissa ab Helfenstayn progenuerat multos liberos, videlicet Ludouicum patriarcham Aquileiensem, Georgium doctorem & prouincialem Augustinianorum, Fridericum tertium, Vdalricum tertium, Symonem tertium, & Chunradum quintum. Filiarum Guera comiti à Vuerdhaym nupsit, Margaretha comiti ab Ortenburg, Agnes Eberhardo dapifero de Vualdburg, Beatrix domino Friderico de Haydekh baroni, Irmil domino Vito à Rechberg Sueuiæ regulo, & sexta cuidam apud Bauaros ingenuo nomine Breysinger.

20 15 VDALRICVS, hac appellatione quartus, dominus in Myndelhaym, & dux à Dekh, ex duabus coniugibus, videlicet Anna regina Poloniæ, & Agnete de La scala & Paua, nullam prolem tulit. obiit anno 1413.

16 CHVNRADVS quintus, Friderici secundi filius, & Vdalrici quarti frater germanus, ex marchionissa Astensi tulit Fridericum vltimum suæ stirpis.

17 FRIDERICVS, hoc nomine quartus, & suæ prosapiæ postremus, ex vltima ducissa Vrsplingensi nullos liberos suscepit, vnica filia excepta. Vixit sub Friderico tertio Imperatore, Austriæ duce, cuius fuerat per Alsatiam præfectus, vulgò landuogt in Elsaß. Hoc mortuo, dux Vuirtenbergensis, qui filiam in matrimonio habebat ditionem per Nigram syluam cum veteri castro Dekh ab Imperio impetrauit, cuius posteri in hunc vsque diem

30 & titulum & arma Decensium ducum vsurpat. Dominium verò Myndelhaymense cum prædiis Algouiæ, comites à Vuerdhaym, & domini à Rechperg, ex amita huius Friderici descendentes, possidere ex vinculo Imperiiq; authoritate cœperunt.

GENEALOGIA COMITVM AC DVCVM
a Vuirtenberg, quos quidam a comitibus de S. Monte deriuare conantur, quorumq; cognati domini à Landavu fuere.

1 CHVNRADVS, comes de Vuirtenberg, castro Esselingæ ciuitati Imperiali propinquo. Habebat verò is fratrem Brunonem, abbatem Hirschaugiensem, & sororem Luit

40 gardim, Bernardo comiti Styræ superioris Austriæ collocatam. Reperitur is præterea duas habuisse cõiuges, Hedvuigem & Bertrudam: quarum altera fuerat comitissa à Peitlspach, quo loco prima huius familiæ conditoria fuerant. Erãt insignia illius, rubrum marsupium in albo clypeo. Floruit comes Chunradus anno Domini 1105. & angustis limitibus ditionem habebat, quam posteri partim matrimonii vinculo, Imperiiq; beneficio, partim belli iure proximis comitatus sui iuris fecerũt, veteribus prosapiis extinctis, videlicet Peitlspach, Grueningen, Vachingen, Baiblingen, Herrenberg, Tubingen, Aurach, Achalm, Kalvu, aliorumque, qui his finibus quondam agros possidebant.

2 EBERHARDVS, monachus S. Blasii in Nigra sylua, vel filius superioris, vel frater germanus fuit.

50 3 HENRICVS comes de Vuirtenberg, citatur in literis de anno 1130. vnà cum Philippo de Aichlberg, Hermanno de Kirchperg, Ottone de Buchorn, & Hugone de Vuerdnberg comitibus.

4 LVDOVICVS & Emicho, Friderico primo imperante floruerunt, circa annum Redemptionis nostræ 1154.

5 HENRICVS comes de Vuirtenberg, cum Immigarde vxore marchionissa de Ransberg & Burgan, sepelitur in cœnobio Vrsi, eorum fundatione, haud procul à Kaufbeurn Imperiali oppido, anno Salutis 1230. cuius filius erat Henricus episcopus Aichstetẽsis, consecratus anno 1250.

6 VDALRICVS, cum magno pollice cognominatus, ex Agnete filia Boluslai ducis

Lignicensis Vdalricum secundum & Eberhardum primum progenuit, author collegii Peitlspacensis, floruitq; anno Domini 1266.

7 EBERHARDVS hoc nomine secundus, vulgò cognominatus Rixosus, siue Cōtentiosus, & quòd se opposuisset pluribus ordine Cæsaribus, Rudolpho, Alberto, Austriacis, Adolpho Nassouiensi, Henrico septimo, Friderico Austriaco, atque Ludouico Bauaro, adeò quòd neminē timeret, trita appellatione & gētilitia vocabatur Gottes freynd vnd aller welt feynd: secto vtero materno natus, vt Cęsar: ex Irmengarde Rudolphi marchionis à Baden filia, Vdalricum tertium tulit, prępositum ad sanctum Guidonem Spirę: Eberhardum tertium, & Henricum secundum. Gessit is graue & sibi perniciosum bellum primò cum Alberto primo Cæsare, Austriæ duce, & deinde cum Henrico septimo eius in Imperio successore. In quo Cunradus a Vuynsperg, Henrici septimi, dum is in Italia abest, dux militaris, omnem penè ditionem Eberhardo abstulerat, vt ex octoginta castris oppidisque vix posset tueri Neyffen, Aurach, Vuitlingen & Seburg. In eo quoq; bello Peitlspach destruitur, adeò quòd ab eo tempore conditorium familiæ esse desierit. Sūt qui hunc Eberhardum postulatum fuisse ad culmen Imperii aduersus Henricum septimum tradant, atque hinc fomitem belli processisse. Reperitur & cum Ludouico Bauaro Cæsare bellum habuisse, & ditionem adem ptam omnem iterum recuperasse. Obiit & sepelitur primus Stutgardiæ, anno Domini 1325.

8 VDALRICVS secundus, frater Eberhardi contentiosi, & ipse Vdalrici primi ex Lignicensi ducissa natus, ex Irmengarde Alberti comitis ab Hohemberg filia, Vdalricum quartum progenuit, & sororem suam Irmengardem Rudolpho comiti ab Hohenberg collocauit. Gessit bellum cum Zolrensibus comitibus, & obiit anno Domini 1315. vt quidam volunt, sine hæredibus: adeò quòd Vdalricus quartus Eberhardi quoque filius extiterit, secundum quosdam Annales.

9 VDALRICVS, quartus hoc nomine, filius iuxta aliquos Eberhardi secundi, ex Sophia Diepoldi comitis Pfyretarum nata, sorore coniugis Domini ab Oxensteyn, Eberhardum tertium, & Vdalricum quintum procreauit, cum 19. annos gubernasset. obiit anno Dominicæ incarnationis 1344.

10 EBERHARDVS tertius, secundi filius, & Vdalrici quarti frater germanus, vulgò & ipse, vt pater, Contentiosus, siue patria lingua Greyner appellatus, ob bella quæ gesserat cum multis, & præcipuè aduersus ciuitates Imperiales in finibus ditionis Vuirtenbergensis sitas, Haylprunam videlicet, Esselingam, Vuilam, Reitlingam, & Vlmam, quarum à Carolo quarto Imperatore fuerat aduocatus constitutus. Quæ cum grauem comitem paterentur, obsequium detrectabant, atq; eum apud Cæsarem accusauerant. qua re indignatus, Raytlingam obsidione presserat. Quibus cęterę ciuitates in subsidium copias cum misissent, res ad manus venerat prope Tefingen villam. In quo prælio ciuitates superiores factæ, comitem sauciauerant: ac eius filium Vdalricum, præterea Vdalricum palatinum Tubingensem, Fridericum comitem à Zolern, & Ioannem comitem à Schvuarczenburg, occiderunt. Habuit verò is Eberhardus in matrimonio Elisabetam comitissam ab Hennenberg, quæ obierat anno 1389: ipse verò 1392. cum viginti duos annos gubernasset, relicto filio Vdalrico sexto, & Sophia filia, Ioannis Lotharingiæ ducis coniuge, Caroli Martelli ducis Lotharingiæ matre.

11 HENRICVS secundus, frater Vdalrici quarti, & Eberhardi tertii, & ipse Eberhardi secundi cognomento Contentiosi filius, ex Sophia marchionissa de Hochberg nullam prolem reliquit. Cuius soror Agnes Vdalrico comiti ab Helfenstayn nupserat, anno 1373.

12 VDALRICVS quintus, Vdalrici quarti filius ex comitissa Pfyretarum, ex Catharina ab Helfenstayn nullum hæredem reliquit. Obiit & sepelitur Stutgardię, anno Domini 1377.

13 VDALRICVS sextus, Eberhardi tertii filius, is qui in bello Imperialium ciuitatum prope Tefingen villam occubuerat, ex Elisabeta Ludouici quarti Cæsaris filia vnicam prolem tulit, hoc est Eberhardum quartum.

14 EBERHARDVS quartus, Vdalrici sexti filius, cognomento Pacificus, habuit duas in matrimonio claras fœminas: primam, Antoniam Barnabonis vicecomitis Mediolanensis filiam: & alteram Elisabetam, natam Ioannis marchionis Brandeburgensis, burggrauii Norinbergensis. Ex quibus tres filios susceperat, & vnam filiam: videlicet Eberhardum quintum, Vdalricum septimum, & Ludouicum tertium. Filia Elisabeta nupta fuit Ioanni comiti à Vuerdenberg, obiit Eberhardus quartus, anno 1417.

15 EBERHARDVS hoc nomine in stirpe ista quintus, quarti Eberhardi ex Mediolanensi

lanensi filius, in coniugio habuit vltimi comitis Montis Belgardi filiam Henriatam nomine, ratione cuius comitatus Montis Belgardi Vuirtenbergiæ accessit. Progenuerat verò ex ista duos filios, Vdalricum septimum, & Ludouicum tertium, & vnam filiam Annam. Obiit ante diem anno Domini 1419. & vxor biennio pòst, & aliquot mensibus, in oppido Baiblingen, sepulta in monte Belgardi: Anna verò filia Philippo comiti a Kaczenellenbogen collocata fuit, mater iunioris Philippi.

16 VDALRICVS septimus, Eberhardi quinti filius, ex comitissa Montis Belgardi, in diuisione cum fratre Ludouico Stutgardiam cum agro proximo sortitus est: à prouerbio quod tritum in ore habebat ob venationis studium, gentilitia lingua Gott meißwurts cognominatus, & primus suæ familiæ comes Montis Belgardi. Tres in matrimonio claras fœminas habuit: primam, Margaretam ducissam Cleuensem, ex qua filiam progenuerat, monialem in Lauffen, quæ obiit 1451. Alteram duxit Elisabetam, filiam Henrici ducis Bauariæ de Landeshuta, sororem Ludouici Diuitis ducis Bauariæ, ex qua suscepit tres filios: Vdalricum, qui puer obiit: Eberardum sextum, & Henricum tertium: & vnam filiam Elisabetam nomine, comiti Hennebergensi nuptam. obiit anno 1478. Duxerat & tertiam, Margaretam ducissam Sabaudiæ, viduatam à tribus maritis, rege Siciliæ, duce Andegauense, & Ludouico Rheni palatino. quæ quinque illi filias peperit: Helenã, comitis Craftonis ab Hohenloe coniugem: secũdam, nuptam comiti de Hurm in Geldria: tertiam cuidam domino à Kunigstayn: quartam monialem Vuormaciæ, quinta in pueritia obierat. Is Vdalricus in bello Germaniæ intestino captus fuerat à Friderico palatino Rheni, vna cum Carolo Badensi marchione, & eius fratre Georgio Metensi episcopo. Obiit porrò Vdalricus anno 1480. sepultus Stutgardiæ. Dicitur habuisse fratrem Vdalricum, præpositum Stutgardianum.

17 LVDOVICVS tertius, Vdalrici septimi frater, & Eberhardi quinti ex comitissa Montis Belgardi filius, cui in diuisione cum fratre Auracense oppidum cum tractu vicino obtigerat. ex Mechtilde Ludouici Mansueti Rheni palatini filia, quæ postea vidua facta Alberto duci Austriæ, Friderici tertii Imperatoris fratri, nupserat, duos filios procreauit, & totidem filias: Ludouicum quartum, qui iuuenis obierat: & Eberhardum cognomento Barbatum, primum Vuirtenbergiæ ducem. Filiarum Elisabeta Ioanni comiti a Nassau & Sarprukh primùm, postea Henrico comiti à Stolburg nupserat: Mechtildis verò, Ludouico iuniori Hassiæ landgrauio fuit iuncta, vnde Vuilhelmus landgrauius processit. Is cum coniuge Mechtilde cœnobium Cartusien. Gutelstayn e regione castri Hohenaurach fundauit, vbi & post mortem sepelitur, anno 1456. Ibidem & coniunx deponitur Mechtildis, quam diximus secundis nuptiis Alberto Austriaco nupsisse. quæ obiit ante secundi mariti obitum, anno 1482.

18 EBERHARDVS sextus, cognomento Barbatus, Ludouici tertii ex Mechtilde palatinissa natus, primus suæ stirpis Vuirtenbergiæ dux, in comitiis Vuormaciensibus à Maximiliano Augusto creatus, anno Salutis nostræ 1493. habuit in matrimonio Barbaram Mantuanam marchionissam, admodum pinguem fœminam: quæ illi ob pinguedinẽ vnicum filium vix pepererat, & filiam vnam, in iuuentute mortuos: etsi illegitimo thoro Ludouicum procreasset, doctorem legum, & dominum à Greiffenstayn, sepultũ in Guetlstayn, anno 1495. Is est, qui doctorum omnium Mecœnas fuerat, & Capnionem atq; Nauclerum fouerat: quorum consilio Tubingensem academiam auspicatus est, sepultus in S. Petri cœnobio apud Schuenpach, sua fundatione, anno Redemptionis nostræ 1496. vxor verò Mantuana in Kirchavm deponitur.

19 EBERHARDVS septimus hoc nomine, filius Vdalrici septimi, cognominati Gott meißwurts, patruo Eberhardo Barbato sine filiis extincto à Maximiliano Imperatore substituitur in ducatu Vuirtenbergiæ: & ab eodem, ducatu iterum priuatur ob tyrãnidem, anno Salutis 1498. qui obiit postea in exilio apud Rheni palatinum, anno 1504. Habuit verò in coniugio Elisabetam, filiam Alberti marchionis Brandeburgensis, quæ in Niertingen dote sua mansit, marito exacto. De hoc præterea fertur, quòd Henricum comitem Montis Belgardi, cognatum suum, aliquando cæpisset.

20 HENRICVS quartus hoc nomine, frater Eberhardi, ex Vdalrico duce cognominato Gott meißwurts, ex coadiutore Moguntino à Maximiliano dux Vuirtenbergiæ cõstituitur, fratre pulso. qui ex Elisabeta comitissa de Bitsch Vdalricum nonum genuit: & ex altera coniuge Barbara, Henrici comitis à Salm filia, Georgium comitem Montis Belgardi, qui adhuc in viuis est, ac Mariam filiam susceperat. Is aliquando à Carolo duce Burgũdiæ, dum adhuc puer esset, captus fuerat, & iterũ liberatus. Priuatur & is ducatu, vt frater, & in castro Hohenaurach in custodia vitam finiuit, anno

21 VDALRICVS nonus, Henrici quarti filius, quem nostra ætas gubernantem Vuirtenbergiæ ducatum vidit. Is ex Sabina, Alberti ducis Bauariæ & Kunigundis sororis Maximiliani Cęsaris nata, Christophorũ tulit, qui modò rerum potitur: quam tamen falsò accusatam repudiauerat. Itaque & ob hoc, & quòd tyrannidem in suos exerceret, imperioq; infestus esset, à confœderatione Sueuica ducatu pellitur, anno 1522. quem tamen cum in exilio fuisset, & in Tvuiel arce latuisset duodecim annos, auxilio landgrauii Hassiæ Philippi, iterum consequitur, anno 1534. Quo, vt hæreditario domus Austriæ, quòd contra Carolum & Ferdinandum Cæsares conspirasset, anno Salutis humanę 1546. rursus de iure cecidisse dicitur. Obiit veterno, anno incarnationis Domini 1550.

22 CHRISTOPHORVS, filius Vdalrici, ex Cazimiri marchionis Brandeburgensis filia, progenuit Eberhardum, & alios. de quo, cum adhuc in viuis sit, scribere supersedeo.

GENEALOGIA MARCHIONVM DE HOCHberg, Sueuorum: vnde originem ducunt comites de Haigerloch & Hohenberg, marchiones Veronenses, Badensesque, atq; etiam duces à Schiltach. Quorum lata erat per totam Sueuiam ditio, vsque in Brisgoniam: videlicet ad Neccarum, Rotenburgum, Ebinga, Horb, Haigerloch, Hohenberg, Vuildperg (quo loco eius familiæ conditorium cernitur) tota vallis Nagolt all, Neckertall, Bulach oppidum cum castro, Zobelstayn, Kirchperg, Vuurmlingerperg, Schemperg, Glatten. Habebant quoque secus Danubium, agros oppidaq;, Reytlingam, Munderkyngen, & Fridingen. Et in Nigra sylua Byncz dorf, Treiburg, & totam vallem Kynectall. Denique ad Rhenum in finibus Brisgauiæ, vbi sedes marchionatus fuerat, illorum comitum ciuitates & castra fuere, Hochberg, Sulczberg, Susenberg, Rœtelen, Klyngen, Groczingen, Sitzenkilch, Vueissenekh, & alia multa, de quibus dicere longum esset.

1 HACHO à Carolo magno, in cuius castris vir fortissimus militauit, primus omniũ beneficio agrum Hochbergensem adeptus est, inter Friburgũ & Basileam, vbi & castrum construxit, atque à nomine suo Hachbergum nuncupauit. Ab hoc Hachone Germanis prouerbium mansit. vbi enim de sæuo homine ac truculento loquimur, dicere solemus, Du pist ain wilder hach. Hic multi huius familiæ alumni desiderantur.

2 ERCHONBALDVS, testis adducitur sub nomine comitis ab Hochberg, de anno 1120.

3 WECZILO & Adalbero, anno Salutis 1140. à Friderico primo, vt quidam volũt, deficientib. comitib. de Hochberg, substituti fuere: & cum antea fuissent marchiones Veronenses, Paduanique, ex Italia in Germaniam translati ab eodem Cæsare, vt obsides marchionum veterem titulum retinuerunt. Concesserat autem illis Fridericus ditionẽ, quam Cunrado ac Berchtoldo Zaringensibus ademerat, proscriptis videlicet, quòd se prosapiæ ducum Sueuiæ ab Hohenstauffen subinde opponerent, & ducatum Sueuiæ nũquam non & occultis consiliis & aperto Marte ambirent, affectarentque.

4 HENRICVS, comes de Haigerloch (dubium an illius stirpis fuerit) quòd Cunradum Sueuiæ ducem aduersus Lotharium Cæsarem electum tueretur, in castro suo Hohenberg prope Roteuillam, atque idcirco & castrum & oppidum Roteuillam Lotharius obsidione cinxisset, mortuo mox illo, Cunradus in imperio nullo amplius impediente, vbi confirmatus erat, multis priuilegiis agrisque accumulatur: quo tempore & cameræ Iudicium, vt vocant, in remunerationem damni perpessi, idem Cunradus Roteuillæ constituit.

5 ALBERTVS, filius Vueczilonis fuerat: qui à Chunrado tertio, sub titulo marchionis ab Hochberg, vnà cum patre Vueczilone in literis citatur de ann. 1140. Progenuerat verò duos filios, Fridericũ & Rudolphũ: quorũ vltimus sine hærede iuuenis obiit: Fridericus verò floruit circa annum 1179. à quo vnum stemma comitum de Hohenberg & Haigerloch defluxit, qui inter Neccari fontes ac Danubium ditionem extentam habebãt. De quibus seorsim suo loco dicemus, in paragrapho comitum Hohenbergensium.

6 BVRCARDVS & Vuernherus fratres (dubium an Alberti marchionis germani extiterint) floruerunt anno Domini 1188, ac Vuernheri stemma quidem in filiis Vuernhero & Arnesto desiit. Burchardus verò alterum Burchardum procreauerat, æquè marchio ab Hochberg, atque comes ab Hohenberg & Haigerloch nominatus.

7 ALBERTVS & Rudolphus, Burcardi primi filii extitere, ambo & marchiones ab Hochberg, & comites ab Haigerloch ac Hurmingen. quorum Albertus ex comitissa ab Habsburg procreauit Hermannum, Ioannem, & Rudolphum. Rudolphus verò ex comitissa a Vuerdenberg Rudolphum tertium, Hugonem & Henricum progenuerat. Is est,

qui cum Eberhardo comite a Wirtenberg bellum gesserat, & destruxerat Mogingen, Gruenvuiler, & Pfalnicz.

8 BVRCARDVS hoc nomine tertius, secundum quosdam primi, secundum alios secundi filius. is vero ex comitissa a Friburg Burcardum quartum tulerat. fuit sororius Rudolphi Habsburgensis Cæsaris, & ab eo in diplomatibus sororius nominatur comes ab Hohenberg.

9 HERMANNVS Alberti filius, Henricum secundum tulit. cuius frater Rudolphus ex comitissa a Rœtel & Susemberg nihil progenuerat. Circa hæc tempora floruit & Henricus primus, Rudolphi filius, occisus in ditione Curiensi, sepultus in cœnobio Sal-
10 marsuilla.

10 HENRICVS secundus, Burcardum quartum progenuit: & is Fridericum, de quo mox dicturi sumus. Is Henricus marchio de Hochberg nominatur in diplomate, dato à Rudolpho Habsburgense Cæsare.

11 RVDOLPHVS tertius, primi filius, cuius tumulus in Ehingensi cœnobio cernitur: ex Nassouiensi comitissa Othonem primum progenuit.

12 BVRCARDVS quartus, tertii Burcardi filius, ex Tubingensi palatinissa Albertū tertium progenuit.

13 ALBERTVS tertius, Burcardi quarti filius, cui in diuisione cum patruis & patruelibus, fratruelibusq;, ditio secus Neccarum amnem obuenit, & vallis Obbrechstall in Al-
20 satia, quam Annæ sorori suæ in dotem dederat, Rudolpho comiti Habsburgensi collocatam, huic qui posterius in Cæsarem electus fuit, ac domus Austriacæ conditor extitit. Porro is Albertus occiditur in suo comitatu Haigerloch prope Neccarū, ab Othone duce Bauariæ, properante in auxilium Adolpho regi, aduersus Albertum Austriacum itidem electum Cæsarem pugnaturo: cui, vt ex sorore nepoti, Albertus comes fauebat, & idcirco iter hostibus præcludere nitebatur. Progenuerat vero ex nescio qua vxore Albertum quintum, cognomento Rostman.

14 BERCHTOLDVS (dubium cuius natus fuerit) in diuisione cum cæteris fratruelibus, patruelibus, ac patruis: nimirum Hohenburgensem comitatum prope Roteuillam obtinuerat. Siquidem in literis à Friderico secundo ducibus Styriæ concessis, is testis cita-
30 tur sub nomine comitis ab Hohenberg, post Henricum regem Siciliæ, & marchionem Manfredum, de anno Dominicæ incarnationis 1248.

15 FRIDERICVS hoc nomine primus, Burcardi quarti filius, & Henrici secundi nepos, ex diuisione cum fratruelibus, patruelibus & patruis, castrum Hochberg, vnde tota ea prosapia marchionis titulum vsurpabat, tenuerat. Procreauit vero ille quatuor filios: Burcardum quintum, Rudolphum sextum, Egonem & Thiemonem. Floruit sub Rudolpho Cæsare.

16 BVRCARDVS sextus, Friderici filius, ex comitissa à Vayhingen, duos Albertos procreauit: quorum alter Rotenburgum ad Neccarum construxit, & multos filios filiasq; reliquit: videlicet Albertum quartum, Rudolphum quintum cognomento Seniorem,
40 Rudolphum sextū Iuniorem nomine, & comitem in Horb, quam Rudolpho Cæsari Habsburgensis stirpis cognato vendiderat: & Henricum tertium. Filiatum Irmengardis Wirtenbergensi comiti, Margaretha Ludouico seniori comiti ab Ottingen nuptæ fuere.

17 ALBERTVS septimus, sexti videlicet filius, qui vltra marchionis titulum, landgrauium se quoque Brisgouiæ scribebat: cuius tutores, Henricus videlicet & Rudolphus, vendiderunt comitatum Hohenberg, & oppidum Rotenburgum ad Neccarum amnem, Rudolpho Habsburgensi, tum agenti Cæsarem. a quo, vt alia cuncta, ad Austriæ principes deuoluta sunt: in quorum ditione atque obsequio in hunc vsque diem manent.

18 RVDOLPHVS hoc nomine septimus, Alberti septimi filius, obtinuerat castrum
50 Hochberg, & comitatum Susemberg, postquam Hohenburgensis esset iam comitatus diuenditus.

19 ALBERTVS octauus, cognominatus Rostman, Alberti non septimi superioris, sed tertii filius, ditionem secus Neccarum, hoc est comitatum Haigerloch, cum oppidis Rotenburga, Horb, Ehinga, Wildperga ac Nagilta, in diuisione cū patruelib. & fratruelib. possederat. Qui cū terram sanctam inuisisset, atq; in Asia aliquandiu moratus fuisset, cū sacrifico quodam morione Cappadocia reuersus domum, multos iocos risu ac memoria dignos designauit: quorum aliquos Cuspinianus recenset. Progenuerat vero ille Waltherum, qui Henricum septimum Imperatorem in Italiam secutus erat: & Albertum nonum, qui ex canonico Constantiensi atque Argentoratensi, & parocho Ruspacensi

in Austria, in præsulem Constantiensem electus fuerat. Quo sponte cedens, Ludouici quarti Cæsaris Bauari cancellarium egit. quo mortuo, cum se ad Clementem sextum contulisset in Italiam, ab eodem episcopus Frisingensis in Bauaria designatur. Huius ex fratre nepos, Vuernherus videlicet, postremus paternæ lineæ, interfuerat prælio gesto inter Fridericum Austriacum, & Ludouicum Bauarum, pro fascibus Imperii.

20 OTHO filius Rudolphi tertii, Susenburgensis comitatus partem possidebat circa annum nostræ Redemptionis 1330. Et ex comitissa à Werthaym procreauit Rudolphum octauum, qui ex Margaretha comitissa de Thierstayn Sigismundum paternæ lineæ postremum reliquerat. Siquidem is ex baronissa à Racunez vnicam modo filiam tulerat, nuptam Georgio iuniori, semperlibero & pincernæ à Lymburg.

21 RVDOLPHVS nonus, septimi Rudolphi filius, deficientibus sensim cæteris duabus lineis, solus omnes marchionum ab Hochberg possessiones ad suam lineam reduxit. reliquit vero duos filios, Rudolphum decimum, & Albertum decimum, electum episcopum Constantiensem: in quo tamen à Nicolao de Kenczingen vincitur atque depellitur, anno currente à nato Christo 1333.

22 RVDOLPHVS decimus & vndecimus, quorũ filius superioris alter fuerat, alter ex eo ipso nepos: interfuit ludis equestribus Basileæ à Lupoldo duce Austriæ celebratis, circa annum 1386. In quibus excitato tumultu à Basiliensibus, cum comitibus ab Habsburg, Kiburg, & Neuburg, capitur.

23 RVDOLPHVS duodecimus, & Burcardus septimus, vno eodemq; tempore floruere, fratrueles ambo, marchiones ab Hochberg, quorũ postremus Rudolphi vndecimi filius fuerat.

24 OTHO secundus, interficitur ab Heluetiis apud Sempach, vna cum Lupoldo Austriæ duce, & aliis Germaniæ proceribus, quibus auxilio venerat anno Domini 1386.

25 OTHO tertius vir doctus, & qui multa scripsit digna memoria, interfuit concilio Constantiensi, & eligitur in præsulem Constantiensem, circa annum Salutis relatæ 1415.

26 WILHELMVS, floruit circa annum Dominicæ incarnationis 1450.

27 RVDOLPHVS tredecimus, Caroli ducis Burgundiæ præfectus ducatus Luczelburgensis, Ioanne vltimo comite Friburgensi, sororio suo, sine mascula prole extincto, cõsecutus est beneficio Imperii comitatum Rœtl, Badevuiler, & Wälschneuburg.

28 PHILIPPVS, hac appellatione in ista stirpe primus Rudolphi tredecimi filius, & suæ nobilissimæ prosapiæ postremus: qui à patre non solum marchionatum Hochbergensem, ac comitatum Susenbergensem acceperat, verũ alios tres opulentos comitatus, Rœtelen. videlicet, Badenvuiler, & Wälschneuburgensem. reliquerat is vnicam filiam, cuidã Burgundo domino de Dunes desponsatam, quæ dominia Walschneuburgum, S. Georgii, & Badenvuiler viro pro dote attulit. Reliquas vero ditiones, marchionatum videlicet Hochbergensem comitatusq; Rotelensem atque Susenbergensem, Christophorus marchio Badensis, vt cognatus, ac de illo stemmate quoq; descendens, ab Imperio impetrauit: cum quo ante mortem, videlicet anno 1503, inierat Philippus contractum literis scriptis, vt quemcunq; ex ambobus contingeret sine virili semine decedere, alter in bona vniuersa succederet. Hodie adhuc duces Austriæ, & domini de Dunes Galli pro comitatu Rœtl & Susenberg cum Badensibus in iudicio Imperiali contendunt, & ipsos se putant nõ minus hæredes Hochbergensium, quam Badenses, præsertim Austriaci: vt qui præter vinculum necessitudinis, pecunia merçati fuerant comitatus Hohenbergensem, de Haigerloch, & Rotelensem.

GENEALOGIA MARCHIONVM BADENsium, qui à Veronensibus marchionibus, non minus atque Hochbergenses, descenderunt.

1 HERMANNVS, marchionis Veronensis filius, obses ex Italia eductus à Friderico primo, circa annum Domini 1150, fertur primus agros beneficio Rom. Imperii eos accepisse secus Rhenum flumen, vbi hodie Badensis marchia sita cernitur, à Thermis quæ inibi pleræque sunt nomen adepta. Cuius vxor Imutha præposituram Bakhena ad Murr amnẽ auspicatur, pro octo Canonicis: quib. postea monachi Benedictini accessere. Is fertur habuisse sororem Iudeutham, sepultam in Bakhena, anno 1162. progenuerat vero tres filios, Rudolphum, Vuethnerum & Albertum.

2 HENRICVS & BVRCARDVS, marchiones de Verona, superioris Hermanni fratres extitere. quorum reperitur obiisse Burcardus anno Dominicæ incarnationis 1182.

3 AL-

5 ALBERTVS, Hermanni filius, filios tulit Ioannem, Henricum, & Hermannum secundū, qui in diplomatibus marchiones adhuc Veronenses nominantur, de anno 1200, 1208. Porro is Albertus interfuit conuentui Ratisponensi, quando marchionatus Austriæ in ducatum à Friderico erat primo exaltatus: diplomatique Cæsareo subscripsit, atque inibi testis citatur.

4 HERMANNVS, hoc nomine secundus, primi vtpote filius, cognomento Paruus, sepelitur in sacello diuæ Virginis apud Bachenam, in die Marcelli Papæ, XVI Ianuarii die: & post se reliquit Hermannum tertium.

RVDOLPHVS, cognomento Senior, Hermanni primi filius, & Hermanni secundi frater germanus, cuius titulus reperitur talis: Rudolphus Dei gratia marchio Veronensis, dictus de Baden. Is ex Kunigunde, Ottonis Senioris comitis ab Eberstayn, F. filios tulit, Hessonem, Rudolphum tertium, & Hermannum sextum. Secundus Bakhena fundauit, & in Benedictinum cœnobium conuertit, anno 1295.

6 HERMANNVS, tertius hoc nomine in prosapia Ista secundi Hermanni filius, ex Berchta comitissa, apud Bakhenam 14. die Septembris sepulta, filios procreauit Hermannum quartum, Wernherum secundum, & Rudolphum secundum, & filiam Agnetem abbatissam primam in Liechtall.

7 HERMANNVS quartus, ex Irmengarde filia Henrici Leonis ducis Bauariæ, quē Fridericus primus proscripserat, Hermannum quintum, & Agnetem, Vdalrico Carinthiæ duci collocatam produxit: ex qua, Elisabetha prodiit, Alberti I. Austriæ ducis ex stirpe Habsburgensi coniunx. ratione cuius matrimonii & Habsburgenses ducatum Austriæ consecuti fuerunt, eo quod is ad Badenses à Babenbergensibus comitibus fuerat deuulutus, vt penultimo huius Operis libro sum ostensurus. Porro Hermannus ille ducatum Austriæ Imperii beneficio adeptus est, Friderico postremo Babenbergensis prosapiæ ad Nouam ciuitatem Austriæ in acie ab Hungaris interfecto: cuius filiam, post Bauaram in matrimonio habuerat: vnde Fridericum primum progenuerat Austriæ ducem, interfectum Neapoli, vna cum Cunradino postremo Sueuiæ duce, & Apuliæ rege, insidiis Pontificis & Galliæ regis. sepeliturq; Hermannus in Neuburga claustrali Austriæ oppido ac cœnobio amplissimo, vt multi scribunt, veneno sublatus, circa annum 1248.

8 HERMANNVS sextus, Rudolphi primi cognomento Senioris filius, sepelitur in Liechtal Badensis ditionis monasterio, anno Incarnationis Domini 1281. relicta filia Gueta, comitis Strasburgensis vxore, quæ obiit anno millesimo trecentesimo vigesimo-septimo, sepulta in Liechtall. Huius mater fertur extitisse postremi landgrauii Alsatiæ filia.

9 RVDOLPHVS secundus, & Hesso, fratres Hermanni sexti, & Rudolphi primi filii: quorum Rudolphus cognomento Vuekher, ex Adelhaide baronissa de Oxenstayn progenuit Rudolphum tertium, Fridericum secundum, Hermannum septimum, & Henricum secundum, & Ortebonem. Hesso vero, sortitus in diuisione cum fratre comitatum Baiblingensem ad Neccarum amnem, reperitur iuuisse Eberhardum, potentem illum Wirtenbergensem comitem, aduersus Henricum septimum Imperatorem: & pulsum ditione sua, multo tempore in Besikhen aluisse. Obiit vero anno Salutis 1329. qui ex coniuge Adelhaide comitissa de Rheynekh, nullam prolem reliquit: vel, vt alii volunt, Fridericum tertium, Hermannum nonum, & Rudolphum quintum.

1 RVDOLPHVS tertius hoc nomine, ex Gueta comitissa à Neuburga Burgundiæ, Rudolphum quintum progenuit. Obiit vero Rudolphus anno 1322. & Gueta 1327. ambo in Liechtall sepulti.

11 FRIDERICVS secundus, ex Agnete comitissa de Vueynsperg Hermannum octauum & Rudolphum quartum procreauit, sepultus in Liechtall anno incarnationis Domini 1333.

12 HERMANNVS, octauus hoc nomine in stirpe, quæ ex comitissa de Vayhingen nihil tulit. obiit & sepelitur in Liechtall, anno 1300.

13 RVDOLPHVS, quintus nomine isto in hac familia, cognomento Magnus, Rudolphi cognomento Vuekher ex Friderico, vel secundum alios Rudolpho quarto, nepos: ex Mechtilde comitissa de Sponhaym progenuit Rudolphum septimum, Bernhardum, & Hermannum vndecimum. Is fertur tantæ fuisse proceritatis, vt XII. pedes haberet. Obiit & sepelitur in Liechtall: anno 1372. cuius filiæ Irmingardis Eberhardo comiti à Vuirtenberg, Mechtildis Henrico comiti ab Hennenberg, Margaretha Henrico de Luczhaym, & altera Margaretha Schafthardo comiti de Leyningen nuptæ fuere.

14 RVDOLPHVS quartus, Friderici secundi filius, cognomento Hesso dictus, ex

Ioanna comitissa à Montebelgardi Hermannum decimum,& Rudolphum sextum tulit. Obiit anno 1335,sepultus in Liechtall cum filiis.

15 HERMANNVS decimus, Rudolphi quarti filius, obiit anno 1338, sepultus in Liechtall.

16 RVDOLPHVS sextus, quarti filius, ex Maria comitissa ab Ottingen, sorore Friderici & Ludouici comitum, Fridericum quartum, & Rudolphum octauum progenuit. Quorum Fridericus cum ex Agnete comitissa à Truhendingen nullam prolem ferret, lineam patris terminauit. Cuius pater Rudolphus obierat anno Domini 1348. sepultus in Liechtall.

17 RVDOLPHVS septimus, quinti filius, obiit iuuenis ante patrem, anno 1162. sepultus in Liechtall. 10

18 RVDOLPHVS nonus, septimi frater germanus, & quinti filius, qui in diuisione cum fratribus Phortzhaym possederat: obiit anno Redemptionis humanæ 1391, sepultus in Liechtall.

19 BERNHARDVS hoc nomine in stirpe ista primus, quinti Rudolphi filius, & septimi ac noni frater germanus, ex Anna comitissa ab Ottingen multos liberos vtriusque sexus procreauit: videlicet Bernhardum secundum, Iacobum primum, & Rudolphum decimum. Filiarum Beatrix Emichoni comiti à Leyningen, Margaretha Adolpho comiti à Nassavu, Agnes Gebhardo comiti de Slesvuig in Dania: Vrsula primo Gotofrido comiti de Zigenhaym,& deinde secundis nuptiis Vdalrico duci à Dekh, Anna quoque Ludouico baroni de Liechtenberg, collocatæ fuere. Agnes duci Silesiæ desponsata, matrimonium occulte contraxit cum Ioanne barone de Hevuen: ob quod carceri mancipatur. Fuit & altera Margareta, quæ cum dominum à Pfenyngen maritum consequi non posset, dolore animi cœnobio Pforczensi se inclusit. reliquæ duæ virgines obierunt, Brigida & Mechtildis. Ipse vero Bernhardus pater obiit anno incarnationis Domini 1431, sepultus in Baden. 20

20 BERNHARDVS secundus hoc nomine, superioris primi filius, obiit sine prole, sepultus in Liechtall, anno 1424.

21 RVDOLPHVS decimus, Bernhardi secundi frater, & primi filius, moritur sine prole, & sepelitur in Liechtall, anno Salutis 1425. 30

22 IACOBVS, superiorum frater, & ipse Bernhardi primi natus, ex Catharina filia Caroli Martelli ducis Lotharingiæ, nepte Rudperti Cæsaris, vnicam filiam progenuit, Margaretham, Alberto Brandeburgensi marchioni nuptam: & sex filios, videlicet Bernhardum tertium, Ioannem, Georgium, Marcum, Bernhardum quartum, & Carolum primum. Quorum Georgius in episcopum Metensem postulatur, anno 1458: obiit 1484. Ioannes in archipræsulem Treuirensem eligitur, anno 1456: obiit anno 1496. Marcus quoque ex canonico Metensi primo in Argentoracen. præsulē, postea in Coloniensem archiepiscopum, & postremo in Leodiensem antistitem sustollitur: obiit anno 1478, sepultus Argentorati in proprio sacello. Præterea cæteri filii, Bernhardus tertius obiit puer, anno incarnationis Domini 1431. sepultus in monasterio Herrnalbn. Bernhardo quarto vero, qui Friderici tertii Imperatoris fuerat curialis, Magdalena Caroli septimi Francorum regis nata desponsatur: sed obierat in Pedemontis, ante nuptias, anno Salutis 1458. 40

23 CAROLVS, Iacobi filius, frater germanus Marci, Georgii, & Ioannis episcoporum, & duorum marchionum qui Bernhardi nomen gerebant. Is ex Catharina Friderici tertii Imperatoris, ducisque Alberti, Austriæ principum, sorore, progenuit Fridericum quartum, qui fuit episcopus Traiectensis: Albertum & Christophorum. Filiarum Catharina Georgio comiti à Vuerdenberg, Lymburgis Engelberto comiti à Nassau & Breda in Brabantia nuptæ fuere: Margaretha vero abbatissam in Liechtall egit, & obiit 1495. Porro Carolus comitatus Sponhaimensis portionem deficiente stirpe impetrauerat, circa annum 1453. eo quod proauus Rudolphus magnus ex Sponhaimensi comitissa stirpem continuasset. idem capitur à Friderico Rheni palatino, vna cum fratre Georgio Metensi episcopo, qui postea in Coloniensem archipræsulem electus fuerat. Obiit vero anno Salutis 1475, cum XXII. annos gubernasset. Vxor vero, quæ erat Austriaca, rebus humanis eximitur anno 1490. 50

24 ALBERTVS, secundus hoc nomine in ista prosapia, filius Caroli ex Austriaca. is marchiam Hochbergensem primus in fidem accepit, cessante tum marchionum Hochbergensium, qui de eodem capite procedebant, stemmate. Obiit anno Salutis 1488, ex vulnere, quod in obsidione Brugensis in Flandria ciuitatis acceperat, dum Maximilianum Cæsarem custodia liberat. Sepelitur Brugis, in choro.

25 CHRI-

25 CHRISTOPHORVS, Alberti secundi frater germanus, & Caroli ex Austriaca filius, ex Otilia comitissa de Kaczenellenbogen, XV liberos suscepit: videlicet Bernhardum quintum, Philippi regis Castellæ Maximiliani filii aulicum: Georgium secundũ, qui obierat infans, anno 1494: Wolfgangum, qui item puer obiit anno 1489: Ioannem tertium, qui infans obiit, anno 1490: Rudolphum, canonicum & cancellarium Metensem: Carolum, canonicum Treuirensem & Argentoratensem: Christophorum, canonicum Coloniensem & Argentinensem: Philippum secundũ, & Arnestum primum. Filiarum, Beatrix Ioanni Rheni palatino de Hunsrukh, Sibylla comiti de Sarvuerden, Rosina Francisco Vuolfgango comiti de Zolern, collocantur: Maria abbatissam egit in Licchtal, Otilia in Pfortzheym, quæ obiit anno 1490.

26 PHILIPPVS, secundus hoc nomine, qui anno natus fuit 1479, cum diu in Gallia moratus fuisset, tandem vxorem duxit Elisabetam, Philippi Palatini Rheni filiam, viduatam à Philippo Hassiæ landgrauio. Sed ex ea prolem non habuit.

27 ERNESTVS, frater Philippi, & Christophori filius, postquam Parisiis cultum ingenii cœpisset, tandem vxorem duxit Friderici marchionis Brandeburgensis filiam. nascitur anno Salutis 1482. progenuit vero Albertum & Bernhardum sextum.

28 ALBERTVS, secundus filius Ernesti, reliquit duas filias: quarum vna nupsit Vuilhelmo duci Bauariæ, mater Alberti ducis, qui modo rerum potitur in Boiis: altera vero nupsit Gabrieli Salamancæ, comiti Ortenburgensi apud Carnos designato, Hispano.

29 BERNHARDVS sextus, Ernesti filius, & Alberti secundi frater Germanus, Carolum progenuit.

30 CAROLVS secundus, progenuit Martinum & Christophorum.

31 MARTINVS, & Bernhardus, atq; * nostra tempestate clarent, quorum habet Martinus in matrimonio * Cazimiri Brandeburgensis filiam.

GENEALOGIA MARCHIONVM SCHVEVIAE DE Ransburg, qui fundatores sunt Vrsinensis cœnobii prope Kaufburen, oriundi à Vuernhero comite à Rokensteyn, fundatore cœnobii Betahusensis.

1 RVDOLPHVS & Adolphus floruere circa annum Salutis nostræ 1130.

2 HENRICVS, cum Henrico sexto Imperatore profectus in Apuliam, ibidem præfectum egit circa annum Domini 1190. primus fundator Vrsinensis cœnobii. progenuit tres filios, Gotofridum, Vdalricum, Berchtoldum siue Gerholdum: & filiam Irmengardim, Henrico Vuirtenbergensi comiti nuptam, sepultam in Kaufburen oppido.

3 GOTOFRIDVS patri Henrico in marchia Ramspergensi successit, sepelitur in cœnobio Ottenburensi. Cæterum huius familiæ quoque Godofridus & Rudolphus leguntur iuuisse Vuelphonem iuniorem, aduersus Hugonem palatinum Tubingensem, in recuperando comitatu Calbensi, imperante Friderico primo.

GENEALOGIA MARCHIONVM BVRGOVIAE, quorum primordia repetuntur à comitibus de Berge & Schelkhlingen, cuius extant rudera castri prope oppidum Ehingen. Quorum erant insignia haud multum dissimilia ab his, quibus Polhaymenses barones in Austria gaudent, sectionibus albis rubrisq; per transuersum ductis distincta. Porro marchionatus iste hodie Austriæ principibus paret, inter Augustam Vlmamque octo miliariorum spacio extentus. continet valles insigniores Reischnav, Synketall, Smutertall, Zusamtal. in quo districtu olim comitatus insigniores fuerant, Rokhenburg, Schvuabekh, Kirchperg: hodie oppida castraque cernuntur, Burgouia, Gunzburga, Ietinga, Knoringa, Zitmahusen, Zusmarhusen, Vuallehusen, Gersthusen, Leyphaym, Tierdorf, Vsterbach, Biberbach, Aurbach, Vishbach, Reyssesburg, Vuellenburg, Mathesies, Lamerdingen, Ahelsingen, Norndorf, CZusnekh, Aterbang, Hiltebang, Seiferszberg, Dunkelscherben, Oberndorf, Schmylhen, Burtebach: cum cœnobiis Betahusen, Rokenburg, Vrsperg, Ottelsteten, Salmashouen, Reitenbach, Schonfeld & Biblingen.

1 HENRICVS, marchio Burgouiæ, floruit circa annum Domini 1218. obiit anno 1260. Progenuit duos filios & totidem filias: videlicet Henricum marchionem Burgouiæ, Chunradum comitem de Schelklyngen, Adelhaidem Rudolphi comitis à Vuerdenberg coniugem, Agnetem Vdalrici comitis a Monteforti vxorem, sepultam Augustæ ad S. Catharinam, anno 1263. Huius soror Berchta, siue secundum alios Agnes, marchionissa

nissa à Bargavu, Berchtoldo à Neiffen comiti de Maurstetten nupsit, mater Eulaliæ, coniugis Ernesti primi marescalci à Callatyn & Pappenhaym. De Adelhayde marchionissa extant literæ: In nomine Domini. Quia temporalia cum tempore variantur, ideo ego Adelhaidis comirissa de Vuerdenberg, auctoritate & consensu domini mariti mei comitis de Werdenberg, molendinum situm in Sundhaym, &c. Vt omnia & singula inconvulsa maneant ipsis, Henricum marchionem de Burgavu iuniorem, fratruelem meum, dominum Henricum de Hochstet, & dominum Hiltebrandum marescalcum de Biberbach, &c.

2 HENRICVS secundus, superioris filius, vel ex fratre avunculus, secundum quosdam ex Margarera quadam comitissa progenuit Henricum tertium, & duas filias: videlicet Agnetem comitissam à Grayspach, quæ secundis nuptiis baroni à Neiffen iuncta fuerat: & Berchtam, Hiltebrando marescalco primo hoc nomine Biberbacensi iunctam, matrem Vuilhelmi & Henrici marescalcorum. floruit circa annum 1290. De hoc memorant authores, quod imperante Rudolpho Habsburgensi, fuerit Augustanorum ciuium dux militaris, aduersus Rudolphum ducem Boiariæ. Electus quoque ab ordinibus sacri Imperii ad concordiam componendam inter Albertum Austriacum & Adolphum à Nassau de Imperio contendentes: progenuit duos filios, quos superuixit. Quorum alterius Alberti filius, postremus generis fuerat: Henricus ab auo, antequam moreretur, in principatu substitutus est.

3 HENRICVS, hoc nomine tertius, secundi filius, reliquit Henricum vltimum, sepultum in Betahusen: & duas filias, quarum altera comiti à Leonsteyn nupserat, circa annum Domini 1330. altera vero sepelitur in cœnobio Seflingen, cuius erat benefactrix, anno Domini 1350.

GENEALOGIA DVCVM DE VRSPLINGEN, & Marchionum à Schiltach, qui à Spoletanis marchionibus exulibus descendebant, quemadmodum & barones de Rapoltensteyn, & barones de Vuinsperg. Habebant in insignibus albis tres rubros minores clypeos, quæ & Vuinspurgenses & Rapolteinsteynenses gerunt, sed diuersis coloribus: qualia passim videmus pictores arme siue insignia artis vsurpare, ab insignibus illis pictoribus artificio transmissa, quos ante patrum memoriam vocabant Die iunkhern von Prag/ *qui extremam manum turri Argentoratensi indidere, & quibus ob ignominiam quandam à dominis à Rapoltensteyn irrogatam, gentilicia familia Rapolsteynensium illa ipsa insignia Sigismundus Imperator confirmauerat.*

1 ANONYMVS quispiam dux de Vrsplingen & Schiltach, reliquit Celestinam filiam, Rudolpho hoc nomine tertio marescalco à Pappenhaym nuptam, circa annū 1320.

2 ANONYMVS secundus in ea stirpe legitur habuisse in matrimonio ducissam à Tekh, ex qua genuit Chunradum & Agnetem.

3 CHVNRADVS, dux siue marchio de Vrsplingen, & Schiltach, ex Decensi ducissa genitus.

4 REYNHARDVS, dux ab Vrsplingen & Schiltach, interfuit concilio Constantiensi.

GENEALOGIA PALATINORVM TVBINGENsium, vnde comites de Tubingen & Herrenberg defluxerunt. Ad quorum obsequium pertinebant, Tubinga ad Neccarum amnem, cum proximo agro, Blautal, Vilstall, valles notissima Vuirtenbergiæ, cum castris eorum fintum Gernhausen & Blavbüren, vbi & cœnobium condiderunt. Habebant hi palatini in Brisgouia pariter arcem ac dominium Liechtenekh, & in Rhætia castrum Rukh, vnde & primordia petunt, à comitibus videlicet de Rubro vexillo Rhætia alta, à quibus & Montfortii comites, Vuerdebergenses, Brigantini, Veldkirchenses, atque de Rheynekh profecti sunt. Horum palatinorum multa superſunt fundationes, videlicet Blawbüren in VilStal, Bebenhusen prope Tubingam, Anhusen in valle Brentiana, & Martall ad Danubium, vbi & tumuli ipsorum visuntur.

1 HVGO, comes palatinus Rhætiæ altæ, dominus castri Rukh ibidem: de quo prouerbium ortum est, Hüt dich Rukh/das dich Hermhausen nicht erdrukh. Is primum auitæ in Rhætia ditioni Tubingam Neccari adiecit, cum proximis agris.

2 ANSHELMVS, sub Vrbano secundo pontifice maximo fundauit cœnobium Blavbeurn, supra Vlmam in valle eiusdem nominis. Habuerat fratres, Hugonem & Sibotonem: quorum Siboto solum successionem renuit. Anshelmus vero progenuit & ipse filios Henricum & Sibotonem secundum, sed hi sine liberis decesserunt.

3 Si-

5 SIBOTO, frater Anshelmi, ex comitissa Alsatiana Adelhaide Wernherũ & Sigefridum tulit: quorum Sigefridus Hermannũ procreauit, qui monasticen professus est in cœnobio Blavvbeurn familiæ fundatione, & a patre propterea miris modis locupletato.

4 HVGO, filius Anshelmi quartus, genuit Fridericum palatinum, qui similiter Blavvbeurn monasterium locupletauit.

5 HENRICVS, duas habuit cõiuges: primam Adelhavdem comitissam de Enczberg: quæ profecta Romam ad Vrbanum secundum, impetrauit diploma pro cœnobio Blavvbeurn. Duxit & alteram, prima mortua, filiam vltimi comitis de Kreuchgeu. Ex ambabus autem progenuit duos filios, Chunradum & Menegoldum. quorum Chunradus vi-10 xisse reperitur anno 1120. ipse vero Henricus periit, submersus in fluuio quodam. Circa eadem tempora reperio citari in diplomatibus ab Henrico quinto, Gotofridum comitem ab Herrenberg.

6 MENEGOLDVS, Henrici superioris filius, author cœnobii Anhusen in valle Brenciana, anno Salutis nostræ 1126 tres filios procreauit, Waltherum episcopum, Menegoldum secundum, & Adalberium.

7 WALTHERVS episcopus Augustanus, legitur dedicasse cœnobium Cæsareum, vulgo Kaishaym, in finibus Norici, haud procul à Werdea Sueuica. idem fundauit collegium Canonicorum S. Georgii Augustæ.

8 HVGO, filius Rudolphi Bregantiæ comitis, ex Welphonis sorore, deficiente stirpe 20 Tubingensium, vt ex eodem capite descendens, cognatis succedit. fuit potentissimus princeps, qui vno eodemque tempore cum Welphone duce Bauariæ, episcopisque Argentoratensi & Augustano & Zaringiæ præterea duce bellum gessit victor: cuius belli meminit quoque Vrspergensis in Annalibus suis. Causa belli fuerat, quod matris hæreditatem a patruo Welphone repetebat. Circa annum Domini 1164. fundauit Martallense cœnobium, secus Danubium.

9 HENRICVS secundus hoc nomine in familia ista, secutus castra Friderici Barbarossæ, in obsidione Romæ peste sublatus est, anno Salutis nostræ 1167.

10 HVGO, hoc nomine in nobili prosapia tertius, ex Elisabeta Rudolphi Brigantini comitis filia, Rudolphum genuit: qui patris fundationi Martallensi cœnobio extremam ma-30 num indidit, anno 1171.

11 RVDOLPHVS, citatur à Werigouone comite de Albekh, in fundatione S. Michaelis Vlmæ, de anno 1183. Ipse est, qui Bebenhusium ditissimum Cistertiensis professionis prope Tubingam monasterium exorsus fuit, anno Salutis relatæ 1181.

12 RVDOLPHVS, hoc nomine secundus, primi scilicet filius, altare reperitur sancti Ioannis Baptistę in Blavvbüren adornasse, & aduocatiam quam vocant cœnobii eiusdem resignasse, anno Salutis 1267.

13 GOCZO, & Wilhelmus, comitatum Tubingensem comiti Wirtenbergensi pignoris loco tradiderunt, circa annum 1342.

14 VDALRICVS interficitur in prælio Reutlingensi, quo Eberhardus comes Wirten-40 bergensis a ciuitatibus erat Imperialibus victus, anno videlicet 1378. Reperiũtur quoq; huius nobilis generis Clara & Margareta egisse abbatissas in Buchouia Sueuiæ, circa annum Domini 1443. Porro supersunt hi adhuc palatini comitum appellatione contenti in Brisgouia: haud procul à Kenczinga oppido castrum possident Liechtenekh nomine. Hodie Chunradus comes viuit, cuius pater erat qui in hanc vsq; diem pro ditione Tubingensi coram iudicio Imperii cum principibus Wirtenbergensibus iure contendunt.

GENEALOGIA LANDGRAVIORVM Alsatiæ & Brisgouiæ, comitum ab Altperg & Habsburg.

50 1 SIGEBERTVS, rex Austrasię, Dagoberti Francorum regis illius filius, qui ob redditum visum filiæ suæ cæcæ natæ, a S. Florentio Scoto episcopo, desolatas quõdam Romanorum episcopales sedes Moguntiacensem, Nemetensem, & Argentoraten. renouauit, atq; magnifice dotauit: easdemque Borbetomagensi cathedræ, quæ postea corrupte Bormatia nuncupata fuit, iure Ecclesiastico subiecerat. Porro sacris vndis perluitur ab Amando Traiectensi episcopo, anno 623, in Eisnaburgensi castro sub Rufiacum vrbem. Qui postea interfectus ab apro in venatione, a beato Arbogasto episcopo Aquitaniæ ad vitam reuocatur. ob quod magnam partem Alsatiæ episcopatui Argentoratensi, cui post Amandum idem Arbogastus præfectus fuerat, Dagobertus rex donauerat: qui exinde ager Munus datum, & vulgo hodie corrupte Mundat dici cœptus est.

2 SIGEBERTVS, superioris filius, cum mortuo Childperico fratre, penes quem ius regni fuerat, in filios mortui Theodericus rex fratruelis, potitus summa rerum, sæuiret: fuga sibi tum quoque Sigebertus ille consulens, ad Gotofridum & Gundoaldum Frācorum duces in Germania abscessiri atque ibi tandiu latuit, vsq; dum Lotharius Childperici filius, qui superstes fuerat, & gladium tyranni euaserat, sublimatus in regno fuisset. Is patruum suum Sigebertum ab exilio reuocans, ducatum illi Alemaniæ in orientali meridionalique Austrasiæ parte situm concessit. Vbi postea landgrauiatus Alsatiæ & Brisgouiæ cœpti sunt distingui. Quibus filii Sigeberti præesse occœperunt, à constructis castris, comites quoque ab Altperg & Habisburg & Egeshaym nuncupati. Sub quorum ditione atque obsequio fuere Brisgouia, Mortnouia, Alsatia, Wilerrall, cum oppidis atq; castris Kuppēheym, Berthusen, Sundhouen, Hugoshouen, Zozykouen, Kroczingen: cum decem ecclesiis, Wiler, Myrhingen, Buchingen, Wirtilimbach, Sponbach, Tunial & Laufen. A quibus locis atq; agris, paulatim accessione fortunæ comites Altpergenses vsque in Ergouiam, & inde vsque in Sueuiam, posttemoque in Pannoniam vsque ditionem extenderunt, comites iam ab Habisburg denominati, & Alsatiæ landgrauii. Alii vero a Theodeberto, qui dux Alsatiæ fuerat Sigeberti quoque filius, descendentes comites ab Egeshaym, Alsatiæ item landgrauii, vsque in Lotharingiam, indeque in Brabantiam vsq; & Flandriam agros possederunt, comites deinceps Louanienses Flandriæque appellati.

3 OTBERTVS, comes ab Altperg, ex comitissa de Rorimunde procreauit Bobonem landgrauium primū, Reinbertum, Ottbertum, fundatores S. Trudberti monasterii in Nigra sylua, quod sub annum Domini esse cœperat 642. & Ethonem primum, abbatem diuitis Augiæ, à beato Pyrminio episcopo Meldensi constitutum circa annū Salutis 734. Is Etho abbas vocatus postmodum ad abbatiam vallis S. Gregorii, post Wādelfridum antistes Argentoratensis constituitur, anno currente 765. vbi Ettenhaymmunster cœnobium fundauit, & oppidum Ettenhaym construxit. Porro Otpertus primus in iugis Vasagi montis, Romerico, vulgo Romersperg, Auendum castrum condidit, haud procul à thermis Plumariensibus, vnde successores comites ab Auendsperg denominari fuere. Quæ vox posterius corrupte à Germanis pronunciata fuit, Abspurg. Idem præterea Otbertus fratrem dicitur habuisse Ruthardum ducem Alsatiæ, cui vxor fuerat Irminissa a Schvvartzach & Weissenburg, à quo comites ab Egeshaym descenderunt. licet hunc alii ab Athicone S. Otiliæ patre deriuent, Alemaniæ duce.

4 BOBO, vel Bebo, primus landgrauius Alsatiæ, siue Edelsassiæ, hoc est nobilis sedis, construxit ibidē, à suoq; nomine denominauit, Bobelhaym, & Bobenvviler. Cuius frater Otbertus Brisgouiam sortitus, ad Neomagum amnem beatum Trudbertum à latronibus occisum sepeliuit, ac templum desuper construxit, quod in monasterii amplitudinem posterius creuit. Ipse quoq; Bobo de latronibus supplicium sumpsit.

5 AMPRINCTVS, filius Bobonis landgrauii, fratrem habuit Rorbertum, vel secundum alios Rotherum, comitem ab Altberg: & sororem Erentrudem, comitissam à Geus. Progenuit vero Otbertum secundum, quem aliqui annales Etbertum appellant.

6 OTBERTVS secūdus, Amprinchti filius, ex comitissa Sabaudiæ 5 filios progenuit, & duas filias: videlicet Luitfridum, Hunifridum, Reinpertum, Gelbonem, & Ampertum siue Amprinchtum secundum: filiarum Dorothea Carolo comiti a Salmis in Lotharingia nupsit, altera vero Luitfrido Sundgouiæ comiti, Eberhardi ducis Alemaniæ Murbacensis fundatoris fratri, & Adelberti ducis fundatoris Ebershaymmunster filio, Attici ducis nepoti, cuius filiam diuam Otiliam extitisse supra dictum est. ratione cuius matrimonii & titulus Habsburgensis transiit ad familiam Attici, siue Ethiconis.

7 REINBERTVS, filius Otberti, ex Alisa comitissa à Bouro genuit nihil.

8 LVITFRIDVS, frater Reynberti, & Otberti filius, ex Leutgarde cōiuge Erkenbaldum filium procreauit: & duas filias, quarū Erentrudis nupsit Chunrado comiti a Stretlingen Burgundo, Rosina vero comiti à Dokhenburg. Erkenbaldus præterea duas modo filias reliquerat, Leutgardim & Hedvvigen, vxorem Rudolphi Burgundiæ regis.

9 HVNIFRIDVS, Otberti tertius filius, ac superiorum Reynberti & Luitfridi frater germanus, ex marchionissa Italię Leuthardum filium progenuit. Habuit vero Hunifridus, secundum quosdam, alios quoq; filios, Radepotonem, & Beczelinum.

10 LEVTHARDVS, Hunifridi filius, genuit ex Erentrude Francię ducissa quatuor natos, & vnam filiam: videlicet Ottonem episcopum Argentoratensem, Leutfridum, Hugonem, & Hunifridum secundum. filia Hedvvige comiti ab Egeshaym nupsit.

11 HVNIFRIDVS secundus, Leuthardi filius, ex Anastasia marchionissa à Ransperg tres filios procreauit: Brunonem papam, Landfridum & Guntramum: à quorum Landfrido ali-

do ali-

do aliqui comites de Habsburga in Lauffenbergo deriuant, qui circa annos ducentos elapsos esse desierunt.

12 GVNTRAMVS floruit circa annũ Salutis 950. & ex duabus cõiugibus, vna Brigantina comitissa, & altera Itha Alberonis comitis à Kalb filia, quatuor filios suscepit: Bertilonem comitem ab Altperg, vnde comites & duces Zaringiæ defluxerunt: Gonczelinũ: Gebizonem præsulem Constantiensem, fundatorem cœnobii Weissenavv: & Beczelinum, vnde comites Habsburgenses in Ergouia descendunt, de quibus hocce capite agimus.

13 BECZELINVS, Guntrami filiorum quartus, ex comitissa à Sunnenberg tres filios progenuit, Wernherum antistitem Argentoratensem, qui Constantinopoli in legatione 10 obiit: Rudolphum, qui Otbmarshaym fundauit circa annum 1060, & Eginonem filium genuit, cui vxor fuerat ducissa à Dekh: & Rapatonem fundatorem Murri monasterii in Ergouia, vnde comites Habsburgen. in Ergouia descendunt.

14 RAPATO, Beczelini filius, fundator Murri cœnobii in Ergouia, & castri Habsburg ibidem constructor, ex Itba ducissa Lotharingiæ tres filios procreauit, & vnam filiam Richensam, comiti à Lenczburg collocatam. filiorum Otho interficitur anno 1046. Albertus obiit 1052. Wernherus, qui solus successionem tenuerat, obiit anno redemptionis nostræ 1096.

15 WERNHERVS, Rapatonis filius, duas habuit in coniugio claras fœminas, Hildegardem comitissam à Pfirt, & Itham comitissam à Thyerstayn. progenuit Adalbertum, 20 Wernherum canonicum Argentoratensem, quem alii ad episcopatum euectum putant: & Ottonem, qui posteritatem propagauerat.

16 OTTO, Wernheri filius, duas habuit vxores: primam Sibyllam à Pfirt, & alteram Adelhaidem comitissam ab Homburg: vnde genuit Adelhaidem comitissam ab Henneberg, Rudolphum secundum, & Wernherum tertium, qui successionem tenuit.

17 WERNHERVS, hoc nomine in clarissima familia tertius, ex baronissa à Starkhenberg vnum filium tulit, Albertũ ex cognomento Diuitem, hoc nomine secundum: & duas natas, Richenzam comitissam à Pfyrd, & Gertrudim comitissam montis Belgardi.

18 MARCQVARDVS comes ab Habsburg citatur inter testes in literis de anno 1131, inter alios comites Germaniæ, videlicet Ioannem à Pfyrd, Willhelmum ab Helphensteyn, 30 Ioannem à Zolern, Hartmannum à Kirchperg, Henricum à Wittenbergh, Philippum ab Aichelperg, Eberbardum ab Ottingen, Ottonem à Buochhorn, Hugonem a Werdeberg, & Diepoldum a Lechsgmynd.

19 ALBERTVS, hoc nomine in stirpe nobili secundus, ex cognomẽto Diues Henrico quinto imperante floruit. Is ex Itha comitissa a Pfulendorf tres genuit liberos: Albertum tertium, qui sine prole obiit: Rudolphum tertium, qui posteritatem propagauit: & Berchtam, comitis à Leyningen vxorem.

20 RVDOLPHVS, hoc nomine tertius in pręclara dnmo, ex Agnete Gotofridi baronis à Stouffen filia duos filios genuit: Rudolphum comitẽ à Lauffenberga, vnde Lauffenbergenses & postremi Kiburgenses primordia repetunt: & Albertum primum suæ stirpis, Al- 40 satiæ Landgrauium. filiarum Hedvvigis Hermanno comiti à Freiburg, & Gertrudis Ludouico comiti à Vogburg Boiario nuptæ fuerant.

21 RVDOLPHVS quartus, qui in diuisione cum fratre Alberto quarto Laufenbergam castrum sortitus, ex Berchta baronissa à Regensperg Wernherum & Gotufridum tulit, comites de Habsburg & Lauffenberga, sepultos in cœnobio Wettingen, prope thermas Heluetiorum.

22 WERNHERVS quartus, Rudolphi quarti natus, comes ab Habsburg in Lauffenberga, ex Hedvvige coniuge genuit Rudolphum Constantiensem præsulem, apud Auinionem à Papa Gregorio consecratum, anno 1275: Gotofridum comitem à Lauffenberga: & Eberhardum comitem à Kiburg, quem in diplomate quodam Rudolphus Cæsar comi- 50 tem de Habsburg appellat, cognatum suum. Quorum Gotofridus Wernherum quintum & Gotofridum reliquit, comites à Lauffenberga. Ex his rursus Gotofridum Rudolphus ab Habsburg, qui postea in regem Romanorum electus fuerat, bello petiit, ob quasdam possessiones. Quo bello dominus à Tuffensteyn occisus, qui Gotofrido auxiliabatur, & castrũ Tuffensteyn destructum est. Porro Wernherum secutus est Gotofridus tertius, comes à Lauffenberga: & hunc Ioannes, quem à Tigutinis captum Albertus dux Austriæ ex cognomento Cõtractus liberauerat. Cui successit in comitatu Lauffenbergæ patruelis Hardmannus Kiburgensis comes, Eberhardi, qui filius fuerat Vuernheri quarti, ex vltimo Kiburgensi, natus. Quem secuti sunt cæteri comites à tribus comitatibus nominati, Habsburga videlicet, Lauffenberga & Kiburgo, Wernherus sextus, Hardmannus secundus, Eber-

hardus secundus, Hardmannus tertius, & Berchtoldus, postremi illius nobilis diuisæ stirpis Habsburgensis de Lauffenberga & Kiburgo. Qui adhuc vixerant sub annū Domini 1384. postremus in humanis adhuc fuerat circa annum 1390, Ioannes nomine, cuius filiam Vrsulam comes à Sulcz coniugem nactus erat. Plura lege in Genealogia comitum à Kiburg & Rappersvvilla.

23 ALBERTVS quartus, filius Rudolphi tertii, & quarti comitis à Lauffenberga frater germanus, landgrauius Alsatiæ ab Imperio cōstitutus: quem titulum antea & antecessores aliquos vsurpasse reperimus. Quatuor habuit in matrimonio claras fœminas: primā Itham, Rudolphi comitis à Pfulendorf filiam, matrem Rudolphi Cæsaris: secundam, comitissam ab Egeshaym, vnde Wilertall adeptus erat, & landgrauiatum Alsatiæ: tertiam, Kiburgensem comitissam: & quartam, comitissam Montisfortis. Ex his procreauit multos liberos: ex prima Rudolphum quintum, in Cæsarem Romanorū electum: ex cæteris suscepit Hartmannum, Henricum, Carolum canonicum Basiliensem, Albertum canonicum Argentoratensem, captum à Mediolanen. sub Friderico secundo, 1250 anno: & filiam Eitellio Ioanni comiti à Zolern nuptam, matrem Friderici primi Burggrauii Norinbergensis. Quos omnes nulla posteritas secuta est, adeo vt solus Rudolphus Cæsar successionem tenuerit, eamq; in Pannonias vsq; propagarit, vt mox dicetur. Porro progenuerat Albertus & natas duas, Agnetem comitissam Burgundiæ, & Elisabetam Friderico comiti de Zolern primo burggrauio Norinbergensi locatam à fratre Rudolpho rege.

24 RVDOLPHVS, quintus hoc nomine, Habsburgensis in Ergouia comes, Alberti ex Itha Pfulendorfensi filius, ascita in consortium vitæ Anna, Alberti comitis ab Hohenberg secus Neccarum amnem filia, ex ea genuit multos liberos: videlicet Albertum primum suę stirpis, Austriæ & Styriæ ducem, comitemq; Carniolæ: Rudolphum electum Bohemiæ regem, Hermannum ducem Sueuiæ: Guetam Wenczeslai regis Bohemię coniugem, quem Sanctum dicunt: Mechtildem, Ludouico palatino apud Rhenum comiti, Bauariæq; duci: Agnetem, Alberto Saxoniæ duci: Hedvvigē, Ottoni Brandeburgēsi marchioni: & Catharinā, Ottoni Bauariæ duci, qui in regem Hungariæ postulatus fuerat, nuptui traditas. Porro in Annalib. reperi, Rudolphum Cæsarem, præter Annā ab Hohenberg matrē liberorū, duxisse & alteram vxorem, Agnetē Burgundiæ comitis filiam: ex qua tamen nullam prolem suscepit. Reperio præterea, ab hoc Cæsare, antequā in Cæsarem electus fuerat, sex bella cōfecta fuisse: & quo tempore Imperio pręfuerat, quinq;: videl. primum aduersus abbatem S. Galli, Wilhelmum comitem à Montfurt, eiusq; fratrem Fridericū, Curiensem antistitem, circa annū 1250. in quo Curiensem episcopū cœpit, & Eberhardus dominus ab Aspermōt interfectus est, ad Balczers. Secundum, aduersus comites à Tokhenburg: in quo bello Tigurinos habuerat auxiliatores, & illorum ope Vczenberg castrū Tokenburgensium ad lacum Tigurinum positum expugnauerat. Tertium gessit aduersus dominos à Regensperg, qui prope Tigurum incolebant: in quo Tigurini quoq; fida auxilia præstabant. Quartū gessit contra Gotofridū comitem Habsburgensem hoc nomine primū, ex cognomento à Rhynfelda & Lauffenburgo, cognatum suum. causa erat Kiburgensis comitatus, quē sibi quoq;, vel fratribus, ob nouercam de Kiburgensi stirpe descēdentem, vendicabat. Quintū contra Waltherū episcopum Argentoratensem, dominū à Geroltzekh. Sextum diuturnū illi bellum fuit cū Henrico Basiliensi episcopo, Vdalrici comitis à Walschneuburga fratre: quod durauit ab anno Dom. 1262, vsque ad annum 1271: quo in castris degens, Cęsar ab Imperii electoribus appellatur. causa belli fuerat Brisacum & Neuburga Rheni, quę ad se pertinere episcopus contendebat. In hoc bello cum esset depopulatus valles amplissimas, Munstertal, Granvvald, Klingen, & Beningē, ad postremum Basileam quoque obsederat, circa annum 1271. In qua obsidione nuncius illi de electione adfertur, vltimo Septemb. Et sic finis bello est impositus: episcopus noningentas marcas argenti ob deuastata Blodelshaym, Otmarsen & Rhynfelden, soluere nouo regi coactus erat: & ciues Rudolphum Aquisgranum ad coronam de more percipiendam comitati sunt, anno 1274. Gessit & bella in Imperio constitutus, Bohemicum aduersus Ottocharum regem Bohemiæ, pro ducatu Austriæ ac Styriæ: in quo victor bis cæso hoste, & ad postremum occiso, filios suos Rudolphum & Albertum in Austriæ ducatum inseruit: id quod vltimo 2. Decadis lib. ad fidem rerum sumus prosecuturi. Secundum in Imperio constitutus gessit, aduersus Rudolphum episcopum Constant. qui filius fuerat Wernheri quarti Habsburgæ comitis à Lauffenberga: qui auxilio habebat Tigurinos, Vri & Schuitensem vallem. quod bellum Alberto filio Austriæ duci, & Rudolpho filio Sueuiæ duci, ante diem rebus humanis exemptus reliquit. Qui vsi ducibus Hugone comite Werdenbergēsi, & Eglone à Dokenburg comite, itemq; Kiburgensibus comitibus cognatis suis, Tigurinos diu multumq; adflixerant. Tertium admini-

ministrauit Burgundicum, Basiliensi episcopo auxiliatus, cui Brundrut è manibus Burgundi eripuit, & Melancastrum destruxerat. ab eo in Sabaudiensem arma transtulit, qui Burgundo suppetias tulerat. Quem auxilio Bernatium ac Friburgensium Vchtlandiæ, quos in societatem belli exciuerat, multo tempore adflixit. Quartum illi bellum fuerat aduersus Bernates circa annum Domini 1287: in quo Bernam obsedit cum 30. hominum milib. & obsidionem in annum vsq; 1289. extraxit, sed re infecta soluere illam cogitur. Quintum & vltimum illi fuit aduersus quendam, qui se Fridericum secundum Cæsarem, amissum apud Nussiam Rheni, finxerat, ac præstigiis suis aliquot comites ciuitatesque Rheni ad se traxerat. hoc nullo pene labore perfecit, Nussia obsessa, & malefico inde ad ignis supplicium 10 extracto.

GENEALOGIA LANDGRAVIOrum de Nellenburg.

1 BVRCARDVS comes à Veringen, primus Landgrauius à Nellenburg, ex comitissa Burgundiæ progenuit Epponem & Dietburgim, Hugobaldi comitis à Dullingen coniugem.

2 EPPO Landgrauius, ex Hedvvige de Schuabenhaym tres filios progenuit, Eberhardum Landgrauium, Vttonem archiepiscopũ Treuirensem, qui sedit anno 1156. Eberhardum abbatem diuitis Augiæ, vulgo Reichnavv, qui Romę fuit captus apud S. Dominicum, 20 & Pontificis opera iterum liberatus, ac ad gubernacula Augustani episcopii vocatus: in itinere, antequam illi subiret, mortuus.

3 EBERHARDVS Landgrauius, qui legitur concessisse Ioanni dapifero de Waldburg, partem comitatus Truchburg in Algouia: author monasterii XII Apostolorũ apud Schafhusium. progenuit autem ex Itha comitissa Tubingensi Burcardum, Albanum, & Cunradum, Landgrauios.

4 CHVNRADVS, progenuit Fridericum episcopum Constantiensem, suæ stirpis vltimum, floruit anno 1390.

GENEALOGIA LANDGRAVIORVM DE Kleghavv, comitum de Lentzburg, vnde comites de Kussamberg & Sulcz defluxere.

30

1 RVDOLPHVS & Arnoldus, comites de Lentzburg, citantur in literis de anno 1120. Quo tempore & Gebhardus comes à Sulcz reperitur.

2 IOANNES, floruit anno 1380, qui Vrsulam Ioannis vltimi comitis Habsburgensis filiam duxerat coniugem.

3 IOANNES secundus, reliquit vnicam filiam comiti a Sulcz nuptam: ratione cuius matrimonii comites à Sulcz, landgrauii de Kleghau inaugurati sunt. Quorum floruit Alevvicus, anno Salutis nostræ 1140. Hermannus præterea comes à Sulcz Heluetiæ præfuit, nomine Austriæ principum: qui cum Basiliensibus bellum gessit, interfectus postremo ab 40 Heluetiis anno 1408. Cæterorum conditoria cernuntur in monasterio Nigræ syluæ Algerspach, huius prosapiæ fundatione. Porro comitum a Sulcz prosapiam, atque eius genealogiam, nondum consequi potuimus.

RVDOLPHVS, circa annum millesimum & quadringentesimum, egit iudicem cameræ Imperialis apud Rotvvillam.

IOANNES, comes a Sulcz, floruit anno 1480.

RVDOLPHVS comes à Sulcz, iudex cameræ Imperialis apud Rotvvillam 1510.

RVDOLPHVS comes à Sulcz, nostra viuit tempestate.

GENEALOGIA LANDGRAVIORVM DE STVlingen & Bar, vnde comites à Furstenberg & Freyburg defluxerunt: qui in Nigra sylua adhuc possident Kynczgertall, Wolfach, Haßlach, Husen, Loffingen, Neustat: & duo monasteria, quæ fundarunt, Tennebach & Fridenvviler. Habent & ad fontes Danubii dominium Wartenberg, Donneschingen, Neidingen cœnobium, familiæ istius fundationem & conditorium, & in Rhætia dominium Hayligenperg.

50

1 EGON, comes à Furstenberg, sub Carolo magno floruit.

2 N. Incerti nominis comes a Furstenberg, legitur primo ludo Martiali interfuisse, quod Henricus primus Imperator in Saxonia celebrauit, & ad illum cum sexaginta equitibus comparuisse: tam potens vel tunc illa prosapia extitit.

3 Otto, comes de Stulingen citatur in literis de anno incarnationis Domini millesimo centesimo vigesimo.

4 Egon, hoc nomine secundus in prosapia ista, in matrimonio habuit Berchtoldi postremi ducis de Zaringen filiam Agnetem, & ratione illius coniugii, Friburgum, & partem Brisgoniæ consecutus est. Cuius filii diuiserunt stemma in comites à Furstenberg, & comites a Freyburg.

5 Egon tertius in diuisione cum fratre landgrauiatum sortitus est, & Furstẽbergensem comitatum: fratri Cunoni Friburgo & Brisgouię landgrauiatu promissis. Floruere vero anno Redemptionis humanæ 1200. Et Egon quidem ex baronissa de Neiffen Cunradum procreauit, Cuno vero Egonem quartum.

6 Egon, quartus hoc nomine comes Friburgẽsis & landgrauius Brisgouię, qui Tambach cœnobium in Nigra sylua exorsus est, circa annum Salutis 1236. Egonem quintum procreauit, vnde comites Friburgenses recte descendere dignoscũtur. Quo tempore landgrauiatum Stulingẽsem administrauerat Cunradus, qui ex Sophia comitissa de Hohenzolern Cunradum secundum progenuerat. floruit circa annum Salutis 1240. à quo comites Furstenbergenses, qui adhuc supersunt, originem ducunt.

7 Cvnradvs secundus hoc nomine in familia ista, Cunradi primi filius, fratres habuit Henricum & Egonem sextum, qui stirpem sustinuit. progenuit autem Fridericum & Egonem septimum. Quorum Fridericus citatur à Rudolpho Habsburgense Cæsare in diplomatibus.

8 Egon quintus comes Friburgensis, Egonis quarti natus, ex Adelhaide à Nyffen baronissa Cunonem secundum tulit. Porro contra Egonem Friburgenses, detrectãtes domino obsequium, rebellarunt: qui tamen bonorum virorum intercessione domino reconciliati fuere. floruit circa annum incarnationis Domini 1293.

9 Henricvs, comes a Furstenberg, Landgrauius de Stulingen, Cunradi primi filius, & secundi frater germanus, à Rudolpho Cæsare Habsburgensi illo in bello Basiliensi spõsor datus erat, circa annum 1273. Possederat castrum Vrach, quod iam in ditione Vuirtenbergensi superest, vnde comites Vracenses rite defluere dignoscuntur: de quibus suo loco seorsim dicemus.

10 Egon sextus, Cunradi primi filius, secundi & Henrici frater germanus, comes de Furstenberg, & Landgrauius a Stulingen, ex Catharina de Landenberg, Ioannem, Cunradum tertium & Sigismundum filios procreauit. Quorum Ioannes Lotharingam vxorem habuit: Sigismundus quoque interfuisse hastiludio, siue equestri ludo legitur, qui apud palatium Ingelheym celebratus fuerat, anno Domini 1337.

11 Cvno secũdus, Comes à Friburg, & landgrauius Brisgouiæ, cognatus Hẽrici, Cunradi & Egonis sexti, filius Egonis quinti, ex Sophia comitissa a Zolern, Egonem septimum tulit. Is vero ex Catharina de Liechtenberg Cunradum quartum progenuit.

12 Chvnradvs tertius, comes à Furstenberg, & Landgrauius a Stulingen, filius Egonis sexti, ex baronissa de Signau Egonem octauum & Fridericum primum tulit.

13 Chvnradvs quartus isto nomine in stirpe, comes à Friburg, & Lãdgrauius Brisgouiæ, filius Egonis septimi, duas habuit coniuges: primam ducissam Lotharingiæ, alteram baronissam de Signau. ex quibus progenuit Fridericum secundum, & Egonem nonum, comites de Friburg.

14 Fridericvs primus, filius Chunradi tertii, comes de Furstenberg, & Landgrauius à Stulingen, ex Anna comitissa de Susenberg filiam vnicam procreauit, Annam palatino a Tubingen nuptam.

15 Egon octauus isto nomine, frater germanus Friderici primi, filius Cũradi tertii, comitis a Furstenberg, & landgrauii de Stulingen, ex filia comitis Wolfgangi à Neuburgo, circa annum Domini 1368, Ioannem secundum & Egonem decimum progenuit.

16 Fridericvs secundus in stirpe ista, comes a Friburg, & Landgrauius Brisgouiæ, Chunradi quatri filius, ex Anna comitissa a Susenberg, Fridericum tertium & Egonem vndecimum procreauit. fertur & alteram habuisse coniugem, comitissam a Signau.

17 Egon nonus in domo ista, frater germanus Friderici secundi, & filius Chunradi IV, comes de Friburgo ex comitissa de Walischneuburg Chunradum V suscepit. ab hoc primũ defecerunt Friburgenses: quos in bello iuuerunt Basilienses, Brisacenses, Neuburgense, & Kenezingenses: & castrũ Friburg destruxerũt, & postremo parta victoria de comite, eiusq; auxiliatoribus, præsule Argentinenti comite de Isemburg, & Gerhardo domino ab Endingen, eo adegerunt Egonem, vt acceptis viginti marcis argenti, Friburgum libertate donare, & loco illius dominii emere Baden vviler cogeretur.

18 Chvn-

18 CHVNRADVS quintus, filius Egonis noni, comes de Friburg, & Badenvviler, vendito iam Friburgo, rerum in dominio Badenvviler potiebatur. Iuuit Rudolphū Habsburgensem nondum Cæsarem, in bello Strasburgensi, vna cum Chunrado comite a Welischneuburga, socero suo. Ex cuius filia tulit Egonem vndecimum. Is vero Ioannem reliquit, moriturq; anno incarnationis Domini 1385.

IOANNES vero postremus comitum Friburgensium, hostis effectus Austriacis circa annum Salutis humanæ 1488. iuuit Bernates & Basilienses, & cum his obsedit Rhynfeldē. Habuit sororem, quam Rudolpho marchioni a Baden collocauerat. Qui mortuo sororio sine filiis, successit in omnes pene Friburgensium di[tio]nes, videlicet Landgrauiatum 10 Brisgaudiæ, comitatum Susemberg, comitatum Rœtel, & dominium Badenvviler. Nam paulo ante Friburgensis comitatus venditus ab EGONE [n]ono, postea circa annum Domini 1368. ab Imperio Austriæ principibus beneficio co[nces]sus fuit. Quocirca in hanc vsque diem & FRIBVRGVM ciuitas, & magna Brisgaudiæ portio Austriæ principibus paret, cum non minimam in ea ipsa prouincia & marchiones Baden ditionem vsurpent.

19 IOANNES secundus, vel tertius hoc nomine in nobili stemmate, comes à Furstenberg, & Landgrauius in Stulingen & Bar, Egonis octaui filius, cum ex comitissa de sancto Georgio Hungara nullam prolem tulisset, interficitur ab Heluetiis, cum Lupoldo Austriaco, apud Sempach, anno incarnationis Domini 1386.

20 20 EGON decimus, Ioannis superioris frater germanus, & filius Egonis octaui, comes à Furstenberg, & Landgrauius in Stulingensis, ex Magdalena de Staffl baronissa tres filios & vnicam filiam progenuit, videlicet Egonem duodecimum, Henricum tertium, & Cunradum sextum. filiam autem Chunrado comiti a Kirchperg nuptit.

21 EGON, duodecimus hoc nomine in prosapia ista, Egonis superioris numero decimi filius, sine liberis decessit, anno Domini 1460.

22 HENRICVS hoc nomine tertius, comes à Furstenberg, & Landgrauius in Bar & Stulingen, Egonis duodecimi frater germanus, & decimi filius, qui sedem ditionis in Wolfach habebat, dux militaris Maximiliani Cæsaris, interficitur ab Heluetiis prope Basileam ad Dornach castrum, quod Maximiliani Cæsaris ac Austriæ principibus [illegible]

30 23 CHVNRADVS sextus, frater germanus EGONIS duodecimi, & Henrici tertii, comes a Furstenberg, & Landgrauius de Stulingen, ex comitissa de Marsch Rhæta progenuit HENRICVM quartum, Wolfgangum, & vnam filiam nuptam comiti de Sunneberg.

24 HENRICVS quartus, & Wolfgangus, ambo Chunradi sexti filii fuere. quorum Wolfgangus ex comitissa de Salinis & Brunfels, Wilhelmum & Fridericum quartum procreauit, qui adhuc superest, quo hæc scribo tempore. Wilhelmus vero, qui Galliæ regis subinde partes sequebatur, obiit.

25 FRIDERICVS quartus hac appellatione, ex baronissa à Motesperg tulit filios & Egonem in obsidione Metensi mortuum, anno 1552.

40 *GENEALOGIA COMITVM, PRINCIPVM ET ducum ab Altorf ac Rauenspurg: vnde Bauariæ, ac demum Brunschuigii Luneburgiq; in Saxonia duces defluxerunt. Quæ familia in insignibus aureum leonem vsurpabat, in clypeo rubro. qua ornamenta, Vincarum in Sueuia monasterio, ipsorum fundationi, mansere: cum Brunsuicenses, posteritas horum principum, duplici hodie leone tali vtantur.*

1 WARINVS, sub CAROLO Martello rege Franciæ inter comites recensetur, qui se apud Sueuos Francis opposuerant. Is cum Ruothardo fratre, S. Othmarum beati Galli abbatem cœperunt. id quod insidiis Sidonii Constantiensis episcopi factum, Annales memorant, circa annum 760.

2 ISEMBARDVS, sub Pipino Francorum rege genuit filium Welphonem, & Berchtam filiam, vxorem Ortonis comitis à Buchorn, qui fundauit cellam, S. Pantaleonis. Porro vxor Isembardi Irmengardis, prima fundamenta cœnobii Vinearum iecit.

3 VVELPHO, vel, vt Latine exprimam, Catulus, quem Guelphum Itali vocant, forte quod pro catulo expositus fuerit, vt trita fabula tenet. Cuius filiam Iuditham, forma & moribus pulcherrimam, Ludouicus Pius Caroli magni filius sibi coniunxerat, matrē Lotharii, Ludouici secundi, & Caroli secundi, Francorum regum. Habebat vero Welpho fratres Rudolphum & Chunradum, & a suo nomine posteri omnes Welphones ab Altorf nominari cœpti sunt. Ipse obiit anno Salutis 870.

4 ETHICO, Welphonis filius, autor cœnobii Amergavv in Bauaria, vbi multa prædia impetrauerat à sororio suo Ludouico Pio. Progenuit vero tres liberos, Henricum, Babonem submersum in mari Danico, & Luitgardim vxorem Ludouici secundi Francorum & Boiariæ regis. sepelitur in Amergavv.

5 HENRICVS Ethiconis filius, ex Beata comitissa ab Hohenvvard Bauara, suscepit liberos: beatum Chunradum Constantiensem præsulem, qui magnam Altorfensis comitatus partem, quanta videlicet sibi in diuisione cesserat, Episcopio legauit: RVDOLPHVM comitem, & Ethiconem: qui electus episcopus Augustanus, obiit anno 988. CHVNRADVS vero sanctus Constantiensis præsul, obiit imperante Ottone secundo, anno Domini 976. 10

6 RVDOLPHVS, hoc nomine secundus in gente illa, ex Itha Chnnonis comitis de Onyngen ad lacum Brigantinum filia, tres filios suscepit: Richardum, Welphonem secundum, & Henricum secundum, qui in venatione damarum circa Leuiunum Athesinæ prouinciæ, saxo è summis alpibus descendente interierat.

7 WELPHO secundus hoc nomine, Rudolphi secundi filius, ex Imissa comitissa à Gleisperg Bauara tulit Welphonem tertium Carnorum ducem, & Chunizam desponsatā Azoni Italiæ marchioni Estensi. vnde Welpho quartus prodiit, Boiariæ dux. Sunt qui & hunc Welphonem extitisse Boiariæ ducem tradant. Is est, qui primus monachos Benedictinę professionis ex Altacho Bauariæ sumptos, ad Vineas auitam maiorum fundationem traduxit: & viceuersa moniales ex Vineis, Altachum transtulit. 20

8 WELPHO tertius, dux Carinthiæ & marchio Veronensis ab Imperio designatus, obiit iuuenis in castro Bodmen, sepultus in Vineis. Is cœnobium sancti Martini Altorfensem in monticulum proximum transtulit: & ex arce propria, quæ conflagrarat anno Domini 1053. Abbatiam fecit, ac primus Vinearum illi nomen indidit, vulgo Weingarten / anno currente 1094.

9 WELPHO quartus, Azonis Estensis in Italia marchionis, ex sorore Welphonis tertii Chuniza nomine filius, ab Henrico quarto Imperatore dux Boiariæ creatus, duxit in vxorem Iuditham, Balduini regis Angliæ & comitis Flandriæ filiam. ex qua progenuit Hēricum ducem Bauariæ, & Welphonem quintum comitem ab Altorf. ipse profectus in expeditione Christianorum principum in terram sanctam, obiit in reditu, in insula Cypro. 30 cuius cadauer, vna cum portiuncula sanguinis Domini, in cœnobio familiæ quod ad Vineas vocatur, Rauensburgo oppido proximum, deponitur. Porro Azonis marchionis meminit sub HENRICO quarto, Lambertus chronographus: Interea rex Henricus Mathildam comitissam ad colloquium euocauit, eamque precibus & pollicitationibus oneratam ad Papam transmisit, & cum ea socerum suam, filiumque eius Azonem etiam marchionem.

10 WELPHO quintus, comes ab Altorf, Henrici ducis Bauariæ cognomento Superbi frater germanus, & quarti Welphonis filius, Vinearum cœnobio, vbi conditus cernitur, cellam diui Pantaleonis subiecit, circa annum 1130.

11 WELPHO sextus, Henrici ducis Bauariæ filius, & frater Henrici ducis Bauariæ, quē Chunradus III. Imp. proscriptum ducatu Bauariæ priuauerat: celebrauit Tiguri in vogtia Sueuiæ sibi tum subiecta ludos Martiales, siue Troianos, anno 1160. dedit dono Vinearum monasterio Pergen & Wiler. Habuit tres sorores. Iuditham, desponsatam Friderico comiti de Hohenstauffen, primo suæ stirpis Sueuiæ duci: Sophiam, primo Berchtoldo Zaringiæ duci, & exinde viduam Lupoldo Styriæ marchioni nuptā: & Wulphildim, Rudolphi Brigantini comitis vxorem. 40

12 WELPHO septimus, sexti filius, ex comitissa de Kalvv Welphonem octauum procreauit, qui ob nauatam fidelem operam Friderico primo, ducatum Spoletinum & Tusciç in Italia consecutus est. Gessit atrox bellum cum Hugone palatino Tubingensi, ob materna bona, quod hæc comitis Brigantini filia ac Hugonis palatini soror fuisset. In quo bello 50 vna cum auxiliatoribus ac belli sociis, Berchtoldo duce Zaringensi, & episcopis Augustano, Argentoratensi & Wormaciensi, victus succubuit. Cuius historiæ meminit etiam Vrspergensis chronographus.

13 WELPHO octauus, septimi filius, obiit sine liberis in Italia peste, dum Friderici primi castra sequitur, cui etiam maiorem partem ditionum suarum legauerat. sepelitur in Vinearum cœnobio, in sacello sancti Osualdi, in crypta propria subterranea.

14 HENRICVS quartus hoc nomine in stirpe, cognomento Leo, forte ab insignib. familiæ, vel propter magnanimitatem, Henrici II. cognomento Superbi ducis Bauariæ filius, exul cum patre apud Angliæ regem, ducatū Bauariæ à Friderico primo Barbarossa iterū rece-

recepit: & ab eodem rursus eo exuitur. Itaq; in Saxonia aliquot vrbes ditionemq; amplam ex ducatu Saxoniæ, quem pater habuerat, vix retinuit, à quibus posteri duces Brunsvvigii & Luneburgi appellati sunt. Habuit patruum Eberhardum Babenbergensem episcopum, qui obiit anno 1172. Progenuerat vero ex Saxona marchionissa tres liberos: Ottonē quartum Imperatorem, Henricum Rheni palatinum, & Wilhelmum comitem Luneburgensem, ac dominum Brunsuicensem.

15 OTTO, Henrici quarti filius, primus vel comes vel dux Brunsvvigii, duas habuit coniuges: primam, Mariam Brabantiæ ducis filiam: & alteram, Beatricem Philippi Cæsaris filiam. Eligitur Cæsar contra Philippum, anno 1198. retinuitq; imperiū, Philippo paulo post 10 à palatino de Witelspach interfecto. Vincitur à Philippo Franciæ rege, priuaturq; imperio à Pontifice: ad quod Fridericus secundus, Philippi Cæsaris ex fratre nepos, postulatur, vnanimi procerum Germaniæ consensu.

16 HENRICVS quintus, in coniugio habuit Agnetem, Chunradi postremi Rheni palatini filiam: propter quam & palatinus Rheni à fratre Otthone Cæsare creatur. Reliquit vnicam filiam Agnetem, quam OTTO Bauariæ dux stirpis Scyrensis coniugem duxerat, palatinatumque in suam familiam transtulerat, in qua in hunc vsque diem fœliciter vertitur.

17 WILHELMVS, comes seu dux Brunsvvigii & Luneburgi, ex Helena Waldemari Daniæ regis nata, Otthonem secundum procreauit.

20 18 OTTO, secundus hoc nomine in familia ista, primus Brunsvvigii & Luneburgi dux creatus à Friderico primo, ex Mechtilde filia Alberti Brādeburgensis marchionis procreauit multos liberos: videlicet Otthonem episcopum Hildesianum, Chunradum episcopum Werdensem, Albertum cognomento Magnum ducem Brunsvvicensem, Ioannem ducē Brunsvvicensem & Luneburgensem. Filiæ, Mechtildis Alberto duci Saxoniæ electori, Helena Henrico comiti ab Anhalt, Adelhaidis Henrico Landgrauio Thuringiæ, qui in Romanorum erat regem electus: Agnes WENCESLAO duci Rugilandiæ, & ELISABETH WILHELMO Holandiæ comiti, qui in Romanorum regem sublimatus fuerat, nuptæ fuere.

19 IOANNES, Otthonis secundi filius, habuit duas vxores: Wilhelmi Holandiæ comi-30 tis, qui in Cæsarem electus fuerat, filiam: & Agnetem, Holsatiæ ducis natam, ex quibus suscepit Otthonem tertium, Ioannem Episcopum Mindensem, Ludouicum archiepiscopum Magdeburgensem, Helenam vxorem comitis de Oldenburg, Mechtildem coniugē Henrici domini Wandalorum, Agnetem Gonvvyno comiti in Hamerslieben, & Elisabetam Chunrado domino in Warmgerod locatas.

20 ALBERTVS cognomento Magnus, Ioannis frater germanus, & Otthonis secundi filius, duas habuit in coniugio: primam, Elisabetam Brabantinā de stirpe S. Elisabetę descendentem, ex qua non consecutus est prolem. secundam postea duxit Alexiā, Ferrariæ marchionis filiam, ex qua multos liberos procreauit, videlicet Henricum cognomento Mirabilem, ducem de Eynbekh: Wilhelmum, qui puer obierat: Albertum secundum, cogno-40 mento Pinguem: & filiam Mechtildem.

21 OTTO tertius, filius Ioannis primi, ex Mechtilde Ludouici Rheni palatini & Mechtildis Rudolphi Cæsaris natæ filia; Wilhelmum secundum procreauit. Qui Wilhelmus quatuor habuerat coniuges: primam, Mariam de Maiorica: secundam, Sophiam reginam Suetiæ: Hesecam, comitissam de Rauenspurg: & Agnetem, comitissam ab Anhalt. Ex quibus duas filias procreauit, Agnetem Otthoni Saxoniæ duci, & Mechtildem Ludouico duci Brunsvvicensi consanguineo, locatas.

22 HENRICVS septimus, cognomento Mirabilis, Alberti Magni filius, dux de Eynbekh, ex Agnete filia Alberti Landgrauii Thuringiæ, procreauit Henricum octauum, & Ernestum. Quorum Henricus reliquerat ex duabus vxoribus, filia Waldemari postremi 50 marchionis Brandeburgensis, & altera Maria Cypri regis nata, tres filios: Otthonem quartum, & Balthasarem, ambos duces de Grubenhage. & Melchiorem episcopum. Ernestus vero ex Agnete Henrici comitis ab Eberstayn filia, Fridericum, Albertum tertium, Otthonem sextum, & Ernestum secundum, præpositum in Eymbekh, progenuerat. Ex quorum numero Fridericus dominus in Osterrode Otthonem quendam procreauerat, ex Elisabeta baronissa de Haymburg.

23 ALBERTVS secundus, ex cognomine Pinguis, dux de Brunsvvig & Gottingen, ex Rixa domini Wandalorum filia multos liberos procreauit: videlicet Magnum, Ernestum comitem de Gottingen, Otthonem quintum cognomento Liberalem, WILHELMVM tertium, Albertum episcopum Halberstatensem, Henricum præsulē Hildeshaymensem, &

Ioannem magistrum Prussiæ. Quorum Otto ex cognomento Liberalis, cum duas habuisset vxores, Agnetem Brandenburgensem, & Iutham Thuringam, Ottonem Monoculum appellatum filium reliquit, vulgo dictum der Hertzog ober wald. Qui quidem ex Agnete Alberti Thuringiæ Landgrauii filia nullam prolem genuerat.

24 ALBERTVS tertius, Henrici Mirabilis filius, ex Sophia Wenceslai postremi ducis Saxoniæ veteris familiæ, Ericum filium tulit, dominum in Eymbekhe: qui ex Elisabeta Ottonis Brunsuicensis Oberwald nuncupati, a late patente ditione, Henricum nonum ducem de Grubenhage, & Albertum quartum suscepit.

25 ERNESTVS tertius hoc nomine, Alberti Pinguis filius, ex Elisabeta ducis de Sagano in Silesiis nata, Ottonem sextum cognomento Malum progenuit. Et is ex Margaretha ducis de Monte filia, Wilhelmum quartum, Ottonem septimum, & filiam Elisabetam reliquit. Quorum WILHELMVS coniugem habuit Elisabetam comitissam ab Henneberg, vulgo appellatus dux de Wolfbüttel. OTTO vero, qui dux ober wald vnd an der Jen cognominabatur, ex MARGARETHA Otthonis ducis Meclaburgensis filia, Otthonem octauum, submersum in fluuio, & Mechtildem vxorem comitis de Waldekh, progenuerat.

26 MAGNVS, frater Ernesti, filius & ipse Alberti Pinguis, ex cognomento Senior, qui Luneburgensem ducatum possidebat, ex Agnete filia marchionis de Landsperg procreauit Magnum secundum, ex cognomento Iuniorem: Ludouicum secundum, & Albertum episcopum Bremensem. Quorum Ludouicus propter vxorem, quæ filia fuerat Wilhelmi ducis de Brunsuigo, ducatum Brunsuicensem Luneburgensi coniunxerat: sed obiit sine prôle.

27 ERICVS hoc nomine primus, Alberti tertii filius, vulgo dux de Grubenhage & Embekhe vocatus, ex Elisabeta Otthonis Mali ex cognomento, numero sexti, nata, Henricum decimum, & Albertum quintum progenuit. Quorum Henricus ex Margaretha ducis de Sagano in Silesiis filia, Henricum vndecimum reliquit, & Otthonem nonum. Albertus vero ex Elissa comitis à Waldekh nata, Ericum secundum, & Arnestum quartum genuerat. Henricus porro vndecimus ob vxorem Ioannam factus rex Neapolitanus, progenuit Walthasarem comitem fundi in Apulia, & Melchiorem episcopum Osnaburgensem in Westphalia. Dicitur is Henricus vndecimus habuisse & secundam coniugem, Cypri regis filiam.

28 MAGNVS hoc nomine secundus, ex cognomento Iunior, senioris videlicet Magni filius, dux in Luneburgo & Brunsuiga sui temporis potentiss. in stirpe: ex Catharina Waldemari vltimi marchionis Brandeburgē. antiquioris familiæ, quatuor filios & quinque filias suscepit: videlicet Bernbardum 1. Henricum duodecimum, Fridericum tertium, Otthonem episcopum Werdensem. Quorum Fridericus eligitur in Romanorum regem in Friglara oppido, sed mox interficitur. Qui ex Anna Wenczeslai ducis Saxoniæ duas filias procreauit, quarum Anna Friderico Austriæ duci Tyrolis possessori nupsit, Sigismundi ducis mater: & Elisabeta Gunthero comiti à Schwarzenburg collocata est.

29 BERNHARDVS hoc nomine primus in stemmate isto, filius Magni iunioris, dux Luneburgi, ex Margaretha Wenczeslai Saxoniæ ducis nata Bernhardum secundum, Fridericum quartum, & Otthonem vndecimum produxit: & vnam filiam Catharinam, coniugem Cazimiri ducis Steuinensis. Quorum Bernhardus post administrationem Hildesiani episcopatus, vxorem duxit Mechtildem filiam comitis à Schomburg: sed obiit iuuenis, & nullam prolem reliquit. Otto quoque vndecimus vulgo nominatus der Hertzog von der Hayd vnd Zell, ex Elisabeta comitissa ab Eberstayn, nullā prolem tulit. At Fridericus quartus, frater amborum, ex Magdalena Friderici Burggrauii Norimbergensis nata Otthonem duodecimum, & Henricum tredecimum edidit. Quorum rursus Otto ex Anna comitissa de Naussau Henricum decimumquartum progenuerat, quæ post obitum mariti comiti de Kaczenellenbogen nupsit. Henricus vero decimustertius, vulgo vocatus der Hertzog von der Hayd, ex Margaretha filia Ernesti ducis Saxoniæ, sorore Friderici electoris, duces Luneburgenses progenuit, quos ætas nostra habet: videlicet Otthonem, Ernestum, & Franciscum, qui Claram à Lawenberg in coniugio habet. Obiit Henricus ille decimustertius anno Domini 1532.

30 HENRICVS duodecimus hoc nomine in familia, Magni iunioris filius, & Bernhardi primi frater germanus, dux & possessor Brunsuicensis ditionis, duas coniuges habuit: primam Sophiam, ducis appellati in Bard & Wolfgast F. ex qua Wilhelmum antiquum, & Catharinam suscepit. post hunc duxit Margaretham Landgrauiam Thuringiæ, sororem Otthonis Monoculi, ex qua Henricum Pacificum tulit. Quorum Henricus Pacificus ex Hele-

Helena Cleuensi vnicam filiam Margaretham procreauit, nuptam comiti de Henneberg, septem filiorum matrem.

31 WILHELMVS, hoc nomine quintus in ista stirpe, ex cognomento Antiquus, Henrici duodecimi filius, dux in Brunsvveig. & dominus in Grubenhage, Embeckh, Gottingē, & Wolffenbuttel. Is ex Cecilia, Friderici Brandeburgensis de stirpe Burggrauiorum, F. duos filios progenuit, videlicet WILHELMVM sextū, & FRIDERICVM quintum. Qui cum tres habuisset coniuges, tamen sine hærede obiit: videlicet, Erici ducis de Embeckhe filiam: secundam, viduam Alberti ducis Bauariæ: & tertiam, filiam comitis de Redperg.

10 32 WILHELMVS sextus hoc nomine, quinti filius, dux de Hanoffer vulgo nominatus, ex Elisabeta comitissa à Stollburg progenuit Henricum decimumquintū, & duos Ericos, duces appellatos de Gottingen: quorum alter habuit filiam Alberti ducis Saxoniæ, Georgii & Friderici sororem, relictam viduam Sigismundi ducis Austriæ: quiq; obiit nostro seculo plenus annorum Haganoæ, in comitiis, anno 1540. Filia porro Wilhelmi, Landgrauio Hassiæ nupsit: quæ tres illi filios peperit.

33 HENRICVS decimusquintus hoc nomine in stirpe ista, ex cognomento Malus, & Dux supra sylvam, vulgo der Hertzog vber wald vocatus, & Bey der leen. Is ex Margaretha Boxalui ducis Pomeraniæ genuit Henricum decimumsextum, qui adhuc in humanis est: Ericum commendatorem Brussiæ, Christophorum archipræsulē Bremensem, Franciscū 20 episcopum Mindensem, Georgium præpositum Coloniensem, & Catharinam coniugem ducis magni de Levvenburg.

34 HENRICVS, decimus sextus hoc nomine in nobili stemmate, progenuit Carolum Victorem, Philippum, Iulium, & Catharinam coniugem marchionis Ioannis à Brandeburg: qui omnes nostra ætate aduersam sunt fortunam experti. Quippe Henricus senior à Philippo Landgrauio Hassiæ captus, diu in custodia fuerat. Cuius filii anno Domini 1553. in prœlio, quod pater & Mauritius Saxoniæ elector aduersus Albertum iuniorem Brandeburgensem, pro retinenda communi Germanici nominis libertate gessere, occubuerunt.

30

GENEALOGIA COMITVM SVEVIAE à Bamberg, vnde Sueuiæ Duces quidam, Austriaq; & marchiones & duces defluxerunt.

1 HENRICVS, comes à Bamberga, origine ac ditione Francus, ex Baba Henrici Aucupis Cæsaris sorore, & Ottonis Saxoniæ ducis ex cognomento Magni filia, duos filios procreauit: Reynboldum, interfectum à Chunrado duce Franconiæ, fratre Ludouici Carolingorum vltimi Cæsaris: & Adalbertum, qui Chunradum ducem Franconiæ in acie occidit: vocatus propterea in crimen, ac dolo perfidiaq; Hattonis Moguntini antistitis traditus, à Ludouico Cæsare Carolingorū postremo apud Moguntiacum capite adficitur. Cuius historiæ meminere Otto Frisingensis, qui ex hac nobili stirpe descenderat, libro Chro-40 nicorum 6. cap. 15. & Abbas Vrspergius.

2 ADALBERTVS, Henrici superioris comitis Babenbergensis filius, quem diximus capite plexum fuisse à Ludouico Cæsare Arnolphi filio apud Moguntiacum, ob interfectū Chunradum Franconiæ ducem, dolis eductum e castro Babenberga ab Hattone Moguntino præsule, & Ludouico Cæsari traditum: quam historiam enarrant, Luitprandus Ticinensis lib. gestorum per Europam 2. cap. 3. & Otto Frisingen. cap. 15. libro sexto Chronicorum.

Is ADALBERTVS vltimus suæ stirpis Babenbergæ castri comitatusque possessor (nam postea in fiscum redactus, Imperatoriam mensam sustinebat, quem Henricus Clau-50 dus deniq; episcopatui consecrauerat) ex Richardi, filia Henrici primi ex cognomēto Aucupis, qui postea Cæsar fuerat, item Othonis primi Imper. germana, tres filios procreauit: Luipoldum videlicet, Orientalem in finibus Pannoniæ comitem, Arnoldi Mali ex cognomento Boiariæ ducis patrē (vnde comites Scyrenses à Bogen, Hohenvvard & Abensperg, ortos, libro superiori ostendimus) Berchtoldum Venusiæ præfectum, & Luipoldum primum suæ stirpis Austriæ marchionem.

3 BERCHTOLDVS, Venusiæ præfectus, Adalberti comitis filius primus, exul patria, bonis paternis iam cōfiscatis, Ottonis primi beneficio, cuius erat ex sorore nepos, agros aliquot in Sueuia accepit. translatus inde in Italiam, cum belli scientia emineret, præfecturam meruit: & ex Gerbirge Lotharingiæ ducis filia, Albertum secundum, eiusq; fratrem Hen-

rieum marchiones Austriæ, Ernestum ducem Sueuiæ, & archiepiscopū Treuirensem Popponem produxit.

4 LVPOLDVS, Berchtoldi frater germanus, & Adalberti Babenbergensis comitis filius primus, marchio Austriæ ab Ottone tertio constituitur, aduersus Hungarorum incursiones, Noricum, totamq; adeo Germaniam defensurus. Quem eo euentu marchiam illam meruisse, Lupoldus sextus princeps Austriæ in suis Annalibus à me repertis, refert, vt verbis illius vtar: Primus itaque terræ huius nostræ, quæ Austria est, marchio fuit Luipoldus primus, eorum qui nobis notitia claruerunt: à quo tota series progenitorum nostrorū vsq; ad hæc tempora nostra, varijs atq; præclaris decorata virtutibus deducitur. Qui quomodo terram hanc obtinuerit, sic accepimus: Dum adolescens die quadam in venatione per auia secutus fuisset Imperatorem, qui tunc temporis Remp. Romanorum administrabat, solus scilicet solum, & ille feram percussurus, arcum fortius attrahens comminuisset, iuuenis arcum suum (vt erat contractus) manibus cunctantis promptissime inseruit: sicq; princeps percussa fera, super alacritate adolescentis delectatus, sub autoritate regia promisit ei terrā, quam sibi proxime vacare contingeret, ipsiq; competeret. atq; pro memoria & confirmatione promissi, quia nullus interfuit, dedit arcum contritū. Non multo post tempore, mortuo marchione Austriæ, quum multi procerū, quisq; pro se instarent Imperatori, prorumpens in medium iuuenis, cum attestatione fracti arcus, regalis promissionis petiit exequutionem. Cui princeps, nihil moratus, industriam suam commemorans, auctoritate regia traditam marchiam confirmauit. Ipse autem terram hanc cum multo comitatu adiens, castrum munitissimum in monte nostro situm, quod homo potentissimus nomine Stillotenebat, magna vi cœpit atq; destruxit: ibiq; canonicos duodecim, ne videlicet aliqua in eo restaurari munitio posset, instituit. Mons enim idem, qui modo corrupto nomine dicitur Mellich, à quo fluuius præterfluens denominatus est, antiquitus Meadilecta, propter opportunitatem situs, vocabatur. Sicque omni terra potitus, multis annis per successores suos, nostros videlicet maiores, marchiam suam strenue tuebatur, & dilatauit. hæc Annales. Porro idem LVPOLDVS circa annum Domini 994. Otthone tertio imperante, vocatus à Beronoardo præsule Wirtzburgense, ad sancti KILIANI natalem celebrandum, vt vnus ex proceribus Francorum, in venatione telo errante occiditur, nulla post se prole relicta.

5 ALBERTVS secundus, Berchtoldi filius, Lupoldo primo marchioni substituitur. Qui ex Adelhaide coniuge Lupoldum secundum progenuit, quartum ducē Austriæ: pro quo, antequam adoleuerat, gubernauit Austriam Henricus Alberti frater germanus, tertius marchio. Porro Albertum multi annales primum faciunt Austriæ, siue Orientalē marchionem: quibus etiam consentire videtur Otto Frisingensis, libro Chronicorum sexto, capite decimoquinto.

6 HENRICVS, Alberti marchionis superioris, & Popponis Treuirorum præsulis frater germanus, Lupoldo Alberti filio adhuc puero datus tutor, Austriam imperante Henrico Claudo gubernauit. à quo etiam bello petitus, ob contumaciam, marcha exactus, fratruelem Lupoldum habuit successorem. Sub hoc marchione S. Colomannus Scotiæ princeps peregrinaturus in terram sanctam, apud Stokherauv Austriæ pagum ab incolis capitur, & martyrio coronatur. Cuius reliquiæ cognitis miraculis in monasterio Melicensi, quæ & principum tum regia fuerat, deponuntur, vbi adhuc hodie venerantur. Idq; factum est circa annum Verbi incarnati 1012. Is ex Suandehilde cōiuge duos filios procreauit, Albertum tertium, & Sighardum, marchiones: sepelitur in Medelico cœnobio.

7 ERNESTVS, frater germanus Alberti & Henrici marchionum Austriæ, ac Popponis Archiepiscopi, ab Ottone tertio Sueuiæ constituitur dux, Hermanno vltimo duce sine liberis extincto. Is Giselam coniugem habebat, ex stirpe Caroli magni natam: ex qua Hermannum & Ernestum filios procreauit, Sueuiæ principes. Quæ viduata postea Chunrado secundo Cæsari cognomento Saliquo nupsit. Meminit historiæ illius Otto Frisingen. libr. Chron. 6. cap. 28.

8 LVPOLDVS secundus, Alberti secundi natus, patruo Henrico ex Austria pulso, quartus iam suæ stirpis marchio ab Henrico Claudo imperatore constituitur. Qui Petrum legitimum Hungariæ regem, mortuo S. Stephano, aduersus Ouonem quendam tyrannū, iussus ab Imperatore, restituit. Idem ex Richarda, vel secundum alios Agnete Stytiæ comitissa, Ernestum filium reliquit: quem tamen alii fratrem extitisse autumant. Moritur apud palatium Ingelhaym ad Rhenum, in ipsis Henrici tertii nuptiis, anno 1040. sepeliturq; Treuiris, a Poppone archiepiscopo patruo. Cuius historiam plenius lege apud Otthonem Frising. lib. 6. Chron. cap. 32.

9 ERNESTVS tertius hoc nomine in nobili stirpe, & in marcha Austriæ quintus ordine princeps, filius Alberti tertii, & Henrici nepos, ex cognomento Romani Imperii miles. cui Henricus quartus aduocatiam episcopatuum Laureacensis, Iuuauiensis, & Patauiensis contulit, & alia quædam, ob præclara gesta aduersus Hungaros, priuilegia concessit: quibus adhuc gaudent Austriaci principes. Impetrauit præterea ab Imperio quadraginta regalia prædia in campis Marcomanorum: & auxilio profectus Henrico quarto aduersus Saxonas bellum gerente, in acie fortiter ibidem oppetiit, anno Salutis nostræ 1075. Qui ex Mechtilde coniuge, cum qua sepultus cernitur in Melicensi conditorio, duos filios genuit: Lupoldum quartum, & Albertum quartum. tulit & filiam Veretram, Ottocaro primo Styriæ principi nuptam: & aliam Iuditham, quæ virgo mansit. Habuit præterea idem Ernestus fratrem germanum Lupoldum tertium, cui vxor fuerat filia Ottochari primi Styriæ principis, Frovviczana nomine: & sororem germanam Hemã, Rapontis comitis ab Hohenvvard in Bauaria coniugem.

10 LVPOLDVS, quartus hoc nomine in familia, marchio Orientalis siue Austriæ sextus: de quo fabulose Aonales memorant, quod cum vxore fratris Alberti adulterium commiserit. Is reduxit Salomonem exulem regem in Hungariam: pro limitibus cum Chunrado Morauiæ marchione bello certauit: profectusq; in Asiam cum Gotofredo Boloniensi, aliisq; Germaniæ ac Galliæ proceribus, ipsaque coniuge etiam Itha, Henrici quarti sorore, ibidem diem suum obiit, anno Salutis 1096.

ITHA vxore quarto post mariti obitum anno Constantinopoli quoque decedente, vt scribit nepos illius Otto Frisingen. ex qua filios reliquit, & filias: videlicet, Popponem præsulem Treuirensem, Albertum quintum, & diuum Lupoldum. Quorum sorores, prima nupserat Chũrado Hirtuto Ratisponensi comiti, secunda Sigehardo Ratisponensi comiti, ex cognomento Scharshach, tertia Ottocharo secundo Styriç marchioni, quarta Hildburgis nomine Boroffovvo Bohemiæ comiti: quinta Alberto comiti Bogensi, vnde comites de la Arcu processerunt, qui ad Athesis vicinam adhuc tenent: sexta Lupoldo Morauiæ marchioni, & septima cuidam nobili de Staynpis.

11 LVPOLDVS quintus hoc nomine in familia, & in Austria marchio septimus, ob vitæ continentiam & illustria quæ secuta sunt eius obitum miracula, inter sanctos Dei relatus, author amplissimi ac ditissimi cœnobii Neuburgensis in Austria. Qui ex Agnete Henrici quarti filia, vidua FRIDERICI ab Hohenstaufen ducis Sueuiæ, Chunradique tertii Rom. Imperatoris matre, progenuit multos liberos vtriusque sexus: videlicet Chunradum Salisburgensem archiepiscopum: Ottonem Frisingensem præsulem, doctum hominem, & sui seculi chronographum: Albertum marchionem Austriæ, cui Belæ Hungariæ regis filia nupta fuerat: Ernestum marchionem, cui Saxoniæ ducis filia coniuncta extiterat: Lupoldum ducem Bauariæ, & Henricum primum Austriæ ducem: filiarum Berchta Henrico Ratisponensi Burggrauio, Gueta marchioni de Monte Ferrato, Gertrudis Vladislao Bohemiæ duci, Agnes Bolislao Poloniæ duci, & Elisabeta Landgrauio Saxoniæ, nuptæ fuerunt.

12 HENRICVS hoc nomine primus in stirpe, sancti Lupoldi filius minimus natu, fratribus pene omnibus superstes, ex duce Boiariæ primus Austriæ dux ab Friderico primo Cæsare apud Ratisponam creatus, duas habuit in matrimonio: primam, Gertrudim Lotharii ducis Saxoniæ, & postea Imperatoris filiam, Henrici Superbi ducis Bauariæ expulsi viduam, ratione cuius Bauariæ ducatum ab Imperio acceperat: secundam postea duxit Theodoram, Emanuelis Græcorum Cæsaris filiam. Ex qua filios duos procreauit, & vnam filiam: videlicet Lupoldum sextum, ex cognomento Virtuosum: Henricum secundum, ex cognomento de Medlinga, qui ex filia regis Bohemiæ Henricum tertium ex cognomẽto de Medlinga, qui cum Landgrauia Thuringensi Norimbergæ magno ambitu nuptias celebrauerat, Henrico sexto imperante. Filia vero Agnes nomine, Stephano Hungariæ regi nupserat.

13 LVPOLDVS sextus, ex cognomento Virtuosus, qui ob præclara gesta in Asia, expugnatamq; Ptolemaidem noua insignia meruit, feudaq; multorum comitatuũ Austriæ vicinorũ ab Imperio, videlicet Butensis, Peilstaynensis, Machlandiæ, Trasamæ. Duas habuit coniuges: primam, Helenam Gaisæ regis Hungariæ filiam: secundam, Henrici sexti Cæsaris sororem. ex quibus procreauit duos filios Lupoldum Honorabilem, & Fridericũ, qui obierat in expeditione Asiatica, cum ex marchionissa à Vogburg nullam prolem reliquisset. Filiarum vero Agnes Ottocharo Styriæ duci primo, secunda Saxoniæ duci, & tertia comiti Bogensi nuptæ fuerunt.

34 LVPOLDVS septimus, ex cognomento Honorabilis, author cœnobii Campililiorum in Austria, qui in Sarracenis ex Italia profligandis operam nauauit, Damiatæq; recuperandæ interfuerat, atq; vt Fridericus secundus eligeretur in Cæsarem, idemq; Pontifici fulmine sacro ictus reconciliaretur, intercessor extitit. ex Theodora Alexii Cæsaris Constantinopolitani cognata progenuit Lupoldum, Henricum, & Fridericum bellicosum, suæ stirpis postremum. Filias quoq; genuerat, Constantiā Henrico Misnensi Marchioni, Gertrudim Landgrauio Thuringiæ, Agnetem Saxoniæ duci, & Margaretham Henrico Apuliæ regi Henrici sexti Imperatoris filio, & deinde secundis nuptiis collocatam Ottocharo regi Bohemiæ, Primislai regis filio. ratione cuius matrimonii Ottocharus Austriæ posterius, deficiente stirpe, dux fuerat. 10

15 HENRICVS tertius, vel secundum quosdam quartus, ex cognomento Crudelis, dux quoq; de Metlinga appellatus, ex Landgrauia Thuringiæ tres filias procreauit: Agnetem, Vdalrici Carinthiæ ducis coniugem: Mariam, vxorem Stephani ducis de Sagrabia Hungari: & Gertrudim, Hermanno Badensi marchioni nuptam. vnde processere Fridericus dux Austriæ, Neapoli cum Cunradino postremo Sueuiæ duce insidiis Galliæ regis capite plexus, & Elisabeta Maynhardo Tyrolensi comiti nupta: vnde Elisabeta altera nata est, Alberti Habsburgensis, Rudolphi Cæsaris filii, coniunx, cuius matrimonii ergo Habsburgenses comites in duces Austriæ inaugurati fuere.

16 FRIDERICVS, secundus hoc nomine in stirpe, ex cognomento Bellicosus, stirpis nobilissimæ postremus, frater germanus Henrici tertii, & Lupoldi septimi filius, à Friderico secundo Imperatore ob merita in Romanum Imperium, cum ipsius, tum vero maiorum suorum, rex Austriæ primus: & cum Imperio obsequium detrectaret, pulsus ditione, cum gratiam meruisset, archidux Austriæ idem primus creatus, ad Nouam ciuitatem in prœlio cum Bela Hungariæ rege commisso victor occubuit, & ex tribus vxoribus (quarum prima fuerat Belæ Hungariæ regis neptis, secunda Otthonis Meraniæ ducis filia, & tertia ducissa Brunsvvigii) nullam prolem reliquit. Cuius sarcophagus in Ciuitate noua Austriæ, in templo cathedrali cernitur. Adiecit porro is comitatum Gussingensem Hungariæ ditioni ademptum. Ceperat etiam Vdalricum Carinthię ducem, Bohemię regi aduersus Austriacos auxilio profectum cum trecentis equitibus. Quem captum in castro Starcz, magnaque vi pecuniæ mulctatum, postea dimiserat. Hæc de nobilissima prosapia comitum a Bamberga Sueuorum, breuiter atque succincte huic de Sueuorum gente libro hoc inserere voluimus, quæ fusius atq; distinctius vltimo secundæ Decadis libro, vbi ex professo de gente Austriacorum tractamus, elaborata candidus lector reperiet. 30

Cæterum hic non possum præterire, quod historiam de Alberto comite Babenbergēse apud Moguntiacum à Ludouico Arnolphi Cæsaris filio capite adsecto, non aliter quam cæteri Chronographi, Ioannes Auentinus reperit libro quarto historiæ Boiaricæ in hæc verba, quæ non grauabor subscribere: Nam in Francia antiqua (inquit) proceres mutuis vulneribus in se sæuiebant: in Lotharingia trans Rhenum, incendia, rapinas, cædes agitabant. Rudolphus Wirceziburgensis episcopus, & Albertus, Adelhardus, Henricus, fratres, filii Henrici, qui Babenbergæ habitabant, discordia perniciosa digladiabantur: leuiculam sane atq; pudendam ob causam, nempe de claritate generis, opumque magnitudine, ferro decertabant. 40

Albertus cum fratribus & Francorum valida manu aduersus Rudolphum, hostili animo de Babenberga in aciem procedit. Nec segniores Eberhardus & Gebhardus Hassi & Catti fratres episcopi germano suppetias ferunt: irruentem temere Albertum fortiter pugna excipiunt, ferro aciem perrumpunt, militem Alberti sternunt, Heynrichum pugna occidunt, Adelhardum viuum capiunt. Is paulo post iussu Gebhardi, securi percutitur. Eberhardus quoq; multis vulneribus in prœlio confossus, inter cadauera semianimis inuentus, domumq; a suis deportatus, breui animam efflat. Albertus, qui fuga elapsus fuerat, reparatis copiis, Rudolphum Wirceziburgensem pellit: opes, prædia episcopi diripit, incendit, colonos interficit: Eberhardi filios oppidis, castellis spoliat: vltra Herciniæ particulam quæ Speshart vocatur, relegat: omnia cæde, incendiis, rapinis complet. Contra hæc Chunradus Hassorum præses, Fritesslariæ copias equitū cogit. frater eius Gebhardus in pago Franciæ antiquæ, quæ Wederau dicitur, aduersus Albertum armatus considet. Albertus ex Babenberga, antequam vires illi iungerent, cum suis prosilit, seq; Gebhardum petere simulabat. moxq; iter & arma in Chunradum conuertit, eundem imparatum occupat, vulneribusq; multis confossum neci dedit, tertio Calendas Martii. cæteros in fugam vertit, interfugiendum ipsos prosternit. inde per tres continuos dies, regionem, omnia ferro, flamma 50

crude-

crudelissime depopulatur: cum maxima præda, atq; cum sociis, post hæc Babenbergam se confert. Et subdit, loquens de vico Moguntino Tribuaria: Ibi Alberto (inquit) dies dictus, quo venire recusauit. Ludouicus eum Terassiæ in agro Babenbergensi circũsessione claudit. Cumq; obsidio longius opinione traheretur, & fames vrgere obsessos inciperet, Albertus ad fraudem conuersus, deditionem simulare statuit. Vbi solita obsidione periculo exemptus, quod copiæ, quæ tum facile cogi rursus non possent, dissipatæ forent: se demum omnia latrociniis, cæde, flamma, ferro, igne deuastaturum, aduersarios perdomiturum, decernit. Supplex igitur in castra venit, veniam præteritorum orat. Verum Egino, qui eius intimus fuerat, ab ipso ad Ludouicum salute proposita deficit: vniuersa consilia prodit.

Quamobrem Albertus communi optimatum sententia, manibus post terga reuinctis, spectante vniuerso exercitu, securi percutitur. 5. Id Septemb. Terassiæ sepultus, opes eius ac præda in fiscum relata.

GENEALOGIA COMITVM A VERINGEN IN Sueuia Rhætica, qui sanguine Tilligensibus erant iuncti. Cæterum huius nobilis prosapiæ fuerat & diuus Wolfgangus Ratisponensis præsul, qui fugiens ciuile bellum, exortum inter Otthonem secundum Imper. & Henricum ducem Boariæ ex cognomento Rixosum, concessit in exilium sua sponte, atque in Noricis alpibus templum ac domunculam extruxit, quæ & hodie religiose colitur, haud procul à Salisburgo. Fuit de hoc genere & Hermannus Contractus, chronographus sui temporis celeberrimus: cuius frater Menegoldus comes à Veringen, Gregorium septimum pontificem max. ad conuentum publicum iussu Imperatoris deduxit. Adscribitur denique huic prosapiæ Bruno episcopus Metensis, Alberti comitis filius, Henricho quarto imperante.

1 NOTTINGVS, vel Nottingerus, episcopus Constantiensis, floruit & obiit Anno salutis humanæ 935. Cuius exequias, vt cognati, fertur beatus Vdalricus celebrasse.

2 WOLFRADVS, cum Hiltrude coniuge, prima initia posuit Isnensis cœnobii, quod dapiferi à Waldburg postea locupletarunt. Habuit sororem Irmengardim, quæ & ipsa Menegoldum progenuit, sepultum in Isna. Porro vxor Wolfradi diu post mariti obitum superuixit, sepulta in Alleshausen prope Bibrach, anno incarnationis Domini 1069. Quæ marito Wolfrado quatuor pepererat filios: videlicet Wolfradum secundum, Luitboldum, Hermannum, & Menegoldum. Quorum Hermannus cognomento ob eue[illegible]n aduersæ valetudinis Contractus, poeta & astronomus, monachum apud S. Gallum egit. Zuitboldus vero frater, obiit anno 1040. Wolfradus, 1065.

3 MENEGOLDVS, Wolfradi quartus filius, fratribus superstes, cum vxore Lenthilde ad summam manum perduxit Isnense cœnobium. Obiit ipse anno incarnationis Domini 1104. vxor 1106. relictis duobus filiis, Wolfrado tertio & Walthero.

4 WOLFRAMVS, Wolfradi tertii filius, cum Berchta vxore comitissa ab Helfenstayn, floruit anno 1130.

5 WALTHERVS, qui legitur occisus ad Idungshaym, anno 1009. tribus relictis filiis, Menegoldo tertio, Henrico, & Vdalrico abbate S. Galli.

6 HENRICVS, Waltheri filius, in bello contra Hugonem palatinũ Tubingensem, Welphonis penultimi vexillifer fuit, vt Vrspergensis memoriæ mandauit, de anno incarnationis Domini 1160. Progenuit autem Henricum Argentoratensem episcopum, & Lambertum.

7 MENEGOLDVS tertius hoc nomine, cum Eberhardo, ab Henrico Constantiensi episcopo testis citatur in constructione cœnobii sancti Michaelis prope Vlmam, de anno 1188. cuius fortasse filia fuit Mechtildis comitissa Veringensis, abbatissa S. Crucis in Riedlinga.

8 HENRICVS, Constantiensis præsul, huius nobilissimi generis, renouauit castrum Dagenstayn, à Dagoberto quondam constructum, idque anno incarnationis Domini 1220.

9 HENRICVS, comes Veringensis, in antiquis diplomatibus citatur de anno Domini 1280.

10 WOLFRADVS & Henricus, comites hoc nomine, floruerunt anno Salutis nostræ 1320.

11 IOANNES, comes de Veringen, legitur interfuisse hastiludio, siue Martialibus ludis apud palatium Ingelhaym habitis, anno Dominicæ incarnationis 1337.

GENEALOGIA COMITVM A DILLINGEN ET Werdea, vnde comites Kiburgenses in Heluetiis, comites à Vayhingen & Achalm apud Virtungos defluxerunt. Horum insignia cælestina, mediante ex transuerso alba sectione, vtrinque duos aureos leones ascendentes complectebantur.

1 HARTMANNVS, comes de Dillingen, sub Carolo Martello Francorum maiore domus, in Annalibus inter comites Sueuiæ commemoratur: qui se Francis tum opposuerant, circa annum Domini 740.

2 RICHINVS, cum Hildegarde vxore, filioq; Hermanno, & filia Gertrude abbatissa in Werdea Sueuiæ, à Menegoldo comite de Kiburg, eiusq; coniuge Tuta, fundata apud S. Crucem. 10

3 HARTMANNVS, secundus hoc nomine, ex Hildegarde vxore Hugobaldum, Albertum, & Adalberonem Augustanum episcopum progenuit, Arnolpho imperante. Quorum Adalbero Ludouici vltimi erat morum formator, & præpositus Elvvangensis, antequam adhuc in præsulem eueheretur.

4 HVGOBALDVS primus, progenuit Hugobaldum secundum, & Albertum.

5 HVGOBALDVS secundus hoc nomine, ex Dietburge Burcardi primi Sueuiæ ducis filia, & Berchtæ Rudolphi Burgundiæ regis nata, progenuit Theobaldum, & beatum Vdalricum Augustanum episcopum, Menegoldum Werdensem, Burcardū Helffenstaynensem, & secundum alios Hartmannum primum Kiburgensem. Is Hugobaldus habuit germanum fratrem Burcardum secundum hoc nomine Sueuiæ ducem, qui in prœlio aduersus Hunnos secus Lycum amnem habito, sextam & septimam duxit legiones. 20

6 THEOBALDVS, Hugobaldi comitis filius, occisus ab Hungaris in prœlio. condidit arcem in Donavverda, & duos filios procreauit: Menegoldum primum comitem Kiburgensem, & Hartmannum quartum.

7 HVGOBALDVS tertius hoc nomine, comes Dillingensis, progenuit duos filios, Menegoldum tertium, & Adalbertum: & vnicam filiam Gunderadam, abbatissam in Werdea.

8 MENEGOLDVS tertius hoc nomine, comes in Werdea, ex Mechtilde comitissa à Schuabekh procreauit Menegoldum quartum, Werdeæ comitem. Cuius & filius hoc nomine vocatus est, vltimus Werdeæ comes: & Benedictam, coniugem palatini à Witelspach. Huius prosapiæ fuerat Ruggerus comes à Vahingen, episcopus Herbipolensis, anno 1117. 30

9 ADALBERTVS comes Dillingensis, frater Menegoldi tertii, filius Hugobaldi tertii, fundator cœnobii Kietzbemensis prope Hachstadium Danubii, circa annum Domini 1151. Is ex comitissa à Werdenberg procreauit Hugobaldum quartum, Vdalricum episcopum Constantiensem, qui beatum Chunradum de tumulo leuauit.

10 HVGOBALDVS quartus hoc nomine, Adalberti filius, progenuit filios Albertum, Vdalricum & Hartmannum quartum: quorum primi duo comites fuere in Acbalm. cuius stirpis postremus Albertus appellatus, ab Eberhardo Wirtenbergense bello victus, omnem pene ditionem amisit, circa annum Domini 1300. 40

11 HARTMANNVS quartus comes Dillingensis, Hugobaldi quarti filius, fundator Nereshaymensis cœnobii, procreauit tres filios, Hartmannum quintum, Albertum tertiū, & Vdalricum quartum, comites Dillingenses & de Werdea.

12 HARTMANNVS quintus nomine, quarti filius, fratrem habuit Albertum: & filium genuit Hartmannum sextum, fundatorem Medingensis cœnobii, patrem Hartmanni, episcopi modo.

13 HARTMANNVS sextus, legitur habitasse in Vahingo oppido Wirtenbergiæ: & in matrimonio habuisse Egidii comitis de Kelmuncz filiam, Williburgim nomine, ex qua tres filios suscepit, & duas filias: quorum Hartmannus septimus hoc nomine, fuit episcopus Augustanus, qui magnam partem comitatus vna cum Dillingensi oppido, episcopatui adiecit. Idem vna cum matre Vuillburgi castrum Seulingen conuertit in cœnobium sanctimonialium, vbi prædicta Vuilliburgis, interfectis patre & marito, residuum vitæ vidua trāsegit. Quippe cum Harrmannus sextus maritus Egidium socerum interfecisset, ab Henrico Treuirensi præsule locum tenente Imperii in interregno post mortem Chunradini, apud Treuirim publico iudicio condemnatus, capite affectus fuit, circa annum 1250. Porro filiarum HARTMANNI vna nupserat Vdalrico comiti ab Helfensteyn, mater LVDOVICI præpositi Augustani: altera vero locatur baroni cuidam ab Holensteyn, vnde Degen- 50

genhardus antistes Augustanus processit, qui sedit anno Salutis 1300. Praeterea filiorũ vnus Hartmanni, annos vix natus quatuordecim, à cane rabido morsus interiit. Vnde consternata iterum Williburgis mater, habitum monasticum induit, & primam egit abbatissam in Seuelingen prope Vlmam: quae obiit anno Domini 1281.

14 ALBERTVS quartus, & Ludouicus, filii Hartmãni sexti, fratres Hartmanni episcopi Augustani.

15 VDALRICVS quintus, postremus comes Dillingensis, ex Hedvvige comitissa ab Habsburg non tulit prolem. floruit anno 1337.

10 *GENEALOGIA COMITVM A KIBVRG, Wyntherthur, & Baden: qui & Alsatiae Landgrauii fuerant, comitum Dullingensium ac Veringensium cognati, & Habsburgis deniq; comitibus sanguine iuncti.*

1 HVCOBALDVS, comes à Dillingen & Witeslingen, ab Henrico primo, vel secundum alios Otthone primo, in Kiburgensi comitatu confirmatur. Habuit in matrimonio Dietburgim Burcardi primi ducis hoc nomine Sueuiae, natione Burgundi, filiam, neptem Rudolphi regis ac Caesaris, & Lotharii Caesaris proneptem, cum qua nuptias reperitur celebrasse in Veringen oppido. Erant porro huic Hugobaldo frater Adalbero, & filius beatus 20 Vdalricus, ambo Augustani antistites. Obiit autem Hugobaldus anno Salutis 908. sepultus in Nereshaym fundatione sua. Coniunx vero in pago Witeslingẽ, omnium communi matri terrae conditur. Reliquit praeterea praeter episcopum S. Vdalricum, & alios quatuor filios, vnde quatuor comitum familiae defluxerunt: videlicet Werdensium, Dillingensium, Kiburgensium, & Helffensteynensium. Progenuit & duas filias: Eleusinam, primam abbatissam sancti Stephani apud Augustam, & Luitgardim Burcardi secundi Sueuiae ducis coniugem. vnde processerunt Menegoldus comes, Reynoldus abbas primus S. Petri apud Augustam, postea factus episcopus Spirensis apud Nemetas: & Kunigundis monialis in Buchau. Filiorum vero BVRCARDVS sedem sortitus in Geislingen, primordia praebuit comitibus ab Helfensteyn. Menegoldus in Werdea Sueuiae regiam tenens, ad confluen-30 tes Danubii & Wercinũ amnium, comitum de Werdastemma propagauerat, progenitis duobus filiis, HVGOBALDO & MENECOLDO. THEOBALDVS porro mansit in Dillingen, Hermannus beneficio nactus Kiburgensem comitatum in Heluetiis, Landgrauius quoque ab Otthone primo in Alsatia constituitur. de quo, eiusq; semine, noster deinceps sermo erit.

2 HARTMANNVS, vel Hermannus, vnus filiorum Hugobaldi Dillingensis comitis, frater Theobaldi Dilligensis, Menegoldi Werdensis, & Burcardi Helfensteynensis, comes à Kiburg & Wyntherthur, Landgrauius Alsatiae, circa annũ Domini 980. fertur construxisse Hohenharstat arcem prope Colmariam, quondam Beobensteyn dictam. Progenuit filios Wolfradum & Menegoldum, comites Kiburgenses & Badenses, Albertum comitem in 40 Achalm, & Vdalricum comites in Gamartingen.

3 WOLFRADVS, legitur fundasse coenobium Rheni Augiam prope Schaffhusium, non procul à catarractis Rheni: sortitus cum fratre, Kiburgensem comitatum retinuerat.

4 MENECOLDVS Vvolfradi frater, Landgrauiatum Alsatiae beneficio ab Otthone tertio nactus, in diuisione cum fratre. Reliquit autem tres filios, Menegoldum, Kiburgensem comitem & Landgrauium Alsatiae, Eberhardum Constantiensem episcopum, & Vvaramannum ex monacho diuitis Augiae praesulem item Constantiensem. Quorũ Eberhardus secutus Henricum tertium Romam, cum Suiggerum episcopum is Babenbergensem Papam constitueret, & ab eo coronam acciperet, in ipsa solennitate obiit, sepultus in monte 50 S. Petri. ante quae tempora comitia apud Constantiam Henricus tertius magno ambitu celebrauerat.

5 MENECOLDVS comes Kiburgensis, & de Baden, ex Vvuria coniuge Vdalricum tulit.

6 HARTMANNVS secundus (dubium an Menegoldi vel Vdalrici filius extiterit) cinxit moenib. pagum Diessenhouen, haud procul à Schaffhusia. Reliquit tres filios, Hartmannum tertium, Vdalricum secundum, & Sigismundum. Quorum Vdalricus alterum Vdalricum progenuit, qui ex monacho Eynsidlensi factus fuerat episcopus Curiensis, author collegii Vvyntherthurensis.

7 SIGISMVNDVS Hartmanni secundi natus, tres liberos procreauit: Hermannum

& Hartmanni Kiburgensis, nec non Menegoldi Werdensis, atque Theobaldi Dillingensis: primum arcem Helfensteyn in faucibus montium construxit in his agris, quos in diuisione cum fratribus erat sortitus. Vnde & rite comites Helfensteynenses descenderunt. Is ex coniuge Luitgarde Adalberonem & Reginoldum filios progenuit, & Kunigundim monialem.

2 ADALBERO cum Reginoldo, siue Rheynholdo, Burcardi fuerunt filii.

3 MENEGOLDVS, vel Mangoldus, vnius ex superioribus filius.

4 PILICRINVS, cum Berchta vxore.

5 WOLFRADVS, cum Adelhaide coniuge.

10 6 WERNHERVS, cum filiis Hartmanno, Wilhelmo, & Gebehardo archiepiscopo Salisburgensi, fundatore episcopatus Gurcensis in Carinthia, & Admōtensis in Styria cœnobii, circa annum 1070.

7 MENEGOLDVS secundus, cuius filiam Wolfradus comes à Veringen vxorem habuerat circa annum redemptionis nostræ 1130. Circa hæc tempora in literis commemoratur & Wilhelmus comes ab Helphensteyn.

7 LVDOVICVS, ex filia Dietberti comitis à Winsperg, vnicam suæ stirpis & vltimā reliquerat filiam: quam duxit Berchtoldus dominus à Wynspurg, & in nomen familiamque Helfenstaynensium veterum successit.

9 BERCHTOLDVS & Vdalricus fratres germani, quorū primus in matrimonio ha-
20 buerat comitissam à Dokhenburg Curiensem: secundus vero citatur inter testes ab Hermanno episcopo Augustano, vltimo comite Dillingensi, de anno Domini 1250.

10 LVDOVICVS secundus, filius Berchtoldi ex comitissa à Dillingen, sorore Hartmanni episcopi Augustani, filia Williburgis Calmuncensis comitissæ, Seuelingensis fundatricis, procreauit Ludouicum tertium, præpositum Augustanum, qui floruit circa annum 1262.

11 VDALRICVS, frater germanus Berchtoldi superioris, qui vixerat circa annū 1228, alterum Vdalricum progenuit, & Williburgim vxorē Othonis postremi comitis de Pleien & Hardekh in Austria: quæ secundis nuptiis Berchtoldo à Rabensvvald burggrauiorum Magdeburgensium cognato se coniunxerat, vnde burggrauii Magdeburgenses comites
30 Hardecenses in Austria processere.

12 VDALRICVS tertius, secundi filius, ex comitissa Wirtenbergensi Vdalricum quartum procreauit, & Ludouicum tertium.

13 LVDOVICVS, hoc nomine tertius, Vdalrici tertii filius, & quarti frater germanus, ex marchionissa de Baden Vdalricum quintum tulit, & Degenhartum episcopum Augustanum, qui sederat circa annum Domini 1300. Quo tempore Chunradus à Wynsperg cognatus comitum ab Helfensteyn, Henrici septimi in Imperio, & pręcipue aduersus sediciosum Eberhardum Wirtenbergensem eomitem dux extiterat.

14 VDALRICVS quintus, Ludouici tertii filius, ex Adelhaide comitissa de Hohenloe progenuit Ioannem, Vdalricum sextum, Annam collocatam baroni à Wynsperg: &
40 Adelhaidem benefactricem cœnobii S. Michaelis Vlmæ, vbi & terræ conditur, anno Domini 1330.

15 VDALRICVS sextus, cognominatus Longus, quinti filius, ex comitissa ab Ottingē Ludouicum quartum tulit.

16 LVDOVICVS quartus hoc nomine in stirpe, ex comitissa ab Ottingen Vdalricum octauum suscepit: qui vixerat in aula Ludouici Rheni palatini, circa annum 1451. qui tres filias reliquit: quarum vna duci à Tekh, secunda Henrico libero à Rechperg, & tertia Beatrix nomine comiti à Schlusshlberg Norico, collocatæ fuere.

17 IOANNES filius Vdalrici sexti, vel frater, secundum quosdam, ex Margareta comitissa de Hohenloe, circa annum Domini 1348, Vdalricum septimum procreauit.

50 18 VDALRICVS septimus, Ioannis natus, ex Hungara quadam nomine Maria, ducis Bosnensis filia, Fridericum progenuit.

19 FRIDERICVS, ex Agnete baronissa de Wynsperg (cuius sepultura cernitur in Blavvbürensi cœnobio, anno 1361) tres filios procreauit, Ludouicum quintum, Vdalricum nonum, & Ioannem secundum canonicum Argentoratensem.

20 FRIDERICVS secundus hoc nomine, forte & ipse Friderici primi filius, duas habuit in matrimonio: alteram comitissam de Eberstein, & alteram Rudolphi comitis à Montfort filiam. Ex quibus tulit filios, Ludouicum sextum, Vdalricum decimum, Chunradum primum, Ernestum canonicum Augustensem, & Sibyllam abbatissam Tigurinensem ad diuam Regulam.

21 LVDOVICVS, hoc nomine nonus in isto genere, ex Elisabetha semper libera de Lympurg, ex Hohenbergensi marchionissa progenita, suscepit Ludouicum septimum, interfectum in seditione Rusticorum, circa annum millesimum DXXV. & Vdalricum vndecimum.

22 VDALRICVS, decimus hoc nomine, ex Margareta comitissa de Sunneberg procreauit Georgium nostra ætate Alsatiæ ac Brisgouiæ, nomine Austriæ principum, præfectum: & Sebastianum, & Rudolphum Musarum nostri seculi lumen. Qui dum hæc scribimus, in humanis fuere.

GENEALOGIA COMITVM DE ACHALM & Pfullingen, qui & ipsi à Dillingensibus descendebant.

10

1 ALBERTVS filius Hartmanni, hoc nomine quarti comitis Dillingensis, sub Othone secundo floruit. cuius vel frater, vel fratruelis fuerat beatus Wolfgangus Ratisponensis episcopus.

2 ALBERTVS postremus, circa annũ Domini 1300, bello petitus ab Eberhardo comite Wirtenbergensi, victus, ac in angustias redactus, stemma suũ nobile terminauit, agris cumitatus iam occupatis à Wirtenbergensibus, qui adhuc eosdem tenent.

GENEALOGIA COMITVM DE Werdea Sueuiæ, qui & ipsi à Dillingensibus profecti sunt.

20

1 MENEGOLDVS, filius quartus Hugobaldi Dillingensis comitis, ex Dietburgi, filia Burcardi hoc nomine primi Sueuiæ ducis, frater sancti Vdalrici Augustani præsulis, & Theobaldi Dillingensis, Hartmanni Kiburgensis, atque Burcardi Heluensteynensis, comitum.

2 MENEGOLDVS secundus hoc nomine, superioris filius, ex Mechtilde comitissa de Suabekh tulit tertium Menegoldum.

3 MENEGOLDVS tertius, secundi filius, habuit sororem Benedictam, palatini à Witelspach coniugem, & fuit suæ stirpis in Werdea postremus.

30

GENEALOGIA COMITVM AVRAcensium, vulgo de Vrach, vel Aurach.

1 LVPOLDVS, comes de Vrach & Achalm, inter comites commemoratur, qui in Sueuia Carolo Martello Francorum maiori domus se opposuerant, circa annum Domini DCC.XL.

2 RVGGERVS, Anshelmus, & Gebhardus factus ex abbate Frisingensi episcopus Spirensis, Henrico quinto imperante, circa annum Salutis 1108. Cuius fratres adhuc vixere anno currente 1136, vt in diplomatibus reperitur.

3 EGENO, comes de Vrach, sub Friderico primo Barbarossa floruit, qui ex filia Berchtoldi tertii Zaringiæ ducis, tulit quatuor filios: Ottonem & Engelscalcum comites Vracenses, Berchtuldum abbatem Lucernensem, & Chunradum episcopum Portuensem ac cardinalem titulo S. Ruffinæ. Porro Otto & Engelscalcus citantur in diplomatibus vetustis, de anno Domini 1177.

40

GENEALOGIA COMITVM DE GRVEningen, Asperg, Landavv & Wullnsteten.

1 LVDOVICVS, ex Agatha Hohenburgensi comitissa, Egonem tulit, alterum fundatorem S. Crucis Ryedlingæ Neccari.

2 EGON, superioris filius, reliquit tres filios: Hugonem, Hartmannum, & Egonem secundum: cuius soror Haylvvigildis abbatissam egit sanctæ Crucis Ryedlingensis cœnobii.

50

3 HARTMANNVS hoc nomine primus, alter filiorum Egonis, anno Domini 1208 floruit, cum vxore comitissa de Achalm. obiit in custodia, in arce Hohenaspern, anno Salutis 1280. reliquit Hartmannum alterum, & Adelhaidem filiam, quę reperitur vixisse circa annum 1300.

4 HARTMANNVS secundus, sepelitur ad S. Crucem Riedlingæ, cum coniuge Hedvvige, & filiis Chunrado, Eberhardo, & Ludouico parocho in Constat Neccari.

GENE-

GENEALOGIA COMITVM A Kalvv & Nagold.

1 LVPOLDVS, Henricum ex cognomēto Nigrum, qui post Cæsar fuerat, numero & nomine isto tertius, expositum & repertum adoprauerat, & pro suo filio educauerat.

2 ERLAFRIDVS comes à Kalvv & Nagolt, vna cum fratre Nottingo episcopo Vercellense, fundauit ditissimam abbatiam Hirschavv, quę adhuc superest in finibus Badensi & Wittenbergensis principatuum. Cuius basilica consecrata fuit anno Saluris 822.

3 HARDVIGVS, ex Biczela coniuge progenuit Hartmannum, Adalbertum, & Gebehardum episcopum Aichstetensem, qui Henrico tertio imperante Moguntię à cardina-10 libus electus fuerat in summū Pontificem, anno Salutis 1055. paulo ante mortem Henrici Imperatoris, & comitia Guslariensia. estq; in summo sacerdotio Victor appellatus, successitque Leoni nono, qui & ipse Germanus fuerat, eomes à Dagsberg in Alsatia. Sunt qui electum in Pontificem maximum tradunt, anno 1044.

4 HARTMANNVS, filius Hardvvigi, fratrem habuerat Victorem papam, qui ante Aichstetensis præsul fuerat.

5 ADALBERTVS, ex Wiltrude comitissa Habsburgense reliquit Adalbertum secundum: frater germanus Hardmanni comitis & Victoris papæ fuerat.

6 ADALBERTVS hoc nomine secundus, superioris Adalberti filius, floruit circa an-20 num 1075. qui ex Wilha ducissa Poloniæ, progenuit duos filios, & totidem filias: videlic Adalbertum tertium, Gotofredum: Irmengardim Rudolpho Bregantiæ comiti, & Itham Welphoni comiti ab Altorf collocatas.

7 ADALBERTVS tertius isto nomine in stirpe, ex comitissa Burgundiæ progenuit Adalbertum quartum, familiæ postremum.

8 GOTOFRIDVS, Adalberti secūdi filius, & tertii frater germanus, palatinus comes Sueuiæ creatus, ex Luitgarde filia Berchtoldi hoc nomine tertii Zaringię ducis, progenuit Itham, Welphoni sexto fratri ducis Bauariæ Henrici nuptam. Quæ cum Adalbertum patruum vita superasset, sui generis postrema, comitatum Kalvv in stemma Welphonum tradux it: pro quo cum Hugone Tubingensi palatino atrox ac diuturnum bellum Welpho-30 septimus, ex isto matrimonio procreatus, habuit. euius etiam Vrspergensis chronographus meminisse videtur, & in quo Welphoni suppetias venerant Berchtoldus dux Zaringiæ, & episcopi Augustanus, Spirensis & Argentoratensis. Palatinum vero iuuabant Fridericus Imperator 1. eomites ab Hohenstauffn, & Wittenbergenses.

GENEALOGIA COMITVM DE BAIBLINgen, Gmynd, & Hohenstauffen, quorum conditoria in Laurissensi cœnobio prope Gmundam Sueuiæ cernuntur.

1 FRIDERICVS baro, sub Henrico tertio, ex Himelgardi comitissa de Helfensteyn. fundatrice cœnobii sanctæ Fidei apud Selestadium, progenuit Fridericū primum comi-40 tem, ac suæ familiæ primum etiam Sueuiæ ducem, Lutoldum, & Ottonem Argentoratensem præsulem, qui matrem iuuit in fundatione Selestadiana cuius templum ad similitudinem sepulchri Dominici extruxerat. Ac Lutoldus quidem citatur in literis Styrię, ab Ottocaro secundo Styriæ marchione.

2 FRIDERICVS hoc nomine secundus, primo ex barone comes ab Henrico quarto creatus, mox gener ascitus, & postremo Sueuis dux datus: ex Agnete Henrici quarti Imperatoris filia procreauit tres filios, & quinque natas: videlicet Fridericum Monoculum ducem Sueuiæ, & Friderici Barbarossæ patrem: Fridericum ex cognomine Iuniorem, ducem de Rotenburg: & Chunradum, in Cæsarem electum post Lotharium, & Tertium cognominatum. Filiarum Lucia Cunrado Saxoniæ marchioni, Irmengardis duci Lunebur-50 gensi, Mechtildis Ladislao Bohemiæ regi, quarta Reynholdo cuidam comiti, & quinta Wilhelmo comiti nupserat.

3 CHVNRADVS Friderici secundi filius, eligitur in Cæsarem Romanorum contra Lotharium Saxonem, qui & mortuo Lothario imperium solus obtinuit. Is ex Gisela progenuit Fridericum tertium ducem Franconiæ, & Hericum ducem Sueuiæ: quorum vterque obiit sine prole.

4 FRIDERICVS ex cognomento Iunior, dux de Rotenburga, Chunradi Cæsaris & Friderici ducis Sueuiæ ex cognomento monoculi frater germanus, ditionem quandam in Franconia habuerat. de quo Otto Frising. scribens Friderici primi Cæsaris historiam, hæc obiter commemorat: Eodem tempore (loquitur vero de anno Domini 1167) Fride-

ricus Imperator reuerſus ad Ciſalpina,totam terram & vniuerſam ſubſtantiam Friderici de Rotenburg ducis ditiſſimi ac fidelis, in poſſeſſione prædiorum principis fratruelis ſui, hæreditaria poſſeſſione poſſedit.

5 FRIDERICVS hoc nomine tertius in proſapia, ſecũdi Friderici Sueuię ducis filius, cognomento Monoculus appellatus, dux Sueuiæ, in ducatu quoq; patri ſucceſſit. Qui ex duabus cõiugibus, comitiſſa a Zvvaybrukh & Salberg, ac Iuditha Henrici Welphonis cognomento Nigri ducis Bauariæ filia, duos filios tulit: videlicet Fridericum cognomento Barbaroſſam, Cæſarem Romanorum: Chunradum Rheni palatinum, qui interfuerat ludicro equeſtri, Colotiæ habito anno 1170. & tres filias, quarum vna duci Lotharingiæ, ſecunda duci Brabantiæ, tertia landgrauio Thuringiæ nupſerat. 10

6 FRIDERICVS quintus hoc nomine, filius tertii, in Imperatorẽ Romanorum electus, & ex cognomẽto Barbaroſſa appellatus, ex Beatrice comitiſſa Burgundiæ procreauit quinq; filios, & duas natas videlicet Henricum ſextum Cæſarem Rom. Philippum regem Romanorum, Fridericum ſextum ducem Sueuię, Chunradum ſecundum ducem Sueuię, Ottonem comitem Burgundiæ: Beatricem abbatiſſam in Quinteliburg: Sophiam Saxonię principi, & tertiam marchioni Montisferrati nuptas.

7 HENRICVS primus, qui poſtulatus in Imperatorem anno 1190, & in eo faſtigio conſtitutus ſexti nomenclaturam accepit. Qui ex Conſtantia regis Siciliæ filia, vnica regni hærede, tulit duos filios, Fridericum videlicet ſecundum Imperatorem, & Henricum in familia ſecundum ducem Sueuiæ. 20

8 FRIDERICVS hoc nomine ſeptimus, & in Imperii apice, ad quem poſtulatus fuerat, conſtitutus, ſecundus appellatus, filius Henrici ſexti Cæſaris & Siciliæ regis, rex Apuliæ, Siciliæ, Sardiniæ & Hieruſalem, ex multis coniugibus multos quoque filios progenuit: vtpote ex regina Angliæ Fridericum Tuſciæ ducem, Conſtantiam Ludouici Haſſiæ landgrauii, & Agnetem Chunradi Thuringiæ landgrauii, coniuges: ex filia regis Arragoniæ, Henricum Siciliæ regem, qui in matrimonio habuerat Margaretam Auſtriæ duciſſam, captus à patre ob ſuſpicionem ambiti regni, & qui in cuſtodia obierat anno 1232. Ex Ietha porro filia regis Hieroſolymitani, Chunradum procreauit hoc nomine quartum Romanorum regem, contra Wilhelmum Holandum electum, cuius filius Cunradinus à Caroleto Gallię principe, cum poſtremo Auſtriæ duce, capite apud Neapolim adſectus fuit. ipſe vero Chunradus rex à Manfredo fratre notho, veneno in clyſteri porrecto ſublatus eſt. Præterea ex regina Antiochiæ procreauerat filium Fridericum ex cognomine Scopum: ex Blanca marchioniſſa de Lanczen, pellice magis quam vxore, Manfredum tulit, Tarentinum principem, patris & fratrum interfectorem. Fertur & alias habuiſſe coniuges, duciſſam Meraniæ repudiatam, & Eliſabetham duciſſam Bauariæ. Tribuitur huic & Ruthenia de Meſſenhuſen, pellex. 30

9 CHVNRADVS tertius hoc nomine in ſtirpe, & in faſtigio Romani regni, ad quod contra Wilhelmum Holandiæ comitem vocatus fuerat, ſecundus, quem in Imperii conſequendis gubernaculis Wormacienſes & aliæ Germaniæ ciuitates cum ſingulari obſequio iuuerant, Chunradinum filium produxit. 40

10 CHVNRADINVS, ſuperioris Chunradi filius, vel ſecundum alios Henrici ſecundi Sueuiæ ducis, à Carolo duce Andegauenſe, & Vrbano papa quarto, dum paternũ regnum Siciliam atq; Apuliam armis tuetur, per inſidias captus, Capuæ vna cum Friderico poſtremo duce Auſtriæ Babenbergenſis ſtirpis decollatur.

11 MANFREDVS, nothus filius Friderici ſecundi, frater germanus Chunradi ſecundi Imperatoris, ex Blancha marchioniſſa genitus, primo patrem, deinde fratrem Chunradum regem veneno ſuſtulit. Reliquit vnicam filiam Conſtantiam, quam ſibi Petrus Arragoniæ rex coniunxerat: & ex ea Iacobum & Fridericum reges Arragoniæ ac Apuliæ, & Leonoram filiam tulit. Ratione cuius matrimonii regnum Neapolitanũ ac Siciliæ, quod à Nordmannis ad Sueuos per Conſtantiam quandam fuerat translatum (apud quos annus circiter vertebatur 76) rurſus per Conſtantiam à Sueuis ad Arragones peruenit: à quibus demum ad Auſtriæ principes deuolutum eſt. 50

GENEALOGIA COMITVM DE Albeck ſupra Vlmam.

1 WITIGOVIVS, cum Berchta vxore, cœnobium ſancti Michaelis Vlmæ, apud vicum Wengenſem fundauit, anno 1183.

2 BERENGERVS & Siboro, filii forſan Witigouii, ſepulti cernuntur in eodem ſancti Michaelis monaſterio, anno 1219.

5 WITIGOVIVS secundus, Sibotonis filius, sub Friderico secũdo floruit, cuius conditorium in eodem cœnobio cernitur.

GENEALOGIA COMITVM de Bibereck.

1 BERCHTOLDVS, Sigefridus, & Chunradus, fundatores Rokenburgensis cœnobii, cum Demutha comitiſſa à Zolern, vxore vnius, ibidem ſepeliuntur.

2 BERCHTOLDVS ſecũdus, cuius fortaſſe frater extitit Chuoradus trigeſimus octauus Curienſis epiſcopus, comes a Biberekh: qui S. Lucii cœnobium reformaſſe legitur, & ex Benedictinis feciſſe Præmonſtratenſes, circa aonum ſalutis noſtræ 1140.

GENEALOGIA COMITVM DE Schvvabekh & Balatshuſen.

1 SWIGGERVS comes de Balatshuſen in Saxonia, cum duxiſſet vltimam comitiſſam de Schuabekh in vxorem, Berchtam nomine, adeptus eſt comitatum veterem in tractu Burgouienſi ſitum. Et ex coniuge ſua procreauit tres filios: Svviggerum ſecundum præſulem Auguſtanum, qui anno Domini 1066, præpoſituram ſancti Petri Auguſtæ fundauerat: Chunradum comitem de Balatzhuſen, & Adelgoſum comitem de Svvabekh. Reliquit & filiam Mechuldem, quam coniugem ſibi aſciuit Menegoldus comes de Dillingen & Werdea.

2 CHVNRADVS, Svviggeri primi filius, comitatum Balatzhuſen in Saxonia gubernauit: & ex Richancza marchioniſſa Auſtriæ progenuit Hermannum poſtremum comitem de Balatzhuſen, & Chunradum epiſcopum Auguſtanum annu Salutis 1152.

3 ADELGOSSVS, Chũradi frater, comitatum de Svvabekh io Sueuia ſortitus, aduocatus inſtitutus eccleſiæ Auguſtanæ, reliquit poſt ſe filios Adelguſum ſecundum, & Svviggerum tertium, qui floruere annum circa Salutis humanæ 1156. Quorum primus aduocatiam Auguſtenſem acceperat, ſecundus in comitatu Svvabekh manſerat.

4 SWIGGERVS tertius, comes à Svvabekh, in Rhætia prima, ex comitiſſa de Wirelſpach Wernherum filium procreauit.

5 WERNHERVS primus, ex Richancza Welphonis filia, fundatrice cœnobii Ottelſteten tulit tres liberos, Wernherum ſecundum, Henricum, & Giſelam.

6 MENEGOLDVS vendidit caſtrũ Svvabekh Sigefrido epiſcopo Auguſtano, Rechpergenſis ſtirpis, circa annum 1208. pro quo duces Bauariæ bellum geſſere cum epiſcopatu, vſque ad annum 1190. & cum ſæpe vtrinq; obſideretur, tandem deſtruitur.

7 WERNHERVS, ſecundus ex Giſela coniuge, fundatrice Lauhingenſis monaſterii, cum prolem non haberet, caſtrum ſuum Vrſpergenſe commutauit in cœnobium Præmooſtratenſis ordinis, cui & comitatus prædia poſt mortem legauerat. Id factum eſt anno MCCXXX.

GENEALOGIA COMITVM DE Keſſelberg.

1 BONOSVS Tarentinus quiſpiam inſolitæ ſtaturæ, obſes datus Pipino regi, in Italia aduerſus Aiſtulphum regem Longobardorum bellum gerenti, à quo Marſilio Sueuorum duci, qui eum iuuerat, donatus, cum in Germania manere vellet, a Marſilio duce totum eum tractum dono accepit, qui à Bibraco Imperiali oppido ad lacum vſque Federſee extenditur. Cumque vxorem duxiſſet Montfortiam, cum ea fundamenta templi Buchouienſis locauit: in quibus aheoum vas auro argentoque plenum repererunt. In quo loco, vbi theſaurum illum inuenerant, caſtrum condidere, ab euentu inuenti ahenei vaſis Keſſelberg nomioatum.

2 BERO, Boooſi ex Montfortia filius, ex puella Bodmanica quatuor filios, & duas natas tulit: videlicet Clynguldum, Huſſoocm, Berdomarum, Tallatarium, Perſynnam & Berillioam.

3 TALLATARIVS, ex comitiſſa Hillemontana procreauit Gotofridum comitem de Keſſelberg, & Sylaeum fundatorem Ottenburenſem.

4 GOTOFRIDVS Tallatarii filius, ex comitiſſa Andecenſi Hattonem & Ottonem tulit.

5 OTTO, Gotofridi natus, vxorem duxit Adelindam, filiam Hiltebrandi Sueuorum ducis, ſororem Hildegardis, quæ fundauit Campodunenſe cœnobium, ex Regarda Boiarica natam. Ex qua ſuſcepit Berengarium, Reginoldum, Gerhardum, & Hattonem, ab

Hungaris in prælio interfectos, vt Rbegino prodidit. Vnde mater animi mœrore consumpta, in memoriam filiorum Buchouiense cœnobium construxit, pro dominabus liberis ac nobilibus, quibus facultas esset egredi cœnobium, & nubere. Vallem vero, in qua illud fundauerat, à planctu, Plankhentall nominauit: quod ibi lachrymas pro filiis effudisset. quæ & sepulta in Buchouia cernitur, & cuius festum quotannis cum Sportula celebratur, 28 Augusti.

GENEALOGIA COMITVM DE DRVCHBVRG & Dann, dominorum de Waldburg & Winterfleten, Sueuiæ ducatus, Imperiique Romanorum dapiferorum ac pincernarum, qui primis temporibus tres aureos pinus botros in cælestino clypeo gerebant: postea ducum quoque Sueuiæ insignia meruerunt, tres videlicet atros leones in aureo clypeo. Quæ familia in hodiernum vsque diem manet, comitum titulo non vtentes: dapiferi modo à Waldburg aliqui nuncupati, etsi comites à Drachpurg ab hoc stemmate separent. Horum late hodie patet ditio. In Sueuia quidem possident oppida Sulgavv, Mengavv, Waldsee, Schvvarczach, Wurczach, Fridberg, & comitatum Scher. In Algouia vero castra habent, Waldburg, Truchburg, Wolfekh, & Zyl.

1 GEBEHARDVS, à Rumulo quodam Sueuiæ duce legitur donatus Waldburgo castro, cũ eius esset dapifer, à quo & Druchburgo comitatu inuestitur, vltimo comite Theoderico sine prole mortuo.

2 BABO, sub Carolo Martello maiore domus Franciæ, inter comites & nobiles recensetur, qui se Francis in Sueuia opposuerant.

3 MANGOLDVS, vel Menegoldus, sub Carolo magno floruit.

4 HESSO, dapifer à Waldburg, dominus de Tann, & comes à Truchburg, aduocatus cœnobii Campidonensis instituitur ab abbate: postea in auxilium beati Vdalrici missus cum 50 equitibus, cum is aduersus Hungaros cum Ottone primo imperatore esset pugnaturus, ad Lechum flumen.

5 FRIDERICVS, dominus de Tann, dapifer à Waldburg, anno Domini 996, in quinto torneamento, siue ludo Martiali qui Brunsvvigii celebratus fuerat, interfuisse legitur.

6 WERNHERVS, comes de Tann, & dapifer à Waldburg, floruit sub Henrico V, anno Domini 1100. in Elbangensibus annalibus citatus: progenuit tres filios, Cunonem abbatem Wyngartensem, Fridericum & Gebhardum dapiferos de Waldburg.

7 ARNOLDVS, dominus de Tann, & pincerna de Wyntersteten, subscripsit fundationi Oxenhusensi, de anno Domini 1140. à quo pincernæ de Wynterstetten defluxere.

8 GEBHARDVS dapifer à Waldburg, in matrimonio habuerat Ellam comitissam de Rauenspurga.

9 FRIDERICVS, de Tanne dominus, occiditur in obsidione montis Falconis prope Witerbium, sub Henrico sexto, cuius & Vrspergensis mentionem facit.

10 EBERHARDVS & Chunradus, domini de Tanne, floruere circa eadem pene tempora: quorum primus se dapiferum de Waldburg, secundus pincernam de Wynterstetten scribebat.

11 WICHARDVS, dapifer de Waldburg, citatur in literis de anno 1200. Eodem tempore & Volhetum quendam reperio, de anno 1220.

12 HENRICVS, dapifer à Waldburg, filius Gebhardi, interfuit, cum Philippus rex, dux Sueuiæ, ab Ottone à Vuirtelspach occideretur Babenbergæ, & opposuit se interfectori pro rege, anno currente 1208. Is bellum gessit cum Henrico & Gotofrido dominis à Niffen, in quo hostes suos cæpit, ac de illis victoriam retulit, circa annum Salutis 1236.

13 HENRICVS secundus, prioris filius, profectus erat cum Chunradino vltimo Sueuiæ duce in Apuliam. Et cum is à Caroleto Franciæ regis fratre, cum quo pro Apuliæ ac Siciliæ regnis pugnabat, Neapoli capite truncaretur, annulum signatorium ab hero acceptum, ad socerum Petrum Arragoniæ regem detulit: à quo armis Sueuiæ, tribus videlicet leonibus in atro clypeo, adornatur, cum rex is ac posteri eius regna Siciliæ ac Apuliæ obtinuissent.

14 CHVNRADVS in præsulem Spirensem eligitur, anno Domini 1236.

15 EBERHARDVS, episcopus Constantiensis designatur, post Rudolphum Habsburgensem, anno 1270.

16 IOANNES, comitatum Truchburg ab Henrico comite à Veringen, & Eberhardo à Nellenburg redimens, totum suæ familiæ adiecit. Is ex Clara domina à Neiffen, quæ pro dote attulerat Vuolfekh & Vurczach dominia, Eberhardum procreauit. Floruit autem circa annum Salutis 1366.

17 EBERHARDVS, legitur in matrimonio habuisse comitissam de Cilia Styram, anno Salutis 1350.

18 OTTO, dapifer à Vualdburg, & aduocatus cœnobii Campidonensis: qui anno Domini 1350, cum veneno bufonis incuria coci cibis incocto, omnes monachi Isnenses cum abbate extincti fuissent, ex parocho Isnensi abbatem fecerat. Progenuit vero filios Henricum, Ottonem, & Eberhardum.

19 HENRICVS, Eberhardi filius, progenuit duos filios, Ottonem & Frikhonem. quorum Otto obiit 1376. Frikho vero circa annum 1369. Vernhero à Zimern vendidit Meskirch.

10 20 OTTO, vel Ottomarus, filius Ottonis primi, interficitur ab Heluetiis vna cũ Lupoldo Austrio ad Sempach, anno Domini 1386. qui paulo ante belli illius incendium, Lupoldo duci Austriæ mutuo dederat octo millia aureorum quæ & ipse mutuo ab Isnensibus acceperat, sub ea conditione, vt si non reuerteretur ex bello, libertate donati, cæteris oppidis ac ciuitatib. Imperialibus possent adscribi. id quod haud ita multo post euenit. Et sic Isna à Vualdburgensibus ad ius & ditionem Imperii venit.

21 EBERHARDVS hoc nomine quartus, Eberhardi tertii filius, ex Agnete ducissa à Tekh, cuius mater fuerat comitissa de Helfensteyn, procreauit Ioannem secundũ.

22 IOANNES secundus, præfectus Sueuiæ, quem Landuogtum nominant, fuit, quam præfecturam vna cum insignib. à maioribus suis acceperat. In matrimonio habuit 20 comitissam à Montfort. sunt qui illi tribuunt secundam coniugem ab Arnsperg.

23 IOANNES tertius, secundi fortasse filius, tres sortitus est coniuges: primam comitissam ab Habspurg: secundam comitissam Ciliensem diuitem, quæ illi tantum dotis attulit, vt posset emere, atq; oppignorata partim redimere, Vualsee, Riedlingen, Mengen, Sulgavu, Munderkyngen. Duxit & tertiam, Vrsulam domini ab Abensperg in Bauaria filiam, ex qua suscepit Eberhardum comitem à Sonneberg, Georgium & Iacobum dominos à Vualdburg, & dapiferos Romani Imperii. filii erant locatæ dominis à Gundelfingẽ, Zimern, Klingenbergh, & Haydekh, & Bikhenbach.

24 IACOBVS Ioannis tertii filius, vulgo quod terram sanctã inuisisset, vernaculo sermone cognominatus der heilig Ritter: ex comitissa ab Hohenberg, nata ex domina à Rotel, 30 tulit Ioannem quartũ, & Vuilhelmum: item Iacobum secundum, qui comitissam à Kirchperg, in matrimonio habebat, & filiam marescalco à Pappenhaym nuptam.

25 GEORGIVS, Iacobi frater germanus, Ioanuis quoque tertii filius, qui ex domina à Schvuarczach progenuit Georgium secundum, qui comitissam à Kirchperg coniugem erat consecutus. Et primus suæ prosapiæ dominium Schvuarczach adiecerat. Genuit & filiam, Beroni à Rechperg nuptam.

26 IOANNES quartus, Iacobi filius, qui primus landuogtiam Sueuiæ vendiderat Sigismundo Austriæ duci, ex Ottingensi comitissa tres filios procreauit, & vnam filiam Vrsulam, Thomæ à Fronsperg locatam. filiorum vero Fridericus commendator extitit ordinis Germanici. Iacobus vero obiit, cum ex vltima comitissa à Kirchperg vnicam filiam tu-40 lisset, domino Caspari Notthafft Boiarico locatam. Vuilhelmus vero tertius filiorum, ingrauescente ætate, & plenus annorum, in vinis adhuc est.

27 GEORGIVS secundus, primi filius, duas habuit coniuges, comitissam videlicet à Kirchperg, & dominam à Rechperg. Reliquit vero Ioannem quintum.

28 IOANNES, quintus hoc nomine, qui in bello Bauarico ducis Vuirtenbergensis vexillifer fuerat, & eius apud Stutgardiam locum tenens, ex comitissa à Zolern tres filios procreauit, Christophorum, Ioannem sextum, & Georgium tertium. obiit & sepelitur in Vualsee, anno 1511.

29 GEORGIVS tertius hoc nomine, Ioannis quinti filius, dux fœderis Sueuici, & locumtenens Ferdinandi regis & Austriæ ducis in Vuirtenbergia, anno 1531. Ex Apollonia 50 Ioannis comitis à Sonneberg filia tres filios progenuit, Iacobum secundum, Vdalricum & Georgium quartum, & Ludouicum. Quorum Iacobus in bello Marsiliensi occubuit, sepultus Sauonæ an. 1536. cum paulo ante fuisset dolo à Thoma à Rosenberg captus, & iterũ pro 8. millib. floruenorum redemptus. cæteri viuunt adhuc: filiæ præterea illius, vna Marquardo à Kunigsekh, & altera comiti ab Ottingen nupsit.

30 VVILHELMVS, Ioannis quarti filius, cum & Maximiliani & Ferdinandi regum ac Austriæ principum curialis extitisset, & Sibylla Andreæ comitis à Sunneberg filia procreauit Ottonem Augustanum episcopum & cardinalem, Vuilhelmum, Christophorũ, qui in expeditione Tunetana diem suum obierat anno 1534. & Iacobum tertium, qui in Hungaria, quo tempore Imperii principes Pestham obsidione cinxissent, à Thurcis com-

prehensus trucidatur, anno Domini 1542. Porro viuunt & Wilhelmus pater, & Otho filius præsul.

GENEALOGIA COMITVM A SVNNEBERG ET Scher, primis comitibus in Austriam profectis, vbi dominiũ prope Holenbrunam vlterioris Austriæ acceperant, & castrum in memoriam nominis familiaque construxerant, Sunneberg nomine: vnde Sunnebergensis comitatus, situs in via à Vualgouensi & Pretigouiensi vallibus, Athesinã prouinciam versus à principibus Austriæ Tyrolis comitatui adiectus fuit, vbi fodinas argenti aurique illi quærebant. Quem cum castro Iagberg, à Friderico tertio emerat Eberhardus dapifer à Vualdburg, Ioannis tertii filius, suæ stirpis primus comes à Sonneberg, inuestitus ab eodem Cæsare: etsi rursus eundem comitatum Sigismundo Austriæ principi vendidisset, comitatus noui ditione ad Danubium translata, vbi est hodie Scher oppidum cum proximo agro. 10

1 EBERHARDVS, dominus & dapifer à Vualdburg, Ioannis tertii dapiferi à Vualdburg filius, & frater germanus Georgii & Iacobi his nominibus primorum, à Friderico tertio Imperatore empto comitatu Sunneberg, haud procul à Gerolcztal & Pretigouiensi valle & dominio Scher ac Fridbergo secus Danubiũ, comitis de Sunneberg titulum accepit. Qui tamen mox à Sigismundo Austriæ duce & Tyrolis comite infestatus, comitatum Sunneberg pro quinquaginta millibus florenorum vendidit. Idem capitur in bello Rapperswuilensi, & pro decem millibus florenorum redimitur. Qui ex ducissa à Tekh quatuor filios procreauit, Ottonem episcopum Constantiensem, Eberhardum, Ioannem & Andream. 20

2 ANDREAS, ex baronissa à Starhenberg Austriaca Sibyllam procreauit, vnicam filiam: quam Wilhelmus dapifer à Vualdburg vxorem duxit, qui adhuc in humanis est: quem Felix comes à Vuerdenberg exploratum baud procul Mengouiensi oppido interfecit. Hunc postea accusatum à Wilhelmo dapifero genero, Maximilianus Cæsar apud Treuiros ad certam summam pecuniæ absoluit, anno currente 1511.

3 IOANNES, ex duabus coniugibus comitissa à Salmis, & comitissa à Pfanneberg Styra, Eberhardum tertium tulit, & multas filias. Quarum Apolloniam Georgius dapifer à Vualdburg duxerat, Margaretham Vdalricus comes ab Helffenstayn, tertiam comes quispiam à Rœtel, quartam dominus à Bikhenberg, quintam dominus à Gundelfingen, sextam dominus à Zimern. 30

4 EBERHARDVS, hoc nomine in stirpe ista tertius, Ioannis filius, Eberhardum quartum progenuit: & filias, Barbaram comiti à Vuerdenberg locatam, comitissam à Sargans, & comitissam à Sarvuerden.

5 EBERHARDVS quartus, tertii filius, ex comitissa Furstenbergensi, cuius mater comitissa à Matsch extiterat, ex Rhætia Curiensi, procreauit duas filias: quarum Kunigũdim comes ab Eberstayn, & Margaretam comes à Sulcz vxores duxere.

GENEALOGIA COMITVM A ZOLERN, quorum adhuc stirps superest. 40

1 BVRCARDVS, citatur ab Henrico quinto de anno 1120, vna cum Gotofrido ab Herrenberg, Hugone à Tungen, & Folmaro ab Hennenberg.

2 IOANNES, comes à Zolern, in literis commemoratur de anno 1130.

3 FRIDERICVS, ex marchionissa Carinthiæ Fridericum secundum progenuit.

4 FRIDERICVS hoc nomine secundus, circa annum Salutis floruit 1212, & Fridericum tertium reliquit.

5 FRIDERICVS tertius hoc nomine in stirpe, ex comitissa de Tubingen Fridericũ quartum & Eitelfridericum tulit. quorum Fridericus coniugem habuit, Hartmanni comitis de Dillingen filiam.

6 EITELFRIDERICVS, vulgo Eytelfritz, tertii Friderici filius, ex comitissa ab Habsburg, sorore Rudolphi regis progenuit Fridericum primum burggrauium Norinbergensem, familiæ Brandeburgensis, quæ adhuc superest, conditorem, & Eitelfridericũ secundum, Berchtoldum, & duas natas. Quarum Elisabetha comiti cuidam à Vuyrtemberg, Barbara comiti à Verdhaym nuptæ fuere. 50

7 BERCHTOLDVS, filius Eitelfriderici secundi, ex comitissa de Monteferrato, nihil progenuit.

8 EITELFRIDERICVS secundus, primi videlicet filius, & Berchtoldi frater germanus, Fridericum quintum procreauit, & duas filias: quarum vna comiti à Sulcz, altera comiti de Reinekh nuptæ fuere.

9 FRI-

9 FRIDERICVS hoc nomine quintus, floruit, circa annum 1265, & ex comitissa à Tubingen Fridericum sextum,& Eitelfridericum tertium tulit.

10 EITELFRIDERICVS tertius, ex Elisabeta comitissa à Vuirtbergē duos filios tulit, Fridericum sextum, & Albertum primum: duasque filias, Margaretham Alberto domino de Abensperg in Bauaria,& Catharinam comiti ab Ebersteyn nuptas.

11 ALBERTVS, primus ex Gueta comitissa ab Helfenstayn vnicam filiam reliquit, Margaretham nuptam comiti de Masiech.

12 FRIDERICVS sextus, Alberti frater germanus, & Eidelfriderici tertii natus,ex Agnete comitissa à Nellenburg filios procreauit, Fridericum abbatem maioris siue diuitis 10 Augiæ,& Fridericum septimum.

13 FRIDERICVS septimus, ex Adelhaide de Furstenberg Fridericum episcopum Constantiensem procreauit, Eitelfridericum quartum,& Ioannem comitem appellatum de Hohenzolern, qui interfuit hastiludio Ingehaymensi anno 1337. & Margaretham filiam.

14 EIDELFRIDERICVS quartus hoc nomine, ex Vrsula comitissa de Racuncz procreauit Fridericum episcopum Augustanum, electum anno 1368. Iodocum, & Fridericum octauum, Nigrum comitem de Zolern, interfectum ab Heluetiis ad Sempach, vna cum Lupoldo Austriæ duce, anno 1386. Fuit & alius Fridericus circa hæc tempora, interfectus in obsidione Reitlingensi, qui Eberhardo comiti Vuirtenbergensi in auxilium venerat, circa annum 1373.

15 IODOCVS superioris Eitelfriderici natus, ex Elisabetha comitissa de Vuertenberg progenuit Eitelfridericum quintum, Albertum, & Fridericum episcopum Constantiensem, qui sedit circa annum 1440.

16 EITELFRIDERICVS quintus in hoc stemmate, progenuit ex Magdalena Friderici marchionis Brandeburgensis filia, Fridericum episcopum Augustensem, consecratū anno 1480. & alios multos filios, videlicet Ioachimum, Eitelloachimum, Fridericum nonum, Vuolfgangum, Franciscum Vuolfgangum,& Eitelfridericum sextum. Tulit & filias, Salomen Ludouici comitis ab Ottingen coniugem, Vuandelabram comiti ab Holenlohe nuptam,& Annam monialem.

30 17 EITELFRIDERICVS sextus, quinti filius, ex baronissa de Stoffel progenuit N.

18 WOLFGANGVS Franciscus, frater germanus Eitelfriderici sexti, & quinti filius, ex Rosina Christophori marchionis Badensis nata procreauit, qui hodie viuunt, comites ab Zollern: & duas filias, Rosinam ac Helenam.

20 IODOCVS, cum fratribus & fratruelibus, patruelibusq;, nostra fulget memoria.

GENEALOGIA COMITVM A MAVRSTETEN & Vueissenhorn, Baronum de Neissen, antiquiorum Sueuiæ ducatus dapiferorum.

1 EGINO, dominus à Neiffen, quod castrum in finibus Vuirtenbergiæ sitū cernitur.

40 2 BERCHTOLDVS, genuit duos filios, primum Berchtoldum, secundum comitem à Maursteten, & Henricum baronem à Neiffen, circa annum humanæ Redemptionis 1130.

3 BERCHTOLDVS secundus, ducta in vxorem Elisabeta, postremi comitis a Vveissenhorn filia, comitatum Vueissenhornensem domui auitæ adiecit, anno domini 1154. genuitq; tertium Berchtoldum.

4 BERCHTOLDVS tertius, secundi ex Vuissenhornensi comitissa filius, duxit in vxorem Berchtam marchionissam Burgouiensem: & ex ea suscepit Gotofridum, Henricum, & Eulaliam, Ernesto primo marescalco à Callatyn & Pappenhaym nuptam, anno 1160.

50 5 HENRICVS, filius Berchtoldi tertii, habuit in cōiugio comitissam à Lechsgmynd. Is cum Anshelmo de Iustingen missus est ad Papam pro confirmatione Friderici secundi.

6 GODOFRIDVS Henrici frater, citatur in diplomate Vrsinensis fundationis à Gotofrido marchione à Ransperg, de anno 1200, qui ex Berchta coniuge Berchtoldum quartum reliquit.

7 BERCHTOLDVS, hoc nomine quartus in genere, procreauit ex quadam Elisabeta tres filios, Berchtoldum quintum, Chunradum comitem à Vueissenhorn, & Henricum comitem de Maursteten. floruit circa annum Domini 1210.

8 HENRICVS secundus, Berchtoldi quartū filius, ex Hedvuige comitissa à Graif-

pach genuit Chunradum comitem de Vueissenhorn, qui citatur in literis de anno 1250. & Berchtoldum sextum, comitem à Maursteten, qui cõmemoratur anno Domini 1250.

9 BERCHTOLDVS sextus, ex Elisabeta comitissa ab Hirsperg, Berchtoldum septimum tulit, & tres filias: videlicet Gertrudim dominam ab Abensperg, Agnetem de Gundelningen, & tertiam locatam Berchtoldo comiti de Graischpach. Quo mortuo sine filiis, Berchtoldus sextum comitatum Graispacensem feudi beneficio ab Imperio impetrauit, & ab eo qui secuti sunt Graispacenses recte descendunt.

10 CHVNRADVS, Berchtoldi quarti superioris natus, mansit in comitatu Vueissenhorn, & ex ingenua ab Althaym Albertum reliquit comitem, & Gotofridum præpositum S. Mauritii Augustæ, qui claruit circa annum 1288.

11 ALBERTVS Chunradi filius, comes à Maursteten & Weissenhorn, baro à Neiffen, genus suum nobilissimum destituit, relicta vnica filia, quam duxit Henricus Friderici Bauariæ ducis filius, circa annum 1330. & comitatum Graispacensem in stirpem ducũ Bauariæ traduxit.

GENEALOGIA COMITVM DE KIRCHBERG, quorum erat ditio prope Vlmam, Dietenhaym, Wertingen, Bellenberg, & Biblingen: vbi & cœnobium fundarunt, & conditoria habent.

1 OTTO & Hartmannus, circa annum Domini citantur in diplomatibus 1130.

2 OTTO & Hartmannus his nominibus secundi, floruere circa annum 1171.

3 CADALOCHVS, anno vixit 1195.

4 WILHELMVS, circa annum Domini 1220.

5 WILHELMVS secundus, superioris filius, circa annum Salutis 1310. procreauit ex Agnete ducissa à Tekh, Cunradum, & Eberhardum episcopum Augustanum, electum anno 1406.

6 CHVNRADVS, Chunradum secundum reliquit, & Eberhardum secundum.

7 CHVNRADVS secundus, ex comitissa à Furstenberg Wilhelmum tertium progenuit, qui vxorem habuerat domini de Bikhenberg filiam.

8 EBERHARDVS secundus, Chunradi secundi frater germanus, & primi filius, ex comitissa de Werdhaym duos filios tulit, Ioannem & Philippum.

9 PHILIPPVS, familiæ suæ postremus, ex comitissa de Schaunburg Austriaca tres filias progenuit: Apolloniam Ioanni comiti à Montfort nuptam, Helenam comiti de Arberg, & Walburgim domini de Gundelfingen vxorẽ. Huic nobili prosapiæ extinctæ, Carolus quintus & Ferdinandus primus Cæsares subrogarunt aliam ex Augusta Vindelicia prosapiam Fuggarorum, cuius sunt alumni qui sequuntur, non magis ex dignitate quam meritis suffecti.

10 RAYMVNDVS, Georgii Fuggari Augustani patricii filius, Iacobi & Vdalrici fratruelis, qui insigni xenodochio Augustano clarent, ducta in vxorem Catharina ex nobili Tursonum prosapia, genuit Ioannem Iacobum, Georgium, Christophorum, Hulderi-cum, Raymundum, Reginam Ioannis Iacobi à Mosperg in Sundgouia baronis, Sibyllam domini à Kuenringen, & alterius à Buocham vtriusq; Austriæ baronis, & Vuilhelmi nomine: Veronicam Danielis à Spaur Tyrolensis, Barbaram Ferdinandi baronis à Vels, & Vrsulam Ioacbimi comitis ab Ortenburg in Bauaria, coniuges. Ipsius porro Raymundi singularia in Austriacam domum merita extant.

11 ANTONIVS, Raymundi frater germanus, qui insistens fratris vestigiis, Austriæ domum inclytam suis & consiliis & opibus nunquam non iuuat: apud quem & fortuna pressi, & literis virtuteq; exculti asylum habent. Qui ex Anna Rechlerina, antiquissimæ apud Augustanos prosapiæ, procreauit Marcum, Ioannem, Hieronymum, Iacobum: Annam libero à Rechperg desponsatam, sed ante nuptias defunctam: Catharinam, Iacobo comiti à Montfort nuptam: & quæ virgines adhuc manent, Reginam, Susannam, Mariam, & Veronicam.

12 IOANNES Iacobus, Raymundi superioris filius, cui in diuisione cũ fratribus, insignis comitatus Pfyretarum apud Sundgouienses cessit, literis æque atque virtutibus exculus, loquendo simul & scribendo præstans, imo in omni genere disciplinarum versatus: & quod in hoc ordine loco que admirere, sine omni fastu facilis, humanissimus, omnibus obuius, literarum, earumque alumnorum vnicum asylum & Mecœnas, & quod verius dixero, exemplum nostri seculi veræ & antiquæ nobilitatis, de domo Austriæ inclyta multis nominibus benemeritus. Tulit ex Vrsula ab Harrach baronissa Austriæ, Leo-

Leonoram, Sigunnam, Sigismundum, Fridericum, Carolum, Alexandrum Augustum, Alexandrum secundum, Victorem Augustum, Iustinam, Benignam, Seuerinam, Maximilianum, Ferdinandum, & Ioannam Iacoben. Quorum rebus humanis exempti fuere, Alexander, Augustus, & Ioanna Iocobe.

13 GEORGIVS, Ioannis Iacobi frater germanus, secundonatus filiorum Raymundi, possessor comitatus Weyssenhornensis, Matheseos nostra tempestate & doctus, & vnicus pene patronus: ex Vrsula à Liechtenstayn Tyrolensi procreauit Sidoniam, Isabellam, Iulium Octauianum, Philippum, Eduardum, Ioannam Iacoben, Octauianum, Iulium Maximilianum, Antonium & Raymundum. Quorum viuis ante diem excessit Iulius Octauianus.

14 CHRISTOPHORVS, frater Ioannis Iocobi, & Georgii, ditionem ac reditus annuos in regno Neapolitano habet, humanissimus vir, & à literis non abhorrens.

15 HVLDERICHVS, cui in diuisione cũ fratribus Michausii dominium cesserat, heros egregie non solum in literis variisq; linguis doctus, verum etiam nostro seculo ratus illarum patronus, caret eum liberis, tum vxore.

16 RAYMVNDVS, frater germanus Ioannis Iacobi, Georgii, Christophori, & Hulderichi: possessor castrorum Kirchpergi ac Brandenburgi, cœlibem adhuc vitam agit. Celebratur hæc nobilissima prosapia, & Itha comitis à Dokenburg coniuge, ob vitæ continentiam & miracula in numerum sanctorum relata.

GENEALOGIA COMITVM A BERGEN, *Quorum primordia repetuntur ab Andecensibus, nobilissimis Boiariæ dynastis: vnde & duces Meraniæ, marchiones Istriæ, comites ab Hohenvuard, comites Tyrolis & Gorizenses profluxere.*

1 DIETBOLDVS, genuit Dietboldum episcopum Batauiensem, Othonem Frisingensem, Henricum Wirtzburgensem, Vdalricum & Menegoldum comites. Habuit fratrem Menegoldũ, qui ex abbate in Degernsee & Chremsmynster inauguratus erat in antistitem Batauiensem.

2 VDALRICVS, cum Friderico primo Imperatore in Asiam profectus est.

GENEALOGIA COMITVM DE MINDELberg, *quorum erat Mindelhaym ciuitas Algoniæ, cum agro vicino.*

1 SVVIGGERVS, construxit prope Myndelhaym Bederam, circa annum Domini 1263. quod postea cœnobium in ciuitatem fuit translatum.

2 HENRICVS, circa annum Domini 1290, monasterium virginum Augustæ fundauit.

3 WALTHERVS, cognomine vulgari Hochschlicz, electus in episcopum Augustanum anno 1324, comitatum Friderico duci à Dekh vendidit, cum quo tamen postea pro eodem comitatu bellum habuit.

GENEALOGIA COMITVM DE SVLGAV, *Sigmarigen, & Pfulendorf.*

1 MENRADVS, autor cœnobii Aynsidlensis in Heluetiis, circa annum floruit 860.

2 VDALRICVS, ex Berchta Rudolphi comitis de Rynfelden, qui contra Henricũ quartum in Cæsarem fuerat electus, filia, progenuit Hugonem palatinum de Sigmarigen, & Rudolphum comitem de Pfulendorf.

3 RVDOLPHVS comes de Pfulendorf, ex Vuulfhilde, Vuelphonis comitis ab Altorf nata, Rudolphum secundum reliquit, & Ludouicum abbatem Augiæ diuitis. Sunt tamen qui Rudolphum seniorem non filium Vdalrici, sed generum fuisse tradunt, genere comitem Bregantiæ.

4 RVDOLPHVS secũdus, primi filius, comes de Phulendorf, & palatinus de Sigmarigen, reliquit vnicam filiam Itham, quam vxorem duxit Albertus comes Habsburgensis in Ergouia, matrem Rudolphi Cæsaris, & Austriacæ domus conditoris.

GENEALOGIA COMITVM DE LVPF ET *Stulingen, quantum eius alumnorum comparare potuimus.*

1 VDALRICVS, abbas diuitis Augiæ, de hac familia ac nomine, floruit circa annum 1123.

2 EBERHARDVS, Rudolphi Habsburgensis comitis, antequã ad Cæsareum ad-

huc fuerat culmen postulatus, vexillifer fuisse legitur, in bello contra episcopnm Basiliensem, & abbatem sancti Galli gesto, circa annum Dominicæ incarnationis 1268.

3 IOANNES, legitur in Alsatia esse consecutus ciuitatem Amersvuyr, haud procul ab Hohenhatstat, & gessit bellum cum palatino Rheni.

4 SIGISMVNDVS & Ioannes, floruere circa annum Domini 1510. Hodie illius nobilis prosapiæ viuit, nisi fallor, Wolfgangns nomine, qui episcopatu Constantiensi cessit nostra memoria. Cæterorum nomina consequi nequiui, sed nec Genealogiam integram habere potui.

GENEALOGIA COMITVM DE AICHELberg, in quorum armis erant tres iuglandes partim virides, partim luteæ in albo campo.

1 BRVNO, ex comitissa de Tubingen alterum Brunonem reliquit, circa annum Salutis 1100.

2 BRVNO secundus hoc nomine, primi filius, ex comitissa à Veringen Vuilhelmum tulit.

3 PHILIPPVS, citatur in literis de anno 1130.

4 WILHELMVS, secundi Brunonis filius, ex comitissa de Hohenberg progenuit Wernherum, circa annum Domini 1150.

5 WERNHERVS, ex baronissa de Neiffen Vdalricum procreauit.

6 VDALRICVS, Wernheri filius, ex ducissa de Dekh Vdalricum secundũ reliquit.

7 VDALRICVS secundus, ex domina de Gundelfingen progenuit Albertum, & Potentianam, coniugem Henrici marescalci de Pappenhaym, circa annum 1250.

8 ADALBERTVS, Vdalrici secundi natus, ex comitissa de Vuardtstayn Albertũ secundum tulit.

9 ALBERTVS secundus, prioris filius, ex baronissa à Gundelfingen Albertum tertium produxit.

10 ALBERTVS tertius, ex Guta comitissa de Landavu Chunradum procreauit, & Annam Ioachimi de Runge coniugem. floruit circa annum Redemptionis nostræ 1285.

11 CHVNRADVS, tertii Alberti filius, ex comitissa de Matsch Brunonem tertium genuit, anno labente 1310. Cuius soror nupsit Ioanni à Thum equiti.

12 BRVNO, tertius hoc nomine, ex ingenua de Myndelberg Diepoldum suscepit: cuius soror nupserat ingenuo à Fridingen, circa annum 1340.

13 DIEPOLDVS, ex domina a Kunigsek, Diepoldum secundum produxit.

14 DIEPOLDVS hoc nomine secundus, ex nobili de Ollerbach quatuor filios procreauit, Chunradum, Albertum, Burcardum, & Diepoldum quartum hoc nomine in familia.

15 BVRCARDVS, ex domina de Haymhouen Diepoldum tertium, & Burcardum secundum genuit.

16 BVRCARDVS secundus, ex quadam nobili Dreischneryn, Burcardũ tertium tulit, & filias: quarum Anna coniunx fuerat Adami dapiferi à Vualdburg: cæteræ, Gueta, Martha, & Barbara monasticen professæ fuere.

17 BVRCARDVS tertius, ex Margaretha de Rechberg Burcardum quartum tulit, & filiam Apolloniam.

18 BVRCARDVS quartus, stirpis suæ postremus, floruit circa annum 1230.

GENELOGIA COMITVM DE AICHAYM, inter Vlmam & Oxenhusium cœnobio Gutentall, ipsorum fundatione.

1 BERCHTOLDVS.
2 VDALRICVS, anno floruit 1290.
3 EBERHARDVS.
4 HVGO.
5 GVILELMVS.
6 RVFFVS.
7 FRIDERICVS.
8 MARQVARDVS: cum coniugibus illorum, Kunigunde, Gueta, Adelhaide, Berchta, & Anna, in cœnobio Gutentall sepulti sunt: dubium, qui alterius filius vel pater, patruus que fuerit.

GE-

GENEALOGIA COMITVM DE SANCTO *monte, vulgo vom Heyligenberg: vbi scilicet reliquiæ martyrum Rhætiæ repertæ sunt, Felicis, Exuperantii & Regulæ, quæ Tigurum postea à Ludouico secundo Germaniæ & Francorum rege translatæ sunt.*

1 EGON, comes de sancto monte, inter Sueuiæ comites commemoratur, qui se opposuere Carolo Martello maiori domus Franciæ.

2 HENRICVS, cum Arnoldo fratre, Constantiense episcopo, anno Domini 1080.

3 ARNOLPHVS, comes sancti Montis, episcopus Constantiensis, anno 1100.

10 4 BERCHTOLDVS, comes de Sancto monte, author cœnobii Ekh prope Salmersvuil.

GENEALOGIA COMITVM DE MONTFORT, *Rotenfan, id est rubro in armis vexillo, qui & comites palatini Rhætiæ altæ, & comites de Rotentenfels, Lintzgavu, Vueldkirch, & Pfannenbergenses appellabantur.*

1 RODERICVS, comes palatinus Rhætiæ altæ, priuatus à Ludouico secundo Francorum & Germaniæ rege, multis in Rhætia alta castris, ad margioem lacus Bodmanici se contulit, vbi alia est mercatus, Argum, Tetnangan, Imenstadium, Buczium. Quibus poste- 20 ri alia in Algouia adiecerūt, videlicet Roteofels, Haugenfels, Liebnavu, Sumeravu, Stouffen, & Blaichach. Huic Roderico fratres fuere, Cadalochus, vnde comites Brigantini defluxere: Anselmus, vnde comites de Rhynekh & Veldkirch processere, qui nigrum vexillum in candido clypeo vsurpabant: Henricus, vnde comites Vuerdenbergenses descenderunt, candidum vexillum in atro clypeo habentes: & Rolandus, qui domum Tubingensem & Herrenbergensem condidit, aureum vexillum in rubro clypeo gerens, posteris ac stirpi suæ transmisit. His accessit septimum stemma comitum à Beblingen, qui rubrum vexillum in aureo campo vsurpabant.

2 VVOLFRADVS, forte superioris filius, à monte Verrenberg vsque in Tyrolim & Alpgouiam, ditionem suam extendebat: cuius filiam Bruno, patruus Henrici primi 30 Cæsaris cognomento Aucupis, vxorem duxit.

3 WILHELMVS, circa anoum Domini 959. ex comitissa de Sancto monte tulit alterum Wilhelmum Hugonem, commendatorem in Biberstayn, & Burcardum abbatem S. Galli: quem tamen alii non filium, sed fratrem extitisse autumant. Habuerat & filiam, quæ nupsit landgrauio de Nellenburg.

4 WILHELMVS secundus, Ottonem progenuit, & Ioannem, qui in literis citatus inter testes reperitur 1120.

5 OTTO, quem Vuelpho comes ab Altorf bello adflixit, quod is Rudolphū à Rinfelden iuuisset armis contra Henricum quartum.

6 HVGO, comes à Montfort & Beblingen, fundauit permissu Friderici secundi Io- 40 annitarum domum apud Veldkircham.

7 VDALRICVS, imperante Friderico primo Barbarossa, ex comitissa à Rotl, Iacobi dapiferi vidua, multos filios procreauerat: Hugonem, Ioannem, Vuolfgangum, & Vuilhelmum: qui ex Tubiogensi comitissa Rudolphum & Heoricum filios progenuit, qui primi in Styria agros acceperunt. quippe Rudolphus post primam coniugem, comitissam ab Helffenstayn, marescalci à Pætonione Styri potentissimi filiam sibi coniunxerat. Cuius frater Henricus præfectum Styriæ egit circa annum 1256. Quem secuti sunt in Styria Vdalricus, & Ioannes Vdalrici filius, cuius vnicam filiam Margaretham circa annum 1360, Vuilhelmus comes a Montfort in Algouia sanguine iunctus duxit vxorem. Qui rursus aliā filiam reliquit, quam Hugo comes à Montfort secus lacum Bodmannicum duxit coniugē, 50 à quo ad nostra vsq; tempora, stemma vnum in Styria huiusce nominis & generis permansit, in qua Georgium comitem nouimus, cuius filius ac filiæ etiamnum viuunt.

8 HVGO, progenuit ex Elisabeta à Vuerdenberg Hugonem secundum, & filiam Eberhardo comiti à Sunneberg locatam. citatur in literis à Rudolpho Habsburgense Cæsare, de anno salutis 1280.

9 HVGO secundus, comes Montfortius, & de Veldkirch, sub Friderico secundo floruit, & cœnobium Ioannitarum cum publico xenodochio apud Veldkirchā fundauit. Cuius fratres cōmemorantur: Vdalricus Brigantiæ comes, Fridericus Curiensis præsul, & Wilhelmus abbas S. Galli: cum quib. Rudolphus Habsburgensis, anteq; ad fastigium regiū ascendisset, bellū gesserat, circa ann. 1250. quorū Curiensis ad Balczers ab Habsburgēsi

captus,cum ex custodia se demisisset,casu oppetiit. Portò Hugo ex landgrauia Leuchtenburgensi progenuit Vdalricum tertium, Rudolphum secundum, & Vuilhelmum quartum. quorum Rudolphus comitissam ab Helfenstayn in matrimonio habuerat, Vdalricus verò ex comitissa ab Hevuen, quæ postea nupserat comiti Rhętico de Maseux, progenuerat Rudolphum, qui ex abbate S. Galli, anno 1333. episcopus erat Cōstantiensis designatus. Reperiuntur autem circa hæc tempora floruisse etiam ex stirpe nobili ista, Hugo commēdator Rhodiensis, & Henricus canonicus Augustanus.

10 BERCHTOLOVS, ex cognomento Seniot, obiit in Veldkitch anno 1314.

11 VDALRICVS secundus, filius Hugonis, ex comitissa ab Hohenloe, progenuit quatuor filios: videlicet, Henricum episcopum Constantiensem: Fridericum canonicum Curiensem, suffocatum in Rheno anno 1321, Hugonem tertium, & Rudolphum quartū. Refertur porrò Vdalricus & alteram habuisse coniugem Ludouici comitis Ottingensis filiam. Vnde processit filia nupta Leonhardo à Vels Athesino baroni. Huius sorores, Kunigundis nupsit Gangolpho à Gerolzekh, & altera Elisabeta Ludouico comiti de Leonstayn, vnde Wolfgangus comes de Leonstayn processit.

12 RVOOLPHVS, hoc nomine quartus in genere isto, ex cognomento Senior, Vdalrici videlicet secundi filius, comes à Montfort, & dominus à Veldkirchen, ex comitissa à Tennenberg Rudolphum quintum procreauit.

13 RVDOLPHVS, ex cognomento Iunior, comes à Montfort, & dominus à Veldkirchen, Rudolphi quarti filius, autor præposituræ in Curia: cum ex coniuge comitissa à Mætsch nullam prolem haberet, vendidit Bregantiam cum agro vicino, Leopoldo Austriæ duci, pro 36000, florenis. Idem Veldkirchensibus concesserat consulem, quē patria lingua gens illa Amman appellat. Refertur ad hunc & ludicri illius origo, quòd pro tauro quotannis Veldkirchenses ciues sagittis certant: & quod pueri in Saturnalibus sub vexillis vndique ex vicinia collecti, armatiq; gladiis ligneis, Veldkircham petunt agminatim, pulmenta ac panes præmia petituri.

14 HVGO quartus, Vdalrici secundi filius, & Rudolphi quarti frater germanus, ex domina de Rapperstayn progenuit Hugonem quintum, & Vuilhelmum quintum.

15 VVILHELMVS hoc nomine quintus, duas habuit in coniugio: primam comitissam à Pfyrd, & secundam Margaretham Ioannis posttemi Pfannebergensis comitis in Styria filiā. & ratione illius Pfannebergensem comitatū, ac dominium Pekha, quę & quōdā familiæ huius fuerant, ad stirpem nobilē reduxit. Huius castra Lupoldus dux Austriæ, quòd Ludouico quarto contra fratrē Fridericum opem tulisset, expugnauit, anno 1323.

16 RVDOLPHVS sextus, capitur à Vualthero de Bellomonte apud Ilanta, anno 1355. progenuit Rudolphum septimum, & Vdalricum tertium. habuit in matrimonio comitissam à Maetsch. Inuiserat terram sanctam, anno 1372.

17 HVGO hoc nomine quintus, vulgò à Iosters, quod possidebat, nominatus: fratrē habuit Fridericum. sepelitur in Augia Brigantina, anno 1360.

18 VLRICVS tertius, vxorem duxit marchionis à Pataulo filiam, cum dote 10000. aureorum anno 1360. cuius castrum Ramsvuag in valle Drusiana, Albertus comes à Vuerdenberg oppugnauerat, eodem anno. Obiit in Rhodo insula, cum terram sanctam peteret cum captus quoque fuisset anno Domini 1352.

19 HENRICVS tertius hoc nomine, Alberto comiti Werdenbergensi ademit in valle Rhenana Alsteten, anno Domini 1362. Is interfuit ludo Martiali apud Basileam celebrato, authore Lupoldo Austrię duce, anno 1375. vbi & cum plerisq; comitibus ac dominis per seditionē à ciuibus excitatā capitur, sed liberatur rursus. Qui ex comitissa ab Habsburg Alsatiæ landgrauia progenuit Vuilhelmum sextum, & Vdalricum quartum. Filiarum Elisabeta nupsit Ludouico comiti à Leonstayn, altera comiti à Schaunburg Austriaco, & tertia cuidam ab Ellerbach.

20 RVDOLPHVS septimus, filius Hartmanni comitis, fratruelis Henrici, recepit castrum Montfort, & districtum syluæ Brigantinæ, circa annum 1362. Capitur in Sanagaza à nobilibus à Freyburg, anno Salutis 1365. obiit Rhodi, cum terrā sanctam peteret, vnà cum Vdalrico comite agnato, anno 1366.

21 HENRICVS secundus, tradidit oppidum Vuerdenberg ducibus Austriæ, anno Domini 1404.

22 HVGO sextus hoc nomine, vulgò cognominatus comes à Sanagaza, habuit fratrem Hartmannum episcopum Curiensem. Quo tempore floruere Hugo alter comes à Vuerdenberg, & Vuilhelmus à Brigantia: id est, anno 1410.

23 WILHELMVS quintus hoc nomine, Henrici tertii natus, vulgò à domicilio & sede

& sede comes à Bregantia appellatus, ex comitissa à Sancto monte tulit Ioannem,& Hugonem septimum. Quorum Ioannes in matrimonio habuerat postremam comitissam à Kirchperg.floruit circa annum 1405.

24 HENRICVS quartus hoc nomine, Dominus in Tetnang, natus ex comitissa à Pfyrd,ex Adelhaide comitissa ab Habsburg progenuit Rudolphum octauum, & Vuilhelmum sextum. Quorum obiit Rudolphus sine vxore,anno 1425. Vuilhelmus vero ex Kunigunda comitissa à S. monte tulit Vuilhelmum septimum. Sunt qui illi tribuunt & alteram coniugem,Claram ab Ollei bach.

25 VDALRICVS quintus hoc nomine in stemmate, Vuilhelmi quinti frater germanus, & Henrichi tertii filius,ex comitissa à Schaunburg Austriaca tres filios progennit, Vdalricum sextum, Rodolphum nonum, Hugonem septimum: & Stephanum, qui sancti Vrsi cœnobium fundauit supra Bregantiam, circa annum Salutis 1422. Filiarum Kunigundis nupsit dapifero a Vualdburg,altera comiti cuidam ab Helffenstayn.

26 RVDOLPHVS, filius Vdalrici,& secundum alios Vuilhelmi quinti possessor castri Rotenfels, coniugem habuit Beatricem comitissam ab Helphenstayn,& fratrem Hugonem octauum.obiit anno 1454.

27 HENRICVS,filius Vuilhelmi septimi,vxorem habuit comitissam à Sanagaza,obiit anno 1444.

28 VDALRICVS sextus,Vuilhelmi filius,ex comitissa à Roetel & Hochberg Vrsula nomine, Vdalricum septimum procreauit, & Hugonem nonum, qui Sigismundo duci Austriæ Veldkirchen & Bregantiam vendidit,anno Domini 1490. obiit 1495. habitauerat autem in Tetnango.

29 HVGO ex cognomento Senior,Vuilhelmi filius,& Vdalrici sexti frater germanus, vxores habuit Elisabetam comitissam à Vuerdenberg, & Annam comitissam ab Hohenlohe.obiit anno 1491.

30 HENRICVS filius Hugonis Senioris, canonicus erat Augustanus & Argentoratensis,qui obiit anno 1513.

31 HVGO decimus hoc nomine, filius Hugonis Senioris, alter canonici frater germanus,dominus in Rotenfels,ex Anna comitissa à Zvuayprukh & Bytsch, genuit Vuolfgangum,Ioannem,Hugonem,& Sibyllã, obiit anno Redemptionis nostræ 1519. Is quod reliquum habebat in dominio Brigantiæ, vendidit Ferdinando Austriaco principi.

32 VDALRICVS septimus, cognomento Iunior,dominus in Tetnang, Vdalrici sexti filius, ex Magdalena comitissa Ottingensi tulit Vuilhelmum,Euam, Annam & Vrsulam. obiit 1520.

33 IOANNES frater Hugonis decimi, dominus in Argona, ex coniuge ab Ottingen nihil reliquit. obiit anno 1529.Sunt qui illi & comitissam ab Arnberg coniugem tribuant.

34 VVOLFGANGVS Hugonis decimi filius, nostra memoria præfectus prætorio Tyrolensi, nomine & auspicio Austriadum: egit quoque Imperialis (quam vocant) Cameræ apud Nemetas præfectum, ex domina à Vuolkenstayn Tyrolensi nullam prolem tulit.

35 GEORGIVS Vdalrici filius, dominus Pekach dominii in Styria, reliquit Iacobũ, qui nuper sibi coniunxit Catharinam Antonii Fuggari comitis Kirchpergensis filiam, ex qua Georgium genuit.

36 HVGO, Vuolfgangi frater, possessor hodie Tetnangi & Argonæ, ex Magdalena baronissa à Schvuaranberg,tulit Vdalricum octauum,qui viuit,& coniugem habet comitissam à Solmis.

GENEALOGIA COMITVM BRIGANTINOrum, vulgo de Bregantz, ciuitate sita ad lacum Bodmanicum superiorem: in qua S. Gallus primam sedem habuisse dicitur, anno Domini 630. Erant autem eiusdem originis cum Montfortiis à palatinis Rhetiæ altæ descendentes. Ideo vexilli insignia eadem vsurpabant, coloribus solum mutatis. Horũ quoq; comitum Veldkircha fuerat,cuius initia à quodam eius stemmatis comite eiuscemodi referuntur, quod videlicet sub castro Altmansort,in campo proximo diuo Petro templum posuisset: quod posteriùs ædium frequentia adiecta, paulatim ad iustæ ciuitatulæ amplitudinem surrexit,& ab euentu Veldkirch,hoc est campestre templum nominabatur.

1 VVALTHERVS, comes de Bregantia, inter comites Sueuiæ in peruetustis Annalibus commemoratur, qui Carolo Martello Francorum maiori domus, Pipini magni patri resistebant.

2 BRICO, vel Bericho, anno Domini 730. sub Pipino rege fuit episcopus Augustanus: ad quem Bonifacius Anglus Germaniæ Apostolus venit.

3 VIGILIVS, comes Brigantinus, & Rhætiæ altæ præses.

4 PAVLVS, comes Brigantinus.

5 PASCALIS, in episcopum Curiensem electus, ex coniuge quadam Esopeia Victorem suscepit, episcopum pariter Curiensem: qui Caccienſe cœnobium in Rhætia alta pro Canonissis virginibus fundauerat, anno 760. Cuius sorores, Vespilia abbatissam egit Caccienſis cœnobii, Vrsicina verò monialem.

6 ADALBERTVS, vulgò ex cognomine comes de Rotenfan.

7 ANSHELMVS, Roderici comitis & Palatini Rhætiæ altæ, à Ludouico secundo pulsi, frater germanus: cuius alii germani, Henricus comes in Vuerdenberg, & Rolandus in Herrenberg ac Tubingen, extiterant. 10

8 HVNIFRIDVS, comes Bregantiæ, circa annum Salutis 840.

9 ADALBERTVS, Vdalricum & Hennam filiam reliquit.

10 VDALRICVS, ex filia comitis Vualtheri alterum Vdalricum tulit.

11 VDALRICVS hoc nomine secundus, Ioannem progenuit.

12 IOANNES, ex regina Franciæ circa annum Domini 930, Vdalricum tertium progenuit.

13 VDALRICVS hoc nomine in stemmate tertius, Ethonem & Hugonem procreauit. 20

14 ETHO, ex domina Dietburgi Gebehardum præsulem Constantiensem tulit, authorem cœnobii Petershusen in suburbio Constantiæ, & ecclesiæ collegiatæ in oppido Zyrzach: qui in numerum sanctorum à Romanis pontificibus relatus fuit. Floruit circa annum 980.

15 HVGO, Ethonis frater germanus, Vdalrici tertii quoque filius, Luitfridum procreauit.

16 LVITFRIDVS Marquardum comitem procreauit, & Adelhaidem nuptam Hartmanno comiti Dillingensi, cui pro dote Wyntherthur & Kiburgensem comitatum attulit (nam antea Brigantinorum comitum is fuerat) vnde processerunt Adalbertus comes in Achalm, Vdalricus comes in Gamartingen, Hartmannus comes à Kiburg, & Vdalricus episcopus Constantiæ. 30

17 MARQVARDVS, Luitfridi filius, Albertum progenuit.

18 ALBERTVS, Marquardi filius, occubuit in Apulia, & Hugonem reliquit.

19 HVGO, Hugonis filius, sub Henrico tertio floruit. Quo tempore ciues Lindouiæ continua inundatione lacus afflicti, liberantes se è potestate comitis 42. marcis argenti, relictis ædibus in insulam Lyndouiensem se receperunt, vbi monasterium fuerat Canonissarum liberarum, ab Adalberto comite à Buchorn naufragium euadente cōstructūm. Cui ædiculas coniungentes, affluentibus ex locis aliis compluribus, breui oppidum effecere, quod hodie Imperiale est, & Lyndouia dicitur. Alii autumant, Lyndouiensis ciuitatis fuisse occasionem, quòd cum compressisset nobilem à Bodinen, fugiens iram patris, Lyndouienses accepta pecunia exemisset, anno 1166. 40

20 VDALRICVS secundus, Vdalrici comitis à Gamartingen filius, Hugoni sine mascula prole extincto, vt proximus genere successit in comitatu Brigantino.

21 VDALRICVS tertius, superioris filius, ex comitissa de Rhynfelden progenuit Vdalricum quartum, comitem Bregantiæ: & Rudolphum comitem de Pfulendorf, authorem cœnobii Avu supra Brigantiam: hoc est, qui ducta vltimi comitis à Pfulendorf & Sigmarigen, nata, factus & adoptatus fuerat comes illorum locorum. Quorum soror comiti à Pfyrd nupsit.

22 VDALRICVS quartus hoc nomine, tertii Vdalrici filius, ex comitissa de Kalvu Hugonē secundum & Rudolphum tertium progenuit. Quorū Hugo ex Veronica de Furstenberg Rudolphum quartum progenuit, cui comitissa à Pfyrd coniuncta fuerat. 50

23 RVDOLPHVS tertius, ex Wulfhilde Henrici ducis Bauariæ & comitis ab Altorf filia multos liberos progenuit: videlicet Hugonem tertium, qui Tubingensem palatinatum sortitus fuerat, vnde Tubingenses comites rectè descendere dignoscuntur: & Rudolphum quintum.

24 RVDOLPHVS quartus, Henricum procreauit, comitem de Bregantia & Pfulēdorf. Qui hunc secuti sunt, incertum. Cæterùm sub annum incarnationis Domini 1400. Wilhelmus comes à Brezantia reperitur, à quo Appencellenses & Rhyneenses defecerunt, ad confœderatos Heluetiorum.

CE-

GENEALOGIA COMITVM A VVERDENBERG, qui eiusdem pariter, vt Brigantini, originis sunt, cum Montfortiis & Tubingensibus. Vnde & ipsi vexillum, album tamen, in rubro clypeo gerunt. Habentque in Rhatia alta versus Engadinos ditionem aliquam, Montafun & Gerolczall: reliqua Austriacis vendidere, Bludencz & Pretigovn. Qui ad fontes Danubii praterea possident Iungnavu, Melchingen, Trochtelfingen: reliqua in Heluetiis à confœderatis adempta sunt.

1 HENRICVS, frater germanus Roderici, comitis palatini altæ Rhætię, vnde Mõtfortii descendunt: item Anshelmi comitis à Rheynekh, & Rolandi comitis Herrenbergiæ & Tubingiæ, Ludouico secundo imperante castrum Vuerdenberg construxit. Et ex comitissa à Vaducz progenuit liberos, qui ad notitiam nostram nondum peruenerunt.

2 ALBERTVS, floruit circa annum Domini 920. qui ex Portugalliæ regis filia progenuit Ioannem. Huic frater erat Hugo canonicus.

3 IOANNES, ex Margaretha comitissa Sabaudiæ progenuit liberos, quos nondum inueni.

4 HVGO, comes de Vuerdenberg, citatur in literis vna cũ Ioanne comite à Montfort, de anno 1130.

5 HARTMANNVS, circa annum Domini floruit 1220. Qui ex filia Rapatonis palatini de Krayburg, Bauara, Hugonem tulit.

6 HVGO, floruit circa annum 1276. Cuius filius Huglinus vixit anno 1290.

7 ALBERTVS, anno Domini 1360, expugnauit Ramsvuag castrum, in valle Drusiana, quod Montfortiorum fuerat.

8 RVDOLPHVS, ex Adelhaide marchionissa de Burgau, nata ex comitissa ab Albekh, progenuit Eberhardum præsulem Augustanum, illum qui cum duce à Dekh pro dominio Mundelhaym bello concertauit, circa annum 1362. Huic Rudolpho frater quoque fuerat Hartmannus, qui ex commendatore Ioannitarum creatus erat antistes Curiẽsis, circa annum Domini 1390. & obiit 1416. captus aliquandiu in libera custodia Austriæ principum fuerat. Occiditur is Rndolphus Clauennæ, per proditionem.

9 HVGO, ex cognomento per diminutionem Huglyn, Alberti primi Austrę ducis aduersus Tigurinos, & Rudolphum Habsburgensem, Constantiensem præsulem, bellum gerentis, præfectus & capitaneus fuerat: & Tigurum aliquando per astum & militare strategema ferme interceperat. Is bello pressus, & Rynekh castrum Lupoldo duci Austriæ tradidit, anno 1395.

10 HENRICVS, ex comitissa à Rakuncz Eberhardum secundum tulit. Huic frater fuerat Hugo comes de Sargans.

11 EBERHARDVS hoc nomine primus, Henrici natus, ex domina de Gerolczekh, cuius mater fuerat baronissa Gundelfingensis, Henricum & Rudolphum his nominibus secundos procreauit.

12 HENRICVS hoc nomine secundus, Eberhardi filius, in matrimonio habuerat ducissam à Dekh, circa annum 1362, natam ex marchionissa Hochbergensi.

13 FRIDERICVS, cum Tigurinis fœdus iniit aduersus Austriacos anno 1400.

14 RVDOLPHVS, filius Henrici, iuuit Appencellenses contra Fridericum Austriæ ducem, Sigismundi patrem, circa annum 1406. progenuit Ioannem præsulem Augustanum, & alterum quendam.

15 IOANNES, ex Elisabeta filia Eberhardi Pacifici comitis Vuirtenbergiæ, progenuit multos liberos: videlicet Ioannem episcopum Augustanum, anno electum 1486, Rudolphum commendatorem Alsatiæ apud Haiterschaym: Eberhardum canonicum Argentinensem, Vdalricum Friderici tertii Imperatoris pincernam, Hugonem Friderici eiusdem Cæsaris consiliarium, Georgium, Gabrielem & Ludouicum. Quorum postremi duo in pueritia obiere. Filiarum Agnes comiti à Montfort, Elisabeta Iodoco comiti à Zolern, & Margareta baroni ab Albensperg Bauaro, nuptæ fuere.

16 GEORGIVS, Ioannis superioris filius, qui solus ex fratribus successionem tenuit, ex Catharina filia Caroli marchionis à Badẽ, & Margaretha Austriaca Friderici tertii Imp. germana, tulit Hugonem, Ioannem Maximiliani Cæsaris pincernam, Christophorum, & Fœlicem: quorum hic ex Lotharinga cõiuge, ille ex Marchionissa Mantuana, liberos procreauere, qui adhuc in humanis sunt.

GENEALOGIA COMITVM A BVOchorn & Linczgovn.

1 SYNTOLOSVS, ex Burgundia sub Dagoberto Francorum rege profectus,

insulam inhabitauit, vbi postea S. Pyrminius Meldensis episcopus Diuitis Augiæ monasterium posuit: ab opulentia cœnobii sic dictam insulam, cum antea à primo habitatore Syndolesavu nominaretur.

2 VDALRICVS & Adelbertus, sub Carolo magno in vicinia insulæ ad marginem lacus Bodmanici Buochorn Castrum construxerunt, vnde & cognomen posteri vsurparunt. Quorum Adalbertus, cum traiecturus lacum, periculum vitæ adiisset, quo loco naufragus appulit, ex voto nuncupato Lyndouiensi cœnobium pro liberioris vitæ puellis fundauit, ex fœlici appulsione Lendavu patria lingua appellatum. Alter vero Vdalricus acceptis agris in Norico, dum Carolo magno operam nauaret contra Hunnos, ab illis capitur. Habebat in coniugio Vuendelgardam comitissam ab Eberstcyn, neptem Henrici primi Cæsaris ex cognomento Aucupis, ex filia Hedvuige Burcardi Suenoris ducis vxore. Ista Vuandelgardis capto marito, cum non esset spes redimendi, renuncians seculo, prope S. Gallum se inclusit beatæ Vuibradæ cœnobio, Salomone Constantiæ præsule sedente, circa annum Salutis 916.

3 ADELHARDVS & Burcardus, Vdalrici capti filii, quorum vltimum cæso matris vtero natum, scribunt abbatem electum apud sanctum Gallum. Adelhardus comes in Buochorn & Lynczgou, S. Galli cœnobio Altsteten in Heluetiis dono dedit.

4 RICHERVS, filius Adelhardi.

5 OTTO postremus comes Buochornensis, cum Berchta coniuge, Vuelphonis senioris Bauariæ ducis sorore, imperante Friderico primo cellam sancti Pantaleonis fundauit, anno currente 1181. Qui cum sine prole decederet, partem ditionis suæ Vuelphonibus de Altorf, partem vero cœnobio Vinearum legauit. Accepit etiam partem non minimam Fridericus I. Imperator: inuenio hunc citari in literis de anno 1130.

GENEALOGIA COMITVM DE OENTNGEN *ad lacum Brigantinum.*

1 CHVNO, ex Richlinde Ottonis I. Imperatoris filia suscepit Cunradum episcopũ Constantiensem, Eckebertum marchionem à Staden in Saxonia, Lutoldum, Lupoldum, Engelbertum, Rudolphum: & vnicam filiam Itham, Rudolpho comiti ab Altorf nuptam, S. Chunradi matrem.

2 RVDOLPHVS filius Chunonis, & aliorum frater germanus, qui solus stemma seruauit, ex comitissa de Hohenvuard Bauara postremum sui generis genuit.

GENEALOGIA COMITVM DE DOKENBVRG *& Ranckvuil, quorum erant præterea Vuallenstad, Rheynekh oppidum, Liechtensteig, Vuylen Turgouia, & Vczenberg ad lacum Tigurinum, quod Rudolphus Habsburgensis nondum Cæsar expugnauerat.*

1 ALBERTVS, Luitfridus & Hermannus, floruerunt anno 1060. Quorum Hermannus abbas Eynsidlensis fuerat.

2 THEODELINVS, & Diethelmus, anno 1120.

3 VVERNERVS, abbas Eynsidlensis anno 1180.

4 EGO, vel Egelmus, magister militiæ siue capitaneus fuerat Alberti primi Austriæ ducis, aduersus Tigurinos.

5 EGLOLPHVS à Tokhenburg, floruit circa annum 1292.

6 FRIDERICVS, erat in bello Tigurienſi arbiter electus, pro castro & oppido Rappersvuil, inter Tigurinos & Albertum secundũ Austriæ ducem ex cognomento Contractum, Tiguum obsidentem anno Salutis 1350.

7 DONATVS, cum Lupoldo Austriæ duce interficitur ad Sempach, anno Salutis 1386.

8 FRIDERICVS secundus hoc nomine, gessit bellum aduersus episcopum Curiensem Hardmannum, comitum à Vuerdenberg, pro sylua Tannekh, & decimis in Hayncz-enberg, anno 1395.

9 FRIDEERICVS tertius in stemmate, & vltimus comes, anno Domini 1436. reliquit testamento comitatum dominis de Raren Vualesia, licet iam magna ex parte ab Heluetiis possessum. Porro domini à Raren vendiderunt comitatum abbati S. Galli. Is Fridericus, nomine Austriadum præfectus erat in Rhynehk & Veldkirchen.

G E-

GENEALOGIA COMITVM DE RAPPERSVVIL & Vuandelburg, qui fuerant aduocati cœnobii Eynsidlensis, & ditionem haud procul Tiguro habuerant. Porro prosapiam istam Ioannes Auentinus deriuat à S. Chunrado Constantiensi episcopo, Ethiconis comitis ab Altorf filio: tribuitque illis alia cognomina à regiis, videlicet à Schuuytz, Heszel, & Vfter.

1 WIRANDVS comes à Wandelberg, abbas Eynsidlensis, tertius ab exordio fundationis, floruit circa annum Domini 1020.

2 WARINVS, & Vdalricus, abbates ordine egerunt in Eynsidlen circa annum 1100.

3 HENRICVS ex cognomento Vuandelber, author & locupletator cœnobii Wettingensis prope Thermas Heluetiorum, monasterio Vri vallem pro 300. marcis argenti oppignorauit. Is ex comitissa de Homburg Vuernherum progenuit. sepelitur in Vuettungen cœnobio, fundatione sua.

4 HERMANNVS frater fuerat Henrici, sepultus in Vuettingen.

5 WERNERVS, Henrici filius, floruit anno 1260. aduersus quem Rudolphus comes Habsburgensis nondum Cæsar bellum gessit, pro possessionibus quibusdam in Frikhtall.

6 VVERNERVS secundus, comes de Rappersvuil & Homburg: aduersus hūc primum omnium confœderati Heluetiorum, circa annum 1314, bellum gerere cœperunt. Qui se diu tutatus est, auxilio comitum Habsburgensium de Lauffenburgo, & abbatum Eynsidlensium. fuit vltimus suæ stirpis, & reliquit duas filias: vnam nuptam Vuernhero comiti de Höburg, & alterā Gotefrido comiti ab Habsburg & Lauffenberga. vnde nascitur Ioannes comes ab Habsburg, Lauffenberga & Rappersvuil. Qui cum se Tigurinis opposuisset, & comitatū à matre acceptum tueri vellet, clam per insidias à Tigurinis capitur. Sed iterum liberatur ab Alberto Contracto Austriæ duce, cognato: cui & comitatū Rappersvuil libere donauit, vt illum modo aduersus Tigurinos tueretur. Idcirco & pontem Austriacus, longum illum, in Rappersvuil construxit, & Tigurum auxilio Caroli quarti & Germaniæ principum obsidione pressit, circa annum 1350. Deniq; cum Austriaci defendere comitatum amplius nequirent, occupatur is à Tigurinis, Schvuiczeris, & Vndervualdensibus, anno Salutis nostræ 1458.

GENEALOGIA COMITVM AB HOMBVRG, quem hodie comitatum vna cum Liechstall oppido Basilienses possident.

1 LVDOVICVS comes ab Homburg, in matrimonio habebat Elisabetam comitissam de Rappersvuil, quæ vendiderat totam vallem Vri cœnobio Vuettingensi, maiorum suorum fundationi, anno 1293.

2 WERNERVS comes ab Homburg, vendidit Petro episcopo Basiliensi castrum Homburg, & Liechstall oppidum, haud procul à Basilea.

GENEALOGIA COMITVM DE THIERstayn, cuius castri rudera haud procul à Sekhyngen oppido secus Rhenum in Heluetiis cernuntur. Porro illorum comitum erat in finibus Basileæ ditio, erantq; illorum castra Dornach & Pfeffingen, ab Heluetiis hodie possessa.

1 FRIDERICVS, citatur in literis de anno 1130, vna cum Ioanne à Pfyrd, Ioanne à Montfort, & Hugone à Vuerdenberg.

2 GOTSHCALCVS, floruit circa annū 1150. Cuius sine fratres siue fratrueles Vdalricus & Marquardus, abierunt in Austriam, ac ibi prædia compararunt, siue potius condidere. quorum alterum ab insignibus damæ videlicet Hyndperg: alterum vero Ebersdorf, ab apro, quod ibi venationi commodus esset locus, denominarunt. Quorum posteri, domini ab Hyndperg & Ebersdorf appellati fuere: quorum adhuc in Austria apud nos reliquiæ supersunt, in Sigismundo comite à Thierstteyn, & domino ab Ebersdorf, cuius frater Reynpertus nuper adeo rebus humanis exemptus est, belli studiis clarissimus heros.

3 LANDFRIDVS, vixit circa annum Salutis 1183.

4 LVTOLDVS, legitur Rudolpho Cæsari, Habsburgensis stirpis ornamento illi, & Austriæ principum conditori, mutuo dedisse sexaginta argenti marcas, vt bellis ab ipso inceptis durare posset.

5 CHALOCHVS, forte Lutoldi frater germanus, cum Rudolpho Habsburgensi concessit in Austriam, & dominorum ab Hyndberg cognatorum suorum possessiones cōsecutus est, & Eberldorf, castrum condidit. à quo deinceps domini & barones ab Ebersdorf in ducatum Austriæ recte descendere dignoscuntur, qui & comitum à Thierstein titulum hodie vsurpant.

6 GEORGIVS, & Hermannus in episcopum Argentoratensem electus anno 1307. alter vero interfuit ludicro Martiali Ingelhaymensi palatio celebrato, circa annum 1337.

7 SYMON, Friderico regi & Austriæ duci, qui contra Ludouicum Bauarum electus fuerat, mutuo dedisse scribitur septem millia marcarum argenti circa annum Salutis 1366.

8 IOANNES, capitur in castro Falckhensteyn à Basiliensibus & Heluetiis, cum comite à Nidovn, anno 1370.

9 PETRVS & Marquardus: quorum Petrus interficitur ab Heluetiis ad Sempach, cum Lupoldo Austriæ duce, anno 1386. Marquardus vero magister curiæ Austriæ principum fuerat anno currente 1387.

10 BERNHARDVS & Hermannus: quorum primus coniugem habuit filiam Rudolphi domini de Bernekh & Steyr, baronis celeberrimi in Styria: alter vero interficitur ab Heluetiis in bello Appencellensi, anno 1406.

11 IOANNES, aduocatus instituitur concilii Basiliensis, anno millesimo quadringētesimo quadragesimo. Qui idem ex concilio Constantiensi legatus missus fuerat ad Tigurinos, anno 1414, vt eos cum confœderatis Vri & Schuicz conciliaret, qui intestino inter se bello flagrabant.

12 OSVVALDVS, Bernhardus, & Wilhelmus, fratres germani fuerunt: quorum Osualdus præfectum egerat Caroli Burgundiæ ducis in Alsatia, sibi à Sigismundo Austrio oppignorata. Idem postea Alsatia redempta, præfectum Sigismundi Austriæ ducis egit in Alsatia, quem vulgo Landuogtum appellant, anno 1476. Bernhardus vero & Wilhelmus, Friderici Imperatoris tertii aulici ac consiliarii fuerant. Et Wilhelmus quidem Sigismundi ducis Austriæ contra Burgundos ducem egerat: Bernhardus vero mutata sede, capitaneatum siue præfecturam Freystat in Austria, vna cum castris Brunbach & Persperg comparauit, comitatu iam pene toto in potestatem Heluetiorum concedente.

13 OSVVALDVS & Henricus, erant adhuc in humanis anno 1510.

GENEALOGIA COMITVM A RHINFELden, qui à Lotharingiæ ducibus descendebant, & ad apicem Imperialis dignitatis conscenderant.

1 THEODERICVS dux Lotharingiæ, ex Itha comitissa duos filios tulit, quorū Adalbero fuit præsul Wormaciensis: Chuno vero exul & pulsus patria, ad Rhenum in Sequanis prædia comparauit. cuius sorores Adelhaidis regi Hungariæ, Berchta vero comiti à Bregantia nuptæ fuere.

2 CHVNO comes à Rhynfeldia, ex comitissa de Onyngen tulit filiā Mechtildem, locatam Berchtoldo comiti Zaringensi. Ex altera vero Richvuara marchionissa à Baden, Rudolphum procreauit.

3 RVDOLPHVS comes Rhynfeldensis, ab Agnete Imperatrice Henrici tertii vidua, & quarti Henrici matre, Imperium non adulto filio disponente, dux Sueuiæ creatus, & coniuncta filia regali Mechtilde gener ascitus: paulo post, cum Henricus quartus sororius in odium Pontificis & Germaniæ principum incidisset, in Cæsarem quoque apud Forchhaym electus, dum Imperialem dignitatem gladio aduersus Henricum quartum sororium tuetur, in acie apud Saxones cecidit: relicta coniuge secunda Adelhaide, filia Ottonis marchionis Italiæ, sorore Berchtæ, quæ Henrici quarti coniunx fuerat: & duobus filiis, sepultis apud S. Blasium in Nigra sylua, Ottone & Berchtoldo. Filiarum Adelhaidis regi Hungariæ Colomanno, Berchta Vdalrico comiti Bregantiæ, & Mechtildis Berchtoldo Barbato Zaringiæ duci collocatæ fuere. Ex Berchta quidem Brigantina comitissa Hugo palatinus de Sigmarigen, & Rudolphus comes de Pfulendorf processere.

GENEALOGIA COMITVM A NIDOVV.

1 RVDOLPHVS interficitur à Bernatibus in prælio Lausanensi, cum coniuratione inita, comites à Kiburg, Arberg, Nidovn, Furstenberg, Sabaudiæ, Montenach, Neuburgæ & Vallandys, XXXII millibus Loupam Bernatium oppidum obsedissent. In quo prælio interfecti præterea sunt, Ioannes comes Sabaudiæ, filius domini In der Vuath, & Eberhardus comes à Vallandiis.

2 WIL-

2 WILHELMVS, ab Alberto primo duce Austriæ, Alberti Cæsaris filio, præfectus constituitur Turgouiæ, Ergouiæ & Vchtlandiæ. Qui ex filia Sigismundi landgrauii Alsatiæ, Rudolphum secundum genuit. Cuius vxor sepulta iacet in Laufenbergo.

3 RVDOLPHVS hoc nomine secundus, accepit à principibus Austriç feudo dominium Fridovu, in Styria inferiori, ad ripam Draui amnis, anno Salutis 1366. Interficitur postremo ictu bombardæ in Beuren ciuitate prope Solodurum, in eo bello quod dominus à Gvuisen Alsatis & Heluetiis intulerat, septuaginta millium exercitu in Germaniam Anglorum & Armeniacorum introducto, anno Salutis 1375. Causa belli erat, vt Burgdorf & Thun occuparet, ad quæ ius quoddam à Zaringensibus prætendebat. Fuit iste Ru-10 dulphus suæ stirpis postremus. & reliquerat duas modo filias: vnam Hermanno comiti à Kiburg locatam, & alteram Ioanni comiti à Thiersteyn.

GENEALOGIA COMITVM ET DOMINORVM ab Arberg, quorum posteritas pulsa ab Heluetiis in Austriam, ibidem nomine eodem castrum condidit.

1 PETRVS, reperitur interfuisse prælio Laupensi, cum cæteris vicinis comitibus, de anno 1382. vendidit comitatum suum Bernatibus vltro, anno 1353. euasit eum magno thesauro ex prælio, & socios deseruit.

2 PETRVS hoc nomine secundus, superioris filius, cum Lupoldo duce Austriæ ad 20 Sempach occubuit, anno Domini 1386. Horum posteri profecti in Austriam, cum nihil haberent bonorum in Heluetiis, castrum à nomine familiæ construxerunt in sylua Viennensi. Cuius stirpis quispiam vixerat adhuc anno 1437, qui à Wolfgango ab Ebersdorf emerat Grafenvuerdam. cæterũ postremo deficiente stirpe, Ebersdorfiis comites à Thiersteyn, vt sanguine iuncti, successerunt: qui Arbergum castrum demum Sebaldo Poglino à Reiffensteyn vendiderunt. hodie tenet Andreas Pegl liber baro à Reiffensteyn & Arberg, discipulus quondam noster, dum Ludi moderatorem apud patrem illius ageremus.

GENEALOGIA COMITVM A ROTL ET SVsemberg, domini à Mortnau. descenderunt à marchionibus Veronensibus, sanguinis vinculo iuncti marchionibus ab Hochberg & Badensibus.

30

1 THEODERICVS, floruit imperante Henrico quarto, sub annum incarnationis Domini 1084.

2 LVTOLDVS, ex comitissa à Thierstayn, nata ex Hochbergensi marchionissa, Rudolphum progenuit, Friderico primo imperante, circa annum Salutis humanæ 1180.

3 RVDOLPHVS, ex comitissa de Vualischneuburga progenuit Rudolphũ & Vilhelmum.

4 VILHELMVS & Rudolphus.

5 THEODERICVS secundus floruit sub annum Domini 1280. qui capitur in bello Basiliensi, à Rudolpho Habsburgensi aduersus Henricum episcopum Basiliensem gesto, 40 qui etat ex stirpe comitum Neuburgensium. detinetur ab Austriaco in minore Basilea, vna cum Hugone mareschalco consule Basiliense.

6 RVDOLPHVS, ex comitissa de S. Georgio Burgunda Philippum procreauit, qui ducissam Sabaudiæ in matrimonio habuerat: cuius sororem Vdalricus comes à Montfort, viduatam à dapifero de Vualdburg, coniugem duxerat.

7 WILHELMVS postremus comes in matrimonio habebat comitissam à Montfort. Vendidit Sigismundo Austriaco partem Brigantini comitatus, pro 32. millibus florenorum.

GENEALOGIA COMITVM DE WALISCHneuvburga, & dominorum de Burgdorf, qui ditionem habebant ad Lacũ Neuburgensem haud 50 procul Losanna: erantque reliquiæ duarum amplissimarum antiquissimarumq; ciuitatum Auentici & Ebroduni, quas nostra ætas appellat Vuiflisburg & Iuerdon.

1 VDALRICVS, floruit anno 1250. & reliquit duos filios, vtrunq; Henricum nominatum: quorum alter fuerat præsul Basiliensis, Rudolphi Cæsaris & amicus & hostis, quem sæpe solitus erat pecunia mulctare. alter vero Henricus possidebat comitatũ, & Rudolpho Cæsari multis in bellis militabat. Filiarum vna comiti à Doklienberg nupta fuerat, secunda domino a Regensperg prope Tigurum, tertia domino à Gransen, & quarta comiti à Rœtelen. ratione cuius matrimonii Neuburgensis comitatus ad Rotelenses deuolutus

fuerat: à quibus ad Hochbergenſes peruenerat, & inde ad comites Friburgenſes: à quorum vltimo principes Auſtriæ emerunt.

2 HENRICVS, Vdalrici filius, & epiſcopi Baſilienſis frater germanus, Rudolpho Cæſari amiciſſimus, progenuit tres filios: quorum Humbertus fuerat antiſtes Baſilienſis, qui Eliknrt dominium alienatum transtulerat in ſuam familiam.

3 THEOBALDVS, vel Dieboldus, aduerſus quē Ioannes à Falkenſteyn epiſcopus Baſilienſis bellum geſſerat, propter alienatum dominium Elikurt, anno currente 1424.

4 HENRICVS ſecundus hoc nomine, reliquit vnicam filiam, quam vxorem duxit Egon comes à Friburg, ratione cuius matrimonii comitatus Neuburgę ad Friburgenſes eſt deuolutus.

GENEALOGIA COMITVM PFYRETARVM, & Suntgouia, qui & ipſi à ducibus Lotharingiæ veteribus defluxerant, eademque inſignia vſurpabant cum comitibus Salmenſibus & Montis Belgardi, duos videlicet aureos ſalmos in rubro clypeo, multis crucibus interſtinctos. Sub quorū obſequio fuerat tota pene Suntgouia, cū locis ſubiectis, Tann, Datenried, Rotenfels, Senhaym, Maſmunſter, Veldpach, Befort, & Lūczl, vbi & fundationes eorum, ac conditoria ſtirpis viſuntur. Horum fuerat deniq; Lanſeramb, magnus ager Baſileæ vicinus: quæ hodie maiori ex parte Auſtriaci poſſident iure matrimonii, vt docebimus, ad eos deuoluta.

1 IOANNES, citatur in literis de anno Domini 1130. inter cæteros Germaniæ comites.

2 FRIDERICVS, comes à Pfyrt, in literis S. Trudberti cœnobii citatur, de anno Domini 1140.

3 VDALRICVS, anno Domini 1144. auxiliantibus Hugone comite de Egeshaym, & Vdalrico comite de Dagsberg, fundauit cœnobium Beris prope Colmariam. Porro ex familia comitum à Dagſperg, fuerat Leo nonus papa, ſub Henrico tertio.

4 IOANNES, fratrem habuit Ludouicum epiſcopum Baſilienſem, circa annū 1113.

5 FRIDERICVS, ex Stephania comitiſſa ab Egeshaym genuit Ludouicum.

6 LVDOVICVS, in matrimonio habuerat Vuilhelmi comitis à Montfort filiam.

7 VDALRICVS ſecundus in hac ſtirpe, Ludouici ſuperioris frater germanus, erat præfectus Alſatiæ ab Imperatore conſtitutus: victus ab Argentoratenſibus prope Blodelshaym, anno Domini 1228.

8 THEOBALDVS, ex Riza coniuge procreauit Theobaldum ſecundum.

9 THEOBALDVS, vel Dieboldus, ex comitiſſa à Vuirtenberg, nata ex baroniſſa ab Oxenſteyn, Vdalricum tertium tulit.

10 VDALRICVS tertius hoc nomine, ex Ioanna comitiſſa Montisbelgardi, Erneſtum & Vdalricum quartum tulit.

11 VDALRICVS quartus, ex Catharina Burgunda, quæ circa annum Domini obierat 1324, duas duntaxat filias reliquit: quarum Ioannam Albertus ex cognomento Contractus, ſiue Sapiens, dux Auſtriæ, ſibi coniugem adſciuit: qui ſorori vxoris Vrſulæ pro ceſſione comitatus octo millia marcarum argenti dedit, & comitatum Auſtriæ totum adiecit.

CATALOGVS ALIQVOT COMITVM COMItatuumque Sueuiæ, quorum genealogias integras conſequi nequiuimus.

COMITES de Bucbavu, cuius ſtirpis Chriſtina quædam reperitur abbatiſſam egiſſe in Ottelſteten Sueuiæ, anno 1490.

COMITES de Rordorf, cuius familiæ Eberhardus abbatem egit Salernitanum, anno 1190.

COMITES de Rordorf, cuius familiæ Eberhardus abbatem egit Salemitanum: anno 1190.

COM. de Aichſtengi, quo nomine Vdalricus & Henricus inueniuntur de anno Salutis 1116

COM. de Haſſemberg, in Nigra ſylua, verſus Lauffenberg, Ruggerus, Henricus, & Richardus, hoc nomine reperiuntur de anno 1120. Henricus eiuſdem nominis præſulem Argentoratenſem egit, annò 1180. Ioannes & Vdalricus interficiuntur ad Sempach, cum Lupoldo duce Auſtriæ, anno 1386.

COM. de Tungen, Hugo in literis ab Henrico quinto citatur, de anno 1120, vna cum Burcardo à Zolern, & Gotofrido ab Herrenberg.

COM. de Lentzburg Ergouiæ, cuius adhuc castri rudera prope Habsburgum cernũtur. Ipsi vero landgrauii erãt in Kleggavu, fundatores cœnobiorum Munster Ergouiæ & Lautenbach Alsatiæ. Vixere isthoc nomine Rudolphus & Arnoldus, anno 1140: Vdalricus de Lentzburg episcopus Curiensis anno 1342.

COM. de Vuissenburg & Kreuchingen ac Sibentall, Diethelmus episcopum Cõstantiensem egit anno 1240. Rudolphus & Ioannes diu contentionem habuerunt cum Bernatibus, propter oppidum Vuymis: ideo ius ciuitatis Bernæ adepti, facti sunt ciues anno Salutis 1337.

COM. de Bonsteten, Menegoldus S. Galli abbas celebratur, anno 1147. Hermannus ibidem abbas anno 1340. & Ioannes eiusdem loci abbas 1350. cum sorore Anna abbatissa Tigurienſi. Albertus huius insignis familiæ, scripsit historiam Austriæ sub Maximiliano, erat decanus Heremitarum cœnobii.

COM. de Ramsvuang: Salomon huius familiæ nominisque, cancellarius fuerat Ludouici secundi Francorum, Germaniæ & Boiariæ regis, ex abbate sancti Galli factus episcopus Constantiensis.

COM. de Sargans, in finibus thermarum Pfeffers Rhætiæ altæ: quo nomine Salomon celebratur abbas Salemitanus prope Yberlingam, anno 1337.

COM. à Saxan, aduocati cœnobii Fabariensis, vulgo Pfeffers. Quo nomine Vdalricus abbatem S. Galli egit, anno 1208.

COM. de Brandenberg, quo nomine Otto & Hermannus à Rudolpho Habsburgense Cæsare citantur, de anno 1280.

COM. de Spiczenberg, quorum erat Zophingen, haud procul à Berna, qui comitatus iure cognationis ad Habsburgenses deuolutus fuerat, anno 1288. Hodie confœderati Heluetiorum Bernenses tenent.

COM. de Strasburg Vehlandiæ.

COM. de Burglen, cuius familiæ Vueczilo interficitur à Berchtoldo comite de Zaringen, anno Domini 1077.

COM. à Matez, in Rhætia Curiensi.

COM. à Mesaux, ibidem.

COM. à Belmont, ibidem.

COM. à Montburen, prope Solodurum ad Arolam: Vualterus floruit anno Domini 1120.

COM. à Tennenlohe, quo nomine Vdiscalcus cœnobium canonicorum Regularium S. Crucis Augustæ fundauit.

COM. ab Vttingen, Ludouicus floruit anno Domini 1120.

COM. ab Hellenberg, quo nomine Rudolphus citatur inter testes à Rudolpho Habsburgense Cæsare, de anno 1280.

SEQVITVR NOBILITAS SVEVIÆ, COMPRÆHENDENS GENEALOGIAS EORVM QVI AVT PVBLICA MINISTERIA inter populares gerebant, aut libertate ob merita donati fuerant, aut in equitum ingenuorum ordine manserant.

GENEALOGIA MARESCALCORVM A CALLATIN & Pappenhaym, qui & Sueuiæ ducatus & Imperialis aulæ marescalci fuerant, vt legitur in instrumento quodam: In nomine Domini Amen. Suffocantur caduca gesta mortalium, nisi firmet ea vox testium, & æternitas literarum. Huius rei gratia nos Henricus Dei gratia Imperialis aulæ ac ducatus Sueuiæ marescalcus de Pappenhaym, notum esse volumus vniuersis præsentem paginam inspecturis, quod Sigefridus de Norndorff castellanus noster, in castro Treusshaym, & Adelhaides vxor sua, in remedium animarum & parentum suorum, fratribus de Cæsarea Cisterciensis ordinis Augustanæ diœcesis, donauit, &c. Porro Callentyn castri vestigia cernuntur haud procul à Lechsmynd & Vuerdea Sueuiæ, in quibus finibus postea possidere cœperunt alia castra, à quibus denominabantur passim, & in varias erant sectiones propagati, vt videlicet Treusshaym, Biberbach, Reichen, Oberndorf, Auebor, Hagenavu, Berkhyn, Rathenhaym, Eberstall, cum proximis Salmashonen, & aliis. Quæ feudo partim Romani Imperatoris, partim burggrauiorum Nurnbergensium, ac comitum à Graispach & Lechsgmynd beneficio possidebant. Vnde legitur in antiquis literis: Wir Friderich von Gottes gnaden burggraue zu Nurnberg / verichen in disem brieff / das für vns kommen ist vnser lieber getrewer Wilhelm marschalck von Biberbach / vnd bat vns / als sein rechten lesheherren / *& quæ sequuntur. Porro marescalci erant aduocati generales & antiquiores Cæsarea cœ-*

nobis, vulgo Kaschaym. Vnde legitur in diplomate antiquo: Ego Hildebrandus de Pappenhaym, Imperialis aulæ marescalcus, notum fieri cupio præsentium inspectoribus vniuersis, quod cum in bonis curiæ fratrum de Cæsarea Cisterciensis ordinis, dicta vulgo in Rekhartfried, quatuor metretæ auenæ iure aduocatiæ mihi competentes, meisque progenitoribus ab antiquo, sano ductus consilio, in animæ meæ remedium tenore præsentium renuncio: & quæ sequuntur in literis, datis de anno 1291. Videtur quoque pertinere ad dignitatem istorum marescalcorum, quod certum annuum reditum & in pecunia & in vinis accipiebant ab episcopo Herbipolensi, comitatibusque ab Hohenlobe, Hirsperg & Ottingen: habebantq; & isti, vti comites, suos vasallos, qui beneficio Pappenbergensium prædia & pagos possidebant, videlicet de Buche, de Halden, de Logingen, de Norndorf, ab Irdeburg, de Schone, à Turhaym, à Gerolezhouen, ab Vberczhouen, de Isemprechthouen, à Busnang. Quorum subinde mentio occurrit & in epitaphiis, & in annalibus Cæsariensibus: & quorum plerique castellani Pappenhaymensium fuerant, vt videlicet Sigefridus de Norndorf in Treushaym, Menegoldus ab Vberczhouen in Vuestendorf. Sed placet horum dignitatem locumque prærogatiua quadam includere, quam Henricus sextus indulserat, quæ sic habet de verbo ad verbum. In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis: Henricus sextus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & rex Siciliæ. Imperialis excellentiæ nostræ consueuit benignitas, deuota fidelium suorum obsequia clementer respicere, eisque pro benemeritis multimoda munificentia sua impartire beneficia. Quapropter notum facimus vniuersis Imperii nostri fidelibus, præsentibus & futuris, quod nos præ oculis habentes puram fidẽ, & præclara seruitia, quæ fidelis noster Henricus marescalcus de Kallentyn, ad exaltationis nostræ gloriam frequenter & fideliter exhibuit patronem, vbi contra proditores nostros fideliter & strenue decertauit, in remunerationem obsequiorum suorum, de innata nobis clementia concedimus ei in rectum feudum, & hæredibus suis præsenti pagina in perpetuum confirmamus, totum officium nostrum, quod Siboto de Iagshouen & Hermannus Dietenkerus, à nobis tenuerunt: videlicet paludem, & omnia bona quæ pertineat ad paludem circa Nevuburg apud Danubium, aduocatias omnes, & specialiter aduocatiam super bona beati Vdalrici apud Horben, & omnia bona quæ nostræ Vrbonæ fuerunt, cum omnibus hominibus & aduocatiis ad ea pertinentibus. Insuper concedimus prædicto Henrico marescalco & hæredibus suis, nomine recti feudi, & præsenti pagina in perpetuum confirmamus, totum officium nostrum quod Vdalricus de Rotenburg tenuit, videlicet curiam in Mulbach, decimam omnem in Langrundele, decimam omnem ante syluam circa Gelere, omnes ecclesias quas Gumpertus clericus de Tusingen à nobis tenet, &c. Et concludens priuilegiũ subdit: Ad cuius rei certã in posterum euidentiã, præsentem paginam inde conscribi iussimus, & maiestatis nostræ sigillo communiri. Huius rei testes sunt, Matthæus Capuanus archiepiscopus, Vuilhelmus Reginus archiepiscopus, Bonghamo Cusentinus archiepiscopus, Laurentius Syracusanus episcopus, Heynricus Aichstetensis episcopus, Vuilhelmus marchio Montisfortis, Henricus dominus Austriæ, Chunradus dux Spoleti, comes Berchtoldus de Legsgmynd, Marquardus Senescalcus marchio Anconæ, & dux Rauennæ, comes Albertus de Spõhaym, Arnoldus de Horben, Arnoldus de Vvulsa, Rompodo marescalcus, Henricus pincerna, Henricus marescalcus Auebor, Sigefridus marescalcus de Hagenoue, Chunradus dapifer de Rotenburgh, Fridericus de Rotinburg, Ortmundus de Eschenoue, Albertus Ryndsmaul, Hermannus de Stalem: & quæ sequuntur in literis, quæ sunt datæ anno Salutis 1197.

Imperii anno 7. regnorum 28.

1 ERNESTVS marescalcus de Callentyn, circa annum Domini floruit 1160. & ex Eulalia baronissa de Neiffen multos liberos procreauit, videlicet Henricum marescalcum de Callentyn, Henricum alterum marescalcum de Vuaggeke, & Auebor, Sigefridũ marescalcum de Hagenoue, & Reynbotonem marescalcum.

2 HENRICVS Ernesti filius, Alberti postremi à Biberbach vnicam filiam Annam nomine duxit coniugem, & nomen eius familiæ dominiumq; in suam domum transtulit, confirmatus in hoc ab Henrico sexto. progenuit vero ex Biberbacensi illa postrema Vdalricum, & Hiltebrandum marescalcos de Rechperg (à quibus marescalci à Rechperg rite descendere dignoscuntur) Sigefridum episcopum Augustanum, Henricum marescalcũ à Biberbach primum, & Rudolphum marescalcum à Callentyn & Pappenhaym: à quo tota series marescalcorum à Pappenhaym, Biberbach, Oberndorf & Riechen defluxit, de quibus mox dicemus.

3 HENRICVS secundus hoc nomine, superioris filius, floruit circa annum millesimum ducentesimũ. Is est, qui Ottonem Palatinum à Witelspach, vltus necem ducis sui Philippi regis, in castro Niderstrang prope Ratisponã occidit. Qui ex Guta à Reichẽpach Fridericum filium tulit, item marescalcum: qui ex filia Palatini a Vuitelspach nullam prolem reliquit.

4 RVDOLPHVS, Henrici primi filius, & secundi frater germanus, ex Pigmada baronissa de Hevuen progenuit Rudolphum secundum hoc nomine, marescalcum à Pappenhaym,

penhaym, Henricum marescalcum à Biberbach, & filiam nuptam comiti à Kaczenellenbogen. Quorum Rudolphus genuit circa annum 1232, Rudolphum tertium, & Henricum hoc nomine quartum: Potentianam comiti ab Aichelperg nuptam, Scholasticam & Iulianam moniales in Kreucztall: quarum Iulianam ex monasterio dicitur rapuisse Sigefridus princeps quidam Sueuiæ. Cæterum Rudolphus tertius & Henricus quartus hoc nomine in stemmate, sine liberis decesserunt circa annum 1290.

5 HENRICVS tertius, Rudolphi primi filius, & secundi frater germanus, ex Prisca baronissa à Stoeffl, anno à nato Christo 1220, progenuit Hiltebrandum marescalcum à Biberbach, & Henricum marescalcum à Pappenhaym: & tres filias, Annam nuptam dapifero à Kulentall, & alteram ingenuo ac libero ab Hohenrechperg, & tertiam libero à
10 Reissensburg. Porro Hiltebrandus facta primum omnium cum Henrico fratre diuisione, Bibrrbacense dominium accepit, super adiectis mille & ducentis aureis. à quo tota series marescalcorum de Biberbach & Oberndorf defluxit, de quibus mox suo loco seorsim dicturi sumus.

6 HENRICVS quintus hoc nomine, marescalcus à Pappenhaym, quod in partitione cũ fratre sibi suæque familiæ retinuerat: gessit officium marescalci Imperialis in curia Rudulphi Habsburgensis Cæsaris, & iussu heri sui cæpit comitem à Graispach contumacem, eumque cum omnibus comitatus prædiis Cæsari repræsentauit. Capit idem & præstigiatorem illum, qui se apud Nussiam Rheni Fridericum secundum mentitus fuerat: in-
20 uestitus quoque, siue feudo donatus à Friderico I. burggrauio Nurnbergensi, Zolrensis stemmatis. Habuit tres vxores: primam, Rosinam ab Hohenbach Misnensem: secundã, Irmeliam baronissam à Stofl: & tertiam, filiam Rudolphi ab Hirnhaym & Kaczenstayn: ex quarum vna genuit Rudolphum.

7 RVDOLPHVS, Henrici quinti filius, marescalcus a Pappenhaym, consecutus duas vxores fuerat: Petronellam a Podma, & Cœlestinam ducissam a Schiltach, ex quarum vna genuit Rudolphum quintum, & filiam.

8 RVDOLPHVS hoc nomine quintus in hac stirpe, ex Sophia de Hohenrechperg, cuius mater fuerat Tubingensis comitissa, genuit Henricum sextum, Ioannem Gibbosum, & Elisabetam filiam. obiit, sepultus in Pappenhaym, anno incarnationis Domi-
30 ni 1345.

9 IOANNES, ex cognomento & corporis nota Gibbosus, ad marescalci Imperialis officium a Ludouico, & inde Carolo quarto Cæsaribus electus, cognato suo, qui prior id gesserat, Wilhelmo a Biberbach extincto. erat præfectus marchiæ veteris Brandeburgensis. Secutus quoque castra Ludouici Imperatoris, multa præclara in Longobardia gessit. Cæterum ex cõiuge sua ab Hirschhoren nullam prolem reliquerat. obiit circa annum Domini 1370.

10 HENRICVS sextus, frater germanus Ioannis, minor natu fratri successit & in marescalci Imperialis publico munere, & in dominio Pappenhaymensi, ab Imperatore cõfirmatus: iudex quoque ab Imperio, comitatus Graispacensis ordinarius constitutus, au-
40 thor cœnobii sancti Augustini Pappenhaymii, ex Elisabeta de Ollerbach, cuius mater fuerat baronissa a Mardorf, procreauit Henricum septimum, qui obiit anno 1419: Georgium canonicum Aichstetensem, Wilhelmum qui extra patriam obierat anno Hauptonem, Chunradum, Elisabetam a Rosenberg secundam filiam ingenuo a Vuolfstayn nuptam, quæ obiit anno 1401. Et Claram monialem in Zymern. obiit vero Henricus marescalcus senior, anno Salutis 1387.

11 CHVNRADVS marescalcus de Pappenhaym, filiorum Henrici sexti vnus, duas duxerat ordine vxores: primam Elisabetam a Sekhendorf, secundam Annam a Freyberg. ex quibus tulit filios, Chunradum secundum, Georgium canonicum Aichstetensem, qui obiit 1492: Henricum canonicum, Vuilhelmum (qui duas consecutus fuerat cõ-
50 iuges, Sekhendorfinam, & alteram Benedictam Forschiynin) & vnam filiam dictissimo equiti aurato Vdalrico a Trenchdingen, burggrauiatus Nurnbergensis in feudis conferendis vicario nuptam.

12 HAVPTO, Henrici sexti quoq; filius, & Chunradi superioris frater germanus, ab Imperatore ordinarius Imperialis aulæ marescalcus constitutus, possessor castri Vuellẽburg prope Augustam, ex Agnete baronissa a Vucynsperg procreauit Henricum octauum, Hauptonem secundum, & Sigismundum. Quorum Henricus ex ingenua Bauariæ de Preissingen, Ioannem secundum genuerat, & filiam Chunrado ab Hirnhaym nuptam.

13 HAVPTO secundus hoc nomine, superioris filius, ordinarius (vt vocant) ma-

rescalci muneris ab Imperio administrator designatus post patrem, pro illo diu cũ Erebingero marescalco à Biberbach cognato contendebat: in quo captus ab Erchengero, vix liberatur, Ruperti Cæsaris & Eberhardi Augustani præsulis, eiusque fratris Chunradi comitis à Kirchperg, autoritate. Habuit duas coniuges: primam, Coronam, Chunradi à Rotenstayn filiam: secundam, Barbaram de Rechperg, cuius mater Decensis ducissa fuerat. Ex his progignens multos liberos, stemma suum nobile in duas partes secuit.

Filii

ex coniuge à Rotenstayn, præter filias, quarum vna nupsit ingenuo à Vnolfstayn, & altera cuidam Breisinger Bauaro: genuit filios Ioannem Aichstetensem Canonicum, Chunradum & Henricum.

ex coninge Rechpergerina, præter filias etiam, vnam Vuolfstaymo à Sulczberg, & alteram nuptam nobili de Bynau, & tertiam monialem: procreauit Bernhardum canonicum, Rudolphũ Castellanum in Vuerdæa, Sigismundum & Georgium.

14 CHVNRADVS Hauptonis, marescalci iunioris, filius, ex Dorothea baronissa de Laber, quæ obiit anno 1482. progenuit Georgium, Achatium, & filiam libero à Rechperg nuptam. Quorum Georgius ex quadam Pflugyn, cuius mater fuerat Rechpergerina Sebastianum Georgium genuit, de Grenental nuncupatum, cuius filia Vito à Leonrod nupsit.

15 HENRICVS nonus, frater germanus Chunradi, filius & ipse Hauptonis iunioris ex Rotenstaynia, ex domina de Abensperg, ex Schaumburgẽsi comitissa Austriaca prognata, procreauit Hauptonem tertium canonicum Ratisponen. Casparum canonicum Aichstetensem, Christophorum ab Vlmensibus occisum prope Merdingen, anno 1470. Alexandrũ, qui ex filia de Ollerbach nihil tulit: Wilhelmũ & Henricum. Filiarum vna nupsit ingenuo à Leonrod, altera nobili de Rotenstayn, tertia Corona monasticen in Aicbstadio professa est.

16 WILHELMVS, Henrici superioris filius, cum multis annis Brandeburgensibus inseruiuisset, tandem septuagenarius vxorem duxit, Alberti à Rechperg filiã, cuius mater erat baronissa de Aspermont. Gessit Augustæ sub Maximiliano officium Aduocatiæ, siue capitaneatus Germaniæ.

17 HENRICVS, Wilhelmi frater germanus, hoc nomine decimus in familia, consecutus est binas vxores: primam filiam Waltheri ab Hirnhaym, & secundam Ollerbacensem: ex quibus nullam prolem, quemadmodum & frater, sustulit. Interfuit, vt marescalcus Imperii, coronationi Maximiliani Cæsaris.

SIGISMVNDVS, Hauptonis iunioris ex Rechpergerina natus, ex Magdalena à Schomberg tulit Simonem, & duas filias, Helenam ab Asperg, & Margaretham vestalem in Sæligenporten cœnobio, quæ obiit anno Dominicæ incarnationis 1497. Quorum Simon duas vxores habuerat, Beuscherin, & Fronbergerinam. vnde Christophorum, & quendam canonicum tulit.

GEORGIVS, ordinarius officii marescalci repræsentator ab Imperio constitutus, ex filia Iacobi dapiferi à Vualdburg, circa annum incarnationis Domini 1486, sustulit Georgium & Vdalricum.

VDALRICVS Georgii filius, reliquit quatuor filias, Vuildenstaynerin, Eglofstaynerin, tertiam Marquardo à Kundseekh, quartam cuidam Zobl Franco præsentis episcopi fratri, vel fratrueli, nuptas.

GEORGIVS secundus frater Vdalrici, Georgii I. filius, de Treuschtlingen marescalcus cognominatus, ex ingenua Bauara Nothafften progenuit Georgium canonicum, & Vdalricum, qui habuit in vxorem Fronhouerinam.

GEORGIVS tertius, nostra tempestate electus in præsulẽ Ratisponensem, nobis pene omnia hæc cõmunicauit cãdide, q̃ de hac stirpe nobili adnotauimus: vir & eruditione singulari, & in religionẽ nostrã studio ardẽtissimo.

18 CHRISTOPHORVS & Henricus à Paffenhaym, cum fratribus & fratruelibus, ac patruelibus, nostra memoria florent, quorum Wolfgangus Theodericus, canonicum Herbipolensem agit.

MARESCALCI A CALLATYN, RECHPERG, Reichenen & Vuertingen, stemma Collatinorum alterũ: hoc est, à colle Latino, vbi castrum condiderant, haud procul ab ostio Lyci amnis denominatorum, qui Pappenhaymensibus sanguinis vinculo iuncti rant.

I VDAL-

1 VDALRICVS filius Henrici à Pappenhaym, qui filiam vltimi à Biberbach duxerat vxorem, nepos primi à Callatyn Ernesti nomine, Rudolphi marescalci à Pappenhaym & Henrici à Biberbach frater germanus. Porro is Vdalricus marescalcus à Rechperg duos fratres habuerat, Hiltebrandum, & Sigefridum episcopum Augustanum. Floruit circa annum Domini 1200.

2 CHVNRADVS, Vdalrici filius, anno Domini vixerat 1290. Relictis post se filiis, Chunrado marescalco à Rechperg, & Hiltebrando custode Augustano.

3 CHVNRADVS secundus, primi filius, de quo extant literæ huiusmodi: Venerabili in Christo patri, domino suo Constantiensi electo & cōfirmato, Chunradus de Rech-10 perg, ministerialis Imperialis aulæ, & Sueuiæ marescalcus, &c. Et sequitur: Cum controuersia habita ibi insimul, præsentamus dominum Chunradum de Rechperg canonicum ecclesiæ Augustanæ. Datū Gamundæ, 1296. Ex quibus apparet, duos Chunrados eodem tempore huius stirpis à Rechperg extitisse.

4 HENRICVS, filius Chunradi alterius, cum fratre Ioanne in cœnobio Cæsariensi commemorantur in scriniis. de quorum altero extant literæ in hæc verba: Jch marschalkh Henrich von Pappenheym/ genant von Rechperch vergich/ &c. Datum anno Domini 1331. Is Henricus ex Margaretha ab Ollerbach progenuit Henricum, Hiltebrandum canonicum, Ioannem, & Blancam, coniugem marescalci à Bogsberg.

5 IOANNES, filiorum Henrici primi alter, ex Sophia de Obersdorf genuit tres filias: 20 vnam nuptam ingenuo à Villenbach, secundam nobili equiti à Vualdkirch & Ramstayn, tertiam ingenuo à Vuendingen.

6 HENRICVS hoc nomine secundus, primi filius, & Ioannis superioris frater germanus, duos filios reliquit: Henricum tertium, & Georgium.

7 GEORGIVS, cognomento Marescalcus de Reichen, ex Elisabeta à Schoppach Leonhardum tulit, & quatuor filias. quarum vna nupsit domino à Rot, secunda ingenuo à Vuendingen, tertia cuidam à Ramstayn, quarta abbatissam egit in superiori Schonfeld. De Georgio tales leguntur literæ, quæ discrimen demonstrant inter marescalcos à Rechperg, maresalcos à Biberbach, & maresalcos à Dornsperg: Jch Geschwynder marschalk von Dornsperg/ vergich das ich zu bürgen gesetzt han Erkhangern den marschalkh von Biberbach/ 30 vnd Georgen den marschalkh von Rechperg/ genandt von Reichen. Datum 1403.

8 LEONHARDVS Georgii filius, marescalcus de Rechperg, nominatus de Reichen, quod castrum pater familiæ adiecerat, & vbi is sacellum construxerat anno incarnationis Domini 1436: ex duabus vxoribus Agnete à Vuendingen, filia Sigefridi, & Elisabeta pincernæ à Geyrn nata, procreauit Magnum marescalcum, & duas filias: vnam nuptam ingenuo à Vuolffstayn, & alteram nobili Bauariæ Nothafft, circa annum Salutis nostræ 1484.

9 MAGNVS, Leonhardi filius, cognominatus marescalcus à Vuertingen, quod oppidum emerat, & nouum inibi castrum construxerat, ex Adelhaide filia Burcardi ab Ollerbach genuit Leonhardum secundum, & quinq; filias: quarum Adelhaidis ingenuo à 40 Sekhendorf collocatur, secunda ingenuo à Landavu, tertia Vdalrico à Vuesterstetē, quarta monasticen professa fuit in Holcz.

10 LEONHARDVS secundus hoc nomine in stirpe, ex Clara, filia Viti à Rechperg, cuius mater fuerat baronissa à Stoss, circa annum Domini 1474. procreauit Henricū commendatorem, Leonhardum tertium successorem in castris, Acharium magnum, & Georgium: qui iuuenes obierunt. Reliquit & filias, quarum vna nupsit ingenuo à Stadion, altera Wolfgango à Freiburg.

11 LEONHARDVS tertius, secundi filius, ex Margareta ab Erolczhaym tulit Hieronymum, Vitum, Christophorum, & Catharinam: à quibus descendunt, qui hodie marescalci [illegible]ntur à Reichen, siue Reichenau.

50

MARESCALCI A BIBERBACH, OBERNDORF, & Treushaym, tertium stemma Callatinorum marescalcis à Pappenhaym, & marescalcis à Rechperg & Reichen sanguinis vinculo iuncti, ab eodemq; fonte defluentes.

1 HILTEBRANDVS, Henrici quarti marescalci à Pappenhaym & Callatyn filius, pronepos Henrici illius, qui ob vxorem Alberti vltimi à Biberbach, Bybracense nomen dominiumque domui Collatinensi adiecerat. Primus inita diuisione cum Henrico fratre, retinuit Bibracense dominium, & quod restaurauerat castrum anno salutis nostræ

1280, quondam in bello intestino destructum: quod inter duos electos ad Imperiũ, Chunradum Sueuiæ ducem, & Henricum Turingiæ landgrauium, magno Sueuiæ ducatus discrimine vertebatur. Porro cum Bibracense dominium in redditibus annuis Pappenhaymensi minus esset, accepit in prompta pecunia ab Henrico fratre (qui Pappenhaymense castrum sortitus fuerat, & à quo omnes Pappenhaymenses rite descendere dignoscuntur) mille & ducentos aureos, certis terminis solutos, vt literæ desuper ab vtrisque datæ testantur. Vbi testes etiam diuisionis illius atque fideiussores partium exprimuntur, Berchtoldus comes à Graysspach dominus feudi Pappenhaymensis, Rudolphus ab Hurnhaym, Rudolphus & Bruno liberi à Reissaspurg, & Henricus ab Hochstet. Datæ fuere literæ anno 1279, cum ipse Hiltebrandus obiisset anno Redemptionis nostræ 1309. Habuit in matrimonio primo marchionissam a Burgauv: & alteram, Gutam de alto Klingenberg, quæ obierat in Onvngen ad lacum Bodmannicum, anno 1312. Genuit vero ex istis filios tres, Henricum, Wilhelmum, & Hiltebrandum canonicum Augustanum, sepultum Augustæ in ambitu, anno 1342.

2 HENRICVS, filius alter Hiltebrandi, Ludouici ducis Bauariæ, qui postea in regẽ electus fuerat, curialis: ex duabus coniugibus, videlicet Catharina à Schvungen, & margareta a Landenburg, genuit Hiltebrandum secundum, Ioannem: & duas filias, Blancam, & Catharinam magistram Augustæ ad sanctum Martinum, quæ sepelitur ibidem ad Minores anno 1359. Huius Henrici mentio fit in literis a Ludouico Bauariæ duce in lingua vernacula datis, in hæc verba: Wier Ludwig von Gots genaden Pfaltzgraue bei Rheyn/ Hertzog in Bayren/ bekhennen/ das wier mit vnserm getrewen Henrichen dem marschalkhen von Biberbach also gerait vnd gedingt haben/&c. Et iterum in suis literis: Jn Gottes namē/ Wier Haynrich vnd Wilhelm die marschalkhen von Biberbach/ thūn khund allen den die aigenschafft die wir haben gehabt/ vnd hetten in der hoffstatt zu Biberbach/die selbe aigenschafft habē wier geben den Ersamen frauwen vnd dem Conuent zu Salmaßhouē/freylich vnd ledikhlich. Ex quibus apparet, marescalcos a Biberbach esse locupletatores, & quasi alteros fundatores monasterii Salmashouen.

3 WILHELMVS, frater germanus superioris Henrici, filiorum Hiltebrandi senioris alter, Imperialis aulæ marescalcus ordinarius, post diuisionem inter patrem & patruũ factā, primus constitutus. Ex duabus coniugibus, ingenua de Hohenekh, & Anna marescalci Bauariæ a Culentall filia, pgenuit Wilhelmũ II. cognomento Iuniorem, Sigesridũ I. hoc nomine marescalcũ ab Oberndorf, Henricum & Vdalricum marescalcos item de Oberndorf. Reliquit & tres filias: quarum vna nupsit domino a Kyndsekh, secũda ingenuo a Vuesterstetten, tertia Pupelhardo ab Ollerbach, mater Burcardi episcopi Augustani. De quo extant literæ tales: In nomine Domini, &c. Qui ex longinquitate temporis, ego Vuilhelmus Imperialis aulæ marescalcus de Biberbach dictus, notũ facimus, quod ius patronatus parochialis ecclesiæ in Erlangshouen, &c. Ad hunc præterea Vuilhelmum Ludouicus quartus Imperator dedit literas in hæc verba: Wier Ludwig von gottes genaden Rhömischer Kaiser/ zu allen zeiten merer des Reichs/ thun khund/ das wir zu dem wegsel den marschalkh Wilhelm genandt zu Biberbach/ vnser vnd des hayligen Reichs marschalkhen/ hand gethan/&c.

4 SIGEFRIDVS, filiorum Vuilhelmi minor natu, primus hoc nomine marescalcus in Oberndorf, ex Guta a Klingenberg genuit Burcardum canonicum Aichstetensem, circa annum 1419. Etchengerum, & Sitonem, vulgo Seitz marescalcum ab Oberndorf & Fayningen, qui reliquerat alterum Sitonem marescalcum de Oberndorf, qui vixit adhuc anno domini 1412, & is Ioannem & Burcardum postremos ab Oberndorf, qui in terram Sanctam sunt peregrinati anno Salutis 1436.

5 WILHELMVS Iunior, primi ac senioris filius, patri in dominio Biberbach successit, fratre Sigefrido translato ad Oberndorf, ex Anna libera a Torringen genuit Sigefridum marescalcum a Biberbach, & Hiltebrandum canonicum, ac aliquot filias: quarum vna nupsit ingenuo a Rosenberg, Catharina nobili equiti a Vuesterstetten, Anna & Margaretha monasticen in Holcz professæ sunt. Vnde extant literæ: Jch Haynrich von Westersteten Ritter/ vergich/ das frau Catharina mein eeliche haußfrau/ herrn Wilhelms deß marschalkhen von Biberbach sälgen dochter/ mier zugebracht hat 6. hundert pfund helser/&c.

1 SIGEFRIDVS Vuilhelmi Iunioris filius, & Hiltebrandi secundi frater germanus, aduocatus in Feihenhouen & Pleynsbach, ma-

HILTEBRANDVS, viuente Sigefrido fratre, clericus primũ: pfectusque cũ Burcardo cognato marescalco a Bi-

rescalcus à Biberbach, diuersus videlicet ab altero Sigefrido patruo, qui marescalcus erat ab Oberdorf. Vnde extant literæ, quæ hoc discrimen docent: Jch Seufrid der marschalkh / ritter von Oberdorf / vergich / &c. Et sequitur: Mit meinē insigl / vnd mit meines ohayms Seufrid des marschalkhen von Biberbach insigl / vnd mit meines vettern Hainrich des marschalkhen von Ollingen / &c. datum 1346. Habuit in matrimonio Bauaram Annam de Senshaym ex Abenspergensi natam, ex qua tulit Erchengerum secundum, & filiam libero à Kundseckh nuptam.

2 ERCHENGERVS, ex Leutenbekhyn Bauara progenuit Ioannem, Erasmum, marescalcos de Biberbach: & tres filias, quarū vna nupserat ingenuo à Freyberg, secunda nobili a Villenbach, tertia cuidam de Haymhouen. Gessit tria bella: primum aduersus Augustanos, Stephano Bauariæ duci auxiliatus, in quo Biberbach ab Augustanis expugnatum & incensum fuerat, cui dux partem castri ac comitatus Moringen retribuerat: secundum aduersum Nerdlingenses gessit, in quo banno Imperii fulminatus, vix iudicio Roteuillensi absoluitur, literis desuper scriptis, Jch Rúdolff Graf vō Sulcz / hoffrichter zu Rotweil / vergich / dz ich Erkhingern den marschalkhē vō Biberbach auß der achte des houes zu Rotweil gelassen han / darcien ingethon hand burgermeister vnd stat zu Nordlingen / Datum 1405. Gessit & tertium aduersus Haupronem marescalcum de Pappenhaym iuniorem, pro munere ordinarii marescalci à Callayn: in quo Hauptonem cæpit, & multo tempore in custodia habuerat: vix tandem liberatum authoritate Ruperti Cæsaris, & iudicio generali Augustano: cui Eberhardus comes à Kirchperg, episcopus Augustanus, nomine Imperii præsederat.

3 IOANNES vulgo à sede appellatus, marescalcus à Walischouen, filiorum Erchingeri alter ex Beatrice Ioannis a Gumpenberg filia progenuit duos filios, & Apolloniam filiam, qui in pueritia omnes obiere. Gesserat bellum cum Vlmensibus, & obiit anno 1440. in die beati Syluestri.

4 ERASMVS, Ioannis superioris frater, Erchengeri secundus filius, publica authoritate Imperii marescalcus Cæsareus declaratus, & pro tempore muneris illius repræsentator, bellum cum Augustanis & Vlmensibus gessit: & alterum cū Burcardo & Sigismundo marescalcis à Pappenhaym, pro pago Lyerhaym. Is ex Anna à Steyn genuit Erchengerum tertium, Erasmum monachum S. Vdalrici Augustæ, & viginti vnam femellas, adeo vt tribus sit vicibus gemellos enixa. Quarum nupsere, Apollonia ingenuo à Fronberg, Veronica Georgio à Knorryngen, Hilaria Georgio à Biberbach, & comite à Kaczenellenbogen in terrā Electionis, circa annū 1435, deinde domum reuersus, duxit coniugē, ingenuam à Freyburg & Steyslingen: & ea mortua, Margaretam ab Ollerbach. Ex quibus tulit Ioannem canonicum S. Mauritii Augustæ, parochum in Treushaym, Burcardum marescalcum successorem, & quinque filias: quarum prima nupsit ingenuo à Freyburg, secunda Georgio a Knorringen, tertia nobili à Leutershaym, quarta Ioanni a Mittelburg & Treuchlingē, burggrauii Nurnbergensis præfecto: & quinta Catharina nomine, Henrico a Vuesterstetē Sub eo destruitur castrum Biberbach, in bello ciuili, anno 1398.

BVRCARDVS, vulgo marescalcus a Treushaym, à domicilio videlicet cognominatus, Hiltebrandi filius, bellum gessit cum Pappenhaymensibus, pro castri Spilberg proprietate, in quo ab Otringensi comite Pappenhaymensiū auxiliatore captus, ex Treushaym abducitur. Habuit duas coniuges: primam, Claram à Vuesterstetten, natam ex vna à Vuesternach: secundam postea duxit ingenuā ab Aurbach & Myndelhaym, ex qua septem filios, & tres filias procreauit: videlicet Vuolfgangum canonicum Aichstetensem, qui obiit 1478: Vuilhelmum canonicum Elvuangensem, Thomam, Sigismundum, Georgium castellanum Aichsterensis præsulis in Mesingen, qui in coniugio habuerat Morspeckhyn Bauaram: & Ioannem, qui familiam ad posteros propagauerat. Filiarum vna nupsit Reynpotoni à Vuendingen, Beatrix cuidam Avuer Bauaro militi, à quo rapta fuerat: tertia virgo obiit. Ipse Burcardus rebus humanis absoluitur anno Salutis 1461. in Treushaym sepultus.

IOANNES Burcardi filiorum vnus, cognominatus marescalcus à Treushaym, ex diuite quadam ciue Augustana Langenmantlin genuit Ioannem, Georgium: & duas filias, Cordulam Vuolfgangi a Freyburg coniugem, & Brigittam monialem in Zymern.

IOANNES Georgius vulgo cognominatus Marescalcus de Eberstall, ex filia Hilpoldi a Knorringen tulit Georgium, Vdalricum, Tristramum, & Sibyllam, Henrico à Gumpenberg nuptam. Quorum Tristramus ex Nothafftin filias duas progenuit, mortuas in iuuentute.

Georgio de Gumpenberg, Egelburgis Wolfhardo à Knoiryngen: reliquæ virgines obierunt, Dorothea, Agnes, Barbara, Cecilia, Elisabeta, Afra, Anastasia, Vrsula, & Braxedis. Ipse Erasmus nonagenarius obiit, an. Dom. 1464.

5 ERCHENGERVS, hoc nomine in isto stemmate tertius, ex ancilla parentis sui Medlingeti in tres filios genuit, Georgium, Erasmum, & Ioannem.

6 GEORGIVS, filius Erchengeri alter, ex Felicitate Leberskircheryn, cuius mater ex genere Schragorũ duos procreauit: Erchẽgerum quartum, & Eustachium. Quorum Erchengerus præsulis Aichstetensis aulicus, duxerat nobilem a Liechtenavu, Henrici Augustani antistitis cognatam: Eustachius vero matrem coniugis fraternæ sibi coniunxit, & ex ea Euphrosynam tulit, marescalco à Gumpenberg nuptam.

7 IOANNES, frater Georgii, Erchengeri tertii filius, ex Brigitta a Vuestersteten duos filios reliquit, Hauptonem, & Rudolphum: qui apud Mediolanum sese mutuo interfecere. & habuerat Rudolphus quidem in matrimonio diuitis ciuis Rauenspurgensis filiam.

VDALRICVS, Ioannis Georgii marescalci ab Eberstall & Treushaym filiorum tertius, castellanus ducis Bauariæ, in castro Culenrall, ex Anna Alberti dapiferi à Schvuabsperg filia, duos filios procreauit, Onophorum, & Matthæum canonicum. Filias autem, Vrsulam Antonii de Halden coniugem, Margaretam monialem in Schonfeld, Annam & Magdalenam, quæ iuuenes obiere.

MATTHÆVS, Vdalrici filius, iurisconsultus, cum apud Lutetiam Parisiorum ingenii cultum multo tempore cæpisset, reuersus in patriam, ac canonicatibus cumulatus, se contulit ad annales sui generis concinnandos. ex quibus & hæc desumpsimus, quæ hoc loco de nobili stemmate marescalcorum proponimus, mihi liberaliter ac peramice communicata à marescalcorum domus singulari ornamento D. D. Georgio antistite Ratisponensi, Romani Imperii principe, doctorum omnium singulari patrono.

GENEALOGIA DAPIFEROPVM ET PINCERnarum, à Danne & Vuintersteten: qui tam Imperiali aula, quam Sueuiæ ducatu, hoc munere fungebantur: dapiferis à Vualdburg, comitibus à Truchburg, & comitibus à Sunneberg, ac Scheer, sanguinis vinculo iunctis, vtpote ab eodem fonte & capite descendentes, de quibus paulo supra egimus.

1 MENEGOLDVS, tempore Caroli magni floruit.

2 CHVNRADVS pincerna de Vuyntersteten, claruit & nomine & munere isto, Henrico secundo imperante, circa annum Domini 1020.

3 VVERNERVS, ex filia liberi a Buenburg Gebhardum produxit, anno currente 1160.

4 CHVNRADVS secundus, reliquit duos filios, Fridericum & Henricum.

5 FRIDERICVS genuit Chunradum tertium, Hermannum & Eberhardum: quorum Chunradus pincerna de Vuyntersteten, circa annum Domini 1185, ex baronissa à Neiffen Chunradum quintum tulit.

6 GEBHARDVS, Vuernheri filius ex Elisabeta comitissa à Rauenspurg Chuntadum quartum genuit.

7 CHVNRADVS quartus, Gebhardi filius, ex ingenua à Vuildenbergh, circa annum Domini 1210, tulit Sebastianum & Eberhardum, pincernas & dapiferos.

8 CHVNRADVS quintus, tertii filius, & Friderici pincernæ nepos, anno à nato Christo 1220. Hermannum, Henricum & Sigefridum pincernas tulit.

9 EBERHARDVS secundus, Chunradi quarti natus, Sebastiani frater germanus, ex baronissa à Iustingen, circa annum Domini 1240, Henricum tertium & Eberhardum tertium procreauit.

10 EBERHARDVS, ex domina de Raczuns nullam prolem reliquit: vel secundũ alios, Berchtoldum dapiferum de Vualsee & Norburg.

11 HENRICVS tertius, ex comitissa à Dokhenberg Ioannem genuit.

12 IOANNES, ex baronissa de Neyffen Henricum tulit.

13 HENRICVS quartus hoc nomine, circa annum 1290, ex comitissa à Kiburgh, Eberhardum quartum genuit.

14 EBERHARDVS quartus, ex Adelhaide comitissa Bregantiæ Fridericum secundum suscepit.

15 FRI-

15 FRIDERICVS secundus, ex comitissa de Veringen Georgium & Eberhardum progenuit.
16 GEORGIVS, ex comitissa à Niuers, Galla, Eberhardum sextum reliquit.
17 EBERHARDVS quintus, Georgii frater germanus, ex comitissa à Montfort, Ottonem tulit.
18 EBERHARDVS sextus, Georgii filius, ex ducissa à Dekh Ioannem procreauit.
19 OTTO, ex ingenua de Rota duas filias reliquit: quarum vna comiti ab Habsburg, altera domino de Abensperg nupsere.

10 *GENEALOGIA DAPIFERORVM DE HOEfingen & Seflingen, qui in nigro Clypeo leonem nigrum rubra corona redimitum, rubrisque vnguibus, gentilitia insignia vsurpabant.*

1 IOANNES miles de Hœfingen, in matrimonio reperitur habuisse Agatham baronissam & pincernam de Wynterstteten.
2 RVDOLPHVS, ab Hermanno episcopo Augustano comite Dillingense commemoratur in literis de anno 1253. reliquit alterum Rudolphum.
3 REINHARDVS & Wolfgangus, floruere circa annum 1330.
4 CHVNRADVS, ex baronissa a Stœfl Paulum genuit.
20 5 PAVLVS, ex ingenua de Saxenhaym, Ioannem, Balthasarem, & Erpfonem suscepit.
6 BALTHASAR, ex ingenua à Talhaym progenuit Wilhelmum, vulgo appellatum de Aurach: Wilhelmum alterum, abbatem in Bebenhusen: & Barbaram, coniugem Alberti à Neunekh.
7 ERPFO, Balthasaris frater germanus, ex ingenua à Culental procreauit Burcardum, & Henricum præpositum Augustanum. quorum Burcardus ex vna de Harka Ioannem & Martinum tulit.
8 WILHELMVS, Balthasari filius, progenuit tertium Wilhelmum, cui erat coniunx Bauara de Zilinhart.
9 IOANNES, superioris Balthasari frater, ex ingenua de Mósperg procreauit Burcar-30 dum, Henricum præpositum, & Ioannem canonicum Augustensem.
10 BVRCARDVS, ex nobili Bauatiæ de Porta suscepit Ioannem, & Erpfonem canonicum Augustanum.
11 HENRICVS, Burcardi frater germanus, Ioannis filius, duas nactus est vxores: vnam à Gumpenberg, marescalci à Biberbach viduam: & alteram ingenuam à Stayn, vnde progenuit Adamum.
12 ADAMVS, ex nobili matrona ab Ahelfingen produxit Bernhardum, Margaretam, & Euam ab Ollerbach.

GENEALOGIA DAPIFERORVM A SVAB-40 sperg, in quorum insignibus cœlestino colore fulgentibus, erectus aureus leo, & coronatus, & ex altera parte cornu ceruini pars albicans cernuntur. Erant vero propriè dapifert cœnobii Elvvangensis, & à comitibus de Hutlingen descendebant, sanguine iuncti ingenuis equitibus à Buch, qui & ipsi ab eisdem comitibus primordia repetebant.

1 SIGEFRIDVS, alterum Sigefridum progenuit, anno elabente à Christo nato M.C.LVIII.
2 SIGEFRIDVS secundus, Chunradum filium tulit.
3 DIEMARVS, Henricum procreauit.
4 CHVNRADVS, filius secundi Sigefridi, ex ingenua de Pfalhaym, genuit Diemarũ 50 secundum, Henricum, & Chunradum abbatem Elbangensem.
5 DIEMARVS secundus, ex ingenua à Schenkenstayn progenuit Chunradum, Vdalricum, & Eckardum abbatem Elbangensem.
6 CHVNRADVS tertius, ex Anna Kropfyn à Pflugingen, Diemarũ tertium reliquit: item Sigefridum, Ioannem, Wilhelmum canonicum Spirensem, & Echardum abbatem Elbangensem. Filiarum Agnes nupsit ingenuo à Sueshaym, altera cuidam Morsteyn in Halle, tertia nobili equiti à Lierbaym, & quarta ingenuo à Shuresten.
7 IOANNES, ex Catharina Muniehyn in Pfaffenhausen tulit Chunradum secundum, & Albertum. item filias quatuor, quarum vna nupserat Sikhingensi nobili equiti, secunda ingenuo à Mosperg: fuit vero is Ioannes ciuitatum Imperialium dux militaris,

aduersus Eberhardum comitem Wirtenbergẽsem. obiit anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo.

8 ALBERTVS, ex Margaretha à Neunekh progenuit Albertum, Georgium canonicum Augustanum, Wilhelmum, Annam coniugem marescalci a Biberbach, & Eufrosinam virginem.

9 WILHELMVS, ex Catharina de Bikhau Bohema tulit Ioannẽ: & filias, Eufrosinam Adami à Klyngenstayn, Sophiam nobilis equitis à Gareite coniuges, & Margaretam sanctimonialem.

10 IOANNES, ex ingenua à Gloss Tyrolensi, vidua a libero de Rechperg, progenuit Ioannem, Wilhelmum, & Eufrosinam monialem. 10

GENEALOGIA PINCERNARVM DE Smaleck: quorum insignia fluuium per transuersum clypei candidi repræsentabant.

1 BERCHTOLDVS, floruit anno Salutis nostræ 1180.
2 ORTOLPHVS, anno 1190, in coniugio habuit Mechtildem liberam à Callentyn.
3 HENRICVS & Ortolphus, fratres germani, Ortolphi superioris filii.
4 EBERHARDVS, floruit anno a nato Christo & circiter 1350.

GENEALOGIA PINCERNARVM DE Blankenburg, episcopatus Augustani ministerialium, de quibus legitur hoc Epigramma: 20

Pontificis minimi tuleram cyathos Sigefrids,
Vdalricus ego, sic tibi notus ero.
Welpho ducens aciem gladio me strauit inermem:
Ne pattar gladios, inpete, Tartareos.

1 HERMANNVS & Vdalricus, claruere circa annum Domini 1085.
2 HERMANNVS secundus, tempore Sibotonis episcopi Augustani, anno 1240 vixit, qua tempestate mentio fit & Vdalrici Gisonis de Plankhnburg.
3 FRIDERICVS, floruit circa annum 1300. 30
4 VDALRICVS, cognominatus Giso, claruit anno 1350. cuius patruus fuerat Vdalricus Giso à Dornsperg.

GENEALOGIA PINCERNARVM de Erpach.

1 BVRCARDVS, subscripsit fundationi Oxenhusensis cœnobii, sub Chunrado tertio, anno 1140.
2 CHVNRADVS, vixit anno 1260.
3 ALBERTVS & Chunradus, anno 1290.
4 N. sine certo nomine, ex comitissa à Leonstayn Fridericum pincernam suscepit, & filias: quarum Vtta Chunrado ab Hurnhaym, Margaretha Gulielmo comiti ab Eberstey.., & tertia nupsit domino a Rechperg. 40
5 FRIDERICVS, floruit circa annum 1370. & Wolfgangum reliquit.
6 WOLFGANGVS, ex baronissa a Wynsperg tulit quendam sine nomine, & is Thodericum.
7 THEODERICVS, eligitur in episcopum Moguntinum, Electorem Imperii, qui Albertum secundum Austriæ ducem, & post hunc Fridericum tertium elegit in Romanorum reges. Reperitur & quidam pincerna ab Erpach habuisse in matrimonio filiam Henrici baronis de Stoffl.

CAMERARII ET DAPIFERI DVCATVS SVEuiæ de Caminata, hoc est, Kemnaten & Vuellenburg, in agro Burgouensi, oriundi ex Rhætia Curiensi. Insignia vsurpabat simillima Tigurinis eodem modo secta, coloribusque albo & cœlestino diuisa. Hodie Vuellenburgum prope Augustam Austriæ principes, Kemnatem vero castrum ingenus Bauariæ à Benczenavv possident. In horum insignibus rosa & lilium erant, mutatis coloribus, albo rubroque. 50

1 VOLCKMARVS, circa annum Domini MCLVI, ex Mechtilde baronissa de Arbona Marquardum tulit, item Henricum & Arnoldum, & Sigefridum episcopum Augustanum.

2 MARC-

1 Marcqvardvs, ex Icha de Talhouen circa annum M & CC, secundum Volkmarum reliquit.

3 Volckmarvs hoc nomine secundus, ex Mechtilde filia marescalci de Callentin genuit Marquardum secundum, Volkmarum tertium, & Vdalricum, circa annum domini MCCXL. Is prædia quędam sita in Eggintall Vrsinensi cœnobio prope Kaufburen donauit.

4 Henricvs, vulgo Camerarius de Wellenburg appellatus, habuit in matrimonio Hartmanni postremi à Pfersen filiam, anno labente 1340. Deficiente autem nobili stemmate, castrum Kemnaten primo peruenit in potestatem Ioannis à Reischach de 10 Flachs, circa annum Salutis 127c. Qui ex quadam ab Ollerbach filium reliquit, & duas filias. quarum vna erat tradita Ludouico à Bentzenavv Bauariæ ingenuo, circa annum M. CCCC.XL. Et sic castrum Kemnaten in potestatem ingenuorum a Benezenavv peruenit, in qua adhuc hodie est.

GENEALOGIA BVRGGRAVIORVM
Ab Ehingen & Burtebach.

1 Otto, floruit anno millesimo CCLX, prognatis duobus filiis, Ioanne & Friderico, quorum Ioannes citatur in literis de anno M.CC.XCVI. ab Hiltebrando marescalco a Pappenhaym.

20 2 Fridericvs, Vdalricum genuit.

3 Vdalricvs, floruit circa annum 1330. cui erant fratres Chunradus & Henricus, & soror Elisabetha de Schvvcymis.

4 Chvnradvs, ex Sophia ab Emershouen genuit Fridericum, Henricum, Vdalricum præpositum Augustanum, & Agnetem coniugem Bruntolphi de Pfershaym.

5 Henricvs, Chunradi natus, ex Elisabetha de Pfershaym Henricum alterū tulit, & Fridericum præpositum Augustanum, ac Vlricum decanum Augustanum.

6 Henricvs secundus, primi filius, ex Margaretha de Haydorf Vdalricum tertium progenuit, item Henricum canonicum Augustanum, & Bernhardum ordinis Teutonicorum commendatorem. Filiæ, Vrsula Vdalrico de Rot, Barbara Chunrado à Reischach, & 30 Elisabetha Georgio à Liechtenavv nuptæ fuere.

7 Fridericvs secūdus hoc nomine, Henrici primi ex Chunrado frater germanus, secundi Henrici patruus, qui regiam tenuerat in Zusemekh, ex Æmilia à Stayn, Ioannem & Fridericum burggrauios à Zusemekh progenuit. quorum Fridericus ex Anna de Rams Georgium burggrauium procreauit, & duas natas: quarum Brigida domino à Landekh, & altera Wilhelmo à Stayn collocatæ fuere.

8 Vdalricvs hoc nomine tertius in stemmate, ex Agnete à Rot Christophorum burggrauium suscepit, & aliquot filias: quarum Elisabetha Sixto à Grafenekh, Magdalena Ioanni de Althaym, Margaretha Dietegoni à Westersteten, Agnes domino à Freiburg, & Rosina Paulo de Guldlingen, nuptæ fuere.

40 9 Christophorvs, Vdalrici tertii filius, ex Agnete de Freiburg Vdalricū quartum genuit, & aliquot filias. quarum Margaretha domino de Gussemberg, & altera cuidam a Rotensteyn nupsere.

GENEALOGIA BVRGGRAVIORVM DE PODmen, quorum conditoria in Salemitano cœnobio videntur, haud procul ab Yberlinga. Et ex quo genere erat puella quædam, Hildegardi Caroli magni coniugi coniunctissima, & omnium fortunarum socia.

50 1 Ioannes, progenuit Ioannem, & Frischhans: quorum postremus ex comitissa à Tengen tulit Ioannem secundum, & Frischhans item secundum. Ioannes Iacobum progenuit, qui ex coniuge à Wyndekh Ioannem & Frischhans hoc nomine tertios reliquit. Frischhans tertius ille porro, ex Barbara a Fronsperg Barbaram filiam progenuit, domino à Flekhensteyn copulatam.

2 Ioannes secundus, primi filius, ex Gronebergia Ioannem genuit, & Wilhelmum commendatorem.

3 Ioannes tertius, ex Agnete à Rechperg procreauit Ioannem Gabrielem, Ioannem Nicolaum, & Ioannem Georgium, quorum soror nupsit Christophoro à Riedhan.

GENEALOGIA LIBERORVM A RECHperg, qui hodie diuisum Baronum Sueuia sunt, & quorum sunt possessiones castra ac oppida per Algouiam, Brandenburg, Kurnburg. Kelmuncz, Aichbach, Scharpfenberch, Rauensteyn, Bomkirch, Ainbach. In Nigra vero sylua & Albucha, secus Danubium, Rechpergiis parent Weissensteyn arx cum oppido, Rosensteyn, Leuterburg. Habent & in Remstall Valkhensteyn, & plerasque arces in Brencztall. Gerunt in insignibus, duos rubros stantes in erectum leones auersis capitibus, pene vt Geldriæ principes.

1 OTTO & Berchtoldus, repeiriuntur subscripsisse literis in Austria, à regibus Romanorum datis, de anno 1160, cum epitheto Liberorum a Rechperg. 10

2 OTTO & Cunradus citantur in literis de anno 1180.

3 HILTEBRANDVS, cum duobus fratribus episcopis, Vdalrico Spirensi, & Sigefrido Augustano, Henrico imperante sexto. Quorum HILTEBRANDVS fuit acerrimus vindex interfecti ab Ottone palatino regis Philippi, qui erat de familia ducum Sueuiæ.

4 IOANNES, ex cognomento Miles de Stauffneckh.

5 CHVNRADVS, ex cognomento Miles de Ramsperg, ex comitissa à Kirchpergh tres filios genuit: Ludouicum, Chunradum, & Sigefridum episcopum Augustanum, qui sederat circa annum 1260. 20

6 LVDOVICVS, Chunradi filius, ex Adelhaide comitissa à Kirchpergh progenuit Albertum, quem proprium stemma secutum est: quemadmodum & Chunradum peculiaris stirps consecuta fuit, id quod figura clarius fiet.

LVDO-

STEMMA

LVDOVICI.

Albertus Ludouici filius ex Mechtilde à Sargans

Vdalricus ex Pappenhaymia filiâ loca tam Domino ab Ellerbach.

Henricus ex cognomento Heuchlio, ex Baronissa a Wynsperg Cunradum tulit.

Cunradus: vxor Pappenhaym.

Hugo ex comitissa Tr. estayn,

Filiæ, Osanna ab Ellerbach, Agnes a Stayn.

Filii, Wilhelmus canonicus Architet.

Albertus II. ex Hildegarde ab Hurnhaym,

Filii, Philippus ex cognomento Longus: vx filia Georgii a Pappen.

Filiæ, Agnes à Schonow. Magdalena a Pappéhaym.

Ioannes ex cognomento à Rabéstayn, ex domina à Treuchtlingen tres filios & vnâ filiam tulit: Hugonem, Sumpertû: vx ab Hausen, Etchingerum: vxor ab Hurnhaym, Annâ, domini ab Hurnhaym vxorem.

Cunradus canonicus Augustanus.

Ioannes: vx. comitissa Tubingensis. cuius soror Sophia, vxor Rudolphi a Pappenhaym. Wilhelmus: vxor de [illegible]onyngen. Ioannes, ex Comitissa Veringen,

Wilhelmus II. ex vxore baronissa de Hirschhorn Wilhelmû tulit, & filiam Pflugyn.

Albertus interfectus ab Heluetiis ad Sempach, vno relicto filio Wilhelmo, qui duas habuerat coniuges, vnam a Dun, & alteram ab Hurtzbhorn.

Henricus: vx. com ab Helfenstayn, Agnes.

Vdalricus, filiorû Hérici primus. ex comitissa à Metsch, cognomento a Neuburg,

Vdalricus tertius, qui ex liberis a Feunin-gen Wolfgangum tulit.

Wilhelmus quartus: vx. Adelhaides ab Olerbach.

Ioannes cognométo de Schrâburg, ex vx. duabus, vna de Cymbero, & altera de Sargans,

Wilhelmus: vx. à Bedach, cum qua Helena a Frôsperg habuit.

Filii & filiæ sine successione: Georgius, Wolfgangus, Henricus: vaor, Pollhaym Austriaca, Albertus: vaor, baronissa de Pruneckh, Albertus episcopus Aichstetésis, anno 1435. Cunradus commendator & præpositus in Wynden, Engelhartus præpositus. Vna Bodmanno nupta, Altera domino de Bobuhoren.

Albertus præpositus Elwangésis.

Wilhelmus Longus, ex Dorothea de Ramingen,

Filii, Paulus commédator Elwangensis, Hieronymus: ux de Rotzn husen. Wilhelmus: Margaretha à Sêshaym.

Filiæ, Anna de Schippach, Agnes de Emershowé, Catharina de Westerstetten.

Ludouicus de Schramburg: ux. de Mulhaym. Filii, Vlricus: ux. Massmunster, Héricus: ux. Schwartzenperg, genuit Martinum & Wilhelmum: quorum primus comitissam a Liechtenekh, alter vnâ a Stayn, coniuges habuere. Filiæ Ludouici, N. de Fronhouen, N. de Benzenaw.

Henricus Mirabilis: ux. de Lentersbaym. Filii, Wilhelmus ex ux. Weissenstayn, Wolfg. Philippus. Filiæ, Dorothea de Aurbach, Rosina à Stayn, N. de Alatsen.

CHVNRADI, qui cognomento Biderman vocabatur, è duabus vxoribus, Lucia ab Aichaym, & baronissa de Nyffen:

Chunradus à Westerburg.

Cunradus præpos. Constanc. Albertus can. Augustanus. Frâciscus abbas Eynsidlésis, Gaudentius: ux. a Bachperg.

Gaudentius custos Augustanus, Gebhartus miles, Vitus miles, Georgius: vxor de Landau.

Albertus: ux. Cussenberg. Albertus fil.

Filii, Wilhelmus, Albertus, Gaudentius: ux. Enfrosyna à Klingéstayn.

Filiæ, Barbara Philippi à Rechperg, Vrsula côiunx de Altmanshouen.

Ioannes de Rechperg nostra tempestate claret, cû fratribus ac fratruelibus.

Albertus ex Adelhaide Comitissa à Werdenberg.

Filii

Albertus, duas vxores. comitissam a Zolero, & pincernam ab Erpach.

Vitus, duas vxores: Irmeltû ducissam à Tekh, & alteram comitissâ ab Helfenstayn.

Filiæ, Barbara marescalci a Pappéhaym, Anna monialis.

Vitus, ux. com. ab Otteberg.

Vitus ex Anna à Stoffl,

Georgius ux. a Talberg, cuius filii: Vitus, Bero, Fridericus, Vlricus, Georgius cômendator S. Ioannis, Philippus d[e] an. Augusl. Chunradus. ux. a Koenyngen.

Filiæ, Clara Marescalci de Wertingen, Margaretha.

Filii, Albertus: vxor Clara a Montfort.

Filiæ, Agnes Georgii à Turringen, Anna monialis.

Filiæ, Anna ab Hurnhaym. Barbara Vlrici a Froosperg.

Filiæ: Vrsula Frid. à Freyburg. Adelhaides de Ellerbach, N. de Steyn, N. de Nasdorf, Barbara abbatissa.

Gebhardus, ex comitissa à Zolero filias tulit, Margaretham de Ellerbach. Adelhaidê à Burglen, Berchtam à Schellenberg.

Bernhardus ex cognomento Bero, ex comitissa à Rotenburg, qui dominium Myndelhaym ratione matris, quę fuerat docissa a Tekh, est consecutus.

Filii Bernardi,

Vlricus canonicus, Wolfgangus can. & Doctor, Georgius: vxor de Helmanstad, Philippus: Anna de Klyngenstayn.

Bero. ux. dapifera a Waldburg.

Fridericus, qui occidit fratres suos.

Bero occisus: ux. de Slecz Tyrolésis, vidua Ioannis a Schwabsperg.

GENEALOGIA BARONVM A GVNdelfingen, qui erant aduocati cœnobii Echenbrunnensis.

1 VDALRICVS, floruit anno 1200. cuius fratres, Siboto egit præsulem Augustanũ, circa annum Domini 1236. Henricus vero monachum Cæsarieosem vulgo Kayſshaym.

2 BERNHARDVS, ex Mechtilde coniuge anno currente 1250, Degenhardum & Vdalricum secundum progenuit.

3 DEGENHARDVS citatur ab Hermanno episcopo Augustano, vltimo Dillingensi comite, de anno incarnationis Domini 1257. reliquit Waltherum & Hugonem.

4 VDALRICVS secundus hoc nomine, circa annũ Domini 1290. multos filios procreauerat: videlicet Sibotonem, Degenhardum, Andream, Theodoricum, Vdalricum, & Cunonem abbatem Elvvangensem, anno sedecim 1330. Quorum solus Vdalricus successionem tenuerat.

5 VDALRICVS tertius hoc nomine, secundi natus, genuit Cunonem secundum, & Andream episcopum Herbipolensem, qui munere fungebatur anno labente 1300.

7 CHVNO, hoc nomine secundus in stirpe, ex Agnete comitissa a Grayspach Bauara, circa annum 1335, progenuit Eberhardum, Schvviggerum, Georgium, & Chunonem abbatem Elvvangensem.

7 GEORGIVS Chunonis filius, ex comitissa a K.burg [illegible] progenuit.

8 EBERHARDVS, Chunonis filius, & Georgii frater germanus, multos liberos procreauit: Stephanum, Ioannem, Melchiorem, Degenhardum, Svviggerum & Henricum abbatem sancti Galli, electum anno 1412. Quorum adhuc in viuis erat Melchior 1374, Degenhardus anno 1377.

9 STEPHANVS ex dapifera à Waldburg, cuius mater fuerat comitissa Habsburgensis, Ioannem secundum genuit.

10 SWIGGERVS, Stephani frater germanus, genuit alterum Svviggerum.

11 SWIGGERVS tertius, secundi natus, ex filia Ioannis baronis a Zymern Ioannẽ tertium procreauit, qui obiit ante diem: & vnicam filiam, siue neptem, quæ Georgio comiti ab Helphenſteyn nupsit, & dominia Gundelfingorum marito pro maiori parte attulit.

GENEALOGIA DOMINORVM A GEROLTZeck, quorum fundatio ac conditoria cernuntur in Wichter cœnobio Sanctimonialium Nigræ sylua.

1 BVRCARDVS & Otto, floruere anno 1182.

2 WALTHERVS episcopus Argentoratensis, circa annum Salutis MCCLX bellum cruentum gesserat cum ciuitate Argentorato: cui in episcopatu fratruelis Hermannus successit.

3 HERMANNVS, vixit anno currente 1226, & genuit filium Henricum.

4 HENRICVS, ex comitissa à Veringen Wilhelmum & Waltherum procreauit.

5 WALTHERVS secundus hoc nomine, interficitur ab Heluetiis cum Lupoldo Austriæ duce apud Sempach, anno 1386. cum ex Tubingensi comitissa tres filias & vnum filium Henricum reliquisset. filiarum vero vna domino a Gundelfingen, secunda Eberhardo comiti a Werdenberg, tertia domino ab Hurohaym nupsere.

6 HENRICVS secundus hoc nomine, ex cõiuge ab Oxensteyn Alsata Henricũ tertiũ tulit, & Fridericum canonicum Augustanum. qui hos secuti sint, nondum deprehendi.

GENEALOGIA LIBERORVM A FALKENſtayn, qui multa castra in Heluetiis prope Solodurum habuerunt: videlicet Frasburg & Gosken, quæ hodie Bernates possident. Cæterum arcis Falkensteyn rudera haud procul a Basilea cernuntur. Erant præterea domini à Falkenſtayn Romani Imperii camerarii, quos vocant natos.

1 REGINOLDVS, floruit anno 1120.

2 CHVNRADVS, in matrimonio habuit Berchtam, viduam Vdalrici ab Aspermont, sororem Ottonis aduocati Ratisponensis.

3 BERCHTOLDVS, abbas S. Galli 1250.

4 WERNHERVS, archiepiscopus Moguntinus, anno sedere cœpit 1260.

5 EBERHARDVS, interfuit Martiali ludicro apud Ingelhaymam celebrato, anno Domini 1337

6 PHILIPPVS reperitur habuisse sororem Elisabetam, quæ monastîcen erat professa Viennæ Austriæ apud S. Claram, anno 1326.

7 CHVNRADVS, archipræsul Treuirensis anno 1340.

8 THOMAS, præfectus Rhynfeldensis fuerat, atq; id oppidum aduersus Heluetios nomine Austriæ principum multis annis tuebatur. floruit circa annum 1441.

GENEALOGIA DOMINORVM A KLYNGENberg, quorum multa erant in Hegouia arces, Hohentvviel, Hohenklingen, Halsperg, Steyn ad lacum Podmanicum oppidum cum castro, & Moringen oppidum cum castro, Lugensteyn castrum, Clingen castrum, Clyngavv oppidum, & Clyngentall prope Basileam. Habebant insignia, qualia hodie Almenses [illegible] surpant.

1 BVRCARDVS, liber a Klyngenberg, floruit circa annum 1245.

2 WALTHERVS, vendidit oppidum Klyngen Eberhardo Constantiensi præsuli, qui erat ex familia dapiferorum a Waldburg, anno redemptionis 1248.

3 VDALRICVS, ex Margaretha à Schynavv, VDALRICI de Schynavv filia, progenuit Vdalricum secundum, & Gutam coniugem marescalci de Biberbach, circa annum 1275.

4 VDALRICVS secundus, cum Rudolpho comite a Nassovv, aduersus Albertum Austriæ ducem ad fastigium Imperiale electo, occubuerat. qui ex nobili ab Altenhouen genuit Chunradum à Klyngenberg, Albertum de Hohenklyngenberg, & He[illegible]icum præsulem Frisingensem, electum anno Salutis 1320.

5 ALBERTVS, dominus ab alto Klyngenberg, Berchtoldum procreauit.

6 BERCHTOLDVS, ex Agnete Huberyn Ca[illegible]are[illegible] & Hermannum produxit. quorum CASPAR ex coniuge à Gundelfingen nihil tulit, circa annum autem floruit fere 1425.

7 HERMANNVS, Berchtoldi alter filiorum, circa annum Domini vixit 1400. Ioannem & Albertum secundum genuit: quorum Ioannes ex dapifera à Waldburg proles habuit, Casparem secundum, Albertum secundum, & Eberhardum.

8 ALBERTVS tertius, ex coniuge de Gruneberg Henricum & Casparem secundum tulit: quorum Henricus coniugem habuerat nobilem ab Halvvil.

9 CASPAR, Alberti secundi filius, & Henrici frater germanus, ex vxore nobili a Reichensteyn IOANNEM suscepit, & Iacobum canonicum Augustanum atque Constantiensem.

10 IOANNES ex coniuge de Radenberg Ioannem Henricum, Ioannem Casparem & Ioachimum progenuerat: quorum Ioannis filius est Caspar, qui nostro vixit seculo.

GENEALOGIA DOMINORVM ET COMITVM à Cymbern, à Cymbrorum reliquiis ex Dania in Martianam, siue Hercyniam syluam profectis, qui eadem cum Daniæ regibus insignia retinent. à Cymbris porro in Nigra sylua pleraq; supersunt loca denominata, Waldzymern, Herrenzymern, Anciazymern, Rotenzymern, Hay[illegible]en[illegible]mern, Marschalkhszymern. Cuius familiæ Cunradus abbatem egit diuitis Augiæ, alter pene fundator Seflingensis cœnobii prope Vlmam. anno vixit 1255.

GENEALOGIA LIBERORVM BARONVM A Fayningen, hoc est, ruderibus Phennianorum Castrorum prope Laugingiacum. Quorum stirps à marchionib. de Vogburg in Bauaria descendebat, erantq; aduocati oppidi & castri Gunczbur[illegible] fundatores Ehenbrunnensis monasterii: quorum primi comitum titulo etiam Annalibus commemorantur. Gerebat autem prosapia ista prænobilis & antiqua in armis gentilicis aureis tres atras arundines capitatas, ex totidem colliculis eiusdem coloris enatas.

1 CVNIBERTVS, fundator cœnobii Ehenbrunnensis, anno Salutis 1128.

2 CVN[illegible], filius Cuniberti.

3 BER[illegible]HTOLDVS & Egino, floruere circa annum 1180.

4 HENRICVS, floruit anno à Christo nato labente 1200.

5 VDALRICVS & Geruingus, celebrantur in literis de anno 1260.

6 WALTHERV[illegible], Medlingense c[illegible]obiu[illegible] fundauit, circa annum Salutis 127[illegible]. qui filiam vnicam elocauit Adelhaidem nomine, Henrico Spetoni a Turnekh militi suo, &

iudici Lauhingensis cœnobii, vnde ab eo tempore Fayningense dominium partim Gundelfingenses, partim Spetones obtinuere.

GENEALOGIA LIBERORVM A REISENSPVRG & Rayslingen, qui in finibus Guntzburgi habitabant, & in rubro clypeo stapedem aureum gentilicia familiæ arma vsurpabant. Aduocati antiquiores cœnobii Elchingensis prope Vlmam, & vt coniectura adsequimur primordia & ipsi à Vegburgensibus marchionibus trahunt.

1 BERCHTOLDVS, floruit circa annum Domini 900.
2 HILTEBRANDVS, vixit anno à nato Christo 1150.
3 N. liber de Reisenspurg anonymus, anno ad famam eo loci venit 1164.
4 VOALRICVS & Henricus, progenuere Vdalricum secundum, Henricum secundum, & Berchtoldum secundum, anno labente 1190.
5 VDALRICVS secundus, primi filius, anno Domini 1240. citatur item in diplomate ab Hermanno episcopo Augustano, postremo Dillingensi comite, de anno incarnationis Domini 1257. Reliquit Rudolphum, Getonem, Brunonem, & Adelhaidem. Quorũ Bruno citatur ab Hiltebrando marescalco a Biberbach de anno 1280.
6 BERCHTOLDVS secundus, Vdalrici primi filius, secundi frater germanus, Chunradum liberum genuit.
7 CHVNRADVS Berchtoldi filius, instituitur primus suæ stirpis Elchingensis cœnobii aduocatus, circa annum Salutis nostræ 1281. & genuit alterum Chunradum.
8 RVDOLPHVS, VDALRICI secundi filius, ex filia Henrici Senioris marescalci de Pappenhaym, circa annum Incarnationis 1290. reliquit Vdalricum tertium, & Lutoldum.
9 VDALRICVS, tertius hoc nomine in stemmate, procreauit Henricum secundum, circa annum 1300.
10 HENRICVS secundus, Barsonem reliquit, & Nicolaum præsulem Constantiensem, consecratum anno incarnationis Domini 1360. Ab hac prosapia deficiente, dominium Reisaspurgense marchiones Burgouiæ in fidem acceperunt, à quibus hæreditatis prærogatiua ad Austriæ est principes deuolutum, qui illud Paumgartnero Augustano contulerunt.

GENEALOGIA LIBERORVM AB AHELFINGEN, ex Burgundia venientium. Quibus ex legibus Salicis Francorum successio in ducatum Bauariæ debebatur, falso isthic Adelfingni dicti.

1 VDALRICVS, circa annum Domini alterum Vdalricum progenuit.
2 VDALRICVS secundus, vulgo de Eybach nominatus, ex coniuge de alto Rechberg Vdalricum tertium, & Henricum tulit. quorum Vdalricus filiam reliquit, nuptam ingenuo à Stayn.
3 CHVNRADVS, frater Vdalrici secundi, Fridericum genuit. Eris Chunradum & Wilhelmum, anno iam apparente millesimo quadringentesimo.
4 HENRICVS, ex coniuge de Rechperg Ludouicum tulit, circa annum 134?.
5 LVDOVICVS, ex Anna Fugsyn Ioannem Henricum, & Balthasarem procreauit, & Agnetem vxorem Vdalrici Hakh.
6 HENRICVS secundus, ex quadam Fugsyn Ioannem secundum tulit.
7 IOANNES secundus hoc nomine, ex ingenua Nothafftin Bauara Ioannem tertium cognomento seniorem, Vdalricum tertium, & Sibyllam a Sekhendorf suscepit.
8 IOANNES, cognomento senior, Wolfgangum tulit.
9 WOLFGANGVS, ex duabus vxoribus de Wolvvard, & altera ab Ehingem, vnicam filiam reliquit.

GENEALOGIA DOMINORVM A WALSEE, QVI in Austriam cum Rudolpho Habsburgensi transgressi, marescalcorum Austriæ consecuti munus, compararunt dominia & castra per Austriæ prouincias, Drosendorf, Gundramsdorf, Schadenslayn, Pernstayn, Schernslayn, Rutenslayn, Wassnslayn, Wisenburg, Egenberg, Wyndekh, Drannsee, Drannekh, Chamor, Atersee, Ottenshaym, Schusling, Waxenburg, Freystad, Kunigvvisen, Gallen, Neukirchen, Sessenekh, Petchstall, Gleys, Hohenekh, Wolkeslayn, Sennstenberg. Per Styriam præterea partim ære compararunt, partim pignoris loco a principibus AVSTRIÆ opposita acceperunt,

perunt, Rachbersburg, Gleichenberg, Eibesvvald, Wagsenekh, Hohenekh, Tblsbach, Saantal, Gonabiczpakh, & Freydenberg. Sub horum obsequio fuere deniq; in Carinthia Lauantal, Hardneidstayn, Weissenekh, Schmulenburg: item in Istria Karst & Tibeyn. Ad hæc nobiles magno loco natos habebāt, qui iussis illorum vt vasalli parebant: ingenui & liberi à Thurn, Holnekher, Gleynczer, Weisnekher, Wynkhler, Kueler, Hauser, Oberhaymer. Fundarunt in Austria ad ripam Danubii abbatiam Seissenecensem, vbi & illorum conditoria visuntur: & paulo supra duæ arces nomine Walsee, ob memoriam veteris natalis in Sueuia loci excitatæ supersunt, ac huius nobilis generis aliquam apud posteros memoriam repræsentant.

1

2 HENRICVS, in Sueuia prædia habuerat à dapiferis à Waldburg beneficio: progenuitq; duos filios, Ioannem & Eberhardum.

3 IOANNES & Eberhardus: quorum Eberhardus ab Rudolpho Cæsare Habsburgensi, filio suo Austriæ duci constituto, Alberto t. videlicet, morum magister ac læque præfectus datus, primus in Austriam translatis laribus, ab hero dominorum a Capella & Petouione (quæ commodum id temporis extinctæ familiæ fuerant) dominia castraq; consecutus: per Austriam & Styriam Carinthiamq;, stirpi suæ non minimam accessionē dedit, inq; eo fastigio collocauit, in quo posterius constituta, cæteras facile omnes superabat. is ex sorore Alberti episcopi Tridentini, comitis ab Ortenburg, tulit Henricum & Gebhardum.

4 HENRICVS, Eberhardi filius, Colini à Seldenhouen, postremi secus Drauum amnem habitantis reguli, castra ditionemq; ab hero suo Austriæ duce impetrauerat, videlicet Altenhouen, Reifnicz, Zyrknicz & Geyroch.

5 GEBHARDVS, Henrici II. frater germanus, cōsecratur in episcopum Patauiensem anno 1314.

6 VDALRICVS, Henrici filius, ducis Austriæ Wilhelmi curiæ præfectus, impetrauit ab hero suo comitum Haynburgensium in Carinthia cum stemmate extinctorū, itemq; dominorum ab Aufenstayn apud Carnos & Valkhenburgensium in Austria relictas possessiones. Is ex Diemude filia Alberti ducis Carinthiæ, Rudolphum & Fridericum progenuit.

8 RVDOLPHVS, Styriæ ducatus præfectus, sub annum Domini 1376. reliquit Eberhardum secundum.

7 FRIDERICVS, Rudolphi frater germanus, præfectus in Austria Drosendorfensis, circa annum Domini 1373. à Friderico rege Rom. Austriæ duce, orator missus in Hispaniam, pro sponsa Arragoniæ regis filia deducenda. Qui ex Anna comitissa ab Hohenloe Rudolphum secundum genuit, cui Alberti à Neidberg filiam coniunxit.

9 EBERHARDVS secundus, Rudolphi primi filius, ex Elisabeta, filia Luroldi baronis à Chunring Austriaci, suscepit Wolfgangum & Reymbertum.

10 WOLFGANGVS, præfectus curiæ Alberti secundi Romanorū regis, qui regis Ladislai pater fuerat, & postea Austriæ supra Anisum præfectus prætorio, omnia fere bona cōparauit, quæ familia ista possederat in superiori Austria & Istria.

11 REINBERTVS, post fratrem Wolfgangum præfuit aulæ Alberti secundi Cæsaris: cui in diuisione cum fratruelibus & patruelibus, Ernesto, Luipoldo, & Friderico, sedulam operam nauauerat. Vixit adhuc anno 1450. imperante Friderico tertio.

12 FRIDERICVS secundus, regiam tenuit in Cistersdorfio Austriæ, & ex coniuge, domini a Chunring filia, Reympertum generis sui postremum reliquit.

GENEALOGIA DOMINORVM A GVSSEMberg, in quorum erant insignibus tres stellæ per transuersum.

1 HENRICVS, Diepoldum procreauit. floruit circa annum 1240.

2 DIEPOLDVS, Geruingum & Diepoldum secundum produxit.

3 DIEPOLDVS secundus, ex Hildegarde ab Ellerbach Brunonem tulit.

4 BRVNO, Diepoldi secundi natus, ex Margaretha a Freyburg Brunonem secundū genuit. Q[illegible] ex Anna ab Oberndorf Diepoldum tertium procreauerat.

5 GERVINGVS, Diepoldi primi filius, & secundi frater germanus, ex ANNA à Biber circa a[illegible]m Domini 1340. Geruingum secundum progenuit, Giselbertum & Eitelium, cum ANNA domino a Rechperg nupta. Quorum Eitelius ex coniuge à Nordholtz, itemque Geruingus secundus ex CATHARINA a Biberbach, nullam post se prolem reliquere.

6 GISELBERTVS, Geruingi primi filius, & secundi frater germanus, ex Anna à Klyngenstayn Diepoldum quartum produxit.

7 DIEPOLDVS tertius, Brunonis secundi natus, ex comitissa de mōte Belgardi Gebhardum primum genuit. Is vero ex coniuge ab Aurach Geruingum tertiū tulit, qui ex Elisabeta à Knnseckh nullam prolem habuerat.

8 DIEPOLDVS hoc nomine quartus in ꝓsapia, Giselberti filius, ex Elisabeta à Knorringen Diepoldum quintum, & Geruingum tertium suscepit. Quorū Diepoldus ex Martha à Rod vnicam modo filiam reliquerat, Ioanni à Klyngenstayn nuptam. floruit circa annum Domini 1420.

9 GERVINGVS tertius in hac familia, ex Barbara à Seben, cuius mater fuerat vna à Volkenstayn Tyrolensis, duos filios genuit: Sigismundum, & Sextum. Et duas natas, Hildegardem domino à Zylenhart nuptui traditam, & domino ab Ellerbach collocatam. 10

10 SIGISMVNDVS, Geruingi tertii filius, ex coniuge Speyn Ioannam filiam procreauit, nobili equiti à Werdenstayn collocatam.

11 SIXTVS, Sigismundi frater germanus, ex Adelhaide ab Ellerbach Wilhelmum reliquit, Sigismundum canonicum, & filiam locatam Alberto à Rechperg.

12 WILHELMVS, Sixti filius, ex Barbara Megeczerin vnam modo filiam genuit, Margaretham, Vdalrico postremo Burggrauio à Burtenbach nuptam.

GENEALOGIA DOMINORVM A BRANDIS ET Leonburg, ex Ergouia in Tyrolim translati, duo ibi castra condidere, Brandis & Leonburg. Etsi vnum stemma in Walgouia prope Curiam Rhætiæ manserit, quod tamen insignib. differt à Tyrolensibus, cum hi rubrum leonem in armis, illi torrem ardentem vsurparint, nominis gentilitii conformem vocem. 20

1 PRANTACVS, Henricus & Nicolaus, sub annum Domini claruerunt 1260.

2 HILTEBRANDVS, à Maynhardo duce Tyrolis & Carinthiæ in fidem receptus, beneficio ducali in duobus dominiis Brandis & Leonburg confirmatus est.

3 RANDOLDVS, genuit secundum Randoldum, baronisq; titulo vsus fuit.

4 RANDOLDVS secundus, Leopoldi Austriæ ducis, qui ab Heluetiis occisus est ad Sempach, anno 1386. curialis fuerat. genuitq; duos filios, Leonem & Burcardū: vnde duo stemmata defluxerunt.

5 LEO Leonem secundum reliquit. 30

6 LEO secundus, Antonium & Iacobum procreauit: quorum obiit Antonius ante, nonagenarius tamen: Iacobus vero in hanc vsque diem prætorio OEnipontano adsider, Ferdinandi Rom. regis & Austriæ archiducis consiliarius.

7 BVRCARDVS, procreauit secundum Burcardum.

8 BVRCARDVS secundus tertium reliquit.

9 BVRCARDVS tertius genuit Andream, Fridericum & Christophorum: quorum Andreas Prussiensi cruce adornatus, Ferdinandi Rom. regis senator aulicus & per Hungariam pedestris militiæ magister extitit, literarum æque atq; armorum scientia clarus, familiæq; suæ nobilissimæ lumē. Porro in altera prosapia siue gente, quæ in Walgouia Blumekh castrum possidebat, prope Curiam, celebratos reperi: Henricū, ex abbate Eynsidlensi præsulem Curiensem, 1383. Menegoldum, ex abbate diuitis Augiæ episcopum Constantiensem, 1396. Ortliebum, qui episcopum Curiensem, Friderico tertio imperante, egerat, huius generis: & vnum Walgouiæ præfectum reperio Maximiliani Cæsaris nomine, ab Heluetiis occisum, anno 1496. Floruerunt deniq; hoc nomine, & ex hac domo, Sigismundus, Wolfgangus, & Vdalricus, anno 1510. 40

GENEALOGIA DOMINORVM ET LIBERORVM à Stoffelen, qui in insignibus gerebant atrum Leonem, & ditionem habebant prope Reutlingē: quorū conditoria cernuntur in Vrspringen. cuius familiæ nobilis Nordvvertus egit abbatem S. Galli, sub Henrico quarto. 50

1 ANONYMVS quispiam, ex baronissa de Halenstayn genuit alterum Anonymum, & Priscam, nuptam Henrico marescalco à Pappenhaym, circa annum 1230.

2 FRIDERICVS, filius secundi Anonymi, genuit Fridericum secundum, cuius soror nupta erat dapifero de Haffringen.

3 FRIDERICVS secundus, genuit Albertum, Eberhardum, Irmelam coniugē Henrici à Pappenhaym, & alteram desponsatam comiti à Rakuncz Rhæto.

4 EBERHARDVS, Eberhardum alterum produxit. Habebat fratrem Albertum, qui floruit anno 1307. & Chunonem abbatem S. Galli 1312. item sororem Catharinam abbatissam Buchouiensem.

5 EBER-

5 EBERHARDVS secundus, ex comitissa de Mosat Chunradum tulit, Albertum cōmendatorem, comitissam à Raczuns in Rhætia alta, circa annum 1380.

6 CHVNRADVS, ex baronissa à Feustingen, & altera vxore baronissa ab Hevvem, Henricum & Simonem reliquit.

7 HENRICVS, ex Margareta baronissa ab Eberstall, Bernhardum genuit, & Margaretham filiam, Vito à Rechperg desponsatam.

8 SYMON, frater Henrici, ex Magdalena comitissa à Furstenberg Henricum secundum tulit, & Ioannem.

9 HENRICVS secundus, ex baronissa de Wallenfels HENRICVM tertium pro-10 creauit.

10 VDALRICVS, frater Henrici, ex ingenua à Randekh Rheni Henricum quartum dedit.

11 HENRICVS quartus, in matrimonio habuit filiam pincernæ de Erpach.

GENEALOGIA LIBERORVM ET BARONVM *à Winsperg, oriundi ex Lombardia, & cognati ducum à Schiltach, & dominorum à Rapolsteyn. nam & ipsi tres minores clypeos in armis gerunt, albos in rubro campo: cum duces, rubros in albo campo gesserint.*

1 ANONYMVS quispiam, floruit circa annum Domini 1170.

20 2 WERNERIVS, fortè prioris filius, Chunradum progenuit, & filiam locatam Ludouico comiti ab Helfensteyn, circa annum Domini 1210. Militauit in Lombardia.

3 CHVNRADVS, ex comitissa à Dokhenburg filium reliquit, & Agnetem filiam, Friderico marchioni à Baden coniunctam, matrem Hermanni marchionis.

4 ENGELHARDVS dominus à Weynsperg, a Rudolpho Habspurgense Cæsare citatur, de anno 1280.

5 ANONYMVS, ex comitissa de Helfensteyn Fridericum & Christophorum genuit, annum circa 1350.

6 FRIDERICVS, ex comitissa de Hohenloe Engelhardum tulit, anno 1370.

7 ENGELHARDVS secundus, ex comitissa à Leyningen reliquit Georgiū & Agne-30 tem, Friderici comitis ab Helfensteyn coniugem, anno à nato Christo 1360.

8 GEORGIVS ex filia pincernæ de Erpach Philippum, & duas filias genuit: Itham Chunradi baronis à Lympurg, & Agnetem Hauptonis marescalci à Pappenhaym coniugem, anno 1380.

9 PHILIPPVS Chunradum & Elisabetam reliquit vxorem Erici Saxoniæ ducis, anno currente 1396.

10 CHVNRADVS floruit circa an. nostræ Redemptionis 1430. genuitq; Philippum secundum, & Agnetem Sigismundi de Argen ciuis Augustani coniugem.

11 PHILIPPVS secundus, tertium progenuit.

12 PHILIPPVS tertius, floruit anno 1510.

40

GENEALOGIA DOMINORVM A NIderthor, *Tyrolensium.*

1 ANONYMVS quispiam, Sigismundum & Vitum genuit.

2 SIGISMVNDVS ex baronissa à Liechtensteyn Tyrolensi Sigismundum secundū, Cyprianum, Stephanum, Wolfgangum, & duas filias procreauit: Annam Pancratio de castro Pelagii, & Margaretham Petro comiti à Laderon nuptas.

3 VITVS, frater Sigismundi primi, ex duabus coniugibus, vna de Kaczensteyn, & altera ingenua de Wynekh, tulit Wolfgangum & Arnoldum.

4 WOLFGANGVS, Viti filius, ex Vrsula de Lutach suscepit Georgium Christopho-50 rum, Vitum canonicum Augustanum, & filiam cuidam Fux copulatam.

5 ARNOLDVS, frater Wolfgangi, ex Apollonia de Lutach Arnoldum secundum genuit.

6 ARNOLDVS secundus, ex baronissa à Wolkhestayn Margaretham filiam procreauit, domino à Fronsperg coniunctam.

GENEALOGIA BARONVM AB HAlenstayn, *in quorum insignibus Albis dux atræ sectiones fuerant.*

1 DEGENHARDVS, floruit circa annū Salutis nostræ 1170. cuius meminit abbas Vr-

spergensis in historia Philippi Cæsaris 1199. de Vrspergensi ecclesia tractans: Cumq; talis prælatus coram inclytæ recordationis imperatore Friderico comparuisset, ipse cum tota curia spreuit eum: odioq; sui, nobili viri Degenhardo de Halinstayn, procuratori suo, per omnia regalia prædia Sueuiæ iniunxit, quatéus personaliter accederet ad ecclesiā Vrspergensem, & de voluntate fratrum in prædiis ipsorum statueret, extra Abbatiam & Grangias statutis, apponeret annuū, quod sibi pro Aduocatia & defensione solueretur, vt videlicet quilibet mansus rusticanorum prædiorum solueret multare vnum auenæ, vt officiales sui equis ipsorum ex hoc haberent annonam, &c. Porro is Degenhardus progenuit secundū Degenhardum, & Reynhardum.

2 REYNHARDVS, reliquit Degenhardum tertium. 10

3 DEGENHARDVS tertius, ex quadam baronissa Mechtilde Siboldum & Vdalricum reliquit.

4 VDALRICVS, ex Willeburgi filia Hermanni, siue Hartmanni de Dillingen, circa annum 1260. procreauit Vdalricum secundum, Henricum, Degenhardum quartum, ex præposito electum episcopum Augustanum, anno 1290. & Priscam Henrico quarto hoc nomine marescalco de Pappenhaym & Callatyn nuptam, circa annum 1220. & alteram filiam, baroni à Stoffl, matrem Priscæ à Stoffl.

5 HENRICVS, ex comitissa à Brandenberg vltimum huius generis baronē reliquit.

GENEALOGIA INGENVORVM A Fronsperg, dominorum in Mundelhaym. 20

1 PRIMVS à Fronsperg, ex quadam nobili fœmina à Starhenberg, progenuit Sigismundum.

2 SIGISMVNDVS, ex domina de Seben Tyrolensi Ioannem & Vdalricum tulit.

3 VDALRICVS, ex Barbara à Rechberg, cuius mater fuerat domina à Kaltern Tyrolensis, progenuit Casparem, Thomam, Georgium, Vdalricum episcopum Tridentinū, & aliquot filias. Quarum vna comiti à Ladaron collocatur, Agnes domino de Wildenstayn, tertia nobili equiti Germano à Rosenberg, Helena domino à Rechperg, & Barbara nobili equiti à Bodmer. Ipse Sueuici fœderis primus author fuisse perhibetur, & dominium Myndelhaym emerat à socero libero à Rechperg. 30

4 THOMAS, Vdalrici filius, ex Vrsula, filia dapiferi à Waldburg, tres filios procreauit: Thomam, dominum à Fronsperg & Niderthor, ob vxorem: Vdalricum, commendatorē Germanici ordinis: & Thomam canonicum. Cuius filiæ quoq;, Magdalena domino à Schrouenstayn, Barbara Georgio à Rechperg, Vrsula Henrico à Stayn nupsere: reliquæ, Irmengardis & Anna, virgines obierunt.

5 GEORGIVS, Thomæ frater germanus, Vdalrici pariter filius, celeberrimus nostra tempestate militum ductor, & multis in Italia præclaris facinoribus editis toti orbi nominatissimus, ex Catharina à Schrouenstayn Tyrolensi progenuit Georgium Casparem, & Georgium Philippum: quorū hic oppetiit in bello Massiliensi, circa annum Salutis 1646. Cui sorores tres erant, Anna, Eua, & Catharina. 40

GENEALOGIA INGENVORVM A SCHELlenberg, quorum sunt ad fontes Danubii Hussingen & Hohenekh in Algouia, & qui in viridi clypeo duas virides trabes gerunt.

1 BVRCARDVS, citatur in literis sub Carolo Magno.

2 FRIDERICVS, ex comitissa à Zolern procreauit Marcquardum.

3 MARCQVARDVS, vulgo suo tempore cognominatus Merkhlyn vō Schellenberg/ ex Barbara à Pflamdorf Egilolphum genuit.

4 EGILOLPHVS, ex Anna à Pflamdorf Cunradum tulit. Cuius frater, vel fratruelis, Fridericus, Egilolphum secundum progenuerat. 50

5 CHVNRADVS, ex nobili fœmina à Blumekh, Burcardum & Marcquardum his nominibus secundos reliquit.

6 EGILOLPHVS, secundus hoc nomine in stemmate, ex nobili fœmina ab Ellerbach Ludouicum, Henricum, & Egilolphum tertium suscepit: quorum Ludouicus Ioannem filium reliquit, Henricus vero ex Marsilia de Oberdorf tres filias genuit: quarum vna Ioanni ab Haymhouen, secunda Vito ab Eisenbergk, tertia Hieronymo ab Haymhouen nupsere: quarta deniq; Elisabeta nomine monasticen professa, abbatissam egit.

7 EGILOLPHVS tertius, secundi filius, dominus vulgo cognominatus de Wasserberg,

berg, ex nobili fœmina à Freiburg Mittelburgim procreauit, Ioanni ab Hurnhaym nuptam.

8 BVRCARDVS secundus, Egilolphi primi ex Chunrado filio nepos, ex nobili Rolingerin progenuit Chunradum secundum, Gebehardum, & Marquardum castellanum in Landsperg.

9 MARCQVARDVS secundus hoc nomine, Sigismundi Austriæ ducis præfectum Sueuiæ egit, quem patria lingua Landuogtum appellant. Progenuit Marcquardum tertium, & duas filias: quarum vna domino à Valkhenstayn, altera cuidam à Landenberg nupsit.

10 10 MARCQVARDVS tertius hoc nomine, ex domina ab Ellerbach Marcquardum quintum hoc nomine, & Bienczonem genuit. Quorum Marcquardus ex nobili fœmina à Freyburg, Burcardum tertium tulit.

11 CHVNRADVS secundus hoc nomine, Burcardi secundi filius, & Marquardi secundi frater germanus, ex comitissa de Messenhausen procreauit Chunradum tertiũ, Marcum Ioannem commendatorem, & Marquardum quartum. Cuius filiæ quoque, Hildegardis Chunrado à Riethaym, Barbara dapifero de Vualdburg, & tertio cuidam a Sekhendorf nobili Franconi equiti, nupsere.

12 MARCQVARDVS quartus hoc nomine, ex Lucia à Lyndnavu, Vitum & Balthasarum genuit: & aliquot filias, quarum Veronica nobili viro cuidam à Freyburg, & Apollonia

20 Hiltebrando à Vuerdenstayn collocatæ sunt.

13 BIENCZO, Marcquardi tertiĩ filius, ex coniuge à Freiburg Wolfgangum tulit, cui vxor obtigit quædam à Rosenberg.

14 BALTHASAR, Marcquardi filius, tres filios progenuit: Marcquardum sextum, Marcum secundum, & Sigismundum.

15 SIGISMVNDVS, gennit Ioannem, Marcquardum, & Wolfgangum Theodericũ.

16 VDALRICVS, egit præfectum oppidi ac castri Bregantiæ, nomine Austriacum, nostra memoria.

17 WALTHASAR, cum fratribus ac fratruelibus, nostra claret memoria.

30

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM SVEuia à Freyberg, qui in clypeo diuiso per latitudinem, coloribusq; albo & cœlestino distincto, tres aureos globos in cœlestina parte gerunt: diuiduntur, propagata stirpe in Freybergios de Angelberg, & Freybergios de Steislingen.

1 HENRICVS, ex baronissa de Steislingen Henricum & Fridericum progenuit, circa annum Domini 1200. vnde duo stemmata descenderunt.

ARBOR

2 FRIDERICI, nominati de Steislingen. is ex coniuge de Hamartingen genuit

- Friczhans.
- Henricum, ex vxore de Altolandenberg. Fridericum: ux. de Steyblingen.
  - Fridericus tertius, ex cõiuge de Hohenekh genuit.
    - Henricũ. is ex Barbara à Naidorf, & Walburgi à Seiblstorf, genuit
      - Henricũ, Georgiũ, vx. Dorothea à Woldenfels.
    - Petrũ ex cognomento Miles de Eisenberg. Is ex vxore de Klyngenstayo genuit.
      - Filios,
        - Sigismundum, qui ex Dorothea à Thun genuit.
          - Filios, 1 Philippũ, cuius vxor Omelia de Schela Landenberg. 2 Casparum: vxor à Stadion. 3 Fridericum.
          - Filias, Veronicã, Balthasari de Schelnberg.
        - Wilhelmum, ex Vrsula à Guntczberg.
          - Petrum. is ex coniuge de Embs genuit Casparum.
      - Filias, Omeliam, Georgii à Wesdenstayn coniugem. Annã, Caspari Lonbēberg. Vrsulã, vxorẽ Christophori Burggrauii ab Ehingen.
    - Fridericũ. is ex Anna de Fronsperg filios & filias genuit, Georgium, Henricum, Vx. domini de Achavm, Vx. D. de Eisenburg.
  - Eglolphus,
    - Hẽricus ex cõiuge de Biberbach genuit Ioannẽ, qui vltra mare obiit, & is ex con. à Rod genuit filios & filias, Ioannem, Georgium, Vrsulam de Ryethaym, Annã abbatissam August. Magdalenã abbatissam.
    - Eglolphus 3.
      - Burcardus, cuius filii, Henricus, Arbogastus, Ioannes, Caspar
      - Eberhardus, cuius filii, Alexius, Eglolphus, Balthasar, Georgius.

HENRICI, appellati de Angelberg, cui ex vxore à Macrosies & Angelberg nascitur

- Fridericus.
- Henricus, ex coniuge ab Hohenberg, 1316.
  - Fridericus, ex vxoribus duabus, vna de Turwang, & altera de Pappenhaym,
    - Fridericus: Anna de Podsperg. 1380.
    - Henricus ex duabus coniugibus vna de Biberbach, & altera de Fridingen,
      - Fridericus, ex Margaretha de Fridingen,
        - Henricus in Wolfsperg, ex vxore de Stulenbuch,
          - Ludouicus episcopus Constantiensis. 1480.
          - Michael: ux. Boreryn. Lucius: vxor de Diesßen. Michael II. Vnus à Seggndorf.
            - Lucius
            - Helena, coniunx Marci Sittich ab Embs.
          - Henricus, ex Anna de Durnsperg.
        - Thomas: ux. de Homburgh,
          - Ioannes: ux. Anna à Weigs. Paulus: vxor de Dugsenhusen. Wolfgangus: vxor marescalci à Biberbach. vnde Cordula processit, Ioannis à Biberbach marescalci coniunx.
          - Albertus & Sebastianus fratres.
      - Henricus Longus, ex Anna de Bodmen Hermannũ, is ex Anna de Hurnhaym Cunradum. is ex Magdalena de Rorbach tulit filias, Elisabetã de Riethaym, Annam à Buochperg.
      - Fridericus alter ex duab. vxoribus, Margaretha à Rechperg, & Anna de Schöberg, Henricus filius. Filiæ,
        - 1 Cõiunx Walther ab Hurnhaym. 2 Eberhardi à Klyngenstayn. 3 Benedicti à Schellenberg.
  - Henricus: vx. de Biberbach.

ALIVD STEMMA NOBILIVM EQVItum à Freiburg:

- A Capite leonum, ab insignibus videlicet, Eberhardus.
  - Caspar, ex Hildegarde à Fronsperg. Burcardus secundus, qui ex vxore de Asch genuit.
    - Arbogastũ.
    - Filias, Adelhaidẽ, marescalci à Wertigen. Vxorem Waltheri ab Hurnhaym. Vxorem de Irfelgingẽ.
  - Burcardus: vx. Staynhamerin. Eberhardus II. ux. de Hornstayn, altera de Sundhaym.
    - Eberhardus tertius: ux. Schelhyn. Ernestus & Sigismũdus, quorũ primus ex vna à Bodmen Ernestum secundum genuit.
    - Wilhelmus ex Adelhaide de Nab,
      - Filii, 1 Caspar: ux. Knorringen. 2 Eberhardus: ux. Spesyn. 3 Walthasar: ux. Fröspergerin. 4 Ludouicus.
      - Filiæ, Agnes de Villmpach, Vrsula à Burrach.
- A Riuo, vom Bach.
  - Vdalricus ex coniuge Werstersteten. Burcardus vx. Weglfraynerin.
    - Christophorus ex Schvvartzenstaynerin tulit filios, Georgium œnophorũ, Sebastianum commendatorem.
    - Filiæ, Clara à Buochperg, Catharina Tracnerin, Martha Treuchtlingerin.
  - Ioannes, 1400. ex coniuge à Reischach,
    - Cunradus: vx. Margaretha à Klyngenstayn.
      - Ambrosius ex Anna de Schödorf filias tulit.
      - Wilhelm.
    - Casparus, ex cõ. Gesleria tulit filios, Christophorum & Hẽricũ, canonicos Augustanos. Balthasarem, Sigismundũ, Abbatissam & monialem Vrspbungenles.

INGENVI AB EMERSHOVEN.

IOANNES, ex vna Belga suscepit Anonymum quendam, qui tres lineas constituit:

1 EBERHARDVS, in Fayningen, ex ingenua à Sundhaym circa annum Domini 1280. procreauit Vdalricum.

2 VDALRICVS, ex ingenua à Guffinperg, tulit Wilhelmum, Eberhardum, & Geruingum.

3 EBERHARDVS secūdus, ex ingenua à Riethamanno à nato Christo 1380. genuit Eberhardum tertium, & Ioannem.

4 EBERHARDVS tertius, ex ingenua de Heglem Vdalricum progenuit.

5 IOANNES Eberhardi filius, ex ingenua de Riethā Ioannē, Bernhardum, & Egelolphum protulit.

6 GERVINGVS filius VDALRICI, & Eberhardi primi frater, ex ingenua à Ramyngen Matthiam & Wilhelmum procreauit.

7 WILHELMVS, ex cōiuge Feczeryn * * anno 1424. Antonium reliquit.

8 MATHIAS, Wilhelmi frater germanus, ex ingenua à Vorge de Chorhausen suscepit Ioannem & Ludouicum: quorum Ludouicus ex coniuge à Stadion Stephanum.

FRIDERICVS, ex ingenua à Fayningen Eberhardū & Ioannem procreauit.

EBERHARDVS, ex baronissa de Hirsperg, circa annum 1328. Paulum sacerdotem reliquit, qui obiit 1384.

IOANNES, frater Eberhardi, ex ingenua de Hopfingē Fridericum & Eckardum procreauit.

ECKARDVS, ex Memingēsi quadam, Ioannem canonicū Augustanum.

FRIDERICVS, ex ingenua à Welden, Eberhardum.

EBERHARDVS, ex ingenua de Riethaym Ioannem, Egelolphum, & Bernhardum tulit.

IOANNES, Friderici ex nobili à Welden filius, ex coniuge à Maurē procreauit Eberhardū abbatem in Nereshaym, circa annum 1494. & Georgium tulit.

GEORGIVS ex Iaxhamyn Georgium, Gregorinm, Eberhardum, & Ludouicum canonicum Brixinensem genuit.

GREGORIVS, Georgii superioris filius, & Ludouici canonici frater germanus, ex ingenua de Rod circa annum 1489. genuit Georgium, Eitelioannem, & Ioannem Seboldum monachum Campidonensem, circa annum 1505.

GERVINGVS, ex vxore de Westhausen, anno labente 1280. genuit Geruingum alterum, Ludouicum & Vdalricum.

GERVINGVS secundus, ex ingenua de Holhaym Ioannem tulit.

LVDOVICVS, ex coniuge Strikhin quadā à Neuenstayn, reliquit Geruingum tertiū, cuius filius Cūradus fuerat.

CHVNRADVS, ex ingenua à Pfaffenhusen nullam prolem tulit.

VDALRICVS, frater germanus Ludouici, Geruingi filius, ex cōiuge à Pranaw Ioannem & Georgiū procreauit.

IOANNES Vdalrici filius, ex ingenua à Schnehingeu Ioannē alterum suscepit.

IOANNES, ex nobili à Lyrhaym Ioannē tertium.

IOANNES tertius, ex quadam Schonpuchleryn Georgium genuit.

9 STEPHANVS, ex Otilia à Neunekh, & altera ingenua à Bergen, Wolfgangū, Stephanum, & Ludouicum procreauit, atq; Ioannem: quorum Wolfgangus Stephanum secundum procreauit.

10 STEPHANVS secundus, ex Neythartyn coniuge Ioannē, circa annū procreauit 1522.

11 IOANNES, ex Coloniensi Ioannem tertium reliquit.

12 LVDOVICVS, ex ingenua ab Egelistall Georgium & Vitum produxit. Quorum Vitus circa an. 1518. Laurentium & Stephanum, commendatorem in Rēgensperg.

13 ANTONIVS Wilhelmi ex Reezetina coniuge filius, natus circa annū 1424. de quo supra signo est tractatū * * ex ingenua à Syndringen tulit filios, Ioannem Georgium, Wilhelmum Stephanum, Wilhelmum canonicum, & Ludouicum monachum.

14 IOANNES, ex ingenua à Reischach procreauit Geruingum, Wilhelmum, Leonhardum, Antonium doctorem, & Georgium canonicum Elwangensem.

15 ANTONIVS II, ex Agnete filia Wilhelmi de Hohenrechperg nihil tulit.

16 GERVINGVS, Antonii secundi frater, & primi filius, ex Hauseryn de Stetberg Ioannem, Bernhardum, Iacobum, & Sebastianum reliquit, anno 1520.

INGENVI AB HOMBVRG.

1 ANONYMVS de Hōburg, ex ducissa à Tekh alterū sine nomine tulit, & duas filias: quarū vnam baro à Klyngenbergk, & alteram Berchtoldus à Stayn, coniuges accepere.

2 ANONYMVS secundus, progenuit Henricum, Wilhelmum, Albertum, Burcardũ, & duas filias: vnam à Klyngenstayn, & alteram ab Ellerbach.

3 BVRCARDVS, ex ingenua à Klyngenstayn, progennit Ioannem, Popelium, Veronicam Sigismundi à Stayn coniugem, & Elisabetam nobili equiti cuidam à Knorringen nuptam.

4 POPELIVS, ex ingenua à Stadion Adamum procreauit, qui habuit in matrimonio mareschalci ab Oberdorf natam.

5 ALBERTVS, Burcardi frater, ex nobili ab Embs suscepit Albertũ, WILHELMVM, Chunradum & Beatricem, cuidam nobili Weiler coniunctam. Albertus canonicus Constantiensis fuerat, & WILHELMVS frater Elisabetam de Katzenhusen in matrimonio habuit. 10

6 CHVNRADVS, Alberti filius, ex ingenua de Wendingẽ Sigismundum, Wolfgangum, & Vuendelinum procreauit: quorum Vuendelinus habuit nobilem ab Hausen in coniugio.

7 SIGISMVNDVS, ex baronissa à Klingenbergk Eberhardum, & Georgium ordinis Teutonicorum commendatorem procreauit.

INGENVI DE THVMB.

1 HVGO de Thomb & Neuburga, ex nobili à Belmonte genuit Sigefridum.

2 SIGEFRIDVS, ex libera de Flumine tulit Svuiggerum. 20

3 SVVIGGERVS, ex comitissa à Montfort Svuiggerum secundum.

4 SVVIGGERVS secundus, ex ingenua ab Erolczhaym Ioannem reliquit.

5 IOANNES, ex Anna Alberti comitis ab Aichlberg filia, Albertum progenuit.

6 ALBERTVS, ex duabus coniugibus, Elisabeta de Alkofridingen, & altera Vrsula libera à Vuartenberg, Ioannem procreauit.

7 IOANNES secundus hoc nomine, ex ingenua à Stayn Adamum, Chunradum, Ioannem, & Albertum præpositum Elbangensem suscepit.

8 CHVNRADVS, ex ingenua Megeczerin Adamum tulit.

9 ADAMVS, ex coniuge de Sandicell Diepoldum, & Albertum canonicum Elvvangensem reliquit. 30

DIEPOLDVS, coniugem habuit nobilem ab Erolczhaym.

INGENVI A REISCHAH.

HENRICVS, ex Margaretha à Klyngenstayn Chunradum, & filias aliquot tulit: [illegible]rum vna Ludouico à Beniczenavv, secunda ingenuo à Freiberg, tertia Chunrado à Stayn, quarta Berchtoldo ab Ellerbach nupsere.

2 CHVNRADVS, progenuit Eberhardum.

3 EBERHARDVS, progenuit *

4 * *

5 ECKIVS, scientia rei militaris clarissimus, qui multis sæpe bellis C. Maximiliano 40 Cæsari, eiusq; nepotibus Carolo v. ac Ferdinando I. Cæsaribus fidelem ac fœlicem operam dederat, ex coniuge * procreauit tres filios. Quorum vnus in acie aduersus Thurcas in obsidione Budensi cecidit in Hungaria, anno Domini 1540. Quo tempore ac bello Ekius quoq; pater fato concessit.

6 SIMON à Reischach iuris vtriusq; doctor, principum Bauariæ consiliarius, sepelitur Landeshutæ, anno 1520.

INGENVI A ROTENSTAYN.

1 CHVNRADVS & Ludouicus, floruerunt circa annum Domini 1280.

2 CHVNRADVS secundus, superioris vnicus filius. 50

3 HENRICVS, ex ingenua à Thumb, Fridericum tulit, anno 1350.

4 FRIDERICVS, reliquit post se Thomam, Chunradum, Vdalricum, & Catharinã, nuptam Henrico de Treuchtlingen.

5 THOMAS, ex Agnete à Gussemberg procreauit Chunradum quartum, & Vrsulã, nobili viro de Haldenberg nuptam, circa annum Domini 1400.

6 CHVNRADVS de Rotenstayn, floruit circa annum 1406. ex Vrsula de Hattenberg genuit filiam Coronam Hauptoni iuniori mareschalco de Pappenhaym nuptam.

7 VDALRICVS, frater Thomæ, & Friderici filiorũ vnus: reliquit post se natos Christophorum, Henricum, & Ibonem.

8 HEN-

8 HENRICVS, Lucil frater, progenuit Chunonem, & Henricum tertium. possederat Bebenhausen circa annum 1437.

9 CHVNO, genuit Chunradum quintum, & Fridericum secundum, nuncupatos à Valkhenberg.

10 CHVNRADVS quintus, genuit Chunradum sextum, Hugonem, & filiam alicui de Erolczhaym nuptam.

11 HENRICVS quartus, Chunonis frater, ex Elisabeta à Mardorf, & secunda coniuge à Lyerhaym, reliquit Vdalricum, Henricum quintum, Andream, Ludouicum, & Chunradum tertium, cui erat vxor Vrsula de Hattenberg.

10 12 LVDOVICVS, habuit in matrimonio Gutam ab Hurnhaym, anno labente 1434. fundauit congregationem clericorum in Grunenbach.

13 THOMAS, Ludouici frater, qui in coniugio habuit Agnetem de Guffemberg.

14 HENRICVS quintus, Ioannem genuit, & filiā nuptam Melchiori de Haymhouen.

15 CHRISTOPHORVS, in Tyroli sedem habuit, cuius filia nupserat N. Neisser Maximiliani Cæsaris quæstori in noua Austriæ ciuitate, quæ tulit ex marito, Magdalenam Andreæ Wagner, Ferdinandi regis consiliario ac secretario, prouinciæ Austriæ scriniorū præfecto, collocatam: Vrsulam Magno Seycz eiusdem regis quæstori, & Cordulam N. Lyndekio Maximiliani regis Bohemiæ iunioris secretario, nuptas. Viuit & filius ab vsu armamentarii regii.

20 16 EVCHARIVS, vixit memoria patrum in Sueuia.

INGENVI AB EGLOFSTAYN, QVI IN candidis armis caput Lupi nigrum ferunt.

1 IOANNES, ex ingenua à Rosenberg Martinum, Georgium, & Mauritium tulit.

2 MARTINVS, ex nobili fœmina à Wenkhaym, Iuannem, Christophorū, Balthasarem, Melchiorem, & Annam monialem procreauit.

3 IOANNES, Ioannem tertium tulit, & Euphemiam filiam.

4 MAVRITIVS, genuit Albertum, Georgium, Wolfgangum, Helenam Pleynstaynerio: Catharinam, & Sabinam monialem.

30 5 IOANNES hoc nomine quartus, tertii filius, ex ingenua ab Erenfels Chunradum, Ioannem, & Vdalricum protulit. qui floruere circa annum 1390.

6 EBERHARDVS, Ioannis frater germanus, ex Barbara coniuge quadam, Nicolaū progenuit.

7 NICOLAVS, ex Sophia à Schonberg circa annum Saluris 1420. procreauit Nicolaum, Christophorum, & filias: quarum vna nupsit Philippo Fux, altera Barbara nomine virgo permansit.

8 NICOLAVS secundus, primi filius, ex Stueberyn coniuge Pancratium suscepit, itē Balthasarem, Chunigundim, Helenam Wolfgango Strober desponsatam. Quorum Pancratius Babenbergensis canonicus fuit.

40 9 CHRISTOPHORVS, Nicolai primi filius, & secundi frater germanus, Wolfgangum & Ioannem tulit.

10 IOANNES hoc nomine sextus, quarti filius, Ioannem quintum procreauit.

11 IOANNES quintus, ex Lucia a Weigs Chunradum, Vdalricum, & Annā ab Hornstayn reliquit.

12 CHVNRADVS, ducis Bauariæ camerarius, ex duabus cōiugibus, Anna à Nusperg, & Vrsula a Waldekh, circa annum 1461. Vitum reliquit.

13 VITVS, ex vxore Margaretha a Bogssaue, anno 1484. progenuit Ioannem, Georgium, Dorotheam, & Elisabetam.

14 IOANNES, Georgium reliquit.

50 15 MAVRITIVS, nostra claruit tempestate, cum fratribus & fratruelibus.

INGENVI A WERDENSTAYN.

* * *

INGENVI DE KACZENSTAYN, FERVNTVR eiusdem originis stemmatisq. fuisse, cuius sunt ingenui ab Hurnhaym. Habebant album catum sedentem super colliculis aureis in rubro clypeo.

1 FRIDERICVS, & Chunradus à Kaczenstayn, citantur in diplomate quodam ab Hermanno episcopo Augustano, postremo Dillingensi comite, anno 1257.

2 RVDOLPHVS & Hermannus, quorum Rudolphus ex Adelhaide coniuge genuit Rudolphum secundum, Hardezonem, & filiam nuptam Henrico quinto marescalco de Pappenhaym, anno 1285.

3 RVDOLPHVS secundus, ex libera à Reissenperg circa annum 1300. reliquit Rudolphum tertium, Vdalricum & Albertum monachum Cartusiensem.

4 VDALRICVS, ex Margareta coniuge circa annos 1315. procreauit Degenhardũ, Hermannum, & Georgium, qui floruere circa annum 1360.

5 GEORGIVS, floruit, fortasse primi filius, anno currente 1401.

INGENVI A TANNECK.

10

1 EBERHARDVS, Chunradum genuit.

2 CHVNRADVS, Rudolphum filium reliquit.

3 RVDOLPHVS, ex nobili quadam Kilcheryn Georgium, Sigismundum, Ioannem Wilhelmum, Henricum, & Veronicam procreauit.

4 GEORGIVS, ex ingenua de Hattingen Vdalricum genuit.

5 VDALRICVS, duas habuit coniuges: Annam Georgii de Hurlbach filiam, & alteram ingenuo à Bergen nuptam: quæ ei peperit Wolfgangum, & filias aliquot. Quarum Vrsula abbatissam egit in Schonfeld, Elisabeta monialis isthic extitit, & Helena Augustæ monasticen professa, Benigna denique sororum quarta ingenuo cuidã ab Hurnhaym nupsit.

20

6 WOLFGANGVS, ex ingenua à Werdenstayn Ioannem & WILHELMVM procreauit.

INGENVI A SCHONECK.

1 VDALRICVS & Henricus, floruere circa annum Salutis 1220.

2 VDALRICVS secundus, primi nimirum filius.

3 EBERHARDVS & Vdalricus.

4 VDALRICVS quartus, Henricum reliquit, anno à nato Christo 1345.

5 EBERHARDVS, frater VDALRICI secundi, ex Agnete à Flumine vxore progenuit Vdalricum, Henricum, & Chunradum. Quorum Vdalricus eligitur in præsulem Augustanum, anno 1331. Henricus quoque ex Præposito Augustanus episcopus salutatur anno 1335.

30

6 CHVNRADVS, ex Elisabeta de Hohenekh Vdalricum sextum tulit, & Annã Frykhin, circa annum Salutis nostræ 1360.

INGENVI A NEYNECK, IN QVORVM *insignibus rubra aurea sectio per Medium transit, & stella in superiore parte candida fulget.*

1 IOANNES, ex nobili fœmina Barbara à Landenberg tulit Martinum, & Georgium canonicum Augustanum.

40

2 ALBERTVS, ex Barbara dapifera ab Hœffingen, Andream, Ioannem Diepoldum, Georgium custodem Moguntiæ ad S. Albanum, & Andream alterum abbatem Alberspacensem generauit: & aliquot filias, quarum Margaretha Alberto dapifero à Schvvabsberg nupsit, Otilia Stephano ab Emershouen, tertia ingenuo à Tettingen, quarta nobili equiti à Brandekh, quinta ingenuo de Valkhenstayn, sexta Elisabetha cuidam Bekhlyn, septima ingenuo à Navv coniungitur. tres monasticen professæ, virgines manserunt.

3 ANDREAS, ex nobili Reichleryn Ioannem & Albertum genuit, commendatorem Ioannitarum.

4 MARTINVS frater germanus Andreæ, ex ingenua de Hevvdorf Ioannem tulit, & Albertum commendatorem Rhodiensem.

50

5 N. procreauit illos qui adhuc in Wirtenbergia supersunt, agnati ingenuorum à Furst.

INGENVI A SCHVVYNENPACH.

1 HENRICVS, seculo Henrici sexti Cæsaris floruit, circa annum Salutis 1190.

2 WOLFRAMVS, anno 1260.

3 ENGELBERTVS, auxilio fuit Ludouico quarto Cæsari, cui & aduocatiam cœnobii Thierhaupten concesserat, anno à nato Christo 1312.

4 EBERHARDVS & Arnoldus, Engelberti filii, vixerunt anno 1350.

INGENVI A PFERSEN ET SALmasbouen.

1 HERMANNVS, vixit 1260 anno.

2 HERMANNVS & Chunradus, circa annum Domini floruerunt 1280.

3 HARTMANNVS, anno ad famam peruenit 1340. Cuius vnicam filiam duxit in vxorem Henricus camerarius de Wellenburg.

INGENVI A SCHOPPACH.

10 1 CHVNRADVS floruisse reperitur anno Salutis 1270.

2 MARCQVARDVS, 1290.

3 HENRICVS, anno 1323.

GENEALOGIA NOBILIVM AB HOheneck, qui tauri atrum caput in aureo clypeo gestant.

1 RVDOLPHVS cancellarius Rudolphi Cæsaris, anno 1276, & postea archiepiscopus Salczeburgensis.

20 2 IOANNES. vxor de Oberndorf, anno 1340.

3 PETRVS. vxor ab Ernfels.

4 HERMANNVS, sepultus Landeshutæ, anno 1370.

5 ANDREAS. coniunx comitissa à Montfort, circa annum 1380.

6 PETRVS.

7 FRIDERICVS, Petri frater germanus, ex vxore à Freiburg circa annum 1410, Waltherum & Rudolphum genuit.

8 WALTHERVS, ex filia nobilis à Degenberg, Petrum tertium procreauit, qui vxorem habuerat à Thiersperg.

9 RVDOLPHVS, frater germanus Waltheri, ex coniuge Spætyn Rudolphum tertium tulit.

30 10 RVDOLPHVS tertius, ex cõiuge Schentyn, Andream & Matthæum. quorum Andreas in matrimonio habuit Spætynam: alter vero Ioannem genuit.

11 ADAMVS, nostra floruit ætate, cum fratribus & fratruelibus.

GENEALOGIA NOBILIVM A KNORRINgen: in quorum nigro clypeo annulus albus micat. Quorum aliqui cognominabantur ab Vttingen, erantque Marchionum à Burgau ministeriales.

1 EGELOLPHVS, floruit anno 1250, & Egelolphum secundum procreauit.

2 EGELOLPHVS secundus, prioris natus, genuit Egelolpbum secundum, & Eberhardum. vnde duo stemmata processere.

EGELOLPHVS, cognomento Plarer, ex Elisabetha de Rithaym,

- Henricus: ux. Catharina de Bergen,
- Vilhelmus: cō. Freyburgerin.
- Hildpoldns, qui vixit anno 1350. ex Maria à Schweyngen,
  - Hildpoldus secūdus: vxor Anna de Halso, vel de Gundelsingen,
    - Henricus & Chunradus, fratres Hildpoldi 3.
    - Elisabet a à Gussemberg, soror Hildpoldi tertii.
    - Hildpoldus tertius: ux. Freibergerin, & altera Daxin Augustana,
      - Burcardus: vxor de Westernach,
        - Burcardus secūdus ux. de Eiseohouen, vnde quatuor filii:
          1 Burcardus 3. vxor Agnes ab Habsberg.
          2 Wilhelmus: ux. baronissa à Lossensteyn Austriaca.
          3 N. Commendator Teutonicus.
          4 Theodericus.
        - Hilpoldus 5. miles.
      - Alii filii & filiæ.
        1 Hildpoldus 4. ux. Pesseryn Vlmensis: cuius filii, Seboldus & Bernhardus: ux Sonneberg.
        2 Conradus: vxor de Stayn. cuius filia Dorothea à Petznaw, obiit vltra mare.
        3 Henricus: ux, Omelia de Biberbach. cuius filia nupsit ingenuo ab Humhaym.
        4 N. ux. Fraunberg.
        5 N. con. domini à Liechtenstayn.
        6 Margaretha, Ioannis à Biberbach.
        7 Vxor alicuius à Camer & Gumpenberg.
    - Georgius, ex Æmilia de Biberbach,
      - Henricum,
      - Filiam domino ab Hurnhaym locatam.
  - 1 Conradus.
  - 2 filia N. de Sundhaym.
  - 3 filia N. de Waldkirch.

EBERHARDVS, ex Anna à Gernperg, circa annum 1330.
Chunradus, ex Adelhaide à Seebach.

- Henricus: vxor à Cronberg.
  - Alii, cum filiabus.
  - Egelolphus præpositus Spirēsis.
  - Eberhardus canonicus August.
  - Elisabeth eundam Gies in Leiphaym nupta.
  - Ioannes, qui erat præfectus Burgoviensis, circa annū 1440. ex Anna de Stayn,
    - Filii Ioannis,
      - Ioannes, ex cognomēto Niger: vxor Gotzfeldern.
      - Egelolphus, cuius vxor Westernach.
      - Ludouicus reliquit Ludouicum & Bernhardū.
      - Bernhardus reliquit Wolfdietrich, cuius vxor ab Althaym.
      - Georgius: ux. Veronica à Biberbach.
      - Georgius secundus ex Anna de Homburg tulit filios,
        1 Georgium,
        2 Wernherum,
        3 Marcū abbatē.
        4 Mouralem.
      - Wolfgāgus: ux. Engelmudis de Biberbach.
      - Wolfgangus 2. ux. de Liechtenstayn Sebastianum tulit.
      - Filii alii,
      - Christophorus can. August.
      - Henricus commendator.
      - Vlricus: ux. vna à Schwendy.
      - Wilhelmus, qui habuit Stephani de Schrag filiam.
      - Chunradus: ux. de Stadiō, duos habuit filios: Vdalricū, qui ex con. à Stayn tulit Christophorum canonicū Augustanū. item Wilhelmum, qui ex filia Sigismūdi de Wolden duas filias tulit: Catharinam Chunrado à Rechperg nuptā, & Barbaram Ioanni Osvvaldo à Neyneckh.
      - Eytelhans, ex vxore de Landenberg Leonhardum & Matthæum tulit.
    - Filiæ.
      - Barbara ab Hasperg,
      - Anna abbatissa,
      - Dorothea,
      - Benigna,
      - Sophia,
      - Elisabeta.
- Vilhelmus

GENEALOGIA INGENVORVM A BIBERbach, qui autores sunt cœnobii Weihenperg prope oppidum Wertingen. Habebant in rubro clypeo tres atros castores.

1 VDALRICVS & Wilhelmus, floruere circa annum 1061. Quorum vnus comitissam ab Helfenstayn coniugem habuerat.

2 WILHELMVS & Arnoldus, autores cœnobii Weyhenperg, anno millesimo centesimo quadragesimo quinto.

3 VDALRICVS, abbas ad S. Vdalricum Augustæ, circa annum Salutis 1166.

4 VDALRICVS & Arnoldus, quorum vnus in matrimonio habuit marchionissam à Vogburg.

5 ALBERTVS, anno floruit 1180, & vnicam reliquit filiam Annam, quam Henricus secundus marescalcus à Callantyn & Pappenhaym coniugem duxit: & non solum dominium suæ familiæ adiecit à Burgrauiis Nurnbergensibus collatum, verum etiam nomenclaturam Biberbach ad genus domumq; suam transtulit.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM AB Ollerbach in Pfaffenhouen: in quorum armis sunt duo glandes virides ex transuerso clypei colore separati, sub quorum ditione fuerat Tanhusen & Neuburg.

1 ALBERTVS, primus de Ollerbach, à comitibus de Schalklingen ducens originem, vt Burgouienses marchiones, sepelitur Vlmæ anno 1282. cuius frater Henricus erat canonicus Augustanus: alter vero Pupelinus Burcardum primum genuit.

2 BVR-

2 BVRCARDVS, anno Domini 1316 Pupelini natus, ex Adelhaide à Lyerhaim progenuit Burcardum secundum, & Pupelinum.

3 BVRCARDVS secũdus, primi filius, ex coniuge de Dornsperg, & altera de Maczesues, circa annum 1336, progenuit multos filios: Henricum canonicum, Augustanum fundatorem Carthusiæ Puxnhaym, Cunradum item canonicum, Ioannẽ, Henricum Wolfgangum, qui ex cõiuge à Mardorf Henricum tulerat. Quorum frater solus Ioannes successionem tenuit, ex coniuge Klyngenbergerina Burcardo & Pupelino relictis. cuius soror Elisabetha Henrico comiti à Montfort nupsit, Wilhelmi comitis mater.

4 PVPELINVS Burcardi primi filius, & secundi frater, ex Gueta à Biberbach tulit 20 Burcardum tertium, Burcardum episcopum Augustanum, Fridericum canonicum Augustanum, & filiam Marquardo à Schellenberg locatam.

5 IOANNES, ex coniuge Klyngenbergerina Berchtoldum & Burcardum procreauit, cum filiabus aliquot: quarum vna Diepoldo ab Aichelberg nupsit, Margaretha Hiltebrando mareſcalco à Bibrach, tertia nobili à Randekh.

6 BVRCARDVS tertius, Pupelini filius, Burcardum quartum & Ioannem tulit, quorum Ioannes ex Freybergerina nihil reliquit.

7 BERCHTOLDVS, Ioannis filius, ex coniuge à Reischach Pupelinum secundum progenuit: qui ex coniuge à Wernavv Georgium procreauit.

8 BVRCARDVS quartus, Ioannis filius, & Berchtoldi frater germanus, ex coniuge 20 Rechpergerina, Ioannem secundum genuit. Sunt qui hunc filium Burcardi tertii autument, cuius soror nupsit ingenuo à Randekh.

9 IOANNES secundus hoc nomine, ex comitissa à Montfort, Burcardum & Berchtoldum procreauit. Quorum Berchtoldus ex nobili à Vualdekh Berchtoldum tertium progenuit.

10 BERCHTOLDVS hoc nomine tertius, profectus in Austriam sub Friderico tertio Imperatore, Hungaram duxit vxorem, ducissam à Lymbach. ratione cuius matrimonii agros aliquot in finibus Hungariæ, Austriæ & Styriæ consecutus, construxit ibidem castrũ ac oppidum Eberavv, quod Hungari patria lingua Monyobykerekh appellant: quæ nostra tempestate Petrus Erdevudii satrapes Hungariæ possidet.

30 11 BVRCARDVS, frater germanus Berchtoldi tertii, Ioannis secundi filius, ducta vxore quadam Austriaca, Vuilhelmum filium reliquit.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM
ab Ollerbach in Brandenburg, quorum est fundatio Carthusiæ in Pixenhaym in Algoua.

1 DIETHELMVS, floruit circa annum MCCCLX, & ex domina quadam à Mardorf procreauit Vuolfgangum, & Burcardum præsulem Augustanum, electum anno Salutis MCCCLXXXII.

2 WOLFGANGVS, genuit Henricum.

40 3 HENRICVS, reliquit Henricum secundum, & Pupelinum, ex quadam domina de Mardorf.

4 PVPELINVS, Henrici filius, habuit in coniugio nobilem fœminam ab Eisenburg.

5 HENRICVS secundus, primi filius, & Pupelini frater germanus, ex coniuge nobili ab Homburg tres filios progenuit: Henricum tertium, Pupelinum secundum & Burcardum. Quorum Henricus, ex vxore à Bodmen filiam genuerat, vni à Rechperg nuptam. Pupelinus porro Breuis cognomento, miles à Brandeburg, filiam reliquit Vuilhelmo à Rechperg nuptam, & ex Rechpergerina genitam, cuius mater fuerat comitissa à Vuerdenberg.

6 BVRCARDVS, Henrici secundi filius, tertii & Pupelini frater germanus, ex con-50 iuge ab Hohenfels vnicum filium Burcardum secundum tulit, & plures filias: quarum Margaretha Sixto à Gussenberg, secunda Burcardo à Freyburg, tertia domino à Schellenberg, quarta mareſcalco à Vuertingẽ, quinta nobili à Vualdekh, sexta dapifero de Hufingẽ, septima nobili à Liebenstayn, octaua cuidam ab Ahelfingen, nuptæ fuere.

7 BVRCARDVS secũdus, primi filius, ex Hildegarde a Gussemberg Burcardum tertium filium, & Alexandram filiam reliquit, mareſcalco à Pappenhaym nuptam.

8 BVRCARDVS tertius, secundi filius, ex Vrsula à Kyndsekh Ioannem filium progenuit, & Sigismundum.

GENEALOGIA NOBILIVM ET LIBErorum equitum ab Hurnhaym, quorum aliqui à Kaczenstayn cognominabantur.

1 RVDOLPHVS ab Hurnhaym, de alto Castro cognominatus, author cœnobii Zymern, floruit anno 1150.

2 RVDOLPHVS secundus, primi filius, ex coniuge Adelhaide progenuit Rudolphum tertium.

3 RVOOLPHVS tertius, vulgo de alta domo dictus, ex filia Friderici ab Hohenberg Cunradum filium genuit, & Rudolphum quartum.

4 RVDOLPHVS, frater Chunradi, ex cognomento de Aheltingen, siue de Alta domo, ex baronissa de Aheltingen Alberti baronis filia genuit Rudolphum quintum, Albertum, & Hermannum, anno currente 1200.

5 RVOOLPHVS quintus, quarti filius, cognomēto miles a Kaczenstayn, ex Adelhaide à Risemberg Rudolphū sextum reliquit, vnde domini à Kaczenstayn processere: eratq; vxor illi marescalci à Pappenhaym filia. floruit circa annum Domini 1279.

6 ALBERTVS, Rudolphi quinti filius, & sexti frater german^9, ex baronissa à Kaczenstayn circa annum nostræ Salutis Hardmannum procreauit 1229. Dicitur & habuisse nobilem de Aheltingen.

7 HARTMANNVS, ex coniuge nobili fœmina ab Hahelfingē progenuit Hartmannum secundum, Fridericum, Rudolphum canonicum Augustanum, Guetam nobili à Lyerhaym, & Margaretham nobili a Faynyngovv nuptas.

8 HARTMANNVS secundus, primi filius, Cunradum tulit: & Cunradus circa annū Domini 1320, Degenhardum: qui multos filios reliquerat, Rudolphum septimum, Chunradum tertium, Melchiorem, Ioannem præpositum Elvvangensem, Balthasarem canonicum Augustanum, & Georgium monachum. Quorum Rudolphus septimus ex coniuge à Rosenberg, Degenhardum secundum, & Chunradum quartum reliquit. Quorum ille in matrimonio habuerat vnam de Ahelfingen. Hic vero ex baronissa à Losenstayn Wolfhardum, & filiam Henrico à Rechperg nuptam.

9 VDALRICVS ab Hurnhaym & Kaczenstayn, citatur in cœnobio Modingensi, cū Margaretha vxore 1338.

10 FRIDERICVS Hartmanni primi filius, & secūdi frater germanus, floruit circa annum 1230. & progenuit Wilhelmum, & Albertum decanum Argentoratensem.

11 WILHELMVS, Friderici superioris filius, ex coniuge nobili fœmina à Lyerhaym, vel secundum alios à Staynhaym, Chunradum quintum tulit.

12 CHVNRADVS hoc nomine in stirpe quintus, ex filia pincernę de Erpach, circa annum redemptionis nostræ 1360, Wilhelmum secundum produxit.

13 WILHELMVS secundus, Chunradi quinti natus, ex baronissa Gallica de Schampiis Chunradum sextum genuit, & Omeliam dapifero à Culentall desponsatam.

14 CHVNRADVS sextus, secundi Wilhelmi filius, ex baronissa à Gerolizekh Chunradum septimum, Waltherum primum, Ioannem & Albertum genuit: quorum Albertus Ludouicum ex cognomento de Biliczhaym reliquit. Chunradus præterea septimus marescalci à Pappenhaym filiam coniugem consequitur.

15 WALTHERVS primus, Chunradi sexti filius, & Chunradi septimi frater germanus, ex coniuge nobili ab Hyrschhorn progenuit Eberhardum, & Waltherum secundum, qui ex coniuge ab Ollerbach tres modo filias reliquit: quarum vna nupserat Alberto à Rechperg, secunda Hermanno a Pappenhaym, & tertia nobili equiti Tirolensi à Rotenstayn.

16 EBERHARDVS, filius primi Waltheri, & secundi frater germanus, ex coniuge Anna à Rechperg procreauit Beronem, Ioannem ex cognomento à Seepach, Chunradum decanum Augustensem, Casparum canonicum Augustanum, Waltherum tertium, qui ex coniuge de Hahelfingen nihil tulerat, & abbatissam Vrspergensem.

17 BERO, Eberhardi filius, ex coniuge ab Ahingen genuit Beronem secundum, Georgium decanum Elvvangensem, Eberhardum canonicum Frisingensem, Sebastianum iuris vtriusq; doctorem, Ioannem & Herdegonem.

18 CHVNRAOVS hoc nobine in nobili stemmate septimus, frater germanus Waltheri primi, & Chunradi sexti filius, ex filia marescalci a Pappenhaym procreauit Waltherum quartum, Ioannem commendatorem, Albertum, Annam Hermanni à Freyburg vxorem, & Hardegam locatam cuidam nobili equiti de Adelfingen.

19 WALTHERVS quartus, Chunrado ſeptimo natus, vixit anno currente 1410. & ex Freiburgerina Waltherum v, & Ioannem reliquit: quorum Waltherus ex Sundhaymina filiam modo genuerat, domino à Rechperg & Rabenſtayn nuptam.

20 IOANNES, Waltheri quarti filius, reliquit filios ex Mittelburgi, Waltherum, qui hodie belli ſtudiis claret: & ex coniuge à Velden Ioannem epiſcopum Aichſtetenſem, & duas filias, Omeliam & Benedictam.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM A Stadion, eadem pene cum dominis à Lapide inſignia gerentium, videlicet in atro clypeo tres aureas vulpinas.

10

1 LVDOVICVS, ex Eliſabeta de Bodmen Waltherum procreauit, circa annum Domini 1300.

2 WALTHERVS, ex Anna de Ellerbach genuit Ludouicum ſecundum, & Waltherum ſecundũ, circa annum 1340, quorum Ludouicus ex Agnete à Fridingen nullam prolem reliquerat.

3 WALTHERVS, hoc nomine in ſtemmate ſecundus, ex coniuge nobili de Wanle, Chunradum & Waltherum tertium tulit. Quorum Waltherus dux belli fuerat, quod Albertus Contractus dux Auſtriæ, & Ioannes comes ab Habſpurg de Lauffenberga, pro comitatu Rapperſwil aduerſus Tigurinos geſſere.

20 4 CHVNRADVS, ex duabus vxoribus, Adelhaide de Renhartzvvil, & Adelhaide altera à Randekh, genuit Eitellinm, & tres filias: videlicet Claram nuptam nobili equiti à Freiburga, Eliſabetam domino à Kunſekh, & Adelhaidem, quæ vni de Rochs iuncta fuerat. Obiit vero Chunradus anno 1373.

5 EITELLIVS, ex tribus coniugibus Agnete à Reiffenſtayn, Clara de Staynhuſen, & Clara de Dieſſenhouen, ſex filios, & tres filias reliquit: quorũ nomina ſunt, Chunradus ſecundus, Ludouicus tertius: Burcardus, qui obierat 1396. Wilhelmus, qui deceſſerat 1408. Ioannes, & Ludouicus quartus canonicus Auguſtenſis. Filiarum, Agnes nobili equiti ab Erenuels, ſecunda nobili ab Emershouen, & tertia cuidam Triſtramo nuptæ fuere.

6 LVDOVICVS tertius in nobili hoc genere, ex coniuge nobili fœmina à Grauenekh

30 Wilhelmum genuit, & Waltherum quartum. Quorum Wilhelmus ex Margaretha ab Aurbach Ioannem progenuit, patrem Ioannis Baptiſtæ, Ioannis & Simonis: Waltherus vero ex Margaretha à Laubenberg, Ethardum filium ſuſcepit, & Kunigũdim nobili equiti ab Halvvil vxorem datam.

7 BVRCARDVS, vel filius vel frater Ludouici tertii, ex nobili matrona Spettyn tres filios procreauit: Ludouicum quartum, patrem Burcardi ſecundi, & Annæ ab Halbermarſtetten: Georgium & Ioannem. Quorum Georgius, ex Anna de Weſternach nullam prolem reliquit: Ioannes vero ex Roſina ab Hurnhaym Waltherum quintum ordinis Teutonicorum commendatorem, & Benedictum, filios procreauit.

8 CHVNRADVS, hoc nomine ſecundus in proſapia, Eitellii filius, Ludouici tertii &

40 Burcardi frater germanus, ex nobili matrona Flekhyn à Schmihen, Waltherum quintum, & Pangratium tulit. Quorũ Waltherus ex nobili fœmina ab Herlingen, progenuit Chunradum monachum Carthuſienſem.

9 PANCRATIVS, Chunradi ſecundi filius, ex Agatha à Lymberg Nicolaum filium genuit.

10 NICOLAVS, Pancratii filius, ex Agatha de Gultlingen multos filios progenuit: videlicet Chriſtophorum epiſcopum Auguſtanum, electum anno 1518. Nicolaum & Ioannem. Filia Agatha pincernæ à Winterſteten nupſit.

11 IOANNES, Nicolai filius, & Chriſtophori epiſcopi frater germanus, quatuor poſt ſe filios reliquit: Ioannem Chriſtophorum, Ioannem Iacobum, Ioannem Caſparum, & Io-

50 annem Chunradum canonicum Auguſtanum. Quorum Ioannes Caſpar, & Ioannes Iacobus, vxores duxerunt, & noſtra tempeſtate filios procrearunt.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM A Lapide, vulgo vom Stayn *antiquitus à Klyngenſtayn nuncupatorum, ex eodem fonte deſcendentium, quo Stadionenſes defluunt. gerunt autem in inſignibus gentilitiis tres aureas vulpinas falces.*

1 DIEPOLDVS, Diepoldũ alterum progenuit, qui anno à nato Chriſto floruit milleſimo CCCXL.

2 DIEPOLDVS ſecundus, Georgium & Wolfgangum procreauit.

3 WOLFGANGVS, duas nactus vxores, vnam à Freiburg, & alteram Claram à Pogſperg, Wolfgangum ſecundum filium reliquit.

4 WOLFGANGVS ſecundus, ex Anna à Freyburg Wolfgangum tertium tulit, cuius erat vxor Margareta à Pogſperg.

5 CHVNRADVS, ex coniuge à Reiſchach, cuius mater fuerat Ellerbacenſis, Berchtoldum genuit.

6 BERCHTOLDVS, ex coniuge ab Ellerbach ſuſcepit Berchtoldum, Sigiſmūdum, Eberhardum, & Annam vxorem Eraſmi mareſchalci de Biberbach: quorum Sigiſmūdus ex coniuge à Rechperg Chunradum ſecundum tulit. Porro fratres Berchtoldus & Eberhardus ſtemma propagarunt, & in duas (vt vocant) lineas diuiſerunt.

STEMMA

EBERHARDI, qui ex Freybergerina Dauidem & Pupelinum reliquit.

1 *Dauid* ex Agnete à Rechperg, cuius mater fuerat comitiſſa à Tyrſtayn, Iacobum & Bernhardum genuit.

2 *Pupelinus*, frater Dauidis, ex filia ciuis Argentoratenſis Georgium & Albertum tulit.

3 *Albertus*, ex ingenua de Ahelfingen, tulit Georgium & Diepoldum.

4 *Diepoldus* floruit circa an. 1360. & progenuit Wolfgangum, Georgium & Theodericum: quorum Wolfgangus duas habuit coniuges, vnam à Freyberg, & alteram à Bogſperg. Vixerat adhuc circa annum 1400. Georgius vero ex ingenua de Ahelfingen, Pupelinum ſecundum, Georgium ſecundum, & Sigiſmundum tulit.

5 *Georgius* ſecundus, Diepoldi ex Georgio primo filius, præfectus Luſatiæ, & Mathiæ regis Hungariæ conſiliarius præcipuus, conſecutus poſtremo baronis dignitatem, caruit liberis.

6 *Sigiſmundus* frater, reliquit Heinricum, Wolfgāgum ſepultum Landeshutę, 1530. & Eitelvvolfgangum, vicedominum Moguntinum, ante plures annos.

7 *Chunradus*, conſobrinus Georgii ſecundi, Alberti ducis Auſtriæ, qui Friderici Imperatoris tertii frater fuerat, cancellarius, & ſcholaſticus Conſtantienſis.

8 *Iacobus*, & Eberhardus canonicus Conſtantienſis: quorum Iacobus Ioannem reliquerat.

9 *Bernhardus*, ſuperiorum conſobrinus, genuit tres filios, qui noſtra claruerunt tempeſtate: Andream Conſtantienſem canonicum: Bernhardum præfectum Blauburenſem, qui hodie coniugem habet Speyn: & Henricum, qui etiamnum in caſtris Cæſaris contra Gallos militat.

10 *Pupelinus*, Bernhardi frater, ex libera à Rechperg, cuius mater fuerat ingenua à Talberg, Pupelinum alterum reliquit, & floruit anno 1510.

1 BERCHTOLDI, qui ex ingenita ab Homberg Ioannem, Chunradum & Paulum tulit.

2 *Ioannes* ex baroniſſa à Guſſemberg progenuit Berchtoldum, Diepoldum, Ioannem, Marquardum: & filias, quarum vna nupſit dapifero ab Hoefingen, ſecunda libero à Klyngenberg, tertia ingenuo à Weigs, & Clara quarta ingenuo à Nippenburg.

Ioannis filii.

Berchtoldus, frater Diepoldi, Ioannis & Marquardi, ex ingenua ab Hornſtayn tulit Lucā Chunradum, & filiam Chunrado à Rot nuptam.

Diepoldus, frater germanus Marquardi & Ioannis, ex ingenua à Rechperg procreauit Philippum, Melchiorem, Berchtoldum & Euſtachium canonicos Auguſtanos, Ioannem cuſtodem Auguſtanum. & Marquardum præpoſitum Moguntinum, Babenburgenſem & Auguſtenſem: Venerandum, qui adhuc viuit, ſenem, Maximiliani, Caroli v & Ferdinandi Cæſarum conſiliarium.

Ioannes, Ioannis ſuperioris filius, Marquardi frater, vulgo cognominatus à Rauniſperg, ex ingenua Hoffwarterin genuit Ioānem, Adamum, & duas filias: Eliſabetham Wolfgangi à Werx coniugem, & Agatham nobili equiti à Knorrin[illegible] nuptam.

Marquardus, filius Ioannis, I. V. doctor, & eques auratus, occubuit Tullæ in Burgundia, cum Carolo Burgundiæ duce, Maximiliani Cæſaris ſocero.

Philippus Diepoldi filius, Melchioris frater, ex filia Vdalrici Fuggeri, Hieronymi ſorore, genuit Ioannem Iacobum & Marquardum.

Marquardus reliquit Chriſtophorū, Adamum, Ioannem, Chunradum, Wolfgangum, & Diepoldum, canonicos Moguntinos, Wirtzburgenſes, Babembergenſes, & Auguſtanos, qui omnes viuunt.

Melchior Diepoldi filius, ex ingenua à Welden tulit filios, Pupelinum Ferdinādi Cæſaris dapiferum: Marquardum, Caroli archiducis Auſtriæ aulicum: Diepoldum, Philippum, Albertum canonicum Moguntinum & Auguſtanum, & Georgium Babenbergenſem canonicū. quorum ſorores, Anna Ioanni Renner Cæſareo conſiliario, Dorothea Marquardo à Schvvendi: cæteræ, Vrſula, Catharina & Æmilia, monaſticen amplexæ ſunt in Vrſpringen.

Ioannes Adamus, ex ingenua à Schvvabſperg tulit Berchtoldū canonicum, Wilhelmum militem, qui bello interfuit, quo Franciſcus Gallorum rex à Carolo v. Cæſare captus eſt, anno 1526. & Ioannem Adamum. Filia Magdalena nupſit liberis à Rechperg.

Ioannes Adamus hoc nomine ſecundus, ex duabus vxoribus, prima Anna à Wetingen, Eitelwolfgangum Ferdinandi Cæſaris aulicum, & Adamum procreauit: ex altera quoque Anna ab Enczberg, Ludouicum & Ioannem Fridericum produxit, qui omnes adhuc viuunt.

Sorores Philippi & Melchioris, Diepoldi filiæ:
- Margareta, Wilhelmo à Wolfſtayn
- Vrſula Diethero à Bogſperg
- Barbara Diepoldo à Iagſperg
- Kunigundis Sumperto à Bentzenavv
  } nuptæ fuere.
- Anna monialis in Vrſpringen.
- Agatha Veſtalis ad S. Balburgim Aichſtadii.
- Æmilia in Kyrchen prope Nordlingen.

INGENVI A POGSPERG, IN QVORVM inſignibus aureis nigra capra ſupra duos virides colliculos ſaliens exprimitur.

1 VDALRICVS, circa annum Domini floruit 1200. duobus poſt ſe relictis filiis, Vdalrico & Henrico: filiaque alicui comiti iuncta.

2 VDALRICVS ſecundus, Henrici filius, vixit anno à nato Chriſto 1236. citatur in diplomate ab Hermanno epiſcopo Auguſtano, vltimo Dillingenſi comite, de anno 1257.

3 GE-

3 GETO, reliquit Henricum secundum, qui in diplomatibus commemoratur de anno 1270.

4 VDALRICVS tertius hoc nomine, anno currente 1260, Vdalricum quartum orbi dedit, & Adelhaidem baronissam.

5 VDALRICVS quintus, coniugem reperitur habuisse Vuiltrudim.

6 SIGEFRIDVS, cognomento Marescalcus de Pogsperg, forte de familia Pappenhaymensium oriundus, & deficienti stirpi Pochspergensium substitutus, citatur in literis de anno 1370.

10

NOBILES EQVITES A REISsenstayn.

1 CHVNRADVS, à Carolo quarto Cæsare in bello aduersus Eberhardum comitem Vuirtenbergensem exercitus dux efficitur: genuit Chunradum & Henricum.

2 CHVNRADVS secundus, Eberhardum procreauit ex Agnete à Tumnavu.

3 HENRICVS Chunradi secundi frater germanus, ex duabus coniugibus, baronissa ab Aichelbin, & altera a Randekh, tulit Eberhardum, & Henricum secundum.

4 EBERHARDVS, ex ingenua de Vuestersteten Chunradum & Fridericum suscepit.

20 5 HENRICVS frater germanus Eberhardi, ex Agnete Schillingin Ioannem & Henricum progenuit.

INGENVI A VVAVL.

1 BARTOLOMÆVS, circa annũ Domini 1263 floruit, & progenuit Hermannum, Reynpotonem, & filias aliquot.

2 HERMANNVS, anno Domini 1292 Hermannum secundum, Vdalricũ, & Eophemiam filiam reliquit, Philippi à Lechsperg coniugem: & alteram filiam Myam Waltheri à Stadion coniugem.

3 REINPOTO, citatur de anno 1312.

4 HERMANNVS secundus, obiit anno 1340. reliquit liberos, Ioannem, & Annam

30 Ioannis à Ramsvuag coniugem.

5 IOANNES, ex Elisabeta coniuge circa annum 1391, Bartholomæum secundum tulit.

6 BARTOLOMÆVS secundus, duas in coniugio habuit, Elisabetam & Margaretham ab Arslingen.

7 BARTOLOMÆVS, progenuit, Ibannm, & Barbatam de Cella.

INGENVI DE RIEDHAYM.

1 CHVNRADVS, Fridericum genuit.

40 2 FRIDERICVS, ex ingenua à Schvuengen genuit Ioannem, Vuilhelmum, Ortonem, & filiam Henrico a Vuesstersteten nuptam.

3 WILHELMVS, floruit anno currente 1370. & ex coniuge Agnete Vuilhelmum secundum procreauit.

4 VVILHELMVM secundus, ex ingenua de Hausen, circa annnum nostræ redemptions 1400 genuit Vdalricum.

5 VDALRICVS, ex Omelia de Burgavu tulit Vdalricum secundum, Vuilhelmum tertium, Ioannem, Georgium, Cunradum, Gerumum.

6 GEORGIVS, Vdalrici filius, reliquit tres filios, Albertum, Georgium, & Vdalricum.

50 7 VVILHEEMVS tertius, vulgo nominatus ab Agelberga, ex Elisabeta de Freiberg circa annum Domini 1450. genuit Vuilhelmum quartum, Chunradum, Melchiorem, Ioannem, Vdalricum, & aliquot filias: quarum vna fuerat vxor Iacobi à Landavu, Richarda nupta erat alicoi de Velden, tertia ingenuo Bauariæ de Megselrayn.

8 MECHIOR, Vuilhelmi tertius filius, Egelolphum reliquit.

9 CHVNRADVS secundus, Vvilhelmi tertii filius, & Melchioris frater germanus ex Hildegardi à Schellenberg Vuilhelmum quartum tulit, Chunradum & Ioannem, & filiam nuptam Vuolfgango de alto Reehperg.

10 WILHELMVS hoc nomine in genere quartus, ex ingenua Knorryngen Chunradum filium genuit.

11 CHVNRADVS, ex ingenua à Tumb nullam prolem habuit.

12 CHVNRADVS tertius, Vdalricum tertium reliquit.

13 VDALRICVS, ex cognomento in Rumbsbart, ex ingenua à Landavu procreauit Iacobum, Christophorum, & filias aliquot: quarum Vrsula Ioanni à Freyberg nupsit, altera Ioanni ab Embs.

14 CHRISTOPHORVS, ex Catharina à Bodinen Egelolphum & Omeliam reliquit.

15 IOANNES, Vuilhelmus, cum fratribus & fratruelibus, nostra tempestate claruere.

10

INGENVI DE WELDEN.

1 VDALRICVS, ex Anna à Durres Vdalricum secundum procreauit: citatur in diplomate ab Hermanuo episcopo Augustano, postremo comite Dillingense, circa annum 1253.

2 VDALRICVS secundns, ex Elisabeta ab Osternach Vdalricum tertium produxit.

3 VDALRICVS tertius, ex coniuge à Schonek circa annum Salutis 1320, Vdalricum quartum tulit.

4 VDALRICVS quartus, ex ingenua de Haldenberg, anno à nato Christo 1385, Vdalricum quintum reliquit.

20

5 VDALRICVS quintus, ex Veronica à Stayn, progenuit Ernestum & Vuilhelmum filios.

6 ERNESTVS Vdalrici filius, ex ingenua Speryn procreauit Ernestum secundum, Albertum, Sigismundum, Ioannem commendatorem, & filiam coniunctam cuidam ingenuo de Vueidlkirchen.

7 SIGISMVNDVS filius Ernesti, ex ingenua à Penzenavu filiam tulit, Vualthero ab Loubenberg nuptam, & alteram ingenuo à Knorringen.

8 ALBERTVS Sigismundi frater, ex coniuge nobili à Kakentall filiam comparauit, Melchiori à Stayn nuptam.

9 ERNESTVS secundus, Sigismundi & Alberti frater Germanus, ex ingenua de Ahelfingen progenuit Carolum, Michaelem, Annam nuptam Caspari à Freiberg, & secundam Melchioris à Steyn, & tertiam Vualtheri ab Hurnhaym coniuges: Anastasiam vero, & Barbaram virgines.

30

INGENVI A SCHMYHEN, QVOD HODIE castrum in vicinia Augustæ domini Fuggeri possident.

1 BERCHTOLDVS à Schmyhen in Aehdorf, progenuit Henricum, & Catharinam vxorem Gosuini marescalci à Dornsperg.

2 HENRICVS, floruit anno Salutis 1370. & genuit Henricum, Vitum, Stephanum, & Georgium, cum Vrsula Ottonis à Greyffenberg coniuge.

40

3 STEPHANVS, Henrici filius, ex Vualburgi de Haldenberg procreauit Ioannem, & Elisabetam Georgii à Gumpenberg coniugem.

4 HENRICVS secundus, Stephanum secundum procreauit.

5 STEPHANVS secundus, Stephanum tertium reliquit: item Ioannem, Hieronymum, Casparum, Vuolfgangum, Sigismundum, Magnum, & Brigittam. Quorum Henricus erat decanus Frisingensis.

6 STEPHANVS tertius, Stephani secundi filius, ex Rosina à Camer Georgium, Ionem, & Annam tulit.

7 WOLFGANGVS, frater Stephani tertii, ex ingenua à Fronhouen, Wolfgangum secundum, Stephanum quartum, Christophorum, Catharinam, Beatricem & Veronicam Manueryn tulit.

50

8 VOLFGANGVS secundus, ex ingenua Zengeryn procreauit, qui adhuc in viuis sunt. Nostra ætate translata sede in Bauariam, ad famam venerunt possessores castri Vualthenstayn, infra Vogburgum, Christophorus, Eustachius, & Stephanus.

INGENVI A LYERHAYM, CVIVS NOminis legitur Constantiæ episcopus sedisse anno 1092, nomine Harduuicus.

1 HARD-

1 HARDVICVS, floruit anno Domini 1150. Cuius frater, vel cognatus, eodem nomine, præsulem Augustanum egit anno 1180.

2 RVPERTVS, anno 1205. cognominem filium reliquit.

3 RVPERTVS secundus, circa annum 1220, Rupertum tertium, Harduicum Egelolphum & Adelhaidem liberos genuit.

4 HARDVICVS secundus, procreauit Rupertum quartum, Cunradum, Egelolphum secundum, & Petrissam filiam.

5 CHVNRADVS, tulit Chunradum tertium, Rupertum quintũ, Geutam ab Hurnhaym, & vnam à Rotenstayn.

10 6 CHVNRADVS tertius, secundi filius, ex coniuge Adelhaide reliquit Rupertum, Chunradum quartum, Burcardum, & Adelhaidem Buroardo ab Ellerbach nuptam.

7 CHVNRADVS quartus, ex Margaretha Rupertum genuit.

INGENVI A TVRHAYM.

1 WILHELMVS, floruit anno 1215.

2 VDALRICVS, ex ingenua à Rotenstayn, circa annum 1262, Chunradum suscepit, & filiam Chunrado à Gabelberg nuptam.

3 CHVNRADVS, erat vasallus Henricus marescalci à Biberbach, citatus an-
20 no 1308.

4 IOANNES, ex Margaretha de Agevuang, anno à nato Christo 1330, Menegoldũ protulit, & filiam nuptam Chunrado Schrag.

5 MENEGOLDVS, cuius frater eodem nomine canonicus Augustanus, genuit Eberhardum filium, & duas filias: vnam locatam ingenuo à Tannekh, & alteram quæ obiit in Giengen.

6 EBERHARDVS, ex Anna Strelyn Vlmensi procreauit Georgium, Vdalricum medicum, Wilhelmum, Eberhardum castellanum, & Magdalenam abbatissam in Kunigsfeld.

7 GEORGIVS, ex ingenua à Reichenbach Wilhelmum tulit. Habuit & alteram
30 vxorem, nobilem à Stouffen.

8 WILHELMVS, frater Georgii in Biberzell, filiam genuit ingenuo à Knorringen locatam coniugem.

INGENVI AB HAYMHOVEN, QVORVM in armis rubris albus currens equus erat.

1 MARQVARDVS, ex coniuge ab Helmsdorf Marquardum alterum tulit.

2 MARQVARDVS secundus, ex baronissa à Schellenberg Chunradum tulit.

3 CHVNRADVS, ex Anastasia de Laubenberg Chunradum secundum procreauit.

40 4 CHVNRADVS secundus, ex Veronica de Arslingen, Pantaleonem genuit.

5 PANTALEON, ex Anna Marschalkyn Vualtherum reliquit.

6 VVALTHERVS, Marcquardum tertium suscepit, & Vuilhelmum.

7 MARCQVARDVS commendator ordinis Teutonicorum fuerat.

8 BVRCARDVS, filius Wilhelmi, ex Osanna à Wolkhenstayn Marcquardum quartum genuit, & Pantaleonem secundum.

9 PANTALEON tertius hoc nomine, ex Apollonia à Bengen, & altera Schvuaykheryn Georgium tulit.

10 GEORGIVS, Pantaleonis filius, ex Vualpurgi à Fronberg Marcquardum quintum procreauit, qui commendator ordinis Teutonicorum, sororem habuit Elisabetam
50 Stephano à Schvuartzenberg nuptam.

11 OSVALDVS coniugem habuit, ingennam à Rosenberg.

12 ERCHINGERVS, dedit mutuo Ludovuico duci Bauariæ, fideiubente Burcardo marcalco de Biberbach, mille & ducentos aureos, anno currente à Christo nato 1440.

13 BENCZO, Osualdi filius, ex Elisabeta filia marescalci à Biberbach, circa annum Domini 1430, procreauit Henricum, Ioannem, Erkhengerum, Rudolphum, Veronicam de Arslingen, & filiam vnam Burcardo ab Aichelberg nuptam.

14 IOANNES, ex baronissa à Schellenbergh progenuit Hieronymum, Melchiorem, & Elisabetam abbatissam in Otelsteten.

15 MELCHIOR, in coniugio habuit ingenuam à Rotenstayn.

16 BVRCARDVS secundus hoc nomine in prosapia, Ioannis superioris frater, Burcardum tertium procreauit, ex ciue Argentoratensi nomine Dreiczehneryn.

17 RVDOLPHVS, frater Ioannis & Burcardi, progenuit Erkhingerum, Ioannem, & Dieczonem atque Egilulphum.

18 EGILVLPHVS, Vdalricum reliquit.

19 VDALRICVS, ex Agnete Lufferyn, Vdalricum & Ioannem reliquit.

20 IOANNES, Georgium procreauit, qui ex Vrsula à Werdenstayn Annam Wileryn tulit, & filiam Agnetem.

INGENVI DE LANDAV.

1 CHVNRADVS, ex ingenua à Randekh in Hegouia genuit Eberhardum & Lucium, circa annum Domini 1425.

2 EBERHARDVS, obiit circa annum 1435.

3 LVCIVS frater Eberhardi, ex Pesserina Vlmensi tulit Eberhardum secundum, Iacobum, Ioannem Henricum, Barbaram coniugem Georgii à Rechperg, Veronicam Vdalrico à Rietham copulatam, & tertiam monialem in Creucztall.

4 IACOBVS, ex ingenua à Rietham Ioannem Iacobum progenuit.

5 IOANNES, frater Iacobi, ex filia marescalci de Hohenreichen, circa annum Salutis humanæ 1480 genuit Lucium, Georgium & Omeliam.

6 HENRICVS, frater germanus Ioannis & Iacobi, ex ingenua de Altmushouen procreauit Philippum, Henricum, & Eberbardum canicum Moguntinum.

INGENVI A NETDECHK, QVI DISTRACta familia in Tyrolensem prouinciam, & inde in Austriam transgressi sunt. In quorum insignibus albis tria rubra cernuntur conchylia.

1 OTTO, incertum est ex qua coniuge, quatuor filios procreauit, Erhardum, Georgium, Ioannem, & Thomam canonicum. Quorum Georgius Ioannem tulit, cuius tres fuere filii: Leopoldus, Gabriel, Christophorus, & filia Christina.

2 ERHARDVS, ex coniuge Floytyn duos filios procreauit, Achatium & Sigismundum, & filiam cuidam Spaurer Tyrolensi desponsatam.

3 SIGISMVNDVS, Erbardi filius, ex quadam Vrsula Opferyn tulit Victorem, & filiam Vrsulam Ioanni Dionysio à Kundsekh Sueuiæ regulo nuptam. Quorum Victor ex coniuge à Riethaym Sueuiæ ingenua progenuit quatuor filias, videlicet Maxentiam Alberto Stambs in Tyroli, Æmiliam Marquardo ab Embs Sueuo, Veronicam Ludouico de Nippenburg, & Kunigundim Georgio à Rott, Sueuiæ regulis nuptas.

4 ACHATIVS, frater germanus Sigismundi, ex baronissa à Lamberg Carna progenuit Vitum, qui puer obiit: item Leopoldum, Wolfgangum, & Margaretam: quorum Wolfgangus reliquit vnicam filiam Annam, Ludouico Longo Augustano, Marthæi nostra memoria cardinalis Salisburgensi cognato, coniunctam.

5 IOANNES, Erhardi superioris frater germanus, & Othonis primi filius, ex coniuge Bauara quadam Bosenbacherin quatuor filios genuit, Georgium episcopum Tridentinum, & domus Austriæ cancellarium, Bernhardum, Fridericum, & qui successionem generis tenuit Martinum. quorum Fridericus vnicam reliquit filiam, Veronicam, cuidã Boczscballer ex Augusta nuptam. Reliquit & Lupoldum ac Ioannem filios, quorum Ioannes Gabrielem & Christophorum tulit. Porro Ioannis filiæ, Dorothea domino à Thun Tyrolensi, Anna dapifero à Dahenstayn Austriaco, Christina cuidam nobili Austriæ Egõburgio, Margaretha domino Wenczeslao à Cadavu & Lobosicz nupsere. obiit Margaretha 1496.

6 MARTINVS, Ioannis filius, ex Maria Kuenyn Tyrolensi tulit Wilhelmum, Sigismundum, Eustachium, & filias quasdam: quarum Maxentia cuidam pincernæ in Sueuia nupserat, & Veronica Christophoro à Welsperg Tyrolensi baroni, Ferdinandi Romanorum regis coniugis dilectissimæ Annæ præfectum aulæ. quæ secundis nuptiis fuit coniuncta Cbristophoro à Thun. Habuit & tertiam filiam, Dorotheam à Liecbtenstayn.

7 EVSTACHIVS, Martini superioris filius, Wilhelmi & Sigismundi frater germanus, translatis in Tyrolim laribus ex Catharina à Firmian Itala Athesina progenuit duos filios: Carolum, qui adbuc in Tyroli viuit: Victorem, qui filiam babuerat alicuius Hieremiæ

remiæ Tyrolensis.& filias, Annam, Helenam, Vrsulam,& Veronicam Leonhardo Puchler, Ferdinandi Romanorum regis consiliario & fisci regii adsessori nuptam: qui secundis nuptiis Georgii Giengeri, eiusdem regis arcanorum participis, filiã duxit. Porro Eustachius obiit anno 1533.

8 WILHELMVS, Eustachii frater germanus, quatuor in matrimonio habuit claras fœminas. primam Vuengerin Bauaram, secundam Omeliam de Rattal Styriensem, filiorum octo matrem: tertiam Vrsulam Reitterin,& quartam Ceciliam ab Aursperg quin-10 que filiorum matrem.

Liberi Wilhelmi

Ex Omelia à Rottal,	Ex Cecilia ab Aursperg.
1 MARTINVS archidiaconus Tridentinus, viuit adhuc.	ADAMVS, viuit adhuc.
2 OTTO Ferdinandi Rom. Hungariæ & Bohemiæ regis camerarius, doctorum Mecænas vnicus, qui ex antiqua prosapia Bohemiæ baronum à Leone coniugem habet.	ANDREAS.
	SABINA, obiit ante pubertatem.
	CORDVLA, obiit ante pubertatem.
	MAXENTIA.

3 VDALRICVS, ex Elisabeta à Karlobicz, & altera Veronica à Reichnauu tulit liberos.

20 4 DVO Seruatii, & Franciscus, iuuenes diem suum obierunt.

5 REGINA, Eustachii Stodolich de Vualdreich coniunx.

6 BRIGITTA Ioannis Kirchpergers Austriæ nobilissimi equitis coniunx.

INGENVI NOBILES SVEVIAE DE ROTA, siue Rotaun, vulgo die von Rod/ qui in vicinia Betahusensis cœnobii pene Vlmam vsque late extensam habent ditionem, à riuo præterfluente cognominati, & à comitibus Galliæ (vt quidam existimant) à Baualot, qui & de la Rota descendentes, habent insignia per medium diuisa: quorum pars media Austriæ noua insignia referunt. Horum conditoria in Betahusensi cœnobio videntur.

1 CHVNRADVS, Wolffthardus & Geroldus, floruere circa annum Domini 1240. 30 Quorum Chunradus ex Erentrude à Minster coniuge Wolfhardum, Egelolphum & Ioannem protulit: qui floruere circa annum Salutis nostræ 1290.

2 EGELOLPHVS, procreauit Chunradum secundum, & Agnetem Eberhardo à Laiber cognomento Diuiti coniunctam, circa annum 1329.

3 CHVNRADVS, hoc nomine secundus in stirpe, ex Adelhaide vxore, anno labente à nato Christo 1299, Ioannem reliquit.

4 IOANNES, ex Adelhaide de Vuassetborn Ioannẽ secundum, Cunradum, Henricum genuit, & Ottonem. Cuius soror Adelhaides Vdaltico ab Hilfburg nupsit, anno 1380.

5 HENRICVS, filius Henrici, circa annum Redemptionis 1335 Hermannum de 40 Rota progenuit.

6 IOANNES, Henrici frater germanus, Ioannis primi filius, ex Adelhaide de Riethaym Ioannem tertium tulit, anno labente 1325.

7 CHVNRADVS, Ioannis primi filius, & secundi frater germanus, circa annum Domini 1323. progenuit Egelolphum secundum, Burcardum, Ioannem quartum, Henricum & Adelhaidem à Fronberg, qui vixere circa annum 1380.

8 IOANNES tertius, Ioannis secundi filius, ex quadam nobili fœmina Vnehyn, anno labente 1386. procreauit Vdalricum & Margaretã, ingenuo ab Emershouen nuptam. Vdalricus Elisabetam à Stayn reliquit.

9 CHVNRADVS, hoc nomine quartus in stemmate, Henrici filius, & Chunradi 50 tertii nepos, ex coniuge à Vuendingen circa annũ Salutis nostræ 1396, Ioannem quartum procreauit, & Adelhaidem ingenuo à Freyburg nuptam.

10 IOANNES hoc nomine quartus, ex Magdalena filia alicuius marescalci à Biberbach procreauit Stephanum, Vdalricum, Adelhaidẽ à Stayn, ingenuo equiti collocatam, & Agnetem Vdalrici Burggrauii à Burtebach coniugem.

11 STEPHANVS, ex Agnete à Vuesterstetten Chunradum reliquit, qui ex filia Bercholdi à Stayn genuit, qui modo nobiles equites à Rota supersunt.

GENEALOGIA SPETONVM A TVRnek, quorum adhuc hodie familia superest.

1 RVDOLPHVS à Turnekh, floruit anno à oato Christo 1230.
2 HERMANNVS, anno floruit 1240. habuit in matrimonio Margaretham filiam Hermanni ab Hurnhaym.
3 RVDOLPHVS & Vdalricus, anno claruere 1248.
4 HENRICVS, duxit coniugem Adelhaidem, vltimi comitis à Fayningen filiam, circa annum 1270.
5 CHVNRADVS, floruit anno 1309.
6
7 VDALRICVS, cum fratribus ac fratruelibus floruit nostra tempestate.
8 THEODERICVS nostra memoria vixit, ducissæ Vuirtenbergẽsis aulæ præfectus, cuius filii alii belli studiis clari sunt, alii canonicos agunt. Floruit nostra memoria & Vdalricus.

GENEALOGIA INGENVORVM A VILlenbach, qui in armis albis atram gallinam gerebant: vel secundum aliquos, caput aureum tauri in cœlestino clypeo.

1 ALBERTVS, floruit circa annum Domini 1280
2 VVILHELMVS, Nicolans & Albertus, vixerunt anoo à nato Christo 1380.
3 NICOLAVS, ex coniuge à Klingensteyn genuit Nicolaum secundum.
4 NICOLAVS secundus, ex coniuge Ioannis marescalci à Pappenhaym & Rechperg filia, tulit Diepoldum, & Nicolaum tertium: quorum vnus in matrimonio habuerat Freybergerinam, alter ingenuam ab Embs. Diepoldus Ioachimum reliquerat.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM ab Hochsteten, qui ministeriales ac vasalli episcoporum Augustensium & comitum à Kiburg fuerunt.

1 VVERNERVS, vltra mare profectus, occubuit anno 1150.
2 VVERNERVS secundus, & Sigefridus præpositus Augustanus, circa annum millesimum & ducentesimum, quorum Vuernerus Berchtoldum reliquit. Floruit Vuernherus anno nati Christi 1216.
3 BERCHTOLDVS, ex Adelhaide ab Althaym coniuge, genuit circa annum Salutis nostræ 1238, Berchtoldum secundum, Vuernherum tertium, Marcquardum, & Sigefridum canonicum Augustanum. Qui omnes floruere anno à nato Christo 1270.
4 VVERNERVS tertius hoc nomine in genere, genuit Henricum, Berchtoldum tertium, & Vuernherum quartum, qui vixere circa annum Salutis 1280.
5 HENRICVS, vixit currente anno 1306.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVItum à Bobingen.

1 ANONYMVS à Bobingen, episcopatus Augustani ministerialis, floruit circa annum 1011.
2 OTTO, Raffo & Gebo, floruere circa annum humanæ Redemptionis 1150.
3 GERVNGVS, anno claruit 1160.
4 OTTO secundus hoc nomine in stirpe, Ottonis superioris filius, ad famam venerat circa annum 1190. & Berchtoldum filium reliquit.
5 CHVNRADVS, Gebonis filius, vixit circa annum 1180. & Henricum filium genuit.
6 BERCHTOLDVS, Ottonis secundi filius, claruit circa annum humanæ Redemptionis 1230.
7 HENRICVS cum Imperatore Romam profectus, occubuit ibidem anno 1200.

GENE-

GENEALOGIA INGENUORUM A BUCH, qui ab eodem capite descenderunt, quo dapiferi à Schvuabsperg: hoc est, à comitibus de Hatlingen & Marbach, quorum vixerat Henricus sub Carolo Crasso, & in scriniis Elvuangensis cœnobii commemorantur, cui proximi colebant.

1 ADALBERTUS, floruit hoc cognomine sub annum Domini 1260

2 ALBERTUS secundus, Vdalricus & Otto: quorum Otto abbatem Elbangensem egit, circa annum 1266, postulatus postea ad abbatiam Vueissenburgensem. Albertus vero prædia possederat in Zusamtall.

3 VDALRICUS, cognatus Chunradi dapiferi à Schvuabsperg, claruit circa annum 1270.

4 SIGEFRIDUS, Chunradus & Eckardus, quorũ postremi duo abbates Elvuangenses egerunt circa annos 1280.

5 RUDIGERUS, Svuiggerus, & Berchtoldus, floruere circa annos Domini 1340. Quorum Suiggerus abbatem Elvuangensem egit, Berchtoldus consecratur in præsulem Spirensem anno 1360.

GENEALOGIA INGENUORUM A WOLvuart, prope Gamundam Sueviæ, ubi Castel Leonrod à luna appellatum, Menhaym & Lauterburg possident. Tres lunas in armis usurpant, & secundum aliquos à comitibus de Luna in Gallia descendunt. Nam hoc cognomine comes à Vuolvuard in scriniis Aichstetensis episcopatus introducitur.

1 OTTO & Eberhardus, claruerunt anno 1150.

2 GEORGIUS, vixerat anno 1260.

3 EBERHARDUS & Otto, anno 1340.

4 OTTO, circa annum Salutis nostræ 1360.

5 CHUNRADUS, anno floruit 1370.

6 GEORGIUS, ex coniuge ab alto Rechperg Georgium secundum, Chunradum & Codericum tulit, anno à nato Christo 1400.

7 GEORGIUS secundus, ex Anna Schekyngin Georgium tertium reliquit, anno lapso 1416.

8 CHUNRADUS, Georgii primi filius, ex coniuge quadam ab Hutnhaym Ioannem progenuit, cui in coniugio fuerat Horkhyn.

9 CODERICUS, frater germanus Cunradi & Georgii primi, ex Magdalena à Westernach Craftonem genuit.

10 GEORGIUS tertius, secundi natus, ex Anna de Gundelfingen Georgium quartum tulit.

11 CRAFTO, ex coniuge à Tegenfeld Vuolfgangum procreavit.

12 GEORGIUS quartus hoc nomine, ex coniuge Schlachtyn Vuilhelmum genuit.

13 VOLFGANGUS, ex Kunigunde Adelmanyn nihil tulit.

14 WILHELMUS, Georgii quarti filius, ex Anna à Stayn genuit Vdalricum, Georgium, & Reynhardum.

15 REYNHARDUS, ex duabus vxoribus Freibergerin & Spetyn Vuilhelmum secundum produxit.

16 VDALRICUS, Reynhardi frater, & Vuilhelmi primi filius, ex libera de Adelfingen Henricum procreavit.

17 HENRICUS, ex Apollonia Schillingyn liberos reliquit.

18 SEBASTIANUS, & Ioannes Henricus, nostra memoria claruerunt.

GENEALOGIA INGENUORUM à Sunthaym & Hell.

1 SIGEFRIDUS, claruit circa annum Domini 1270.

2 CHUNRADUS, anno 1290. Quo tempore & Henricus à Sundhaym floruerat.

3 WILHELMUS & Rudolphus ab Hell, circa annũ Domini vixerunt 1300. Quorum Vuilhelmus in matrimonio habuerat ingenuam ab Althaym.

4 BERINGERUS & Vuilhelmus claruerunt circa annum 1350. Et Vuilhelmus

ex coniuge sua ab Althaym Chunradum progenuit, & filiam Burcardo à Freyberg nuptam.

5 CVNRADVS circa annum Salutis 1386. ex Adelhaide vxore procreault Diepoldum, & duas filias: quarum vna nupsit Sigefrido marescalco à Biberbach, altera vero Sigefrido marescalco à Fayningen.

6 DIEPOLDVS, ex ingenua à Staynhaym Vuilhelmum tertium tulit, & duas natas: quarum vna nupsit Burcardo à Freiberg, altera Diepoldo Guß, circa illa tempora, annum videlicet 1140, floruit etiam Ioannes à Sunthaym.

7 WILHELMVS tertius, in familia Hellorũ, ex ingenua à Randekh, Vuilhelmum quartum reliquit. Quorum floruit & Chunradus à Sundhaym, circa annum Domini 1440.

10

8 WILHELMVS, hoc nomine in stirpe quartus, ex nobili fœmina Stuberyn Sigefridum procreauit, qui anno adhuc vixit 1500.

9 LADISLAVS à Sunthaym, diligens annalium ac prosapiarum conquisitor, canonicum Viennensem superioribus annis egerat. Nouimus & ipsi Iureconsultum hoc nomine, aduocatum Reipublicæ Augustanæ. an vero ab illa hac nobili prosapia descenderit, dubito.

GENEALOGIA NOBILIVM EQVITVM Giengerorum, ex Vlma.

20

1 IACOBVS Gienger, prætor Vlmensis ciuitatis Imperialis, ex duabus vxoribus, quarum vna de eodem nomine, sed diuerso genere fuerat, octo liberos procreauit, & duo huius nobilis prosapiæ stemmata suscitauit, quæ distinctè à nobis explicabuntur. Floruit autem Iacobus circa annum 1324

Ex

EX

Petronella Gicogerina

***Martinus*:** vxor Burgerin Memmingensis, vnde filiam vnicā progenuit, Andreæ Schulero nuptam.

Ioannes, habuerat 4. coniuges: primam Burgerinam Memmingensem, secundum Haczinam, tertiam Soldinā, & quartam Magdalenam Ottyn Memmingensem, ex qua præcipue filios procreauerat: quorum nouem in pueritia obierunt, sex priorum vxorū, & tres postremæ. Cuius fuere nati, qui ad maturam ætatem peruenerunt, septem filii, & quatuor filiæ. Is Vlmæ annuas sportulas fundauit, quæ adhuc nominatur der Gienger pfriend.

Iacobus, ex coniuge Knoppyn suscepit tres filios, & totidem filias.

Filiæ,
Anna Theoderici Herlobinger vxor.
Clara, Petri Verber con.
Elisabetha, Vdalrici Rokoburgers cōiunx: vnde processere Iacobus, Helena, & Elisabetha.

Filii,
Ioãnes ex vxore Kelleryn Memmingensi tulit filiam vnicam.
Zacharias, monachus ordinis S. Brigittæ.
Hieremias, ex duab. vxoribus, Anna Langemanthyo Augustana, & Aynkarnyo Nordlingen, filium tulit Ioannem, Catharinæ Ianuschyn Augustanæ copulatū: & filiā Catharinā, fratri Ianuschyn cōiunctā.

Secunda coniuge Wurkheryn

Veronica, duob. nupsit, Ioãni Haczen, & Mattheo Neidhart consuli Vlmensi.

Matthæus, ex cōiuge Iacama genuit 3. filios, & duas filias.

Filii Matthæi.
Lucas: vx. filia Ioannis Rĕner secretarii Cæs. Maximiliani.
Marcus: vxor Speidlyn Haylpruonensis, ex qua Matthæum procreauit, Vrsulæ Vngelterin Vlmensi copulatum, parē Barbaræ coniugis Eberhardi Vngelters, & Vrsulæ Erasmi Rauchsnabls vxoris.
Barptolomæus: vxor Barbara, filia Dominici Letscher, archigrammatei Bibracensis.

Filiæ Mat.
N. coniunx Sebaldi Rorers.
N. vxor Simberti Leynlen vnde Chunradus & Ioãnes Leyolen processere.

Gabriel, duas coniuges habuit, Brisslingerinā, & alteram Stamlerinam: tres filios, & vnicam filiam.
Balthasar, obiit Mediolani in bello, anno 1515. cūex duabus vxoribus, Starkhin Bibracensi, & Susanna Sebmidyn Brigantina, vnicā filiā Sophiam reliquisset, quæ apud Dullingam Sueuiæ obierat.
Caspar, ciuis Lauhyngēsis, ibidem Matthæi Reisers consulis Lauchingensis filiā Dorotheā duxit vxorē.
Laurentius, ciuis pariter Lauchingensis, duas habuit vxores: Annam Kalthartyn, & Barbaram Striglyn.
Soror Laurentii, Casparis & Baltasari, Ioanni Speidlyn nupta fuerat.

Hieronymus, duas vxores habuit: Kymerleryn, & alterā Kauppinyn. vnde 4. filios, & duas natas procreauit.
Hieronymus: vxor Barbara Harleryn, viduā Nicolai Zieglers, vicecācellarii Maximiliani Cæs.
Sebaldus: vxor Veronica Heuurusin Constantiensis.
Ambrosius: vxor Lebzelsteryn.
Christophorus: coniūx Liebery Memmingensis.
Catharina, duos maritos habuerat, Sebastianum Gesler præfectū Gaislingēsem: & inde Sigismundum Stamler, I.V. doctorem.
Margaretha, duobus cōiuncta maritis fuerat: Nicolao Gerholdo de Knitlfelden, & inde Martino Neikhman.

Filiæ.
1. ***Vrsula***, cōiunx Matthæi Kauppin, mater sex filiorū & 3. filiarum.
2. ***Margaretha***, cōiunx Lucæ Ehingers, quæ postea nupsit secūdis nuptiis Bernhardo Pesserer cōsuli Vlmensi, mater octo filiorum, & quinque natarum.
3. ***Magdalena***.
4. ***Anonyma***, vxor Antonii Cramers Memmingensis.

Filii Ioannis ex Ottyna.

Cum sucessione.

1 ***Iacobus*** secundus hoc nomine, ex Veronica Kraptyn cōsulis Vlmēsis filia procreauit sex filios, & totidem filias: videlicet Magnum, Iacobum tertium, Ioannē tertium, Leonhardum, Philippum, & Petrū: Veronicam Magdalenam, Barbaram, Christinā, Vrsulam, & Annam. Quorū matrimonio clatuere, Petrus Rosinæ Segsin Eislingensis, Barbara Eberhardi Bessers, & Anna Felicis Ramingeri Bibracensis.

2 ***Cosmas***, ex Magdalena Krameryn Memmingensi sepiē filios & tres natas tulit: Sebaldum, Christophorū, Andream, Cosmā secundum, Damianū secundū, Ioannem Cosmam, & Sebastianū secundū. Quorū Christophorus Dorotheam Henrici Gunsburgers pfecti Geislingensis F. in coniugio habuerat. Andreas duas Norimbergenses, Annam Koboltin, & Annam Daczlyn. Damianus præterea Beczyn Ybetlingensem: & Sebastianus Besserinam, viduam Ioannis Ehingers consulis Vlmensis, vxores acceperant. Filiarū Magdalena Ambrosio Schrik Bibracensi, Anna Blasio Hauoold Campidonensi, & Margaretha Vdalrico Rottengatter Numbergensi, nuptæ fuere.

Sine successione.
Ioannes secundus,
Sebaldus.
Sebastianus.

3 ***Damianus***, frater germanus Iacobi, Cosmæ & Eitellii, ex Ioanne primo, cū quatuor habuisset vxores, primam Schuczyn à Reyinanu, secundū Vrsulam Burcardi Sempfer præfecti Gaislingensis filiā: tertiam, Annam Gunczburgeryn, & quartam Preumleryn viduā: ex prima tamen sola Schuczyn progenuit vndecim filios, & quinq; filias.

4 ***Eitellius***, Cosmæ, Iacobi & Damiani frater ex Ioanne primo, ex Catharina Rottengatterin Norimbergensi genuit nouem filios, & sex filias: Sebaldum secundum, Ludouicum, Eytelhans, Valenonum, Sebastianum tertium, Ioannem quartum, Hieronymum, Fridericum, & Iacobū. Quorum Valentinus Otiliam Vuolfhartin Memmingensem, Eitelhans Barbaram Schurnigylo Haylprunnensem, & Fridericus Saram Stoklyn Augustanam, cōiuges habuere. Ex filiabus quoq; Eitellii Magdalena, Catharina, Margaretha, Veronica, Vrsula, & altera Catharina, sola Magdalena nupsisse reperitur Alexādro Martino à Wurmicz, equiti nobili Austriaco.

Filii Damiani 11.

1 ***Georgius***, I. C. D. ex cancellario Constantiensi, Ferdinandi regis Rom. ducis Austriæ, scriniorum magister, cubicularius & ab Arcanis cōsiliis, atque præfectus Laureacensis, ex Magdalena Illungyn Augustana Achillem filium tulit, & tres natas: Magdalenam Ioannis Leblyn a Graynburga, Vrsulam Helferici à Mekauvu & Kreucz Austriaco, atque Constantiam Leonhardi Puchler Tyrolensis, Ferdinandi regis consiliarii, coniuges. Iustina quarta filiarum adhuc innupta est.

Filiæ Damiani 5.

1 ***Vrsula*** obiit puella.
2 ***Vrsula***, monialis.
3 ***Eufrosina***, monialis Geislingensis.
4 ***Anna***, vxor Chunradi Rhencz, I. V. D. cancellarii episcopatus Augustani.
5 ***Catharina***, tribus ordine copulata maritis: primo Wolfgango Edlasperger, handgrauio Austriæ: secundo Ioanni Wecherer à Drasendorf, consiliario & halabarchæ Ferdinandi regis: & tertio Georgio Seeman, telonii Ipsensis præfecto in Austria.

2 ***Damianus***, presbyter ordinatus obiit.
3 ***Eitelioannes***, præfectus Ferdinandi regis in Petersperg Tyrolis, coniugem habet Catharinam à Gebersdorf Tyrolensem.
4 ***Iacobus***, consiliarius, & vicedominus Austriæ superioris, mortua Elisabetha ab Heydekh, Barbaram Kolnbekyn Styriensem duxit vxorem.
5 ***Sebastianus***, in obsidione Budensi tormento militari tactus à Turcis, occubuit anno 1541.
6 ***Leonhardus***, Ferdinandi archiducis Austriæ iunioris quæstor & archimagirus, Catharinam Hofferyn coniugem habet.
7 ***Antonius***, Ferdinandi regis apud Viennam architecturæ subaditus, coniugem habet Ceciliam Hofmanyn Styram, viduā Wolfgangi Troy, præfecti quondam senatus Viennensis.
8 ***Cosmas***, Ferdinandi regis consiliarius, & telonii Altenburgensis præfectus, extincta Vrsula Ernstyn Graczensi, Haydenrechynam Tyrolensem duxit vxorem.
9 ***Wilhelmus***, consiliarius fisci superiorum Austriæ prouinciarum, vxorem habet Rebeccam Stoklyn Augustanam.
10 ***Ioannes Georgius***, præfectus Ferdinandi regis in castro Petschakh, vxorem habet Annam Hofmanyn a Munichshouen.
11 ***Barptolomæus***, Maximiliani Bohemiæ regis & Austriæ archiducis falconum Magister.

CATALOGVS ALIQVOT PROSAPIARVM nobilium, quarum Genealogiæ haberi non potuerunt.

BARONES à Stoffeln in Hegouia: cuius familiæ Nodbertus egit abbatem S.Galli sub Henrico quarto: & Chuno item abbatem eiusdem loci, anno Domini 1312. huius quoque nobilis stirpis Catharina abbatissam Buchouiensem egerat, circa annum 1329.

Barones à Vuolhusen: Silingerus abbas Eynsidlensis, 1070. Petrus ibidem abbas, 1380.

Barones à Regensperg, prope Tigurū mulra castra habuerunt, partim expugnata ab Habsburgensibus, partim ab Heluetiis. Quo nomine floruit Lutoldus, imperante Henrico quarto.

Barones ab Hevuen: cuius stirpis Ecbertus abbatem S.Galli egerat. & alius * abbatem in Eynsidlen. * item in Reichnavu, Burcardus episcopus Constantiæ 1390. Henricus quoque hoc nomine præsul Curiensis, anno 1499.

LIBERI ab Eschempach, prope Veldkirchen: cuius familiæ Eberhardus Albertum Cæsarem primum interfecerat, ad ruinas Vindonissæ, vna cum domino à Vuard & Palma, circa annum 1312. Hermannus quoque Curiensem episcopum egerat anno 1330.

Barones à Schuäden, Glareanæ vallis: Anshelmus abbas Eynsidlensis, anno 1234. Ioannes ibidem abbas, 1298. & ante hunc eiusdem familiæ Petrus, 1280.

Liberi ab Haglen: quo nomine Marcquardus episcopus Aichstetensis fuerat, anno 1323.

Liberi à Guttingen: Rudolphus ex abbate S.Galli episcopus Curiēsis, anno Domini 1226. Henricus eiusdem stirpis abbas Eynsidlensis, circa annum 1276.

Liberi à Degenfeld: quo nomine Lutoldus floruit sub Henrico quarto, & Vdalricus ex abbate S.Galli præsul Curiensis fuerat 1181.

Liberi barones de Arbona, prope lacum Bodmanicum: cuius generis Hermannus episcopus Constantiensis fuerat, circa annum Saluris 1140.

Liberi à Rauenspurg: quo nomine in fundatione Oxenhusensis cœnobii Lutoldus citatur sub Chunrado tertio, circa annum 1140. Huius quoque generis Ioannes cum Guta coniuge cœnobium Prædicatorum in lacu Brigantino prope Constantiam fundauerat. Ferunt & dominum à Rauenspurgo fundatorem alterum esse Elhingensis cœnobii prope Vlmam. floruit denique hoc cognomine antistes Aichsteren sis, anno 1238.

Liberi à Steckborn: quo nomine Hildeboldus vendidit castrū Butenhausen, Eberhardo episcopo Constantiensi, anno 1250.

Liberi à Griessemperg.

Liberi à Tannek: quo nomine Henricus episcopus Constan. fuerat anno 1243.

Liberi à Soldenburen, in Nigra sylua, fundatores cœnobii sancti Blasii in Nigra sylua.

Liberi à Vualdekh & Eistet. cuius stirpis Vualdo & Burcardus locupletarunt cœnobium S.Blasii in Nigra sylua.

Liberi à Grunenberg, Hercyniæ syluæ: Nicolaus abbas Eynsidlensis anno 1373.

Liberi à Degernavu, fundarunt cœnobium S. Georgii in Nigra sylua.

Liberi à Signavu: Vdalricus canonicus Argentoratensis, anno 1330.

Liberi à Sigburg, locupletatores monasterii Hirschovu. Quo nomine Vrsula abbatissam Lindouiensem egit, circa annum 1460.

Liberi à Reczuns in tractu Curiensi, cuius familiæ Vdalricus bellum gesserat cū Hermanno Curiensi episcopo, circa annum Salutis nostræ 1390.

Liberi ab Aspermont: quo nomine Eberhardus interfectus est in acie ad Balczers, cum abbatis S. Galli dux fuisset contra Rudolphum Habsburgensem Cæsarem, anno 1250. Reperiuntur huius stirpis pariter, Vdalricus de anno 1152. Podmus 1160. Vdalricus alter 1180.

LIBERI à Fravuenfeld & Kenczingen: Nicolaus episcopus Constantiensis anno 1336.

Liberi de Castlvuard in Rhætia Curiensi: quo nomine Diethelmus abbatem egit Constantiensem apud Petri domum, anno 1306.

Liberi ab Vsenberg, fundatores Griningen, & S.Vdalrici Brisgandiæ: quo nomine Ger-

Gerhardus, liberauit Egonem comitem Friburgensem, obsessum à Friburgensibus, Basiliensibus & Brisacensibus, anno Domini 1366.

Liberi ab Altpuren: Vuernherus abbas Eynsidlensis 1140.

Liberi à Iustingen: quo nomine Anshelmus floruit in finibus Vuirtenbergiæ, anno 1250. & eodem tempore Berchta abbatissam egit Riedlingensis cœnobii ad Necarum.

Liberi ab Entringen: Berengarius episcopus Spirensis fuerat, anno 1214.

Liberi à Scharpfeneck: Cunradus episcopus Metensis, anno 1200.

Nobiles equites ab Adelfreyt: quo nomine Guntherus cœnobiũ opulentissimum 20 haud procul ab Yberlinga, Salmersvuil, auxilio Eberhardi episcopi Salsburgensis fundauerat, circa annum 1330.

Nobiles equites à Sussenried: quo nomine Berengarius & Chunradus cœnobium Præmonstratensium Sueuiæ Sussenriedam fundarunt, Friderico primo imperante.

Nobiles equites Vuolfartsvendy: cuius stirpis Cunradus, Albertus, & Hetovuinus, locupletatores fuerant Oxenhusensis monasterii. Henricus celebratur in diplomatibus, Vrsinensibus, anno 1230.

Nobiles equites à Vuildenvuerkh: fundatores Rod cœnobii prope Memmingam. Ehino & Ramigenus, cum matre Henna.

Nobiles equites à Mardorf: quo nomine Adelhaides abbatissam egerat in Bucho- 20 uia, anno 1140.

Nobiles equites à Buebenberg, qui adhuc supersunt: Mechtildis abbatissa legitur in Bochouia, circa annum 1247.

Nobiles equites à Landenberg. supersunt adhuc & nostra memoria: hoc cognomine egit præsulem Constantiensem.

Nobiles equites à Langenstayn, quorum erat insula Menavu in lacu Podmanico: quam Arnoldus suæ familiæ postremus, [illegible]a annum 1282, ordini Teutonico legauerat.

Nobiles equites à Vuerdenstayn, supersunt adhuc in Algouia.

Nobiles equites a Grunenstayn, supersunt nostra memoria. Huius prosapiæ obiit in 30 obsidione Budæ N. belli studii longe clarissimus, qui quinque signa auspicio Ferdinandi regis eo ex Rhætia duxerat: cuius frater Wolfgangus hodie abbatem agit Campidunensis cœnobii, pro Ferdinendo rege superiorum prouinciarum Austriæ locum tenens, vt vocant: hoc est, profectus prætorio.

Nobiles equites à Freidingen Hegoniæ: quo nomine Hermannus Constantiensem præsulem egerat, Friderico primo imperante. Ante nostram memoriã, eius familiæ quidam præfectus Sueuiæ fuerat, quem Landuogtum appellant.

Nobiles equites de Vuaynadi, sub quorum obsequio erant Essendorf, Molbertzhusen, & alia. Quo nomine Vdalricus abbatem egit Eynsidlensem, anno Domini 1268.

40 Nobiles equites de Vuesternach, supra Nordlingen, in Risa Sueuiæ.

NOBILES equites à Rosenberg, in eadem Risa: quo nomine nostra memoria Thomas exitiale, ac latrocinio magis simile, bellum gessit aduersus ciuitates Imperiales.

Nobiles equites à Kussaberg: Henricus, sub Henrico quarto floruit, vt ex diplomatibus apparet.

Nobiles equites à Krechyngen, Cunradus imperante Henrico quarto vixit.

Nobiles equites a Staynekhe, Berchtoldus & Hilteboldus celebrantur in literis de anno Domini 1000.

Nobiles equites a Rokhyngen, Roginboto Henrico quinto imperante vixit.

50 Nobiles equites ab Oxenhusen, Hatto imperante Henrico quarto floruit.

Nobiles equites a Bitdof, Henricus eodem floruit tempore.

Nobiles equites a Tillindorf, Haymo, Erenfredus, Vdalricus, & Berchtoldus, de anno Domini testes introducuntur 1090.

Nobiles equites ab Hiltenburgh: Euso citatur hoc cognomine in literis datis imperante quinto Henrico.

Nobiles equites ab Endingen: Henricus, Henrico quarto imperante celebratur.

Nobiles equites a Lothringen, Marcquardus & Adalbero ad famam venerunt eodem imperante.

No-

Nobiles equites ab Eskyngen, Adalbertus literis subscripsit eodem tempore.

Nobiles equites à Peringen: Luitfridus & Guntherus celebrantur, Henrico quinto regnante.

Nobiles equites à Sulingen: Lutoldus eadem tempestate ad famam venerat.

Nobiles equites à Sehvuerezingen, Gereholdus circa annum Domini literis subscripsit 1126.

Nobiles equites de Vuaynadingen: Henricus eodem seculo.

Nobiles equites ab Vrsinen: Chunradus Henrico quarto imperante floruit: Gerholdus & Chunradus in Vrsinensi monasterio, anno Dominicæ incarnationis 1200.

Nobiles equites à Spilberch: Dietbertus eadem tempestate.

Nobiles equites à Billenhusen, Menegoldus sub Henrico quinto in Sueuia Rhætica prædia possidebat.

Nobiles equites de Alshusen, Vuolfradus eodem tempore ad famam venerat.

Nobiles equites de Hegenbach, Otto & Reympoto citantur in literis datis sub Henrico quinto.

Nobiles equites à Montovu: Philippus, eodem imperante.

Nobiles equites de Chunringen villa, Cbuno de Chunringen, in literis cœnobii sancti Blasii, in testem refertur. Vnde nimirum barones à Kunringen in Austria processerunt.

Nobiles equites de Curta villa, Adalbero & Eberhardus, imperante Henrico quarto, literis subscripserunt.

Nobiles equites Schnelyn: quorum erat castrum Schneeperg prope Friburgum Brisgauiæ. Quorum alii vocantur Schnelyn à Lyndekh, alii Schnelyn à Vuaver, tertii deniq; Schnelyn à Kunczenovu. quorum insignia per medium diuisa æqualiter, viridem ac luteum colores ostendebant.

Nobiles equites a Schenavu, quorum in finibus Nigræ syluæ versus Rœtel castrum prædia visuntur. Nostra tempestate Othmarus hoc nomine, quatuor Austriæ ciuitatib. inter Basileam & Schaffhusium præest, videlicet Vualdshutæ, Lauffenbergæ, Sekhingio, & Rheynfeldio. Porro Vdalrici de Schynavu filiã Margaretam, Vdalricus de Klyngenberg coniugem habuit, de anno 1260.

Nobiles & ingenui à Schvuarczenburg, Seueui: Chunradus sub Henrico quinto, Volmarus floruit anno 1200, Henricus & Chunradus in cœnobio Vrsinensi prope Kaufbüren oppidum Imperiale 1230.

Nobiles equites à Matzosues: Henricus & Chunradus hoc nomine floruere sub Henrico duce Sueuiæ, Henrici sexti Imperatoris filio. Hermannus eodem fere tempore.

Ingenui equites de Aislingen: Henricus, Hermannus, Vuikhmannus, Albero Iugelmus, anno floruere 1250.

Ingenui equites ab Hochsteten: Vuernherus floruit circa annum 1240, Berchtoldus 1257, Henricus 1290.

Nobiles equites de Engervuiler: Cunradus floruit circa annum & post 1200, in diplomatibus Vrsinensis cœnobii.

Nobiles equites de Eggintall: Rudolphus eodem tempore vixit in Algouia.

Ingenui equites à Talliouen: Henricus eadem tempestate floruit, citatur in Vrsinensis cœnobii literis.

Ingenui ab Almanshouen: Henricus citatur de anno Dominicæ incarnationis 1250.

Nobiles equites de Grunsperg: Vdalricus eadem tempestate, in literis Vrsinensibus.

Nobiles viri à Croneburg: Rudulphus citatur eadem tempestate.

Ingenui equites de Navu, qui hodie locus Vlmensibus paret, Langenavu appellatur: quo nomine Rudolphus citatur à Sigefrido episcopo Augustano, in confirmatione Vrsinensis cœnobii, de anno 1235.

Nobiles equites à Lutrach: Diepoldus celebratur eadem pene tempestate.

Ingenui ab Hohenberg: Burcardus hoc nomine in priuilegiis Vrsinensis cœnobii, eodem tempore.

Nobiles equites ab Hundelang: Gerhardus in Vrsinensi cœnobio refertur, de anno Domini 1200.

Nobiles equites de Berge: Berchtoldus & Chunradus à præposito Betahusensi citantur in diplomate de anno 1294.

Inge-

Ingenui de Heginbach: Cunradus & Henricus hoc nomine commemorantur in cœnobio Betahusensi, 1294.

Ingenui ab Vrlingen: Cunradus eodem tempore, & eodem loco refertur.

Nobiles de Sibennaich ad Vindam fluuium: quo nomine Henricus floruit 1280, relicto filio Menegoldo, & Irmengarde filia: quorum Menegoldus vxorem habuerat filiam Henrici aduocati, anno 1240.

Ingenui de Schvvinenbach: Engelbertus auxilio fuit Ludouico quarto, circa annum Domini 1312.

Nobiles de Agenvvang: Henricus citatur in literis de anno incarnationis Domini mil-10 lesimo CCCXII.

Ingenui de Halder, citantur in literis eadem tempestate: Antonius de Halden ex Vrsula Vdalrici marescalci à Biberbach filia tulit Albertum, Potentianam, Vrsulam. Ab his volunt aliqui deriuare nobiles Sueuiæ de Steten, qui Augustæ habitant, & habent insignia fere similia nobilibus à Liechtenstayn in Tyroli, hoc est, triangulum cœlestinum in albo clypeo.

Ingenui de Reichkartshouen: Menegoldus & Wordvvinus, ab Henrico & Wilhelmo marescalcis de Pappenhaym citantur, de anno 1324.

Ingenui de Schilbberg: Vdalricus citatur ab Hiltebrando marescalco à Pappenhaym, de anno 1290.

20 NOBILES viri de Buhæ, Pappenhaymensium vasalli, qui in Cæsariensi cœnobio multa fundarunt. Chunradus vixit anno Dominicæ incarnationis 1280.

INGENVI de Flochberg, quod hodie castrum comites Ottingenses possident. Marquardus citatur testis ab Hiltebrando marescalco à Pappenhaym, circa annum Salutis M. CC. LXXIX.

NOBILES de Fluglingen, Chunradus floruit & citatur anno Domini in literis millesimo CCLX.

NOBILES viri à Plankenburg, Fridericus citatur in literis de anno Domini millesimo CCCVII. erant vero pincernæ episcopatus Augustani. itē Vdalricus Giso in Plankenburg, anno 1241.

30 INGENVI à Pfersbaym: Hartmannus floruit circa annum Salutis nostræ 1250. cuius filiam quidam camerarius à Wellenburg coniugem habebat. Huius quoque filii Hermannus & Chunradus circa annum Salutis 1280 habuere vsum piscandi in Aichershouen.

INGENVI à Westersteten, quorum Henricus Catharinam, Wilhelmi iunioris marescalci ab Rechberg & Oberdorf filiam, in matrimonio habuerat, circa annum millesimum trecentesimum.

NOBILES de Hurlimbach, Dietmarus citatur de anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto.

INGENVI de Westersteten: Ioannes Eitellius cum Dorothea coniuge, Wolfgangus, Weishans, & Rudolphus canonicus, floruere circa annū Salutis humanæ 1420. quorum 40 Ioannis filiam, vxorem duxit Burcardus marescalcus de Biberbach.

NOBILES à Treuchtlingen: Ioannes habuit in matrimonio filiam Hiltebrandi marescalci à Biberbach, sororem Burcardi marescalci, de anno incarnationis Domini 1420. habebant in rubro clypeo album anserem. Et erant burggrauiorum Nurnbergensium vicarii in conferendis feudis, iis præcipue quæ marescalcis de Biberbach conferebantur. Vnde legitur, quod Werigo de Treuchtlingen, Ioanni & Burcardo iunioribus contulerit Biberbach, in Wassertruhendingen, de anno Dominicæ incarnationis 1417.

FINIS LIBRI OCTAVI.

Te

LIBER DE MIGRATIONIBUS GENTIUM NONUS, DE MARCOMANORUM gentibus, ac Quadorum: horumque tribubus, siue minoribus gentibus, Buriis, Ariis, Sidunis, Eburonibus, Mugillonibus, & Gothinis: illorumque populorum omnium & singulorum migrationibus, sedibus, ac reliquiis: Wolfgango Lazio Viennensi medico, & Romanorum regis D. Ferdinandi Historico, authore.

LIBRI NONI ICONES.



QUADUS. MARCOMANUS.

EXPLI-

EXPLICATIO ICONUM PRAE-
sentium, atque confirmatio.

MARCOMANORVM, Quadorumque corporis habitum ac struem, vt his nos Iconibus expressimus, describit Cor. Tacitus libro de moribus Germanorum. Cæterum Arii (Marcomanorum hæc tribus erat) supra vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, insitæ feritati arte ac tempore lenocinantur. nigra scuta, tincta corpora, atras ad prælia noctes legunt, ipsaque formidine atque vmbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente nouum ac infernum veluti aspectum. Cæsar libro 1. Gallicæ historiæ, in narratione historiæ Ariouisti, qui Sueuos ac Marcomanos vltra Rhenum in Gallias traduxerat: Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariæ commeatusq; causa moratur, ex percunctatione nostrorum, vocibusque Gallorum ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute atque exercitatione in armis esse prædicabant: sæpenumero sese cum his congressos, ne vultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuisse: tantus subito timor omnem exercitum occupauit. Huc pertinent, quæ scribit de Germanis Herodianus libro sexto historiæ Augustæ: Alexander autem Mauros quam plures ac vim ingentem sagittariorum, quos secum ex Oriente adduxerat, partim ex agro Osrhoenorum, partim è Parthia transfugas, pecuniaue illectos aduersus Germanos instruebat. quippe huiuscemodi milites maxime Germanos infestant, cum & Mauri longius iacula intorqueant, sintque faciles ad cursus recursusque, vtpote leues & expediti, & sagittarii nuda Germanorum capita, prægrandiaque illa corpora facile eminus veluti signum aliquod contingant. Explicat huiusmodi ferocis corporis struem in Marcomanis, Marcellinus libro decimo sexto: Et properantes cito quam considerato cursu Germani, telaque dextris explicantes, inuolauere nostrorum equitum turmas, frendentes immania: eorumque vltra solitum sæuientium comæ fluentes horrebant, & elucebat quidam feruor ex oculis. Ad huiusmodi sparsos atque implexos capillos in hac natione, cum victoriam Tiberii telatam de Marcomanis recenset, alludit Ouidius Naso libro primo Fastorum, hoc carmine:

Causa recens melior: sparsos Germania crines
Colligit auspiciis dux venerande tuis.
Inde triumphatæ libasti munera gentis,
Templaque fecisti, quam colis ipse, Dea.

DE VESTITV Marcomanorum incondito ex stuppa, sagis vilibus, vel tergoribus etiam ferarũ, scribit hæc Cornelius Tacitus in libello de moribus Germanorum: Tegumẽ omnibus sagum, fibula, aut, si desit, spina consertum. cætera intecti, totos dies iuxta focum atque ignem agunt. locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta, & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, vlteriores exquisitius, vt quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras, & detracta velamina spargunt maculis, pellibusque beluarum, quas exterior oceanus atque ignotum mare gignit. Nec alius fœminis quam viris habitus, nisi quod fœminæ sæpius lineis amictibus velantur, eosque purpura variant: partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudæ brachia ac lacertos. Sed & proxima pars pectoris patet. Huc allusisse videtur idem author libro historiæ Augustæ 18, de Germanis locutus: Nec minus sæuum spectaculum erant ipsi tergis ferarum & ingentibus telis horrentes, cum turbam populi per inscitiam parum vitarent. Porro dissimile est quod de vestitu Germanorum scribit Herodianus libro quarto historiæ Augustæ: Sæpe etiam Romano cultu deposito, vestem Germanicam induebat, atque in eorum sagulis argento variegatis, etiam flauam capiti cæsariem imponens, ad modum Germanicæ tonsuræ. Quibus læti barbari, mirifice eum diligere. Cæterum is locus de Sueuis ac Gallis est accipiendus. nam auro argentoque interiores Germani, ac præcipue Marcomani, non vtebantur, vt nec venas eorum habebant metallorum. vnde scribit Cornelius in libro de moribus Germanorum: Argentum & aurum propitii an irati Dii negauerint, dubito. nec tamen affirmauerim, nullam Germaniæ venam argentum aurumue gignere. Quis enim scrutatus est? possessione & vsu haud perinde afficiuntur. Est videre apud illos vasa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia vtilitate quam quæ humi finguntur. quanquam proximi, ob vsum commerciorum, aurum & argentum in precio habent, formasque quasdam nostræ pecuniæ agnoscunt atque eligunt. Interiores simplicius & antiquius, permutatione mercium vtuntur. Pecuniam probant veterem, & diu notam, serratos, bigatosque. Argentum

quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est, promiscua ac vilia mercantibus. Scitum est, & ad locum hunc pertinere videtur, quod scribit de tegumento procerum Germanię quondam Ammianus libro decimo sexto, cum victoriam Iuliani Cæsaris relatam de Germanis describit: Et Chondomarius quidem, nefarius belli totius incentor, cuius vertici flammeus titulus aptabatur, anteibat cornu sinistrum audax. hæc ille. Quod si diuinare, aut etiam coniectare licet, forte titulus ille flammeus fuit non multum dissimilis à piretis illis antiquis Geamanorum rubris, quo adhuc quidam Heluetiæ incolæ vtuntur, vulgo ain altes rotes Teutsches oder Schwaiczerisch piret.

De armatvra veterum Germanorum, ac Marcomanorum præcipue, extat locus apud Corneliũ Tacitum libro secundo Historiæ Augustę, cum de bello aduersus Cheruscos suscepto tractat: Non campos modo militi Romano ad prælium bonos, sed si ratio adsit, syluas & saltus. Nec enim immensa barbarorum scuta, enormes hastas, inter truncos arborum, & enata humo virgulta, perinde haberi atque pila & gladios, & hærentia corpori tegmina: densarent ictus, ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeam, ne scuta quidem ferro neruoue firmata, sed uiminum textus vel tenuis, aut fucatas colore tabulas. primam vtcunque aciem hastatam, cæteros præusta aut breuia tela. Iam corpus vt visu toruum, & ad breuem impetum validum: sic nulla vulnerum patientia, siue pudore flagitii, siue cura ducum abire, fugere pauidos aduersis, inter secunda non diuini non humani iuris memores: si tædio viarum ac maris finem cupiant, hac acie parari, propterem iam Albim quam Rhenum sisterent. Hæc Cornelius in genere, de Armatura veteri cum Marcomanorum, tum Germanorum. Quælibet particularius, ac ordine, de singulis generibus armorum demonstrare.

De prælongis verutis & dolabris, hastisque, extat locus apud Cornelium Tacitum libro primo historiæ Augustæ: Contra Cheruscis (inquit) sueta apud paludes prælia, procera membra, hastę ingentes ad vulnera facienda quam procul. Nox demum inclinantis tum legiones aduersæ pugnæ exemit. Germani ob prospera indefessi, ne tum quidem sumpta quiete, quantum aquarum circumsurgentibus iugis oritur, vertere in subiecta. Et rursus libro secundo: Nec minor Germanis animus: sed genere pugnæ & armorum superabantur, cum ingens multitudo artis locis prælongas hastas non protenderet, non colligeret, neque adsultibus & velocitate corporum vteretur coacta stabile ad prælium. Idem in libello De moribus Germanorum: Rari gladiis aut maioribus lanceis vtuntur. hastas (vel ipsorum vocabulo) frameas gerunt, angusto & breui ferro, sed ita acri & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel comminus vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est: pedites & missilia spargunt, pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi, aut sagulo leues. Idem libro XXI: Neque nostro milite paludem ingrediente, & Germanis, vt eluderent, lacessentibus, absumptis quæ iaciuntur, & ardescente pugna, procursum ab hoste infestius, immensis corporibus & prælongis hastis. Huc pertinet quod scribit Marcellinus libro XVI: Verum Alemanni bellum acriter ineuntes, altius anhelabant, veluti quodam furoris affectu poposita omnia deleturi. Spicula tamen verutaque missilia non cessabant, ferratæque arundines fundebantur. Quanquam etiam comminus mucro feriebat contra mucronem, & loricæ gladiis fundebantur. Porro longiores adhuc Germanis hastæ manent, & frameæ maioribus nostris magis in vsu fuerant, ain alspies/ain grosser pfrymen.

De thoracibvs & scutis supra humeros nudos, extat locus apud Cor. Tacitum libro primo Historię Augustæ, in adhortatione Germanici ad milites, cum prope Visurgim amnem cum Germanis prælium esset initurus: Non loricam (inquit) Germano, non galeam, ne scuta quidem ferro neruoue firmata, sed viminum textus, & fucatas colore tabulas. Idem libro decimo octauo: Cohortes Germanorum cantu truci, & more patrio, nudis corporibus supra humeros scuta quatientium legionarius pluteis & cratibus rectus subruit muros. Huc videtur pertinere quod scribit in libro De moribus Germanorum: Scutum reliquisse, pręcipuum flagitium. nec aut sacris adesse, aut concilium adire ignominioso fas, multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt. Ibidem de insignibus quæ partim in scutis, partim vexillis gestarunt, scribit hunc in modum: Insigne superstitionis, formas aprorum gestant, id pro armis, omniumque tutela, securum dea cultorem etiam inter hostes præstat. Rarus ferri, frequens fustium vsus: frumenta cæteros que fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Huc spectat, quod idem Cornelius scribit libro vigesimo, de Gallorum signis militaribus, cum de Cerealis & Ciuilis bello tractat: Ciuilis medium agmen cum robore Batauorum obtinens, vtramq; Rheni ripam, quo trucu-

truculentior visu foret, Germanorum cateruis complet, assultante per campos equite: simul naues in aduersum amnem agebantur. Hinc veteranarum cohortium signa, inde deprompta syluis iugisque ferarum imagines, vt cuique genti inire prælium mos est. Non possum hic præterire & alium eiusdem autoris locum, qui in libello de morib⁹ Germanorum in hæc legitur verba: Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita & libera potestas: & ducis exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Cæterum neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum: non quasi in prędam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt, effigiesque & signa quædam detracta lucis in prælium ferunt. Quodque præcipuum fortitudinis incitamentum est, nõ casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora. Vnde fœminarum vlulatus audiri, vnde mugitus infantium: hi cuiq; sanctissimi testes, his maximi laudatores. Et hactenus de scutis, & eorum pictura. Quæ etiamdum in Germania consuetudo tenet. Hinc tot clypei siue scuta, quibus familiæ pro insignibus & ornamento vtuntur, apros, vrsos, leones, pantheras, aquilas, griphones, canes, aut aliarum ferarum imagines passim & gerunt nobiles apud nos, & in publico suspendunt. Fuit & aliud genus teli Germanis quondam familiare, Cateia nomine, cuius meminit Virgilius septimo Æneidos, hoc carmine:

Teutonico ritu soliti torquere cateias.

Cæterum equestrem armaturam affabre describit Marcellinus lib. 16. Vnus vero pedes, qui sequi non potuit, captus agilitate nostrorum, indicauit, per triduum & trinoctium flumen transiisse Germanos. Quos cum iam prope densantes semet in cuneos nostrorum conspexere ductores, steterũt vestigiis fixis, antepilanis hastatisque & ordinum primis velut insolubili muro fundatis, & pari cautela hostes stetere cunctati. Cumque ita vt antedictus docuerat profuga, equitatum omnẽ à dextro latere sibi vidisset oppositum, quicquid apud eos per equestres copias præpollebat, in læuo cornu locauere confertum: iisdemq; sparsim pedites miscuere discursatores, & leues, profecto ratione tuta poscente. Norant enim, licet prudentem ex equo bellatorem, cum clibanario nostro congressum, frena retinentem & scutum, hasta vna manu vibrata, tegminibus ferreis abscondito bellatori nocere non posse: peditem vero inter ipsos discriminum vertices, cum nihil caueri solet præter id quod occurrit, humi occulte reptantem latere forati iumenti incautum rectorem præcipitem agere, leui negotio trucidandum. Hoc quoque disposito, dextrum sui latus struxere clandestinis insidiis, & obscuris. ductabant autem populos omnes pugnaces & sæuos Chondomarius & Serapio, potestate excelsiores ante alios reges. hæc ille. Quæ descriptio non multum ab hodierno Germanorum equitatu abludit, cataphracto illo, & grauioris armaturæ, vt vocant.

De institvtis, ac bellum gerendi disciplina, Cor. Tacitus in libro De moribus Germanorum hæc adnotauit: Definitur & numerus. Centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur. Et quod primo numero fuit, iam nomen & honor est. Et iterum: Si ciuitas in qua orti sunt, longa pace & ocio torpeat, plerique nobilium adolescẽtum petunt vltra eas nationes, quæ tum bellum aliquod gerunt. Quia & ingrata genti quies, & facilius inter ancipitia clarescant, magnumque comitatum non nisi vi belloque tueantur. Exigunt enim principis sui liberalitate, illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Et subdit: Sed arma sumere non ante cuiquam moris est, quam ciuitas suffecturum probauerit. Tum enim in ipso cõcilio, vel principum aliquis, vel pater vel propinquus scuto frameaque iuuenẽm ornat. Hæc apud illos toga, hic primus iuuentæ honos. Huc pertinet ritus conspirationis ille Marcomanorum, cuius Lucianus meminit. Nam bellum inituri, tergum bouis conscendebant, sacramentoque inuicem dato & accepto in Romanorum solebant perniciem coniurare. Hinc arbitror prouerbium fluxisse, adhuc nobis secus Danubium colentibus familiare, in formula iuramenti vulgaris, quo dum aliquid indubitata fide pollicemur, dicere solemus, Samer pots haut/ nomẽclatura à tergore sumpta. Sed placet & castrametationis ritum, quo Germani, & ex his præcipue Marcomani vtebantur, adferre, de qua Cornelius noster in libro De moribus Germanorum: Castra circundabant rhedis. & Cæsar lib. 1. Comment. Tum demum necessario Germani suas copias è castris eduxerunt, generatimque constiterunt, paribusque interuallis Harudes, Marcomani, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sebusii, Sueui, omnemque aciem suam rhedis & carris circundederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres imposuerunt, quæ in prælium proficiscentes milites passis manibus flentes implorabant, ne se in seruitutem Romanam darent: hæc ille, de veteri more locandi castra apud Germanos, qui maioribus

Castrametatio Marcomannorũ.

nostris familiarior, quā nobis iam erat: vulgo nuncupabant Ain Wagenpurkh/ Latinis quōdam testudinis vocabulo comprehensa. Huc pertinere videtur, quæ ibidem Cæsar eodem libro primo Gallicæ historiæ, de aciei constructione Germanorum veterum animaduertit, cum Cæsaris cum Ariouisto Sueuorum Marcomanorumque rege conflictum describit: At Germani celeriter ex consuetudine sua phalange facta, impetus gladiorum exceperunt. Reperti sunt quam plures nostri milites, qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper vulnerarent. Et iterum: Genus hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant. Equitum millia erant sex, totidem numero pedites velocissimi ac fortissimi, quos ex omni copia, singuli singulos suæ salutis causa delegerant. Cum his in prælio versabantur, ad eos se equites recipiebant. Hi si quid erat durius, concurrebant, si qui grauiore vulnere accepto, equo deciderant, circunsistebant. Si quo erat longius prodeundum, aut celerius recipiendum, tanta erat horum exercitatione celeritas, vt iubis equorum subleuati, cursum adæquarent. Huc pertinet quod scribit in libro De moribus Germanorum Tacitus: Equi non forma, non velocitate conspicui, sed nec varietate, gyros in morē nostrum docentur. In rectum aut imo flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, vt nemo posterior sit in vniuersum æstimanti, plus penes peditem roboris: eoque mixti præliantur, apta & congruente ad equestrem pugna velocitate peditum, quos ex omni iuuentute delectos ante aciem locant. Et iterum ibidem: Acies per cuneos componitur, cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam fortitudinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis præliis referunt. Scutum reliquisse, præcipuum flagitium. Et hactenus de ratione pugnæ veterum Germanorum: quæ quantum à nostra tempestate absit, nemo non videt. Placet, & quod de tempore pugnæ ineundæ, in eodem Cæsaris loco legitur, recensere: Cum ex captiuis (inquit) quæreret Cæsar, quamobrem Ariouistus prælio non decertaret, hanc reperiebat causam, quod apud Germanos ea consuetudo esset, vt matres familias eorum sortibus & vaticinationibus declararent, vtrum prælium committi ex vsu esset, nec ne. Eas ita dicere, non esse fas Germanos superare, si ante nouam lunam prælio contendissent. Huc retorquendum est, & quod de adhortatione Germanorum cum ad prælium mutuo se accingunt, scriptum reliquit libro Historiæ Augustæ vigesimo sexto. Hac sermonis placiditate molliti, omnes qui acriter venerant pugnaturi, signorum apicibus aquilisque submissis, desciuere libentes ad eum, & pro terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum, nuncupatum Imperatorem stipatum quidam consentientes in vnum reduxerunt ad castra. Manet is mos nostris adhuc militibus. cum enim prælium auspicantur, mutua adhortatione fremituque sonoro dicere solent, Wolher wolher lieben lantzknecht. Non possum transire & alteram consuetudinem, quam Tacitus in libro De Germanorum moribus commemorat: Nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiæ & propinquitates, & in proximo pignora. Vnde fœminarum vlulatus audiri, inde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores, ad matres, ad coniuges vulnera ferunt. nec illæ numerare aut exigere plagas pauent, ciboscq; & hortamina pugnantibus gestant. memoriæ proditur, quasdam acies inclinatas iam & labantes, à fœminis restitutas, constantia precum, & obiectu pectorum, & monstrata comminus captiuitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent. adeo vt efficacius obligentur animi ciuitatum, quibus inter obsides puellæ quoque nobiles imperantur. Inesse quinetiam sanctum aliquod & prouidum putant: nec aut consilia eorum aspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus sub diuo Vespasiano Velledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed & olim Aurimam, & quam plures alias venerati sunt.

De genere vitæ, bello exacto, adnotauit insuper Cornelius: Materia munificentiæ per bella & raptus: nec arate terram, aut expectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostes, & vulnera mereri. Pigrum quinimo & iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare. Quoties bella non ineunt, non multum venatibus, plus per ocium transigitur: dediti somno ciboque fortissimus quisque ac bellicosissimus, nihil agens, delegata domus & penatium & agrorum cura fœminis senibusque, & infirmissimo cuique ex familia. Huc spectat, quod idem refert: Aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent: tanta lucrandi perdendique temeritate, vt cum omnia defecerint, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contendant. hęc ille. quæ ambæ adhuc consuetudines manent, non sine reprehensione exterarum gentium. Nam & per hyemem, quæ æstate bello raptuque conquisiuerunt, passim somno ac crapula aleaque absumunt, gliribus atque insectis animalculis non absimiles.

De conviviis, & quam Germani superioribus etiam seculis vino dediti fuerint, scribit Appianus Alexan. libro Historiæ ciuilis secundo: Milites igitur diuturna fame macerati,

cerati, liberius cibo vinoq; indulgebant, vt plurimi ex ipſis ebrietate laborarent. Inter hos Germani potiſſimum ridiculi fuiſſe referuntur, cum à vino vexarentur, adeo vt adueniente celerius Pompeio, facile eos deleri potuiſſe conſtet. Meminit illius peſtiferæ conſuetudinis, quæ hodie in Germania facile primas obtinet, & Cornelius noſter in libello De moribus Germanorum: Victus inter hoſpites comis. ſtatim è ſomno, quem plerumq; in diem extrahunt, lauantur, ſæpius calida, vt apud quos plurimum hyems occupat. Lauti cibum capiunt: ſeparatæ ſingulis ſedes, & ſua cuiq; menſa. Tum ad negotia, nec minus ſæpe ad conuiuia procedunt armati. diem noctemq; continuare potando, nulli probrum. Crebræ, vt inter vinolentos, rixæ: raro conuiciis, ſæpe cæde & vulneribus tranſigunt. Sed & de reconciliatis inuicem inimicitiis, & iungendis affinitatibus, & adſciſcendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conuiuiis conſultant, tanquam nullo magis tempore aut ad ſimplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incaleſcat: gens non aſtuta, nec callida, aperit ad hoc ſecreta pectoris licentia ioci. Ergo detecta & nuda omnium mens, poſtera die retractatur, & ſalua vtriuſq; temporis ratio eſt. deliberant, dum fingere neſciunt: conſtituunt, dum errare non poſſunt. Potui humor ex ordeo aut frumento in quandam ſimilitudinem vini corruptus, proximi ripæ & vinum mercantur. Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera, aut lac concretum, ſine apparatu, ſine blandimentis, expellunt famem. aduerſus ſitim non eadem temperantia. Si indulſeris ebrietati, ſuggerendo quantum concupiſcunt, haud minus facile vitiis quam armis vincentur. Non poſſum hic ſilentio tranſire, quod de conuiuio Hortarii regis Germanorum, Marcellinus libro XVIII. ſcriptũ reliquit: vt appareat, quam adhuc maioribus noſtris, primis illis Germanis, in illo pernicioſo more adſimiles ſimus, in quo præcipue à cæteris nationibus culpamur. Dum hæc celerantur (inquit) Hortarius rex nobis ante fœderatus, non nouaturus quædam, ſed amicus finitimis quoq; ſuis, reges omnes & regales & regulos ad conuiuium corrogatos, retinuit epulis, ad vſq; vigiliam tertiam more gentili extentis. Quos deſcẽdentes inde caſtro noſtri ex improuiſo adorti, nec interficere, nec corripere vllo modo potuerunt.

De Conciliis, ac conuentibus, quando de rebus tractabant communibus, ſcribit Cor. Tacitus, quod tranſire hic non poſſum: De minoribus rebus principes conſultant, de maioribus omnes: ita tamen, vt ea quoque quorum penes plebem arbitrium eſt, apud principes pertractentur. Coeunt, niſi quid fortuitum & ſubitum inciderit, certis diebus, cum aut inchoatur luna, aut impletur. Nam agendis rebus hoc auſpicatiſſimum initiũ credunt. Nec dierum numerum, vt nos, ſed noctium computant. Sic conſtituunt, ſic condicunt, nox ducere diem videtur. illud ex libertate vitium, quod non ſimul, nec iuſſi conueniunt: ſed alter & tertius dies cunctatione coeuntium conſumitur. vt turbæ placuit, conſidunt armati. Silentium per ſacerdotes, quibus tum & cohercendi ius eſt, imperatur. mox rex vel princeps, prout ætas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia eſt, audiuntur, authoritate ſuadendi magis quam iubendi poteſtate. Si diſplicuit ſententia, fremitu aſpernantur. Sin placuit, frameas concutiunt. Honoratiſſimum adſenſus genus eſt, armis laudare. Licet apud concilium accuſare quoque, & diſcrimen capitis intendere. Diſtinctio pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus ſuſpendunt, ignauos & imbelles & corpore infames, cœno & palude, iniecta inſuper crate, immergunt. diuerſitas ſupplicii illuc reſpicit, tanquam ſcelera oſtendi oporteat, dum puniuntur: flagitia abſcondi. Sed & leuioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumq; numero conuicti mulctantur. pars mulctæ regi vel ciuitati, pars ipſis qui vindicantur, vel propinquis eorum exoluitur. Eliguntur in eiſdem conſiliis & principes, qui iura per pagos vicoſque reddant, centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & autoritas adſunt. Nihil autem neq; publicæ neq; priuatæ rei niſi armati agunt. Hactenus Cor. qui mehercule mores vtinam adhuc genti perſeuerarent. Videmus in publicis comitiis Imperii, quam interdũ cunctentur, qui conuenire debent: videmus quam ſuadendo magis quam iubendo, qui cæteris præſunt, inducere ad concluſa cogantur. Manet porro ex vetuſtate & conſentiendi ritus, ſed in militia magis quam foro. Manſerunt & comites, qui diſtrictus certos gubernabant, quos gentilitia lingua grauios, Marchgrauios, Landgrauios, & Landuogtus appellabant, centenarũ legibus Salicis dicti.

Noſtro ſeculo officium in dignitatem tranſiit: & quod olim nutu principis mutabatur, factum eſt poſtea hæreditarium. Hinc tot Landgrauii in Germania, tot Marchgrauii, tot Pfalczgrauii, & tot denique Landuogti, qui ſolo adhuc mutantur. Illud vero, quam ſacerdotibus antiqui illi Germani reuerentiam exhibuere, in totum periit. Sed tranſeo ad alia.

De Principvm ordine, conditione atque cultu, gradibus denique dignitatum

quarumlibet, operæ precium videtur vt nonnulla ex Cornelio nostro in hunc locum referamus, vt quam nos à vestigiis maiorum recesserimus, & quæ adhuc genti nostræ manserint ex vetustate, elucescat: Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumuntur. Nec regibus infinita & libera potestas, & duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt. Cæterum neq; animaduertere, neq; vincire, neque verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam, nec ducis iussu, sed velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Et subdit: Mox Reip. insignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentulis adsignāt cæteris robustioribus ac iampridem probatis aggregantur. Nec rubor inter comites aspici: gradus quinetiam & ipse comitatus habet, iudicio eius quem sectantur. magnaq; & comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum locus: & principum, cui plurimi & acerrimi comites, hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum iuuenum globo circūdari, in pace decus, in bello præsidium. Nec solum in sua gente cuique: sed apud finitimas quoq; ciuitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. Expetuntur etiam legationibus & muneribus ornantur, & ipsa plerumq; fama bella profligant. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virturem principis non adæquare. Iam vero infame in omnem vitam, ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri: sua quoque fortia facta gloriæ eius adsignare præcipuum sacramentum est. principes pro victoria pugnant, comites pro principe. Non possum hic præterire & alterum locum Taciti, de redditibus principum: Mos est (inquit) ciuitatibus, vltro ac viritim conferre. Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subuenit. Gaudent præcipue finitimarum gentium donis, quæ non modo à singulis, sed publice mittuntur, electi equi, magna arma, phaleræ, torquesque. Hæc ille: quæ cuncta ex vetustate nostra adhuc in gente cernuntur. Nam & ducem comites sui sectantur: & quo quisq; maiori comitatu circumdatur, eo & dignitate & loco celebriori extollitur. Manent & dona equorum, phaleræque, & fortia facta principum canuntur.

Illud autem abiit, quod virtutem principis pauci non modo non æquant, sed ne æmulantur quidem, ac deserunt interdum in acie pugnantem. Scitum est, quod scribit Ammianus Marcellinus libro 18. de regibus Germanorum inter Romanas aquilas admissis: Post quos statim rex (inquit) Vadomarius venit, cuius erat domicilium contra Rauracos, scriptisq; Constantii principis, quibus commendatus est, arctius allegaris, leniter susceptus est. olim ab Augusto in clientelam rei Romanæ susceptus. Et Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admissus, & signa, stupebat armorum viriumq; varium decus: visa tunc primitus, proq; suis orabat. Vadomarius vero nostris coalitus, vtpote vicinus limiti, mirabatur quidem apparatum ambitiosi procinctus, sed vidisse se talia sæpe adolescentia meminerat prima.

De Aedificiis Germanorum, ex tignis lignorum, qualia adhuc per Germaniam frequentia cernuntur, extat locus Taciti, loco sæpe allegaro, quem non grauabor subnectere: Nullas (inquit) Germanorum populis vrbes habitari, satis notum est: ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, connexis & cohærentibus ædificiis. Suam quisq; domum spacio circumdat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia ædificandi. Ne cementorum quidem apud illos, aut tegularum vsus. Materia ad omnia vtuntur informi, & citra speciem, aut delectationem. Quædam loca diligentius illinunt terra, ita pura & splendente, vt picturam ac liniamenta colorum imitetur. Solent & subterraneos specus aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hyemi, & receptaculum frugibus, quia rigorē frigorum huiusmodi locis molliunt. Et si quando hostis aduenit, aperta populatur: abdita autem & defossa aut ignorantur, aut eo ipso falluntur, quod quærenda sunt. Describit Germanorum ædificia & Herodianus libro 7. Rara apud Germanos structura è lapide atq; lateribus coctilibus, densisq; potius syluis, quorum confixis coagmentatisq; lignis quædam quasi tabernacula ædificant. Hæc ille. quæ sane magna adhuc ex parte in Germania cernere est: nisi quod tot seculorū ordine, maior à Romanis cum mundicies, tum splendor magnificentiaq; paulatim accessit.

De Insignibus Marcomanorum, legitur apud Cor. Tacitum in libro De moribus Germanorum: Insigne superstitionis, formas aprorum gestant: id pro armis, omniumq; tutela, securum deæ cultorem, etiam inter hostes præstat. Rarus ferri, frequens fustium vsus: frumenta cæterosq; fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Hæc ille. Quæ mehercle consuetudo in hanc vsq; diem non solum in Marco-

mano-

manorum reliquiis, sed in tota pene manet Germania. Nam quotus quisq; est, qui in gentilitiis insignibus non aut aprum, aut leonem pictum gerit? Sed & locorum inde appellationes detorserunt, quales sunt in Marcomanorum campis apud nos in Austria frequentes, Ebersdorf/Eberfurt/Eberaw/Ebersperg/Bernaw/Berndorf/Bernstayn/ & similes, quas longum esset recensere.

De Lingva veterum Marcomanorum, lege quæ de Sueuis, eorumque lingua, libro præcedente adnotauimus: cum & hi Sueuici generis, originisque fuerint. Verisimile est autem, in dialectis inter Sueuos & Marcomanos hoc pene fuisse discriminis, quod hodie cernitur inter Sueuos & Austriacos. Quippe A literam durius Austriaci, remissius molliusq; Sueui pronunciant. & quando ei diphthongo Sueui vtuntur, Austriaci au loco illius vsurpãt diphthongum. item vbi Sueuus L litera vtitur, Austriacus L adhibet. Ad hæc, diphthongum ei Sueuorum, Austriaci interdum simplici e exprimunt. deniq; pro o litera Sueuus a subinde vtitur. Sunt tamen multa peculiaria vocabula Sueuis, quæ longe aliter Austriaci: Marcomanorum Boiorumq; propago, exprimunt. Gelten/pevel/ar/tenne/züber/Amman/Vogt/Schulthays/medlen/khurffer/trauben/schenkhl/faußt/hembt/gurren/scheuren/pfützen/wayr/häßlich/antlitz/fangen/ammen/lützel/lugen/gukhen/pas/geschwaig/zornig. quæ Austriaci paulo alite pronunciant: schaff/hamer/hakhen/muoßhaus/amper/ambtman/pfleger/richter/haubtmã/dierule/pvndier/fuoß/hand/pfayt/merhen oder gumel/moß/teicht/sebeitslich/angesicht/deeten/amel/wenig/gammen/maumb/schwägerin/greynig oder haderich. Quæ Romani dicere solent sua in lingua, Cadum, securim, vestibulum, amphoram, villicu, præfectum, iudicem, virginem, doliatorem, pedem, manum, camisiam, equam, palustre, piscinam, odiosum, faciem, lactare, nutricem, parum, ecce, amitam, sororiam, iracundum, &c. Habent & Austriaci Marcomanorum Boiorumque posteritas in suo idiomate peculiaria quædam vocabula, cæteris Germaniæ populis incognita: vt goschen pro ore, hauer pro vinicola, vinitore, penzen pru stomachari: paukhart/huornkhondt/pro spurio: gerhab/pro tutore, aliis Germanis vormunder: bescheissen pro decipere, keyen pro molestare, gött pro suscept ore compatre, tischler pro scriniario, poßhand pro malitia: schera pro lictore, bittl Sueuis: haben pro suspendere, cæteris Germanis henkhen: aigen pro districtu pagi, ayren pro messe: paukhen pro tympano, aliis Germaniæ populis drumel: achterin pro mensura vini: mùt pro modio tritici, alias malter: schneydel pro bono vini gustu, quod alii räß dicunt: gaymle pro egregio: & similia, quæ longum esset enumerare.

Porro nec illud ignorandum est, Sueuos, ac præcipue interiores, clausa finali vti Gsyn/ pro eo quod est Latinis Fuit, quod Boiarii & exteriores Sueui gewesen dicunt. Sic quoq; pro significatu vocis Romanæ, ait, Sueui proloquuntur singulare illis vocabulum Geichen/ Austriaci ac cæteri Marcomanorum Boiorumq; soboles Gesagt/Gesayt/ dicunt. In vetustioribus quoq; Austriacæ linguæ literis repetimus, scholl pro sol/ geraigsen pro regieren/ daige pro der/dieser.

Illud deniq; interest inter dialectos Sueuorum hodiernorum, & Austriacorum, cæterorumq; à Marcomanis Boiisq; descendentibus populis, quod pro u vocali Sueuis familiari, Austriaci au diphthongum vsurpant. exempli gratia, mul/buch/maul/bauch. & pro e finali Austriacis Bauarisque in terminatione dictionum frequenti, Sueui syllabam ang pronunciant: veluti ger/gang. Iidem diphthongum au in a vocalem contrahunt: Ausspurg/ Aspurg. Apud maiores nostros maius erat inter hos populos discrimen, antequam Sueui Austriacis se commiscuissent, qui hodie frequentissimi Austriacis cohabitant, & mixtum prouinciæ idioma efficiunt.

Tum namq; pro el & er, in vocibus Austriaci pronunciabant al, ar. Iidem r literam subinde in dictiunibus aut obliterabant, aut pro illa d substituebant: ausfaren/ausfaden: præsepe, quod paren Sueui dicunt, Austriaci padn vocabant: filum, quod farn cæteri efferunt Germaniæ pupuli, fadn Austriaci dicebant. Talia innumera erant, & sunt adhuc, in lingua Austriaca, quæ non item repetias in aliis: siue illa à sola Marcomanica, vt quidam putant, siue à confusione Marcomanicæ, Boiaricæ, Francicæq; vt ego autumo, defluxerint. Essent multa alia in medium adducenda, quæ discrimen nostra memoria Sueuici Austriacique, siue Boiarici idiomatum ostendunt: quemadmodum sunt, schaffen/horchen/wandlich/biderman/gien/gwen/eber/pflaumẽ/gaden/angster/fuerling/des jenig/&c. Quas res nos Austriaci Marcomanorum, vt diximus, Francorum Boiorumq; soboles, non aliter in Teutonico sermone proferimus: arbaiten/hören/flux/dapferman/geben/gwesen/wildschweyn/zwespen/boden/glas/dussel/viertel/&c.

Illud insuper priorib. adiiciendũ, cuius mihi Lector candidus obiter est commonefaciendus, Sueuos in consonantibus u frequenter delere, & p l r econtra subiicere, & voculas

vt plurimũ per syncopen decurtare. vt exempli gratia, Aspurg pro Augspurg / Oror pro Auror / Vrich pro Vlrich / filch pro kirch. cum contraria ducti Austriaci ratione, vocalibus plures adducere consonantes adsueuerint: Vlreich / Fridreich / pro Vlrich / Friderich: haus pro hus / maul pro mul / deup pro dieb / id est fure, &c. Atque vt tandem finiam, illud in dialectis Austriacorum maiorum nostrorum fuit admodum familiare, vt in vocibus Teutonicis r literam subinde delerent. Sic enim, quæ vocabula reliqui Germaniæ populi pronunciant, varen / id est proficisci, herberg / harnasch / khorn: veteres Austriæ incolæ proferre soliti erant, vaden / hebrig / hadnasch / kheuden / &c. Sunt deniq; multa peculiaria vocabula, quorum supra quædam enumerauimus, cæteris Germaniæ populis incognita. qualia sunt, Telpel pro nebulone siue ignauo, hurnhund hurneskhind pro malo, launig pro tristi. Hic nõ possum silentio transire, quod Austriaci nos magis quam reliqui Germaniæ populi, vim Latini sermonis exprimimus. Suntq; hac in re peculiaria, atq; adeo propria vocabula, quæ alterius terræ Germanus sane non intelligeret. Fyndtlich enim vocant, quod alii waidlich / & Latini valde, ab vi hostili, vt arbitror. Sic malos nos vnnendtlich / quasi innominatos, non dignos nomine: itemq; alia nòn dissimili voce, magis barbare, vnaumer. Similiter & tertio vocabulo, Niemanutzer / quod videlicet nemini sit vtilis, appellamus. Est & quarta vox, qua Austriaci maliciam hominis exprimunt, Romanum non inepte sermonem sequentes, Verherter frayhat: tanquam diceres, populator, libertimæ vitæ homo. Huc pertinet & quintũ vocabulum, ad natales obscuras, educationemq; male institutam adludens, Selbs wagsnes khynd / quod cæteris homonymum est: & à latrone, vt arbitror, Lother / Austriacum vocabulum eiusdem significati. Solent præterea non inepte per Iouis fu men iurare, etsi satis barbare id exprimant, Sunner Gotts gluet / Das dich gotts gluet schend. Tale est, cum dicunt illi, Wills ott thon / pro illo quod cæteri Germani dicere solent, Wils halt thon / Wils aber thon: quo loco nostri Aut Latinam vocem barbare detorquent in ott. His possunt iungi, Hotten pro incedere: Yberhoyen / pro eo quod est præoccupare: Gamen pro videre, ex Græco. Quæ non ob aliam causam hocce libro adducere voluimus, quam vt pateret, quo idiomate maiores nostri Marcomani Boiariiq; sint vsi. Nam nostra tempestate, ob magna commercia quæ sunt in Austria, ac præcipue Viennæ, omnis generis mercatorum, & quod nos Austriaci ex Sueuis vt plurimum Francisq; parentibus nascimur, idioma loquendi, ac dialectos Sueuicas paulatim adsciscere incipimus: saltem qui vrbes colimus celebriores. Ruri tamen, oppidis ac castellis, vetus lingua illa de qua loquimur, pronunciandiq; antiquæ illæ rationes adhuc manent, à cæteris Germaniæ populis, vt præfati sumus, longe diuersissimæ.

DE MARCOMANORUM QUADORUMQUE EXORDIIS AC SEDIBUS, ILLORUMque reliquiis, Liber Nonus incipit: WOLFGANGO LAZIO *Viennensi Medico, & S. Rom. Regis* FERDINANDI *Historico autore.*

MARCOMANI & Quadi, Germaniæ veteris illius limitaneæ gentes erant, Pannoniis & Iazygibus Sarmatis vicini, Teutones & moribus & lingua: atq; ea de causa a situ agrorum, gentilitio sermone Marcomanni, hoc est limitanei viri nuncupati. quando Manni, hoc est, virtutis ac virilitatis tam frequens semper genti nostræ commemoratio fuit. Erãt vero Marcomani Sueui, & à Sueuis descendentes, agrestiores tamen moribus & lingua: à Quadis, Ariis, Buriis, Eburonibus, Harudibus, Sidonibus, Butonibus, Ligiis, Elisiis, & Manymis, sedibus magis & agrorum cultura, quã lingua moribusq; discrepantes. Vnde scribit Cornelius noster: In Hermunduris Albis oritur flumen inclytum, & notum olim, nunc tantum auditur. Iuxta Hermunduros Narisci, ac deinde Marcomani & Quadi agunt. Præcipua Marcomanorum gloria, viresq;, atque ipsa etiam sedes, pulsis olim Boiis virtute parta. nec Narisci Quadiue degenerant: eaq; Germaniæ veluti frons est, quatenus Danubio pergitur. Marcomanis Quadisq; vsq; ad nostram memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile Marobodui & Tudri genus. Iam & externos patiuntur. Sed vis ac potentia regibus ex auctoritate Romana: raro armis nostris, sæpius pecunia iuuantur. Nec minus valent retro Marsingi, Gothini, Osi, Buri, terga Marcomanorũ Quadorumq; claudunt. E quibus Marsingi & Burii sermone cultuq; Sue-

uos referunt: Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos, & quod tributa patiuntur: partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi, vt alienigenis imponunt: Gothini, quo magis pudeat, & ferrum effodiunt. Omnesq; hi populi pauca campestrium, cæterum saltus & vertices montium iugumq; insederunt. Dirimit enim, scinditq; Sueuiam, continuum montium iugum, vltra quod plurimæ gentes agunt: è quibus latissime patet Ligiorum nomen, in plures ciuitates diffusum. Valentissimas nominare sufficiet, Arios, Helueconas, Mauymos, Elisios, Naharualos. Et subdit: Cæterum Arii super vires quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, insitæ feritati arte & tempore lenocinantur: nigra scuta, tincta corpora, atras ad prœlia noctes legunt, ipsaque formidine atq; vmbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente nouum ac velut infernum aspectum. hactenus Cornelius. Quam si descriptionem loci ad nostram referre ætatem velimus, inueniemus omnium illorum populorum, siue tribuum potius, à ripa Danubii, qua is Austriam secat, versus marcham Brandeburgensem, vestigia, vel saltem memorias nominum extare. Primum omnium namq; Marcofeldini campi, & Marca flumen Austriæ vlterioris, Marcomannos nobis repræsentat: deinde Manharizherg, Austriæ vlterioris eiusdem saltuosus tractus, Manymorum sedes ostendit. Quadi in finibus Morauiæ ac Hungariæ tenebant, vbi adhuc Quanstad & Qualiou, ad antiquæ gentis nomenclaturã adludunt. His proximi Elisii fuere, hodie Silesii: Ligii, modo Lignitii, & Lusatii: Butones, vnde Bauczen oppidulum forsan denominationem accepit. Ab Ariis deniq; Sidonibus, & Eburonibus, tot loca non solum in Austria vlteriori, verum etiam per vniuersum agrum illum, qui quondam Marcomanorum fuerat, modo in Morauiam, Bohemiam, Austriamq; vlteriorem diuisus, appellationes retinent, quæ veterum adhuc populorum memoriam exhibent, Arndorf / Arnswald / Hardekh / Ebersdorf / Ebersperg / Sidendorf / Neusidel / &c.

Non possum hic præterire, quod de Harudibus & Ariis Cæsar libro I. Gallicæ historiæ scribit: Hæc eodem tempore Cæsari mandata referebantur, & legati ab Heduis & Treuiris veniebant. Hedui questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur: sese ne obsidibus quidem datis pacem Ariouisti redimere potuisse. Et iterum, cum Cæsaris pugnam cum Ariouisto rege describit: Tunc demum necessario Germani suas copias è castris eduxerunt, generatimq; constiterunt: paribusq; interuallis Harudes, Marcomani, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sebusii, Sueuiq;, omnemq; aciem suam rhedis & carris circumdederunt. Quæ omnia declarant, Arios & Harudes Marcomanorum tribus fuisse, Sueuorum regi Ariouisto, vt cæteras finitimas, subiectas, quas in GALLIAM traduxerat. Itaque vt sedes ordine distinguam MARCOMANORVM, inuenio primas fuisse in Austria vlteriore, ac Bohemia. id quod non solum Tacitus demõstrat, dum ait, Pręcipua Marcomanorum gloria viresque, atque ipsa etiam sedes, pulsis olim Boiis, virtute parta: verum etiam Ptolemæus aperte delineat in tabula GERMANIÆ, ὑπὸ δὲ τὴν Γαβρητὰν ὕλην Μαρκομάνοι, ὑφ' οὓς Σούδηνοι, καὶ μέχρι τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ οἱ Ἀδραβαικάμποι. ὑπὸ δὲ τὸν Ἑρκύνιον δρυμὸν Κουάδοι, ὑφ' οὓς τὰ σιδηρωρυχεῖα, καὶ ἡ Λοῦνα ὕλη, ὑφ' ἣν μέγα ἔθνος οἱ Βαῖμοι, μέχρι τοῦ Δανουβίου. καὶ συνεχεῖς αὐτοῖς περὶ τὸν ποταμὸν οἱ Τερακατρίαι, καὶ οἱ πρὸς τοῖς καμποῖς Ῥακάται. πόλεις δὲ κεῖνται κατὰ τὴν Γερμανίαν ὑπὸ μὲν τὸ ἀρκτικὸν κλίμα. Id est, latine versum: Sub Gabreta vero sylua Marcomani, sub quibus Sudeni, & vsq; ad Danubium fluuium Adrabæ campi. Sub sylua autem Hercynia Quadi, sub quibus ferri minera, & Lunæ sylua: sub qua gens magna Boiemi, vsq; ad Danubium. Quibus contigui sunt iuxta fluuium Tiracatriæ, & penes campos Racatæ. Porro Gabretam syluam istam esse credibile est, qui hodie Silesiam à Morauia diuidit, vulgo im gesenkh / vbi Brod Brossnicz non inepte ad vetus alludere vocabulum videntur. Nec aliter primæuis Marcomanorum sedes delineat Velleius Paterculus, in historia Marobodui regis Marcomanorum, quem XII. legionibus, traiecto Danubio ex Pannoniis & Carnunto Panoniæ colonia Tiberius Cæsar petierat. Nihil iam erat in Germania (inquit) quod vinci posset, præter gentem Marcomanorum, quæ Maroboduo duce excita sedibus suis, atq; in inferiora refugiens, incinctos Hercynię syluæ cãpos incolebat. Nulla festinatio huius viri mentionẽ transgredi debet.

Primæ sedes Marcomanorum.

Maroboduus genere nobilis, corpore præualens, animo ferox, natione magis quã ratione barbarus, non tumultuarium, neq; fortuitum, neq; mobilem, & ex voluntate parentũ constantẽ inter suos occupauit principatũ: sed certũ imperiũ, vimq; regiã complexus animo, statuit, auocata procul à Romanis gente sua, eo progredi, vbi cũ propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupatis igitur, quos diximus, locis, finitimos aut bello domuit, aut conditionibus iuris sui fecit. Corpus suum custodia, tum imperium perpetuis exercitiis pene ad Romanæ disciplinæ formam redactũ, breui in eminens & nostro

quoq; imperio metuendum perduxit fastigium. Gerebatq; se ita aduersus Romanos, vt neque bello nos lacesseret: superesse sibi vim & voluntatem resistendi, si lacesseretur. legati quos mittebat ad Cæsares, interdum vt supplicem commendabant, interdum vt pro pari loquebantur. Gentibus hominibusq; à nobis desciscentibus, erat apud eum profugium: totumq; ex male dissimulato agebat æmulum: exercitumq;, quem sexaginta millium peditũ, quatuor equitum fecerat, assiduis aduersus finitimos bellis exercendo, maiori quam quod habebat operi præparabat. Eratque etiam eo timendus, quod cum Germaniam ad læuam, & in fronte Pannoniam ad dextram, à tergo sedium suarum haberet Noricos, tanquam in omnes venturus, ab omnibus timebatur: nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam, quippe cum à summis alpium iugis, quę finem Italiæ terminant, initium eius finiũ haud multo plus c c. millibus passuum abesset. Hunc virum, & hanc regionem, proximo anno diuersis è partibus Tiberius Cæsar adgredi statuit: Sentio Saturnino mandatũ, vt per Cattos excisis continentibus Hercyniæ syluis, legiones Boiohemum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est) duceret, ipse è Carnunto, qui locus Norici regno proximus ab hac parte erat, exercitum qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomanos orsus est. pręparauerat iam Cæsar hyberna ad Danubium. hæc ille. Quibus (per deos immortales) clarius nihil dici poterat, ad delineandam Austriam vlteriorem, quæ nõ solum Boiohemo veteri adiacet, verumetiam à tergo Noricum habet, & Pannoniæ superioris tractum, qui à Vienna Rabam vsq; excurrit, ducentorum deniq; millium passuum interuallo à confinibus Italiæ abesse deprehenditur. Huc pertinet & locus Arriani Nicomedensis, in historia Alexandri Magni, cum eius regis aduersus Gothos, Daciam tum incolentes, expeditionem describit: Secundum hanc pugnam (inquit) triduo Alexander ad Danubium fluuium profectus est, omnium quidem longe maximum eorum qui in Europa sunt: longissimo enim tractu per terras excurrit, gentes bellicosas pręterlabitur, & eas magna ex parte Germanas, ex quibus ipsius amnis fontes oriuntur. Earum gentium postremi sunt Quadi ac Marcomani, inde Iazyges, Sarmatarum gens. Meminit Marcomanorum his finibus & Tacitus libro secundo historiæ Augustæ, vbi refertur nominatim, quemadmodum Maroboduus rex ex Marcomanis bellum gesserit aduersus Cheruscos, & Longobardos secus Rhenum amnem colentes populos. Strabo libro septimo Geographiæ autor est, Maroboduum primum omnium Marcomanos, pulsis in Vindeliciam Boiis, in Boiobemum, hoc est cultam Hercynii nemoris regionem traduxisse: In hoc tractu (inquit) sita est Hercynia sylua, & Sueuorum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra syluam habitant. sunt & Coldulorum pleriq;, in quibus est & Boiohemum Marobodui regia: quem in locum ille cum alios plures traduceret incolas, suos conterraneos quoque Marcomanos adegit. Huc pertinere videtur, quod scribit Cor. Tacitus libro quarto historiæ Augustæ, L. Domitium, imperante Tiberio, exercitu Romano flumẽ Albim transisse, longius penetrata Germania quã quenquam priorum, & ob eam fœlicitatem insignia triumphi meruisse. Gratulatur Traiano suo Plinius in Panegyrico, quod limitem Romanum vsque ad Danubium Marcomanosq; extenderit.

Id quod insuper Marcomanorum primas secus Danubium sedes declarat, qua is Noricum ac Pannoniam superiorem præterfluit. Agunt gratias (ait) qui impetrauerunt, nõ audent queri quibus negatum est: an audeant, qui sciant te assedisse ferocissimis populis, eo ipso tempore quod amicissimum illis, difficilimum nobis, cum Danubius ripas gelu coniũgit, duratusq; glacie ingentia tergo bella transportat. Et vt haud procul Pannonia Marcomanos tenuisse appareat: Allata (inquit) erat ex Pannonia laurea, id agentibus diis, vt inuicti Imperatoris exortum victoriæ insigne decoraret. Præterea gessere bellũ contra Marcomanos, hoc ipso de quo loquimur tractu habitantes, M. Antoninus Aurelius Cæsar, & eius filius Commodus. ita enim in Marci historia Iulius Capitolinus scribit: Gentes omnes ab Illyrici limite vsq; Galliam conspirauerant, vt Marcomani, Narisci, Hermunduri, Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes & Burii. Hique alii cum Cistobocis, Victobalis, Sicobotis, Roxolani, Bastarnæ, Halani, Peucini. Imminebat & Parthicum bellũ, & Britannicum. Magno igitur labore, etiam suo, gentes aspertimas vicit, militibus sæpe inuitantibus, ducentib. etiam exercitum legatis & præfectis prætorio: accepitq; in deditionem Marcomanos, plurimis in Italiam traductis.

Ex quibus liquet, tametsi in Italiam bonam partem Marcomanorum Marcus Cæsar traduxisset, ad Istrum tamen non paucos remansisse, quorum etiam agros in formam prouinciæ Romanæ redigere statuerat Marcus, vt Marcomania inter reliquas populi Romani prouincia haberetur, vti Capitolinus idem contestatur, ita scribens: Voluit Marcomaniam prouinciam, voluit etiam Sarmatiam facere: & fecisset, nisi Auidius Cassius sub eodem

dem in oriente, qui Imperatorem se appellauit, &c. Et ne quis dubitet, Marcomanos suas adhuc sedes ad Istrum retinuisse mortuo Marco, videntur illa Herodiani verba confirmare, quæ libro extant eius historiæ quarto, cum de Bassiano Antonino Septimii Imperatoris filio, quem Caracallam cognominant, loquitur: Igitur Italia decedens (inquit) ad ripas Danubii peruenit, ac partes imperii Romani Septentrioni subiectas, vbi aut corpus exercebat aurigando, cædendisque cominus omne genus beluis, aut ius dicebat (rarius id tamen) statimq; sententiam ferens, & respondens pauculis duntaxat auditis. Cæterum Germanos sibi illic omnes adiunxit, atq; in amicitiam conciliauit: sic, vt ex his socios bellorum, & custodes corporum, validissimum quemq; & pulcherrimum sibi adsciuerit. Sæpe etiam Romano cultu deposito, vestem Germanicam induebat, atq; in eorum sagulis argento variegatis conspiciebatur: etiam flauam capiti cæsariem imponens, ad modum Germanicæ tõsuræ. Quibus læti barbari, mirifice eum diligere: gaudere etiam Romanus miles, quẽ scilicet ipse amplissimis largitionibus prosequebatur. Qui locus non nisi de Marcomanis & Sueuis potest intelligi, vt qui soli inter Germanicas nationes flauam tonsi cæsariem alere solebant.

Et ne de sedib. dubium sit (vt propono) quod in Boiohemo Pannoniæ vicini coluerint, scribit nominatim Herodianus libro primo historiæ Augustæ: ἐπιτρέψας δὲ γράμμασι, καὶ διανείμας εἰς ἐπιτηδείους τὰς ὄχθας τοῦ Ἴστρου φρουρεῖν, προστάξας τε αὐτοῖς ἀνέχειν τὰς τῶν Βαρβάρων ἐπιδρομὰς, ἐπήγγειλε τὴν ἔξοδον. οἱ μὲν οὖν ἐπιτραπέντες τὰ ἐγκεχειρισμένα, οἱ καὶ τοὺς πολλοὺς χειρωσάμενοι πλείστους τῶν Βαρβάρων ὅπλοις ἐχειρώσαντο· τοὺς δὲ ἐπὶ μεγάλαις συντάξεσιν εἰς φιλίαν ἐπηγάγοντο, ῥᾳδίως πείσαντες. φύσει γὰρ τὸ Βάρβαρον φιλοχρήματον, οἱ κινδύνων καταφρονοῦντες, ἢ δι᾽ ἐπιδρομῶν καὶ ἐφόδων τὸ χρειῶδες πρὸς τὸν βίον πορίζοντες, ἢ μεγάλων μισθῶν τὴν εἰρήνην ἀντικαταλλάσσονται. ἅπερ Κόμοδος εἰδὼς, καὶ τὸ ἀμέριμνον ὠνούμενος, ἀφειδῶς τε ἔχων χρήματα, πάντα ἐδίδου τὰ αἰτούμενα. id est, si Latine reddas: Marcus Commodus Cæsar, datis Romam literis, & constitutis militibus, qui tuendæ Istri ripę præessent, ac Barbarorum incursationes coherceerent, continuo profectionem indixit. Illi igitur mãdata sua mutuo obeuntes, haud longo tempore multos barbaros subegerunt, quosdam vero magnis præmiis deuicerunt. Quod facile cotingit, cum barbarorum natura sit amare pecuniam, pericula despicere, populationibus victum parare, aut proposita mercede pacẽ venalem habere. Hoc videns Commodus, vt pecunia maxime abundans, & cogitans vt securitatem redimeret, nihil petentibus denegauit.

Hæc Herodianus. Id quod de ALEXANDRO Imperatore similiter refert libro sexto. Ἀλέξανδρος μὲν ἐν τούτοις ἦν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ πρεσβείαν πέμψαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ περὶ εἰρήνης διαλέγεσθαι, πάντα τε ὑπισχνεῖτο παρέξειν, ὅσων δέονται, καὶ χρημάτων ἀφειδῶς ἔχειν. τούτῳ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται, φιλάργυροί τε ὄντες, καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες. Id Latine sonat: Alexander hoc tumultu decreuit, ad Germanos legatos mittere, qui de pace consulerent, pollicentes omnia principem Romanum quæ opus fuerint præstaturum, magnaq; copia pecunias daturum. Sunt enim Germani pecuniæ auidi, & nunquam pacem cum Romanis non cauponantur. Quem locum non de aliis Germanis, quam qui secus Danubium in confinibus Pannoniarum tenebant, hoc est MARCOMANIS, esse accipiendum, declarat quod eodem libro idem autor scribit: ἀπαγγέλλονται αὐτῷ τῶν ἐπιτετραμμένων τὴν Ἰλλυρίδος ἡγεμονίαν, ὅτι ἄρα Γερμανοὶ Ῥῆνον καὶ Ἴστρον διαβαίνοντες τὴν Ῥωμαίων πορθοῦσιν ἀρχὴν, καὶ τὰ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατόπεδα ἐπικείμενα. Id est, Latinis verbis expressum: A procuratoribus Illyricis literæ venerunt. Quippe significabant, Romanos Rhenum Danubiumq; hostiliter transgressos, oppugnareq; iam exercitus ripis insidentes.

De Illyrico porro, in Commentariis Romanæ Reipublicę docuimus illud ab Istro, qua Marcomanos Pannonias Noricumq; præterfluit, ad alpes vsq; Italiæ exporrectum fuisse. Atq; hactenus de Alexandro Seuero Cæsare, Marcomanos Romanæ Reipublicæ conciliante: aduersus quos & Maximinus Imperator, qui Alexandro successit, atrox bellum dubia sæpe fortuna gessit, vt Herodianus septimo præcipue libro posteris scriptum reliquit: commemorans nominatim, quemadmodum traiecto Danubio, & altero quodam flumine, in Germaniam ex Illyrico bellum transtulerit. Quæ mehercule descriptio siue topographia non de alio Germaniæ agro intelligi potest, quam de Marcomanorum limitaneis fe[illegible]bus Illyrico, hoc est Pannoniis, obrensis. Quam historiam enarrans Iulius Capitolinus quoq;: Post hæc transiit in Germaniam (inquit) cum omni exercitu, & Mauris & Osrohenis & Parthis, & omnibus quos secum Alexander ducebat ad bellum. Et ob hoc maxime orientalia secum trahebat auxilia, quod nulli magis contra Germanos quam expediti sagittarii valent.

Mirandum autem apparatum belli Alexander habuit, cui Maximinus multa dicitur addidisse. Ingressus igitur Germaniam, per ccc. vel cccc. millia barbarici soli vicos incendit, greges abegit, prædas sustulit, barbarorum plurimos interemit, militem diuitem reduxit, cæpit innumeros: & nisi Germani per amnes & paludes & syluas aufugissent,

omnem Germaniam in Romanam ditionem redegisset. ipse præterea manu sua multa faciebat: cum etiam paludem ingressus, circumuentus esset à Germanis, nisi eum equo inhærentem sui liberassent. Habuit enim hoc barbaricæ temeritatis, vt putaret, Imperatorē manu etiam sua semper vti debere. denique quasi nauale quoddam prœlium in palude fecit, plurimosq; illic interemit.

Victa igitur Germania literas Romam ad Senatum & ad populum misit, se dictante cōscriptas, quarum sententia hæc fuit: Non possumus tantum, Patres conscripti, loqui, quantum perfecimus. CCCC. millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, captiuos abstraximus, armatos occidimus, in palude pugnauimus. peruenissemus ad syluas, nisi altitudo paludum nos transire non permisisset, hæc ille. quæ non de alio Germaniæ tractu possunt intelligi, quam qui hodie in Bohemiam Morauiamq; est sectus, vbi frequentissimę paludes ac piscinæ & hodie habentur: cum in paulo superioribus agris, qua Danubius defluens, Germaniam à Rhætiis separat, per Bauariam, Palatinatum ac Wirtenbergiam, nullæ paludes lacusq; cernantur. Quin & de illa Germania gloriatur Maximinus apud Capitolinum, in historia Gordianorum, in oratione quadam ad milites, quæ Illyrico obiecta fuerat, hoc est Pannoniis: Hæc vbi comperit Maximinus (inquit) statim cohortatus est milites hoc genere concionis: Sacrati commilitones, immo etiam mei conscecranei, & quorum mecum plerique militatis, dum nos in Germania Romanam defendimus maiestatem, dum nos Illyricum à Barbaris vindicamus, AFRI fidem Punicam præstiterunt, &c.

Atque hæc habuimus, quæ de primis sedibus Marcomanorum ex fide historica dicere mus: quæ fuere, vt ad nostra tempora accommodemus, in Bohemia & Austria vlteriori, vbi adhuc vel nominis memoria quædam mansit in amne Marca, qui Austriam vlteriorē ab Hungaria seiungit: & campestribus illis, qui vulgo Marckfeld nuncupantur. Arbitror vero reliquias eius populi partim in Pannonias Galliasque (quibus Romani agros sub tributo concesserant, vt mox ostendetur) partim vero ad interiora magis a Zechis & Slauinis pulsas recessisse, vbi ad nostram memoriam Noua & Antiqua Marca nomina manent prouinciarum, Brandeburgensibus principibus subditarum: quarum incolæ vulgo, à Marcomanis nimirum, die Mercker appellantur. Recipio me ad secundam Marcomanorum in agro Treuirensi habitationem, vbi adhuc ingens & late propagatum nemus Eberswald / ab Eburonibus Marcomanorum tribu, Eberburg & Bernca stell: & ab altera tribu Harudibus, videlicet der Haÿrich / Harnberg comitatus, iustus terræ tractus, denominationes retinuerunt.

Secunda sedes Marcomanorum in agro Treuirensi.

Porro hæc gentis transmigratio duobus contigit temporibus. primo, Iulio primo Cæsare imperante, autore Ariouisto, Sueuorum Marcomanorumque rege. secundo, Tiberio imperante, qui multa milia Germanorum, Suetonio teste, in Galliam transportauit. De prima scribit Cæsar ipse libro Gallicæ historiæ primo: Hæc eodem tempore Cæsari mandata referebantur, & legati ab Heduis & Treuiris veniebant. Hedui questi, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur. Et iterum, cum Cæsaris pugnam cum Ariouisto commemorat: Tum demum necessario Germani suas copias è castris eduxerunt, generatimque constiterunt, paribusque internallis Harudes, Marcomani, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sebusii, Suevi, &c. & rursus: Paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire, & in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populo Romano periculosum videbat: neque sibi homines feros ac barbaros obtemperaturos exstimabat. Quin cum omnem Galliam occupassent, vt ante Cymbri Teutonique fecissent, in Prouinciam exirent, atque in de in Italiam contenderent. Præterea secundæ transmigrationis populi istius mentionem facit Tranquillus in historia Tiberii, cap. De militia eius: Exin Rhæticum Vindelicumque bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhætico atque Vindelico gentes Alpinas, Pannonio Brennos & Dalmatas subegit: Germanico quadraginta millia Germanorum traiecit in Galliam, iuxtaq; ripam Rheni sedibus designatis collocauit. Atque de secundis sedibus Marcomanorum tantum.

Tertia sedes Marcomanorum & Quadorum in Dacia ripensi.

Sequitur tertia eiusdem populi habitatio in Dacia ripensi, vbi modo Hungariæ & Transyluaniæ confinia sunt. Cuius meminisse videtur Tacitus libro historiæ Augustæ secundo, cum Catualdæ Marcomanorum regis, qui Maroboduo successerat, profligationem describit: Idem Catualdæ casus, neque aliud perfugium. Pulsus haud multo post Hermundurorum opibus, & Iubillio Daice, receptusque Forumiulium Narbonensis Galliæ colonia mittitur. Barbari vtrumque comitati, ne quietas prouincias mixti turbarent, Danubium vltra, intra flumina Marum & Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum.

Por-

Porro ne quis locum istum de alia prouincia quam Dacia, hoc est Transyluania, accipere possit, declarat ate locus iste Strabonis libro septimo poterit, qui sic habet: Inde quæ Berebistæ ductu in tantam conscenderat amplitudinem, demum ob domesticas seditiones, & ex Romanis bellis depressa est, tamen adhuc millia hominum quadraginta emittere apte valet. Per ipsos autem Matisius fluuius Danubium interfluit, per quem Romani milites vasa illis necessaria bellis deuehere solebant. Ergo quem Marum Tacitus, Strabo Marisium vocat, quem nostra ætate Marusium dicimus, notum Transyluaniæ fluentum. Alludit ad huiusmodi Marcomanorum in Dacia sedes, Vannianumque regnum, & Plinius libro tertio Historiæ naturalis, cap. 12. hisce verbis: Superiora autem inter Danubium & Hercynium saltum vsq; ad Pannonica hyberna Carnuntii, Germanorumq; ibi confinium, campos & plana Iazyges, Sarmatæ montes & saltus. Pulsi ab his Daci, ad Parthiscum amnem. Amerois, siue Duria est, à Sueuis regnoq; Vanniano dirimens eos. Huc pertinent, quæ de Quadis scribit Marcellinus libro Historiæ 17. His in barbarico gestis, Bregetionem castra commota sunt, vt etiam ibi belli Quadorum reliquias, circa illos habitantium tractus, lacrymæ vel sanguis extingueret. Quorum regalis Vitrodorus, Viduarii filius regis, & Agilmundus, subreguli, & alii optimates & iudices variis populis præsidentes, viso exercitu, in gremio regni, solique genitalis, sub gressibus iacuere militum. Et iterum eodem libro clarius Quadorum sedes delineans, qui Marcomanis proximi tenebant, vbi hodie est tractus Cepusiensis ac Cassouiensis: Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ (inquit) quæ secundam prospectat Pannoniam, pariq; fortitudine contra Valeriam opes barbaricas ferendo rapiendoque occurrentia, militaris turbo vastabat. Et subdit: Aderant autem illico Sarmatis periculorum Quadi participes, qui noxarum sæpe socii fuerant indiscreti. Sed ne eos quidem prompta iuuit audacia, in discrimina ruentes aperta.

Cæsis enim quampluribus, pars quæ potuit superesse, per notos colles euasit: quo euentu vires & animos incitante, iunctis densius cuneis, ad Quadorum regna properabat exercitus. Et sequitur eodem in textu: Hortante hoc exemplo clementiæ, aduolarunt regales cum suis omnibus, Araburius & Vsafer, inter optimates excellentes agminum gentilium duces: quorum alter Transiugitanorum Quadorum parti, alter quibusdam Sarmatis præerat. Depingit porro easdem Quadorum sedes idem libro 30. in tractu terræ inter Tibiscũ Marcamq; excurrente, vbi postea Moraui, Slauini atq; Hungari consederunt, hodie in Comitatus distincti regno Hungariæ subiectos, Nitriensem, Tranchiniensem, Turocensem, Aruensem, Cepusiensem, Liptouiensem, Sariensem, Abovvariensem, Cassouiensem, Soliensem, Batsiensem, Nouigradiensem, Hontensem, Tornensem, Gevvinariensem, & Zolnocensem. Agens itaq; apud Carnuntum Imperator (inquit) per continuos tres menses æstiuos arma parabat, & alimenta: si qua fors secundasset, peruasurus opportune Quados, tumultus atrocis autores. Et subdit: Ad vastandos cremandosq; barbaricos pagos, comite adiuncto Sebastiano, Valentinianus Acincum prope castra commouit: nauigiisq; ad repetinum casum coniunctis, & contabulato celeri studio ponte, per partem aliam transiit in Quados. Hæc ille. Porro in Commentariis Reipublicæ Romanæ, ruinas Carnunti atque Acinci indicauimus lectori: quorum alterum haud procul Buda, alterum in finibus Austriæ & Hungariæ fuerat. vt dubium nullum sit, Quados tenuisse in ea parte Hungariæ, quæ Morauiam, Poloniam, Austriamq; contingit, in medio scilicet duarum Marcomanorum gentium, hoc est, quarum vna in Morauia, altera in Dacia ripensi ad ostia Marisii & Carisii amnium agros colebat, ab vno eodemq; omnes rege gubernati. Porro supersunt illius habitationis in tractu terræ delineato pauca quædam vestigia, seu nuda nomina saltem. Inter Daciæ sane municipia Ptolemæus Marcodurũ recenset, vbi hodie est Marcos Zeckhi Siculorum comitatus in Transyluania. Equidem & Cassouiam atq; Casmar, nota Hungariæ loca, his in finibus à Quadis denominata, crediderim ab Auaribus & Hungaris, qui successere, deprauata, tanquã diceres Quatsou / hoc est, Quadorũ dumeta: & Quatsmarkh / hoc est, Quadorum forum, siue emporium. Cæterum Marcomanos ex Dacia pulsos à Sarmatis & Gothis autumo, Quados à Gepidis: pulsosq; in Germaniam reduxisse verisimile est, ad Sueuũ fluuium: vt haud vana coniectura forsan fuerit, Silesiorum magnam partem, & qui vicini colunt, in primis Quadorum agris Cepusienses, atq; Liptouienses, Harienses que atque Cossouienses, qui idem per omnia cum Silesiis idioma linguæ, retinent vel Quadorum, vel saltem Gepidarum esse posteritatem, ab Hunnis postea Auarib. & Hungaris subiugatam.

Sed recipio me ad quartas Marcomanorum sedes, quæ in Pannonia superiori fuere, vbi hodie est Austria citerior, ac Styræ ducatus portio: in quem tractum quater hunc populum commigrasse reperio. primò, à Claudio eo transpositos, Tacitus libro XII. memo-

Quartæ sedes Marcomanorum Pannonia & Valeria.

rat. Sub Marco deinde Cæsare, vt Iulius Capitolinus scriptum reliquit, Pannoniam superiorem & Valeriam Marcomani vi atq; armis occupauere. Tertio Galienum imperatorem Marcomanorum regi, socero suo, Pannoniam superiorem atq; Valeriam dono concessisse, Sextus Aurelius refert. de[...]iq; & Valentinianum Imperatorem rem habuisse cum Marcomanis in Pannonia atq; Valeria, multis locis Marcellinus testatur. Ab hoc expulsi, arbitror, vel in Noricum vel Rhætias cōmigrarunt.

Manserunt tamen vmbræ quædam veteris habitationis. Nam partem Styriæ inferioris, etiam nunc in der Marckh appellant: & tot sunt castra pagiq; iisdem finibus, quorum appellationes ad vocem Marcomanorum, eorundemq; tribuum Burios, Eburones, Sidones, Ligios, Arios, Quad[os]q; accedere videntur: Ebersdorf / Eberau / Elerfurt / Marckhersdorf / Hermansdorf / Hartperg / [N]eusidl / Arnstayn / Arberg / & huius generis infinita alia. Sed placet, quod proponimus, autorum fide dignorum testimoniis fulcire. Quorum scribit Corn. Tacitus libro historiæ Augustæ XII. in hæc verba: Per idem tempus Vanius Sueuis à Druso Cæsare impositus, pellitur regno, prima Imperii ætate clarus, acceptusq; popularib. mox diuturnitatem in superbiam mutans, & odio accolarum, simul domestic[is] discordiis circumuentus. Auctores fuere, Iubillius Hermundurorum rex, & Vando ac S[i]do, sorore Vannii geniti. Nec Claudius, quanquam sæpe oratus, arma certantibus barbaris interposuit, tutum Vannio perfugium promittens si pelleretur. scripsitq; P. Attilio H[i]stro, qui Pannoniæ præsidebat, legionem, ipsaque è prouincia lecta auxilia pro ripa componeret, subsidio victis, & tertori aduersus victores, ne fortuna elati nostram quoq; partem turbarent. Nam vis innumera, Ligii, aliæq; gentes aduentabant, fama ditis regni: quod Vannius triginta per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. ipsi manus propria, pedites, eques e Sarmatis Iazygibus erat: impar multitudini hostium, eoq; castellis se defensare, bellumq; ducere statuerat. Sed Iazyges obsidionis impatientes, & proximos per campos vagi, necessitudinem pugnæ attulere: quia, Ligius Hermundurusque illic ingruerant. Igitur digressus castellis Vannius, funditur prœlio: quanquam rebus aduersis laudatus, quod & pugnam manu capessiuit, & corpore aduerso vulnera excepit. Cæterum ad classem in Danubio operientem profugit. Secuti mox clientes, & acceptis agris in Pannonia locati sunt. Regnum Vando ac Sido inter se paruti sunt. hæc Tacitus. Ad hanc manum Marcomanorum cum innumeræ quotidie gentilium copiæ accederent, traiecto Istro, pulsis postremo legionibus, vniuersam Pannoniam sui iuris fecerunt: ex qua cum Italiæ etiam immiuerent, Marco Aurelio Cæsare imperante, factum est vt necessitate compulsi Romani, contendere bello cum barbaris cogerentur, accepta etiam clade viginti millium hominum, vt Lucianus in Alexandro dialogo est autor.

Hinc est quod refert Iulius Capitolinus in vita Marci Cæsaris: Dum Parthicum bellum geritur, natum est Marcomanicum: quod diu eorum q[u]i aderant arte suspensum est, vt finito iam orientali bello, Marcomanicum agi posset. Et cum famis tempore populo insinuasset de bello, fratre post quinquennium reuerso, in Senatu egit, ambos necessarios dicens bello Germanico imperatores. Tantus autem timor belli Marcomanic[i] fuit, vt vndiq; sacerdotes Antoninus acciuerit, peregrinos ritus compleuerit, Romam omni genere lustrauerit, retardatusq; a bellica profectione sit. celebrauit & Romano ritu lectistern[i]a per septem dies. Tanta autem pestilentia fuit, vt vehiculis cadauera sint exportata. Et subdit: Profecti sunt tamen paludati ambo Imperatores, Parthis & Marcomanis cuncta turbantibus. Aliis item gentibus, quæ pulsæ à superioribus Barbaris fugerant, nisi re[ci]perentur, bellum inferentibus. Nec parum profuit ista profectio, cum Aquileiam vsq; venissent. Nam plerique reges & cum populis suis se retraxerunt, & tumultus autores interemerunt. Quadi autem amisso rege suo, non prius se confirmaturos eum qui erat creatus, dicebant, q[ua]m id nostris placuisset imperatoribus. Et iterum: Posthæc ingenti moderatione ac benignitate tractauit, contra Germanos res fœliciter gessit. Speciale ipse bellum Marcomanicum, sed quantum nulla vnquam memoria fuit, tum virtute, tum etiam facultate transegit: & eo quidem tempore, quo pestilentia grauis, multa millia & populorum & militum interemerat.

Pannonias ergo Marcomanis, Sarmatis, Vandalis, simul etiam Quadis extinctis, seruitio liberauit: & Romæ cum Commodo, quem iam Cæsarem fecerat, filio, vt diximus, suo triumphauit. Et iteru: Marcomanos in ipso tr[an]situ Danubii deleuit, & prædā prouincialib. reddidit. Gētes omnes ab Illyrici limite vsq; in Galliā cōspirauerāt, vt Marcomani, Narisci, Hermunduri, Quadi, Sueui, Sarmatæ, Latringes & Burii. Hi aliiq;, cum Victobalis, Sosibes, Sicobates, Roxolani, Bastarnę, Halani, Peuc[in]i, Costoboci. Imminebat & Parthicū bellū, &

Bri-

Britannicum. magno igitur labore etiam suo, gentes asperrimas vicitmilitibus sæpe inuitantibus, ducentibus etiam exercitum legatis & præfectis prætorio: accepitq; in deditionē Marcomanos, plurimis in Italiam traductis. Hæc Capitolinus: ex quibus colligimus, Marco Cæsare imperante, Marcomanos, cum numero & viribus in Pannonia succreuisseot, bello victos, exoneratàq; gentis multudine alio collocatos fuisse.

Quanto vero sudore sanguineq; hoc consecutus Marcus Cæsar sit, Capitolinus in eius vita porro ostendit: Cum autem ad hoc bellum omne ærarium exhausisset suum, neque in animum induceret, vt extra ordinem prouiocialibus aliquid imperaret, in foro diui Traiani auctionem ornamentorum Imperialium fecit, vendiditq; aurea pocula, & crystallina & 10 myrrhina, vasa etiam regia, & vestem vxoriam, sericam, auratam, gemmasq;. Et subdit: Armauit etiam gladiatores, quos Obsequentes appellauit: latrones etiam Dalmatiæ atque Dardaniæ milites fecit. Armauit & Diocynitas. emit & Germanorum auxilia contra Germanos. omni denique diligentia parauit legiones ad Germaoicum & Marcomanicū bellum. Et ne prouincialibus esset molestus, auctionem rerum multarum, vt diximus, fecit in foro Traiani, in qua propter vestes & pocula, & vasa aurea, etiam signa cum tabulis magnorū artificū vendidit. Huius porro & belli & historiæ Suidas meminisse videtur, ita scribens: παρὲξ τὴν ἰδίαν δίαιταν πολύ τι πλῆθος χρημάτων κεκτημένος, ἐπειδὴ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν ἔς τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν φίλων ἐξανάλωσε δωρεάς, τῶν δημοσίων θησαυρῶν πλῆθος καταλιπὼν ἄθικτον χρημάτων. Id est, si latine reddatur: Præter propriam vitæ substantiam, multum pecuniarum corrasit. postquam vero in 20 ducem Romanum euasit, propriam facultatem in dandis amicis & stipendiariis distribuit: publicos thesauros reliquit intactos. Alii eum publico foro res suas venales habuisse dicūt, in bello contra Marcomanos gesto. Meminit præterea huius belli, & quibus ducibus illud administrarit, Lucianus in Alexandro dialogo scribens: ἔχων γὰρ ἤδη μακρὰν ἐπίβασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν αὐλήν, καὶ τὸν Ῥουτιλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, διαπέμπεται χρησμὸν τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Id est, si latine reddas: Dum iam liberum aditum in regiam possideret, inq; palatia, præsertim Rutilliano rem adiuuante atq; appropinquante, cum bellum quod in Germania gerebatur, maxime flagraret, Diuus Marcus Antoninus cum Marcomanis & Quadis manus conserebat. Porro meminit & Marcelli cuiusdam Suidas, & Pertinacis Herodianus, eius nempe qui ad imperium occiso commodo Cæsare perue-30 nit: & horum quoq; opera in Marcomanis debellandis, & ex Pannonia profligandis, Marcum Cæsarem vsum fuisse referentes. id quod Orosius, orthodoxæ pietatis præceptis imbutus, libro septimo, capite nono, Christianis militibus, quos in procinctu castrorum Romani in solo Barbarico tum habuerant, acceptum refert. Exercitum vero Romanum (ait) cunctasq; legiones per propinqua late hyberna dispositas, ita consumptas ferunt, vt Marcomanicum bellum quod continue exortum est, non nisi nouo delectu militum, quem triennio iugiter apud Carnuntum Marcus Antoninus habuit, gestam fuisse referatur. Hoc quidem bellum prouidentia Dei administratum fuisse cum plurimis argumentis, tū præcipue epistola grauissimi & modestissimi Imperatoris apertissime declaratum est. Nā cum insurrexissent gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcoma-40 ni, Quadi, Vandali, Sarmatæ, Sueui, atq; omnis pene Germania, & in Quadorum vsq; fines progressus exercitus, circumuentusq; ab hostibus propter aquarum penuriam, potius sitis quam hostium periculum sustineret, ad inuocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia, quidam milites, effusi in preces palam fecerant, tanta vis pluuiæ effusa est, vt Romanos quidem largissime, ac sine iniuria refecerit: barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, præsertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit. Quorum terga Romani vsq; ad internecionem cædentes, gloriosissimam victoriā, & omnibus pene antiquorum titulis præferendam, rudi paruoq; militum numero, sed potentissimo Christi auxilio reportarunt. Extare etiam apud plerosque dicuntur literæ imperatoris Antonini, vbi inuocatione nominis Christi per milites Christianos & sitim illā expulsam, 50 & collatam fuisse victoriam testatur. hæc Orosius.

Quam historiam aliter, vt homo gentilis, & Christianorum acerrimus hostis, referens Lucianus, in dialogo quem Alexandrum inscripsit, oraculo Apollinis, quod in his turbis consuluerat, admonitum MARCVM Imperatorem, leones cateruis Germanorum, vtpore animalia insueta, immisisse, atque ita vicisse tradit. Sed libet Luciani verba subiicere: ἠξίου δὲ ὁ χρησμὸς δύο λέοντας ἐμβληθῆναι ζῶντας εἰς τὸν Ἴστρον, μετὰ πολλῶν ἀρωμάτων καὶ θυσιῶν μεγαλοπρεπῶν. ἄμεινον γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν τὸν χρησμόν.

εἰς δίνας Ἴστροιο διιπετέος ποταμοῖο
ἐμβαλέειν κέλομαι δοιούς, Κυβέλης θεράποντας,

Θέσθαι ὀρειτροφίας καὶ ὅσα τρέφει Ἰνδικὸς ἀήρ,
ἄνθεα, καὶ βοτάνας εὐώδεας· αὐτίκα δ' ἔσται
νίκη, καὶ μέγα κῦδος ἅμ' εἰρήνῃ ἐρατεινῇ.

Γενομένων δὲ τούτων, ὡς προσέταξε, τοὺς μὲν λέοντας, ἐκνηξαμένους ἐς τὴν πολεμίαν, οἱ βάρβαροι ξύλοις κατειργάσαντο, ὥς τινας κύνας ἢ λύκους ξενικούς, δισμυρίων που σχεδὸν ἀθρόων ἀπολομένων, εἶτα ἠκολούθησε τὰ περὶ Ἀκυληίαν γενόμενα, καὶ ἡ παρ' ὀλίγον καὶ πόλεως ἐκείνης ἅλωσις.

Porro oraculum Apollinis Latinis versibus redditum sic habet:

Gurgitibus fluuii turgentis ab imbribus Istri,
Immisisse duos Cybeles edico ministros,
Monte feras altas: tum quantum alit Indicus aer
Florum atq; herbarum benolentium, moxq; futura est 10
Et victoria, pax & amabilis, & decus omne.

Quarta Pannoniae Marc. mannorum incolatus.

Et hactenus quidem de quarta Marcomanorum Quadorumq; in Pannonia superiori & Valeria habitatione. Quos, vt ostendimus, Marcus Aurelius Caesar inde expulit, vsus in hoc opera Marcelli, Rutiliani, Pertinacis & Seueri Septimii: qui duo postremo ad apicem Imperialis dignitatis peruenere. Reperio vero & antea Iulio & Octauio imperantibus, Marcomanos Quadosq; agros aliquot Pannoniae coluisse, quibus eos Octauius & Tiberius Caesares exuere: quos, vt ostendimus, sub Hadriano recepere. Et cum iterum ex his essent finibus per Marcum Antoninum profligati, sub Commodo, & rursus Bassiano imperante, receperunt, iterum ab Alexandro Caesare inde eiecti. Vnde scribit Sextus Ruffus: 20 Sub Iulio & Octauiano Caesare (inquit) per Alpes Iulias iter factum. Alpinis omnibus victis, Noricorum prouinciae accesserunt. Batone Pannoniorum rege subacto, in deditionē Pannoniae venerunt. Amantinis inter Sauum & Drauum prostratis, regio Sauiensis & secundarum luca Pannoniarum obtenta sunt. Marcomani & Quadi de locis Valeriae inter Danubium & Drauū pulsi sunt, & limes inter Romanos & Barbaros ab Augusto per Vindeliciam, Noricum, Pannoniam & Moesiam constitutus est.

Porro rediisse in Pannoniam, Hadriano imperante, credibile est. Refert namq; AElius Spartianus, Hadrianum Germanos in amicitiam recepisse, illisq; regem dedisse. Itaq; cum à Marco Caesare expulsi postea fuissent, quod aucta multitudine infesta signa in prouincias Rom. populi proximas intulissent: Commodus tamen filius Marci ex ignauia, eum bellicis exercitiis intermissis, totum se libidinibus dedisset, promisso insuper tributo annuo, vt 30 pacem mercaretur, Marcomanos rursus in Pannoniarum portione secus Danubium recepit. vnde est, quod Herodianus libro primo historiae Augustae scriptum reliquit: Marcus Cummodus Caesar, datis Romam literis, ac constitutis militibus, qui tuendae Istri ripae praeessent, ac barbarorum incursationes cohercerent, continuo profectionem edixit. Illi igitur mandata sua mutuo obeuntes, haud longo tempore multos barbaros subegerunt, quosdam vero magnis praemiis deuinxerunt. Quod facile contigit: quum barbarorum natura sit amare pecuniam, pericula despicere, populationibus victum parare, aut proposita mercede pacem venalem habere. Hoc videns Commodus, vt pecunia maxime abundans, & cogitans vt securitatem redimeret, nihil petentibus denegauit. 40

Ex quibus liquet, petentibus Marcomanis auitas in Pannoniis sedes denegare non potuisse. Quibus finibus cum Seuerus Septimius cohercuisset, eos tamen iterum Bassianus filius eius, quem Caracallam cognominant, in amicitiam suscepit, confirmata pristina habitatione. Huc pertinet nimirum, quod Herodianus scribit libro historiae Augustae quarto, in historia Bassiani: Igitur Italia decedens, ad ripas Danubii peruenit, ac partes Imperii Romani Septentrioni subiectas, vbi aut corpus exercebat aurigando, caedendisq; cominus omne genus beluis, aut ius dicebat (rarius id tamen) statimq; sententiam ferens & respondens, pauculis duntaxat auditis. Caeterum Germanos sibi illic omnes adiunxit, atq; in amicitiam conciliauit, sic vt ex his socios bellorum, & corporis custodes, validissimum quemq; & pulcherrimum sibi asciuerit. Saepe etiam Romano cultu deposito, vestem Germanicam 50 induit, & in eorum sagulis argento variegatis conspiciebatur, etiam flauam capiti caesariem imponens, ad modum Germanicae tonsurae. Quibus laeti Barbari, mirifice eum diligere: gaudere etiam Romanus miles, quem scilicet ipse amplissimis largitionibus prosequebatur. haec Herodianus. Quae luculenter declarant, Marcomanos, vtpote Danubii accolas in limitibus, (vnde & gentilitio sermone denominati fuerant) in societate, & populi Romani amicitia tum habitos fuisse.

Quos mox, cum insolentius spiritus extulissent, ac non contenti suis finibus, Romanas proximas prouincias inuasissent, Alex. Caesar, Bassiani ex Māmea filius cohercuit, & ad istrū, vltraq; illud fluentum cedere coegit, Sic n. Herodianus lib. 6. scribit: Statum nuncii literaeq; ab Il-

ab Illyricis procuratoribus adfuerunt, qui cum vehementer perturbarent, curamque animo maiorem inijcerent (quippe significabant, Germanos Rhenum Danubiumque transgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse, oppugnateque iam exercitus ripis insidentes, per vrbes & vicos magnis copiis excurrere) quapropter haud leuiter Illyricas nationes, cōterminas vicinasque Italiæ periclitari. opus esse igitur ipsius præsenna, totoque quantum secum exercitum haberet. Hæc & formidinem Alexandro, & Illyricis militibus mœstitiam attulerunt. Quippe duplici calamitate vsos se intelligebant: quod & ipsi male excepti in acie aduersus Persas fuerant, & suos domi cæsos à Germanis audiebant. Quare indignabantur, atque Alexandro succensebant, tanquam res in oriente prius vel metu, vel ne-
10 gligentia prodidisset: nunc autem rebus ad septentrionem vocantibus, metu cunctaretur. Erant autem Alexander iam, atque amici eius, etiam de ipsa Italia soliciti. neque enim par periculum à Persis atque a Germanis impendebat. Nam qui sub orientem habitant, magno terrarum marisque interuallo discreti, Italiæ vix nomen audiunt. At Illyricæ gentes, angustæ videlicet, neque multum agri Romanis subiecti possidentes, solæ discrimen faciunt inter Italiam atque Germaniam. Edicit itaque profectionem ingratis atq; ægreferens, vrgente tamen necessitate. Relictis autem copiis, quantas fore satis tuendis Romanis ripis arbitrabatur, castrisque & castellis diligentius communitis, ac præsidio firmitatis, ipse aduersus Germanos cum reliqua omni multitudine approperabat. hactenus Herodianus. Quæ luce clarius ostendunt, ab Alexandro Cæsare Marcomanos è finibus Pannoniæ tum pul-
20 sos fuisse. In quos rursus tamen, vix vigesimo elapso anno Galieni Cæsaris beneficio rediere. Id quod Sextus Aurelius Victor, in historiarum Epitome his verbis ostendit: Galienus quidem in locum Cornelii filii sui, Salonianum alterum filium subrogauit, amori diuerso pellicum deditus. Saloninæ coniugis, & concubinæ, quam per pactionem concessa parte superioris Pannoniæ, à patre Marcomanorum rege, matrimonii specie susceperat, Pipam nomine. Ita igitur firmatis sedibus in Pannoniarum agro, primum omnium Aureliano se Cæsari opposuere, vt Flauius Vopiscus in eius testatur vita: Item Aurelianus contra Sarmatas & Sueuos iisdem temporibus vehementissime pugnauit, ac florentissimam victoriam retulit. Accepta est sane clades sub Aureliano à Marcomanis, per errorem. Nam dum is à fronte non curat occurrere, subito hostes erupere. dumque illos à dorso persequi parat, o-
30 mnia circa Mediolanum grauiter vastata sunt, postea tamen ipsi quoque Marcomani superati sunt. Ex quo loco colligimus, Aureliano imperante res Marcomanorum vires in Pannoniis eo vsque inauctas fuisse, vt signa infesta Italiæ inferre ausi fuerint. id quod Valētiniano primo rerum potito rursus ausi fuere. Quippe cum & multitudine paulatim succreuissent, & Romano contempto obsequio, in fines Romanos infestis signis transissent, à Valentiniano tum temporis Imperatore non solum coherciti, sed in seruitutem longe maiorem redacti sunt, multis millibus vltra Danubium transpositis. Scribit enim Marcellinus libro XVI de Constantio Cæsare locutus, nominatim: Cupiens igitur Augustissima omnium sede morari diutius Imperator, vt ocio puriore frueretur, & voluptate, adsiduis nunciis terrebatur, & certis, incusantibus Sueuos Rhætias, Quadosque Valeriam, & Sar-
40 matas latrocinandi peritissimum genus superiorem Mœsiam, ac secundam populari Pannoniam. Et iterum libro decimo septimo: Augusto inter hæc quiescenti per hyemem apud Sirmium nuncii graues ac crebri, permixtos Sarmatas & Quados, vicinitate & similitudine armorum armaturæque concordes, Pannonias, Mœsiarumque alteram, cuneis incursare dispersis. Et subiiciens, tanquam digito Pannoniam superiorem monstraret: Gerebantur hæc in ea parte Sarmatiæ (inquit) quæ secundam prospectat Pannoniam, parique fortitudine Valeriam. Et rursus libro 29, Valentiniani historiam retexens: Dum hoc puluere per Mauritaniam (inquit) dux ante dictus anhelat, & Aphricam, Quadorum natio mota est, insultu repentino, parum nunc formidanda: sed in immensum, quantum antehac, bellatrix & potens, vt indicant properata. Quoniam raptim obsessa ab eisdem Mar-
50 comanis Aquileia diu, Opiterglumque excisum, & cruenta quamplura per celeres acta procinctus, vix resistente prætuptis Alpibus Iuliis primicetio, quem antea docuimus, Maricco, &c. Et subdit: Et cum ad Valeriæ spacia longe remota secessissent, captorumque didicissent indiciis, illinc properato pergebant gradu frendentes, hacque ex causa iugulō eius intēti, quod per ipsum circumuentum regem existimabant insontem. Hæc vero eiusmodi sunt, quæ illustri testimonio & Marcomanorum habitationem per vniuersam Pannoniam vsq; in Forumiulium demonstrant: & causas insuper declarant, quamobrē Valentinianus hanc bello nationem fuerit adortus, atque è Pannonia pro parte eiecerit. Meminit & Iordanandes eius belli, libro de successionibus temporum: Germani (inquit) & Alani Gallias deprædantes, Rauennā vsq; venerunt. Græciam Gothi vastantes, Quadi & Sarma-

tæ Pannonias inuaserunt. Sed libet plura ex Marcellino loca referre, quæ demonstrant, non solum Marcomanos in Pannonia Valentiniano primo, & eius filio Gratiano imperantibus, tenuisse: verum etiam proprium per Valeriam (hæc superioris Pannoniæ secus Drauum amnem pars erat) regnum excitasse: Sed Maximus (inquit Marcellinus) in omne auidus nefas, & genuinos mitigare nequiens flatus, quibus præfecturæ accesserat tumor, increpabat Equitium, per Illyricum eo tempore magistrum armorum, vt peruicacem & desidem, necdum opere quod maturari dispositum erat, consummato: addebatque, vt insolens in commune, quod si paruo suo Marcellino deferretur potestas per Valeriam, ducis munimentum absque vlla causatione consurgeret. Vtrumque mox est impetratum. Qui promotus, profectusque eum venisset ad loca, intempestiue turgens, vt filius nullis affatibus delinitus, his quos nunquam tentare cupiditatis figmenta regionum suarum faciebant extorres, plus paulo ante inchoatum adgreditur, admissa copia rogandi suspensum. dumque Gabinium regem, ne quid nouaretur, modeste poscentem, vt adsessurus humanitate simulata, eum aliis ad conuiuium conrogauit. Quem digredientem, post epulas hospitales, hospitii sanctitate nefarie violata, trucidari securum effecit. Cuius rei tam atrocis disseminatus rumor illico per diuersa, & Quados, & gentes circumsitas efferauit: regisque flentes interitum, in vnum coactæ, misere vastatorias manus. Quæ Danubium transgressæ, eum nihil expectaretur hostile, occupatam circa messem, agrestem adortæ sunt plebem. His adde locum eiusdem autoris libro tricesimo: Agens itaque apud Carnuntum Imperator (inquit) per continuos tres menses æstiuos arma parabat, & alimenta, si qua sors secundasset, peruasurus opportune Quados, tumultus atrocis autores. Et subdit: Progressus ergo coacto gradu, in quantum res tulit, iugulataque ætate promiscua, quam etiam tum palantem subitus occupauit excursos, tectis combustis, rediit cum incolumibus cunctis, quos duxerat secum. Itidem apud Aenicum moratus autumno præcipiti, per tractus conglaciari frigoribus adsuetos, commoda quærebat hyberna: nullaque sedes idonea poterat reperiri, præter Sabariam, quamuis eo inualidam tempore, adsiduisque malis adflictam. Vnde hoc, etiamsi magni intererat, paulisper sequestrato, impigre motus, pera grata fluminis ripa, castrisque præsidio competenti munitis, atque castellis, Bregetionem peruenit. hæc ille. Quæ in nullam aliam prouinciam, quam superiorem Pannoniam, & præcipue Austriæ agrum quadrant. Erant enim Carnuntum & Bregetio Austriæ superioris oppida, quorum primi ruinæ in Austria inferiori, alterius vero super Comaron, notissimum regni totius munimentum, supersunt, vt postremo Commentariorum Reipublicæ Romanæ est definitum. Atqui à Carnunto hic Marcellinus refert, Merobaudem ab occasu, & ex alia parte ipsum Cæsarem, ab Aenico, cuius prope Budam vestigia supersunt, ad Quados mouisse. Quod per memorabilem illam Danubii insulam contigerit oportet, quam hodie Schutt/ ab affluentia nimirũ rerum omnium, vocant. Ex quibus iam omnibus luce clarius liquet, Marcomanos Quadosque non solum in Austria inferiori in finibus Viennæ, verum etiam in Styria, hoc est Valeria veteri, tenuisse: vbi Gabinio rege quodam, imperãte Valentiniano, moderabantur, cum in vicinia Romani Marcellinum ducem, vtpote Valeriæ, vel tum habuerint: de quo quidem Valeriæ ducatu libro Commentariorum Reipublicæ Romanæ secundo prolixe à nobis est actum. Hic iam quæstio se offert, an post illa adhuc tempora hi populi sedes illas tenuerint. Equidem & Theodosii Honoriiq; ætate autores classici Germanorum in illis videntur finibus meminisse. Scribit enim autor Supplementi, Græcus, vt opinor, quod Eutropio accessit: Ita ergo Theodosius, nemine sentiente vacuas alpes intrauit, atque Aquileiam improuisus adueniens, magnum hostem ac trucem, Maximum, & ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa & stipendia solo terrore nominis exigentem, sine controuersia clausit. Huc videtur allusisse Claudianus in primo Panegyrico Stylieonis:

Regia Romanis disquirit crimina carcer,
Marcomanus Sueuusq; docent: quorum alter Hetruscum
Pertulit exilium, cum se promitteret alter
Exulis vltorem, iacuit mucrone suorum:
Res ausi conscire nouas, odioque furentes
Pacis, & ingenio, scelerumque cupidine fratres.

Cæterum, vt tandem colophonem imponamus huic quartæ Marcomanorum in Pannoniis habitationi, non displicet mihi BEATI RHENANI, doctissimi viri, coniectura, in Commentariis rerum Germanicarum asserentis, Austriacos Styriosque Marcomanorum esse posteritatem. Quot vt facilius credam, inducunt me appellationes prouinciarum illarum,

rum, vt illæ ante annos quadringentos nominatæ fuere. Marcham namque orientalem maiores nostri vocabant, quam modo Austriam dicimus: & marcham Carnorum, Styriorumque, cuius portio adhuc hodie Hungariæ vicina, in ducatu iam Styriæ, vetus nomen retinuit In der Marckh/ die Marckhweyn/ vbi sunt ciuitates Rakhersburgum, Firstinfelda, Harpergum, vbi generosa admodum vina proueniunt, vulgo dicta die Marckhweyn. Imo vernaculo sermone totum Styriæ ducatum Styremarcham nominare solemus. Ibidem & Marchburgum oppidum est, quod tamen in Commentariis Reip. Rom. à Marcianis castris deduximus. Sunt denique in hisce finibus per Styriam inferiorem, Austriamque, pleraque castra ac vici alludentia ad vocem Marcomanorum Quadorumque, Marckhdorf/ Marckhenstayn/ Marchpach/ Quanach/ Quacberg/ Quanahtall. Quin & marcha Wendorum in his finibus est, qua ex Valeria in Istriam profectio est. Isthic à Buriis, tribu videlicet Marcomanorum, multa loca nomenclaturam retinuerunt: Berna, Brundel/ Burnpamenwald/ ingens nemus, quod Carniolam ab Histria separat, vbi Burni municipii rudera esse quærenda, in Commentariis Romanæ Reipublicæ docuimus, cuius meminit Procopius in Gothica historia his verbis: Asinarius itaque, vbi in Sueuiam venit, Barbarorum contraxit exercitum. Vligisalus vero solus in Liburniam Gothos ducebat. Qui vbi cum Romanis, apud Sardonem (id loco nomen) acie conflixisset, victi bello, ad Burnum vrbem se receperunt. Et iterum: Vacarus interim Burnus genere paulo ante è vita excesserat, vir sane grauis & bellicosus. Huius Theodibaldus filius, cum Burnis suis sequacibus Imperatori Romano statim accessit. Sed hæc hactenus. Venio ad quintam Marcomanorum Quadorumque habitationem, quæ fuit in Silesia, Brandeburgensique marcha: vbi a veteribus incolis duplex adhuc Marcha, Noua & Antiqua, distinguuntur, & cuius agri incolæ in hunc vsque diem appellantur, die Marckher. Ad hoc alludit nimirum Supplementum Eutropii, à Græco quodam, vt arbitror, scriptum, cum de Athilæ Hunnorum regis, illo famigeratissimo ad Rhenum & in Galliam procinctu agit: Erant siquidem eius subiecti dominio, rex ille Gepidarum famosissimus Audaricus: Walamyr etiam Gothorum regnator ipse, cui tunc seruiebat Nobilior, fortissimæ nihilominus gentes, Marcomani, Sueui, Quadi, præterea Heruli, Turcilingi siue Rugi cum propriis regulis. aliæque præter hos barbaræ nationes, in finibus Aquilonis commanentes. Horum omnium Athila superbus imperio, quanquam robore facile se posse adipisci putaret quod cuperet, tamen consilii astutia magis quam armorum fortitudine hostes aggredi satagebat. Quem locum fere repræsentare videtur liber Annal. antiquorum à nobis repertus, vbi eadem historia legitur in vulgari idiomate nostro in hæc verba: Da der Khünig Etzl Flandern/ vnd Frankhreich gäntzlich zerstört/ da kham er hin gen Cöln an den Rheyn/ vnd döttet Vrsulam des Khünigs dochter von Britannia/ mit aynlif tausent mayden. Darnach zoch er gen Türingen in das land/ vnd riffet ainen hoff pey der stat Isanach genant/ vnd sendet da ain grosse menge vnd heer gen den Marckhen. Ex quibus liquet, magnam Marcomanorum Buriorumque partem abductam ab Athila, sedes accepisse secus Rhenum fluuium, vbi hodie est Eberswald a Buris denominatus, & Ardenna sylua, cum Arnberg castro, & comitatu duplici, amneque Ar, quod Aisiam irrigat ab Ariis insignita: quos Procopius Græcus autor Arborichos vocasse videtur, deprauato Germanico vocabulo. Sed libet locum inserere: In Gallias alia plerăque flumina sunt, sed Rhodanus in primis, & Rhenus, hinc defluunt, diuersa tamen & contraria ab inuicem via labuntur. Rhodanus siquidem in mare Tyrrhenum exit, & in Oceanum Rhenus immittit. paludes præterea hisce in locis non paucæ, vbi primitus Germani, gens barbara, habitabant: nec magni tunc primum momenti viri, qui Franci nunc vocantur. His finitimi Arborichi accolæ erant: qui cum cætera Gallia, atque item Hispania, iam pridem Romanis parebant. Post hos in orientem solem Tungri barbari sunt, qui Cæsaris AVGVSTI permissu sedes has tenuere: Et ab his Burgundiones, procul ad Notum ventum vergentes inhabitant. Sueui deinceps, & Alemanni, gens valida, liberi omnes & iamdiu hæc incolunt loca. Temporis vero processu Visogothi, vi in Romanum Imperium facta, Hispanias omnes & Gallias, vltra Rhodanum flumen suæ ditioni subactas, vectigalesque redditas tenuere. Erant autem Arborichi Romanorum tunc milites, quos sibi Germani cum obedientes facere & subditos vellent, vt qui finitimi essent, & pristinos vitæ mores penitus immutassent, eorum agros assidue populari, & hos copiis vniuersis inuadere: Arborichi vero, cum & virtutem præ se, & erga Romanos beneuolentiam ferrent, viros fortes eo se in bello præstiterunt. Cumque his vim inferre Germani non possent, societatem saltem vt secum inirent, & mutua inter se facerent connubia, precabantur. Quas non inuiti conditiones Arborichi mox accepere. Erant namque vtrique Christianę fidei assectores.

Quinta Marcomanorum habitatio marcha Brandeburgensis, secus Oggideram flumen.

Sexta Marcomanorū habitatio in tractu Treuirensi.


Hactenus Procopius de Arborichis: hoc est, si veterem & gentilitiam linguam Teutonicam sequatis, die Harudenrichen/ siue Arijreichen/ hoc est opulenti Harudes, siue Arii, quos posteriora secula Armoricos nominabant, qui deinceps pulsi à Francis Belgicæ littoralem oram occupauerant. Vbi Armorica prouincia constituta fuit, quam circa annum Domini noningentesimum a nato Christo, alia manus Marcomanorum, eorum qui Mertii vocabantur, adueniens, eo quod è Marcomanorum octaua habitatione longis huc itineribus aduenisset, abusq; Cimbrica Chersoneso, insessam Nordmanniam denominauerat. Qua de re postea seorsim tractaturi sumus. Sane & in Treuirensi tractu, vt diximus, & in Brandeburgensi principatu, reliquiæ ac testimonia gentis auitæ non contemnenda cernuntur.

Septima Marcomanorum habitatio in Belgica littorali.

Superest adhuc in Belgis eorum finium principatus, Marck nomine, das Fürstentumb von der marck vulgo: In Germania vero inter Salam & Oderam marcha Lausnitiæ, marcha Misniæ, Marsenburg & Brandeburgum, à Marcomanis Buriisque antiquis colonis denominationem retinuerunt. Vitikhindus in historia Henrici & Ottonis, hoc nomine primorum Augustorum, Marsenburiorum legionis in commemoratis finibus meminisse videtur. Adhæc in Belgicæ littorali ora, vbi cum Armoricos, hoc est diuites Arios (Marcomanorum hæc tribus erat) tum Nordmannos, eiusdem populi propagines, Marcomanorum videlicet, coluisse diximus, & Nordmanniæ vox Armoriciæque superest, & Eburonica, iustus terræ tractus, a Buriis vel Eburonibus Marcomanorum tribu vocatus. Armoricorum posteritatem non semel, nec sine pernicie, Alsatia ac Heluetia sensere, imperante & Alberto, & post hunc Friderico tertio: vulgo Germani veteri voce corrupta appellabant die Armen Jäcken. Sed recipio me ad octauam habitationem, & penultimam, in ora Germanici maris, quæ ex Dania vsque in Flandriam excurrit: vbi Mertii, qui à sedibus vnde venerant, Norduegia videlicet, & Nordmanni appellabantur, multo tempore cum Imperatoribus, Carolo Caluo, Carolo Crasso, Arnulpho, Ludouico, Henrico primo, & Ottoni, tum vero præcipue Angliæ regibus negotium non leue facesserunt. Vnde legitur in Annal. vetustis, à nobis repertis, Pendam Martiorum regem, Osualdum Angliæ regem, quem inter Sanctos numerāt, in acie victum occidisse. de quo mox Osvvi, Osvvaldi filius, vltionē exigens, Pendam eundem Martiorum regem & vicit & interemit. Verba Annalium subscribam: Anno Domini DCLIII, Penda rex ab Osvvi rege victus est, & gens Martiorum Christiana efficitur. Anno DCLVII, Willihere filius Pendam rex Mertiorum effectus, regnauit annos XVII. Anno DCCXXVII, Echtenred rex Mertiorum, Romam venit ad Constantinum papam, & cum illo Offa filius Sigiheri regis, ibique monachi facti, in seruitio Dei vitam finierunt. hactenus Annales. Porro hic ille est Offa, qui in Germania haud procul ab Argentorato Schutrense cœnobium extruxit, atque ditauit: Offenburgumque vicinum oppidum à se conditum denominauit. Cæterum ab illa tempestate deleta magna ex parte Mertiorum gente altera manus Marcomanorum ex Dania (quæ adhuc hodie à veteribus incolis Dennenmarcha vocatur, & Ditmarsen, hoc est Teutonici Mertii) erupit, ac classibus in Germanico oceano inuecta, pene seculum piraticam exercuit: ac postremo Armoricam, congentilium quondum prouinciam, Rollone rege ductore occupauit, Imperii habenas Henrico primo tenente. Hanc Marcomanorum posteritatem, quia Belgicarum incolæ Franci, suo more Nordmannos à sedibus Septentrionalibus, vnde venerant, nominassent, factum est, vt antiqua voce Belgica littoralis, hoc est Armorica paulatim abolita, ea deinceps prouincia à nouis incolis Nordmannia vocaretur. Ac ne dubium vllum sit, Nordmannos eosdem illos Marcomanorum extitisse posteritatem, in antiquissimis Annalibus, Francorum historiam ac Caroli magni genealogiam continentibus, membrana longe omnium antiquissima scriptis, hæc nominatim verba excerpsimus. Literas quippe, quibus sunt vsi Marcomani, quos nos Nordmannos vocamus, infra scriptas addidi: à quibus originem, qui Theodiscam loquuntur linguam, trahunt, cum quibus carmina sua, incantationesque ac diuinationes significare procurant, qui adhuc pagano ritui inuoluuntur. Et depingens illas literas, sic subdit:

Octaua habitatio Marcomanorum in Germania littorali & Dania.

Marcomanorum Septentrio in Dania.



Cæteræ literæ, in eodem antiquo codice desiderantur, & ob nimiam vetustatem legi nō possunt. Hactenus de Marcomanis, ex Germania in Daniā, & inde in Belgicæ maritimam oram

oram transmigrantibus. Vnde rursus non contenti hisce nouis quæsitis sedibus, classe, cui erant præ aliis populis assueti, nauigarūt ex Oceano in mediterraneum, Roberto quodam duce, Tancredi filio: vbi stipendio conducti, & animati ab Othone tertio eius tempestatis Imperatore, aduersus Sarracenos, qui illo seculo orbē Christianū miris affligebant modis, Apuliam & Siciliam, quas prouincias Sarracenis præripuerant, inhabitādas, autoritate etiam cum pontificis Rom. tum Imperatoris, accepere, à regibus ordine gentilitiis gubernati, Roberto primo, Roberto secundo, Rogerio, Wilhelmo & Tancredo. De quorum genealogiis, aliorumque, vtpote Daniæ & Nordmanniæ regū, Brandeburgensiumque veterum principum exordiis, quod superest tractaturi, ita librum hunc claudemus.

30

CATALOGVS MARCOMANORVM REGVM, *ad Albim in Boiohemio, Morauia, Austriaque regnantium, ab initiis constituta Romana monarchia.*

1 MAROBODVVS, ex Sueuorum rege primus, vt est autor Strabo libro septimo Geographiæ Marcomanos in Boiohemum traduxit, bello petitus à Tiberio Cæsare, vt scribit Tacitus Patereulus ad cuius nomen adhuc loca quædam in Bohemia alludunt, Budovviza, Budua, &c.

2 CATVALDA, ex rege Gotinorum, pulso Maroboduo (qui Rauennæ in exilio diu vixerat) Marcomanorum rex efficitur. Meminit Cor. Tac. lib. Hist. Augustæ 2.

40 3 IVBILIO, vulgo forte der Geppl / ex rege Hermūdurorum, qui agros in Voitlandia & prope Noribergam colebant, pulso Catualda (qui exilio apud Forumiulium Narbonensis prouinciæ consenuerat) Marcomanorum rex efficitur.

4 VANNIVS, autoritate Tiberii Cæsaris Marcomanorum rex constituitur. Et quadraginta per annos Marcomanis Sueuisq; eodem præfuit auspicio, donec à Vandone & Sidone propriis auunculis regno pulsus, & acie victus, in Pannonia Rom. beneficio acceptis agris consenuisset. Meminit Cor. Tac. lib. 12. & Pli. lib. 3. cap. 12.

5 SIDO & Italus, vulgo gentilitio idiomate der Seyß / der Eitl (vt nos adhuc vocamus, Sueui præcipue, Eitelhans / Eitlfritz) vsque ad Vespasiani imperium Marcomanis Sueuisque authoritate societateque Rom. populus præfuerunt. Meminit Cor. Tacitus li-

30 bro XIX.

6 VARABERTVS, Marci Cæsaris cognomento Antonini imperio Marcomanos gubernauit: vt Hunibaldus in Annalibus scriptum reliquit. Quo tempore Marcomani à Romanis bello victi, tamen prius victores fuere, vt supra ex Luciano & Capitolino Orosioque ostensum fuit.

7 BRANDO, circa annum Domini 150, Brandenburgum ciuitatem dicitur ædificasse, quam Brennaburiorum vrbem Vitikindus appellat.

8 GVNTHERICVS, & Ardericus, Diocletiano imperante, Marcomanis Sueuisque præfuerunt, vt Iornandes scriptum reliquit.

9 SALONINVS, cuius filiam Pipam Galienum Cæsarem sibi matrimonio iunxisse,

40 Aurelius Sextus refert.

10 HARTOMVNDVS & Cariouistus, Tacito & Aureliano Cæsaribus auxilio fuere, aduersus Gothos in Illyrico pugnantibus, vt Fla. Vopiscus scribit. Ab eo tempore Marcomani relictis agris, pars cum Sueuis in Rhætias, pars in Valeriam, Sauiamque Pannoniam concessere: quorum reges libro superiori explanati sunt. Qui vero in Sauia & Valeria tenuerunt, Valentiniano primo imperante Gabinium regem habuere, cuius Marcellinus mentionem facit: & Iustiniano Imperii habenas moderante, Chunimundus Marcomanis ibidem habitantibus præfuit, à Theodemyro rege Gothorum, Theoderici Bernensis patre victus. cui successere Achiulphus, vulgo der Aichwolf: & Remismundus, gentilitia

50 pronunciatione nominatus der Raumsman / id est gloriosus vir. Quorum meminere Iornandes & Procopius.

CATALOGVS REGVM DANEMARcherum, *qui & Mertii & Dani cognominabantur.*

1 HVMELVS, vel Humillus, multis seculis ante natum Christum Marcomanis in Dania, hoc est, Cymbrica Chersoneso habitantibus iura dedit. Vnde Amalagens, siue familia Gothorum famigeratissima processit.

2 DAN, filius Humeli, Cymbricæ Chersoneso nomenclaturam primus imposuit: cui

quia limitem regni pater commisisset, Danemarcha quoque regnum, & gens ipsa Marcomanorum primum omnium nomen accepit.

3 LOTHERIVS, filius Dani.

4 SKIOLVS.

5 GRAM, interficitur à Norduegis, eorumque regis Suibdagero.

6 HADDINGVS, filius Gram, vltus patrem, obsedit Dunam Norduegiæ ciuitatem. Quam desperans posse armis expugnare, hirundines solitas in domo quadam nidificare cœpit, & illis fungos incensos alligauit. Quæ inuolantes ad tectum solitum, ignem vrbi intulerunt: quo dum miserrime combureretur, Haddingus superatis mœnibus, armatos introduxit.

7 FROTO, reliquit Haldanum. 10

8 HALDANVS, duos genuit filios, Rhoem & Helgonem.

9 RHOE ædificauit Roschild ciuitatem, interfectus ab Hodbrodo rege Suedorum.

10 HELGO, frater Roe, vltus fratrem, Hodbrodum interfecit, & Suediam subiugauit.

11 ROLFO, accepit tributum ab Atislo Suedorum rege. Interficitur in nuptiis, & Danemarchæ regnum ad Suedos transit.

12 BIARDO, Danemarchorum Suedorumque rex simul.

13 HOTBERVS, filius Atisli Suedorum regis, vtrique regno præsedit.

14 RORICVS, à quo Suedia defecit.

15 WICLETVS.

16 BERMVNDVS. 20

17 VFFO, subiecit Saxoniam.

18 DAN secundus hoc nomine, Hucletum filium progenuit.

19 HVCLETVS.

20 FROTO secundus, Hucleti filius.

21 DAN tertius hoc nomine.

22 FRIDLEVVS subiecit Nordvvegiam, & eam in ducatus angustias redegit. Subiecit etiam Duflinam vrbem.

23 FROTO tertius, sub Christi saluatoris nostri natiuitatem, qui defecerant, subiecit iterum Nordvvegos.

24 HIARVS, Frotonis filius. 30

25 FRIDLEVVS secundus.

26 FROTO, quartus hoc nomine.

27 IVGELLVS, Frotonis filius.

28 OLAVVS.

29 HEROLDVS, Olavui filius.

30 FROTO quintus, Heroldi natus.

31 HALDANVS secundus, Haraldum secundum reliquit.

32 HARALDVS secundus, interficitur ab Erico rege Suedorum.

33 ALDANVS, frater Haraldi, Daniam è manibus Suedorum recuperauit: captoquè insuper Erico, Suediæ quoque regnum subiecit. 40

34 VNGVINVS, tametsi Gothorum rex fuerit, testamento tamen ab Aldana rex Daniæ nuncupatur.

35 SIGARVS.

36 SIVVALDVS.

37 HALDANVS quartus hoc nomine, sororius Sivvaldi fuerat.

38 HARALDVS tertius hoc nomine, inter reges Daniæ septem annorum bellum gessit, aduersus Suedos.

39 OLO, ex filio Hatheri regis Norduegiæ, & sorore Haraldi tertii, fit rex Danemarchorum, Haraldo sine liberis extincto.

40 EMIVNDVS, filius Olonis. 50

41 SIVVARDVS secundus, cuius sororem Gotharius rex Suediæ coniugem duxerat: quo tempore Saxones Daniam, Suedi Schonlandiam depopulati sunt.

42 BVCHLVS, frater Sivvardi.

43 IARMERICVS, filius Sivvardi, interfecit Gotharum Suediæ regem: recepit Iudlandiam a Saxonibus occupatam, & Schonlandiam à Suedis infestam.

44 BRODARVS, filius Iarmerici.

45 SIVVALDVS.

46 SNYO filius Sivvaldi, vxorem duxit filiam regis Gothorum. Sub hoc exonerata multi-

multitudine gentis, Longobardi egressi sunt, & ad Danubium peruenerunt, contraque Herulos feliciter pugnarunt, Iustiniano imperante.

47 Bior.

48 Haraldvs hoc nomine quartus.

49 Gormo.

50 Gotricvs, floruit tempore Pipini regis, qui Caroli magni pater fuerat. Subiu-

51 Olavvs secundus.

gauit Frisiam & Saxones.

52 Hemingo, Olaui secundi filius.

10 53 Sivvardvs, ex Sueciæ rege postulatus in regnum Danemarchorum, eo quod Gothici superioris gener esset.

54 Regnervs, filius Siuuardi, homo libidinosus, procreauit multos filios. Quorũ Boiorneum regem creauit in Nordvuegia, Ericum in Suedia.

55 Sivvardvs quartus hoc nomine, Regneri filius, rex Danemarchorum constituitur à parre. à sacris vndis purgatur sub Ludouico Pio.

56 Ericvs secundus, & Haraldus quintus, filii Siuuardi, qui primus Christum cœpit agnoscere: Frisiæ præses à Ludouico Pio constituitur.

57 Ericvs tertius, nepos Regneri, familiæ suæ, antiquioris illius inquam, vltimus, defecit à fide Christiana: ad quam tamen iterum persuasus rediit per Anscarium Hamburgensem præsulem.

20 58 Canvtvs, filius Erici, rursus à fide defecit: & mansit in cultura dæmonum vsq; ad mortem.

59 Froto, quintus hoc nomine, ad cognitionem Christi iterum reducitur.

60 Gormo secundus, Frotonis filius.

61 Haraldvs sextus, piissimus, & longe Christianissimus rex erat.

62 Gormo tertius hoc nomine in Danemarcomanis, tempore Henrici primi, desertor saluberrimæ doctrinæ Christi, bello petitur ab Imperatore Romano, partim ob latrocinia, partim vero quod fidem exuisset. Quo tempore in parte Daniæ armis comparata, Marchiam Schlesuicensem Henricus primus constituit, dato comite siue duce limi-

30 taneo, qui Romani Imperii fines tueretur: quem tamen per insidias illico Dani trucidauerunt.

63 Haraldvs septimus, filius Gormonis, vna cũ filio Suenone se Othoni primo subiecit, & fidem Christi iterum amplexatus est. Quorum Suenonem Imperator Romanus ex sacris vndis suscepit, & composito nomine Suenothonem vocauit.

64 Svenotho, Haraldi septimi filius, defecit rursus à vera Christi doctrina. propter quod cum Germanos vltores timeret, fossam duxit, ac vallum à Slesuico vsq; ad mare, quibus murum posterius & propugnacula Vualdemarus rex adiecit. Bella gessit cum Vuendis, & Erico Suedorum rege: à quorum primis ter captus, magno se ære redemit: ab altero vero omnino regno exutus, exul in Scotiam fugit. Vnde tamen rursus Erico victore

40 mortuo, in paternum regnum rediit: ac factorum pœnitentia ductus, opera Adelhardi Hamburgensis episcopi, Christi rursus se iugo submisit. Et ab eo tempore, ne iterum ex occasione aliqua Dani deficere à fide possent, Adelhardus episcopus in Danemarchia aliquos ordinauit, Popponem in Arns, Haricum in Schlesuico, Resdagum in Rippa, & Gerbrandum in Roschkhild.

65 Canvtvs, cognomento Magnus hoc nomine secundus, quinque imperio suo regna subiecit: Nordvuegiam, Suediam, Nordmanniam, & Angliam. Ex Gemilde Henrici quarti filia progenuit filios, Haraldum regem Angliæ, Suenonem regem Nordvuegiæ, & Canutum regem Daniæ.

66 Canvtvs, tertius hoc nomine Daniæ rex, mortuo Suenone fratre Norduegiæ

50 quoq; regnum possedit. contra quem magnus quidam electus, pacifcitur, vt qui alterum superuixisset, vtriq; regno præesset.

67 Magnvs, rex Nordvuegiæ, facto (vt diximus) conuentu & pacificatione, rex Danemarchorum efficitur.

68 Sveno hoc nomine inter reges Daniæ tertius, filius sororis Canuti, Magno sine liberis mortuo, succedit in regnum Danemarchorum, à Nordvuegis interfectus.

69 Haraldvs octauus, Suenonis filius.

70 Canvtvs quartus, Haraldi octaui frater germanus, Suenonis tertii filius instituerat bello ad fidem Christi perducere populos orientales cõterminos, Estones, Curates & Sambones. sed nihil effecit. interficitur postremo à Iudlandinis.

71 OLAVUS tertius hoc nomine, filius seu frater Canuti, inter initia regni vitã cum morte commutauit.

72 ERICUS quartus, frater Olaui tertii, in peregrinatione Hierosolymitana obiit.

73 NICOLAUS filius Suenonis superioris natu minimus, ex filia regis Suediæ Magnum procreauit, Suediæ regem.

74 ERICUS quintus, contra Nicolaum electus, partem regni occupauit. interficitur in bello intestino.

75 ERICUS sextus, ex prosapia magni Erici fuerat.

76 SVENO quartus, Erici quinti filius, contra quem electus Canutus quintus Nicolai regis nepos, occupauit Iudlandiam. Itaq; cum intestinum bellum diu hoc regnum haberet, ad postremum victoriam reportauit Sueno, pulso Canuto. Qui profectus ad Fridericum primum Cæsarem ex cognomento Barbarossam, Suenonem criminabatur. Qui vocatus ad Curiam Mersenburgensem, iudicio principum regnum retinuit: ita tamen, vt Romano illud imperio subiectum esset, & Canuto vt duci Seelandia cederet, regno subdito. Cæterum Canutus dum noua bella ciuilia molitur, à rustico, cuius vxorem amauerat, interficitur. Huius tempestate pontifex Romanus legatum misit in Norduegiam, ac nouam archiepiscopalem cathedram erexit in Trudhaym.

77 WALDEMARUS cognomento Magnus, ob excellentiam rerum gestarum, ab Henrico sexto regni sui quam vocant Inuestituram apud Mediomatrices accepit, circa annum Domini 1161. Armis ad fidem Christi coegit Vuendos Herulos & Rugos, demolitis eorũ ciuitatibus ac munimentis, Sueryn, Rostokh, Makhelburg, Raczenburg, Vuollogast, Offne, Demnia, & in Rugia insula Archon & Careut: quæ magna ex parte in hodiernum vsque diem desolata iacent. Quæ loca cuncta multo tempore sub Danorum obsequio fuerant, donec iugo excusso reliquiæ Rugorum & Vuendorum suos iterum habere principes cœpissent, qui modo Machelburgi duces, Pomeranorumque principes appellantur. Præterea idem Vualdemarus magnus promotis armis, in terram penitiorem delatus, Iulinum & Stetinum, magna emporia veterum, expugnauit. Et nisi morte præuentus fuisset, Wendos omnes, eorumque finium populos in ditionem suam redegisset: licet Boguslaus & Cazimyrus, auxilio Henrici Leonis Saxonum ducis, fortiter diuq; nequicquam restitissent. Videtur autem hos omnes labores suscepisse, partim vt Christo lucrifaceret gentiles, partim vt maris latrocinia tolleret, quæ à barbaris nunquam non committebantur.

78 CANUTUS hoc nomine quintus, filius Vualdemari magni, anno Domini 1171, viuo etiam dum parente, corona regni redimitus, cum mortuo patre obsequium Imperio recusaret, Friderici ea tempestate hoc nomine secundi Cæsaris instinctu Schonlandini à Dania defecerunt, & Pomerani Rugiam Danis ademerunt. Huius ætate, circa annum incarnationis Domini 1200, Lubecum exordium sumpsit.

79 WALDEMARUS secundus, Canuti frater germanus, mortuo Canuto in regnum Danemarchæ successit, ab archiepiscopo Lundunensi coronatus. subiecit suo imperio proximas Imperii ciuitates, Lubecum, Hamburgum, & Holsteyn: pro quibus cum Danis diu bello contendebat Otto quartus Imperator. Hunc porro Henricus comes à Schvueryn, in publicis comitiis captum, in castrum suum Danneberg abduxerat: nec ante dimiserat, quam 45000. marchas argenti numerasset. Amisit denique is Lubecum vrbem, cum tota prouincia Noralbingorum, anno currente à nato Christo millesimo ducentesimo quadragesimo secundo. Et ex eo tempore Lubecum Imperialis vrbs esse cœpit.

80 ERICUS, septimus hoc nomine in regno Danemarcomanorum, filius Vualdemari secundi, parenti in regno successit, fratri Abel ducatu Schlesuicensi permisso. à quo per insidias captus, & capite plexus, inque mare demissus, periit, circa annum incarnationis Domini 1250. Is Lubecum ad ditionem suam cogere armis nitebatur, sed frustra. nam Lubecenses castrum Seklar, præcipuum eius belli munimentum destruxerant.

81 ABEL, Erici septimi frater germanus, in bello aduersus Frisios periit.

82 CHRISTOPHORUS, frater Erici, & Abel minimus natu. Is Vualdemarum nepotem suum ex fratre Abel, ducem Slesuicensem creauerat: qui habebat in matrimonio sororem Gerhardi & Ioannis comitum ab Holstain, cum quibus Christophorus rex bellum gesserat, quod mortuo ex fratre nepote Vualdemaro, filium relictum Ericum priuare ducatu Slesuicensi conarentur. In quo bello victus & captus, obiit anno 1268.

83 ERICUS octauus, filius Christophori regis, bellum gessit victor eum Vualdemaro duce Slesuicense: occiditur à propriis ministris, anno 1286.

84 ERICVS nonus, octaui filius, habuit in coniugio filiam Birgerii regis Suediæ, quę etiam auxiliis profecutus est contra fratres Ericum & Vualdemarum, qui cum in captiuitatem adseruerant. adiecit regno Laland, & factus est Labecensium aduocatus. obiit anno Domini 1321.

85 CHRISTOPHORVS secundus, frater Eriei, & vterinus frater Ioannis comitis ab Holsteyn: Rugiam, extincto semine illius principum, Daniæ coniunxit. Idem Rostockh feudo contulit ducibus à Mekhlburg. obiit anno 1333.

86 WALDEMARVS tertius, Christophori secūdi filius, Othoni fratri contulit Iudlandiam. Bello decertauit cum Gerhardo comite ab Holsteyn: à quo captus, magno vix 10 ære liberatur. Gessit & alia duo infeliciter bella: vnum aduersus Vualdemarum Slesuicensem ducem: in quo denuo captus, multa cogitur Slesuicensibus priuilegia confirmare. alterum quoq; aduersus maritimas Germaniæ ciuitates pari infœlicitate gessit, amisso Coppenhagio metropoli, & Schonlādia insula: qua cedens, redditus annuos XVI spacio annorum victoribus permittere coactus est. Obiit anno Salutis nostræ 1375.

87 OLAVS tertius, nepos Vualdemari ex filia locata Aquino Norduegiæ regi opera matris, adhuc in pueritia constitutus in regem Daniæ assumitur: licet Albertus dux Meklabnrgensis interea pro Henrico filio insisteret, & armis etiam atque vi in regnum illum intrudere conaretur. Sed retinuit tamen mater filio regnum in potestate, vsa auxilio comitum ab Holsteyn: quibus pro remuneratione ducatum Slesuicensem concessit. Gef- 20 sit bellum mulier pro filio, tutrix aduersus Albertum Suediæ regem: quem postremo etiam cum filio cæpit. itaq; domina effecta trium amplissimorum regnorum, Daniæ, Suediæ & Norvuegiæ, cum Olaus filius, cui regna procurauerat, immatura esset morte sublatus, ne destitueret successione nobilem prosapiam, Ericum Pomeranorum ducem adoptauit, anno Salutis 1411.

88 ERICVS, decimus hoc nomine Denemarchorum rex, ex duce Pomeranorū per adoptionem admissus, & Olao à matre suffectus, in administratione trium amplissimorū regnorum, Daniæ videlicet, Nordvuegiæ & Suediæ, bellum primum gessit cum comitibus ab Holsteyn, propter Slesuicensem ducatum, in quo Iudlandia a comitibus occupatur, qui auxilio principum Brunsuicensium, & Luneburgensium, ciuitatumq; mariti- 30 marum, & naues & multa cleinodia regi abstulerunt, etsi ducatum Slesuicensem rex comitibus præripuisset. In hoc bello arbitri ac iudices authoritatem suam interposuerunt, Sigismundus Cæsar, & episcopus Lubecensis: quorum iudicio Iudlandia regi adiudicatur. Itaque tanquam curis omnibus perfunctus in terram Sanctam proficiscitur: vbi à Thureis exploratus capitur, & magno vix ære patroniq; diligentia redimitur. Quo ex periculo exemptus, cum domum reuersus Holsteynenses contumaces inuenisset, nouū bellum exardescit. In quo comites auxilio Hamburgensium Glambekh castrum regium expugnant. Et dum alterum obsident Flensburg nomine, Henricus comitum alter interficitur: alter bello superstes, Adolphus nomine, fœdere inito cum maritimis ciuitatibus Hamburgensibus, Lubecensibus, Luneburgensibus, Rostocensibus & Sundensibus, bel- 40 lum renouat: cōfertoq; prælio cum rege Erico, anno Redemptionis nostræ 1428 vincitur, etsi Flensburgum occupasset. His gestis, pax constituitur comite & ciuitatibus sumptum belli exoluentibus. Contra eundem Ericum porro seditionem in Suedia quidam Engelbertus mouit tantum, vt nisi Engelbertus idem fuisset occisus, Suedia à Dania defecisset. Itaque pertæsus tot laborum Ericus, postremo regnum resignat Christophoro duci Bauariæ, ex sorore nepoti.

89 CHRISTOPHORVS hoc nomine in regno Daniæ tertius, ex duce Bauariæ in regem Daniæ à superiore Erico postulatus, vt susciperet regnum à Friderico tertio Imperatore, & auunculis ducibus Bauariæ, vix persuadetur. Ingressus itaq; regnum auxilio maritimarum ciuitatum, anno Domini 1445, apud Coppenhagen cum Dorothea marchionissa 50 Brandeburgensi nuptias celebrauit. quibus perfectis, traiiciens in Suediam, naufragium passus, magnā fecit iacturam, amissis multis millibus aureorum. Obiit postea sine hærede anno currente à nato Christo 1448.

90 CHRISTIANVS, comes ab Oldenburg & Delmenhorst, opera auunculi Adolphi ducis Slesuicensis, in regem Daniæ & Noruuegiæ eligitur, Suedis proprium sibi dominum adsciscentibus, Carolum videlicet quendam, filium Canuti equitis: à quo non multo post desciscentes, Daniæ se coniungunt. Christianus igitur, vt nihil non sibi suffragaretur, viduam Christophori regis relictam Dorotheam Brandeburgensem vxorem duxit. Ex qua tulit Fridericum & Ioannem filios. Idem mortuo postremo duce Slesuicensi, Adolpho nomine, ducatum regno coniunxit: & comitatum Holsteyn certa summa pecuniæ

venditit comitibus à Schuenberg. Ducatum vero Slesuicensem contulit Gerhardo fratri germano. Porro Christianus rex multa bella, varia fortuna, cum Suedis, qui defecerant, gessit. Cumq; fratrem suspectum haberet, eundem ducatu pepulit: quem, adiunctis dominiis Strormar & Dietmarsar, authoritateq; Friderici tertii Imperatoris, Ioanni filio contulit, eundemque in regem coronari fecit: data illi in matrimonium filia Saxoniæ electoris, anno labente à nato Christo 1478. Cōstituerat subiugare & Homburgenses & Lubecenses, atq; archipræsulis Bremensis ditionem occupare: sed cum nihil posset, obiit anno Domini 1481.

91 IOANNES filius Christiani, ex duce Slesuicensi rex à patre declaratus, cum Fridericus frater Nordvuegiam gubernandam accepisset. Huic Ibarus quispiā tradidit Gorlandiam, cuius auxilio regnum Suediæ subiecerat, multis seditionibus implicium regnum. Quod fratri Daniæ regi relinquens, belli perpetui simul fomitem dedit. In quo capta regina Stokholmi, vix tandem opera Raymundi legati Romani liberatur. Quam iniuriam vlturus maritus, cum quinquaginta millibus Suediam adgreditur: sed re infecta cedere cogitur, & paulo post rebus humanis eximitur.

92 CHRISTIERNVS filius Ioannis patri succedit, patruo Friderico in ducatu Slesuicensi ac comitatu Holstayn manente. Is ducta in vxorem Elisabeta, Caroli quinti & Ferdinandi Cæsarum sorore, Philippi nempe Austriæ archiducis filia, cum suis grauior paulo videretur, seditione primorum regno pellitur, nostra memoria. Et cum ab exilio armata manu recipere regnum conaretur, capitur à Danis, & obiit in captiuitate anno Domini 1533.

93 CHRISTIANVS, Friderici ducis Slesuicensis filius pulso Christierno à Danemarchianis in regem postulatur, vt sanguine proximus. Qui Suediæ regno Gostauo cuidam concesso, libere fœliciter & in pace in hanc vsque diem Danis atque Nordvuegis præest.

CATALOGVS REGVM NORDMANNORVM *& Merciorum, vnde postea Siciliæ & Apuliæ reges.*

1 SVVIBDIGERVS Nordmannus, in regno Nordvuegiæ adhuc præfuerat, multis seculis ante egressum gentis eiusdem. vincitur acie ab Hattingo Danorum rege. Porro sunt in Nordvuegia cathedræ episcopales posterius, vbi eius incolæ Christum agnoscere cœperunt, constitutæ: Trundhaym, Samaria, Bergen, Salczburg, Kunigsperg, Stoffanger. Salczburgi & Congellæ celebria emporia sunt. Cætera regni munimenta sunt, Rochus, Vuardhus, & Rarn.

2 GEVVARVS.

3 HOTHERVS.

4 COLLERVS.

5 GOTTARVS.

6 KOLLERVS secundus.

7 HELGO.

8 PENDAM, rex Merciorum primus egressus insulam, cum exonerata suorum manu, S. Osvualdum Angliæ regem victū occidit: cui vicem reddens filius Osvualdi, Osvuii nomine, Pendam vicit, & ad Christi fidem coegit, anno 653.

9 WILTHERE, rex Merciorum, floruit anno 658. regnauit annis 17. Cuius filius Echtenved, cum Offa filio Sigiheri regis Romam profectus, à Constantino papa detonsi monasticen profiteri cœperunt, anno currente 727.

10 HASMVNDVS, sub quo tertio Nordmanni Germaniæ Galliæque cogniti sunt, cum insulam, vt multitudinem exonerarent, Longobardorum exemplo fuissent egressi, oramque Oceani Germanici depopularentur, latrociniis tamen magis quam iusta acie.

11 GOTTO, anno floruit 800.

12 GOTOFRIDVS primus sub Ludovico Pio, oram maritimam Armoricæ Britanniæq; obiectam, infestam reddidit, & vsque ad Andegauensem vrbem excurrit.

13 HATTINGVS, imperante Ludouico secundo, Caroli magni filio, vsque in Galliam Angliamq; & Belgicam latrocinatus est, & in Oceano & in littore Belgico, Frisioque in Saxoniamq; excurrens, & postremo ad Ligerim amnem vsque in Galliam penetrans, multa Christianorum millia trucidauit, regnante in Germania Ludouico secundo, & anno à nato Christo 880. Quem ex Galliæ finibus pepulere Carolus Caluus Francorum, & Sa-

& Salomon Britonum, reges. Accepit tamen Frisiam possidendam Caroli Calui autoritate. meminit Regino Prumiensis.

14 GOTOFRIDVS, imperantibus Carolo Crasso, & post eum Arnolpho, cum ingentibus copiis terra marique erumpens, vniuersam Belgicam depopulatus: Treuirensem ciuitatem, Metensem ciuitatem, Tungros, Cameracum: Attrebatensium coloniam, & Ambianum destruxit. victus ad postremum ab Arnolpho Imperatore, sacrisque vndis perlutus, Christum, cognoscere cœpit, cum Neustriæ agros à Carolo tertio quondam concessos Imperator Arnulphus Nordmannis confirmasset. Quo loco Nordmanniæ postea regnum & inde ducatus cœpit, vbi apud Romanos quondam Armotica, & (vti dictum est) apud Francos Neustria fuerat.

15 TANCREDVS cognomento Magnus, Rollonem filium reliquit.

16 ROLLO, à fide Christi iterũ defecit, ac deprædari iterum fines proximos ex Neustria cœpit. Quem Ludouicus postremus Arnolphi filius, & Henricus primus aucepscognomento, aliquot bellis compescuerunt, & ad Christi religionem reduxerũt: in sacris vndis, pro Rollone barbaro nomine, Roberti vocabulo indito. Is progenuit Willielmũ ducem Nordmanniæ, Bernhardum comitem, & filiam quæ nupsit Vuilhelmo comiti Aurelianensi.

17 WILHELMVS, religiosus admodum princeps, in noua Notdmannia in Neustria excitata floruit, anno Domini 943. Othone primo imperante, & quo tempore in Norduegia natali solo post Aquinum Haraldus regnabat. Is vero ex Blanca Franciæ regina multos filios procreauit, Drogonem, Richardum, Gotofridum, Manfredum, Rogerium, Gisolphum, Gunfredum, Vuilhelmum cognomento Ferebach, & Robertum Visgardi.

18 GVNFREDVS, circa annum Domini 974, egressus cum classibus Galliæ oram, vt scilicet exoneraret multitudinem, in Hispaniam appulit: vbi cum sedes quæreret, à Raymiro tertio rege Legionis, & Sanctio Gundissaluo Castellæ comite repulsus, redire in patriam cogitur. Porroquinam in Armorica secuti sint, nondum deprehendi. Sane post annum millesimum in tria stemmata ac tres distinctas lateq; dissitas prouincias gẽs Nordmannorum discinditur, vnde videlicet Angliæ reges, Siciliæ reges, & Nordmanniæ duces, Flandriæq; comites prodierunt.

NORDMANNIAE Principum stemma.

1 ROBERTVS, cognomẽto Visgardi, genuit Richardum, Vuilhelmum, & filiam Stephano regi Hungariç nuptam.

2 WILHELMVS, circa annum Domini 1070 cõiugem accepit Mathildem, Balduini ex cognomento Mitis Flandriæ comitis filiam, qui postea rex quoque Angliæ fuerat, & reliquerat 3 filios, Vuilhelmum Henricum ac Robertum.

3 WILHELMVS secundus, superiorum filius, Richardum filium genuit.

4 RICHARDVS dux Nordmanniæ 3 filios tulit, Richardum secundum ducem Notdmanniæ, Rogerium comitem Siciliæ, & Rubertum Apuliæ comitem.

5 WILHEMVS tertius hoc nomine, Notdmanniæ

ANGLIAE regum stemma.

VVILHELMVS, filius Roberti Nordmanniç principis, ex Angliæ regis vltimi nata deficienti stirpi veterum Angliæ regum succedit, circa annum Salutis 1080.

VVILHELMVS, secundus, superioris filius, patri in regno succedit.

HENRICVS, frater Vuilhelmi secundi, & primi filius, ex Mathilde Scotiæ regis filia Henricum secundum progenuit. Porro in Anglia subiecerat sibi Italorũ reliquias, in Nordvuallos, Soutvuallos, & Westvuallos diuisas: qui omnes populi in prouincia tenẽt, quæ Vuallia nuncupatur: id est, Italia.

HENRICVS secundus Hiberniam comparauit, & Occiduas insulas subiecit sibi,

SICILIAE ET Apuliæ regum stemma.

TANCREDVS, rex vltimus Nordmanniæ, duodecim filios procreauerat: quorum Robertum, cum cæteros in comitatus distribuisset, cum parte populi ad nouas quęrendas sedes emisit. Erat autem ex filiis vnus, qui mansit dux Nordmanniæ, Richardus nomine.

ROBERTVS Tancredi regis postremi Nordmannorum filius, quem diximus à patre emissum esse ad nouas quærendas terras, classe instructa cum multis millibus suorum constituerat in Asiam nauigare, Christianis qui ibidem a Soladino premebantur, Gotofrido Bulloniensi rege Hierosolymitano defuncto, opem laturus. Ibi in itinere rogatus à Pontifice, & Italiæ pro-

niæ dux filius Roberti superioris, & nepos Wilhelmi primi fuerat. Expellitur ex ducatu Nordmanniæ ab Henrico Angliæ rege, patruo suo, post obitum Caroli Flandriæ comitis, creatus Flandriæ comes à Franciæ rege: sed dum prouinciam exactionibus grauat, pellitur è comitatu, successore Theoderico Alsatiæ landgrauio, de stirpe comitum ab Egeshaym. Cui cum se Wilhelmus cum exercitu opposuisset, interficitur ad oppidum Alst, sagitta: anno Salutis 1128. Porro Nordmanni ab anno Domini 920, vsque ad annum prædictum 1128, rerum in Armorica, hoc est littorali Belgica vsque Britanniam potiti fuere, duorum seculorum spacio: post quæ tempora præda facta Francis Anglisque, in hanc vsque diem ab vtriusque possidetur. Possidet namque adhuc Anglus in ea prouincia Cales, Bononiam, S. Thomam, Nouũ portũ, & alia pleraq;.

bi & Nordmanniæ partẽ, & Vascones habuit vectigales. interfecit ad postremum S. Thomam Cantuariensem. genuit Richardum.

RICHARDVS, anno Domini 118, cum Philippo rege Franciæ ad terram sanctã profectus, quod ibi Lupoldo Austriæ duci iniuriam intulisset, in reditu capitur, ac magna vi pecuniæ mulctatur, ac mœnib. Viennam nouis circundare cogitur. reliquit Ioannem filium.

IOANNES, graui bello pressus à Ludouico Galliæ rege, ne expelleretur, Romano pontifici & eius successorib. quotannis 70. marcas auri promisit, perpetuũ tributum. genuit Henricum tertium.

HENRICVS III. floruit anno 1208, & Eduardũ tulit.

EDVARDVS, expulit ex insula Iudæos, & Scotos vicit, 60 millibus interfectis, annó 1272.

EDVARDVS secundus, prioris filius, Eduardum tertium genuit.

EDVARDVS, tertius in hac stirpe, Philippum regem Franciæ in mari vicit, 30. millibus Gallorum cæsis. postremo regem quoque ipsum prope Cales cæpit, & ipsum & posteros Angliæ tributarios fecit: qua de re adhuc contenditur inter duo regna ista. atque ab eo tempore, quod fuit 1308, & Galliæ siue Franciæ insignia, Angliæ reges suis coniunxerunt.

HENRICVS, quartus hoc nomine in Anglia, stirpis Nordmannorũ ex comite Herefordiæ rex creatur, & Henricum quintum reliquit.

HENRICVS quintus, filiam Caroli regis Franciæ duxit vxorem: apud quem Parisiis quoque diem suum obierat, anno 1424. cum confecto Nordmanico bello, Rothomagum Armoricæ veteris vrbem ditioni suæ subiecisset.

HENRICVS sextus, quinti filius, amisit non solũ Nordmanniam, sed regno quoque Angliæ pellitur, moriturque in exilio apud auum maternũ in Gallia. cuius frater Eduardus quartus pro eo regnare cæpit.

EDVARDVS quartus, Henrici sexti frater germanus, tertio fratri Richardo moriens regnum reliquit.

RICARDVS secundus hoc nomine in hac prosapia, vt tutor, filios Eduardi fratrueles occidit.

HENRICVS septimus, filius sexti, expulsi quondam, cæteris omnib. superstes, paternũ regnum recepit, Richardo tyranno quodam interfecto. Gessit bellum victor cum rege Galliæ, partim propter vetus tributi ius, partim etiam

ceribus, Sarracenos ex Sicilia & Apulia eiecit, qui ab Ottonibus vsque eas terras seruitio presserant. Itaque & Pontificis authoritate, Italiæque principum voluntate primus suæ familiæ Siciliæ princeps declaratur, relictis trib. post se filiis, Richardo, Roberto, & Rogerio.

ROGERIVS, à patre Siciliæ comes cõstitutus, Rogerium postea Siciliæ regem genuit.

ROGERIVS secundus, primus Siciliæ rex coronatus, ex filia Ruperti comitis Flandriæ Vuilhelmum regem progenuit, cognomento Magnum, Tancredum tyrannum: & vnicam filiam, locatam Chunrado filio Henrici quarti Imperatoris: qui aduersus patrem, ante fratrem Henricũ quintum, sublatus fuerat à Papa.

TANCREDVS, hoc nomine tertius in stirpe, genuit Chunradũ, & Vuilhelmum illegitimum.

WILHELMVS cognomento Magnus, Rogerii regis filius, & Tancredi tyranni frater germanus, vnicam modo filiam reliquit Constantiam nomine, quã Romanus pontifex Henrico sexto Cæsari, Friderici primi ex cognomento Barbarossæ filio, nuptui tradiderat, matrem Friderici secundi regis Siciliæ, & post Imperatoris. Vnde iure ac nomine deuoluto regnis Siciliæ atque Apuliæ ad Principes Sueuię, non solum Henricus sextus, eiusque frater Philippus, atque Fridericus II. filius, Siciliæ se reges atq; Apulię scriptitabant, verum etiam qui secuti sunt, sui generis postremi Chũradus & Chunradinus, reges Siciliæ atq; Apuliæ extitere. Quib. extinctis, ad Gallos, & à Gallis ad Arragones, ab his vero ad Austriæ archiduces ius regnorum Siciliæ atque Apuliæ deuolutum est.

ob

ob matris hæreditatem, quæ Caroli Franciæ regis nata fuerat. In eo bello totam pene Galliam, Aurelianis exceptis, Anglorum imperio subiecit, circa annum Salutis nostræ 1428: interfecto Ludouico duce Aurelianensi, & Carolo nepote eius capto. Et nisi Romanus pontifex partes suas interposuisset, actum foret de Franciæ regum prosapia.

HENRICVS octauus vsque ad nostra secula vixit, & Eduardum quintum progenuit, superiori anno veneno sublatum. De cuius vita ac facinoribus nemo est qui nesciat: ideo scribere supersedeo.

Porro, vt quamobrem Marcomanorum posteritas Nordmannorum cognominata fuerit, Lector intelligat, arbitror factum id fuisse, vt quod discrimen Gothis ex diuersitate sedium in oriente & occasu accesserit, Marcomanis siue Danemarchinis populis illis à Septentrionis plaga, scriptores Annalium addiderint. Sic namq; nõ dissimili ratione Luitprandus Ticinensis Russos, hoc est Roxalanos, Nordmannos videtur appellasse, libr. 5. cap. 6. in hæc verba scribens: Gens quædam est sub Aquilonis parte constituta: quam à qualitate corporis Græci vocant Russos, nos verò à positione loci vocamus Nordmannos. Lingua quippe Teutonum nord Aquilo, man autem mas seu vir dicitur. Vnde & Nordmannos, Aquilonares homines dicere possumus.

GENEALOGIA MARCHIONVM MERCIORVM siue Brennaburiorum, qui posterius Brandeburgenses cognominati fuere. Quorum sunt initia à comitibus de Soluuedel & Balenstad, à quibus posterius processere comites ab Anhald & Lauuenburg.

1 HENRICVS, interfuit ludis Martialibus ab Hẽrico primo apud Magdenburgum celebratis, anno Domini 938. Post quem, vnius seculi huius nobilis prosapiæ principes desiderantur.

2 OTTO, ex Elica ducissa Luneburgi Albertum reliquit, & Elkam comitissam de Vuesterburg. fuit autem Elica ex sorore Colomanni regis Hungariæ nata.

3 ALBERTVS, comes à Balenstad & Anhald, marchio Brandeburgensis siue Merciorum, Chunrado tertio imperante floruit, circa annum Domini 1140, qui ex Sophia comitissa à Rheynekh genuit Sigefridum archiepiscopum Moguntinum, Ottonem marchionem Brandeburgensem successorem, Albertum marchionem, Bernhardum comitem ab Anhalt, à Friderico primo inauguratum in electorem Saxoniæ: Hermannum comitem de Balenstad, & Elkam comitissam ab Osterburg. Quorum reliquere Hermannus, circa annum Salutis humanæ * Sigefridum comitem. Albertus Hedvuigen genuit, Ottoni Misniæ marchioni collocatam. Porro familiam retinuere Otto & Bernhardus, & in duo stemmata diuiserunt, marchionum videlicet Brandeburgensium, & comitum ab Anhalt & Leuvenburg.

Prosapiæ ex primis Brandeburgiis

MARCHIONVM Brandeburgensium.

4 OTTO, secundus huius nobilis prosapiæ, ex comitissa de Henneberg Albertum secundum reliquit.

5 ALBERTVS hoc nomine secundus, floruit circa annum Domini 1175, & genuit Ottonem tertium.

6 OTTO tertius hoc nomine in stirpe, ex Mechtilde comitissa Olsatiæ Ioannem marchionem Brandeburgensem procreauit.

7 IOANNES, duas cõsecutus vxores, Reginã Daniæ, & Mechtildem Alberti du-

COMITVM AB ANHALD ET ASCAnia, vnde duces Saxoniæ Electores, principes de Leuuenburg, & comites de Bernburg processere.

BERNHARDVS, filius Alberti comitis de Balenstad, & Soluuedel, siue Saltzvuedel, marchionis Brandeburgensis frater germanus. Qui patri scilicet in electionis prærogatiua successerat, à Friderico primo Imperatore, cum is Vuelphones & in Bauaria & in Saxonia exauctorasset, ex comite ab Anhald & Lavuenburg, suæ familiæ primus dux & elector Saxoniæ creatur. Ex Iuditha sorore Vualdemari magni Daniæ regis, Albertum ducem & electorem Saxoniæ procreauit; & Henricum comitem ab Anhalt, dominũ à Bernburg, Ascania & Vuolp.

DVCES SAXONIAE domini in Lauuenburg.

ALBERTVS, primus in hoc

COMITES AB ANhald Bernberg, Ascania & Vuolp.

HENRICVS, comes ab

ducis Saxoniæ natá. ex quibus multos liberos suscepit, Ericũ archiepiscopũ Magdenburgensem, Hermannũ præsulem Munsterburgensem, Ottonem cognomento Longum marchionem Brandeburgensem, Chunradum marchionem Brandeburgensem, Albertum tertium, Ioannnem secundum, & Helenã Theoderici Misniæ marchionis coniugem. Is Ioannes emporium apud Francofurt Oderę primus constituit, anno 1253.

8 OTTO quartus, ex cognomento Longus, Ioannis primi filius, ex Petrissa Bohemiæ regis filia procreauit Albertum marchionem Brandeburgensem, Hermánum, & Ottonem: quorum Albertus ex Sophia marchionissa Misniæ nihil genuit, neq; Otto ex comitissa Hennebergensi aliquid tulerat. Hermannus filium reliquit, cui Albertus Austriæ dux, Rudolphi Cæsaris filius, natam locauerat, & filiam, nuptui traditam comiti cuidã ab Henneberg.

9 CHVNRADVS, Ottoni fratri in electura Brandeburgensi successit, & ipse primi Ioãnis filius erat. Is ex Sophia regina Danię progenuit Chunradum tertium, Ioannem tertium, Vualdemarum, Goldemarum, & Agnetẽ Ottonis dicis Brunsuicensis coniugem.

10 WALDEMARVS, siue Goldemarus, Rudolphum comitem Habsburgensem in Cæsarem elegit, anno Salutis 1274. reliquit duas filias, Helenam ducissam Brunsuicensem, & Catharinam Luneburgensem.

11 CHVNRADVS, frater Goldemari, filius Chunradi ex Gertrude postremi burggrauii Norinbergensis filia, genuit alteram Gertrudẽ, Friderico comiti à Zolren, quem burggrauinm inuestiuerat Rudolphus rex ob hoc stemmate, patris & in ducatu & electionis prærogatiua successor, ex Mechtilde Ottonis Brunsuicensis ducis filia progenuit Albertum secundum, Ottonem, Rudolphum, Elisabetã Daniæ reginam, Mechtildem Holsatię comitis vxorem, & Elisabetam virginem.

ALBERTVS secundus, ex filia Rudolphi Cæsaris Habsburgẽsis illius filia Rudolphum filium tulit. cuius frater Otho, dux quoque Saxoniæ fuerat.

RVDOLPHVS primi, non secundi, Alberti filius, frater Ottonis & Alberti secundi, ex Anna Ludouici Rheni palatini filia, nepte Rudolphi Cæsaris, Ioannnẽ procreauit.

IOANNES Rudolphi filius, Ioannem secundum tulit, & 4. filias: quarum Helena duci Slesuicensi, Sophia Ioãni duci de Munsterburg in Silesia, Agnes comiti à Kaeznstayn, & Anna comiti Ciliensi in Styria nuptæ fuere. Quarum omnium mater fuerat Helena ducissa Slesuicensis in Dania. Porro Ioannes cum primo non foret elector, Ottoni fratri sine mascula prole extincto substituitur.

IOANNES secundus, primi filius, ex Gerbirge Erici regis Norduegiæ filia, Ioannem & Albertum his nominibus tertius procreauit.

ALBERTVS tertius, ex filia Alberti Austriaci, & altera Sophia Hassiæ landgrauia, Rudolphum secundũ genuit. Erat autem elector Saxoniæ.

IOANNES hoc nomine tertius, frater Alberti tertii, ex Mozza ducis Meklaburgensis filia progenuit Ericũ, & Helenam coniugem comitis à Scauenburg in Saxonia. Non erat elector: sed dux Saxoniæ, & dominus à Lauuenburg, quemadmodum & filius & nepos.

ERI- Anhalt & Ascania, Bernhardi ducis Saxoniæ filius, & Alberti electoris frater germanus, ex Helena Brunsuicensi progenuit Ottonem, Sigefridum, & Albertum præsulẽ Halberstadensem.

OTTO, genuit Henricũ archiepiscopũ Magdeburgensem, Albertum comitẽ ex cognomento Contractũ, & Sigismundum. qui alterum reliquit Sigismundum, Georgium, & filiam locatam Burcardo comiti de Quertfurt.

SIGEFRIDVS Ottonis frater, tulit Rudolphũ Halberstaten. præsulẽ, & Bernhardum comitem.

ALBERTVS, ex cognomento Cõtractus, siue Claudus, Ottonis filius, ex comitissa à Quertfurt genuit Adolphum præpositum Magdeburgensem, Volmarum & Albertum, qui habuerat in coniugio filiam domini de Iglen in Saxonia.

GEORGIVS, Sigismũdi filius ex tribus coniugibus, ducissa Aurelianensi Galla, marchionissa Misniæ, & comitissa de Honstayn, Volmarum & Georgiũ hoc nomine secundos ꝓcreauit.

VOLMARVS, ex comitissa à Schuuarczenburg Thuringa, Wolfgãgũ reliq̃t.

WOLFGANGVS, tulit Bernhardum dominum de Bernburg, Magnum comitem de Zerbst, Philippum comitem de Casvuikh & Rosleben, Ludouicum monachum Franciscanũ, Barbaram domini à Blovu in Bohemia coniugẽ, & Margaretham.

GEORGIVS secundus, ex comitissa de Reppyn Brandeburgensi duodecim filios tulit, Georgium & Sigismundum gemellos, Rudolphum, Ernestum & Ioannem. Filiarum Anna nupsit comiti ab Oldenburg, Agnes abbatissa in Gundershaym, & Scholastica

ob germanum, secundis nuptiis collocatam, cum Habsburgensis obiisset: ex qua genuit Albertum successorē in Burggrauiatu, & Hedvuigem comitissam de Supplenburg. itaque deficiente stirpe marchionum Brandeburgensium, Ludouicus quartus Imperator Ludouicum filium Bauariæ ducem substituit, qui Margaretam Tyrolensem, cognomento Multaschin coniugem habuerat. Ab eius cognatis Carolus quartus marcham emit, Bauariæ videlicet, ducibus: & ab eius filio Sigismūdo Imperatore burggrauii Norinbergenses marchā prædictā mercati sunt. Cuius generis sunt, qui hodie adhuc cum in marcha, tum burggrauiatu rerū potiuntur: quorum quidem Genealogiam in octauo libro dedimus supra.

ERICVS, Ioannis tertii filius ex Elisabeta ducissa Stetinensi tulit Ericum secundum, & Elisabetam Holsatiæ comitissam. occiditur prope Hamburgum in acie. Et ipse princeps modo erat de Lavuenburg.

ERICVS secundus, primi filius, Albertum electorē tulit, & Ericum principem de Lavuenburg, ex Agnete comitissa Olsatiæ.

ALBERTVS quartus, Erici secundi filius, Saxoniæ dux elector, progenuit Albertum quintum, Rudolphū tertium, electores: & Ioannem comitem à Lavuenberg. Et hic iterum stemma scinditur.

ca abbatissa in Gernrad.

ERNESTVS, ex Margaretha ducissa à Müsterburg Ioannem tulit.

GEORGIVS tertius, ex gemellis vnus, ex Agnete Stetinēsi filia Friderici Pinguis Brādeburg. tulit Wolfgangum. Porro frater Georgii Rudolphus, qui Maximiliani I. Cæsaris contra venetos dux militaris fuerat, ad Veronam obiit veneno.

WOLFGANGVS, viuit cum filiis & fratribus.

DVCES Electores.

RVDOLPHVS elector, Alberti quarti filius, ex Sophia landgrauii Hassiæ filia Ottonem, Rudolphū quartum, & Agnetem filiā tulit.

OTTO elector, ex Agnete Wilhelmi ducis Luneburgensis nata Albertum suscepit electorem.

ALBERTVS sextus elector, ex filia Waldemari vltimi Brandeburgensis nihil tulit.

RVDOLPHVS quartus Ottonis frater, & Alberti sexti in electura successor, ex Anna marchionis Misnensis filia genuit Wilhelmum, & Wenceslaum, & Sophiam Alberti Brunsvuicensis de Embekhe coniugem.

WENCESLAVS, elector Saxoniæ, dominus de castro Leonis, ex Cecilia, domini de Carraria & Padua filia, quinque filios & duas filias genuit: videlicet Wenzeslaum secundum, Rudolphum quintum, Albertum sextum, & Ericum tertium.

PRINCIPES à Lavuenburg.

IOANNES comes, Ericum tulit.

ERICVS, Ioannem, & Ericum secundum genuit.

ERICVS III. Albertū, Bernhardum, Ericū & Magnū episcopū procreauerat.

IOANNES filius comitis Bernhardi, Ericum quartū, Bernhardum secundum & magnum secundū suscepit.

BERNHARDVS secundus Ioannis filius, genuit Franciscum, Dorotheā Daniæ reginam, Catharinam Suediæ reginam, Clarā ducissam Luneburgensem: & Elisabetam comitissam ab Oldenburg.

RVDOLPHVS sextus, ex Barbara Lignicensi tulit Wenceslaum tertium, Sigismundum, Rudolphum septimum, & Barbaram Brandeburgensi marchioni collocatam: cuius fratres, Wenceslaus præsul Magdeburgensis fuerat, Albertus vero ex Offeca Aurelianensi nihil tulerat.

ERICVS tertius, frater germanus Rudolphi sexti, Vuenceslai secūdi, & Alberti sexti, elector imperii post fratres, & dux in Lavuenburg, ex Catharina Magni iunioris Brunsuicensis ducis nata, Ericum quintum procreauit. Iste Ericus à Sigismundo Imperatore circa annum Domini 1406, ducatu Saxoniæ & electionis prærogatiua priuatur: quam Cæsar landgrauiis Thuringiæ contulit.

ERICVS quintus, non amplius elector, sed comes simpliciter ab Anhald & Lauvenburg, ex Elisabeta baronissa à Vuinsperg Sueua genuit Bernhardum.

BERNHARDVS comes ab Anhalt & Lauvenburg, ex Adelhaide Pomerana suscepit Ioannem quartum, & Sophiam Gebhardi comitis Iuliacensis coniugem.

IOANNES hoc nomine in stemmate quartus, ex Dorothea filia Friderici senioris marchionis Brandeburgensis genuit filios septem, & sex filias: videlicet Ericum sextum, Bernhardum tertium, Ioannem quintum, Rudolphum septimum, Henricum primū, Fridericum primum, & Magnum. Filiarum, Anna nupsit Ioanni comiti in Reppyn, in marcha Brandeburgensi. Cæteræ virgines manserunt, partim monasticeu professæ: Catharina, Elisabeta, Sophia, Adelhaides, & Margaretha, puellæ obierunt.

GENEALOGIA DVCVM DE ENGERN, ET marchionum de Withyn, vnde landgraui Thuringiæ, duces Saxoniæ, & marchiones Misniæ processere. Credendum est autem, Engerynos processisse Ab Angriuariis, qui Merciorum posteritas erant.

1 SIGEHARDVS princeps de Engern, contra Dagobertum regem Franciæ electus rex Saxonum, anno 636, Theodericum ducem filium reliquit.

2 THEODERICVS dux de Engern, aduersus Carolum Martellū eligitur rex Saxonum. Qui ex Dobergera filia regis Abodrytarum, vbi nunc est principatus Meklaburgensis, progenuit Edilhhardum regem Saxonum, & Vuernekynnm ducem de Engern. 10

3 EDILHARDVS rex Saxonum, ex Heyla regina Frisiorum genuit Albronem, sacris vndis perlutum mox post Vuipertum, & primum Saxoniæ palatinum: & Hermannum ducem de Engern, interfectum in acie à Carolo Magno apud Bucholcz, anno 787.

4 VVERNEKYNVS dux de Engern & Yburg, ex Gundehilde Rugorum principis nata tulit duos filios, Brunonem ducem Saxoniæ, & Vitikindum ducem ab Engern.

5 BRVNO dux Saxoniæ primus à Carolo Magno cōstitutus ex Susanna comitissa Montisfortis & de Rotenfan, Lutolphum genuit, à Ludouico Pio Saxonibus ducem datum, circa annum 820. sepultum in Gundershaym, quod fundauit: & qui ex Oda Ostrofranca reliquerat Tanquardum, Ekebertum, Brunonem submersum in Oceano, conditorem Brunsuicensis ciuitatis, Ludgardim Ludouici Pii Imperatoris coniugem, Haymodem & Gebirgem moniales & abbatissas in Gandershaym. 20

6 VITIKYNDVS, Brunonis frater germanus, in bello Saxonum aduersus Carolum Magnum à gentilibus rex constituitur, circa annum Domini 758, & ab eo vincitur, atque ad sanam Christi doctrinam conuertitur. Habuit duas coniuges: primam, Geuam Daniæ reginam: & alteram, Suaternam Bohemam. obiit anno 818, sepultus in Badeborna, relictis post se tribus filiis: Vitikyndo secundo, Vuigberto & Vualberto. Cuius filiorum alter Lutoldus Brunonem & Ottonem reliquit, Henrici Cæsaris hoc nomine primi ex cognomento Aucupis ex Luitgardi Arnolphi Cæsaris filia patrem: vnde Ottones tres Imperatores processere, & tres in Bauaria Henrici duces. Habuerat vero Henricus Auceps duas sorores, & quatuor filias: Babam Adalberti Babenbergensis comitis vxorem, vnde marchionū Austriæ prosapia defluxit: Adelhaidē abbatissam in Quitelmburg, Mechtildem abbatissam in Qutielmburg: Hedvuigem, Hugonis comitis Parisiensis coniugem, qui postea factus erat rex Franciæ: Gerbirgim, Giselarici Lotharingorum & Belgicæ ducis vxorem, quæ postea nupserat Ludouico regi Franciæ: Rixam duci Boiariæ Arnoldo matrimonio coniunctam, vnde Scyrenses palatini, modo Rheni palatini, electores, & Bauariæ principes defluxere. 30

7 VVIGBERTVS, Vuitikyndi primi filius, baptisatus cum patre à Carolo magno victo, fundator Vualtershusensis cœnobii, ex Smicilla Frisia Vualbertum secundum genuit, & Haselam Brunonis Germaniæ principis vxorem, Kunigundim Ludouici tertiam coniugem, & Adelhaidem abbatissam in Quitelmburg. 40

8 VVALBERTVS secundus Vitikyndi nepos, & frater Lutolphi, qui auus fuerat Henrici Aucupis, dux de Engern & Ryngelburg, ex cōiuge Kerehilde comitissa de Morsburg genuit Immodum ducem de Engern, Brunonem archiepiscopum Colonien. fundatorem S. Pantaleonis, Tanquardum Saxoniæ ducem interfectum in templo à famulis Othonis primi, & vnā filiā Mechtildem Henrico Aucupi hoc nomine Imperatori primo nuptā. Porro Immodus dux ab Engern, ex Heynna comitissa à Scheyrn Bauara Gerhaldum produxit, ab Othone tertio primum Sabaudiæ comitem creatum: vnde hodierni adhuc Sabaudiæ duces rite descendere dignoscuntur. 50

9 VVITKYNDVS secundus, primi filius, Vuigberti ac Vualdberti frater germanus, burggrauius à Ludouico primo constitutus in Zoybekh, in tractu inter Salam & Albim, primus ædificauit Vuithyn, quod hodie Vuitenberga nuncupatur, aduersus Sorraborum Sclauorum incursiones: vnde rite marchiones de Vuithyn descendunt. Is vero ex Nilada comitissa de Rochlicz genuit duos filios, Fridericum burggrauium de Zerbekh interfectum, & Titgreymonem marchionem de Vuithyn, & burggrauium de Budczecz. Qui ex Bosteua comitissa de Pleysben coniuge procreauit Dietmarum.

10 WILHELMVS marchio Thuringiorum fuerat, de quo scribit Lambertus in belli Hungarici descriptione, gesti ab Henrico quarto, auxilio Andreæ regis aduersus Belam: Rex (inquit) Vuilhelmum marchionem Thuringorum, & Epponem Citicensem episcopum, cũ duce Bohemorũ & exercitu Boiarico illuc misit. Sed marchio & episcopus priores Hungariam ingressi, non expectato duce Bohemorũ, cũ Belo signa contulerunt, atque infinitam multitudinem Hungarorum peremerunt. Et iterũ: An. 1062, Vuilhelmus marchio reuersus in Thuringiã, dũ redire in Hungariã, & sponsam suam cũ magna opum suarum ostentatione adducere parat, inter eundum, secunda mansione morbo correptus obiit. Sponsam eius Vdalricus marchio Carentinorum cognatus eius accepit, marchiam Otho frater eius obtinuit. Sed is beneficia Moguntini episcopatus aliter obtinere non potuit, nisi promitteret decimas se de suis in Thuringia possessionibus daturum, & cæteres Thuringos vt idem facerent coacturum. Quæ res multorum malorum seminarium fuit, detestantibus omnibus Thuringis factum eius, & asserentibus mori se malle, quam patrum suorum legitima amittere.

11 OTHO frater Vuilhelmi, marchio Thuringiæ post fratrem creatus ab Henricho quarto, cuius meminit quoq; Lambertus chronographus: Anno Domini (inquit) 1067, Otto marchio Thuringorum obiit, gaudentibus admodum Thuringis, eo quod ipse primus ex principibus Thuringorum, vt prædictum est, decimas ex suis in Thuringia possessionibus dare consensisset: & per hoc calamitatem maximam genti suæ innexisse videretur, marchiam eius Egbertus patruelis regis suscepit, de quo Egberto proximo capite dicemus.

12 DIETMARVS marchio de Vuithyn, ex Vuilda de Nordringen suscepit Theodericum.

13 THEODERICVS marchio de Vuithyn burggrauius de Zorbekh, ex Iuditha comitissa a Vuasserburg progenuit Fridericum primum burggrauium Misniæ, Dedonem marchionem à Vuithyn, Eberhardum comitem de Ilenburg, Hildam burggrauii Misnensis coniugem, Hildam comitis ab Ilenburg vxorem, & Odam Adalberto Schenkhio cuidam de Somersperg nuptam. Eberhardi porro comitis de Isenburg meminisse videtur Lambertus Schaffnaburgensis in suis Annalibus, de Henrici quarti gestis: Luneburg quoque oppidum (inquit) maximum Othonis ducis Saxonici, situm in confinio Saxonum & Luticiorum, occupauerat, militesq; lectissimos cum Eberhardo, filio Eberhardi comitis de Ilenburch, imposuerat.

14 DEDI, marchio de Vuithyn, burggrauius de Seuslicz & Landsperg, comes ab Ilenburg & Bren, ex Dietburgi Brandeburgensi marchionissa procreauit multos filios: videlicet Fridericum antistitem monasteriensem, Theodericum marchionem de Vuithyn, burggrauium de Landsperg, cui vxor fuerat Ekhardi Thuringiæ landgrauii filia: Chunradum (quem susceperat ex Otilia comitissa de Kaczenellenbugen) Geronem marchionẽ Saxoniæ (quem ex Berchta comitissa de Groycz genuerat) Dedonem secundum, marchionem à Landsperg: Thiemonem, marchionem Misniæ primum, & comitem de Vuithyn. & Hyldam duci Bohemiæ desponsatam. Porro huius Dedi mentionem facit Lambertus Schaffnaburgensis, cum coniurationem principum Saxoniæ describit, contra Henricum quartum. Erant in ea coniuratione principes (inquit) Vezel Magdeburgensis archiepiscopus, Bucco Halberstadiensis episcopus, Hezul Hildeshaimensis episcopus, Vuernher Mersburgensis episcopus, Eilbertus Mindensis episcopus, Immet Badẽbornensis episcopus, Fridericus Mimigardefurdensis episcopus, Benno Misnensis episcopus, Otho dux quondam Boiariæ, Vtto marchio, Dedi marchio, & omni marchione animosior atq; implacatior vxor eius Adela: Ekbertus marchio Thuringorum, puer adhuc infra multos annos.

15 GERO, burggrauius Saxoniæ de Landsperg, comes de Seuslicz, Dedi primi, vel secundum alios Theoderici filius, ex comitissa à Groycz vidua tres filios, & duas filias tulit: videlicet Guntherum episcopum Cizensem, Thedericum comitem de Comburg, Vuilhelmum comitem de Lauternburg, Ottonem & Hermannum Misniæ marchiones. Filiarum Vuilla abbatissam egit in Gerbsteten, & Terburgis ibidem monialis fuit. Porro huius Geronis mentionẽ facit Rhegino Prumiensis chronographus: Eodẽ anno (inquit) Gero marchionum nostri temporis optimus & præcipuus obiit. Meminit eiusdem & Lambertus Schaffnaburgensis, in historia Henrici quarti: Erant duo (inquit) cuiusdam Geronis filii, satis quidem edito loco nati, sed propter inopiam rei familiaris inter principes Saxoniæ nullius nominis vel momenti. Hi tempore deditionis vltra Albim fluuium refugerant, ibique rei euentum præstolabantur. Et iterum: Postmodum vero fretus h[illegible]

quos deditione absoluerat, quod eorum auxilio in Saxones, qui se læserant, irã suam donec vlcisci posset, consilium mutauit, & statuto die nuncios pro se in Salueld duci Othoni misit, qui dicerent, vt contractis quantascunque posset copiis, sibi in marcha Misenensi occurrerent, se per Bohemiam ducto exercitu aduenturum: & filiis Geronis comitis, qui imperitam multitudinem male auspicato ad arma concitassent, si Deus vota prosperaret, redditurum quod mererentur, hæc ille. Qui rursus de filiis huius Geronis, Vuilhelmo, Ottone & Hermanno scribens: Anno Domini 1060, inquit, Andreas rex Hungariæ, videns Belem quendam propinquum suum regnum affectare, & Hungaros à se paulatim ad eum deficere, vxorem suam & filium Salomonem, cui Imperator filiam suam paruulo paruulam desponderat, cum multis opibus ad regem Henricum transmisit, petens, vt sibi misso exercitu subueniret, & suos, donec rebus tranquillitas daretur, seruaret. Rex Vuilhelmum marchionem Turingorum, & Epponem Zicensem episcopum, cum duce Bohemorũ & exercitu Boiarico illuc misit: sed marchio & episcopus, priores Hungariam ingressi, non expectato duce Bohemorum, cum Bela signa contulerunt. atque infinitam multitudinem Hungarorum peremerunt. Et iterum, scribens de anno Dominicæ incarnationis 1062: Vuilhelmus marchio reuersus in Thuringiam, dum redire in Hungariam, & sponsam suam, cum magna opum suarum ostentatione, adducere parat, inter eundum secunda mansione morbo correptus, obiit. Sponsam eius Vdalricus marchio Carenthanorum, cognatus eius, accepit: marchiam Otto frater eius obtinuit

16 CHUNRADUS, Geronis ex Dedi frater, ex Otilia comitissa de Kaczenellenbogen suscepit filiam Berchtradam, coniugem Berengarii Thuringiæ landgrauii, domini de Zangershusen.

17 DEDI secundus, & iunior, senioris ex Adala filius, marchio de Landsperg burggrauius de Zorbekh & Lusaez, comes de Ilenburg, Bren, & Kaniberg: ex duabus coniugibus, Oda comitissa de Orlamund, & altera Adelhaide ducissa Brabantiæ, tulit Dedonẽ tertium, Chunradũ tertium, ab Hungaris interfectum: & Henricum. Filiarum Agnes palatino Saxoniæ nupsit, Adelhaides marchioni Austriæ. Porro meminit huius Dedonis non semel Lambertus Schafnaburgensis, in historia Henrici quarti: Filius (inquit) Vtonis marchionis, & filius Adelæ derelictæ Dedi marchionis, ambo teneræ ætatis, & longe adhuc infra pubertatis annos pueruli, cum in munitione cuiusdam Eberhardi ministri regis custodirentur, magnum quoddam & posterorum memoria dignum nobilissimæ indolis documentum ediderunt. Et iterum: Cumque sub idem ferme tempus Dedi marchio longa ægritudine absumptus decessisset, marchiam eius Bohemiæ duci in præmium exactæ militiæ dedit. Tametsi vxor marchionis Adala, filium suum, cui hæreditaria successione marchia debebatur, ei paulo ante pro se obsidem misisset. Eripse marchio post recuperatam pacem in Gerstungen, intemeratam semper erga regem, remq; publicam, fidem seruasset. Et iterum, de auxiliis regi Hungariæ missis disserens: Regina Hungarorum, mater Salomonis regis, duci Boiariorum Othoni dono dederat, cum eo suggerente atque annitente rex filium eius in regnum paternum restituisset. cumque eum dux Otho filio Dedi, marchionis Dedi iuniori in argumentum pignusque indiuiduæ dilectionis ad tempus præstitisset, illico (vt prædictum est) perempto regi, & per regem Lupuldo huic casu obuenerat. loquitur autem de gladio Athilæ, quondam Hunnorum regis, illius flagelli Dei.

18 THIEMO, frater Germanus Geronis, Chunradi & Dedi iunioris, senioris scilicet filius, primus Misniæ marchio, & comes de Vuithyn, ab Henrico quinto inauguratus, ex Ida marchionissa Masouiæ filios genuit, Chunradum secundum, Eckhardum, & Dedonem tertium. Mecbtildis filia nupsit Geroni marchioni.

19 DEDI tertius, ex Berchta filia Vuigberti comitis de Groicz, filiam vnicam suscepit. Mechtildem nomine, Rolandi comitis de Babenberg vxorem.

20 CHUNRADUS tertius, filius Thyemonis, primus inuestitus marchio Misniæ, ex Luitgarde Alberti Sueuiæ ducis filia progenuit quinq; filios, & totidẽ filias: & ad postremum pertæsus vitæ illius, monasticen professus est in Lauternberg, propria fundatione. Filiorum primus HENRICUS nomine, ex Sophia Bauara procreauit duos filios, & vnam filiam: videlicet Vdalricum, Henrici postremi comitis de Vuithyn patrem: Chunradum, & Sophiam burggrauii Magdenburgensis coniugẽ. secũdus vero THEODERICUS, fundator Doberlingensis cœnobii, ac conditor castrorum Landsperg ac Schilda, post Dorbergam Polonam, ex Kunigunde comitissa de Pleissen tulit duos filios, & vnã filiã: videlicet Theodericum Mersburgensem præsulem, Chunradũ quintum interfectum in ludis Martialib. an. 1175, & Gertrudim abbatissam in Gerbsteten. Tertius erat FRIDERICUS,

qui

qui ex Hedvvige filla Diepoldi principis Bohemiæ nihil tulerat. Quartus erat DEDI, hoc nomine quartus, comes à Rochlicz & Groycz, atauus S. Elisabetæ: qui ex Mechtilde de Humelspurg procreauerat vnicam filiā Agnetem, ducis Meraniæ coniugem: & filios quatuor, videlicet Philippum præpositum Xantonensem: Theodericum præpositum Magdeburgensem, postea palatinum Saxoniæ, qui ex Mechtilde Thuringa Agnetem vnicam filiam tulerat: Henricum comitem de Rochlicz: & Chunradum, qui ex Elisabeta Polona Mechtildē suscepit, Alberti Brandeburgensis vxorem, & Agnetem Hentico palatino Rheni nuptam, & Chunradum postremū comitem de Rochlicz. Porro de quinto filio Othone, qui stemma propagauit, seorsim suo mox loco dicturus sum. Itaque & filiarum GERTRVDIS desponsata palatino Rheni, Babenbergę S. Theodorum fundauit: ADELA, primo Suenię regis Daniæ, & deinde Alberti marchionis Brandeburgensis coniunx: SOPHIA, Gebhardo Bauaro, filio Lotharii Cæsaris nupsit: ODA abbatissam egit in Zerbster: AGNES abbatissam in Quintelmburg.

21 OTTO, vnus filiorum Cunradi tertii, qui genus propagauit, marchio Misniæ & Lusatiæ, ex Hedvvige Alberti Brandeburgensis filia procreauit Albertum, Theodericum, Adelam Ottochari Bohemiæ regis coniugem, Sophiam Vdalrico Bohemiæ principi desponsatam, & inde burggrauio Norinbergensi nuptam. Porro Otho mineras argenti prope Friburgum inuenit, & monasterium Altzel fundauit, anno 1180. Cuius filiorum alter Albertus, ex Sophia Bohemiæ regis nata vnicam filiam progenuerat, Christinam, comiti de Lobdeburgh nuptam.

22 THEODERICVS, Othonis filius, hoc nomine tertius, ex comite de Weissenfels marchio Misniæ creatus, ex Iuditha Hermanni landgrauii Thuringię filia procreauit Henricum, Chunradum, Ottonem secundum, & Hedvvigem.

23 HENRICVS, filius Theoderici, primus suæ familiæ Thuringiæ landgrauius inuestitus, cum comitum Aurelianensium, de quibus supra dictum est, familia defecisset, cum Misniæ interim quoque marchio foret, tres coniuges in matrimonio habuit: Agnetem Bohemam, Constantiam Austriacam, & postremam nobilem de Maltiez. Ex quibus tulit filios quatuor, & duas filias, quæ monasticen in Weissensels professæ sunt: videlicet, Albertum secundum: Theodericum quartum, Pinguem cognomēto, dominum de Landsperg: & duos Fridericos: quorum Theodericus Helenam Brandeburgensem in matrimonio habuerat. Fridericus vnus Theodo cognomento, duxerat Hildegardim Bauaram: alter vero Fridericus dominus de Dresden, ex Iuditha de Schvvarczēburg genuit filium Apetonem, landgrauium in Denneberg.

24 ALBERTVS, tres in matrimonio claras fœminas habuit: primam, Margarethā Friderici Cæsaris secundi filiam: secundā, Kunigundim comitissam de Eisenburg: & tertiam, Adelhaidem comitissam de Cassel. ex quibus suscepit filios quinque, & vnam filiam Agnetem, ducissam Brunsuicensem: filios autem, Fridericum hoc nomine in stirpe sextum, qui familiam propagauit: Fridericum septimum, comitem de Altenburg: Henricum & Dietmannum. Quorum hic ex Gueta de Henneberg nihil tulit, interfectus Lipsiæ a seruo: ille vero ex Hedvvige Silesia pariter nullam prolem reliquit.

25 FRIDERICVS, hoc nomine in stirpe sextus, ex duabus coniugibus, Agnete Charentana & Elisabetha comitissa de Arnschlag, genuit Fridericum octauum.

26 FRIDERICVS octauus, ex Mechtilde Ludouici quarti Cęsaris, Bauarię ducis, nata progenuit Fridericum nonum: Ludouicum episcopum Halberstadiensem, qui postea ad archiepiscopatus Magdeburgensem & Moguntinum vocatus fuerat: Wilhelmum, Balthasarem, Beatricem abbatissam in Scheuslicz. Elisabetam burggrauii Norinbergensis coniugem, Annam Rudolpho Saxoniæ duci collocatam, & Agnetem Brunsuicensem. Quorum Wilhelmus Ludmillam Morauam nactus fuerat vxorem: Balthasar vero duabus iunctus fuerat, Margarethæ Nurmbergensi, & Agneti viduæ Brunsuicensis.

27 FRIDERICVS nonus hoc nomine, cognomēto Strenuus, ex Catharina comitissa ab Henneberg genuit Fridericum decimum, Georgium, & Wilhelmum secundū, fundatorem Altenburgensem, Wilhelmum secundum, Annam Brandeburgensem.

28 FRIDERICVS decimus, primus elector Saxoniæ à Sigismundo Imperatore creatus, ex Catharina Brunsuicensi procreauit Fridericum vndecimum, Henricum tertium, Sigismundum antistitem Herbipolensem, Wilhelmum qui habuerat in coniugio Catharinam de Brandenstayn, Annam Brandeburgensem, Catharinam Munsterburgensem, & alteram Catharinam landgrauio Hassiæ nuptam.

29 FRIDERICVS vndecimus, elector secundus sui generis, ex Margaretha Austriaca, Friderici Cæsaris tertii sorore, genuit Arnestum electorem: Albertum ducem, qui famili-

am propagauit: Albertum Moguntinum archiepiscopum, Arnestum Magdeburgensem episcopum, Wolfgangum Fridericum & Alexandrum, qui in iuuentute obierant: Annam Alberti Brandeburgensis coniugem, Æmiliam Ludouico duci Bauariæ nuptam, Hedvvigem abbatissam in Quintelmburg, & Martham abbatissam in Schenslicz.

30 ARNESTVS elector Saxoniæ, ex Elisabeta Bauara tulit Fridericum electorem, fundatorem academiæ Witenbergensis: & Ioannem, qui post Fridericum fuit elector: qui ex duabus vxoribus, Sophia Meklaburgensi, & Margaretha de Anhalt, progenuit Ioannem Fridericum, quem electionis iure Carolus Cæsar quintus priuauit, & Ioannem Ernestum. Porro filii Ioannis Friderici adhuc in humanis sunt, ex Sibylla Iuliacensi nati, Ioannes Fridericus, Ernestus, & Wilhelmus. 10

31 ALBERTVS hoc nomine tertius, Arnesti electoris frater germanus, vndecimi Friderici filius, ex Maria Philippi Pomeraniæ ducis filia, tulit Fridericum duodecimum commendatorem Teutonici ordinis: Georgium & Henricum. Filiarum Catharina coniuncta fuit Sigismundo duci Austriæ in Tyroli, quæ postea Brunsuicensi duci nupsit.

32 GEORGIVS, Alberti ducis Saxoniæ, non electoris, filius, eius qui Maximilianũ Cæsarem ex captiuitate Flandrica liberauerat, dominus tractus Lipsensis, & qui olim iuuenis Frisiæ erat a Maximiliano Cęsare præfectus, ex Barbara Polonię regis filia suscepit Ioannẽ, cui Hessa coniunx fuerat: Fridericum decimum tertium, qui Mansfeldinam sibi coniunxerat: Christinam, Philippo Hassię landgrauio collocatam: Magdalenam Brandeburgensem: & quæ in iuuentute obierant, Annam & Margaretam. 20

33 HENRICVS, & ipse Alberti ducis, nõ electoris, filius, Georgii ducis de Lipsia frater germanus, primo Prussiæ magister, deinde in diuisione cum fratribus Dresdam ac Friburgum nactus, ex Catharina Meklaburgensi suscepit Mauritium & Augustum, viros que nostra ætate electores Saxoniæ. Quippe Mauritium Carolus V Cæsar Ioanni Friderico substituerat, anno 1546. & Mauritio, ab Alberto Brandeburgensi in acie occiso, anno 1552, Augustus frater successit, qui ex Christiani Daniæ regis filia genuit * *

LIMITIS SORABICI PRAEFECTI
antiquissimi, vnde primi Misniæ marchiones processerunt.

1 DACHVLPHVS, primus marchio limitis Sorabici aduersus Slauos, à Ludouico Pio Imperatore constitutus, missus cum Ernesto Norici limitis pręfecto à Vogburg, contra Bohemos contumaces. 30

2 CISTIBERVS, à Ludouico 2 Boiariæ & Germaniæ rege præficitur limiti isti.

3 WERNHERVS, insimulatus conspirasse cum Ratislao Morauo, mouetur officio ac loco.

4 RATVLPHVS vicit Sorabos, Ludouico secundo in Germania regnante.

5 POPPO, à Ludouico tertio Boiariæ & Germaniæ rege constituitur, clarus victoria Wyndorum, post cladem Cymbricam exultantium. Habuit fratrem Henrichum, limitis Armorici in Gallia præsidem, clarum trophæis Nordmannicis, Carolo Crasso imperante. 40

6 WILHELMVS, Henricho tertio imperante, pręfuit limiti. Habebat fratrem Ottonem, Boiariæ ducem, ab Henrico quarto exauctoratum & pulsum.

GENEALOGIA COMITVM DE
Dunkeslare, Palatinorum Saxoniæ.

1 BRVNO, filius Henrici Boiariæ ducis, qui Henrici Aucupis Cæsaris filius fuerat, & primi Ottonis frater germanus: qui ex Hildesmida Croata genuit Brunonem secundum.

2 BRVNO secundus hoc nomine, ex Gisela Wandalorum principe, viduata ab Ernesto seniore Sueuiæ duce, quæ postea tertiis nuptiis Cunrado secundo cognomẽto Saliquo Imperatori nupserat, Lutolphum & Ottonem procreauit, & filiam Bonifacio Italiæ marchioni nuptam. 50

3 LVTOLPHVS marchio & palatinus Saxonię, ex Hiltrude Flandra, sepulta in Ingelhaym, genuit Brunonem tertium marchionem Saxoniæ, qui in prælio interficitur anno 1001. Hermannum palatinum Saxoniæ, Ottonem ducem cognominatum de Weser, & Egibertum Misniæ ac Turingiæ marchionem.

4 OTTO, deficiente Henrici sancti, quem Claudũ cognominant, in Boiaria stirpe, cũ aliquandiu Henrici tertii coniunx ducatum administrasset, iãdem ob vinculũ cognationis primæuorum principum, & ob præclara pleraque gesta successit in ducatum Bauariæ, authoritate Henrici quarti: à quo tamen mox profligatus, ne in Saxonia quidẽ locum habere

tutum

tutum potuit, quod integro pene libro Lambertus Schaffnaburgẽsis scriptum reliquit. Sed nos è locis innumeris pauca loca inseremus: Anno Domini (ait) 1060, Imperatrix ducatum Boiariæ (loquitur de Agnete Pictauiensi, tertii Henrici cõiuge, & quarti matre) quem post mortem Chunradi filii sui vsque ad id tempus per seipsam administrauerat, Othoni dedit, videns eum virum industrium, & iuuandis regni negociis satis opportunum. Et iterum, de anno scribens 1070: Clarus eo tempore in palatio, & magnæ in republica authoritatis erat Otto dux Boiariorum: sed sicut semper gloriam sequi solet inuidia, inuidentes ei plerique homines nequam, qui maliciæ suæ potentiam eius, atque immoderatam gloriam obstare querebantur, sollicitæ ad opprimendum eum opportunitatem quærebant. Itaque quendã
10 Egonem nomine, hominem ingenuum, sed omni flagitiorũ genere infamatum, in necem exitiumque eius subordinauerunt. Is crimen aduersus eum detulit, quod se ad occidendum regem precibus & pollicitationibus multis sæpenumero sollicitasset. atq; in argumentum fidei, gladium ostentabat, quem sibi ab eo, in hos tam sceleratos nefariosque vsus dãtum adserebat. Et plura, vnde proscriptio eiusdem Othonis elucescit: qui cum gratiam meruisset, denuo tamen, nullis causis homo innocens exauctoratur. Vnde scribit idem Lambertus: Rex ascensionem Domini Goslariæ, Pentecosten Magdeburgi celebrauit. Ibi quoque Otho dux Boiariorum, post integrum annum deditionis suæ gratiam regis recepit, data vel regi, vel his qui regi pro eo suggesserant, non modica portione prædiorum suorum. Et rursus: Cumque nihil supplicando, nihil pecuniam atque infinita prædia offerendo, ni-
20 hil sua vterq; erga ipsum regem, atque erga Rempublicam multa sæpe merita commemorando proficerent, ad vltimum Otho dux quondam Boiariæ seipsum regi obtulit, quandiu vellet, in vinculis habendum, & omnia tanquam priori conuentione nihil actum esset, pro arbitratu suo distribuenda, dummodo propinquum suum, qui solo suarum partium studio in eam calamitatem deuenerat, deditione absolueret. Et rursus postea de eodem, alio loco: Inter hæc verba, cũ Saxones iam armata manu atrium palatii replesse, & ad vim faciendam paratos, inconditis motibus perstrepere cerneret, tandẽ ancipiti periculo permotus, cõcessit, vt duci Othoni ducatum Boiariæ reposcenti, intra anni spacium iuxta principum iurisdictionem satisfaceret: castella vero sua omnia sine dilatione destrueret: sed ea cõditione, vt Saxones & Thuringi sua quoq; castella, quę tẽpore regni eius extructa fuissent, pari mo-
30 do diruerent. Deniq; cum alteram captiuitatem eiusdẽ ducis describeret, post victoriam in Saxonia de Saxonibus relatam: Igitur introducũtur (ait) per ordinem Saxoniæ & Thuringiæ primo principes, Weczil archiepiscopus Magdeburgensis, Bucco episcopus Halberstadiensis, Otho dux quondam Boiariæ, Magnus dux Saxoniæ, Herimannus comes patruus eius, Fridericus palatinus comes, Dietherious comes de Cadalẽburg, Adelbertus comes de Thuringia: Rudiger, Sizzo, Berenger, Bern, comites: deinde ingenui omnes, qui vel generis vel opum claritate aliquantulum eminebant in populo: & sicut conuenerat, absque vlla exceptione regis se dediderunt. Rex eos principibus singulis singulos, donec de eis communi consilio deliberaretur, seruandos commisit.

5 BRVNO hoc nomine tertius, filius Lutolphi, & Ottonis frater maior natu, interfe-
40 ctus in prælio, vt diximus, in Saxonia, anno 1001, progenuit Heczilonem electum antistitem Hildeshaymensem, anno 1063.

6 EGBERTVS, secundum alios Lutolphi, secundum alios Brunonis tertii filius, marchio Thuringiæ, & palatinus Saxoniæ, ex Gerbirge marchionissa de Landsperg, vel secundum alios Ottonis ducis à Schvveynfurt, progenuit Ekhardum per insidias in molendino interfectum, & sepultum in Brunsuiga, cuius sæpe meminit Lambertus Schaffnaburgensis in suis annalibus: Mathildam principi Italiæ de Luca nuptam, & Gertrudim ducis Maiouię vxorem, & postea secũdis nuptiis Theodetico burggrauio Magdeburgensi traditam. Cuius Ecberti Lambertus chronographus in descriptione belli ab Henrico quarto aduersus Saxonas gesti mentionem facit: Erant in ea coniuratione, inquit, Weczel Magdeburgẽsis
50 archiepiscopus, Bucco Halberstadiensis, Heczel Hildenesheymensis, Wernher Mersburgensis, Eilbertus Myndensis, Immet Podernbrunnensis, Friderich Mimegardefurdensis, Benno Misinensis, episcopi: Otho dux quondam Boiariæ, Vto marchio, Dedi marchio, & omni marchione animosior atque implacatior vxor eius Adela: Egbertus marchio Turingorum, puer adhuc infra militares annos. Et iterum: Et quoniam digrediens, duci Bohemorum marchiam Misenensem tam spectatæ in arduis rebus fidei prœmium dederat, Echkebertus marchionis, cuius eadẽ marchia erat, filius, patruelis regis, puer longe adhuc infra militares annos, vbi primum decrescentibus aquis, fluuius factus est transmeabilis, adiunctis sibi Saxonibus, Misenem perrexit, omniaq; castella, quibus dux Bohemicus præsidium imposuerat, admota militari manu recepit.

GENEALOGIA COMITVM DE SELTAV ET Luneburg, vnde & Palatini & Marchiones, duces denique Saxoniæ processere, alterius & antiquioris originis quam sunt hodierni Luneburgenses, qui ex Welphonibus Suevis descendunt, de quibus proximo libro dictum est.

1 BILLICO, miles de Stubekeschornæ, progenuit Hermannum & Wighmannum.

2 HERMANNVS, ab Othone primo iudex primum Magdeburgi: dein ob præclara facta, mortuo Gerone burggrauio, burggrauius eiusdem quoque ciuitatis constituitur: & postremo apud Luneburgũ comes & princeps inauguratus, donatur insignibus leone ceruleo in aureo clypeo. Qui ex Hildegarde nobili de Westerburg, tres filios procreauit: Wikhmannum secundum, Lotharium, & Bennonem. 10

3 BENNO, filius Hermanni, quem & Bernonem Annales vocant, ex Geula Stetinensis ducis nata, Bernhardum filium suscepit.

4 BERNHARDVS, ex Berchtrada filia regis Norduegiæ, tres filios genuit: Ortolphum, Ottonem, & *

5 ORTOLPHVS, duas habuit coniuges, Giselam Magni Norduegiæ ducis filiam, & Gertrudim filiam Chunradi secundi, cognomento Saliqui: Fridericum & Hermannum Saxoniæ palatinos reliquit, quorũ subinde Lambertus Schaffnaburgensis in historia Henrici quarti meminit. Hæc autem sunt castella, quæ ipse, postquam pater eius decesserat, extruxit: quæ tamen ad præsens memoriæ occurrunt, Hartesburg, Wigantenstayn, Moseburg, Sassensteyn, Spatenberg, Heymenburg, Asemberg, Vokenrod Friderici palatini comitis fuerat. Idque ei rex quadam legum violentia eripuerat, præsidiumque suum imposuerat. Luynburg quoque oppidum Ottonis ducis Saxoniei, &c, Et iterum, cum Saxoniæ principum deditionem Henrico quarto exhibitam enarrat: Igitur introducuntur per ordinem Saxoniæ atque Thuringiæ primo principes, Weczil archiepiscopus Magdeburgensis, Bucco episcopus Halberstadiensis, Otho dux quondam Boiariæ, Magnus dux Saxoniæ, Hermannus comes palatinus, patruus eius, Fridericus palatinus comes, Theodericus comes de Cadalenburg. 20

6 OTTO, frater Ortolphi & Bernhardi filius, ab Henrico tertio dux Saxoniæ totius inauguratur, qui aduersus Henricum postea quartum cum cæteris Saxoniæ proceribus conspirauerat. cuius meminit Lambertus Schaffnaburgensis, cum quæ Henricus quartus in Saxonia per vim occupasset, recenset: Luynburgh quoque oppidum maximum Ottonis ducis Saxonici, situm in confinio Saxonum & Luticiorum, occupauerat, milites que lectissimos cum Eberhardo, filio Eberhardi comitis de Eilenburch, imposuerat, non aliam ob rationem, nisi quod omnia quæ prædicti ducis fuerant, in potestatem regiam iure deditionis per Magnum filium eius venisse argumentabatur. Et iterum: Huius coniurationis authores ac signiferi quidam erant, Bucco Halberstadiensis episcopus, Otho dux quondam Boiariæ, atque Hermannus frater Othonis Saxonici ducis, qui superiori anno decesserat. 30

7 MAGNVS, Othonis superioris filius, ex Sophia filia Geisæ regis Hungariæ, Colomani regis sorore, Wulfildim & Elecham filias progenuit. Quarum hæc nupta fuerat Othoni comiti de Salczvvedel & Balenstad: altera vero Henrico Welphoni primo suæ gentis Boiorum duci, ex cognomento Nigro, nupserat, mater Henrici Superbi: qui ratione patris Boiariæ ducatum, ratione matris Saxoniæ consecutus fuit. Atque ista fuit occasio atque causa, quamobrem Welphones in Saxoniam translati, deficientibus antiquis familiabus, rerum isthic potiri cœperint, in Brunsuicenses & Luneburgenses duces diuisi. Quibus prærogatiuam tamen electionis, quam similiter habuerant, Fridericus Cæsar primus ademit, & Bernhardo comiti ab Anhald contulerat. Porro antequam adhuc Henricus Superbus in Saxoniam venisset, erat in ea prouincia dux constitutus ab Henrico quinto Imperatore Lotharius comes de Supplenburg, qui postea ad culmen quoque Imperii peruenerat: cuius filiam Gertrudim Henricus Superbus Welpho in matrimonio habuerat. Quare duplici nomine, & ob socerum, & ob matrem, Saxoniæ prouinciam obtinuisse elucescit. Cæterum meminit Magni ducis, qui ab Henrico quarto, vna cum aliis Saxoniæ principibus captus fuerat, Lambertus chronographus in historia Henrici quarti: Cæteri duo, præter publicam gentis suæ causam, etiam priuato odio, iam pridem regi desciuerant, propter Magnum, Ottonis ducis Saxonici filium, quem rex in deditionem acceptum, iam per biennium in custodia tenebat. Porro obiit Magnus suæ familiæ postremus, anno incarnationis millesimo centesimo sexto. 40 50

GENEA-

GENEALOGIA COMITVM DE NORTheim, unde Marchiones de Staden, & comites à Beichlingen descendunt.

1 LVDOVICVS, ex cognomento Pinguis, ex Mechtilde, Ekeberti iunioris Misniæ marchionis sorore, Ottonem reliquit.

2 HENRICVS, cognomento quoque Pinguis appellatus, Ludouici frater germanus fuerat.

3 OTTO, Ludouici filius, comes de Wester & Staden, floruit circa annum 1035. genuit multos liberos vtriusq; sexus, videlicet Henricum comitem de Northeym, Ottonem comitem & marchionem de Staden, Sigefridum comitem de Beichlingen: qui genuerat Sigefridum, Albertum, Vdam Thiemoni domino à Wirtou, Adelhaidem Saxoniæ palatino, tertiam comiti ab Arnsperg, quartam Welphoni quarto Sucuo, quintã Hermanno de Calueli nuptam. Vnde Henricus & Otto comites de Rauensburgh processerũt: quorum alter Elchingense prope Vlmam monasterium fundauit.

4 OTTO secundus marchio de Staden, Ottonis comitis de Nordhaym filius, cui alii vxorem Lotharii ac Chunradi palatini attribuunt.

5 HENRICVS, primi Ottonis filius, & secundi frater germanus, ex Gertrude marchionissa Saxoniæ duas modo filias procreauit: quarum Rizzam Lotharius comes à Quertfurt, electus postmodum in Imperatorem hoc nomine tertius coniugẽ duxit, & ex ea Gertrudim tulit, primo Henrico Welphoni Bauariæ duci ex cognomento Leoni, & post eum Henrico primo duci Austriæ cognomento Jochsamergot/ ex euentu prouerbii sic appellato, nuptam. Progenuit & alteram Gertrudim nomine, Cunrado postremo Rheni palatino, Friderici primi Cæsaris fratri germano, collocatam. Vnde Henricus palatinus Rheni & Saxoniæ dux processit: cuius filia vnica Ottoni duci Bauariæ nupserat, & ea ratione palatinatum Rheni Bauariç coniunxit, vnam ex duabus familiam constituendo, vt in hanc vsque diem manet.

GENEALOGIA COMITVM DE Quertfurt, Supplenburg, & Arnsperg.

1 BRVNO, cum fratre Gebhardo, floruit anno * Quorũ Bruno ex Sophia comitissa de Mansfeld Burcardum tulit, & Hedvvigem, Ludouico Landgrauio Thuringię nuptam.

2 BVRCARDVS, Gebehardum secundum tulit.

3 GEBHARDVS, ex Hedvvige filia Friderici burggrauii Norinbergensis, quæ secundis nuptiis postea coniuncta fuit Theoderico comiti Westlandiæ, procreauit Lotharium, postea in Cæsarem electum, hoc nomine tertium: Chunradum ducem Saxoniæ, & filias aliquot: quarum Vda nomine Gebhardo Boiariæ comiti nupsit, Rizza comiti Cleuensi, Gertrudis Florentio Holandiæ comiti: quæ secundis nuptiis coniuncta fuit Ruperto Flandriæ comiti, mater Philippi & Ruperti Flandriæ comitum.

4 CHVNRADVS Gebhardi filius, ex Lucia ducissa Sueuiæ nullam prolem tulit.

5 LOTHARIVS, frater Chũradi, & Gebhardi comitis filius, electus postea in regem Romanorum, contra Cunradum hoc nomine tertium Sueuiæ ducem. Is ex Ricza vel Rihenza comitissa à Nordhaym vnicam modo filiam procreauit, Gertrudim nomine, duob[9] ordine maritis collocatam: primo Henrico Welphoni ex cognomento Superbo, Boiariæ duci: & inde Henrico Austriæ primo duci. Porro is Lotharius nõdum imperator, ab Henrico v, deficiente antiqua Luneburgensium stirpe, dux Saxoniæ constitutus fuerat. Quare cum & eius stemma in semine virili defecisset, filia tamen ius inuestituræ retinuit.

6 GOTOFRIDVS & Fridericus, comites ab Arnsperg, quorum alter in matrimonio habuerat comitis à Kopfenberg natam.

7 HENRICVS & Fridericus, Gotofridi filii fuere.

8 SIGEFRIDVS comes à Quertfurt, eligitur in antistitem Halberstadiensem, anno millesimo CCLXXIII.

GENEALOGIA COMITVM OLSACIAE, ET DE Stermar: vnde processere duces Slesuicenses in Dania, comites ab Oldenburg, & comites à Scauenburg, & qui hodie sunt Daniæ reges.

1 ADOLPHVS, à Cunrado secundo Imperatore ex cognomento Saliquo, comes inauguratus, genuit Hartungum, & Adolphum à Wandalis occisum. Hartungus quoque in expeditione Bohemica periit.

2 ADOLPHVS secundus procreauit Adolphum tertium. Is est, qui Lubecensis ciuitatis primus conditor perhibetur.

3 ADOLPHVS tertius, pulsus Olsatia, apud regem Daniæ Waldamarũ militauit: cuius sororem quoque coniugem duxit. Ex qua tulit Adolphum quartum, Cunradum comitem de Scauenberg, vnde prosapia comitum à Scounberg in Saxonia & Westphalia descendit: & Brunonem, ex præposito Magdeburgensi episcopum Olomucensem, eum qui Ottocari Bohemiæ regis nomine præfectum Austriæ egerat: quo tempore Rudolphus Habsburgensis Cæsar, Bohemos ex Austria profligauit, circa annum videlicet millesimum CCLXXX.

4 ADOLPHVS quartus, reliquit Gerhardum comitem Olsatiæ & de Stormar, Ioannem comitem ab Oldenburg (vnde comites Oldenburgenses defluxerunt) Luthetũ puerum, & filiam Abel regi Danorum desponsatam. Is viduus factus, in senectute monasticen professus fuit. 10

5 IOANNES, ex filia Alberti ducis Saxoniæ genuit Albertum præpositum, Ioannem comitem ab Oldenburg, & Adolphum comitem à Zegenburg, qui filiam Mestiou ducis Pomeranorum coniugem habuit.

6 IOANNES secundus, cognométo Largus, ex filia Erici regis Danorum Adolphum sextum procreauit.

7 GERHARDVS, frater Ioannis primi, & Adolphi quarti filius, comes Olsatiæ & in Stormar, ex filia Ioannis principis Abodritarum siue Meklaburgensis, Gerhardum secundum & Henricum suscepit. 20

8 GERHARDVS secundus hoc nomine in prosapia, comes Olsatię, & de Scauẽburg, genuit Ioannem tertium, primum Olsatiæ ducem, Adolphum comitem de Scauenburg, Ottonem, Henricum & Gerhardum, comites de Oldenburg & Stozmar.

9 ADOLPHVS septimus, filius Gerhardi secundi, comes à Scauẽburg, progenuit Ericum episcopum Hildeshaymensem, Ioannem & Gerhardum comites.

10 GERHARDVS tertius, Adolphi septimi filius, reliquit Gerhardũ episcopum Mindensem, Bernhardum præpositum, Adolphum octauum comitem à Scauenburg, Ottonẽ, & Simonem in ludis Martialibus interfectum.

11 IOANNES, primus Olsatiæ dux, progenuit Gerhardum & Adolphum. 30

12 HENRICVS, Gerhardi secundi filius, reliquit Ioannem quintum, Gerhardũ quintum ex cognomento Magnum, & filiam Erico duci Slesuicensi nuptam.

13 GERHARDVS quintus hoc nomine in stemmate, ex filia Ioannis ducis Saxoniæ procreauit Henricum tertium cognomento Ferreum, Nicolaum, & Elisabetam Aquini Suetiæ regis vxorem. Quorum Nicolaus matrem Alberti ducis Saxoniæ in matrimonio habuerat.

14 HENRICVS cognomento Ferreus, ex filia Henrici ducis Meklaburgensis tulit Albertum comitem, & Henricum episcopum Osnaburgensem.

15 GERHARDVS Adolphi VII filius, primus suæ stirpis dux Slesuicẽsis in Dania à rege Daniæ inuestitus, circa annũ Salutis humanæ 1380: ex sorore Bernhardi ducis Brunsuicensis Gerhardũ, Adolphum, & Theodericũ reliquit. Quorum Gerhardus patri in ducatu Slesuicensi successit, Adolphus vero in matrimonio habuerat sororẽ comitis ab Honsteyn. Genuerat Gerhardus dux & filiã, Walthasari ptincipi Wandalorũ nuptam: & eo mortuo, Theoderico comiti ab Oldenburg: matrẽ Christiani primi huius prosapiæ Daniæ regis, Mauritii comitis ab Oldenburg, & Gerhardi comitis à Delmenhorst. Quorũ rex ex marchionissa Brandenburgensi Ioannem regem reliquit, & Fridericũ Slesuicensem ducem. Quorum regis, Christiernus, Daniæ rex nostra memoria exul: ducis vero, qui modo rerum in Dania potitur Christianus rex, filii extitere. 40

16 GERHARDVS secũdus, Slesuicẽsis dux, suæ familiæ, ex Anna marchionis à Baden filia, quæ postea secundis nuptiis baroni ab Hevven collocata fuerat, nullam prolem tulit. 50

GENEALOGIA COMITVM AB Hennenberg, siue Huneberg.

1 OTTO, anno Salutis 1080, ex Beatrice comitissa quadam genuit Betchtoldum & Folmarum, qui in literis citatur de anno 1120.

2 BERCHTOLDVS, fundator monasterii Goczou, ex Mechrilde filia Hermãni marchionis Badensis procreauit Berchtoldum comitem, Gebhardum præsulem Herbipolensem, Gotobaldum fundatorem monasterii Weseravv, & Luitgardam Palatino Rheni nuptam. floruere circa annum 1120.

3 BERCH-

3 BERCHTOLOVS secundus, reliquit Poponem, Theodericum, Hugonẽ, & Eberhardum episcopum Herbipolensem, anno electum 1160.

4 POPO, Hermannum filium suscepit, & duas filias: quarum vna marchioni Misniæ nupsit, altera marchioni à Brandenburg. Theodericus porro & Hugo in diplomatib. testes citantur de anno 1140.

5 HERMANNVS, Poponem secundum tulit.

6 POPO secundus, ex duabus coniugibus, Gueta Landgrauia Thuringiæ, & Hildegarde filia Ludouici Barbati, Thuringiæ comitis, tulit Ottonẽ præsulem Spirensem, Berchtoldum episcopum Herbipolensem, Poponem tertium, & Dietburgim Alberto comiti de 10 Solwedel desponsatam.

7 BERCHTOLDVS tertius in genere, ex Adelhaide Langrauia Hassiæ, & altera Anna comitissa ab Hohenloe, circa annum Domini 1267. progenuit Henricum, & Ithã marchionis alicuius coniugem.

8 HENRICVS, ex Iuditha marchionis Brandeburgensis filia, tulit Berchtoldũ quartum, Omeliam Sigismundi comitis ab Anhald, & Elisabetam Ernesti comitis ab Anhald, coniuges.

9 BERCHTOLDVS hoc nomine quartus, ex palatina Saxoniæ genuit Berchtoldum quintum, & Burggrauii Norinbergensis vxorem.

10 BERCHTOLDVS quintus, ex comitissa à Schwarczenburg Henricum tertium re-20 liquit.

11 HENRICVS hoc nomine tertius, ex Mechtilde marchionissa à Baden Wilhelmum genuit, & filiam nuptam comiti à Wirtenbergh.

12 WILHELMVS, ex Catharina comitissa de Honigou, tulit Wilhelmum, & filiã nuptam comiti à Cleue, de anno 1380.

13 WILHELMVS secundus, ex Anna filia ducis Brunsuicensis Wilhelmum tertium genuit.

14 WILHELMVS tertius, ex Margaretha ducissa à Brunsvvig, tulit Wilhelmum quartum, Ottonem & Hermannum.

15 WILHELMVS quartus, ex marchionissa à Brandenburg procreauit Philippũ epi-30 scopum Babenbergensem, electum anno Domini 148. Berchtoldum Moguntinum episcopum, autorem cameræ Imperialis apud Spiram, qui Maximiliani Cæsaris cancellarius quoq; fuerat circa annum Dominicæ incarnationis 1480. Ab horum episcoporum fratre defluunt, qui hodie sunt Hennebergenses comites.

GENEALOGIA COMITVM DE *Kaczenellenbogen.*

1 EBERHARDVS, comes à Kaczenellenbogen: cuius soror nupsit Adolpho comiti à Nassou, 1270.

2 IOANNES, ex comitissa de Seehm genuit Theodericum, & Adelhaidẽ comitissam 40 à Nassou.

3 RICHERVS, frater Ioannis, circa annum Domini floruit 1240.

4 THEODERICVS IOANNIS filius, ex comitissa à Waldstayn tulit Ioannem, Fridericum, & filiam Adelhaidem Adolpho seniori à Nassou desponsatam, matrem ADOLPHI Romanorum regis. Quorum Ioannes legitur habuisse in matrimonio comitissam à Kiburg.

5 FRIDERICVS genuit ex comitissa de Leyningen Gerbardum episcopum Spirensem, & Waldramum, qui ex comitissa a Westerburg Emichonem tulit.

6 EMICHO, Waldrami filius, ex comitissa à Sponhaym Fridericũ secundũ suscepit. Qui rursus ex comitissa à Waldeckh Wolfgangũ reliquit, & filiam locatã Wolfgango senio-50 ri comiti de Kaczenellenbogen: qui interfuisse legitur ludis Martialibus apud Ingelhaym celebratis anno 1337.

7 IOANNES secundus, frater Friderici primi, ex comitissa à Kiburgh tulit Theodericum secundum, & filiam nuptam comiti ab Hohenloe.

8 THEODERICVS secundus, ex comitissa à Lympurg Fridericum tertium reli & filiam comitissam à Budingen, anno labente a nato Christo 1380.

9 FRIDERICVS, hoc nomine in familia tertius, ex comitissa a Nassou Wolfgang m progenuit.

10 WOLFGANGVS, ex filia comitis Friderici de alto Kaczenellenbogen, cuius mater fuerat comitissa à Waldekh, Philippum suscepit.

11 PHILIPPVS duas habuit coniuges, Annam comitissam à Wirtenbergh, & alteram comitissam à Nassou. Et ex his Philippum secundũ progenuit, anno currente a nato Christo 1400.

12 PHILIPPVS secundus hoc nomine, ex filia Henrici comitis à Nassau, cuius mater fuerat comitissa Wirtenbergensis, produxit filiam Otiliam, nuptam Christophoro marchioni à Baden. Huius Philippi soror Landgrauio Hassiæ nupta fuerat. Hinc est, quod duæ istæ prosapiæ Landgrauiorum Hassiæ & comitum à Nassou, pro comitatu Kaczenellenbogen, nostra memoria diu multumq; & iure & armis contenderunt.

CATALOGVS ALIQVOT NOBILIVM ET ANtiquorum Comitatuum per Turingiam, Saxoniam, & Westphaliam, vbi quondam Marcomani, eorumq; propagines Mercii, Nordmanni, Dannemarkhii, & Turcilingi rerum potiti fuerunt. 10

COMITES ab Eilenburg: Eberhardus cum duobus filiis, sub Henrico quarto acie interfectis, enumeratur à Lamberto Schaffnaburgensi chronographo.

Comites à Woldenburg: Henricus & Ottho, episcopi Hildeshaymenses, sibi mutuo succedentes de anno 1300.

Comites ab Aluenlevven: Vdo episcopus Hildeneshaymensis, sub Chunrado tertio 1140. posttemus Hermannus locupletauit cœnobium Mulbrun, in finibus Wirtenbergiæ. 20

Comites de Rabenspurg: Otho fundator Elchingensis prope Vlmam cœnobii, sub Henrico quarto: & Chunradus præsul Wirceziburgensis, author ordinis Teutonicorum, & trium Cæsarum cancellarius, de anno Dominicæ incarnationis 1255.

Comites de Hirczenhausen: HENRICVS celebratur in literis de anno Domini 1136.

Comites de Werle: Saxo episcopus Padebornensis, citatur in literis de anno Salutis 1080.

Comites de Loppenbusen: Engelhardus citatur testis in literis de anno humanæ Salutis 1140.

Comites de Samersenburg: Bernhardus episcopus Hildeneshaymensis, & Erkenbaldus archiepiscopus Moguntinus, de anno Dominicæ incarnationis reperiuntur 1020. 30

Comites de Honstayn: Ernestus episcopus Halberstadiensis, anno sedit 1394. Wilhelmus episcopus Argentoratensis, anno 1506. & Ernestus comes anno 1510. Superest adhuc huius nominis ac familiæ vnus, qui anno incarnationis Domini 1552. Franconofurdum in fide Caroli quinti & Ferdinandi Cæsarum retinuit.

Comites de Mansfeld: Guntherus floruit circa annum Domini 1500. Superest adhuc familia, hodie Alberto quodam celebris, qui tamen nescio quibus artibus memoriam quærit.

Comites de Arnstayn: Chunradus celebratur de anno Domini 1120. Berengerius posterius floruit.

Comites de Stollburg, adhuc supersunt: quo nomine Henricus & Otto celebrantur de anno 1500. 40

Comites de Schvvarczenburg: quo nomine Guntherus in Cæsarem electus erat, aduersus Carolum quartum Bohemiæ regem, circa annũ humanæ Salutis 1350. Gerhardus huius stirpis egit episcopum Herbipolensem, circa annum Salutis nostræ 1400. Florent adhuc in Thuringia hi comites: Sigismundus & Ioannes, 1510.

Comites de Lobbenburgh, quo nomine Otto episcopum Herbipolensem egit, circa annum 1207. Henricus ibidem episcopus erat 1250.

Comites de Waldeck: Philippus vixit adhuc anno currente 1510.

Comites de Glizberg: Hermanni meminit Lambertus Schaffnaburgensis, Henrico quarto imperante. 50

Comites de Isemberg: Hesso celebratur circa annum 1140. Dietherus Moguntinus episcopus, fundator gymnasii Moguntini, & castri ibidem, anno 1459.

Comites de Solms: huius nobilis antiquissimæ prosapiæ inuenimus vnicum Otthonẽ, circa annum 1510. Perseuerat adhuc.

Comites de Rhyneck: Henricus in literis recensetur anno Salutis nostræ 1140. Philippus, 1510.

Comites de Aichstenga: Vdalricus & Henrichus celebrantur hoc nomine 1136.

EFFIGIES POSTERITATIS OMNIVM CONditionum ex Francis, Bois, Sueuis, & Marcomanis conflata.

Posteritatis illius

PRINCEPS. NOBILIS ET INGENVVS.



ICONVM NONI LIBRI APPENDIX.

CÆTERVM in ditione Austriæ vtriusq;, secus Istrum & Rhenum, reliquiis Boiorum, Marcomanorumq; præcipue, Francos postremo accessisse, a quarum gentium confusione posteritas tandem illa emerserit, qualem habitu & lingua superiora secula apud nos exhibuerunt, & quorum hic paucas aliquot Icones dedimus, ne addubitet candidus lector, ostendam, Francos mare, simulatque Gotti in Italiam abiuissent, Notici fines tractusque terræ in Italiam ex Dalmatiis. Iapodibus, Istria, Forojulio & Rhætia inclinantes, occupasse: quibus locis Boios atque Marcomanos tenuisse, proximis libris ostenderamus. Quorum reliquiis commixtos ita Francos, propulsatis Herulis, Longobardis ac Auaribus Slauinisque extitisse, haud ambigua res est. Sed libet testimonia ex probatis autoribus audire, de illa Francorum modo dictis locis vel habitatione, vel accessione, quorum PRIMVM esto Procopii libro tertio Gotticæ historiæ: Theudibertus interea (ait) Francorum dux moritur, & deinde Liguriæ loca non nulla, & Cottias alpes, Venetorumque pleraque, nullo sibi iure stipendiaria fecit. Sed Franci bellantium inter se studia, cum propriam ad res gerendas opportunitatem fecissent, debellatorum ex bonis creuere, & eorundem ex opibus aucti sunt. Nam GOTTIS castella non nulla in Venetos impetiti, & maritima quædam ROMANIS loca, cætera suæ ditionis fecere. Secundum testimonium legitur libro eodem, paulo post: Postquam autem Narses (inquit) Venetorum ad loca quam proxime

venit,

MILES ILLIVS POsteritatis. — *CIVIS ILLIVS POsteritatis.*



venit, Francorum ad duces, qui ea è regione præsidiis præerant, nuncios misit, qui ab se peterent, vt eorum permissu, ea sibi transire liceret. Tum illi, nullo se pacto id permissuros respondent, non alia vlla apertius prodita causa: siue quia Francis ea res minus condeceret, siue quia Gottorum potius rebus studerent. Vtcumq; tamen ad excusationem demum id causæ prætendebãt, nec iuste quidẽ, nec verisimiliter, quod Longobardos scilicet infensissimos Francis secum Narses ductaret, & eum idcirco transitu prohiberent. Narseti itaq;, vt in re dubia animo fluctuanti, roganti q; Italos, qui forte tunc aderant, quidnã esset in præsenti agendum, aperte illi denunciant, nisi Franci permiserint, vt ea omnes transeant, neque Rauennã se inde posse contendere, nec Veronam quoquã pacto diuertere. Tertiũ est apud eundem Procopium, lib. 3. eodem: Quã rem Franci cum accepissent, præsidia quæcunq; in Venetos Gothi & loca haberent, præoccupare, conuentaq; omnia inter hos facta de Verona vrbe tradenda, promptius impedire: eaq; terra Romanos, vt sibi debita, enixe arcere: dignũ deniq; ducere, per se hanc esse recuperandã. Quartum testimoniũ sumitur ex Paulo Diacono, lib. 5. rerũ Longobardicarũ, capite 39. vbi agrũ Venetiis proximũ peculiari Frãcicæ gentis vocabulo, quo orientales terras subiectas illorũ imperio significabant, Austriã nominat. Et clarius scribens lib. 4. cap. 16. Rothacis autem rex (inquit) Romanorũ, ciuitates ab Luna vrbe Tusciæ vniuersas, quæ in littore maris sitæ sunt, vsq; ad Francorum fines, cæpit. Opitergium quoq;, & ciuitates inter Taruisium & forum Iulii positas, pari modo expugnauit. Et lib. 5. cap. 1. Deinde Taurinensem vrbem ocyssime petentes, ac claustra Italiæ transgressi, ad Francorum regionem peruenerunt.

LIBRI NONI FINIS.

ICO-

JCONES LIBRI DECIMI.



GOTHVS MILES.



GOTHVS PRINCEPS.

ICONVM LIBRI DECIMI
Explicatio.

GOTTORVM corporis struem, & vniuersam adeo constitutionem, describit affabre Sidonius Apollinaris in epistola ad Agricolam his verbis: Postulauisti, vt quia Theoderici regis Gottorum commendat populis fama ciuilitatem, literis tibi formæ suæ quantitas significaretur. Pareo libens, in quantum epistolaris pagina finit. Et subdit: Si forma quæratur, corpore exacto, longissimis
10 breuior, procerior eminentiorque mediocribus: capitis apex rotundus in patulum, a planicie frontis in verticem cæsaries refuga crispatur. ceruix non sedet neruis, geminos orbes hispidibus superciliorum coronat arcus. Si vero cilia flectantur, ad malas medias palpebrarum margo prope peruenit. Aurium ligulæ, sicut mos gentis est, crinium superiacentium flagellis operiuntur. Nasus venustissime incuruus, labia subtilia, nec dilatis oris angulis ampliata, pilis intra narium antra fruticantibus, quotidiana succisio. barba cõcauis hirta temporibus, quam in subdita vultus parte surgentem, stirpitus tonsor adsiduus genas ad vsque forficibus euellit. Menti, gutturis, colli, non obesi, sed succulenti, lactea cutis: quæ propius inspecta, iuuenili rubore suffunditur. Nam hunc illi crebro colorem non ira, sed verecundia facit. Teretes humeri, validi lacerti, dura brachia, patulæ manus, recedente aluo pectus accedens, aream dorsi humilior intra excrementa costarum spina discriminat. Tuberosum
20 est vtrumque musculis prominentibus latus. In succinctis regnat vigor ilibus. corneum femur, internodia poplitum bene mascula. Maximus in minime rugosis genibus honor, crura suris fulta turgentibus, & qui magna sustentat membra pes modicus.

Idem Sidonius in epistola ad Domitium, Sigismerum regium iuuenem hisce verbis depingit: Cum tamen hoc magis ibi decorum conspiciebatur, quod præcursoribus suis, siue pedissequis, pedes & ipse medius incessit, flammeus croco, rutilus auro, lacteus serico, tum cultu tanto coma rubore cuti concolor. Adludit ad huiusmodi structuræ Gottorum siue constructionis corporeæ periphrasim & Procopius Græcus autor, libro Gothicæ historiæ tertio, ab initio: Suspensis (inquit) Bellisarius adhuc & dubiis rebus rebus, cũ Vittige, Gottorumque optimatibus, & Theudobaldi liberis, pecuniaque omni, & regia preciosaque
30 cætera supellectili, secum deuectis, Byzantium venit, Ildigere, Valeriano, Martino & Erodiano præfectis sequentibus. Vittigem vero cum vxore Iustinianus gratãter suscepit: Barbarorum item agmen præ eximia corporum specie ac magnitudine mirabatur. Et rursus tertio belli Vandalici libro: Gotticæ gentes multæ quidem & aliæ prius fuere, quam nunc: omnium autem maximæ & potissimæ, Gotti & Vandali, & Visogotti & Gepedes, iam dudũ & Sarmatæ & Melanchlæni appellati sunt. Sunt & qui Geticas gentes has vocent. Qui omnes nominibus quidem inter se differunt, cætero cõueniunt. Nã & albi sunt omnes corpore, flaui coma, proceri quoque, & aspectu probo, legibus quoque eisdem vtuntur. Huc pertinet, quod diuus Heronymus ad Suniam & Fretellam, Getas rutilos & flauos dixit. & Suetonius in Caligula: Rutilare (inquit) comam, & subnectere, & sermonem Germanicum
40 addiscere. Porro vel ex eo apparet, Gottos Germanicæ originis extitisse, ac Septentrionis populos, quibus ratione plagæ Firmicus & Galenus medicus flauum capillitium tribuunt, Quod ostendens quoque Satyricus, tertia Satyra sic cecinit:

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirrho.

VESTITVM Gottorum, quem præmissis iconibus vtcunque expressimus, adfabre depingit Procopius libro secundo historiæ Gotticæ: His dictis, Romani conspectis circa pabula hostibus, quam celerrime in eos, impetum faciunt, ex hisque prima incursione nõnullos obtruncant. ex quibus & inter cæteros vnum Maurusius conspicatus, aurea veste
50 indutum, comprehensum à crinibus, spoliandi cadaueris gratia per terram trahebat. Et hæc quidem procerum ordini periphrasis conuenit. aliter nanque populares vestiebantur, pellibus præcipue, vt hodie etiamnum septentrionales non solum Germani, sed populi etiam cæteri cernuntur. Scitum est quod legitur apud Sidonium Apollinarem, in epistola ad Domitium lib. quarto, vbi vtriusque ordinis vestitus delineatur: Cum tamen hoc magis ibi decorum conspiciebatur, quod præcursoribus suis, siue pedissequis, pedes & ipse medius incessit (loquitur de Sigismere, regio iuuene Gottico) flammeus croco, rutilus auro, lacteus serico, tum cultu tanto, coma rubore cuti concolor. Regulorum quoque comitantum sociorumque forma & in pace terribilis: quoniam pedes primi perone setoso talos adusque vinciebantur: genua, crura, suraque sine tegmine: præter hæc vestis alta, stricta,

versicolor, vix appropinquãs poplitibus exertis. manicæ, sola brachiorum principia velantes: viridantia saga, limbis marginata puniceis: penduli ex humero balthei, vel gladii balteis supercurrentibus, strinxerat clausa bullatis latera rhenonibus. Eo quo comebantur ornatu, muniebantur: lanceis vncatis, securibusq; missilibus dextræ refertæ, clypeis læuam partem adumbrantibus: quorum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus, ita censum prodebat, vt studium. Cuncta prorsus huiusmodi, vt in actione thalamorum non appareret minor Martis pompa quam Veneris. Porro præter cætera vestimenta, quæ huic nationi consueta quondam fuerant, & pelles, pellitæq; vestes quã familiarissimæ fuere, vt Septẽtrionalibus etiamnum Germaniæ populis in vsu esse cernimus. Testãtur hos veteres Poetæ, quorum Claudianus secundo in Ruffinum ita canit: 10

Ipse inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, reuocat fuluas in pectore pelles,
Frenaq, & immanes pharetras, arcusq, sonoros
Assimulat, mentemq, palam testatur amictus:
Nec pudet Ausonios currus, ac iura regentem,
Sumere deformes ritus, vestemq, Getarum,
Insignemq, habitum Latiis mutare, togaq,
Mærent captiuæ pellito iudice leges.

Sic Sidonius Apoll. in Panegyrico Auito dicto:

Pellitus vanum præconem suscipit hospes. Et rursus: 20
Captiuum imperium Geticas rumor tulit aures,
Luce noua veterum cætus de more Getarum
Contrahitur, stat prisca annis viridisq, senectus
Consiliis, squalent vestes, ac sordida macro
Lintea pinguescunt tergo, nec tangere possunt
Altæ suram pelles, ac poplite nudo
Peronem pauper nodus suspendit equinum.

Et rursum Claudianus de bel. Gethico, de rege Alarico locutus:

Occultat tamen ore metum, primosq, suorum 30
Consultare iubet, bellis, annisq, verendos.
Crinigeri sedere patres, pellita Getarum
Curia, quos plagis decorat numerosa cicatrix,
Et tremulos regit hasta gradus, & nititur altis
Pro baculo contis non exarmata senectus.
Hic aliquis grauior natu, cui plurima dictis,
Consiliisq, fides, defixus lumina terræ,
Concutiensq, comam, capuloque acclinis eburno, &c.

Ex quibus patet, & eburneos gladiorum capulos habuisse, vt maiores quoq; nostri Germani vetustiores consueuerant: & comam capitis aluisse, longasque hastas, imo pro hastis contos gestasse, de quibus seorsim à nobis dicetur. Cæterum meminit quoque huiusmodi pellini Gottorum vestitus idem Sidonius in epistola ad Agricolam: Circumsistit sellam comes armiger (inquit) pellitorum turba satellitum, ne absit, admittitur: ne obstrepat, eliminatur: sicq; quæ pro foribus immurmurat, exclusa velis, inclusa cancellis. hæc ille. Deniq; fuit & certa ratio vestitus sexus muliebris in hac gente, quem Procopius libro tertio Gothicæ historiæ describit: Inter Vraiam (ait) Ildibaldumq; inimicitiæ hoc pacto intercessere. Erat Vraiæ tunc vxor, quæ vt opulenta, muliebrem mundum præ cæteris Gottorum fœminis consecuta, ita & egregia corporis forma primatum facile obtinebat. Hæc vero inter alias barbaras, magno cum ornamentorum & vestium apparatu, cum in balneum semel, curandi corporis gratia, descendisset, Ildibaldi in eo vxorem, lineis obductam vestibus conspicata, non ceu Gothorum regi matrimonio iunctam, vt decuit, venerata est: sed contemptim de ea potius loqui, & deniq; aspernari. 40 50

Ad huiuscemodi vestitum muliebrem alludit Claudianus secundo in Eutropium, hoc carmine:

Tandem Targibulum (Getica dux improbus alæ
Hic erat) aggreditur: viso tum forte redibat
Eutropio: vacuus donis, ferusq, dolore

Creue-

Creuerat, & teneris etiam quæ crimina suadent
Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egestas.
Huic sese vultu simulatæ coniugis offert,
Mentitoq; ferox incedit barbara gressu,
Carbaseos induta sinus, post terga reductas
Vberibus propior mordebat fibula vestes:
Inq; orbem tereti mitra redeunte capillum,
Strinxerat, & virides flauescere iusserat angues.
Aduolat, & niueis reducem complectitur vlnis.

10 GOTHORVM ARMATVRAM nemo melius describit, quam Sidonius Apollinaris in epistola ad Agricolam, quem locum paulo ante recensuimus. Ad quod pertinet etiam, quod scribit Procopius libro tertio Gothicæ historiæ, vbi Vittigis cum Belizario pugnam refert: Gothorum namq; duo millia (inquit) equitum, qui ad se hauddum venissent, quũ appropinquare iam accepisset, in eorum aduentum protrahere prœlium nitebatur. Et alias haudquaquam se indignum putabat, hostibus se ostentare, qualis quantusque esset. Nam ad cætera ornamenta, armis indutus processerat, auro abunde celatis. Ex equiq; vt ornatissimi phaleris, ita pilo & lancea noscitabatur, purpureaque & regia veste, & equo ipso præcipue, quo ille miræ magnitudinis vehebatur. In medio autem campo, vt bellicæ artis peritus ac ludibundus processerat, equum diuersim calcaribus conciuando, in orbem frenis
20 agiliter agere, obequitandoque telum in auras sursum versus apte diuerberare, & ipsum id rursum ad terram delatum impigre excipere momentoq; temporis exceptum vibrare, & eodem alternis per manus translato, gloriæ id artis plurimum ducere, supinandoq; se desuper equum, inclinandoq; vtrumq; ad terram, & vicissim in latera: vt qui à pueris fuisset desultandi ac tripudiandi artem edoctus. hæc ille. Sed placet, quod de armatura Gothorum in genere proposuimus, speciatim explicare. Sane Gothos THORACES FERREOS & loricas gestasse, idem Procopius libro Gothicæ historiæ 1. testatur, ita scribens: Apud Salariam autem portam (loquitur de Roma à Gothis obsessa) vir quidam & procere staturæ Gothus, belloq; strenuus, thoracem indutus, & capite cassidem gestans, nec inter cæteros Gothos obscurus, non aliorum in ordine manens, sed arbori propinquæ insidens, crebrius
30 sagittando, propugnacula infestabat. Hic vir tormento ad turris læuam locato, sed improuiso per loricam traiectus, arbori veruto adfigitur, in stipitem altius descendente, hominẽque ibidem impactum in sublime suspendit. Hæc ille. quæ etiam confirmantur à codice peruetusto Annalium, qui bellum Theoderici Bernensis cum Hunnis describit huiusmodi rhythmis:

Er was gar ain chuonar man/
Jr aller harnasch er do nam/
Das gab von golt liechten scheyn/
Er warf es für die gesellen seyn.

40 Similiter galeas & cassides in vsu Gothicæ armaturæ extitisse, idem Procopius libro tertio Gothicæ historiæ ostendit: Romanis dehinc (ait) huic obuiam prodeuntibus, & copiis vtrinq; instructis, vir Gothus Vlaris nomioe, vt corporis magnitudine præstans, ita & visu terribilis admodum, & factis acer, belloq; bonus, ex alteris castris, equo in medium cãpum immisso, armatus galeatusq; prodiit, & ad singulare Romanos certamen identidem prouocauit. Huc pertinet, quod in supra nominato peruestuto codice Theoderici historię scribitur:

Die wolden preyß erbormen in des sturms not/
Die westen nicht der märe das in so nahend der tod.
Da sach man vill der Gotten vndern helben gan/
50 Sy trugen schwerd dy scharpfen dy vill chuone man.

GOTHOS præterea clypeis longis, latisque, depictis & translucentibus fuisse vsos, securibus denique vt Francos missilibus, docet Procopius libro Gothici belli tertio: Prædictũ autẽ Gothis (inquit) per Tonilã fuerat, ne quoquã pacto sagittis, vel alio telorum genere, præterquã pilo, in prœlio vterentur, siue sagitis feriendus hostis esset, siue telo reiiciendus, siue necandus ense, siue aliud quicquam exequendum. Ad hæc accedebat, quod Romanorum equites ipsi in aciem constituti, vt erat necesse, in vnum coibant, & ita, vt alibi à tergo hostem circumuenirent: alibi vero in se venientium excipiendo & resistendo clypeis, propulsarent impressionem. Meminit & Sidonius clypeorum Gothicorum, in episto-

Clypei Gothorum.

la ad Domitium: Eo quo comebantur ornatu, muniebantur lanceis vncatis securibusq;, missilibus, &c. Delineat eodem loco & figuram, coloremque talium clypeorum Sidonius, cum scribit: Dextræ insertæ clypeis, læuam partem adumbrantibus, quorum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus. Ad explicationem figuræ Gothicorum clypeorum pertinet, quod legitur in peruetusto Annalium codice de Theoderici Bernensis gestis, scripto in membrana:

> Sy trûgen swerd die scharpfen die vill chuenan man /
> Darzû vor jren handen dy liechten schild gar prayt. Et iterum:
> Jrn schylde die waren newe vnd prayt /
> Vnd vill schone jre helben das houerait.

Hastæ Gothorum. Inuenio insuper trium generum hastis Gothos vsos in bello fuisse, videlicet pilis, contis, & vncatis hastis. Id quod elicitur ex his verbis Procopii libro secundo: Vir Gottus (ait) alius quidam pilo immisso traiectum, deniq; cum cadauere ipso coniunxit. Et iterum libro tertio: Prædictum autem Gothis per Totilam fuerat, ne quoquam pacto sagittis, vel alio telorum genere, præter pilo, in prœlio vterentur. *Conti Gothici.* De contis legitur in historia Theoderici, à nobis nuper reperta: Theodericus tandem resumptis viribus, irruit supra Auares, victosq; Pannoniam in fugam dirigit. Quos cum sequeretur, fines Pannoniæ non est ausus ingredi: ibiq; cum castra posuisset, cum quatuor pueris in equis sedentibus, extra castra quintus egressus est, vt præuideret, ne forte Auares denuo aduersus eum insurgerent. Quum non procul à castris esset Auar nomine Xerxer, vtilissimus cunctorū, singularis ad præuidendū, Theoderici exercitui obuiat. Qui cum à longe repertus fuisset, missi sunt à Theoderico tres viri bellatores, vt eum aut viuum caperent, aut interficerent. Quos Auar fugam iniens, singulatim interfecit. Denuo Theodericus alios tres viros ad ipsum capiendum direxit: qui ab ipso quoque Auare interfecti sunt. Postea Theodericus singulare certamen cum Auare iniit, quem conto in brachiis feriens, diutissime inuicem cum equis gyrantibus, à Theoderico Auar superatus est: quem vinctum Theodericus secum duxit ad castra. Hactenus de contis Gothicis, ex fragmento historiæ à nobis repertæ. Ad quas adludens Claudianus poeta, in belli Gothici descriptione sic canit:

> *Armigeri sedere patres, pellita Getarum*
> *Curia, quos plagis decorat numerosa cicatrix,*
> *Et tremulos regis hasta gradus, & nititur altis*
> *Probaculo contis non exarmata senectus.*

Hastæ Vncatæ Gothorum. Superest tertium adhuc hastarum Gothicarum genus, VNCATÆ HASTÆ videlicet, quarum meminit Sidonius Apollinaris in epistola ad Domitium, cum de Sigemere regio iuuene loqueretur: Penduli ex humero baltei (inquit) vel gladii balteis supercurrentibus, strinxerant clausa bullatis latera regionibus. Eo quo comebantur ornatu, muniebantur, lanceis vncatis, securibusque missilibus: dextræ insertæ clypeis, læuam partem adumbrantibus: quarum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus. Huc pertinet, quod scribit Procopius libro secundo Gothicæ historiæ: Sed Argis (inquit) ex facie cum auellere medici sagittam vellent, aliquandiu periculi magnitudine territi, vulneri admouere manus nō audent: non quidem oculi gratia, quem nullo pacto integrum seruari posse in posterum suspicabantur: sed ne in venas ac neruos interrumpendo, qualia in ea parte corporis sunt pleraq;, virum ex Bellizarii familia fortissimum perderent. Medicus deinde Theoctestus nomine, in Argis ceruicem innixus, sciscitabatur ab homine, num nimium suo ex tactu indoluisset? Quo respondente, dolore se proculdubio affici: Saluus ergo futurus es, inquit, nec oculi vllam patieris iacturam. Hæc medicus fidens sedulo affirmabat: quia coniectura perceperat, hand procul à cute spiculum penetrasse.

Hasta itaque, quæ forte extabat, præcisa, colligatoque vinculis affecti hominis corpore, & ea parte qua plurimum is indoluerat, interscissa, auellit statim ac paruo molimine spiculum, tribus prominentibus hamis: cumque eo, hastæ quod reliquum erat, eduxit. Hæc ille, quæ haud equidem ad aliud genus hastæ, quam vncatum, referri possunt.

Arcus Gothorum. AD HÆC Gotbos, & præcipue aliquo loco natos, ARCVS ex humeris suspensos, fine quidem pharetra principes, cæteros cum pharetra gestare solitos fuisse, commemorat Sidonius Apollinaris, in epistola ad Agricolam, de Theoderico Gothorum rege locutus: Inter hæc (inquit) intromissis gentium legationibus, audit plurima, pauca respondet. Si quid tractabitur, differt: si quid expediat, accelerat. Hora secunda surgit è solio, aut thesauris inspiciendis vacaturus, aut stabulis. Si venatione nunciata procedit, arcum lateri inne-

innectere, citra grauitatem regiam iudicat. Quem tamen, si comminus auem feramq; mõstres vianti, manui post tergum reflexæ puer inserit, neruo loroue fluitantibus. Quem, sicut puerile computat gestare thecatum, ita muliebre accipere iam tensum. Igitur acceptum, modo insinuatis e regione capitibus intendit, modo ad talum pendulum nodi parte cõuersa, languentem chordæ laqueum vagantis digito superlabente prosequitur: & mox spicula capit, implet, expellit, quidue cupias percutit, prior admonet. Eligis quod feriat, quod elegeris ferit. Quod si ab alterutro errandum est, rarius fallitur fugientis ictus, quam destinatis obtutus. Celebrat & Gothos arcu Procopius libro 3. Gothici belli: Totilas vero nauium proris, patentiore per littus spacio suos obiecit, qui tela partim gestarent, partim arcus
10 intenderent. Qua re Romani animaduersa, animo mox cõsternati accedere propius non audere: sed aliquandiu nauibus è continenti procul in mare subtractis, quieti mansere. Adludit ad huiusmodi arcus Gothicos (quos reperio ab humeris, vnde suspendebantur, gentilitia lingua Halsperg nuncupatos) & Claudianus poeta, in Panegyrico ad Stiliconem hoc versu:

—Tot barbara solus
Millia, iampridem miseram vastantia Thracen,
Finibus exiguæ vallis conclusa tenebas:
Nec te terrisonus strider venientis Alani,
Nec vaga Hunnorum feritas, non falce Gelonus,
20 *Non arcu pepulere Geta, non Sarmata conto.*

Describit porro huiusmodi arcus & poeta ille Gothicus, cuius supra adduximus rhythmos, & illos gentilitia lingua Halsperg appellat: quanquam vicio librarii fortasse pro Halspogen, Halsperg legatur.

Da die zwen chuone man
Zů dem strept gesprungen
Jr halsperg erkhlungen. Et iterum:
Blodleyns Rekhen die waren allgar/
Mit tausend halsperg huoben sy sich dar. Et rursus:
Sam den du haist vorhend vill edl Ruediger/
30 So bedarf ich in dem sturm kayner halspog mer.

Et hactenus quidem de arcubus. nunc quales hi gladios habuerint, vtpote longos, acutissimosq; (quorum reliquias crediderim, qui hodie etiamnum manent, vulgo Schlacht schwerd/vel saltem eos quibus hodie Heluetii vtuntur) edisseram. Sidonius Apollinaris in epistola ad Domitium, de Sigemere regio iuuene scribens: Penduli ex humero baltei, vel gladii balteis supercurrentibus, strinxerant bullatis latera regionibus. Mentionem facit talium gladiorum & poetaster ille Gothicus in historia rhythmis contexta, de Theoderico Bernense:

Seyureit der vill chuone in Gunthers land/
40 Man sach an helden nie so herlich gewänt.
Die ort jrer schwerter hiengen gar auff die sporn/
Sy fürten scharfe gwer dy ritter ausserchorn.
Seyureyd der fürt jr aynes zwayer spanne prayt/
Der ezesanien den vil fraysleichen suayt.. Et rursus alio loco:
Da sprangen zů aynander die ere gerade man/
Jr jetweder schirm für starkhe wunden dran/
Jre swerd so schapfe warn/es chunt in nicht gewegen/
Da slůg Ozarnoten Ruediger den degen.

EQVITATVM Gottorum, eiusq; populi in equis industriam ac velocitatem, bellandi-
50 que ex equis peritiam, Procopius multis exaggerat libro primo Historiæ Gotticæ: Sed in co differre exercitus ipsos quam maxime, quia Romani omnes fere, vt Hunni his socii, ex equis arcus insinuare, sagittasq; in hostes immittere quam optime norint, Gottorum vero nemini vnquam id studii aut curæ fuisset: sed equites ipsos satis constare, telis duntaxat & gladiis vti consueuisse. Illorum prætetea pedites ipsos, & sagittarios ab armatis protectos, in bello consistere. Equites vero, nisi cominus prælientur, quum nihil habeant quo se ab hostibus tueantur, quibus è longinquo sagittandi sit vsus, facile ictos perire. Huc spectat, quod Sidonius Apollinaris in epistola ad Domitium refert, cum Sigismerum Gottum delinear, regium iuuenem: Tu, cui frequenter arma & armatos inspicere iucundum est, quam voluptatem putamus concipies, si Sigismerum regium iuuenem, ritu atque cultu gentilitio

Equitatus Gottorum splendidus.

ornatũ, vtpote ſponſum, ſeu petitorẽ prętoriũ ſoceri expetere vidiſſes: illum quidem equus phaleris comptus, immo equi radiantibus gemmis onuſti antecedebant, vel etiã ſubſequebantur. Adludit ad huiuſmodi ornatum equitatus Gothici, & codex vetuſtus, de Theoderici Bernenſis hiſtoria, quem ſubinde citauimus:

> Auf dem ſelbigen morgen ze Wurmiß auf dem ſant/
> Ritten die vil chunen/als jr gewant.
> Was von rottem golde/jr gerait wol gethan/
> Jr ros die giengen eben des chunen Seyurids man.
> Jr ſchilte die warn new vnd prayt/
> Vnd vill ſchone jr helm das hoferayt.
> Seyurid der vill chune in Gunthers lant/
> Man ſach an helden nie ſo herrliche gewant/
> Die goltfarben zawme fürtens an der hand/
> Seydene fürpuge/ſuſt chomens in das lant/
> Das volkh ſew allenthalben choppei on pogen/
> Da lieffen in enkhegen die Gunlhers man.

Carrago Gottorum.

CARRAGINE vſos Gottos quondam, vt ante patrum memoriam Auſtriaci, ac Bohemi præcipue, in vſu habebãt caſtrametandi, vulgo wagenpurg/ teſtatur Flauius Vopiſcus in vita Aureliani, cum epiſtolam Valeriani Cæſaris ad Aurelianum ſcriptam, in qua illum ad bellum Gotticum adhortatur, recenſet: Tuum eſt (inquit) pro virtutibus tuis, atque ſolertia, illic hyemalia & æſtiua diſponere, vbi tibi nihil deerit. quærere præterea, vbi carrago ſit hoſtium: & vero ſcire, quanti qualeſq; ſint, vt non vinum aut annona conſumatur. Similiter Trebellius Pullio in vita Claudii Cæſaris, ſcribens de Gottis ab Claudio profligatis ex Illyrico: Claudio igitur ſcriptores adulantur, quia duo millia nauium barbararum, & trecenta viginti millia armatorum deleuit, oppreſſit, attriuit: qui carraginem tantã, quantam numerus armatorum ſibimet aptare potuit, & parare, nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romano ſeruitio deputauit: vt docet eiuſdem epiſtola, quam ad Iunium Brochum ſcripſit, Illyricum tuentem. Claudius Brocho: Deleuimus CCCXX. millia Gottorum. & quæ ſequuntur in epiſtola. Meminit idem Trebellius carraginis Gotticæ in vita pariter Galieni imperatoris: Galienus interea vix excitatus publicis malis, Gottis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuito plurimos interemit. Quo comperto, Scythæ facta carragine, per montem Geſſacem fugere ſunt conati. Alludit ad talem carraginem Gotticam Claudianus poeta, ſecundo in Ruffinum.

> *Vix alpes tranſgreſſus erat, nec iam amplius errat*
> *Barbarus, aduentumq; tremens ſe cogit in vnam*
> *Planiciem, tutoq; includit paſcua gyro.*
> *Tum duplici foſſa, non exuperabile vallum*
> *Aſperat alternis ſudibus, muriq; locatum*
> *In ſpeciem, caſis obtendit plauſtra iumentis.*

Gottorum regis uectio.

Cæterum nec illud ſilentio tranſeundum: Gottorum regis currum à ceruis ſubingalibus trahi ſolitum: quemadmodum Francorum principes bobus inuectos, libro huius operis tertio oſtendimus. Meminit vero Fla. Vopiſcus in Aureliano, cum de Zenobia, quæ in oriente aduerſus Galienum arripuerat faſces imperiales, agit: Currus (inquit) regii tres fuerunt. in his vnus Odenati, argento, auro, gemmis precioſis operoſus atq; diſtinctus: alter, quem rex Perſarum Aureliano dono dedit, ipſe quoq; pari opere fabricatus: tertius, quem ſibi Zenobia compoſuerat, ſperans ſe vrbem Romam cum eo viſuram, quod illam non fefellit. nam cum eo vrbem ingreſſa ex victa, & triumphata. Fuit alius currus quatuor ceruis iunctus, qui fuiſſe dicitur regis Gottorum: quo, vt multi memoriæ tradidere, Capitoliũ Aurelianus inuectus eſt.

Mores veteres Gottorũ.

Deniq; Gottis hæc quæ dicturi ſumus, communia erant cum cæteris Scythiæ Europęę populis: quorum pauca veſtigia Germanis manſere. dicuntur autem adhuc durare horrẽdi hi mores apud Tartaros, qui olim Tauri nuncupabantur, & apud Turcas quidam. Iuramus adhuc hodie Germani per animam, quod Scythis Getiſq; iuramentum Lucianus tribuit in Dialogo cui τόξαρις titulus eſt. Turcæ vero per acinacem ac gladium iurant. Sacrificia cruore hoſpitum Tartari perficiunt: quod Getis ſimiliter Lucianus aſcribit, in dialogo cui φιλία nomen eſt. Quod vero ſitim atque famem tolerare adhuc poſſit Gottorum poſteritas, Hiſpani ac Itali conteſtantur: qua laude Getas Plutarchus in vita Philippi Macedonum

num regis prosequitur. Sed libet loca de his autorum inserere. Apud Lucianum quidem Toxaris Scytha sic loquitur: μᾶλλον δὲ πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον ὅρκον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην. οὐ μὰ γὰρ τὸν ἄνεμον, καὶ τὸν ἀκινάκην, οὐδὲν πρός σε ψεῦδος ἐρῶ. hoc est, si latine reddamus: Magis tibi nostrum iuramentum iurabo, dum & id in initio fuerim pollicitus: per ventum ac acinacem, nullum mendacium dicam. Equidem adhuc hodie Germani per animam vulgo communiter iuramus, quam eadem cum vento voce Græci exprimunt, bey meyner seel. Mos porro iurandi per acinacem, Turcis mansit. Sacrificii vero horrendi ritus apud Tartaros durat, de quo scribit Lucianus in dialogo cui titulus est φιλία σὺ δέ· ἐπεὶ σφᾶς ναυαγίᾳ περιπεσόντας οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες, ἀπῆγον, ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι, καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες, τόν τε βασιλέα κτείνουσι, καὶ τὴν ἱέρειαν παραλαβόντες. id est: Hospites dum naufragio essent eiecti, & ipsos Scythæ tunc comprehendentes abduxerant, vt Dianæ immolarentur, deligebant eos, carcerariis excubiis prementes: & regem eorum trucidauerunt, sacerdotale officium assumentes. Denique tolerantiam Ateas Gottorum rex Philippo Macedonum imperatori apud Plutarchum his verbis obiecit: σὺ μὲν ἄρχεις Μακεδόνων, ἀνθρώπων μεμαθηκότων πολεμεῖν. ἐγὼ δὲ Σκυθῶν, οἳ καὶ λιμῷ καὶ δίψει μάχεσθαι δύνανται. Quod latine sic conuersum sonat: Tu quidem Macedonibus imperas, rerum bellicarum peritis: ego vero Scythis, qui famem ac sitim tolerare possunt. Adhæc omnia consuetudinem supplicandi Gotti cum cæteris Scythiæ populis communem vsurpabant, porrecto boum corio, vel reductis post tergum manibus: quod hodie prouoluentes in genua præstamus. Hinc est illud Luciani, ὡς τοίνυν περιαγαγὼν τὼ χεῖρε, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι.

Iurabant per animã Gotti.

Sacrificia terra Getarum.

Tolerantia Gottorum.

Ritus supplicantis apud Gottos.

LINGVAM Gotticam Teutonicam fuisse, cum in natali solo Sconlandiæ, tum vero, cum inde in Daciam, atque rursus in Illyricum, Latiumque, Gallias atque Hispanias transmigrassent, vel nomina Principum declarant, etsi à Latinis Græcisque scriptoribus corrupta partim fuerint. Quippe in natali solo, Daciaque, reges Gottorum celebrantur, Regnerus, Hotterus, Ericus, Alricus, Sisvvaldus, Regnaldus, Sigbertus, Aluerus, Vngunius, Corillus, Geberichus, Cniua, Diurpaneus, Bermundus. Quæ ipsissimæ sunt Teutonicæ voces ab authoribus deprauatæ, quas Germanus rectius proferret, Rhenuher/Otter/Erich/Adelrich/Sigweld (à gloria per mundum diffusa) Reicheralt/Sigbrecht/Alber/Vngunst/Carl/Gebrich à liberalitate, Khnab à pueritia, Durpaner/vel potius Thierpaner/ab imagine animalis in vexillo, Berman/&c. Eadem ratione corrupta sunt vocabula regum Gottorum mere Teutonica, dum rerum in Illyrico Latioque potirentur, ac pro Dietmayr/Waldmayr/Diedrich/Waidmayr/Fridrich/Eitlwolf/Eitlreich/Erdreich/Alrich/Tursoman/Diet/Witzig/der Otl/ Rom. scriptores, dialectorum Germanicæ linguæ ignari, imo difficilem gentis pronunciationem adsequi nequeuntes, dum in suum idioma voces detorquent, substituere Theodomyrum, Walamyrum, Theodericum, Widimyrum, Fridigernum, Attaulphum, Attalaricum, Ardaricum, Alaricum, Torisinundum, Theodatum, Vittigem, & Totilam. Idem arbitror accidisse iis Gottis qui Hispanias occupauerant: quorum nomina Germanica à Romanis hominibus, qui Gothis isthic coaluere, vitio proferebantur, atque ita deprauata in literas referebantur. Sic pro Weldman illi Valliam, pro Lieber Luibam, pro Dut Theutam, pro Helmrich Almaricum, pro Eilkheld Atanagildum, quem Romani genuinum heroa dicere solent: pro Leonheld rursus Leonegildum protulere: pro Richardo Reccaredum, pro Dietricho Rogericum, pro Eringero Eringium, pro Syngesund (quod Latini mentis compotem dicunt) illi corrupte Syndesmundum substituere: pro Siesmanno, hoc est dulci vel suaui viro, Sisuandum: pro Siesbotone, id est suaui aut grato nuncio, Sisebutum: pro Weytricho, hoc est late possidente terras, Victericum: pro Reichmyro, hoc est, diuite domino, Richimerum scripsere. Vt illud primum argumentum illustre sit, veterem Gottorum linguam Teutonicam extitisse. Imo & ipsa populorum cognomina testari illud, quod dicimus, possunt. Gottos namque se, qui erant nobiliores antiquioresque in gente, à bonitate ac diuinitate: alios à tarditate, Gepandos, Gepedas, quod nos dicere solemus Teutonico idiomate Geepas, id est accelera: à constructis castellis rursus alios Burgiones, Burgundos: plerosque denique ab incertis sedibus atque errore, Vandilos, die Wandler/gentilitio sermone denominauere.

Linguam Gottorum Teutonicã extitisse.

Adhuc leguntur apud Procopium in Gottica historia, pleraque Teutonica virorum, non solum propria nomina, sed adiectiua insuper atque appellatiua, à Græco homine deprauata: vt exempli gratia, libro Secundo, Ildibaldus, Theudebaldus, Vraya, Boche, Gilimer, Cono, Cntilas, Albilon, Vlaris, Vndella, Vsigilaus, Amalasunta, Mathasunta. Et libro tertio, Rodericus, Recimundus, Teremundus, Sifridus, Hunerius, Ragnares, Docas, & Vsdrilas. Quas nos Germani voces, & virorum mulierumque nomina propria adhuc in vsu habemus, & gentilitia prolatione rectius eloquimur: Eilwald/hoc est accelerans

in syluam: Tietwald: der frey/ hoc est liber: der Bokh/ hoc est caper, quod cognomen adhuc nobilibus non paucis mansit: der Gulmayr/ hoc est fatuus dominus: Chuono/ Khutl/ Albel: Ayler/ hoc est festinus: Andel/ hoc est auus: Vselgaue/ Amalschwynd/ Mahreschwynd/ à veteri Teutonico vocabulo Schwand/ vel Schwynd/ quod matronam significabat: Ratreich/ id est, consilio pollens, Reichman/ Turssman/ Seyfrid/ Hunrich/ Regener/ Dokh/ Austriller/ &c. Quinimo idem Procopius libro tertio Marchiani principis Veronensis videtur meminisse, ex populo Gottorum, quem adhuc hodie vocamus Markhner/ Markhgraue. Eodem libro Scipuardum commemorat, Totilæ Gottorum regis armigerum, & classis præfectum. Teutonica genuina hæc vox est, Classis præfecturam gentilitio sermone demonstrans, Schipward/ id est, nauium custodem, si de verbo ad verbum latine reddere velimus. Scitum est, quod idem Procopius scribit, Gottos explorasse, cuius coloris equo Narses insideret. Itaque in pugna clamasse quosdam, vt falam ferirent: hoc est, eum qui equo veheretur fuluo, quem Germani adhuc hodie colorem falam & falbam dicimus. Sunt & alia non ignobilia, nec contemnenda, & loca autorum & testimonia pleraque illustria. Atque vt in Procopio nostro paulisper adhuc immoremur, videtur is Theodati Gottorum regis filium Theodesclum appellasse, non omnino absurde Germanicum diminutiuum Latinis verbis reddens, quod nos diceremus nostra pronunciatione, der Teutschle/ der Teutschl. Idem libro tertio aperte, Gontharum Vandalum in Hispaniis à Germanis actum in crucem testatur: cum constet sane ex historiarum serie, Vandalis in Aphricam abeuntibus, Gottos successisse apud Hispaniam. vt nihil dubii sit, de Gottis ipsum Germanis locutum fuisse. Similiter Iordnandes Gotticus autor refert, Theodericum regem de Erlieua concubina natum fuisse: quę dubio procul Teutonica vox est, Erlieb/ quod Latine diceremus, amans honestatem. siquidem & hodie Septentrionalis plagæ incolæ lieue pro liebe vsurpare solent, in prolatione. His omnibus & hoc argumentum adiicio, Theodericum multis postea seculis Teutones suum concelebrasse, & Bernensem à loco habitationis vocasse, vulgo den Dietrich von Bern. de quo & cantilenas Germanicas in laudem virtutis facinorumque ipsius excogitarunt maiores nostri: quod non fecerunt aut Athilæ, aut aliis externis principibus, tametsi Theodericum belli gloria ac hominum opinione longe superassent. Vt luce iam clarius liqueat, Gothos Germanos, eiusdemque populi, hoc est nostræ linguæ fuisse. Quod si aliquis obiecerit forte, Procopium lib. 1. Gotticæ historiæ, Gottos à Germanis separasse, cum scribit: Hac via Gotti Germanique Galliis sunt in partem potiti: Germani deinde ad pristinas vires accessione facta, Theoderici nulla habita ratione. Et iterum: Vnde suorum importunitate victus Alaricus, etsi hauddum præsentibus Gothis cogitur statim in aciem aduersus Gottos prodire. Sed Germani in ea congressione superiores iam facti, Visogottorum videlicet maxima parte cæsa, Alaricum simul ducem obtruncant. hæc ille. Hic arbitror, vtpote Græcum hominem, eos duntaxat Germanos vocasse, qui tum temporis Germaniæ tellurem intra Rhenum Vistulamque tenebant, hoc est Francos ac Turingos, quos subinde in sua historia Germanos nuncupare videtur, Anastasio nempe & Iustiniano imperantibus. Quemadmodum & ante hæc ipsa tempora Breuiarium Theodosii Germaniam Gothiam appellat, Gothiamque inter Rhenum, Tisciam, Oceanum & Danubium includit. Sed placet, quod proponimus, prolixius demonstrare testimoniis euidentioribus, quibus Gottos Teutonica olim fuisse vsos lingua, haudquaquam dubitem, non solum quod in Italico Hispanicoque idiomatibus, à Gothorum videlicet incolatu corrupto, & ex Romanis Germanicisque verbis confuso, multa adhuc Teutonicæ originis vocabula deprehendes, si recte inquiras, cuius mox syluam subiiciemus: verum etiam, quod Gotlandini, hoc est Scandiæ insulæ incolæ, vnde Gothos egressos, Iordnandes Gothus ipse testatur, sermone adhuc magna ex parte Germanico, in loquendo vtuntur, paucis immutatis, quæ natiua Germanica esse autumo: pro quibus, qui secus Rhenum Istrumque tenebant sub Romana vel seruitute vel stipendio Germani, Latinas paulatim recipere voces, commercii necessitate didicerant. Id vnico exemplo Dominicæ orationis docebo, quam Gotlandini his nominatim verbis pronunciant: Fader war som er in hymlum/ Helegat wärde dit namen. Tilkomen tit rikhe. Ske din willige/ som i hymlum so po tordene. War taglich brodh gif os i tag/ verlach os waren schuld/ som wi verlatten ware skuldiger. Och inledhos ikhe i strestilse/ vtan loss os i fro onda/ Amen.

Dominica oratio Gotlandinorũ.

Vbi omnia consentiunt nostræ linguæ Germanicæ vocabula, exceptis paucis: war pro noster, quod dicimus ex deprauato Latino vnser: Som pro sicut, quod nos proferimus modo als: verlatten pro dimittere, hodie vergib: Ikhe pro nicht? Strestilf/ quam nostra tempestate vocem in versucch mutauimus.

Hic rur-

Hic rurſus de reliquiis Græcæ linguæ, Teutonicæ inſertis, repetendum nobis eſſet, quod libro huius Operis ſecundo indicauimus lectori, non pauciora videlicet verba per Toxarim & Anacharſim philoſophos ex Græcia in Scythiam fuiſſe allata, dum leges popularibus conderent, Gothicaque acceſſiſſe, quam paulo ante Celtæ ac Galatæ ducibus Bathanatio, Brenno, Aeichorio, Bolgioque, è media Græcia ad Iſtrum vſque Rhenumque tranſportaſſent. qua de re eodem libro ſecundo huius Operis prolixius locuti fuimus. Porro de iſta legum Græcarum, linguæque ex Græcia in Scythiam tranſportatione, Lucianus in dialogo cui Toxaris titulus eſt, abunde meminit. & Plutarchus in Apophthegmatibus. Adludit ad huiuſmodi Gothicæ Græcæq; linguarum in Septentrione cõfuſionem multis 10 in locis Naſo poeta, qui in tertio de Triſtibus ſic canit:

Sic quoque ſunt vrbes Graiæ, quis credere poſſit,
Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Hinc quoque Mileto miſſi venere coloni,
Inque Getis Graias conſtituere domos.

Et rurſus libro quinto eiuſdem poematis:

Turba Tomitanæ quæ ſit regionis, & inter
Quos habeam mores, diſcere cura tibi eſt.
Mixta ſit hæc quamuis inter Græcoſque Getaſque,
A male pacatis plus trahit ora Getis.

20 Et iterum alibi eodem poemate:

Mæſia vocis habet quid barbara lingua Latinæ,
Græcaque cum Getico mixta loquela ſono eſt.

Deniq; nec illud lectorem latere volo, Gothicam veterem linguã haud in omnibus cum vulgari Teutonico noſtro cõueniſſe: quin habuerit quędam peculiaria vocabula, à cæteris omnibus idiomatibus, nedũ Germanico, diuerſa. libet è multis pauca inſerere, quæ adhuc in Latio ſuperſunt Romano ſermoni mixta. credendum autẽ eſt, habuiſſe Gothos articulos illos, quos adhuc Itali præponunt vocibus il, el & la: quemadmodum nos, der/ die/ des: & Saxones, chi, chei, &c. Tales Romanæ linguæ & apud Hiſpanos miſcuerunt. Sic quando Itali dicunt Il capo, Hiſpani pronunciant la Cabeza: hic capo, Latinus dicit.

30 Galta, maxilla.
Gli ochi, oculi,
Gemba, crus.
Figato, iecur: Igado Hiſpanis.
Pota, vulua. hinc putana, meretrix.
Hyus, filius. Hya, filia.
Cordero, agnus.
Ternoro, vitulus.
Caruaro, aries.
Camaron, cancer.
40 Paxaros, auis.
Guerra, bellum.
Zappa, ligo.
Scarpe, calceus: hinc ſcorpeto.
Teſa, ſilex.
Cupa, & caraſſa, pharetra.
Guſano, vrina.
Taua, laccio, tablera Hiſpanis, pera Latinis.
Graſpo, vina.
Guardian, guardino, ſpeculator.
Troppo, auarus.
Alcalde, vicarius ab Alde.
Sacar, trahere: hinc, ſacar el reſugdo, trahere anhelitum.
Raſcar, ſcribere: hinc Germani gaſpirationem addunt Graſcen, & dura pronunciatione ghraczen.
Scompare, ſcorapedo, effugere.
Lampegia, fulminare.
Indarno, ocioſus.
Soffrur, patet: gallice, ſouffryr.
Cacz, & Hiſpanice la caccia, il caeciatore: hinc caza, cazedor, venatio, venator.

De moribvs Gothorum, quod eiuſmodi videlicet fuerint, quales cæterorum Germanorum, liquet ex epiſtola Sidonii Apoll. ad Agricolam, cuius verba non grauabor ſub50 ſcribere: Si in conuiuium venitur, quod quidem diebus profeſtis ſimile priuato eſt, non ibi impoſitam congeriem liuentis argenti, menſis ſedentibus ſuſpirioſus miniſter imponit. Maximum tunc pondus in verbis eſt. Quippe cum illic aut nulla narrantur, aut ſeria, toreumatum peripetaſmatumq;, modo conchyliata profertur ſupellex, modo biſſina. Cibi arte, nõ precio placent: Fercula nidore, non pondere. Scyphorum & paterarũ oblationes facilius eſt vt accuſet ſitis, quam recuſet ebrietas. Quid multis? Videas ibi elegantiam Græcam, abundantiam Gallicanam, celeritatem Italicam, publicam pompam, priuatam diligẽtiam, regiam diſciplinam. de luxu autẽ illo Sabbatario, narrationi meæ ſuperſedendum eſt, qui nec latentes poteſt latere perſonas. ad cœpta redeatur. Dapibus expleto, ſomnus meridianus ſæpe nullus, ſemper exiguus. Quibus horis vero tabula cordi eſt, teſſeras colligit rapide,

inspicit sollicite, voluit argute, mittit instanter, ioculanter compellat, patienter expectat. In bonis iactibus tacet, in malis ridet: in neutris irascitur, in vtrisque philosophatur. Secundos fastidit vel timere, vel facere. Quorum opportunitates spernit oblatas, transit opposi-tas, siue motu euaditur, siue colludio euadit. Putes illum & in calculis arma tractare: sola est cura vincendi. Quum ludendum est, regiam sequestrat tantisper seueritate: hortatur ad ludum, libertatemque communem. Dicam quod sentio, timet timeri, denique delectatur commotione superati. Et tunc demum sibi cessisse collegam credit, cum fidem fecerit victoriæ suæ bilis aliena. Quodque mirere, sæpe illa lætitia minimis occasionibus veniens, ingentium negotiorum merita fortunat. Tunc petitionibus diu ante per patronorum naufragia iactatis, absolutionis subitæ portus aperitur. Tunc ego etiam aliquid obse-craturus, fœliciter vincor. Quando mihi ad hoc tabula perit, vt causa seruetur. Circa nonam recrudescit moles illa regnandi: redeunt pulsantes, redeunt submonentes. Vbiq; litigiosus fremit ambitus: qui tractus in vesperũ, iam cœna regia interpellante rarescit, & per aulicos deinceps pro patronorum varietate dispergitur, vsque ad tempus concubiæ noctis excubaturus. Sane intromittuntur, quanquam raro, inter cœnandum mimici sales, ita vt nullus conuiua mordacis linguæ felle feriatur. Sic tamen, quod illic nec organa hydraulica sonant, nec sub phonasco vocalium concentus meditatum acroama simul intonat. Nullus ibi lyristes, choraules, mesochorios, tympanistria, psaltria canit: rege solum illis fidibus delinito, quibus minus mulcet virtus animum, quam cantus auditum. Hactenus Sidonius.

Clementiæ Gothorum exempla.

Quæ si cõferas cum nostræ tempestatis, vel saltem maiorum Germanis, parum admodum discriminis intercedere cernes. Ita conuiuantur, qui saltem aliquo loco sunt Germani, ita ad aleam tabulamque ludunt, ita fortia facta heroum quondam ad mensam canuntur, vt non inepte Io. Auentinus vel ex vetustis cantilenis Annales collegerit, colligique recte ac vere posse adseuerarit. Non possum hoc loco, nec debeo silentio præterire, rarã ac incomparabilem Gothicæ gentis humanitatem, atque erga hostes etiam elementiam neutiquam barbaram. Vnde Procopius Græcus historicus, de Totila victore scribens libro tertio Gothicæ historiæ: Totilas igitur (inquit) Neapoli capta, eam in captiuos præ se tulit benignitatem, quæ vtique nec barbaro nec hosti sat conuenit. Quippe qui Romanorum præ inedia affectorum in primis curam suscepit: nec secus & eorum, qui cum cibo diutius caruissent, imminuti viribus vidententur. Veritus itaque, ne ex repentino ac nimio cibo ad faciatem desumpto, vti par erat, ingurgitati perirent, medendi hunc modum excogitauit. Custodibus in portu portisque dispositis imperauit, neminem ea abire permitterent. tum ipse omnibus moderatione prouida quadam, parciusq; quam pro singulorum appetentia præbere: hosque eotenus quotidie famescentibus addere, quo ad neauctos quidem, ingestosque sibi sentirent. Et rursus eodem libro, de eodem rege locutus: His Totilas rebus peractis, Romam cõtendit. quam statim, vbi est proxime ventum, obsedit. Agrorum vero cultoribus per omnem Italiam, mali nil quippiam intulit: sed terram vt intrepide colerent, nil secus ac antea imperauit. Idem mox, cum de Pelagio infestissimo Totilæ viro loquitur: His cum mandatis (aīt) vbi ad Totilam Pelagius venit, & ab eo est perbenigne susceptus, prior Totilas ita exorsus est: Constat sane, apud Barbaros omnes id lege cautum esse, oratores vt hi plurimum colant & venerentur. Mihi vero, qui virtutis sibi aliquid compararũt, qualis tu es, honorem deferre simul & reuerentiam, iampridem studium fuit. Idem de captiuitate vrbis Romæ scribens: Ineunti itaque (ait) id Totilæ templum, Pelagius ipse sese obuiam offert, Christi in manibus Euangelia gestãs, supplexque omnibus factus, & genu procumbens: Parce (inquit) ô princeps, tuis. Tum ille arridens, & sane profusius, ita profatus est: Nunc mihi supplicaturus aduenisti, ô Pelagi? Ita quidem, respondit: quandoquidem tuum me seruum effecit Deus. Sed ab his iam abstine manus, qui tibi in seruitutem cessere. His itaque victus precibus Totilas, Gothis militibus edicto mox imperat, Romanorum de cætero vt neminem obtruncarent. Et mox, de Rusticiana Boethii coniuge & Symmachi filia scribens, quos Theodericus Gothorum rex supplicio affecerat: Sed Gothi in Rusticianæ mortem iam conspirauerant, eius hanc noxæ insimulãtes, quod tradita Romani exercitus ducibus non parua pecunia, Theoderici statuas disturbasset, in Symmachi patris vtrique vindictam. Totilas tamẽ, nulla hanc affici iniuria permisit, sed eam ac cæteras fœminas omnes, vt extra iniuriam essent, seruauit. Extat & raræ cuiusdam iustitiæ exemplũ apud eundem Procopium libro tertio Gothicæ historiæ, cuius memoriã non grauabor subiicere: Per id tempus Græcus quidam, Calaber genere, ad Totilam Neapolim venit, ex eius armigeris quendam accusaturus, quod eius filiam virginem per vim constuprasset. Totilas vero id ægre ferens, summo studio nitebatur, vt qui delatum crimen patrasse se minus negaret, commissi pœnas facinoris lueret. Vnde comprehendi mox iussum, in carcerem trudit.

dit. Huius vicem barbarorum primores quidam soliciti (erat nimirum vir ille acer, belloq; strenuus) inter se coeuntes, Totilã statim conueniunt, conuentumq; enixe precantur, missum illi crimen vt faceret. Tum ille, quæ dicebantur, benignius audiis, nec perturbatione vlla affectus, orationem apud suos huiusmodi habuit: Non equidem, ô viri commilitones, vel quia nimiæ sim inhumanitati obnoxius, vel quod propinquorũ meorum calamitatem habeã voluptati, hæc vt facerem apud vos verba constitui: sed vt ne quid Gothis mali contingat. Non enim me præterit, magnas hominum turbas rerum nomina in cõtrarium vertere, vt qui humanitatem dicere improbitatem consueuere. Vnde & rectiora quęque corrumpi ac perturbari contingit. Sinistrum quippe, ac plane improbum dixerim, qui leges velint ad verum acrius circumscribere, vt earum nominibus pro velamentis ad impietatẽ & nequitiam vsi, peccare intrepide queant, & prauitatẽ præ se tutius ferre. Sed vobis equidem consulo, ne mortalium cuiquam id permittatis, vt cum vestri ipsorum salute, viri cuiuspiam delicta commutet: nec quoquam pacto vos sceleris, qui nulli iniuriam intulistis, participes reddat. Delinquere namque, & in delinquentes inferenda supplicia intercipere, vt equidem reor, æque se habeant. Velim itaq; ea vos mente, & sic de præsentibus hisce decernere, vt si vobis optio detur, è duobus alterum deligatis. aut enim vir iste pro illata iniuria luiturus est pœnas: aut Gothorum est, vt non salua respublica sit, necessarium, nec bello vt vspiam victoria pariatur. Hæc Procopius.

GOTHICÆ VETERIS GERMANICÆ LINGVÆ VESTIGIA.

In Italica.

Richecza, diuitię: richtum Germanis. hinc, granreco, diues: vulgo nobis rich.
Fresco frigidum, Alemanice hodie frisch.
Wardia, custodia, ain ward Teutonice.
Stifeli, ocrea, hodie adhuc stifele.
Robare, latro, Teutonice rauber.
Orechiæ, auricula, orche hodie Germanis.
La milza, splen, ain milz Germanis.
Trippe, costa, rippen.
La mamola, nutrix, mamel, amel.
Buffeto, buff.
La piaza, spacium, ain platz.
Chiasso, platea, ghassen.
Noy, nouum, noij.
Rocca, colus, rokhen.
Arosto, assatum, rost, craticula.
Clusium, fauces, clausen.
Blanchus, pallidus, blaych Germanis.
Il piane, plan.
Fazzellato, sudariolum, faczeler.
El bosso sylua, ain bosch.
Gata, felis, chatz.
Trumba, tympanum, trumel.
Trumbeta, buccina, trumetten.
Metidor, culter, messer.
El fiado, anhelitus, adem.
Panczíera, lorica, panczer.
Ielmo, galea, helmo.
La koraffe, thorax, ferreus, kuriffer.
Speron, calcaria, sparen.
Il gadlio, gladii genus, degen Germanis.
La schiona, gladius obtusus, vulgo adhuc ain schyn.
Ruota, rota, rad.
Magro, macilentus, mager.
Giardino, hortus, gatten.
La cotta, cuculla, kutten hodie adhuc Germanis.

La bot-

In Hispanica.

Oio, oculus, aug Germanis.
Orenas, auris, oren.
Pierua, crus, ain peen Teutonice.
Moza, ancilla, magt, mãg.
Robar, latro, rauber.
Bandera, vexillum, ain baner.
Dedogruesso, grosfinger, daumb.
Hyncado, claudus, hynkhat.
Huesos, caligæ, hosen.
Radillos, radl.
Ama, nutrix, amel.
La laut, lutina, testudo, ain laut.
La harpa, cithara, harpfen.
Storns, frons, styrn.
Harinquo, halex, häring Germanis.
Placza, locus.
Borracho, heluo: brasser Germanis.
Estuffa, stuben, vaporarium.
Ruecca, colus, rokhen.
Cuchar, cochlepfl, echuehillo.
Tynta, atramentum, dynten.
Haka, securis, hakhen.
Sussyo, immundus, vnsauber.
Ielmo, galea: helmo, Teutonicis.
Esgtymidor, iracundus, grymmich.
Iugler, gesticulator, gaukhler.
Ruoda, rota, currus, ain rad.
Iardia, hortus, garten.
Mesemer, edituus sacrorum, ain mesner.
Corones, resticuli, hoyden.
Zombredo, biret.
Etharmanno, frarell: heerman, miles Latinis.
Segar, falx, segys: segedora, messor.
Asse, sic, also.
Corto, kurtz.

Frio,

La botta, dolium, putten.
Tagliere, discus, däller.
Becho, caper, bokh.
La schermitore, gladiator, schiermer.
Al destro, zü dem stro, Teutonice.
Bubo a locca, ain lokher, qui alias aues allicit.
La caualleta, locusta, veyualter.
Curto, breuis, gkhurcz.
Andare, ambulare, wandaren, vna litera adiecta.
Albergare, hospitari, herbergen.
Bagnar, balneare, baden.
Astricchare, vicos sternere, strafzpflastren.
Spiri, tentare, spüren Teutonice.
Sparagnare, parcum esse, sparen Germanis.
Lassa tare, mittere, lassen faren.
Haueſti, habuiſti, haueſtu.
Chi sei, qui es, Brabantini hac adhuc loquendi formula vtuntur.
La grifa, vnguis, graifer, finger.
Ingiu, inferius, im gew.
Io ho perduto, ich habs verloren.
Giorni, dies. hinc iour, annus: tanquam diceres, magna dies. hinc Itali, ogni giorno, Galli, tout le iour, id est, omni die.
Ah ah, miser, à vocabulo compassionis ach.
Tachon, pannus, nos hodie tüch dicimus.
Non ho fatto, habs nicht gethan.
Io ho fatto, ich habs gethan.
Tu hai fatto, du hast gethon.
Chi haueſſe creduto, modus loquendi ex Germanico, wer solt das haben gelaubt.
Poissons de mer, piscis marinus, merwisch.
Frio, frigeo, freyrt mich, frisch.
Zebolla, cepa, zwibel.
Trauaiar, pigrescere, trag werden.
Allegro, leuis, leichtferug.
Baxa te, bukh, inclina te, bukh dich.
Ha folgado todo el dia, toto die ambulauit, gefolget gantz dag.
Es mal hecho, malefactum.
Barrar, baret aufskheren.
Ahorcar, ex fenestra suspendere, ain arckher machen lassn.
Tu lo heziste, tu fecisti.
Tu lo sabes ben, bene scis, du habeis, gutz.

JNCIPIT LIBER DECIMVS, DE GENTIVM MIGRATIONIBVS, IN QVO Gothorum, Getarumque sedes ac Respublica docetur, authore WOLFGANGO LAZIO Viennensi regio Historico.

DE Gothorum gente scripturus hoc libro, cuius linguæ hæc fuerit, & in quot populos minores diffusa, quibus ordine locis consederit, quęrendum nobis erit. Quippe Germanicæ originis illam extitisse, iam antea ostendimus. Vtrum autem Getæ, Gothi, Gothini, Dacique eadem gens fuerit, vt multi autumant: & multo magis, an a Gothis descendenrint Tyragethæ, Tissagethæ, Massagethæ & Chyragethæ, inquisitione non vulgari forsan opus nobis erit, in tanta autorũ discrepantia. Primũ omnium Spartianus in historia Antonini Caracallæ, Gothos Getasq; eandē gentem facit, ita scribens: Nã cum & Germanici & Parthici & Arabici & Alemanici nomen adscriberet (nam Alemanorũ gētem deuicerat) Heluius Pertinax, filius Pertinacis, dicitor ioco dixisse: Adde, si placet, etiã Geticus Maximus: q̃ Getam occiderat fratrē, & Gothi Getę dicerētur, quos ille, dum ad orientē transit, tumultuariis prælis vicerat. hæc Spartianus, Latinus autor. Aduersus quem Procopius, Græcus autor. Getas a Gothis distinguit, libro primo Gothicæ historiæ hæc nominatim referens: Tunc & patricii quidam Sibyllæ dicta in medium proferebant, adseuerãtes, ad Iulium vsque mensem ciuitatem in discrimine fore: & necessarium postea, vt Imperator tunc quispiam Romanorũ existat, cum demũ Roma nil Geticum extimescet. Gethicam quippe Gothorum hi nationem esse adfirmant. Quo loco reprehendere clanculũ Græcus homo Latinos, & arguere erroris videtur. Quã rem penitius rimatus Beatus Rhenanus, in præfatione Procopianæ editionis in hæc verba eleganter hãc discutit

discutit quęstionem: Cæterum Iordnandes (inquit) Alanus, vt mihi colligere videor, Gothos ex Scandia, siue Scandinauia, Germanici maris insula, quam ipse Scanziam vocat, hodie Septentrionalem Scelandiam fortasse dicimus, aut Sueciam, recte deducit: quod cum Getis eosdem facit, longe aberrat. Sic namq; Getarum nomen Gothis tributum est ab eruditioribus, quemadmodum non ita pridem Maximilianum Cæsarem quidam antiquitatis Romanæ studiosi Maximinianum nuncupauere, quidam Maximum Æmilianum, nimirum propter nominis allusionem, vt quibus cultus in Norico ripensi diues (nam Laureacensis episcopus fuit) ignotus existeret. Indicat hoc Spartianus in vita Antonini Caracallæ, cui dixerat aliquando per iocum Pertinax, titulos victoriarum adscribenti: Adde, si placet, etiam Geticus Maximus: quod Getam, inquit, occiderat fratrem, & Gothi Getæ dicerentur. Idem Hieronymus noster innuit in Genesin, & libro primo Gothici belli Procopius, vbi de Romanis loquens: Geticum quippe (inquit) Gothorum hi nationem esse adfirmant. Item in initio belli Vandalici, de Gothis agens: Sunt (inquit) & qui Geticas nationes hos vocent. Vides Procopiū nihil adserere. In causa fuit, præter nominis allusionem, quod ex insula Scandia prodeuntes Gothi, cum V I. merugos littoralē populū pepulissent, & subiugassent Vandalos, quo loco Gothicā in Vandalis constituerant noui populi nouam regionem, quantum ad nomenclaturam attinet, pars illorum in Getas & Scythiam processit, qua Istro fluuio prætexitur, vt commodius Romanorum prouincias, Mœsiam vtrāq;, & Thracias, atque adeo Græciam ipsam vexare possent. Siquidem præ Quadis & Marcomanis parum agere poterant, in Rugorum Vandalorumq; tractu consistentes: & in cæteros Germanos bellum gerere, sibi durum erant experti. prædandi vero gratia non minus quā ob melius solum occupandum, omnes demigrationes factæ sunt. Hincq; ego Osthrogothorum & Vuestgothorum appellationes primum natas suspicor, audacter hic a Paulo Diacono dissensurus. Ideo vero Scytharum nomen Gothis accommodandum non est, quod in Scythia aut Getarum regione cōsederint: sicut nec pro Gallis Hispanisve habendi, quod in has prouincias postea cōcesserint Vesogothi: nec pro Gallis Franci, quos rectius Scythicos, Geticos, Gallicos, Hispaniensesque vocaueris. Sane ætate Cornelii Taciti, Vigeuones siue Insulares adhuc erant Gothi: itaque Gothinos apud eundem, nemo Gothos interpretetur, nemo Gothonos. Nam insulares populos nominatim non describit Tacitus, contentus in initio dixisse: Cætera Oceanus ambit, Latos sinus & insularum immensa spacia complectens, nuper cognitis quibusdam gentib. ac regibus, quos bellum aperuit. Ptolemæus Gothorum meminit, vt Insularium, inter eius Scythiæ populos, quam ipse tribus reliquis maiorem facit, meridionalem partem tradens inhabitare Gutas. nam Gutæ illi in dubiè sunt Gothi: sicque cæteri Germani eos nominasse videntur. Adiuuant hic nos duæ quædam orbis descriptiones, quarum altera iunioris Theodosii iussu facta est, nisi fallit titulus: altera non multo posterior videtur. In Theodosiana sic legitur: Germania, omnisque Gothia finiuntur ab oriente flumine Huistia, ab occidente flumine Rheno, à septentrione Oceano, à meridie flumine Danubio. Audis hic Gothiæ nomen. Et sequitur: Illic Dacia & Alania finiuntur, ab oriente desertis Sarmatiæ, ab occidente flumine Huistia, à septentrione Oceano, à meridie flumine Istro. Hinc intelligis, Gothiam istam Daciæ fuisse conterminam, ad amnem Huistiam: ut non mirum sit, quòd apud Procopium adserunt Longobardi in oratione quadam ad Iustinianum Cęsarem, Gothis Dacos olim fuisse vectigales. Hæc prolixè ex Rhenano nostro adducere voluimus super illo dubio, quod multis historiarum lectorib. caliginem obduxit. Patet autem ex eadem decisione Beati nostri, nec Dacos, nec Gothinos, eosdem cum Gothis extitisse. Id quod poetæ etiam non ignobiles animaduerterunt. quorū canit Lucanus 3. Pharsalium;

Nunc furor incubuit, nec iunctus Sarmata velox
Pannonio, Dacusq́, Getis admixtus haberi. Et Claudianus in Eutropium:
Est opus, Ostrogothis colitur, mixtisq́, Gothinis
Phryx ager: hos paruæ poterant impellere causæ.

Idem in sextum Honorij consulatum, de Gothinis hos versus protulit:

Prospera Romuleis sperantur tempora rebus,
In nomen ventura tuum, præmissa futuris
Dant exempla fidem: quoties te cursibus aus
Præfecit, toties accessit laurea patri.
Ausi Danubium quondam tranare Gothuni,
In lintres fregere nemus, &c. Sic pariter & Cor. Tacitus in libr. De moribus Germanorū, Gothinos Gallicæ originis facit, cum ita scribit, de Marcomanis & Quadis

Locus beati Rhenani de discrimine Gothorum, Gothinorū & Getarū.

tractans: Nec minus valent retro (ait) Marsingi, Gothini, Osii, Buril, terga Marcomanorũ Quadorumq; claudunt. E quibus Marsingi & Burii sermone cultuq; Sueuos referunt: Gothiuos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, & quod tributa patiuntur, partem tributorum Sarmatæ, partem Quadi, vt alienigenis imponunt. Gothini vero, quo magis pudeant, & ferrum effodiunt. hæc Tacitus de Gothinis, Gallica, non Germanica gente, vnde Gothos paulo ante deriuauimus. Nolo hic de Tyragetis, Massagetis, reliquisq; Getarum, hoc est Scytharum generibus rem anxius prosequi: quæ res Procopio quoq;, Græco homini, à Scythia haud ita procul colenti, imposuit, vt Alanos Sarmatasque inter Gothicos populos recenseat. Vt enim Gothi Getæ dicti sunt, ita non omnes Getæ Gothi fuere, veluti Hunni, qui Massagetæ, Alani, Bastarnæ, & Tyragetæ, quas nemo sanæ mentis homo Teutonibus adnumerauerit. Hinc recte mea quidem sententia, scribit Procop. ab initio 2. lib. Gothicæ hist. Postquam vero ad vnum omnes fere vulnerati, vt tam denso in agmine per Massagetas Hunnos emissa, nulla incassum cadente sagitta, sensere Gothi dimidiam suorum partem se amisisse. Sed de nomine Gothorum, & discrimine eorum populorum qui cum Gothis quondam confundebantur, hactenus. Venio iam ad eiusce gentis migrationes ac sedes, quarũ primæ in insulis Balthici maris fuere, in Seanczia videlicet, vt Iordnandes scribit, quam Plin. li. 4. c. 13. Scandinauiam appellare videtur. Quã puto Teutonicã vucem, deprauatam esse à Latinis hominibus pro Schonlandia, boc est pulchra terra. Equidem extant in hanc vsq; diem istæ insulæ supra Prussiam & Liuonam, regno Suediæ tributariæ: quarum vna Gotlandia, à Gothis nimirum, altera Schonlandia, tertia Finlandia a simili pulchritudinis ratione, denominatę sunt. De quibus quod hic parcior sim, ac primas illas Gothorum sedes non anxie expoliam, facit q; & superiorib. seculis Iordnandes Gothus, & nostra tempestate Magnus Olaus similiter Gothus, ex his finibus puta oriundus multis eam gentis habitationem voluminibus sunt prosecuti: quib. & certior fides, vt indigenis, merito haberi debet. Quando autem, & quæ manus gentis ex his finib. egressa sit, scribit Iordnandes, Filimarum & Gebericum ductores gentis extitisse, eidemq; ad Vistulam in Germaniæ agro principes eosdem præfuisse: quod quidem Sylla imperante Romanis accidisse, coniectat. Cui eo libentius fidem adhibeo, quod Iuliũ Cæsarem dictatorem Gothis bellum intulisse, Appianus Alex. lib. 2. Ciuilis historiæ scriptum reliquit: vt dubium nullum sit, eos tum in Germaniæ tellure tenuisse, quando hanc nunq̃ egressum, immo vix ingressum dictatorem, haud ambigua res est. Præterea Strabo memorat, Bœrobistam Dacorũ ducem circa Octauiani tempora, ad Istrum, cum sua gente depopulatũ exisse: Boiosq; & Tauriscos, populos secus Danubium accolentes in Pannoniis & Germanorũ confinio, vt Plin. quoq; meminit, Cretosciro subiectos regi, adflixisse. Ad hũc Bœrobistã, Iordnandes Gothicæ gentis legislatorem facit, & gentilicia lingua Bœristum vocat, siue à veritate q̃ profitebatur, siue q; populi propugnator existimaretur, der werischer. Recte nimirũ igitur Pli. li. 4. c. 14. Genera (inquit) Germanorũ quinq; sunt: Vindelici, quorũ pars Burgũdiones, Varini, Carini, Guttones. Et Cor. Tacitus in lib. de morib. Germanorũ: Translygios (scribit) Gothones regnant, paulo iam adductius q̃ cæteræ Germanorũ gẽtes, nondũ tamẽ supra libertatem. Huc pertinet, quod idem li. 4. Augustę historiæ refert, Lentulum de Getis triumphasse, triumphalibusq; ornamentis ob deuictos Getas donatũ fuisse. q̃ victoriã secus Istrum, ad cuius vix tum ripas Romani venerant, contigisse, Chronologiæ ratio docebit. Confirmat has Gothorũ sedes Iordnandes, cũ tradit, Gothos Vandalorũ terras occupasse. Et alibi, Gothos haud procul à Vistula Francos vicisse, castrisq; ac regione exuisse: hoc est, vt ex historiis reperi, pulsos inde ad Istrum abiuisse, Dacisq; se ac Getis cõmiscuisse. Quo loci tertiæ eius populi sedes surrexere, de quib. mox à nobis dicetur. Sane manent adhuc vestigia quædam Gorborum gentis, iis ipsis in agris Germaniæ. Nam & Gotha ciuitas in Silesia, & altera apud Misinos: & in Bohemiæ agro Guttenberg ac Gutonsteyn, haud ignota castra etiamnum, inde appellata, vt arbitror, supersunt. Sequuntur iam tertiæ Gothorum sedes in Dacia, quã hodie Transyluaniam Hungariæ ac Valachiam nominant. Quas paulo ante Alexandri magni ætatem occupasse inuenio: reliquisse vero sub Valentiniano & Valẽte circa annũ Salutis reparatæ 376, Chronologiæ nos ratio docet. In hoc loco se Gothi propriis armis, cũ ab Macedonũ, tũ Romanorũ quoq; iugo, fortissime dimicando vsq; defenderunt. Hinc scribit Arrianus Nicomedensis in historia Alexand. magni, qui in Gothos vltra Danubiũ colentes mouerat, vbi nostro seculo Vualachia ac Transyluania prouinciæ sitæ sunt: Secundũ hãc pugna triduo (inquit) Alexander ad Danubiũ fluuiũ profectus est, omniũ quidem longe maximũ eorũ qui in Europa sunt. longissimo tractu per terras excurrit, gentes bellicosas præterlabitur, ac eas maxima ex parte Germanas, ex quibus ipsius amnis fontes oriuntur. Earũ gentium postremi

Prima Gothorũ sedes in insulis Balthici siue Brussici maris.

Secunda Gothorũ sedes in Germania secus Vistulã amnẽ.

Tertia sedes Gothorum in Transyluania, hoc est Dacia.

mi sunt Quadi & Marcomanni, deinde Iaziges Sarmatarum gens: post hos Getæ, deinde Sarmatarum pars, postremo Scythæ vsque ad exitum fluminis pertinent. vnde per quinq; ostia in Euxinum Pontum effluit. Hic Alexander naues longas quæ è Byzantio per Euxinum pontum aduenerant, aduerso flumine subuectas reperit, in quas sagittariorum manu ac armato milite imposito, ad insulam, in quam Tribali & Thraces confugerant, contendit. Conanti pedem inferre summa vi Barbari obsistunt. Quocunq; naues appellebant, præsto aderant, locumq; tuebantur, quod erat illis facilius. quoniam & naues paucæ erant, & insulæ maxima pars prærupta & præceps: & fluminis cursus, vtpote in angusto conclusus, concitatior. Quapropter Alexander abductis inde nauibus flumē traiicit, Getasq; qui
10 trans flumen incolebant petit: quos in aduersa ripa prohibendi animo, si transire conarentur, armatos videbat. Et subdit Arrianus, cum ciuitatem quandam Getarum, ad Danubii vlteriorem ripam sitam, expugnasse Alexandrum descripsisset: Huc loci legati (inquit) & à cæteris Danubii accolis, & à Sirmio Tribalorum rege, item à Germanis venerunt: & quæ sequuntur. Meminit Getarum eadem in prouincia vltra Istrum Teutonicæ quidem originis populi, & Strabo lib. 7. Geographiæ (vt appareat, locum Arriani non de Getis Sarmatis, sed de Getis Germanis, hoc est Gothis, esse accipiendum) Supra iacens regio vniuersa (ait) inter Borysthenem & Istrum prima est Getarum solitudo, post Tyragetæ, post quos Sarmatæ cognomento Iaziges, & Basilei dicuntur, & Vrgi. Ex quibus pars maxima Nomadibus, id est, pastoribus constat, pauci agrorum colendorum studio tenentur.
20 Hos vtramque Istri ripam incolere, sæpe traditur. Intra terram sunt Bastarnæ, Tyragetis vicini, & Germanis, & ipsi ferme ex Germanis originem ducentes. Idem scribens de Alexandri magni aduersus Getas procinctu, cuius Arrianum meminisse ostendimus, libro septimo Geographiæ: Alexander sane Philippi filius (inquit) in ea expeditione quam aduersus Thracas vltra Hæmum suscepit, cum Tribalorum gentem incursasset, vidit eos vsq; ad Istrum pertinentes, in quo & Peucen insulam, vlteriora vero tenentes Getas, eousque profectus, insulam quidem ingredi nequiuisse, nauigiorum penuria. Nam cum in eam ipse Tribalorum rex Sirmius confugisset, aduersus eius impetum obstitit. Cæterum transgressus in Getas, eorum vrbem in potestatem redegit. Porro ad situm huius Getarum prouinciæ, quæ & Dacia dicebatur, &c. Quo hisce verbis & Stephanus Byzantius in libro
30 de Vrbibus allusisse videtur: Δακία, χώρα πλησίον Βορυσθένους. οἱ Δάκαι, οὓς καλοῦμεν Δάους. Γέτας γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κατῳκημένους, καὶ πρὸς ἕω. Δάους δέ, τοὺς πρὸς τὰ ἀντία καὶ πρὸς Γερμανίαν καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. καὶ παρ' Ἀθηναίοις δὲ τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δᾶοι καὶ Γέται. Id est, si latine reddas: Dacia regio est Borysthenii fluminis vicina. Sunt autem Daci illi, quos nos vocamus Dauos. Getas vero, iuxta Pontum habitantes, & ad orientem: Dacos autem, ad Germaniæ littora & Istri fontes vergentes, nominamus. Apud Athenienses enim seruorum nomina sunt Daui & Getæ. Huc pertinet & carmen Dionysii Geographi:

πολλὰ μάλ' ἑξείης Μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης
Γερμανοί, Σαρμάταί τε, Γέται θ' ἅμα, Βαστέρναι τε.
Δακῶν τ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί. id est latine versum:
40 *Deinde equidem multi Mæotidis ostia seruant,*
Germaniq;, Getæ, Bastarni Sarmatæ. & ingens
Dacorum sinus, quoque fortes pectora Alani.

Ex quibus locis colligimus, vel contra Beati Rhenani sententiam supra adductam, Getas quoque Germanos extitisse: vt non simpliciter Getæ cum Sarmatis Scythisq; confundendi sint. Siquidem & Fla. Vopiscus Aurelianum Cæsarem inter Gothos, Amazonas cœpisse, inq; triumphum duxisse mulieres virili habitu pugnantes, scribit. Quas Gothicæ originis fuisse, Iordnandes Gothus testatur: cæteri vero historiarum authores Getis attribuere videntur. Verba Vopisci subiiciam: Ductæ sunt & decem mulieres, virili habitu pugnantes, quas inter Gothos cæperat, cum multæ essent interemptæ, quas de Amazonū
50 gente titulus præferebat. Etsi autem constet, Hermanarchum regem Gothis in Dacia postremum imperasse, à Balanbero Hunnorum rege pressum, vt Iordnandes quoque animaduertit, pulsos propterea Gothos, ducibus Fridigerno, Alaricho & Safrago, Istrum traiecisse, receptos à Valentiniano primo hoc nomine Imperatore in Thraciis, vt Marcellinus libr. XXXI. scriptū reliquit: tamen credendum est, reliquias aliquot eius gentis post ea etiam tempora, vltra Istrum mansisse, saltem in Dacia ripensi, & vbi Iaziges videtur Ptolomæus depingere, & hodie adhuc Germanicæ linguæ colunt populi, Sclauinis, Sarmatis ac Hungaris mixti, Cussouienses, Eperienses, Bartfenses, Cepusienses & Pergsteteri, diuisi in Cremnicenses, Schemnicenses, & Solienses vulgo nominati. Siquidem Breuiarium Theodosii iunioris imperatoris, in descriptione orbis sic nominatim Gothiam delineat: Hinc

ab oriente Alania est (cum de Tanai flumine prius locutus fuisset) in medio Dacia, vbi & Gothia, deinde Germania. Et addit: Dacia & Alania finiuntur ab oriente desertis Sarmatiæ, ab occidente flumine Hiuscia à septentrione Oceano, à meridie flumine Istro. Hinc intelligis, veterum in Dacia Gothiam fuisse, vel saltem Daciæ proximam, vsque ad Tibiscũ notissimum Hungariæ fluuium, quem itinerarium Hiusciam vocare videtur, corrupto veteri Teutonico vocabulo Teissa, quo adhuc hodie istud fluentum nuncupamus Germani. His igitur finibus cum Gothi siue Getæ Germani multis seculis coluissent, iam inde ab initio Pannoniarum fœcunditati proximæ prouinciæ inhiabant. eapropter traiecto subinde Istro, cum de populatum paulo latius ab Istri ripis exissent, ad manus cum Boiis primũ, deinde cum ipsis quoq; Romanis venerunt. Boios quidem, & subditos Cretoscyto regi populos, Augusto imperante omnino deleuisse Getas continuis excursionibus, Strabo libris quarto & septimo Geographiæ tradit: atque adeo Bærebistæ cuiusdam ductu ab eo tempore in tantum succreuisse & numero & militari exercitio, vt quadraginta millia hominum educere in aciem potuerint, Romanosq; fines vltro lacesserint. Contra quos, historiæ docent, Curium proconsulem primo, deinde Lucullum quoque ea tempestate consulem, & postea Ælium Catonem, cũ exercitu misisse. Quin & Lucius consul, ac Lentulus, pugnasse cum Getis reperiuntur. Quorum Lucius in prouinciæ formam, Iordanande authore, Illyriam omnem redegit. De Lentulo vero adnotauit Cor. Tacitus libro historiæ Augustæ quarto ista: Obiere eo anno viri nobiles, Cn. Lentulus & L. Domitius. Lentulus supra consulatum & triumphalia de Getis, gloriæ fuerat bene tolerata paupertas. Refert præterea Appianus libr. secundo Ciuilis belli, Caium Iulium Cæsarem dictatorem ad belli necessitatem coactum à Getis fuisse, cum scribit videlicet: Ille igitur siue desperans, siue frustra labori innixus, & experimentum tandem euitans, aut calumniam, aut ciuilibus quibusdam hostibus vltro cedens, siue veletudini curam adhibens, epilepsiæ scilicet & caduco morbo, qui plerunque inter ocium illi acciderat, ingentem in Parthos Getasque expeditionem meditatus est. Getis quidem, vt insolentioribus, & pugnæ cupidis, & propinquis sibi nationibus bellum parans. Qui mehercule locus non de Gethis Scythis, qui procul à Romano limite erant, intelligendus est: sed de Getis Germanis, hoc est Gothis, secus Istrum in Dacia colentibus. Excepit bellum Gothicum, vel vt tum ea gens appellabatur, Dacicum, Augustus: quem ob magnitudinem eius, & horrea in Pannoniis, munitissimas duas vrbes, Sirmium & Segestam constituisse, Strabo memorat. & Tranquillus in vita Augusti, cap. De matrimonio Iuliæ filiæ, vt ferocissimam gentem in officio contineret, filiam propriam Getarum regi in matrimonium locasse, autor est, ita nominatim scribens: Mar. Antonius primum eam Antonio filio suo, deinde Corifeni Getarum regi: quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petiisset. Sed illud non diu vinculum mansisse, Strabo lib. 7 his verbis ostendit, Octauium Imperatorem in bello aduersus Dacos ex necessitate suscepto propugnacula & horrea apud Sirmium & Segestam Pannoniæ vrbes constituisse referens: Cæterum Segestica vrbs est Pannoniorum (inquit) vbi fluuii plures confluunt, omnes sane nauigationibus idonei: arx in gerẽdo aduersus Dacos bello, natura perutilis. Quã historiam clarius recensens Appianus in lib. quem Illyricũ inscripsit, cum de Octauio Augusto tractat, in Pannoniis belligerante: Non accedentibus (inquit) ignem omnib. immisit, & per continuos octo dies maximis affecit cladibus, quib. in Segestanorum & Pæonum regionem, vsque ad Sauum fluuium est progressus. Huius in ripa ciuitas latissimo fluuio & ingenti fossa munita considet. Qua ex causa potissimum Cæsar illam inuasit, veluti belli horreum, in Dacos Bastarnasq;, qui vltra Istrum incolunt, abiturus. Hactenus Appianus. Vnde perspicuum est, Augustũ, aliis grauioribus bellis occupatum, ad belli necessitatem à Getis siue Gothis in Dacia tum habitantibus, vbi modo sunt Vualachia & Transyluania, adactum fuisse. Quam gentem, vtpote Teutonicam, cum vix tandem compescuisset, obiectu perpetuo legionum Tertiæ, sextæ Victricis, octauæ Augustæ, & decimætertiæ Geminæ, postquam hæ ad bellum ciuile a Vespasiano abductæ fuissent, gens effera in Romanos iterum fines erupit, Diurpaneo quodam ductore, quo tempore gubernacula Reipublicæ Domitianus Vespasiani filius tenebat a quo missi cum magnis exercitibus contra Getas Oppius Sabinus, & Cornelius Fuscus, ad internecionem cæsi fuere. Hinc Tranquillus in vita Domitiani: Expeditiones (ait) partim sponte suscepit, partim necessario. Sponte in Cattos: necessariam vnam in Sarmatas, legione cum legato simul cæsa. In Dacos duas, primam Oppio Sabino consulari oppresso, secundam Cornelio Fusco præfecto cohortium prætorianarum, cui bell summam commiserat. Porro Cornelium quoque illum deletum a Gothis extitisse, per Pannonias & Mœsias discur santibus, Satyricus hocce carmine testatur.

Gothorum cum Romanis primum bellum.

Et qui vulturibus seruat sua viscera Dacis,
Fuscus marmorea meditatus prælia villa,

Et Martialis in epitaphio Fusci ad hanc allusisse cladem videtur:

Hic situs est Fuscus,licet hoc fortuna fateri:
Non timet hostiles iam lapis iste minas.

Et itorum libro nono, Domitiano adulatus:

Cornua Sarmatici ter perfida contulit Istri,
Sudantem Getica ter niue lauit equum.

Eodem adulationis vitio laborans Statius poeta, primo Thebaidos sic canit:

10 *Bisq; iugo Rhenum,bis adactum legibus Istrum,*
Et coniurato deiectos vertice Dacos.

Itaque victores de Romanis Gothi, Traiano postea Imp. necessitatem imposuere, vt cũ pulsis Sarmatis ac Getis magnam Daciæ partem subiugasset, ponte saxeo his finibus Istrum iungere compelleretur, quo suis aduersus feras gentes subministrare auxilia posset. Quibus in curis Hadrianus pariter consistens, contraria motus ratione, ne bellatoribus populis ingressum in Romanas prouincias præberet, pontem eundem non sine sumptu iterum demolitus est, vt Dion Cassius scriptum reliquit. Sed vana fuere vtriusque consilia. nondum enim seculo euoluto, superato Danubio, totam Pannoniam Mœsiasq; infestas Gothi reddidere: quo tempore Gallienus, Claudius & Aurelianus, ad clauum Romanæ Reip. se-20 debant. Hinc Trebellius Pollio in historia Gallieni, Gothos sub eo in Dalmatiã vsque excurrisse refert, acceptamq; cladem fuisse non vulgarem, dum è Dalmatia per Gessacem montem reuerterentur. Idem quoque Claudium Cæsarem trecenta & viginti millia Gothorum ad Istrum deleuisse, & duo millia nauium submersisse scribit. Quo tempore Cannabaudem Gothis constat, in Dacia commanentibus, & quam prouinciam Aureliano imperante profligatis Romanis legionibus receperant, imperitasse. Quem consecuti sunt Thurus & Varus, & hoc Ermanarichus, postremus qui Gothis in Dacia imperabat, quod vel nomen principis gentem Teutonicam ostendit. Sequitur quarta Gothorum in Thraciis habitatio, sub Valentiniano Cæsare hos nomine primo incœpta. Inuenio vero eius populi è Dacia in Thracias emigrationis tres causas siue occasiones extitisse. primam, 30 quod suæ gentis non contemnendam manum Romano tributo obnoxiam, in Thracia colentẽ, secuti sint, & ex ea de prouinciæ Romanæ fœcunditate intellexerant. Nam & Maximinum Imperatorem, ex posteritate Gothorum, qui angustias in Thracia tenebant, natũ, historiæ docent. Et Capitolinus in vita Maximini: Sub Macrino (inquit) quod eum qui Imperatoris sui filium occiderat, vehementer odisset, à militia desiit. & in Thracia, in vico vbi genitus fuerat, possessiones comparauit, ac semper cum Gothis commercia exercuit. Amatus est autem vnice à Getis, quasi eorum ciuis. Ita & Aurelianum Vopiscus refert, Hunilam, Gothicam mulierem nobilem, Bonoso præfecto, qui posterius Imperium inuaserat, matrimonio collocasse. Similiter de Probo hæc scribit: Tetendit deinde iter per Thracias, atque inde omnes Geticos populos, fama rerum territos, & antiqui nominis po-40 tentia pressos, aut in deditionem, aut in amicitiam recepit. Fuit & altera occasio huius, de qua loquimur, transmigrationis: denudatio videlicet limitis Daciæ, quod legiones essent à Iuliano & Valentiniano Imperatoribus alio abductæ, ad arcendos videlicet conatus Alemannorum & Sueuorum in Rhætias, vt hoc carmine in belli Getici historia Claudianus videtur poeta animaduertisse:

Quarta Gothorum habitatio in Thracia.

Non nisi perfidia nacti penetrabile tempus,
Irrupere Getæ, nostras dum Rhætia vires
Occupat, atq; alio desudant Marte cohortes.

His postea tertia accessit vrgens causa, Hunnis à palude Mæotide incumbentibus: cum quibus tametsi bello multo tempore Gothi decertarent, & eam à Dacia gentem remoue-50 re niterentur: fecit tamen Ermanarichi regis immaturus obitus, qui multo senio confectus, pollensque consilio ex ætate, vsque restiterat, vti in studia partium Gothi diuiderentur, & alius alium Ermanaricho successorem nominaret. Inter quas disceptationes (autore Iordnande) Balamber Hunnorum rex totis viribus desuper enixus, Gothos defatigatos demum, agris Daciæ exuit, atque ad Istrum fugauit. Isthinc cum liberis ac vxoribus, totaq; supellectile, Gothi non multo post tempore, Dacia relicta, venerunt: missisq; oratoribus ad Valentinianum & Valentem Romanos imperatores, in Thracia agros sub tributo possidendos petierunt. Quibus impetratis, Danubium flumen, qua is Mœsiam prouinciam præterfluit, fracto in lintres ac naues nemore, vt eleganter inquit Claudianus, cum omnibus charitatibus suis (vt Ammiani vocabulo vtar) transmisere, sub regibus Fridiger-

Aaa 3

no, Alathæo & Safrago. Qui & agminis ductores, cum è Daciis Gothi mouerent, & vt à Romano principe in Thracia reciperentur, autores fuerunt. Ad quam transmigrationem allusisse videtur Stephanus Byzantius, de vrbib. ita scribens: Γότθοι ἔθνος, πάλαι ᾤκησαν ἐν τοῖς τῆς Μαιώτιδος, ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκην μετῳκίσθησαν. id est, Gothi quidem, gens olim iuxta Mæotidem sedes fixerant, inde in Thraciam interiorem traiiciebant. Commemorat huiusmodi Gothorũ è Dacia in Thraciam emigrationem & Claudianus poeta in bello Getico, hoc carmine:

Ex quo iam patrios gens hæc oblita triones,
Atq; Istrum transuecta semel, vestigia fixit
Threicio funesta solo: seu fata vocabant,
Seu grauis ira deûm seriem meditata ruinis,
Ex illo quoscunq; vagos impegit Erinnys, 10
Grandinis aut morbi ritu per deuia rerum
Præcipites per claustra ruunt, nec contigit vllis
Amnibus aut scopulis proprias defendere terras.
Nil Rhodope, nil vastus Athos, nil profuit Hæmus.
Othrysiis facilis contemnunt Strymona saltu. Idem in quartum consulatum

Honorii, non alio quam ad hunc traiectum alludens, canit:

Prospera Rumuleis sperantur tempora rebus,
In nomen ventura tuum: præmissa futuris
Dant exempla fidem. quoties te cursibus aut. 20
Præfecit, toties accessit laurea patri.
Ausi Danubium quondam transnare Gruthungi,
In lintres fregere nemus, &c. quæ sequuntur.

Causæ & occasiones Gothorũ è Dacia in Thraciã migrationum.

Cæterum super ista Gothorum ex Dacia in Thraciam transuectione, longe aliter quam Ammianus, Eutropius lib. 12. rerum Rom. historiam narrare videtur, nõ vrgentibus Hunnis, vt Ammianus libro 31. sed ciuili Gothicæ gentis bello, intestinisque studiis principum causam tribuens, cum scribit: Circa hæc tempora Gothi, trans Istrum constituti, ciuile bellum inter se duabus partibus commouerunt. Vnius præerat Fridigernus, alterius Athalaricus. Fridigernus autem, cum suis omnibus Arrianus erat, Athalaricus vero cum suis paganus. Cumque præualuisset Athalaricus, Fridigernus auxilium a Valente postulat, per Vlfiam episcopum suum Arrianum, qui moratus sub Constantio fuerat, cum Eudoxio & Acacio Arrianis. qui etiam literas Gothicas primus adinuenit, & scripturas diuinas in eam linguam conuertit. Statim Valens præcepit Thraciæ militibus, vt Fridigerno auxilia commodarent. Hoc solatio victus Athalaricus, etiam in fugam est conuersus. Non post multum vero tempus, denuo Gothis inter se comparatis, Vlfias non solum Fridigerni Gothos, sed etiam Athalarici edocebat. Tunc Athalaricus religionem propriam violari dolẽs, multos ex suis Arrianos factos suppliciis tradidit, quos hactenus Arriani martyres appellant. Quam ob rem Fridigernus cum suis occidentalem partem petiit, Athalaricus vero cum suo exercitu ibidem remansit. Hi vero qui cum Fridigerno occiduas petierant regiones, ab occidente lingua patria Vesoguthi, hoc est occidentales Gothi sunt appellati. Hi vero, qui cum Athalarico in propriis sedibus remanserant, Ostrogothi, id est, orientales Gothi sunt dicti. hæc ille. Qui postea concludens, & illam addit causam, cuius diximus Ammianum meminisse, videlicet Hunnorum migrationem, ita scribens: Ea tempestate gens Hunnorum diu in propriis & inaccessis clausa montibus repentina rabie exarsit in Gothos, eosq; conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Et subdit, Hunnorum sæuitiam ac inhumanitatem exaggerans: Hi vero sub hominum figura viuunt, belluina sæuitia. Quod genus expeditissimũ, multarumq; nationum grassatoriũ, vt viderunt Gothi transito Danubio fugientes, a Valente, sine vlla fœderis pactione suscepti sunt, tribuente cis terras Thraciarum ad habitandum, arbitrato præparatum solatium ab eis habere contra Barbaros. Hac pro re milites de cætero negligebat: & eos qui dudum contra hostes laborauerant, Imperator despiciebat. Etiam collatores suos præcepit prouinciæ per vicos & ciuitates per vnumquemque militem octoginta solidos exigere. Hoc ergo fuit initium, vt illo in tempore Romana Respublica calamitatibus subderetur. Barbari enim cum Thracias obtinuissent, licenter Romanorum vastabant prouincias, depopulantes vicinas ciuitates. Hæc Eutropius, de initiis ac causis Gothorum transfretationis in Thracias atque Illyricũ. Cui non abs re fore existimo, si tertiam Iordnandis opinionem super eadem re subiecero: qui etsi ciuilibus studiis Gothicorum principum id adscribat, similiter vt Damascenus Supplementi Eutropiani autor, alios tamen principes nominat, & iam tum aliquos Gothos Hunnis subditos extitisse ostendit, ita scribens nominatim in Gothica historia:

Origo discriminis Ostrogothorũ & Visogothorum.

30 40 50

Et

Et quia, dum vtræque gentes tam Ostrogothæ quam etiam Vesogothæ in vno essent, vt volui, maiorum sequens dicta reuolui, diuisosq; Vesogothos ab Ostrogothis ad liquidum sum prosecutus, necesse nobis est iterũ ad antiquas eorũ Scythicas sedes redire, & Ostrogothorum genealogiam, actusque pari tenore exponere. Quos constat morte Ermanarici regis sui, decessione à Vesogothis diuisos, Hunnorum subditos ditioni, in eadem patriâ remoratos esse: Vuinithario tamen Amalo principatus sui insignia retinente. Qui aui Ataulphi virtutem imitatus, quamuis Ermanarici fœlicitate inferior, tamen hæc moleste ferens Hunnorum imperio subiacere, paulatum se subtrahebat ab illis. suamque dum nititur ostentare virtutem, in Autarum fines mouit procinctum: eosque dum aggreditur, prima congressione superatur. Deinde fortiter egit, regemq; eorum Box nomine cum filiis suis & LXX. primatib. in exemplo terroris cruci adfixit, vt dediticiis metum cadauera pendentium geminarent. Sed cum tali libertate vix anni spacio imperasset, non est passus Balamber rex Hunnorum: sed adscito ad se Sigismundo Hunimundi filio, qui iuramenti sui & fidei memor, eum ampla parte Gothorum, Hunnorum imperio subiacebat, renouatoq; cum eo fœdere, super Vuynitharium duxit exercitum. diuq; certantibus, primo & secundo certamine Vuynitharius vincit. Nec valet aliquis commemorare, quantam stragem Vuynitharius de Hunnorum exercitu fecerit. Tertio vero prælio subreptionis auxilio, ad flunium nomine Erac, dum vterque ad se venissent, Balamber sagitta missa caput Vuynitharii saucians interemit, neptemque eius Vualadamarcam sibi in coniugio copulans, iam omnem in pace Gothorum populum subactum possedit. ita tamen, vt genti Gothorum semper vnus proprius regulus, quamuis Hunnorum consilio, imperaret. Et mox defuncto Vuynithario, rexit eos Hunnimundus, filius quondam regis potentissimi Ermanarici, acer in bello, totiusq; corporis pulchritudine pollens. Qui post hæc contra Sueuorum gentem fœliciter dimicauit. Eoque defuncto, successit Torismund, filius eius, flore iuuentutis ornatus, qui secundo principatus sui anno contra Gepedas mouit exercitum, magnaq; de illis potitus victoria, casu equi dicitur interemptus. Quo defuncto, sic eum luxere Ostrogothæ, vt quadraginta per annos in eius loco rex alius non succederet, quatenus & illius memoriam semper haberent in ore: & tempus accederet, quo Vualamir habitum repararet virilem, qui erat ex consubrino eius genitus Vuandalario. Quia filius eius, vt superius diximus, Berismund, iam contempta Ostrogothorum gente propter Hunnorum dominium, ad partes Hesperias Visogothorum fuisset gentem secutus, de quo & ortus est Vedericus. Vederico quoque filius natus est Eutharicus, qui iunctus Amalasuentæ filiæ Theoderici, item Amalorum stirpem iam diuisam coniunxit, & genuit Athalaricũ & Mathesuentam. Hæc omnia eo prolixius adducere volui, ex fide digna historia, vt appareat, quibus initiis causisque Gothi in Illyrici tractum primum omnium immigrarint: deinde vt quando in Ostrogothos Visogothosque diuisa hæc gens fuerit, antequam adhuc Gallias cæterasque occiduas regiones possedissent, aduersus eos lector candidus historiæ intelligat, qui Visogothos ex Gallia primum, Hispaniisque deriuare volunt. Porro de successu Gothicæ gentis in Thraciis, scribit Ammianus libr. trigesimoprimo quemadmodũ ob adgrauatam annonam per Maximum & Lupicinum Thraciæ præfectos, ad arma coacti, Romanorum exercitum deleuerint, Valentemque Imperatorem fugientem in vili casa concremarint. Addit Ioannes Damascenus in Supplemento Eutropii, & nominatim in Theodosii senioris historia, qui à Gratiano Valentiniani filio ob sororem Gallam adoptatus fuerat, in hanc sententiam, libro duodecimo Romanarum rerum: Restinxit tamen paulo post ferucis iram gentis Theodosius Cæsar, quem in Imperii societatem Gratianus adsciuerat, fœdere cum Gothis percusso. Et subdit: Igitur Theodosius in vrbem Constantinopolim triumphans intrauit. Et ne parum ipsam Romani exercitus assidue bellando deterreret, fœdus eum Athalarico rege Gothorum percussit. Athalaricus Constantinopolim venit, ad Imperatorem Theodosium. Quem ille mira animi iucunditate suscepit, & adfectione. Denique cum vrbem Athalaricus intrasset, & tam ædificia ciuitatis, quam quæ quasi ad diem festum confluxerat, populi frequentiam cerneret. ac per singula inhæreret mente, cumq; deinceps Imperatoris regiam ingressus, obsequia officiaq; diuersa cõspiceret: Sine dubio (inquit) deus terrenus est Imperator, contra quem quicunque manum leuare ausus fuerit, ipse sui sanguinis reus erit. Nec mora tamen, superueniente inualitudine, rebus excessit humanis. Cuius exequias ipse Imperator præcedens, dignæ eum tradidit sepulturæ. At vniuersæ Gothorum gentes, rege defuncto, aspicientes virtutem benignitatemque Theodosii Romano se se Imperio dediderunt. Qui rursus, Gotohos eidem Imperatori Theodosio memorat ex Thracia auxilium subministrasse, aduersus Arbogastum tyrannum: Hoc ita modo

dimicatione consumpta (ait) tyrannus concurrens ad pedes Imperatoris, exorabat, promereri salutem. Qui circa pedes eius, à militibus capite secatus est, x v calendas Octobris, consulatus Archadii anno tertio, & Honorii secundo. Arbogastes autem tantorum causa malorum, post duos congressionis dies, fuga elapsus, cum cognouisset, quia viuere non posset, proprio se gladio peremit. Præmiserat denique prius Theodosius decem millia Gothorum auxiliatorum, quæ ab Arbogaste comite funditus deleta sunt. Quos vtique Theodosio perdidisse, magis lucrum quam detrimentum fuit. hactenus Eutropius. Non possum hic silentio transire locum Ammiani Marcellini, qui est libro x x v i i, de Athanarico rege Gothorum, cum quo Valens adhuc, antequam in Thracias Gothi recepti fuissent, pacem pepegerat. Credendum est autem, istum Athanaricum Athalarici regis patrem fuisse, quem Constantinopoli à Theodosio Cæsare elatum, Eutropius ostendit. Verba subiiciam: Quibus Imperator rudis quidem, verum spectator adhuc æquissimus rerum, antequam adulationum perniciosis illecebris captus, Rempub. funeribus perpetuo deflēdis affligeret, in commune consultans, pacem dare oportere decreuit: emisitque vicissim Victorem & Arintheum, qui tunc equestrem militiam agerent. Qui cum propositis conditionibus assentiri Gothos docuissent literis veris, præstituitur componendæ paci conueniens locus. Et quoniam asserebat Athanaricus sub tremenda execratione iurisiurandi se esse obstrictum, mandatisque prohibitum patris, ne solum aliquando calcaret Romanorum: & adigi non poterat, indecorumque erat, & vile, ad eum Imperatorem transire, recte noscentibus placuit, nauibus remigio directis in medium flumen, quæ vehebant cum armigeris principem, gentisque iudicem, inde cum suis fœderari, vt statutū est, pacē. Hocque composito, & acceptis obsidibus, Valens Constantinopolim rediit, vbi postea Athanaricus proximorum factione, genitalibus terris expulsus, fatali sorte decessit, & ambitiosis exequiis ritu sepultus est nostro. hæc Ammianus de Gothis, Daciam & Thraciam colentib. Ex quibus prouinciis, iam inde Pannoniis Mœsiisque inhiare, atque cum eas regiones infestas suis populationibus redderent, Romanis primum omnium armis innotescere cœperunt. Itaque antequam has quintas ordine sedes, sui iuris penitus fecissent, aliquot seculis belligerabant. Quippe & Spartianus refert, Antoninū Caracallam Seueri Septimii imperatoris filium, Getas ad Istrum vicisse. vnde & iocatus dicitur Pertinacis filius, cum Getam fratrem occidisset: Adde si placet, etiam Geticus Maximus. Similiter & Trebellius Pollio in Gallieno, de eius Imperatoris aduersus Gothos suscepto bello, in media Pannonia hoc scriptū reliquit: inter hæc Scythæ per Euxinum nauigantes, Istrum ingressi, multa grauia in solo Romano fecerunt. Quibus compertis, Gallienus Cleodamum & Athenæum Byzantium instaurandis vrbibus muniendisque præfecit: pugnatumque est circa Pontum, & à Byzantiis ducibus victi sunt barbari. Veneriano item duce naualı bello superati sunt Gothi, tum ipse Venerianus militari periit morte. atque inde Cyzicū & Asiam, deinceps Achaiam omnem vastauerunt, & ab Atheniensibus duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt. Vnde pulsi per Epirum, Acatnaniam & Bœotiam peruagati sunt. Gallienus interea vix excitatus publicis malis, Gothis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuito plurimos interemit. Quo comperto, Scythæ facta carragine, per montē Gessacē fugere sunt conati. Idē in Claudii Cæsaris historia, de Gothis per Pannonias Mœsiasque vagantibus refert: Claudio igitur scriptores adulamur, qui duo millia nauium barbarum & ccc millia armatorum deleuit, oppressit, attriuit: qui carraginem tantā, quantam numerus hic armatorum sibimet aptare potuit & parare, nunc incendia fecit, nunc cum omnibus familiis Romano seruitio deputauit, vt docet eiusdem epistola, quam ad Iun. Brochum scripsit, Illyricum tuentem. Claudius Brocho: Deleuimus cccxx. millia Gothorum, duo millia nauium mersimus. Tecta sunt flumina scuthis, spathis & lanceolis omnia littora operiuntur, Campi ossibus iacent tecti, nullum iter purum est, ingens carrago deserta est. tantum mulierum cæpimus, vt binas & ternas mulieres victor sibi miles possit adiungere. Et vtinam Gallienum non esset passa Respub. vtinam sexcentos tyrannos nō pertulisset saluis militibus, quos prælia sustulerunt: saluis legionibus quas Gallienus male victor occidit. quantum esset additum Reipub? Siquidem nunc verba naufragii publici colligit nostra diligentia ad Romanæ Reip. decus. Pugnatum est enim apud Mœsios, & multa prælia fuerunt apud Marcianopolim: multi naufragio perierunt, plerique capti reges, captæ diuersarum gentium nobiles fœminæ, impletæ barbaris seruis, senibusque cultoribus Romanæ prouinciæ. Factus miles barbarus, & colonus ex Gotho: nec vlla fuit regio, quæ Gothum seruum triumphali quodam seruitio non haberet. Hactenus Pollio. cui accedit Flauius Vopiscus in vita Aureliani Cæsaris, istam paulo clarius in Pannonias vltra Istrum transmigrationem demonstrans: Multa (ait) in itinere ac magna bellorum genera con-

Quinta sedes Gothorum in Pannonia & Mœsia.

fecit.nam in Thraciis & Illyrico occurrens barbaros vicit. Gothorum quinetiam ducem Cannabam, siue Cannabaudem, cum quinque millibus hominum trans Danubium interemit. atque inde per Byzantium in Bithyniam transitum fecit, eamq; nullo certamine obtinuit. Porro mature adhuc pedem in Illyrico posuisse Gothos, cuius Pannonia potior pars erat, vel illud declarat, quod Gallieno imperante, Thessalonicam obsidere, Macedoniæ metropolim, ausi fuerint, referente historiam Trebellio Pollione in hæc verba: Sæuiente fortuna, cum hinc terræmotus, hinc soli hiatus, ex diuersis partibus pestilentia orbem Romanum vastaret, capto Valeriano, Gallis parte maxima obsessis, cum bellum Odenatus inferret, cum Aureolus perurgeret Illyricum, cum Æmilianus Ægyptum occupasset,
10 Gothi & Clodius, de quo dictum est superius, occupatis Thraciis Macedoniam vastarunt, Thessalonicam obsederunt, neque vsquam quies mediocriter salutem ostentare visa est. Quæ omnia contemptu, vt sæpius diximus, Gallieni fiebant, hominis luxuriosissimi: & si esset securus, ad omne dedecus paratissimi. Pugnatum est in Achaia, Macriano duce, contra eosdem Gothos: vnde victi per Achæos, recesserũt. Scythæ autem, hoc est, pars Gothorum, Asiam vastabant. Quæ omnia propterea prolixius adducere volui, vt quot seculis, quantoq; sudore pro ista quinta in Illyrico habitatione laborauerint, candidus historiarũ lector intelligat. Quam qua occasione demum obtinuerint confirmatam, & possessione & iure victoriæ, nemo melius quam is qui Eutropio annales adiecit, quem quidem Græcũ fuisse apparet, perscripsit. Locum fidei ergo subiiciã: Eodem tempore erant Gothi & aliæ
20 gẽtes multæ ac maximę trans Danubiũ, in Hyperboreis locis habitantes, ex quibus rationabiliores quatuor sunt Gothi scilicet, Hypogothi, Gepides & Vuandali, nomen tantum & nihil aliud mutantes, vnaque lingua vtentes: omnes autem fidei erant Arrianæ malignitatis. Isti sub Archadio & Honorio Danubium transeuntes, locati sunt in terra Romanorũ. Et Gepides quidem, ex quibus postmodum diuisi sunt Longobardi & Auares, villas quæ sunt circa Singidonem & Sirmium, habitauere. Hypogothi vero post Alaricum, Romam depopulantes, in Gallias abierunt, & quæ ibidẽ sunt obtinuere. Gothi autem Pannoniam habuerunt primum, deinde decimooctauo anno Theodosii iunioris Thraciæ villas habitauerunt: & p annos quinquaginta & octo in Thrace morantes, occidentis quoq; obtinuerunt imperium. Porro Vandali Alanis sibi sociatis, & Germanis, qui nunc Franci di-
30 cuntur adscitis, transeuntes Rhenum fluuium, Mogodiſclo duce habitauerunt in Hispania. Prętereà alludit ad hanc Gothicę gentis in Illyrico siue Pannoniis habitationem Claudianus poeta in histor. Gotica, isto carmine perquam eleganter:

Quid restat, nisi Roma, mihi? gens robore nostra
Tunc quoq; pollebat, nullis cum fideret armis.
At nunc Illyricis postquam mihi tradita iura,
Meq; suum fecere ducem, tot tela, tot enses,
Tot galeas, multo Thracum sudore paraui,
Inq; meos vsus vectigal vertere ferri,
Oppida legitimo iussu Romana coegi.

40 Ita igitur Pannoniarum possessione potiti, Theodosii filiis Archadio & Honorio ad imperium sublimatis, eam vsque ad Athilæ aduentum dominatores totius Illyrici securè retinuere Gothi. Postmodum vero victi ab Hunnis, Pannoniam tamẽ superiorem & Noricum sub tributo ab Athila impetrarunt. cuius filiis profligatis, cum se in libertatem itetũ vendicassent Gothi, totius iterum Illyrici possessores effecti, vt securi late patentem illum terrarum tractum colerent, fœdus cum Romanis Imperatoribus percusserunt: initaque amicitia, cum fida Romanis auxilia aduersus Sarmatas & Herulos subministrarent, Italiam, atque inde Galliam concedentibus Augustis obtinuerunt. vbi iterum secta gens, Ostrogothos suos Romanis Latinisque in Latio hominibus, autore Theoderico illo Bernensi: Visogothos vero Romanis Galliam incolentibus, ductore Alarico ita inseruit, vt
50 paulatim in vnum vtrimque populum coiuerint Romani & Gothi, quanquam penes Gothos imperii maiestas maneret. Et Galliam quidem sponte reliquerunt, vel alii volunt) pulsi à Francis, tutiorem in Hispaniis habitationem quæsiuere. Ex Italia vero, Iustiniani Cæsaris auspicio, opera vero Bellisarii & Narsetis Eunuchi profligati marte annorum x v. fuere: relictis tamen post se in Latio linguæ suæ Germanicæ haud contemnendis vestigiis, quæ Romano idiomati immixta, vulgarẽ illum sermonem constituerunt, quo adhuc hodie Itali vtuntur: quos iã nec Romanus, qui veterẽ linguam Latinã seruat, nec Germanus, à quibus Gothi descenderunt, intelligere possunt: etsi sui idiomatis vterq; infinita verba audiat, si Italum loquentem, paulo diligentius considerare velit: quorum exiguum

catalogum, in explicatione Iconum huius libri adnotauimus. Sed operæpretium fortassis fecero, si quod hic proponimus de Gothicæ gētis in Illyrico siue Pannoniis habitatione, vsque ad Leonem, imo ad Iustinianum vsque hoc nomine primum, autorum classicorum testimoniis confirmauero. Quorum Procopius, in historia Gothica ita nominatim scriptum reliquit: Interea Alarico morbo extincto, Visogothorum exercitus duce Atbaulfo Galliam petiit: & Constantinus, quem Britanniæ tyrannum diximus, bello superatus, vna cum liberis interiit. Nec eam propterea Romani liberauerunt, succedentibus continuo tyrannis. Gothi autem Istrum transeuntes, primum quidem à maleficio non temperabant, donec permittente Imperatore, Thraciæ loca incoluerunt. Nec tamen diu, quam vlterius transeuntes rerum in occidenti sunt potiti. Idem libro primo, Gothos testatur circa Sirmium in Pannoniis, & Leone & Iustiniano postea Imperatoribus, coluisse, Romanisq; in vsu bellorum fida auxilia tulisse. Gothi igitur, cum eo iam conuenissent, Imperatorem sibi ac Italis Vittigem deligunt, virum sane non ex clara familia ortum, sed qui in his certaminibus quæ circa Sirmium aduersus Gepedas Theodericus rex habuisset, probe se ac viriliter gesserat. Huc pertinet, quod de Gothis Romanis in Pannonia tributariis Iordnandes scriptum reliquit, cum de Athilæ Hunnorum regis interitu loquitur: Gothi vero cernentes (ait) Gepedas Hunnorum sibi sedes defendere, Hunnorumque populum suas antiquas occupare sedes, maluerunt à Romano regno terras petere, quam cū discrimine suo inuadere alienas, accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planicie, habet ab oriente Mœsiam superiorem, à meridie Dalmatiam, ab occasu Noricū, à Septentrione Danubium, ornata patria ciuitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomana. Et iterum: Erant siquidem & alii Gothi, qui dicuntur minores, populus immensus, cum suo Pontifice, ipsoq; primate Vulfilo, qui eis dicitur & literas instituisse: hodieq; sunt in Mœsia, regionem incolentes Eucopolitanam. Ad pedes enim montis gens multa sedet, pauper & imbellis, in nihilo abundans nisi armento diuersi generis pecorum, & pascua syluaque lignorum, parum habens tritici: cæterarum specierum est terra fœcunda. Vineas vero, nec si sint alibi, certi eorum cognoscent, ex vicinis locis sibi vinum negociantes: nam lacte aluntur. Plerique ergo (vt ad gentem de qua agitur reuertamur) Ostrogothorum, qui in Pannonia sub rege Vualamyr morabantur, quamuis diuisa loca, consilia tamen habuere vnita. Nam Vualamyr inter Scaruingam & Aquam nigram fluuios, Theodemyr iuxta lacum Pelsodis, Vuidimyr inter vtrosque manebat. Contigit ergo, vt Athilæ filii, contra Gothos, quasi desertores dominationis suæ veluti fugacia mancipia requirentes venirent: ignarisque aliis fratribus, supra Vualamyr solum irruerent. Quos tamen ille, quamuis cum paucis, excepit: diuq; fugatos ita prostrauit, vt vix pars aliqua hostium remanserit. Quæ in fugam versa, eas partes Scythiæ petiit, quas Danubii amnis fluenta prætermeant, quæ lingua sua Hunnivuar appellant. Eoq; tempore cū ad fratrem Theodemyrem gaudii nuncium direxisset, eo mox die nuncius veniens, fœlicius in domo Theodemyri reperit gaudium. Ipso siquidem die Theodericus, eius filius, quamuis de Erlieua concubina, bonæ tamen spei puerulus, natus erat. Post tempus ergo non multum rex Vualamyr, eiusque germani Theodemyr & Vuidimyr, consueta dum tardarent dona à principe Marciano, quæ ad instar strenæ gentis acceperunt, vt pacis fœdera costodirent, missa legatione ad Imperatorem, vident Theodericum Triarii filium, & hunc genere Gothico, alia tamen stirpe, non Amala, procreatum, omnino florentem, cum suis Romanorumq; amicitiis iunctum, & annua solennia consequentem, & se tamen despici: illico furore commoti, arma arripiunt, & Illyricum pene totum discurrentes, in prædam deuastant. Quæ verba satis demonstrant, Pannonias, immo Illyricum pene vniuersum, & sub tributo Gothos, & remotos ab amicitia Romana, iure proprio possedisse. Quemadmodum hoc carmine etiam insinuare Sidonius videtur in Panegyricis:

Gothi totius Illyrici facti possessores, vsq; ad Adriam.

Perstrinxisse libet, quos Illyris ora triumphos
Viderit, excisam quæ se Valameris ab armis,
Forte ducis nostri vitio deserta, gemebat.

At de Valamyro Gothorum in Pannoniis rege postea dicemus. Cæterum illud silentio transeundum non est, Gothos pro Illyridis agro, & cum Sarmatis & cum Sueuis, qui in Norici tum finibus versus Dalmatiam colebant, ad belli necessitatem vocatos, non solum illam vicisse gentem, & qui huic suppetias tulerant à Danubio Scyros: verum etiam rerū potitos per omnes Illyrici prouincias, & vsq; Adriaticum mare cœpisse, vt vel ex istis Iordnandis verbis colligi potest: Quorum exitum (locutus autem erat de Scyrorum clade) Sueuorum reges Hunnimundus & Alaricus veriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga ac Babai, regibus suis, auxiliariis eorum deuenissent, ipsasque

que Scyrorum reliquias quasi ad vltionem suam acrius pugnaturas, accersentes cum Edica & Vulphone eorum primatibus, habuerunt simul tam Gepedas, quam ex gente Rugorum non parua solatia: cæterisq; hinc inde collectis, ingentem multitudinem aggregantes, ad amnem Bolliam in Pannoniis castrametati sunt. Gothi tum Vualamyro defuncto, ad fratrem eius Theodemyr confugerunt. Qui quamuis dudum cum fratribus regnans, tamē auctioris potestatis insignia sumens, Vuidmyro fratre iuniore accito, & cum ipso curas belli partitus, coactus ad arma prosiliit: consertoq; prælio, superior pars inuenitur Gothorum, adeo vt campus inimicorum corruentium cruore madefactus, in rubrum pelagus appareret: armaq; & cadauera, in modum collium accumulata, campum plusq[illegible] m d[illegible]ē
10 millibus oppleuerint. Quod Gothi cernentes, ineffabili exultatione lætantur, eo quod regis sui Vualamyris sanguinem, & suam iniuriam cum maxima inimicorum strage vl[illegible]scerentur. De innumeranda vero variaque multitudine hostium, qui valuerunt eu[illegible]re, effugati, vix ad sua inglorii peruenerunt. Post certum vero tempus, instanti hyemali frigore, amneq; Danubii solite congelato (nam istiusmodi fluuius ita rigescit, vt in silic[illegible] modum vehat exercitum pedestrem, plaustraque & triaculas, vel quicquid vehiculi fuerit, nec cimbarum indigeat lintre) sic ergo eum congelatum Theodemyr Gothorū rex cernens, pedestrem ducit exercitum: emensoq; Danubio, Sueuis improuisus a tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Boioarios habet, ab occidente Francos, a meridie Burgundiones, à septentrione Turingos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni e-
20 rant, ipsique Alpes erectas omnino regentes. Vnde nonnulla fluente Danubio influunt, nimio cum sono vergentia. Hic ergo taliter munito loco, Theodemyr rex hyemis tempore Gothorum ductauit exercitum: & tam Sueuorum gentem quam etiam Alemanorū, vtrasque ad inuicem fœderatas deuicit, vastauit, ac pene subegit. Inde quoque victor ad proprias sedes, id est, Pannonias reuertens, Theodericum filium suum, quem Constantinopolim obsidem dederat, à Leone Imperatore remissum, cum magnis muneribus gratanter excepit. Qui Theodericus iam adolescentiæ annos contingens, expleta pueritia, octauum decimum peragens annum, ascitis satellitibus patris, & populo, amatores sibi clientesque consociauit, pene sex millia viros: cum quibus inscio patre, emenso Danubio, super Babai Sarmatarum regem discurrit. hæc ex Iordnande eo prolixius adducere volui-
30 mus, quod non solum Gothorum in Pannoniis habitationem, extincto Athila, confirmant: verum etiam (quod præfati eramus) amicitiam eius gentis cum Romanis, ac fida auxilia vtrinque lata demonstrant: immo sedes adusque Adriam Dalmatiamque, quæ antea Sueuorum erant, insinuare videntur. Ad quod alludens Procopius lib. t. Gothicæ historiæ, eas etiam sub Iustiniano sedes Gothis ad mare fuisse commemorat hisce verbis: Carii deinde, Muricique, his vero ad dextram Daci, Pannoniique incolunt. Quibus ad aliorum locorum possessionem Singidones, Sirmiique accedunt, & vsque ad Istrum fluuium eorum propagatur imperium. His nationibus Gothi, qui iuxta Ionicum sinum erant, in huius belli principio impetitabant. Et iterum: Gothique, qui Gepedas circa Sirmium oppugnarent, Gratiana vrbe Illyriorum in finib. sita, perinde hostili sunt vsi. Hæc ille. Cæ-
40 terum oritur hic digna excussione quæstio, vtrum, Gothi, qui in Pannoniam habitatum venerant, ab his Gothis processerint qui sub Valente, agros in Thracia acceperant: quando Athalaricum regem Gothorum multo ante Athilæ Hunnorumque aduentum in Italiam, atque inde in Galliam abiuisse constet. Immo Theodericus rex Gothorum sortitus in Gallia agros legitur, vna cum Thurismundo filio, Aetio & Romanis aduersus Athilam operam in campis Catalaunicis nauasse. Quare placet nobis, quod Iordnandes refert, Wyntharium regem Gothorum, qui post Ermanarichum reliquias Gothorum in Dacia regebat, in prælio sagitta occidisse: susceptisq; in fidē Gothis, Hunimundum Ermanarici filium præfecisse: illoque rebus humanis exempto, Thurismundū successisse: & post Thurismundum, Walamyrum seniorem. Cuius filii Walamyr, Widmyr, & Theodemyr post
50 Athilæ obitum Pannonias inter se erant partiti, vt idem Iordnandes refert. Credendū est igitur, Vualamyrū seniorem, vel ante eū Thurismundum, posteritatē Gothorum ex Dacia in Pannonias traduxisse, eorum videlicet qui post priorē emigrationē eius gentis in Thracias, quam diximus sub Valente factam, domi remanserant: atque ab iis Ostrogothos processisse, veluti ab aliis qui in Thraciam venerant sub Valente Visogothos. Quorum Honorio imperante hi in Gallias, atque inde in Hispanias transmigrauere, Athalarico & Ataulpho ductoribus: illi vero sub Zenone posterius, Theoderico Bernensi ductore Italiam occupauere, cum Pannonias antea sub Honorio insedissent. Quibus tamen prouinciis non ita multo post ita confecti fuere, vt paucæ vel nullæ quod[illegible]mod[illegible]d posteritatem reliquiæ peruenerint. Namque Visogothos in Galliis Franci confecer[illegible] &

Gothi in Ionium sinum, & vsq; ad Adriam colebant ex Pannoniis.

Quæstio de Gothorum in Pannoniis habitatione, verum de Ostrogothis, Vis[illegible] ipsi processerunt.

quod reliquum cladi ſuperfuerat, in Hiſpania profligauere: Oſtrogothos vero Iuſtinianus, Belliſarii atque Narſetis opera, x x. plus minusve annorum ſpacio, ex Italia radicitus euulſere. qua de re tres libros Procopius, & aliquot Agathius memoriæ reliquere. Itaque concludendum foret, primum Oſtrogothorum in Pannonias ingreſſum incertum eſſe. Quippe Hunimundus Ermanarichi filius (quem Hunni Gothis Sueuisque pariter ducem dederant, qui tum in Norico mediterraneo Pannoniæ ac Dalmatiæ vicini accolebant) bellum victor geſſerat: & Thoriſmundus huius natus, in prælio aduerſus Gepedas interfectus, familiam ſuam deſtituerat. Vt iam tum ante Athilam Gothos in Pannonia tenuiſſe, vtpote Sueuis vicinos & Gepidibus (cum quibus videlicet limitum gratia ad belli peruenerant neceſſitatem) veriſimile ſit. Nam extincto Athila, hanc in Pannoniis, immo per vniuerſum Illyricum rerum fuiſſe gentem potitam, paulo ante oſtendimus. Immo quod plus eſt, Gothi poſt Athilæ interitum vtrunque Noricum poſſidebant. Vnde Claudianus poeta, cum prius Rhætiam deſcripſiſſet hocce carmine in Gothici belli hiſtoria,

—Sublimis in Arcton

Prominet Hercinia confinis Rhætia ſylua,
Quæ ſe Danubij iactat Rhenią; parentem,
Vtraq; Romulco prætendens flumina regno:
Primo fonte breues, alto mox gurgite regnant, &c. Tandem, locutus de Stilicone contra Gothos pugnante, addit:

Peruigil hanc requiem terris, hæc otia rebus
Inſperata dabant, ille tibi Roma ſalutem
Alpinæ peperere caſæ, iam fœdera gentes
Exuerant, Latyą; audita clade feroces,
Vindelicos ſaltus & Norica rura tenebant.

Meminit Gothorum in Norico pariter Sidonius Apollinaris, in Panegyrico ad Anthemium Auguſtum, carmine illo:

Grex niger albentes tegeret cum mole iugales,
Authoremą; ſuum celaret pompa triumphi,
Noricus Oſtrogothum qui continet, ille timetur:
Gallia quæ Rheni Martem ligat, illa pauori eſt. Idem Gothos ferrum exercuiſſe refert in eadem Panegyri: quod plane argumento eſt, Gothos in mediterraneo pariter Norico habitaſſe, vbi ferrum videlicet noſtro ſeculo duntaxat apud Styrios & Carenthanos conflatur:

— Tunc vnica Phœbi

Inſuetum clemens extinxit flamma calorem.
Hic aliquis tum fortè Getes, dum falce recocta,
Ictibus informat, ſaxoą; cacuminat enſem,
Iam promptus caluiſſe tubis, iam iamą; frequenti
Cæde ſepulturus terram, non hoſte ſepulto
Claruit, vt primum nomen venientis Auiti
Exclamat: Peryt bellum, date rurſus aratra.

Adludit ad huiuſmodi Gothorum in Norico ripenſi præcipue habitationem, codex Annalium vetuſtus, qui Athilæ hiſtoriam, ac Theoderici Bernenſis continet, vbi Rudigeri à Pachlarn Gothorũ principis ſubinde fit mentio, qui locus in tractu Norici ripenſis hodie Auſtriæ ſubeſt. Eſt autem exitus eius hiſtoriæ, Athilam cum Burgundis, qui tum ad Rhenum colebant, vt etiã Ammianus lib. 28, teſtatur, bellũ conſtituiſſe gerere, ad q; Rudigerum à Pachlarn vogtum iuſſerat venire. Quod ipſe inuitus ſuſcipere coactus eſt, aduerſus Guntherum ſocerum, & Giſelherum generum, Burgundiæ videlicet principes, alioſq; nationis illius regulos, Volkerum, Hugonem, & Dankhvuardum, cuius cauſa Grymehildis fuerat, Athilæ coniunx Gotha, mulier atrox. Sed placet ex hiſtoria illa rhythmos quoſdam paucos inſerere:

Es hetten die elenden wider morgen gůt gethan
Wyns der gothude cham zchoffe gegan.
Da ſach er paidenthalben die groß leichen ſer/
Das wannte mugleichen der getrew Rudiger.
So wo nur ſprach de Rekh das ich ir den lob gewan/
Das diſem groſſen iamer chan nymet vnderſtan/
Wie gern ich ez fride woldeſt/der chunich thut es nicht/
Wan er der ſein laide yemer vnd mer geſicht.

Da

Da fand on Dietrichen der gůt Rudiger/
Alz ſy noch chunden/wonden on den chunich her.
Da enpot im der von Bern/wer mochtes nů vnderſtan/
Ecz wil der chunich Etzel niemant ſchaden lon/
Die ſach vm hewnen rekhen Rudiger ſtan.

Atq; de iſta quarta Gothorum in Pannoniis & Mœſia habitatione hactenus. Sequũtur quintæ in Illyrico & Græcia ſedes, quę Theoderico (quem vulgus chronographorum Bernenſem cognominat) debentur, Theomyri filium, quẽ Gothis in ſuperiori Pannonia præfuiſſe, mortuo Athila, præfati eramus. Hunc ſiquidem obſidem pater dederat Leoni Cõſtantinopolitano Imperatori. apud quem cum & Græca lingua & conſuetudine imbutus, paulatim gratiam meruiſſet, donatus totius Illyrici poſſeſſione, magnam inſuper Græciæ partem Gothorum ſeruituti ſubiecit, vt his verbis Iordnandes Gothicarum rerum ſcriptor memoriæ prodidit, locutus de Theoderici Bernenſis illius patre, qui ex Pannonia ſuperiore late dominationem per Illyricum in Græciam vſq; Romanorum Auguſtorũ beneficio propagauerat: Theodemyr autẽ frater ſenior (inquit) cum ſuis tranſiit Saum amnem, Sarmatis militibusq; interminans bellum, ſi aliquis obſtaret ei. Quod illi verentes, quieſcunt, immo nec præualent ad tantam multitudinem. Videns Theodemyr vndique ſibi proſpera prouenire, Naiſſum primam vrbem inuadit Illyrici, filioq; ſuo Theoderico conſociatus adſtat, & in villam comitem per caſtrum Herculis tranſmittit Vlpianam. Qui venientes, tam eam, quam & opes, mox in deditionem accipiunt: nonnullaq; loca Illyrici inacceſſibilia, ſibi tunc primũ peruia faciunt. Nam Eracleam & Lariſſam ciuitates Theſſaliæ primũ prædã capta, iure bellico potiuntur. Theodemyr vero rex animaduertens tam fœlicitatem filii quam etiam ſuam, nec hac tamẽ contentus, egrediens Naiſitanam vrbem, paucis ad cuſtodiam derelictis, ipſe Theſſalonicam petiit, in qua Clarianus patricius à principe directus, cũ exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Theſſalonicã, nec ſe eorum conatibus poſſe reſiſtere, miſſa legatione ad Theodemyr regem, muneribuſque oblatis, ab obſidione eum vrbis retorquet: initoq; fœdere, Romanus ductor cum Gothis, loca eis iam ſpõte quæ incolerent tradidit: id eſt, Ceropellas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum, & alia quæ Sium vocantur: vbi Gothi cum rege ſuo armis depoſitis, compoſita pace quieſcunt. Nec diu poſt hæc & rex Theodemyr in ciuitate Cerras fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodericum filium regni ſui deſignat hæredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit. Theodericum vero genti ſuæ regem audiẽs ordinatum, Imperator Zeno gratum ſuſcepit, eique euocatoria deſtinata, ad ſe in vrbem venire præcepit, dignoq; ſuſcipiens honore, inter proceres ſui palatii collocauit. Et poſt aliquod tempus ad ampliãdum honorem eius in arma ſibi eum filium adoptauit, de ſuiſq; ſtipendiis triumphum in vrbe donauit: factuſque eſt conſul ordinarius, quod ſummũ bonum primumq; in mundo decus edicitur. Nec tantum hoc, ſed etiam equeſtrem ſtatuam ad famam tanti viri ante regiam palatii collocauit. Hæc Iordnandes. Ad quæ pertinet, quod Procopius ſcribit lib. 1. Goth. hiſtoriæ, de Gothis in Ionio ſinu, imperante Iuſtiniano tenentibus. qui videlicet Græciam cum Illyrico coniungit: His vero ad dextram Daci Pannoniiq; incolunt, quibus ad aliorum locorum poſſeſſionem Singidones Sirmiiq; accedunt, & vſq; ad Iſtrum fluuium eorum propagatur imperium. His nationibus Gothi, qui iuxta Ionicum ſinum erant, in huius belli principio imperitabant. Porro alludit ad huiuſcemodi Gothorum in Illyricum Mœſiaſque tranſmigrationem, Claudianus poeta in 4. Panegyrico Honorii:

Iam deſerta ſuas in nos transfunderet arctos,
Danubii totæ vomerent cum prædia ripæ,
Quum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris,
Flauaque Biſtonios reperirent agmina campos,
Omnibus adflictis, & vel labentibus ictu,
Vel prope caſuris, vnus tot funera contra
Reſtitit, extinxitque faces, agroſque colonis
Reddidit, & lethi rapuit de faucibus vrbes.
Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,
Ni pater ille tuus iam iam ruitura ſubiſſet
Pondera, turbatamque ratem, certaque leuaſſet
Naufragium commune manu, &c.

Ex quo carmine liquet, à Theodoſio Gothos ex Illyrico profligatos. Cuius contrarium Iordnandes, & Damaſcenus in Supplemento Eutropii referunt, à Theodoſio ſeniore Ho-

Quinta ſedes Gothorum in Illyrico & Græcia.

Sexta Gothorum in Italiam transmigratio.

norii patre Gothos in Illyrico ac Pannoniis ſub tribnto admiſſos eſſe. Sed tranſeo ad ſextam Gothorum, in Latio videlicet, habitationem: quam quatuor diuerſis temporibus, quatuor diuerſi Gothorum principes arripuerunt. Feciſſe autem primum ex Illyrico in Italiam tranſmigrationem ex Gothica geote Radaguiſus quiſpiam reperitur, vt Eutropii ſupplementum, Ioanne Damaſceno autore, hiſce verbis teſtatur, cum de Theodoſii primi, eiuſque filii Archadii imperio tractat: Inter hæc omnium antiquorum, præſentiumque hoſtium longe immaniſſimus Radaguiſus rex Gothorum, totam repentino impetu inuadit Italiam. nam fuiſſe in eius populo pluſquam ducenta millia Gothorum ferunt. Hic ſuper tantam tamque incredibilem multitudinem, indomitamque virtutem, barbarus erat, & Scytha, qui omnem Romani generis ſanguinem Diis ſuis propinare deuouerat. Inuadit illico Romam pauor infinitus, fit omnium paganorum in vrbe concurſus. acclamatur a cunctis, ſe ideo hæc perpeti, quod neglecta fuerint magnorum ſacra deorum: magnis querelis vbique agitur, ac continuo de repetendis ſacris agitur. Feruent tota vrbe blaſphemiæ, vulgo nomen Chriſti tanquam lues aliqua ingrauatur. Conducuntur à Romanis aduerſum Radaguiſum Gothorum regem, duo pagani duces, Sarus & Vldin, Hunni. ſed non ſinit Deus, rem ſuæ potentiæ infidelium virtutem videri. Contritis namque diuinitus Radaguiſus, in Aſpero Veſulani montis iugo, vrgente vndique timore concluditur: agminaque, quibus anguſta dudum videbatur Italia, latendi ſpe in vnum ac paruum verticem truduntur. Vbi cum fame ac ſiti conficerentur, rex Radaguiſus ſolus ſpem fugæ ſumens, captus à Romanis, in vincula coniicitur, ac pauliſper retentus vita priuatur. Tanta vero multitudo captiuorum Gothorum fuiſſe fertur, vt viliſſimarum pecudum modo ſingulis aureis paſſim greges hominum venderentur. hæc ille.

Secundus Gothorum ingreſſus in Italiam.

Itaque cum prima iſta tranſmigratio genti Gothorum non ſucceſſiſſet, tentauit alteram eadem tempeſtate Alaricus, alter rex Viſogothorum, Honorio imperante, vt idem Ioannes Damaſcenus (autor videlicet Supplementi, quod Eutropii Annalibus acceſſit) memoriæ tradidit, ita ſcribens: Ea tempeſtate Alaricus rex Gothorum, qui ditioni Romanæ & Theodoſio Imperatori ſubiectus, atque contra Eugenium tyrannum ſolatia præbens, propterea Romanis dignitatibus fuerat honoratus, fœlicitatem ſuam non ferens, imperare quidem non elegit, ſed diſcedens ab vrbe Conſtantinopolitana, venit ad partes occidentis. Cumque veniſſet in Illyricum, omnia ſubuertebat. & tranſiens Theſſaliam, habita congreſſione circa fluuium Pinum, apud Nicopolim Epiri, pene tria millia virorum eius Theſſali peremerunt. poſt hæc autem Italiam ingreſſus, cum ab Honorio ſedes quo cum exercitu ſuo conſiſtere poſſet, expeteret, Honorius deliberato conſilio, Gallias eiſdem conceſſit. Qui dum ad Gallias pergens, ad recuperationem iumentorum, apud Polentiam reſediſſet, Stilico patricius, in perniciem Reipublicæ Gothos pertentans, dum eos inſidiis adgredi cuperet, belli ſummam Sauli pagano duci commiſit. Qui ipſo ſacratiſſimo die Paſchæ Gothis ſupplicantibus, nihilque tale ſperantibus, ſuper eos irruit, magnamque eorum partem proſtrauit. Nam primum perturbati Gothi, ac propter religionem cedentes, demum arma corripiunt, more ſolito ſe cohortantur, virtute potiori proſternunt exercitum. Hinc in rabiem furoris excitati, cœptum iter deſerentes, Romam contendunt petere, cuncta per quæ ierant igne ferroque vaſtantes. Nec mora, venientes vrbem capiunt, atque deuaſtant, plurima miraculorum eius incendunt: multoſque ſenatorii ordinis diuerſis ſubdidere ſuppliciis. dato tameo prius præcepto, vt ſi qui in ſancta loca, præcipueque in Sanctorum Apoſtolorum baſilicam Petri & Pauli confugiſſent, hos in primis inuiolatos ſecuroſque ſeſe ſinerent: deinde in quantum poſſent, prædæ inhiantes, à ſanguine temperarent. Romanum tamen imperium deridentes, Imperatorem fecernnt quendam nomine Athalum: quem vna die tanquã Imperatorem fecerunt procedere, altera vero ſerui ſchemate miniſtrare. Captaq; eſt Roma IX cal. Sept. anno MCLXIV conditionis ſuæ. Die tertia inſtante, Gothi ſponte diſceduot ab vrbe. Fertur itaque, quia, cum Alaricus pergeret Romam, vir quidam venerabilis, conuerſatione monachus, cum monuiſſet, vt mala talia facere nõ auderet, neque neccibus gauderet, aut ſanguine. at ille, Non ego (inquit) volens Romam proficiſcor, ſed quidam quotidie moleſtus eſt, torquens & dicens: Perge & deſtrue ciuitatem. Deinde per Campaniam, Lucaniam, Brutiamque ſimili ſtrage Gothi bacchantes, Rhegiũ peruenerunt, in Siciliam transfretare cupientes. Quo cum tranſmeare aſcẽſis nauibus vellent, perpeſſi naufragium, plures ſuorũ ibi amiſere. Inter hæc Alaricus, dum deliberaret quid ageret, apud Cõſentiam ſubita morte defunctus eſt. Gothi Baſentium amnem de alueo ſuo captiuorum labore deriuantes, Alaricum in medio alueo cum multis opibus ſepeliunt, amnemque meatui proprio reddentes, ne quis locum ſcire poſſet, captiuos omnes qui interfuerant interficiunt. Regem deinde Athaulphum Alarici affinem Gothi conſtituentes, Romam redeunt:

ſi quid

si quid residuum fuit, more locustarum eradunt, auferẽtes exinde Gallam Placidiam, Theodosii Principis filiam, sororem Honorii, quam sibi Athaulphus apud forum Cornelii cõiugio sociauit. quæ multo post Reipublicæ commodo fuit. Nam ad hoc animum mariti acerrimum, ingenio ac subtilibus blandimentis inflexit, vt vltro à Romanis pacem expeteret. Qui ad Gallias proficiscens, deinde apud Barcinonem fraude suorum occisus est. Et hic exitus fuit secundæ illius Gothorum in Latium demigrationis. Quam excepit tertius Widimyris regis ingressus, mox post Athilæ Hunnorum regis interitum, cuius meminit Iordnandes Gothicarum rerum scriptor in hæc verba: Minuentibus deinde hinc inde vicinarum gentium spoliis, cœpit & Gothis victus vestitusque deesse: & hominibus, quibus

Tertius Gothorum in Italiam ingressus.

10 dudum bella alimoniam præstitissent, pax cœpit esse contraria: omnesque cum clamore magno ad regem Theodemyr, accedentes, Gothi orant, quacunque parte vellet, ductaret exercitum. Qui accito Germano, missaque sorte, hortatus est, vt ille in partem Italiæ, vbi tũc Glicerius regnabat Imperator, concederet: ipse vero ceu fortior, ad fortius regnum accederet, Orientale quidem, quod & factum est. Et mox: Widimyr Italiæ terras intrauit, extremumque fati munus reddens, excessit rebus humanis, successorem regni relinquens Widimyr filium suum. Quem Glicerius Imperator, muneribus datis, de Italia transtulit, quæ à diuersis circumcirca gentibus premebatur: adserens, vicinos sibi Vesogothos eorũ parentes regnare. Quid multa? Widimyr acceptis muneribus, simulque mandatis à Glicerio Imperatore, in Gallias tendit, seseq; cum parentibus iungens Vesogothis, vnum corpus

20 efficitur. Et sic Gallias Hispaniasque tenentes suo iure defendunt, vt nullus sibi alius præualeret. Patet igitur, quamobrem & hæc tertia Gothorum in Latium migratio, ad irritum ceciderit: vt postremum, qui deinde tentauerat, Theodericus ex cognomento Bernensis, Theodemyri Gothorum in Pannonia regis filius, finem tanto labori imposuerit, suęq; gentis habitationem in Italia confirmauerit. Quam & vsque ad Iustinianum Imperatorem, à Leonis primi temporibus securi, multa pace, Augustorumque amicitia retinuerant, annorum spacio plus minus quinquaginta. Ad quam adludens Iordnandes, eorum temporum scriptor, in Gothica historia sic scriptum reliquit, cum de Theodemyri Gothorum regis in Pannoniis morte, eiusque filii Theoderici, quem Bernensem cognominant, subleuatione in regnum, & eius honoribus à Leone Imperatore, Romanisq; exhibitis, tractat: Inter hæc

Quarta Gothorum in Italiam immigratio.

30 ergo Theodericus Zenonis imperio fœdere sociatus, dum ipse in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque suam in Illyrico, vt diximus, residentem, non omnino idoneam aut refertam audiret, elegit potius solito more gentis suæ, labore quærere victum, quam vt ipse ociose frueretur Romani regni bonis, & gentem suam mediocriter victitare. secumque deliberans, ad principem ait: Quamuis nihil deest nobis imperio vestro famulantibus, tamen si dignum ducit pietas vestra, desiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumque ei, vt solebat, familiariter facultas fuisset loquendi concessa: Hesperia (inquit) plaga, quæ dudum decessorum prædecessorumque nostrorum regimine gubernata est, & vrbs illa caput orbis, & domina, quare nunc sub regis Thurcilingorum & Rugorum tyrannide fluctuat? Dirige me cum gente mea, si præcipis, vt hic expensarum pondere careas, & ibi, si adiutus à

40 Domino vicero, fama vestræ pietatis irradiet. Expedit namque, vt ego, qui sum seruus vester, & filius, si vicero, vobis donantibus regnum illud possideam: haud ille, quem non nostis, tyranni iugo senatum vestrum, partemq; Reipublicæ captiuitatis seruitio premat. Ego enim si vicero, vestro dono, vestroque munere possidebo. Si victus fuero, vestra pietas nihil amittit, imo (vt diximus) lucratur expensas. Quo audito, quamuis ægre ferret discessum eius Imperator, nolens tamen eum contristare, annuit quæ poscebat, magnisque doratum muneribus dimisit à se, Senatum populumque ei commẽdans Romanum. Igitur egressus vrbe regia Theodericus, & ad suos reuertens, omnem gentem Gothorum quæ ei præbuerat assensum assumens, Hesperiam tendit, rectoque itinere per Sirmium ascendit vicina Pannoniæ: indeque fines Venetiarum ingressus, ad pontem Sontium nuncupatum castra-

50 metatus est. Quumque ibi ad reficienda corpora hominum iumentorumque, aliquanto tempore resedisset, Odouacer armatum cõtra eum direxit exercitum. Quem ille, ad campos Veronenses occurrens, magna strage deleuit: castrisque solutis, fines Italiæ cum potiore audacia intrat: traiectoque Pado omne, ad Rauennam vrbem castra componit, tertio fere miliario ab vrbe, loco qui vocatur Pineta. Quod cernens Odouacer, intus se in vrbe communit: indeque subreptiue noctu cum suis frequenter egrediens, Gothorum exercitum inquietat. Et hoc non semel, nec iterum, sed frequẽter, & pene toto molitur triennio. Sed frustra laborat: quia cuncta Italia dominum iam elegerat, Theodericum, & illius ad votum res illa publica obsecundabat. Tantum ille solus cum paucis satellitibus, & Romanis qui aderant, & fame & bello quotidie intra Rauennam laborabat. Quo dum nihil pro-

ficeret, missa legatione veniam supplicat. Cui & primum concedens Theodericus, postmodum hac luce priuauit: tertioque, vt diximus, anno ingressus in Italiam, Zenonisque Imperatoris consulto priuatim habito, suæque gentis vestitum reponens, insigne regii amictus, quasi iam Gothorum Romanorumque regnator, adsumit. Missaque legatione ad Lodoin regem Francorum, filiam eius Andefledam sibi in matrimoniũ petit. Quam ille grate libenterque concessit, suos filios Ildebertum & Celdebertum & Thuidebertum credens hac societate cum gente Gothorum inito fœdere sociari. hactenus Iordnandes. Porro de Republica Gothorum in Latio, eiusque gentis bellis, Procopius græce tres prolixos libros conscripsit: in quibus præcipue tractat, quemadmodum postremi eius gentis reges Vittigis, Illouadus, Alaricus, Totilas & Teias, annorum spacio plus minus 17, aduersus Romanos, eorumque duces Bellisarium & Narsetem, Italiam armis dubia subinde fortuna adseruerint: donec penitus & bello diuturno & tot cladibus confecti, amissis tot principibus gentilitiis, victori populo imperium reddere coacti fuerint, qui cladibus supererant. cum quo in vnum populum mixti, paulatim illud idioma excitarunt, quo hodie Itali vtuntur semibarbaro, hoc est, ex Romano Teutonicoque composito, vt ab initio libri ostendimus. Sequitur septima Gothicæ gentis habitatio, in Galliis posita: primo per Alaricum, qui Stiliconem sub Honorio vicerat: secundo per Widimyrum iuniorem, vt paulo ante indicauimus: postremo Valliæ regis auspicio, qui Alarico successerat, accedente Romanorum Augustorum calculo, confirmata in Aquitania, vt hisce verbis Ioannes Damascenus, qui Eutropii annalibus supplementum adiecit, testatum monumentis post se reliquit, cum Gallam Placidiam Honorii sororem, quam Alaricus victor vxorem rapuerat, redditam fratri à Vallia successore docuisset: Hoc in tempore (inquit) fœdus firmissimum cum rege Gothorum Vallia pepigit, tribuens ei ad habitandum Aquitaniam prouinciam, eiusdemque prouinciæ etiam quasdam ciuitates vicinas. Et iterũ in Additione libro decimo quinto: Gothi quoque non contenti prouincia, quam superius habitandam a Romanis penes Galliam acceperant, Aruernos & Narbonam cum suis finibus captos inuadunt, ruina videlicet Romani status, & frequenti mutatione principum animati. Nam Valentinianus Imperator ab amicis Aetii, quos sibi delegerat satellites, interficitur. Et Maximus quidam, cuius dolo id perpetratum fuerat, Imperator creatur. Qui cum viduam eius Eudoxiam Augustam inuitam suis nuptiis adegisset, illa Gensericum (vt dicitur) Africæ regem, vt mariti vindex adueniret inuitauit. Hæc ille. Huius generis Gothorum, in Galliis videlicet regnantium, fuere Theodericus, quem Hunni in prælio Catalaunico occiderant, victorem tamen: & Torismundus, eius filius, qui Athilam cum Hunnis Gallia prorsus expulit, vt his verbis Iordnandes testatur in Gothica historia: Igitur ab Dacia & Pannonia prouinciis, in quibus tunc Hunni, cum diuersis subditis nationibus insidebant, egrediens Athila, in Alanos mouit procinctum. sed Torismund rex Visogothorum, fraudem Athilæ non impari subtilitate persentiens, Ad alanos tota subtilitate prius aduenit, ibique superuenientis iam Athilæ motibus præparatus occurrit: consertoque prælio, pene simili eum tenore, vt prius in campis Catalaunicis, à spe remouit victoriæ: fugatumque à partibus suis sine triumpho remittens, in sedes proprias fugere compulit. Sic Athila famosus, & multarum victoriarum dominus, dum quærit famam perditoris abiicere, & quod prius à Visogothis pertulerat, abolere, geminatam sustinuit, ingloriusque recessit. Torismund vero repulsis ab Alanis Hunnorum cateruis, sine aliqua suorum læsione Tolosam migrauit, suorumque quieta pace composita, tertio anno regni sui ægrotans, dum sanguinem tollit de vena, ab Ascalcruo cliente inimicos nunciante, armis subtractis peremptus est. vna tamẽ manu, quam liberam habebat, scabellum tenens, sanguinis sui extitit vltor, aliquantos insidiantes sibi extinguẽs. Post cuius decessum Theodericus, germanus eius, Visogothorum in regno succedens, mox Riciarium regem Sueuorum, cognatum suum, reperit inimicum. Et subdit, tractans de contentione Gothorum Sueorumque pro Hispanis: Exinde ergo exiens Riciarius rex Sueuorum, nititur totam Hispaniã occupare. cui Theodericus cognatus suus, vt erat moderatus, legatos mittens, pacifice dixit, vt non solum recederet à finibus alienis, verum etiam nec tentare præsumeret, odium sibi tali ambitione acquirens. Ille vero animo prætumido ait: Si hic murmuras, & me venire causaris, Tolosam, vbi tu sedes, veniam: ibi, si vales, resiste. His audiris, ægre tulit Theodericus: compacatusq; cũ cæteris gentibus, arma mouit in Sueuos, Burgundionum quoq; Gundiacum & Hilpericum reges auxiliares habens, sibiq; deuotos. Ventum est ad certamen iuxta flumen Vrbium, quod inter Asturicam Hiberiamq; prætermeat. consertoq; prælio, Theodericus cum Visogothis, qui ex iusta parte pugnabant, victor efficitur, Sueuorum gentes pene cunctas vsq; ad internecionem prosternens. Hæc eo prolixius adducere volui, vt quamobrem Gothi lares ex Galliis in

Septima Gothorum in Gallia habitatio.

liis in Hispanias mutarint, appareat. Quamuis enim Gothi principes in Gallia constituti, Sueuis post Riciarium dederint gubernatores Achiulphum, & post hunc Remismũdum: tamen contigit horum perfidia, vt ob crebras defectiones Gothi transpositis præsidiis, summam paulatim in Hispanis ad se trahere occiperent: retentis ramen aliquantisper pristinis in Gallia agris, ad quorum culturam adiecisse Euricum Iordnãdes refert, Galliæ maiorem portionem. Erat is Theoderici regis, de quo supra mentionem fecimus, germanus frater, Thurismundi regis filius. vnde scribit Iordnandes: His peractis, paceque cunctis munitis, tertio decimo regni sui anno Theodericus occubuit. cui frater Euricus percupida festinatione succedens, sæua suspicione pulsatus est. Nam dum hæc circa Visogothorum gentem,
10 & alia nonnulla geruntur, Valentinianus Imperator dolo Maximi occisus est, & ipse Maximus tyrannico more regnum inuasit. Et subdit: Euricus ergo Visogothorum rex, crebram mutationem Romanorum principum cernens, Gallias suo iure nisus est occupare. Quod comperiens Anthemius Imperator, protinus solatia Britonum postulauit. Quorum rex Riotbimus cum XII millibus veniens, in Biturigas ciuitatem Oceano è nauibus egressus, susceptus est. Ad quos rex Visogothorum Euricus innumerum ductans exercitum aduenit, diuque pugnans, Riothimum Britonum regem, antequam Romani in eius societate coniungerentur, superauit. Qui ampla parte exercitus amissa, cum quibus potuit fugiens, ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœderatam, aduenit. Euricus vero rex Visogothorum, Aruernam Galliæ ciuitatem occupauit. Hæc ex Iordnande, de
20 confirmatis Gothorum in Galliis sedibus, de quibus eius temporis scriptores, ac præcipue Sidonius Apollinaris, qui tum in Galliis episcopum egerat ex comite, sæpe mentionem faciunt. Nam in epistola ad Græcum episcopum sic nominatim scribit: Aruerni hi sunt, (inquit) qui viribus propriis hostium publicorum arma remorati sunt. Cui sæpe populo Gothus non fuit clauso intra mœnia formidini, cum vicissim ipse fieret oppugnatoribus positis intra castra terrori. Idem ad Agretium Senonensem præsulem, locutus de vrbibus Aquitaniæ primæ: solum oppidum Aurupinũ scribit, Romanis partibus bella fecisse, cum Gothi expugnassent, sibique subdidissent Burdegalam, Petrogorios, Rutenos, Lemouices, Gabalitanos, Helusanos, Vasates, Conueras & Ausenses. Idem ad Tonaotium Ferreolum, præfectum prætorio Galliarum sub Valentiniano tertio: Cui suspicor (ait) prætermisit re-
30 gem Gothiæ ferocissimum, ioflexum affatu tuo melleo, graui, arguto, inusitato, & ab Arelatensium portis, quem Etius non potuisset prælio, te prandio remouisse. Idem Sidonius ad Auitum epistola: Vel Gothis (inquit) credito, qui sæpenumero etiam Septimaniam suam fastidiunt vel renuunt, modo inuidiosi huius anguli desolata propietate potiantur. Sed fas est, præside Deo, nobis inter eos & Rempublicam mediis, animo quietiora concipere. Quia etsi illi veterum finium liminibus effractis, omni vel virtute vel mole possessionis turbidæ metas in Rhodanum Ligerimque proterminant: vestra tamen autoritas pro dignitate sententiæ sic partem vtramque moderabitur, vt & nostra discat, quid debeat negare, cum petitur: & poscere aduersa desinat, cum negatur. Rursus ad Mamercum Claudianum Viennensem episcopum: Rumor est (inquit) Gothos in Romanum solum castra
40 mouisse. Huic semper irruptioni nos miseri Aruerni ianua sumus. Namque odiis inimicorum hic peculiaria somenta, quia necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alueo limitauerunt, solam sub ope Christi moram de nostro tantum obice patiuntur. Circumiectarum vero spacia tractuumque regionum iampridem regni minacis importuna deuorauit impressio. Idem de statura & moribus Theoderici Bernensis, Gothorum regis, in epistola ad Agricolam: Hæc gens (inquit) è Gallia tandem in Hispaniam concessit. Crebram denique huiusce transmigrationis Gothorum, deque sedibus confirmatis in Gallia mentionem facit idem author in Panegyricis & poematibus suis, vt in Panegyrico carmine ad Auitum:

—Iamque ad populos & rura feroci
50 *Tenta Geta protendit iter, qua pulsus ab astu*
Oceanus refluum spargit per culta Garumnam.
In flumen currente mari transcendit amarus
Blanda fluenta latex, fluuiique impacta per alueum
Salsa peregrinum sibi nauigat vnda profundum.

Quibus verbis affabre Gothia illa in Galliis posita describitur. Idem alio loco, in eodem Panegyrico canit:

—In Rhodanum proprios producere fines
Theoderita fixum: nec erat pugnare necesse,
Sed migrare Getis.—

Idem alludens ad Visogothos:

Hic iam disposito laxantes frena duello
Vesorum proceres. —

Ad quos etiam alludens in Panegyrico Maiorani:

Bello notus Rugus, Burgundio visus alites.

Idem Theodericum Visogothorum regem in Galliis commendat encomio Narbonensis oppidi, quod à Gothis diu fuerat obsessum, oppugnatumque:

Hic te Marsius ille rector, atque
Magno patre prior, decus Getharum,
Romanæ columen salusque gentis
Theodericus amat, sibique fidum
Aduersis probat ante per tumultus.

10

In eodem Panegyrico sub persona Theoderici regis Visogothorum in Galliis, ad Auitum Cæsarem loquentis, quod ab eo esset literis imbutus:

— *Mihi Romula dudum*
Per te iura placent. paruumque ediscere iussit
Ad tua verba pater, docili quo prisca Maronis
Carmine leniret Scythicos mihi pagina mores.

Quarta Gothorum in Hispaniam migratio.

Sed de illa septima Gothicæ gentis in Gallias migratione satis. Sequitur octaua in Hispaniis habitatio, quam vltimam fuisse inuenio, & vnde Gothia siue Gothlãdia in Hispania citeriori esse cœpit, quã Romani scriptores deprauata Catalaniã vocitant. Quo tractu posterioribus seculis quum Gothis paulatim isthic Romani, Sueui, Vandaliq; iuncti fuissent, regna sunt exorta Sobrarbiæ, Arragoniæ, Nauarræ, Toletanũ, Legionense & Castellæ. Ad hanc Gothorum ex Gallia in Hispanias migrationem, alludere videtur Sidonius Apollinaris in Panegyrico Anthemii Augusti, vbi per Vesos Vesogothi intelliguntur:

20

Insuper & Gethicas præmissus continet iras
Messianus: adhuc mandasti, & ponimus arma.
Quid restat, quid posse velis? quod non sumus hostes,
Praua reor prisco quam si mihi notus in actu es.
Auxiliaris ero, vel sic pugnare licebit.
Hæc secum rigido Vesus dum corde volutat,
Ventum in conspectum fuerat, rex atque magister
Propter constiterant: hic vultu erectus, at ille
Lætitia erubuit, veniamque rubore poposcit.
Post hinc germano regis, hinc rege retento,
Palladiam implicitis manibus subiere Tolosam.

30

Septima & vltima Gothorum sedes in Hispania.

Venio nunc ad postremam Gothorum ex Galliis in Hispanias migrationem, quæ facta est anno Salutis 411. imperii Honorii XXIII, authore Alarico, qui Stiliconem in finibus Galliæ Italiæque castris exuerat, vrbemque depopulatus fuerat. Qui eum in Galliis rerum potitus esset, imperium Gothorum paulatim vsque in Hispaniam propagauit, successorem relinquens in vtroque regno, Galliarũ inquam & Hispaniæ Tarraconensis, Athaulphum. Quem rursus secutus est Sigericus, & illum Vallia rex, cuius & Claudianus poeta mentionem facit: & eius in Hispanias ingressum hoc carmine, Sidonius Apollinaris in Panegyrico Anthemii commemorat:

40

In regnum duo regna vocant. nam patre Sueuus,
A genitrice Gethes, simul & reminiscitur illud
Quod Tarthesiacis auus huius Vallia terris
Vandalicas turmas, & iuncti Martis Alanos
Strauit, & occiduam texere cadauera Calpen.

Recte igitur Iordnandes in historia Theoderici Bernensis, Gothorum in Italia regis, quam constat sub Leone primo Augusto floruisse, ad huiusmodi Gothicum in Hispania regnum, quod tum iam clarucrat, alludens, hæc scripta reliquit: De Alarico ergo natus est Amalaricus, quem auus Theodericus in annis puerilibus vtroque parente orbatum, dum fouet atq; tuetur, comperit Eutharicum Witerichi filium, Beremundi & Torcsmundi nepotem, Amalorum de stirpe descendentem, in Hispania degere iuuenili ætate, prudentia & virtute, corporisque integritate pollentem. ad se eum facit venire, eiq; Amalasuentam filiam suam in matrimonio iungit. Et iterum subdens, locutus de eodem Theoderico Bernensi: Non minus trophæũ de Francis per Hibbam suum comitẽ in Galliis acquisiuit, plus XXX millibus Francorum in prælio occisis. Nam & Thiodem suum armigerum post mortem

50

tem Alarici generi tutorem in Hispaniæ regno Amalarici nepotis constituit: qui Amala-
ricus in ipsa adolescentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum vita amisit. post quẽ
Thiodes tutor eiusdem regnum ipsum inuadens, Francorum insidiosam caluminam de
de Hispaniis pepulit, & vsq; dum viueret Visogothos continuit. post quem Thiodigisglos-
sa regnum adeptus, non diu regnans defecit, occisus à suis. Cui succedens Nactonuiagil,
continuat regnum. contra quẽ Athanagildus insurgens, Romani regni concitat vires. Quę
omnia de Gothorum regibus in Hispania intelligenda sunt. Ita & Sidonius libro septimo
Epistolarum, ad Basilium epistola, Galliam limitem Gothicum videtur dixisse, facta allu-
sione ad regnum Gothorum in Hispania, contigua Galliæ prouincia: Agite (inquit) qua-
tenus hæc sit amicitia, concordia principalis, vt Episcopali ordinatione præmissa, populus
Galliarum, quos limes Gothiæ fortis incluserit, teneamus ex fide, etsi non tenemus ex fœ-
dere. Hæc ille. Atq; vt tandem finiam, Gothiæ regnum in Hispaniis extitisse ab anno Incar-
nationis DC. abunde contestantur Concilia Hispaniensia apud Toletum & alibi celebrata.
in quibus non solum Teutonica nomina principum leguntur, quos constat reges Gotho-
rum apud Toletum fuisse, verum etiam Gothiæ vocabulum expressis verbis legitur. Hinc
Sisebutum Toletanum regem, Richardi filium: Herungildum, Leonegildi filiũ: & Rec-
caredum, à beato Leandro Hispalensi episcopo, vtpote Gothorum reges, ab Arriana perfi-
dia repurgatos legimus. Quorum successores ad retinendam catholicam fidem tot cõuen-
tus episcoporum Synodosq; transegerunt: veluti Hispalense primum, & Toletanum terti-
um, Riccaredus, rex Gothorum, vitio à Latinis scriptoribus appellatus pro Richardo. Ha-
buit & Toletanam quartam Synodum, Sysenandus rex Gothorum: quintam Chyntilla-
nus: Braccarensem primam Ariomyrus rex Gothorum, quem Gothi lingua gentilitia ħeer-
mayr/ hoc est dominum belli cognominare solebant. Celebrauit in Hispaniis & septimum
Toletanum concilium, Chundisundus: octauum & nonum, decimumq;, Reccesunthus
rex Gothorum: præterea vndecimum Toletanum, & tertium Braccarense, Bambanus
rex. Et ne quis hos Gothorum reges extitisse in Hispaniis addubitet, in modo citatis Con-
ciliis hæc nominatim verba adscripta leguntur (vt videlicet in tertio Toletano sub Recca-
redo rege celebrato) Similiter & reliqui presbyteri & diaconi ex hæresi Arriana conuer-
si subscripserunt: Signum Gussini viri illustris proceris: Fansa vir illustris. anathematizans
subscripsi: Afrila vir illustris. anathematizans subscripsi: Abila vir illustris. anathematizãs
subscripsi: Flauius vir illustris subscripsi. Similiter & omnes seniores Gothorum subscri-
pserunt. Et iterum in actis eiusdem concilii: Tum episcopi omnes vna cum clericis suis,
primoresq; gentis Gothicæ, pari consensione dixerunt: Licet hoc, quod paternitas atq; fra-
ternitas vestra à nobis cupit audire vel fieri, iam olim conuersionis nostræ tempore egeri-
mus, quando secuti gloriosissimum dominum nostrum Riccaredum regem ad Ecclesiam
transiuimus, & perfidiam Arrianam cum omnibus superstitionibus suis anathemizauimus
pariter & abiecimus. Sic pariter in actis concilii Toletani quarti, sub Sisenando Gothorum
in Hispaniis rege habito, rursus Gothorum regis mentio fit hisce verbis: Post quædam de-
creta & instituta Ecclesiastici ordinis, quæ ad quorundam pertinent disciplinam, postrema
nobis cunctis sacerdotibus pro robore nostrorum regum, & stabilitate gentis Gothorum,
Pontificale vltimum sub Deo iudice ferre decretum.

Concilia Gothica ... Hispanie.

Et iterum: Hoc etiam tertio acclamanus, dicentes, Quicunq; amodo ex nobis, vel cũ-
ctis Hispaniæ populis, qualiber meditatione vel studio sacramentum fidei suæ, quod pro
patriæ salute, gentisq; Gothorum statu, vel incolumitate Regiæ potestatis pollicitus est, in-
oleuerit. Et iterum: Post hæc pax & salus & diuturnitas piissimo amatori Christi, Domino
nostro Sisenando regi, cuius deuotio nos ad hoc decretum salutiferum conuocauit. Cor-
roboret ergo Christi gratia regnum illius, gentesq; Gothorum in fide catholica, animis &
meritis. Ita similiter legitur in Toletano quinto, sub Contillano rege celebrato, constitu-
tione Synodi tertia: Huius rei causa, nostra omnium cum inuocatione diuina profertur
sententia, vt si quis talia meditatus fuerit, quem nec electio omnium præficit, nec Gothicæ
gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, sit consortio catholicorum priuatus. Deniq; in To-
letano septimo, rursus Gothicæ gentis mentio occurrit: Ideoque placuit tunc concordi
sententia definire, vt quisquis in ordine clericatus, à maximo gradu vsque ad minimum
constitutus, in alienæ gentis regionem se quacunque occasione transduxerint, vti exinde
superbiendo, vel reditum suum, vel quodlibet aliud videatur expetere: siue etiam, quia
gentis GOTHORVM vel patriæ vel regno specialiter sub hac occasione possit nocere, vel
fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit. Sed vt quicunque talibus conscius reperitur,
eisq; vel consilium vel opem administrare cognoscitur, qualiter aut ad gentem alienam fu-
gam appeterent, aut in malis quæ cœperunt perdurarent, seu quamcunque læsionem genti

Gothorum vel patriæ aut principi post fugam inferrent, atq; in eadem prauitate perseuerarent: quisquis hoc fecisse dignoscitur, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu priuetur. Sequitur in statutis concilii Totelani octaui, in textu epistolæ Reccesuinthi regis: Ita nos omnē populū iurasse recolimus, vt cuiuscunq; honoris vel ordinis persona, quæ in necem regiam excidiumq; Gothorum gentis ac patriæ detecta fuisset. Atq; in eodem Concilio introducuntur nomina plane Teutonica episcoporum, Ansericus, Wunibaldus, Widericus, Filanyrus, Osdalgas, Verdula. Eodem idiomate & Comitum cognomina commemorantur, Odoacer, Osilo, comites cubiculariorum: ADVLPHVS, APHRILA, VENEDARIVS, comites Scanciarum: RVCHILLA, comes patrimoniorum: GVNTFRIDVS, comes sacrorum. Nec aliud in synodo nona Toletana recensetur, quæ sub Reccasuintho rege habita est: Si contingat (inquiunt decreta) quemcuoque de liberis Ecclesiæ, eorumq; prosapia, contra primæuas modernasq; patrum regulas, aut Gothus aut Romanus ingenuus copulari. Hactenus ex Coocilhs, ex quibus colligimus, duobus tantū locis Gothorum reliquias ad posteritatem peruenisse, in Hispaniis atque Gotlandia insula, quæ & Scanzia, hoc est Schonlandia gentilitio sermone appellitabatur. vnde Conciliis supradictis & Scanziæ comites subscripserunt: vt appareat, vel tum primæuas genti sedes subiectas fuisse, etsi alio sub cardine constitutæ. Præterea de Gothia illa Hispaniæ intelligēdus est iste peruetustorum Annalium locus, in antiquissimo codice membrana attrita scriptorum, cum de Carolo Martello scribit: Anno Domini (inquit) 734. Carolus contra Sarracenos in Gothia pugnauit. Ibidem: Sarraceni per mare aogustum omnem Hispaoiam occupauerunt. Et cum post decem annos Aquitaniam occupare voluissent, Carolus Martellus cum eis pugnauit, & interfecit plus quam trecenta millia.

Hæc ex Annalibus, de postrema Gothorum in Hispaniis habitatione, vbi Gothiæ primum regnum (vt ex Conciliis supra adductis patuit) postea accedente hominum colluuie, Romanis, Hispanis, Vandalis, Sueuis ac Alanis Gotlandiæ suscitatum est, quam vocem Latini ac Hispani more suæ pronunciationis Cataluniam protulerunt. Et quia fœdere percusso, vt pacis munia seruarent, Tarraconensem Romani huic populo integram cōcesserant, quasi data arra, Arragoniam passim nuncupauere. ex qua Gothi Marte superiores cæteris Hispaniæ incolis facti, Barcinonensem tractum, & inde citeriorem vlteriotemque Hispanias, Vandalis in Aphricam abeuntibus Sueuisq; in Gallecia subactis, suo imperio subiecere. Vbi successu temporum à Romanorum vestigiis municipiorum Castulo ac Legione, regna Castiliæ ac Legionis suscitauere: de qua re postea in Catalogo principum copiosius ex fide historiarum orationem continuaturus sum. Porro Castuli vrbis in Hispania, vnde Castilia nomen adepta est, mentionem facit Titus Liuius Decadis 3. lib. 2. Idem & Galleciæ, vnde Portugalliæ appellatio emersit posterioribus seculis, nomenclaturā commemorare videtur. Et iam librum istum de septem Gothorum sedibus conclusurus eram, cum venit mihi in mentem & loci Claudiani libro secundo in Eutropium, ex quo liquet, Gothos & Phrygiam Archadio & Honorio imperantibus tenuisse: quæ essent octauæ sedes, cæteris septem adiiciendæ. Habet autem carmen Claudianum ita, cum Eutropio mouenti vndiq; hostes Romanam in perniciem illudit:

Octaua sedes in Phrygia.

> *Non tibi Riphæis hostis quærendus ab oris,*
> *Non per Caucaseas accito turbine valles*
> *Est opus, Ostrogothis colitur, mixtisq; Gothunis*
> *Phryx ager, hos paruæ poterunt impellere causæ*
> *In scelus: ad mores facilis natura reuerti.*

CATALOGVS GOTHICAE GENTIS REGVM, *ad paludem Mæotida, primis videlicet sedibus, quo loco Troiani belli tempore tenuerunt: quemadmodum & Herodotus Cymmerios à Gothis ad paludem Mæotida victos refert.*

1 TELEPHVS, quem Cassandram in bello Troiano interemisse, Dion scribit, & Getam fuisse refert.

2 BERICVS, forte Berger/ hoc est montanus, nostra pronunclatione.

3 FILIMAR, hoc est, si gentiliciam gentis pronunciationem sequamur, der Wiligmayr/ hoc est, dominus bonæ voluntatis: vel Wildmayr/ hoc est, syluestrium possessor.

4 FROGRADVS, nostra lingua Freyrad/ hoc est, læti ac liberi consilii.

5 ARINGIS, forte Eringer/ quod apud maiores nostros frequenti in vsu erat vocabulum.

6 EVRYPILVS, forte Teutonice der Herpel / der Chrippel / sub quo Anacharsis philosophus Gothus, literas Græcas legesq; in Gothiam intulit, post Toxarim secundus. Vnde est illud Luciani in dialogo σκύθης: οὐ πρῶτος ἀφίκετο ἀνάχαρσις ἐκ σκυθίας ἀθήναζε, παιδείας ἐπιθυμία τῆς ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ τόξαρις πρὸ αὐτοῦ, σοφὸς μὲν καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων, &c.

7 TAMYRIS, gentilitia nostra lingua der Dannmayr / hoc est, Pineti dominus.

8 ANTRIREGVS, forte Handrich / vel Henrich.

9 SYTHALCVS, sub quo Dicenæus philosophus Gothicus claruit, cuius meminit subinde & Deuxippus historicus, & Iordnandes. forte, vt ego existimo, vitio à Latinis pronunciatum pro Schalco, quod olim erat muneris vocabulum. Hinc Marescalcus, Vdiscalcus, Gothoscalcus: quæ voces crebro occurrunt in antiquis Germanicis diplomatib.

GOTHORVM REGES AC POSTERITAS IN GOTlandia, maris Balthici insula, quo ex Asia nauigiis peruenere. Incidentes quippe iis finibus in insulas aliquas, à bonitate & fœcunditate Gotlandiam, alteram à pulchritudine Schonlandiam, & tertiã Fynlandiam, hoc est electam terram: quartam deniq; à viriditate Grunlandiam, & quintam ab angustia Smalandiam, vernacula Teutonica lingua cognominauerant. Quæ voces scriptoribus Latinis Græcisque corruptæ sunt in Gotlandiam, Scandinauiam, vel Scanclziam, Femos & Suones. Porro supersunt & hodie antiquis nominibus insulæ supradictæ. Et Gotlandiam quidem nostra tempestate diuidunt in Westgothiam & Ostgothiam. Quarum prima metropolis est Ludocia, germanice Nedloß / & alterius Calmaria. Habet præterea Gothia illa vrbes insignes, & magna ex parte Episcopales, emporiusq; celebres: Lundonium, Lyncopingam, Scaram, Wasteynam, Sindercoppingam, Nicoppingam, Celmaram, Malmosam, & Holmosam. Quibus accedunt propugnacula prouinciæ Wardburgum, Nordmagia & Wiborgum in finibus Fynlandiæ, atq; Sibo & Abo in finibus Moscouitarum ac Ruthenorum. Et quia Suedia Gothorum quondam regno quoq; attinebat, eius etiam diuisionem subiungam. Diuiditur autem nostra tempestate Suedia in Angermaniam, Midelpathiam, Oplandiam, vbi sunt minera: & Coppertalliam, vbi piscium captura sunt, & mercatorum emporia, Felsingen, Fieringen, Gestritzen & Kolmolsylua, diuidens Gothiam à Suedia & Nordvvegia.

1 REGNERVS, forte nostra lingua Germanica Reynhart / vel Reynherr.

2 HODBRONVS, interfecit regem Daniæ.

3 ATISLVS, à Daniæ rege subactus, tributarius illius factus est.

4 HOTHERVS, frater Atisli vulgo forte der Otherer / Gothos & Suedos à seruitute Danorum liberauit, & Danos Gothis subiecit.

5 ALRICVS, hoc est ALARICVS, vt Latini Gothorum regem appellauerunt, qui Gothos sub Honorio in Italiam primus traduxerat. Floruit autem sub CHRISTI natiuitatem.

6 ERICVS, quod nomen & hodie apud Germanos manet: Romani Erocum vitio dixere, quo nomine Germanorum regem Constantino Magno auxilio fuisse, ad retinendum imperium, historiæ tradunt.

7 HALDANVS.

8 VNGVINVS.

9 SIBALDVS, Danis, Gothis ac Suedis simul præfuit, à sylua gentilitio nomine appellatus.

19 REGNALDVS, forte quem Annales Reginholdum, vel Reynholdum dixere.

11 ALVERVS, in nostra lingua, natiua prolatione der Alber / hoc est Alpinus.

12 INGVO, hoc est, si recte pronuncies, der Inwoner.

13 INGELLVS.

14 RINGO, ab annulo forte cognominatus.

15 GOTTARVS, hoc est, si interpretere, Gothorum dominus, der Gothenherr. Vincitur à Iaremyro Danorum rege, sub annum Salutis 380. Et ab eo tempore GOTHIA ac Suedia Gothorum populo exonerata, illorum tamen regibus in Latio ac Illyrico paruit.

16 SIGEBERTVS, sub quo circa annum Domini 400. alia manus Gothorum ex Gotlandia egressa, ductoribus Remo, Swiczero, & Vadislo, adiunctis Frisionum 1200. in ipso traiectu Rheni prohibiti à Francis & Romanis, secuti ripam fluminis, in Heluetiis tandem consederunt: vbi postea Swicz pagus, cum late patente territorio, ad posteritatem peruenit, haud procul a reliquiis Tauriscarum, cum proximis ALEMANIS, Heluetiis ac Tigurinis coalescentes, in eum tandem populum excreuere, qui hodie Svviczeri nuncupantur.

Hic Multi Reges desiderantur, ob continuas gentis migrationes, eo quod ad populares suos Visogothos in Gallia colentes, & Ostrogothos in Illyrico ac Italia, multæ ac amplæ quotidie manus, ex his Septentrionalibus insulis egrederentur.

17 Fro, tempore Ludouici Cæsaris, quem Pium cognominant, Caroli magni filium, claruit. post quem rursus multi reges desiderantur.

18 Olavus primus Christianus rex suæ in Arcto gentis, post baptismum Iacobus nominatus, circa annum Domini millesimum.

19 Magnus.

20 Sverco.

21 Carolus, tempore Valdomari magni Daniæ regis, cuius sororem in coniugio habebat, Henrico quarto imperante. 10

22 Ericus secundus, Gothis ac Danis præfuit circa annum Domini 1249.

23 Birgerius, forte gentilitia lingua ain Burger / id est ciuis.

24 Waldamarus, fertur profectus Hierosolymam, ad sepulchrum Domini visendum.

25 Birgerius secundus, & Ericus tertius, filii Magni regis.

26 Magnus, hoc nomine quartus, Erici filius, coniunxit Gothię ac Suediæ Nordwegiam, circa annum Salutis nostræ 1316.

27 Magnus, hoc nomine quintus, habuit sororem Euphemiam, Alberto Mechlaburgensi principi nuptam, ratione cuius Mechlaburgensis rex Gothiæ ac Suediæ designatus est, cum Aquino Gothorum posteritates obsequium detrectassent. 20

28 Aquinus secundus, ducta in vxorem Waldemari Daniæ regis filia, contra voluntatem patris & prouincialium, qui cupiebant comitis illi Olsaniæ filiam coniunctam. Ideo & regno pulsus, Mechlaburgensem inuitus in regno successorem vidit. Et in hoc defecit Gothorum in Suedia ac Gothlandia nobilitas. Nam qui secuti sunt reges, ex Mechlaburgensibus, Pomeranis, Danis & Oldenburgensibus, Saxoniæ comitibus primordia ducebant. Albertus, Ericus, Carolus, Christianus, Steno, & Gostauus, qui nostro seculo Gothus natus, Gothorum posteritati iterum in Septentrione præesse dignoscitur: ex custodia Danorum regis liberatus, vtramque fortunam expertus est. cuius vitam malo te in Gentilitiis historiis legere. procreauit vero Ioannem & Ericum filios, ad optima quæque expectatos nostra tempestate. 30

GOTHORUM REGES AD VISTULAM AMnem, cum in Daciam transirent ex insulis Germanici maris, paulo ante Christi natiuitatem.

1 Captus, & Augus, primi egressi ex Scanzia.

2 Ostrogothus.

3 Wil.

4 Athal, forte quem nos Germani nuncupamus Eitl / quam vocem nominibus propriis præponere subinde solemus, Eitlfritz/Eitlwolf/Eitldietrich/Eitlhaus/&c. 40

5 Athaulphus, nostra lingua si recte pronunciare velimus, Eitelwolff: cuius nati gentem Gothorum diuiserunt. nam Waldulphus, qui in itinere Daciam versus manebat, Gothorum nomen vetus retinuit. Ancyla vero & Hermericus, qui Rhenum petebant, à constructis castellis Burgiones & Burgundiones, atque ab incertis sedibus erroribusque, patria lingua Wandalos nominabant. Vnde Plinius libro 3. Burgiones & Wandalos inter Gothos recenset.

6 Waldulphus, primus Istri ripam attigit.

7 Walerafimus, vel rectius secundum Iordnandem, Wintharius, ab hyeme cognominatus, Slauinorum populum Antes subiecit, rege eorum Box occiso. Is cum aliquoties fœliciter pugnasset aduersus Balamberum Hunnorum regem, & Sigismundum Gothorum regem, in Dacia Hunnis subiectum, tandem victus & occisus est à Balambero Hunnorum rege. 50

8 Hunimundus, Ermanarici Gothorum regis in Dacia filius, Wynthario successit: vicit Sueuos, quos credendum est ab Albi flumine pepulisse.

9 Torismundus, Hunimundi filius, Gepidarum victoria claret. Casu equi interiit.

10 Walamyrus, ex consobrino Torismundi natus, patre Wandalario: ex coniuge Wialuda tres filios reliquit, qui sub signis Attilæ militabant, ab eodem donati agris in Pannonia, & à locis vbi imperitabant appellati: Walaymyr videlicet, qui nemorosam partem

tem Pannoniæ versus Bosniam possidebat: Widymyr, qui campestria, vbi sunt hodie Simigensis & Sirmiensis agri: & Theodemyr, cuius etymon si recte introspicias, Teutonorũ dominum siue principem ostendit, quod is scilicet Pannoniam superiorem, ac Noricum esset sortitus, à Germanis cultas terras, vel Germanis Francis proximas. Qui postea ex Erlieua concubina Theodericum Bernensem illum procreauit, qui Ostrogothorum imperium ex Pannonia ac Illyrico in Italiam transtulit.

GOTHORVM REGES IN DACIA ET THRACIis, vnde Visogothi processerunt, qui postea rerum in Illyrico, & exinde in Latio, Galliis Hispaniaq; potiti fuere, ante Attilæ aduentum in eam Europæ partem, ex finibus paludis Mæotidis secundum quosdã egressi: licet, si veritatem historiæ sequamur, Iordnande indicante, ex Scanzia, hoc est Gothlandia, Balthici maris insula, processisse, adfirmare debeamus.

1 Corillvs, hoc est, vt ego existimo, Carolus, ante Christi natiuitatem, vel circa, primus, Daciam Gothis incolentibus, ad clauum sedit.

2 Berbista, id est Bervvister, si latine reddamus, vrsorum inquisitor, commemoratur à Strabone, primus Daciæ limites egredi vsq; ad Danubii ripam ausus: eoque traiecto, populatum in Pannonias exisse. Contra cuius latrocinia Augustus Cæsar bellum diuturnum ac difficile gessit, Sirmio ac Segesta, munitionibus Pannoniæ locis, propugnaculis in hoc & horreis constitutis. Nam quadraginta millia Berbistam eduxisse in aciem, Strabo scribit.

3 Gestiblindvs, Tiberio imperante, Gothos in Dacia, vbi modo est Transyluania Hungariæ, gubernauit.

4 Dvrpanevs, patria lingua Dürrpamer/hoc est de arida arbore cognominatus, Domitiani legiones deleuit, ac duos consulares Cornelium Fuscum ac Oppium Sabinum occidit: cuius epitaphia extant in Iuuenali, & Epigrammatario poeta.

5 Decebalvs, forte gentilitia lingua à malefactis Thüfybl appellatus, vincitur à Traiano. Qui cum thesaurum in amne Sargeria apud Daciam occultasset, seipsum occidit, & Daciam Romanis prouinciam reliquit.

6 Carolvs, in Dacia interiore, vbi est hodie Walachia & Multauia, Gothis præfuit, Hadriano & Pio Antonino administrantibus.

7 Vngvynvs, sub Marco Cæsare in Dacia interiore præfuit.

8 Arganvs, hoc est, Arger/à malitia nominatus.

9 Gvnthericvs.

10 Ostrogotha.

11 Smardvs, sub Gordiano Gothorum res extulit, traiecto Danubio, ac Mœsia depopulata. Decium etiam vicit, atq; occidit: siue, vt submergeretur in palude Mœsia, causa fuit.

12 Onyba, vel Cniua, patria lingua ain Khnab/id est puerulus, sub Gallo Volusiano Gothis in Dacia præfuit, circa annum nostræ redemptionis ducentesimum quinquagesimum sextum.

13 Respa.

14 Cannabavdes, forte, si interpretere, Khunigpauer/ Claudio imperante administrauit in Dacia, circa annum nostræ redemptionis 273.

15 Vadvco, commemoratur à Iordnande, cum altero Gothorum rege Varo.

16 Ariaricvs, vel secundum alios Aoricus, vulgo Erdreich/id est, multarum terrarum dominus.

17 Gebericvs, à liberalitate appellatus.

18 Indigota, sub Valentiniano, vt Gothorum rex, in Dacia rerum potitus est: patria lingua, Jnnergewer/hoc est, mediterraneorum agrorum possessor: quem Ingeuonem Tacitus dixit, vitio pronunciationis nostræ.

19 Ermanaricvs, vulgo gentilitia lingua Hermanrich/ cuius meminit Marcellinus libro 31. & Damascenus in Supplemento Eutropii, scribentes quod a Balambaro Hunnorum rege pressus, Hunnorum se potestati subiecerit: progenuit Hunimundum filium, quem Hunni Gothis ad Vistulam in Germania colentibus præfecerunt. de quo antea dictum est.

20 Hvnimvndvs, cognatus Ermanarichi, à Balambero Hunnorum rege Gothis Daciæ partem tenentibus præponitur, post Ermanariehum.

21 Sigismvndvs, Hunimundi filius, Balambero Hunnorum regi, aduersus

Wyntharium Gothorum in Germania regem pugnanti, auxilio fuit, vt IORDNANDES testatur.

22 ALARICVS & Fridigernus, fœdere percusso cum Romanis, à Valente Imper. in Thracia recepti sunt: qui rursus bello petiti à Romanis, Valentem in vili casa concremarunt, deletis Romanis copiis. meminere Marcellinus & Damascenus.

23 THEOMARVS, Mœsiam comparauit.

24 RADAGAISVS, patria lingua Ratgast / vel Rodgiser / à THEODOSIO Cæsare partem Pannoniæ, Mœsiæ proximam, impetrauit sub tributo, circa annum Domini 390.

25 ATVARICVS, gentilitia lingua Odrich / dictus, hoc est, incultæ terræ diues, in Pannoniis late dominabatur.

26 ALARICVS hoc nomine secundus, totum Illyricum suæ dominationi subiecit, & vsq; ad Italiæ limites rerum potiri cœpit.

OSTROGOTHORVM REGES IN ITALIA, vbi præpotens regnum constituere.

1 ALARICVS, cum totius Illyrici possessor videlicet, magnam insuper Macedoniæ partem comparasset, filiis Theodosii Archadio & Honorio conniuentibus, vel assentire coactis, tandem infesta etiam in Italia signa transtulit. Vbi cum agros ab Honorio Cæsare postulasset, à Stilicone Honorii magistro militiæ, per insidias in ipsis solennibus Pascalibus adortus, ac cæsus, Gothorum iram adeo in Romanam perniciem exasperauit, vt vrbē Romam, ac magnam Latii partem, prædam Gothis obiecerit. Quibus fortunis omnibus exutis, per Pedem montis & Insubres in Galliam, suam gentem traduxit.

2 THEODERICVS cognomento Bernensis, à regia apud Veronam constituta, filius Theodemyri Ostrogothorum regis, in Pannonia ac Norico, authoritate & assensu Leonis Imperatoris, cuius adoptatus filius erat, obsidis primo loco apud Constantinopolim moratus, eiectis Herulis, eorumq; rege Odoacro occiso, Italiam cum vrbe Roma Gothorum imperio subiecit: regnoq; in Latio Gothorum nouo constituto, ex Theodesuenta, Clodouei Francorum regis (quem S. Remigius sacris vndis lustrauerat) filia, genuit Carolum filium, qui puer obiit: & Amalasuentam, quæ Theodato nobili Gotho nupserat.

3 THEODATVS, forte composito nomine ex Latino Germanicoq; sic appellatus: quem tamen Iordnandes Eutharicum vocat, hoc est, si Romana voce vim velis vocabuli Teutonici exprimere, incultarum terrarum diues: ob filiam Theoderici Bernensis Amalasuentam, quam in matrimonio habebat, à Gothis Italiam incolentibus in regem ex Galliis postulatur: vbi patri Federico in gubernatione tractus cuiusdam Galliæ successerat, cuius auus Berismundus, Totismundi Gothorum ad Vistulam in Germania tenentiū regis natus, relictis agris auitis ob Hunnorum tyrannidem, gentem suam in occiduas partes Europæ secutus fuerat, vt Iordnandes scriptum reliquit.

4 ALARICVS, alter gener Theoderici Bernensis, ob Theutosuendā coniugem, extincto sine hærede maturo Eutharico, siue Theodato, in regem eligitur à Gothis, rerum in Latio potitis.

5 ALARICVS secundus, filius superioris Alarici, ex Theutosuenda nata Theoderici Bernensis.

6 ATHALARICVS, patria lingua Eillrich / id est omnino diues, Alarici primi ex Amalasuenta Theoderici Bernensis nata filius, Alarico secundo sine hærede mortuo, in regē Italiæ à Gothis isthic habitantibus petitur. Qui filiam ex quadam Amalafreda reliquit, Vittigis Gothorum optimatis cuiusdam in Italia vxorem.

7 VITTIGIS, patria lingua der Wizig / id est sapiens, prudens, propter coniugem Athalarici regis filiam, à Gothis in Italia in regem sublimatur. Contra quē Iustinianus Cæsar bellum mouit, Bellisario & Narsete ducibus, in quo varia fortuna annis plus minusue XIV. gentem suam aduersus Romanos in Italia retinuit, atq; seruauit.

8 ILLOVADVS, Vittigi victo atq; occiso substituitur à Gothis, in Italia colentibus: occiditur à Narsete in prœlio. Si diuinare licet, forte Eilendpott / id est, accelerans nuncius nuncupatus est.

9 ALARICVS hoc nomine tertius, quinq; duntaxat menses Gothos in Italia rexit, Illouado occiso.

10 TOTYLAS, patria lingua Odilo, vel der Ottl / pauco admodū tempore Gothis præfuit, in Italia ad ruinam iam penitus vergentibus.

11 TEIAS, vltimus rex Gothorum in Italia, quem Narses vna cum gente subdita omnino

ro confecit, paucis reliquiis in Italia manentibus: quæ Romanis mixtæ, illud idioma suscitarunt, quo hodie Itali vtuntur, in quo pleraq; adhuc Teutonica vocabula reperias.

VISOGOTHORVM REGES IN GALLIA Lugdunensi & Aquitania.

1 ALARICVS, pulsus ex Italia à Stilicone, vel vt alii volunt, sua sponte, capta & deuastata vrbe, Galliæ partes illas quas memorauimus occupauit, inq; his ab Augustis Archadio & Honorio confirmatus est. Erat autem is, qui & primus ex Illyrico Italiam ingressus fuerat.

10 2 AVSTVLPHVS, vulgo gentilitia lingua Aessenderwolf/hoc est, vorans lupus dictus, Alarici superioris filius. Is propagauit Gothorum posteritatem ex Lugdunensi Gallia in Aquitaniam, Tolosa occupata.

3 THEODERICVS, occiditur ab Attila in campis Catelaunicis, quum Aetio magistro militum Romanorum Marciano imperante suppetias tulisset, aduersus Hunnos.

4 TVRISMVNDVS, Theoderici filius, patris necem vltus, Hunnos vltra Rhenum profligauit.

5 DIETMARVS, Vallia cum patre Gothorum in Hispanias abeunte, Sequanam Galliam, ac Narbonensis partem occupauit. à quo volunt Burgundiones descendisse, Gothicum non minus populum quam Gepedas atq; Vandylos, vt vel ex Plinii libro tertio liquet.

20 Quippe cum exonerata Gallia, rarus Gothorum populus remansisset, constructis castellis se patrio sermone Burgiones, hoc est ciues & oppidorum incolas nominauere, qui postea Burgundiones a Romanis vicinis cognominati sunt.

6 GVNDOCARVS, sub Theodosio iuniore præfuit GOTHORVM reliquiis in Gallia.

VISOGOTHORVM REGES IN HISPANIIS, vnde postea mixtis Romanis, Sueuis, Alanis, Maurisq; & Saracenis, Arragoniæ, Castiliæ, Legionis, Asturiæ, & Galliciæ reges defluxerunt, ac Barcinonenses comites: qui primis temporib. Gothiæ, & postea Gotlandiæ, corruptoq; Teutonico vocabulo Catalaniæ & Arragoniæ reges cognominati erant. Quorum potentia, victis & expulsis Mauris ac Sarracenis, creuit: &

30 *accesserunt alia minora regna, Toleti, Valentiæ, Granatæ, Sobrarbiæ, Maiorica & Minorica.*

1 ALARICVS, idem quem supra totius Illyrici dominum, Italiam ingressum, spoliataque vrbe sein Gallias contulisse, præfati sumus. Id contigit anno Salutis relatæ 411. Obiit anno principatus sui XXIII. cum quem instituerat ingressum in Hispanias, nondum ad extremam manum perduxisset.

2 ATHAVLPHVS, patrio Gothorum sermone Etthwolff/eligitur à Gothis iamiam migrationem instituentibus, in locum Alarici. Qui Gallam Placidiam, quam Alaricus in Italia cæperat, Arcadii & Honorii sororem, sibi in matrimonium iunxerat: consociatusq;

40 Romanis Augustis, eorumq; assensu habito, circa annum humanæ Redemptionis 433. superatis Pyrenæis montibus, expulsis Vandalis & Alanis, citeriorem Hispaniam occupauit. Obiit anno gubernationis sexto, cuius sepulchri vestigia adhuc cernuntur in vicu Paradisi citerioris Hispaniæ:

> *Bellipotens, valida natus de gente Gothorum*
> *Hic cum sex natis rex Athaulphe iaces.*
> *Ausus es Hispanias primus descendere in oras,*
> *Quem comitabantur millia multa virum*
> *Gens tua sed natos & te inuidiosa peremit*
> *Quem post amplexa est Barcina magna gemens.*

50 3 SIGERICVS, vulgo patrio sermone Sigreich/hoc est, victoriosus, affinis Athaulphi superioris, sufficitur à Gothis extincto Athaulpho, citeriorem iam Hispaniam inhabitantibus, & Gotlandiam suo idiomate vocantibus, quam Romani accolæ Cataloniã vitio pronunciationis dixerant. Porro Sigericus incœpit regnare circa annum 440. interimitur a suis sepnmo principatus anno, relictis quinq; filiis: Geserico, Werico, Guntamendiso, Trasamũdo & Ilderico. Voces Teutonicæ sunt cõ ruptæ: Gantzreich/id est, totus diues: Werreich/tanquam diceres, gladiosus: Bantzman/vel Kunstman: Raißman/à profectionibus: Huldreich/à fauore.

4 VALLIA, quem forte Gothi Germanica gentilitia ab electione den Erwelt appellauerunt, quod non ex successiuue & affinitate, sed ex electione suæ genti præesse cœperit.

Is incœpit regnare in Hispaniis circa annum Domini 447. & pacem cum Romanis firmauit, Gallamq; Placidiam Ataulphi relictam coniugem, Cæsari Honorio fratri reddidit. Ad cuius preces postea aduersus Alanos, qui Beticam occupauerant, victor pugnauit, Attaco rege illorum occiso. Idem Sueuos & Vandilos in vlterioris Hispaniæ angustias profligauit. Constituerat relicta Hispania traiicere in Aphricam: sed classis in hoc instructa, æstu maris ante perierat.

5 THEODERICVS, gentilitio sermone Dietrich/hoc est diues Germanus nuncupatus, Romanis auxilio profectus cum gente sua, circa annum Salutis nostræ 402. pugnauit in campis Catalanicis aduersus Attilam & Hunnos, in eoque prœlio occubuit, tribus relictis filiis: Turismundo, Theoderico, & Henricho. Commemoratus & inter Gallicos Gothorum reges supra est, eo quod eodem auspicio alterum quoq; Gothorum in Gallia regnū administrarit. 10

6 TVRISMVNDVS, recta Germanorum lingua der Trussman nominatus, hoc est audax heros, cum & ipse interfuisset prœlio Catalaunico, vlturus patris necem, Attilā profligauit vltra Rhenum. Quem ne transiret, ab Aetio Rom. militiæ magistro prohibitus est. Sepeliuit patrem apud Tolosam Galliæ ciuitatem, interfectus septimo anno regni à fratribus, circa annum Salutis humanæ 476.

7 THEODERICVS, fratris sui interfector, victo Retiario Sueuorum rege, Gallaeciam Gothorum imperio subiecit. Interficitur à fratre iuniore Henricho, anno principatus sexto, qui fuit à nato Christo 481.

8 HENRICVS, à galli robore patrio sermone nominatus, Theoderici fratris sui interfector, de quo proxime diximus, filius tertius Theoderici senioris ab Hunnis interfecti, regnum Gothiæ in Hispania citeriori sibi vendicauit, anno Salutis humanæ CCCCLXXXIII. cum in Galliis quoq; Romanis ademisset Arelatum & Massiliam. Primus genti suæ leges tulit, & obiit anno principatus decimo octauo: quo tempore sanctus Sabinus apud Barcinonam floruerat. 20

9 ALARICVS, hoc nomine secundus, in Gallico Hispanicoq; Gothorū regnis Henrici superioris filius, circa annum incarnationis Domini quingentesimum Gothorum regna mododicta consecutus est, accepta in vxorem Theoderici Bernensis Gothorū in Italia regis filia, Amalasuenta nomine. Gessit bellum pro finibus Galliarum, cum Clodouæo Francorum rege. in quo occubuit, amissa Narbona, & magna Galliæ parte, quē vindicaturus Theodericus socer, Vasconiam recepit, nepotique suo Almerico restituit. Regnauit omnino annis 13. 30

10 ALMERICVS, id est, Almanreich/filius Alarici, ex nata Theoderici Bernensis, consecutus est regnum Gothorum in Hispaniis circa annum Salutis humanæ DXV. nam Galliæ agros Franci occupauerant victores: quibus Vasconiam auus maternus Bernensis ille abstulit, nepotique suo restituit. Cæterum pace constituta inter Francos & Gothos, Almericus Totillam Clodouęi Francorum regis filiam, duxit vxorem. quæ dissentiens à marito Arriano, fratrem Childebertum solicitauit in arma. Qui victo Almerico, & Barcinona occupata, sororem abstulit. Is Almericus ex ruinis antiquæ ciuitatis Abderæ, Almericam ciuitatem apud Hispanos condidit. quo tempore sancti apud Hispanos viri floruere, Isidorus & Iustinianus. 40

11 THEVTO, siue Theodo, aut etiam Dicko/siue ab opibus, siue tutorib. nuncupatus, consilio Amalasuentæ Almarici matris, cuius erat consobrinus, ad regni culmen peruenit, anno Salutis 523. Græce & Latine doctus princeps: cum fœmineis illecebris lasciuiret, & mare in Italiam traiiceret, interficitur à suis, anno regni 12.

12 TEVDESILLVS, diminutiue à Theutone dictus, cuius erat cognatus, & militię magister, substituitur in regno Gothorum apud Hispanos, circa annum Dominicæ incarnationis DXXXV. occiditur apud Hispalim, quæ nunc Sibilia dicitur, ob libidinem in mulieres, quarum plerasq; non consentientes interemerat. 50

13 AGILA, patrio sermone à grandine vocatus der Hagel/regnum Gothorum in citeriore Hispania suscepit, anno Redemptionis nostræ DXXXVII. Amisit Cordubam à Romanis præoccupatam. à quibus prœlio victus & fusus, ad Emeritham Bethicæ ciuitatem se recepit, vbi à propria gente metu Romanorum occiditur, anno regni VII.

14 ATHANAGILDVS, patrio sermone ob gratiam ac venustatē appellatus Eitlgold/ hoc est, totus aureus: successit interempto Agilæ, circa annum incarnationis Domini DXLIII. Cuius natam Brunealdim Sigebertus rex Francorum coniugē accepit. Obiit apud Toletum, anno regni sui decimo quinto.

15 LIMBA, forte quod resolutus foret, gentilitio idiomate nuncupatus der Lame/ crea-

creatur rex Gothorum apud Narbonam, anno incarnationis Domini DLVIII. Obiit gubernationis tertio. Sunt qui non Limbam, sed Luybam appellitent, ab amore nimirum.

16 LEONEGILDVS, vulgo der Leonhold / hoc est, leonum amator dictus, Limbæ vel Luybæ frater germanus: subiecit Gothiæ Cantabriam, Nageriam, & Saberiam, Sueuorũque reliquias ex Hispania profligauit magna ex parte, Andeca rege ipsorum superato. cuius filium Hermingildum secuti apud Hispalim percussit, anno 572. Obiit apud Toletum, Atrianus, tempore sancti Leandri, qui erat filius Seueriani ducis nouæ Carthaginis, frater germanus Theodosiæ coniugis Leonegildi regis.

17 RECCAREDVS, corrupta Germanica voce Richard / cœpit regnare in Hispaniis anno incarnationis Domini 576. filiamq; Childeberti regis Francorum duxit vxorem, & à sancto Leandro Hispalensi episcopo cum tota gente subdita, ab Arriana perfidia conuersus, catholicæ est ecclesiæ redditus. Is indicta synodo apud Toletum, LXXII. episcoporum, Arrianam perfidiam hæresimq; ex Hispania penitus extirpauit, sub Eladio Toletano archiepiscopo. Obiit Toleti, anno regni sui decimoquinto.

18 LVYBA, hoc est amabilis, nostra lingua, Richardi regis filius, patri successit anno Dominicæ incarnationis 591. interficitur anno ætatis suæ decimo octauo, à Vecterico illustri inter Gothos viro, anno regni primo, quo tempore sancti Dei viri floruerũt: inter quos sanctus Fulgentius apud Carthaginem, sancti Leandri frater germanus: cuius soror beata Florentina, quadraginta monasteriis præfuit.

19 VICTERICVS, Luybæ interfector, patrio sermone dictus der Weitreich / oder Viechreich / hoc est, late dominans, vel pecudum diues, interimitur & ipse anno regiminis primo.

20 GVNDEMARVS, à fauore denominatus, suscepit Gothorum in Hispania regnum, anno Salutis 593. Vicit Romanos & Vascones. Tulit leges ecclesiasticas. Obiit Toleti anno secundo.

21 SISEBVTVS, gentilitio idiomate appellatus à dulcedine, der Süssbutz / vel Siesbot / id est, gratus nuncius, eligitur in regem anno incarnationis Domini 595. Catholicus erat, & celebrauit aduersus Arrianorum reliquias concilium Toletanum secundũ, construxitq; apud Toletum sanctæ Leocadiæ basilicam. Subiecit Vascones, & Romanos ex Hispaniis omnino profligauit. Expulit & Iudæos, & alios ad fidem Christi conuertit. Sub eo claruerunt in Hispania sancti Dei viri; sanctus Eladius, & Isidorus. Sub cuius pariter gubernatione Ioannes monachus ex cognomento Zonaras, Gerundensis præsul Constantinopolim profectus est, vt Græcas literas disceret: quibus perceptis, in patriam rediit, inclususq; Barcinonensi cœnobio, multa scripsit: ex quibus præcipuum habetur de vitis Græcorum Imperatorum opus.

22 RECCAREDVS secundus, si recte pronũcies, Richardus, Sisebuti regis filius, suscepit regnum anno Redemptionis humanæ DCXXII. & quatuor annis tenuit.

23 SVYNTILIA, forte à furore, siue vertigine, der Schwyndl / vel à iocando der Geschwanckler appellatus in patrio idiomate, Reccaredi secundi natus, ex duce in regem creatus, totam Hispaniam Gothorum nomini vendicauit, pulsis Romanorum Sueuorumque reliquiis. Progenuit tres filios, Suyntillam, Sisenandum, & qui fuit illi in regno successor Rachimyrum. Sub quo floruit apud Hispanos S. vir, Seuerus præsul Barcinonensis, author ecclesiasticarum legum in regno Gothorum. Interficitur ab Arrianis Gothis in Catalunia, anno incarnationis Domini 638.

24 RACHIMYRVS, patria nimirum lingua der Reichmayr / hoc est, diues dominus siue princeps, patri Suyntillæ successit in regno Gothiæ apud Hispanos.

25 SISVNANDVS, forte gentilitio sermone der Süssman / hoc est, dulcis vel suauis homo, vel Sitzinland / id est possessor terrarum, frater Richimyri regis, eo extincto Gotlandiam apud Hispanos gubernauit, circa annum Salutis 626. Celebrauit apud Toletum sexaginta octo episcoporum synodum, & adminiſtrauit quatuor annis.

26 SVYNTILLA secundus, germanus Rachimyri & Sisenandi, fratri mortuo Sisunãdo à Gothis rex substituitur, circa annum Redemptionis humanæ 640. & quintam synodũ Toletanam celebrauit tempore Eugenii Toletani episcopi, & ætate Ebraulii Cæsaraugustani præsulis clarissimi.

27 TALGA, forte si interprerere corruptum vocabulum Teutonicum, der Duldig / hoc est patiens, regia stirpe ortus, extincto Suyntillæ à Gothis rex sufficitur, circa annum incarnationis Domini 644. confirmauit Toletanas omnes synodos, & biennio obiit.

28 SINDASVNDVS, forte patrio sermone à ratinnis integritate Synnegesund vocatus, regnum occupauit Gothorum apud Toletum, absq; suorum suffragiis, anno currẽte à nato

Christo 646. & septimam synodum Toletanam habuit. Qui Andeuarseo illustri Græco, è Constantinopoli in Hispanias nauiganti, collocauit in coniugem cognatam suam: vnde Eringius & THEODEFRIDVS prognati sunt, qui posthac rerum in Hispaniis potiebantur.

29 RISISVNDVS dubio procul qui in expeditionibus commoda semper vteretur sanitate, der Raißgesund dictus, superioris filius, circa annum Domini 656. regnare apud Gothos in Hispania occœpit: celebrauit tres synodos apud Toletum, sub Ildiphonso archiepiscopo Toletano, Isidori discipulo. Obiit in villa Bamba apud Polentiam, anno regni sui 18. Hoc vocabulum mere Germanicum, ab amore seu fauore fœderis deriuatũ, Hildibunts / posterius in Alfons vocem deorsum est, à gente Gothorum cum Hispanis, Romanis, Maurisq; ac Saracenis confusa. 10

30 BAMBA, vulgo der Bumer / à sonitu dictus, anno Domini 674. Mauros cum classe 270. nauium, irrupturos in Hispaniam, fugauit. celebrauit vndecimam synodum Toletanam, sub Quentco archiepiscopo Toletano. Obiit anno regni XVIII. veneno sublatus, vt creditur, ab Eringio. Vicit prœlio Remasundum regem Arragoniæ: & quinq; viros nobiles apud Barcinonam captiuauit, Redum, Pompedum, Gotfridum, Vltadiacum & Naufredum. Teutonica vocabula sunt, der Redner / id est orator: Pundo pod / qui caduceator Latinis fuit: Gotfrid / Hilfraptig / hoc est expectans auxilium, &c.

31 ERINGVS, vulgo der Eringer / quod nomen apud maiores nostros familiare fuerat, filius Andronarsæi Græci, ex cognata Syndasundi regis, regnum Gothorum apud Toletum per insidias occupauit, circa annum Salutis 686. Bamba rege legitimo in monasterio conclusoo, & postea veneno necato: & Theodefrido filio Risisundi, qui iam adoleuerat, procul fugato. Celebrauit XIII. & XIV. synodos Toletanas, & regnauit septem annis. Qui filiam suam Sisiloniam Egito Bambæ regis consobrino collocauit. 20

32 EGITA, forte gentilitio idiomate der Ego / quod nomen maioribus nostris quã familiarissimum fuerat, gener Eringii, Bambæ regis consobrinus, socero in regno Toletano successit circa annum incarnationis Domini 683. Celebrauit decimamquintam synodum Toletanam, LXI. episcoporum, sub Iuliano episcopo Toletano.

33 VITISA, forte à sapientia cognominatus der Witzig / Gothorum regnum in Hispaniis administrare cœpit circa annum 698. Theodefridum fratrem Eringii excæcaũ, Cordubam in exilium relegauit, & Fauillam ducem Cantabriæ, virum inter Gothos illustrem, occidit. Cuius filius Pelagius postea regno Gothorum in Hispaniis potitus est, quas ex Maurorum possessione pro parte vendicauerat. Porro Vitisam Rodericus, id est, Theodericus patria lingua, regno pulsum, apud RACILONAM excæcauit, atque in exilium misit. 30

34 COSTA, forte quod esset hospitalis, gentiliter appellatus Gast / filius THEODEFRIDI, & frater Roderici, suscepit Hispaniæ regni apud Toletum gubernacula, anno currente 707.

35 RODERICVS, deprauata voce pro Dietricho vocitatus, Costæ frater germanus, nepos Sindasundi, ex cognata Græeo Androuarsæo collocata, ab anno incarnationis Domini 710. regnare cœpit, cum insigni Gothici regni pernicie. occasionẽ præbens, vt Mauri ex Aphrica in Hispaniam traiicerent, eamq; suæ tyrannidi subiugarent. Quippe Iuliani illustris comitis filiam viciauerat. Quam iniuriam vlturus pater, in Aphricam ad Muzam regem profectus est, eumq; in Hispaniam sollicitauit. Qui instructa ingenti classe, in Hispaniam transfretauit, circa annum incarnationis Domini 714. & vsque ad annum 717. interfectis plus quam DCC. hominum millibus, per totam Hispaniam grassatus est, sola Cãtabria ac Austria Pelagii virtute nefandam seruiutẽ euadentibus. Quo tempore duo in Hispaniis Maurorum regna suscitata sunt: vnum apud Cordubam, quod vocabatur Abevvalit & alterum in Betica, regnum Granatæ. Adeoq; Mauri iunctis Saracenis creuere in Hispaniis, vt oram Italiæ quoque atque Galliæ infestarint. Quos sensim debilitatos profligauere Pipinus & Carolus Magnus, Francorum in Galliis reges, & Ottones Saxones Imperatores. Præterea magnam Maurorum multitudinem Raymyrus Gotticus rex Hispanus, ex Hispania profligauit, circa annum Salutis humanæ 1100. Item reges Galliciæ ac Nordmanniæ duces, circa annum Domini 1147. Ferdinandus insuper rex Hispaniæ, ab anno Salutis nostræ 1216. Alphonsus anno 1232. & Ferdinandus denique auus maternus Cæsarum nostrorum Austriadum Caroli ac Ferdinandi, circa annum incarnationis diuinæ 1492. 40 50

POST ea tempora, cum ita in seruitutem Saracenorum Hispania concidisset, comites aliquot GOTTICÆ gentis ac originis, ex Cantabria & Austria arma extulere, & à

Mau-

Mauris sensim seculorum aliquot ordine agros Hispaniæ amissos pene cunctos recuperauerunt, regna constituentes, quæ à propugnaculis, vnde Barbaros expugnarunt, cognominauere: vt videlicet à Legione ciuitate, Legionis reges: à Tarracona, T litera prima omissa, Arragoniæ regnum: à Barcinona, Barcheloniæ principes: à Castello, Castelli primo comites, postea reges. Secuta sunt Nauarræ, Gallitiæ, atq; Portugalliæ, deniq; Toletani, Valētiæ, Cordubæ ac Granatæ regna, Maurorum gente penitus profligata. Quorum principes deficientes sensim in prosapiis, in vnam postremo Castellæ ac Legionis stirpem terminauerunt. cum & hi deficerent, Arragoniæ soli reges mansere, qui cæteris regnis imperarunt.

36 PELAGIVS, filius Fauillæ ducis Cantabriæ, à Witiza rege occisi, patruus Rogerici, 10 cui frater Theobertus fuerat, à Witiza eodem rege excæcatus. Ideo tyrannidem fugiens, latuit & ipse in Cantabria, paterno dominio, donec tota pene Hispania in seruitutem concedente Sarracenorum, euocatus à popularibus, qui ægre Cantabriam & Austriam retinebant, sublimaretur in ducem reliquiarum Gothici nominis. Cum his ex Cantabria mouit aduersus hostem: cui, diuino numine fultus, statim inter initia Legionem vrbem eripuit, ibique sedem sui principatus proxime Barbaris posuit, & nouum castellum tanquam propugnaculum aduersus barbaros ædificauit. Vbi comites postea Castellæ dicti: qui labentibus seculis, transgressi in domum regum Legionis & Arragoniæ, Castellæ quoque reges nominati fuerunt. Ita successu prospero in profligandis barbaris vsus, Legionis primus rex creatus à reliquiis Gothorum, Ildifonsum quendam, siue vt corrupta voce postea dictus 20 est, Alphonsum, cuius ope & fide aduersus Saracenos fœlici & integra vsus erat, Cantabriæ ducem creauit, collocata illi in matrimonium Ermisenda filia. Credendum est autem, & ipsum Alphonsum, siue vt magis proprie loquamur, Ildefonsum, Gothorum originis ac posteritatis extitisse, à fauore & amore fœderis ita dictum Hildibuntzum: quam vocem colluuies hominum isthic tenentium, in Ildifonsum, & postea Alphonsum retorserũt. Quod si nostra non fallit coniectura (quod tamen non omnino adfirmamus) & Pelagii nomē Germanicum autumarem, quod Saracenos videlicet cum perpetuo vrgeret ac adfligeret, vulgo gentiliter diceretur der Plager. Qui quidem Pelagius, si inde modo nomen sortitus est, viginti annis regnauit in Legione, & regnum suum virtute comparatum, filio Fauillæ reliquit.

Alfonsi nomen ... ...

30 37 FAVILLA, seu Fafilla, Pelagii filius, ab aui nomine sic dictus, Teutonica origine, ab ignauia, der Faul/id est piger: interficitur ab vrso in venatione, cum ob ignauiam præclari nihil gessisset, circa annum Dominicæ incarnationis 737.

38 ILDIFONSVS, vel corrupte Alfonsus, à fauore amoreue fœderis, vt supra diximus, origine Germanica nominatus, gener Pelagii, ex duce Cantabriæ rex Legionis post sororium creatus, reliquias Arrianæ sectæ ex Hispaniis penitus extirpauit, Saracenosq; prælio vicit, hisq; Lusitaniam abstulit. Quumq; regnasset in Legione XIX. annis, obiit, relictis tribus filiis, & duabus natabus: Froylla, Vimeranno, Aurelio, Egimunda & Maurigato. Corrupta Germanica nomina sunt, excepto Aurelio: der Fruoeyler/hoc est mature festinans, vel potius der Frölich/id est lætus: der Weynmayr/hoc est vinearum dominus: die aigen maid/vnd 40 die Maurkatusch.

39 FROYLLA, à lætitia forsan cognominatus, vulgo der Frölich/filius Alfonsi, interfecit victor in prœlio Maurorum quinquaginta milia, & Nauarræ regnum pene totum sibi subiecit. Occidit is & Vimerannum fratrem, occisus & ipse ab Aurelio germano: relictis duobus filiis, qui in principatum neutiquam successeruut, Ildifonso & Varamundo, cum incœpisset regnare circa annum Domini 758.

40 AVRELIVS, interfector fratris, regnum Gottorum in Hispaniis præter ætatem inuasit. Itaque ob tale facinus diluendum, simul vt fauorem sibi apud populares conciliaret, fratris occisi à se filium Veramundum, si recte sequare nostram pronunciationē, den Werdeman/hoc est dignum omni honore virum, adoptauit anno 770. Priuatur tamen regno à 50 Silo genero Alfonsi, qui Egimundam filiam Alfonsi primi in matrimonio habebat. Porro illud ignorandum non est, veteres illos Germanos virum non solum Man/verum etiam Mond vocasse. Hinc lunam adhuc in vulgari sermone Man/scribendo in literis Mond/appellamus. Hinc tot nomina processere apud Hispanos, Veramundus, Chunimundus, Trasimundus, Turismundus, &c. Hoc propterea admonere voluimus, ne quis Latina esse autumet, quæ origine & vera prolatione Teutonica sunt.

41 SILO, gener Alfonsi primi, à taciturnitate fortassis denominatus, vulgo der Styll/profligauit ex regno Veramundum sororium, & fœdus percussit cum Saracenis, octoque annis regnauit.

42 MVREGATVS, Alfonsi primi bastardus, circa annũ Domini 783. Silone mortuo,

Legionis sibi regnum vendicauit, Saracenorum auxilio, quibus se subiecerat, annuo tributo aliquot virginum pacem pactus.

43 VERAMVNDVS, filius Froyllæ, vel secundum alios nepos Alfonsi, quem diximus patrio idiomate Werdemannum appellatum, & à Silone pulsum fuisse, Legionis regnum consecutus est iterum post Murgatum. Sed regnandi curarum pertæsus, cum esset diaconus ordinatus, expleto biennio monasterium ingreditur, gubernatione regni consobrino suo Alfonso concessa.

44 ALFONSVS, siue Ildifonsus, aut etiam genuina pronunciatione Hildibunczus, hoc nomine secundus, nepos primi, ex filio Froylla, vel filius secundum aliquos Froyllæ, suscepit regnum Legionis post resignationem Veramundi, circa annum Salutis 788. quod virtute sua ac armis à Maurorum seruitute maiore ex parte liberauerat. Bellum atrocissimum gessit aduersus Saracenos ac Mauros, in quo Carolum magnum regem Francorum, Imperatoremq; habuit auxiliatorem, hisque Vlissoponam ciuitatem maritimam in Portugallia eripuit: tantamq; prædam ex victis barbaris comparauit, vt duas inde episcopales ecclesias construxerit, Auricensem & Ouetensem: cumq; regnasset 31. annos, secutus consobrini exemplum, resignauit gubernationem Raymyro filio Veramundi, vnde ipse illud acceperat. Huius seculo Carolus magnus Imperator ac Francorum rex, Turpinū archiepiscopum Remensem eum nouem episcopis misit ad dedicandam ecclesiam S. Iacobi Compostellæ. Cui interfuere Froyllinus episcopus Legionensis, & Attilanus Zamorensis, ambo in numerum diuorum relati.

45 RAIMYRVS, gentilitia lingua der Reichmayr/hoc est opulentus princeps, filius Veramundi, regnum per resignationem accepit ab Alfonso secundo consobrino suo. Quo tempore Nordmanni populatum exeuntes, oram Hispaniæ infestabant. Quos ipse Raimyrus insigni victoria profligauit, 70. nauibus submersis, & octuaginta millib. eius gentis trucidatis, circa annum Salutis nostræ 829. Vicit & sibi rebellantem palatinum comitem Nepotianum, & eum monasterio conclusit. Quo tempore & Victor præsul Cercsanus, cum. CC. monachis Benedictinis, à Mauris martyrio coronatur.

46 ORDONIVS, filius Raymyri ex Viraca, forte à pineto sylua patrio Gothorum idiomate Hartzdanner appellatus: accepit post patrem gubernacula regni Legionis, circa annū Salutis reparatæ 830. Duas insignes victorias retulit, vnam à Vasconibus, alteram à Mauris, quorum quadraginta millia trucidauerat, & Lupum Muzæ regis Saracenorum filium Toleti sedentem cæpit, ac sibi subiecit. Abstulit Mauris & Salamancam & Cauriam ciuitates. Porro Ordonius ex vxore Mardanya sex filios suscepit, Alfonsum, Veramundum, Henrichum, Froyllam, Nanum, & Ordonium. Huius tempore IAMFRIDVS, vel rectius secundum Germanicam pronunciationem Landfridus, comes Barcinonæ, à militibus LVDOVICI regis Franciæ occiditur, filio cognomine capto, & in Flandriam abducto.

47 ALFONSVS, siue Ildefonsus, tertius hoc nomine, superioris Ordonii filius, paternum regnum consequitur, excæcatis fratribus, anno Salutis 846. Vicit Saracenos, & duas in Portugallia ciuitates insignes cæpit. Restituit Columbricam, & Viscum: restaurauit & Cæsaraugustam, quam à Saracenis vna cum Zamora receperat. Is pariter templum S. Iacobi apud Compostellam à fundamentis condidit. Impetrauit à Ioanne octauo papa Catholici titulum, & Ouetensi ecclesiæ ius metropolitanum. Reliquit quatuor filios, Garciam primum, Ordonium tertium, Froyllam tertium, & Gandisaluum archidiaconum. Huius tempore erant reges Saracenorum in Hispania, apud Toletum & Cordubam, Mahumetus & Abdarumanus: sub quibus pro fide Christi passus est Pelagius, 18. annorum iuuenis. Eadem tempestate floruit pariter Didacus comes Castellæ primus, à conditis burgis propugnaculisq; & sibi & posteris terræq; nomenclaturam tradens, ab anno videlicet nostræ Redemptionis 874. Sub hoc deniq; rege floruit Iamfridus tertius comes Barcinonæ, liberatus ex carcere Flandrico: ductaq; vxore Flandrica, Rossilonis atq; Bissuldensem comitatus consequitur à Francorum regibus.

48 GARCIAS primus, filius Alfonsi tertii, Aulam regem Saracenorum in bello captiuauit, præclara à barbaris relata victoria: cuius spoliis Ouetensem ecclesiam conditorium regum Legionis mirum in modum extulit.

49 ORDONIVS, tertius hac appellatione, frater germanus superioris Garciæ, bellum gessit cum Abdera rege Saracenorum. Cum quo infeliciter pugnauit, adeo vt Legionensis atq; Austuricensis episcopi in acie capti fuerint. Quam cladē rex comitibus suis adscribēs, iniuste comprehendit quatuor comites suæ gentis insigniores, apud Carronem oppidum, quos inaudita causa necari iussit: Nunium Ferdinandum, Donum Almidum, Aluum Dica-

Didacum Doni filium,& Ferdinandũ ex cognomēto Sul. Quæ tyrannis effecit, vt Castellenses defecerint ab obsequio Legionensis regni, ac proprios sibi iudices elegerint, summa gubernationis ad Nunium Resaraũ collata: a quo Ferdinandus Consaluus,& ordine alii comites Castellæ processerunt. vt in Catalogo illorũ videre est. Originem repetit ab his comitibus & Didacus Rodericus, cognomento Cydus. Porro Ordonius rex nulla re præclara gesta, præterquam quod Legionensem ecclesiam ditauit, reliquit filios qui sibi non successerunt, Alfonsum & Raymyrum, cóm cœpisset regnare anno 889.

50 FROYLLA secundus hoc nomine, frater Ordonii tertii & Garciæ, ob tyrannidem lepræ contagio infectus, regnare desiit: relictis liberis quatuor, Alfonso, Raymiro, Ordo-10 nio,& Froylla. Obiit anno Domini 899.

51 ALFONSVS quartus hoc nomine, Froyllæ secundi natus, ingressus monasterium, fratri Raymiro reliquit regnum Legionis. Sed ductus pœnitentia, Raymiro præripere gubernacula dum parat, excæcatur. Obiit priuatus, relicto filio Ordonio ex cognomento Malo, qui post regnauit.

52 RAYMIRVS secundus, hoc est, iuxta genuinam Germanorum pronunciationem Reich mayr/hoc est, diues princeps, filius Froyllæ secundi,& frater Alfonsi monachi, quarti ista appellatione accepit regni gubernacula à modo dicto monacho Alfonso: quem postea regnum repetentem excæcauit, circa annum DCCCCIV. Is adscito in societatem belli Ferdinando Condisaluo Castellæ comite, vasallo suo, Arabas ad Osuanam ciuitatem 20 vicit,& rursus apud Symancas grauissimo prælio attriuit, 80 millibus trucidatis. In quo prælio Abenagrum Cæsaraugustæ regem Saracenum viuum cæpit, cuoi regnasset annos nouendecim.

53 ORDONIVS hoc nomine quartus, filios Raymiri secundi natu maximus, subiit gubernacula regni Legionensis anno DCCCCXVI. ducta coniuge Vrraca, filia Ferdinandi Condisalui Castellæ comitis. Qua iterum dimissa (eo quod socer fratri Sanctio sociatus, cum Garcia rege Nauarræ, priuare eum regno tentasset) aliam superinduxit. Sed victus à Sanctio fratre, postremum abiit regnatum in Galliciam: vnde reges Galliciæ, qui secuti sunt, originem trahunt. Is vero cum regnasset 25 aonos in Gallicia, Viramundum filium eius regni successorem reliquit.

30 54 ORDONIVS quintus, ex cognomēto Malus, Alfonsi monachi hoc nomine quarti natus, regnum Legionis, Ordonio quarto in Galliciam fugato, occupauit. Sed a Sanctio Ordonii quarti filio apud Cordubam victus, regno exuitur, cum annos 20 secundum aliquos regnasset.

55 SANCTIVS, hoc nomine in Legionensi regno primus, Ordonii quarti Galliciæ regis filius, quem diximus Ordonio V regnum præripuisse, cum nimia corporis obœsitate laboraret, persuasus credidit se fidei Abdemari Saraceorũ apud Cordubam regis, vt a medicis ibi curaretur, qui tum isthic in ea scieotia celebres fuerant. a quibus iussu insidiosque regis barbari intoxicatus, ioteriit, anno Salutis nostræ 928, cum Castellæ comitem subiectione liberasset, regnique Legionensis feudo.

40 56 RAIMYRVS tertius, Sanctii primi filius, puer sex annorum gubernacula regni Legionensis iniit apud Legionem, Arragoniam & Toletum: Veramundo tertio filio Ordonii,& nepote Alfoosi monachi, iam apud Galletiam regnante: quem violata fide, Almanzor rex Saracenórum (ad quem Razes medicus scripsit) exercitum ducens, vicit, atque in Asturiã fugauit, præcepto Zamora. Quo tempore & Legionensis Compostellensisque vrbes à Mauris depopulantur. Aduersus quos Raymirus rex fortius insurgens, auxilio Veramundi Galletiæ regis,& Raymiri Garciæque Castellæ comitum, Saracenos ex suo regno expulit, vrbesq; recepit. Idē auxilio Ferdinandi Condesalui Castellaoi comitis Nordmannos à littoribus Hispaniæ remouit. Obiit circa annum 999, cum regnasset aonis 25. successore designato Veramundo Gallitiæ rege.

50 57 VERAMVNDVS, gentilitio Germanorum sermone non deprauato Werdeman/ Ordonii quarti filius, contra Raymirum, quod is regnum oegligenter administraret,& Saracenis oon recte resisteret, rex creatur apud Compostellam: qui Legionense quoq; haud ita multo post regnum consecutus est, ab anno Salutis relatæ 999. Habuit bellum cum Almãzore Arabum rege: in quo victus, vrbium suarum, Legionis ac Compostellæ direptionem vidit. Post quam cladem cum Maurus fatis concessisset, Veramundus, adiuncto sibi Gartia Arragonum rege, pugnam cum Mauris rediotegrauit,& eos vicit. Regnauit autem annis septem, relicto vnico filio Alfonso, filiaque Tiresia. tribuitur illi restitutio templi sancti Iacobi apud Compostellam.

58 ALFONSVS quintus hoc nomine, Veramundi superioris filius, qui regnũ Legionis

Galliciæ coniunxerat. Is ab anno Salutis 1006 fœdus percussit cum rege Maurorum apud Toletum residente, Abdala nomine, cui & sororem Tyresiam in matrimonium promiserat: etsi Christiana ac pia virgo, antequam infideli nubere vellet, monasticen sit professa. Interficitur vero Alfonsus quintus in prælio à Mauris, ante Visæum Portugalliæ vrbem, relictis duobus liberis ex Vrraca Garciæ Ennii regis Arragonum filia: Veramundo videlicet successore, & Sanctia filia, quæ duobus maritis nupsit, primo Garciæ Castellæ comiti, & inde Ferdinando Arragonum regi, Sanctii filio.

59 VERAMVNDVS hoc nomine tertius, Alfonsi superioris filius, anno Salutis 1015 gubernacula vtriusq; regni Legionis & Galliciæ suscepit: & solicitatus in bellū cum Ferdinādo Sanctiæ sororis suæ viro, apud Carrionem oppidum decertauit, victusq; interficitur adhuc iuuenis, anno regni sui decimo, postremus familiæ Pelagii regū Legionis: relicto successore sororis suæ viro, non satis amico, Ferdinando Castellæ comite.

60 FERDINANDVS, ex comite Castellæ factus rex Legionis & Galliciæ, ob vxorem Sanctiam, quæ erat soror Veramundi superioris, circa annum Domini 1025. Gessit bellum cum Garcia rege Nauarræ, Sanctii filio, qui Castellę ditionem conabatur occupare: in quo & Nauarrum occidit, & ex eo Nauarræ etiam regnum suæ stirpi adiecit. denique ex potestate Saracenorum, Conimbricam in Gallecia, & Valentiam eripuit, cum maiore Portugalliæ parte, vsus in hoc industria & opera Roderici Cydi illustris viri, vnde Mendozarum prosapia deriuatur à quibusdam. Idque factum perhibetur circa annum 1030. Obiit vero Ferdinandus anno regni sui quadragesimo septimo, sepultus apud Legionem in templo sancti Isidori, relictis quatuor filiis, & duabus filiabus: quorum Ferdinandus cardinalis fuerat, Sanctius in Castellæ regnum, Alfonsus in Legionem & Asturiam, Garcias in Galleciam & Portugalliam successit. Filiabus vero Vrracæ & Eliuræ Zamotam & Thaurum pro dote legauit.

61 SANCTIVS, hoc nomine secūdus, Ferdinandi superioris filius, ex patris voluntate & testamento Castellæ regnum vsurpauit. Sed eo non contentus, Legionis quoq; regnum Alfonso fratri præripuit, qui pulsus in exilium, apud regem Maurorum Toleti latebat, vsq; ad fratris interitum. Idem, fratre Garcia occiso, Galleciam & Portogalliam sibi vēdicauit. ob quam tyrannidem, sexto principatus sui anno à Vellidodolfo per insidias necatur, cum ex Blanca Garciæ Nauarræ regis filia nullam prolem tulisset.

62 ALFONSVS, hoc nomine sextus, Sanctii superioris frater, pulsus regno, cum diu apud Mauros in exilio vixisset, tandem extincto fratre, regnum non solum Legionis, quod testamento patris habebat, verum etiam Castellæ & Galliciæ consequitur. Gessit bellum cum Mauris ac Sarracenis, & ab his ingentem cladem accepit. In qua Infans Hispaniæ, cum septem comitibus, apud oppidum Aleazara de Consuegra desiderati sunt. Habuit sex vxores, ex quibus filias quinque progenuit. Ex Isabella videlicet, Ludouici regis Franciæ filia, Sanctiam, Roderico Nouæ ciuitatis apud Hispanos nuptam: ex Saida, filia regis Sibiliæ, Maura, quæ in Christianismo Maria dicta fuit, Sanctium progenuit, à Sarracenis interfectum: ex Constantia Vrracam, Raymundo Berengero Barcinonensi comiti nuptam, quæ secundis nuptiis Alfonso Arragoniæ regi coniuncta fuit. Idem ex pellice tulit Tyresiam, Henrico comiti Lotharingiæ cum regno Portugalliæ traditam, quod eius ductu ac virtute à Sarracenis illud esset regnum liberatum. Habuisse & ex altera pellice traditur, Xymena nomine, Alfonsum filium, qui in expeditione Asiatica profectus cum Gotofrido Boloniensi, occubuerat. Porro Alfonsus rex, de quo loquimur, obiit anno principatus sui 47, & regnum reliquit, cum liberos non haberet, Alfonso septimo nepoti suo ex Vrraca filia, Barcinonæ comiti nupta.

63 ALFONSVS septimus, etsi familiæ Castiliensis non esset, tamen procreatus ex nata Alfonsi sexti, vt nepos auo materno successit in regnis Castiliæ & Legionis. Multas ciuitates Mauris abstulit, quarum præcipuæ fuerant Cæsaraugusta, Doracum, Tudela, Borgia, Turecasso, & Bilbilis. Condidit quoque plerasq; de nouo, ex ruinis veteris Numantiæ, destructæ à Scipione, Soriam, Almazonium, Belferratum, & Burgum Pompilionis. Obiit in obsidione Fragæ oppidi, anno 1126, sine liberis, relinquens regna Legionis & Castellæ Alfonso octauo, Raymundi Berengarii Barcinonæ comitis filio, qui ex altera filia Vrraca Alfonsi sexti procreatus fuerat.

64 ALFONSVS octauus in Legionis regno, filius Raymundi Berēgarii comitis Tolosani & Barcinonensis, ex Vrraca Alfonsi sexti nata, iure cognationis, & ob matrem successit consobrino suo, sine liberis mortuo. Is statim inter initia regni Mauris abstulit Cordubam, Almericum & Baionam recuperauit. Habuit vxorem Berengnellam, Raymundi comitis Barcinonensis filiam. ex qua procreauit Sanctium, cui regnum Castellæ destinauerat: Ferdinan-

dinandum, cui regnum Legionis legauerat: Beatricem, Ludouico VII Franciæ regi nuptã. Obiit principatus sui anno, vt Hispaniæ annales habent, quinquagesimo, postquam ab expeditione Hierosolymitana rediisset. Sub hoc rege floruere insignes duo in Hispania medici Arabes, Auicenna apud Hispalim, & Auerrois apud Cordubam.

65 SANCTIVS cognomẽto Desideratus, hoc nomine tertius, in regno Legionensi, Alfonsi octaui Castellæ regis filius, patre adhuc viuente duxit vxorem Blancam, Garciæ Nauarræ regis filiam, ex qua Alfonsum nonum genuit. Mortuo deinde patri circa annũ Domini 1176, suscepit gubernandum & Legionis regnũ. Et quia illo fere tempore Templariorũ ordo per totum orbem subuertebatur, ipse in suo regno Templariis substituit ordinem mi-
10 litiæ nouum Calatrauæ nuncupatum. regnauit vno tantum anno, interfectus ab Arabibus, qui auxilio venerant Mauris ac Saracenis, Hispanias infestantibus.

66 ALFONSVS nonus ista appellatione, superioris Sanctii filius, successit patri anno Redemptionis humanæ 1177. gessitque grauissimum bellum aduersus Arabas, qui auxilio venientes Mauris ac Saracenis, Hispaniam citeriorem inuaserant. Ad cuius belli necessitatem adactus, ordinem sancti Iacobi de Spata instituit. Abstulit eo bello Saracenis Wedam ciuitatem, & Miremomolinum ipsorum regem auxilio Petri Arragonum regis vicit, ducentis millibus Arabum & Saracenorum interfectis, circa annum Domini 1212. Procreauit ex Leonora vxore Henrici Angliæ regis filia septem liberos: Sanctium, pueriilibus annis mortuum: Ferdinandum, qui item iuuenis obierat: Henricum, qui patri successit:
20 Blancam, quæ nupsit Ludouico septimo Galliæ regi, mater sancti Ludouici: Berengariam, Alfonso Legionis regi: Vrracam, Portugalliæ regi: & Leonoram, Iacobo Arragonum regi nuptas. Ipse Alfonsus nonus obiit tricesimo octauo regiminis sui anno, nostræ vero Redemptionis 1215. Qua tempestate sanctus Dominicus in Hispania ordinem Prædicatorũ instituerat, à Papa Honorio tertio confirmatum, anno 1218.

67 HENRICVS, filius Alfonsi noni, patri in Castellæ modo regno successit, & biennio tantum gubernauit, casu à latere ex tecto labente interfectus apud Polentiam vrbem. Cuius soror Berengaria nupserat Alfonso regi Legionis, hoc nomine decimo. Quam viduatam Ioannes rex Hierosolymitanus, cum ad visendum S. Iacobum in Hispaniam transfretaret, sibi coniunxit.
30 68 ALFONSVS decimus rex Legionis, Henrici Castellæ regis germanus, progenuit in sui regni administratione Ferdinandum filium.

69 FERDINANDVS hac appellatione secundus, rex Legionis & Castellæ simul, duobus regnis auitis rursus coniunctis, circa annum Salutis 1217, rerum potiri in Hispaniis cœpit (nam Henricus frater nullam prolem reliquerat) Is Saracenos ex omni tractu Hispaniarum expulit, Vandalia Hispali & Corduba receperatis, Granatæ regem in Betica stipendiarium fecit. & ex Beatrice Brabantiæ ducis nata sex liberos suscepit: Alfonsum, Fridericum, Emanuelem, Philippum, qui Christianam Daniæ regis filiam sibi coniunxerat, Sanctium & Henricum. Duxit & alteram prima mortua coniugem, Ioannam comitis Pontis filiam, ex qua Ludouicum & Leonoram tulit. Obiit apud Hispalim, anno Domini 1262,
40 cum regnasset annis 46. Qua tempestate claruere in Hispania Antonius de Padua ordinis Minorũ, & Bernhardus presbyter Compostellanus, I. Canonici doctor: item Hugo cardinalis S. Sabinæ, ex ordine Prædicatorum.

70 ALFONSVS huius nominis decimus, patri successit in regno, anno Domini 1262, ducta vxore Violanta, Iacobi Arragonum regis filia: ex qua filiam primo Berengariam tulit, mox septem alios liberos procreauit, Ferdinãdum cognomento de la Corda (cui Blanca diui Ludouici regis Franciæ nata nupsit, mater Alfonsi & Ferdinandi de la Corda, vnde nobilis prosapia de la Corda defluxit) Sanctium successorem, Ioannem (cui Margaretam marchionis Montisferrati filiam collocauerat) Iacobum, Petrum, Leonoram & Mariam. Progenuerat & ex pellice Beatricem, quam Alfonso Portugalliæ regi collocauerat, cum Algarbi comitatu. Porro Alfonsus hic decimus leges Hispanorum condidit Par-
50 tidas genti cognominatas. Eligitur in Imperatorem ante Rudolphum Habsburgensem, sed renunciauit iuri suo XV post electionem anno. Idem Imperatorem Constantinopolitanum à Sultano Ægypti captum, magno ære collato redemit. Moritur 25 principatus sui anno, sepultus Murciæ, quam à Saracenis liberauerat. quorũ item irruptionem factam anno millesimo CCLXVIII, fortissime compescuit, & Hispanias a præsenti pernicie ac itago vindicauit. Fertur fuisse Astronomiæ studiosissimus, vt vel tabulæ Alfonsinæ, quæ adhuc leguntur, contestari possunt. Quo regnante, claruit apud Hispanos Petrus Portugallensis medicus insignis, electus in episcopum Tusculanum, & inde in Papam, nomine Ioannem vigesimum primum.

71 SANCTIVS, hoc nomine quartus, patri, vtpote Alfonso decimo, successit in Castellæ ac Legionis regnis, anno Domini 1287. Cōtra Mauros fœliciter pugnans, Tarifam, olim Carteiam vocatam, vrbem abstulit: regem Fessæ Maurum ex Aphrica contra Hispaniam cum ingenti classe soluentem, nauali prælio superauit. Ex Maria filia Alfonsi infantis Hispaniarum, liberos procreauit: Ferdinandum, Petrum, Philippum & Henricum: & obiit octauo gubernationis anno.

72 FERDINANDVS huius nominis tertius (cuius etymon forte, si modo est Teutonicum vocabulum, a Werdmando, hoc est egregio, deriuari poterit) patri successit in regnis Legionensi ac Castiliæ, anno 1295, adhuc in pueritia & sub matris tutela cōstitutus. Aduersus quem, tanquam puerum, mouentem Alfonsum de la Corda, per suos duces compescu- 10 it. Is porro ex Constantia Portugalliæ regis nata, Alfonsum genuit vndecimum, qui in regno Castellæ patri successit: & Leonoram, Arragoniæ regi Alfonso collocatam. Obiit ipse tertio decimo anno gubernationis, admodum iuuenis, qua tempestate Dionysius nepos Alfonsi decimi in Portugallia regnabat, ac milites IESV CHRISTI sub ordine Cisterciensi instituerat, apud oppidum Lusitaniæ Tomarium.

73 ALFONSVS vndecimus, in patris Ferdinandi tertii locū successit, anno Salutis nostræ 1308. ductaq; Dionysii Portugalliæ regis filia Maria, genuit Petrum regem successorem, & ex pellice Leonora de Cuzman Henricum & Fridericum. quorū Henricus Trastumaræ comes, Fridericus vero diui Iacobi magister generalis, facti fuere. Tulit ex variis pellicibus & alios filios, Sanctium, Petrum, Telium, & Didacum. quorum postremos, Petrus 20 successor Alfonsi necari iussit. Gessit bellum prospere cum Arabibus, Almoareo & Hynzephio Maurorum regibus victis, & Alcala oppido recuperato. Interfecit Calatrauæ ordinis magistrum, alio de nouo ordine substituto, de la Banda. Obiit in obsidione castri Gibraltar, cum regnasset annos quadraginta duo. Huius quoque sub regimine nouus ordo militum aduersus Mauros institutus, sub nomine Christi, ab Innocentio secundo Pontifice maximo. Quorum magister generalis in Marno Syluensis diœcesis oppido sedem habet, apud Lusitanos. Cui ordini residuæ possessiones Templariorum attributæ fuere, quæ illi in Portugallia habebant. Claruerunt præterea hac tempestate, Alfonsus ordinis Heremitarum Hispalensis episcopus, & Aluarus ordinis Minorum.

74 PETRVS, filius Alfonsi, successit patri in regnis Legionensi & Castellæ, circa annū 30 Domini 1350. Et ex Blanca, ducis Borbonū filia, Galla, nullam prolem tulit. itaq; ea præter causam dimissa, fratrem quoq; Fridericum, ordinis S. Iacobi magistrum, obtruncauit, nullis culpæ causis. Idem Rubeum Granatæ regem, exulē ac hospitem, ob thesauros iugulauit. Quo circa tyrannidem crudelis hominis cæteri fratres fugientes, Telius, Sanctius & Henricus, ad regem Arragonum se cōtulerunt. Cuius auxiliis fulti, Petro bellū inferunt. Quem postremo comprehensum, Henricus frater iugulauit. Huius ætate terræmotus magni in Hispania fuere: ac claruit Sabinus cardinalis, qui nomine Innocentii papæ Carolum quartum coronauit, & Bononiæ collegium pro natione Hispanorum fundauit.

75 HENRICVS frater & interfector Petri superioris, regno Arragoniæ cætera adiecit, circa annum millesimum CCCLXIX. qui ex Ioanna, Infantis Ioannis Emanuelis de la Cor- 40 da cognominati filia, Ioannem regem genuit successorem, & Leonoram regis Nauarræ coniugem. regnauit octo annis, sepultus ad S. Dominicum de la Calzada, Caligarritensis diœcesis.

76 IOANNES, supradicti Henrici natus, patri successit circa annū 1377. ex Leonora Petri Arragonum regis filia tulit filios, Henricum successorē in regnis Legionensi ac Castellæ, & Ferdinandum apud Arragones regem creatum. Qua mortua, alteram duxit, Beatricem Ferdinandi Portugalliæ regis filiam vnicam. Qui defuncto socero, vxoris ius super Portugallia prosequens, à Ioanne notho Portugallense repellitur.

77 HENRICVS, filius Ioannis ex Catharina ducis Landcastrēsis Angli filia, genuit Ioannem successorem, Catharinam, & Mariam: quam Alfonso Ferdinandi filio, nepoti suo, 50 coniunxit. Is viuente patre, Asturiæ principatum administrauerat. successit patri in regno, circa annum 1389. Obiit Toleti, anno ætatis 28, regiminis 16.

78 IOANNES hoc nomine secundus, patri Henrico puer in cunabulis successit, sub tutoribus Maria, Catharina Angla, & Ferdinando patruo diu consistens, donec XIV annos cum attigisset, accepta in vxorem Maria Ferdinandi patrui filia, regni in se gubernacula transtulit. ex qua Henricum quartum genuit. Habuit & secundam vxorem, Isabellam, Ioannis Infantis Hispaniarum natam, qui filius Ioannis Portugalliæ regis fuerat. Ex qua tulit Alfonsum, qui adolescens obiit: & Isabellam. Anno obiit suæ gubernationis 50, à nato Christo 1446.

79 HEN-

79 HENRICVS, huius appellationis quartus, Castellæ ac Legionis rex, anno regnare cœpit restitutæ Salutis 1454. Et ex Blanca, Ioannis regis Arragonũ filia, nullam prolem tulit. Itaq; ea dimissa, secundam vxorem duxit, Ioannam Eduardi Portugalliæ regis filiam, ex qua Isabellam filiam tulit, quam alii suppositam à matre autumant.

80 FERDINANDVS, huius nominis quartus, Ioannis regis Arragonum filius, ob vxorem quæ soror fuerat Henrici superioris, regna Castellæ ac Legionense consecutus est.

81 IOANNES quintus, Ioannis Arragonum regis filius vnicus, prætextu vxoris Isabellæ, regna Legionense ac Castellæ possidere cœpit, ab anno Salutis 1477. Is partem Beticæ, quam Granatam vocant, Mauris eripuit, occupatam ab Barbaris circa annum 780. Condidit Sanctam Fidem ciuitatem: Fortunatas insulas Oceani meridionalis inuenit, suæque ditioni adiecit, anno 1490. Inuenit & opera Christophori Columbini insulam Conceptionis sanctæ Mariæ, appellatam Hispagniolam, & alias in mari Indico dispersas insulas. Progenuit ex Isabella coniuge Ioannem filium, cui Margareta Maximiliani Cæsaris nata desponsatur. Qui tamen sine prole obiit ante patrem. Suscepit ex eadem & filias 4. Isabellam, quæ nupsit Alfonso Ioannis Portugalliæ regis filio: quo vita functo, Emanueli Portugalliæ regi coniungitur: Mariam, quæ post mortem Isabellæ sororis suæ, eidem Emanueli nupsit: Catharinam, Arturo regis Angliç filio copulatam, & exinde Henrico octauo traditam, Angliæ pariter regi, quam sine causa nostra memoria repudiauit: & Ioannam, Philippo archiduci Austriæ, Maximiliani Cæsaris filio collocatam, matrem CAROLI quinti Imperatoris, ac FERDINANDI regis: qui dum hæc scribimus, rerum per Hispanias, Italiam, Angliam, Belgicas, Burgundiam, Bohemiam, Hungariam, ac Austriæ prouincias potiuntur. Idem ex pellice progenuit Alfonsum, Cæsaraugustæ & Montis regalis archiepiscopum. Idem anno gubernationis suæ duxit aliam vxorem, germanam ducis a Nabona. Sed viuus adhuc regna genero Philippo Austriaco commisit, ac Neapolim abiuit: vbi & obiit, anno 1516. cum gener antea mortuus fuisset, suosq; nepotes auus vidisset.

REGES ARRAGONIAE, SIVE TARRACONENSES IN CATALANIA, hoc est Gotlandia prouincia, ab ipsa primitus gente denominata.

1 RENOSVNDVS, id est, Rheyngesund patrio sermone, quam vocẽ si Latine reddere velis, puram ac sinceram sanitatẽ ostendit. Is à Bamba rege altero Gothorum, apud Toletũ bello superatur anno 676. Quippe ob tyrãnidem Bambæ, qui apud Barcinonẽ Gothorum aliquot comites necasset, detrectans obsequium, veterem Gothorum prouinciam quam Gothlandiã, Romani vero corrupte Catalaniam dixerunt, occupauerat, suæq; ditioni vendicauerat: vbi Romanis quondam Tarraconensis Hispania distincta fuerat: vnde & T litera prima deleta Remisundi posteri Arragoniam illum terræ tractum appellauere.

2 OTGERVS, cognomẽto Gallantes, patrio forte sermone Ottokharus, ab agrorum depopulatione nuncupatus, regnum Cataloniæ siue Arragoniæ armis à Bambæ regis Tolotani tyrannide secundo vendicauit, auxilio Comitum quorundam Gothicæ gentis, Hugonis, Napiferi, Galarandi, Montecadæ, Guiliermi, Raymundi, Cerualli, Cerueræ, & Petri Alemanni. Quos corrupte Hispani pronunciabant, pro Hang dapfer/ Gelrand/ Muetiger/ Wilhelm/ Raymund/ Kerler/ Erler.

3 NAPIFER, vnus ex nobilibus comitibus, qui Otgero regi auxilio fuere, ad retinendum Arragoniæ regnum, electus à popularibus in regem, post Otgerum regnum modo dictum, aduersus Sarracenos pariter Pipini Galliarum siue Francorum regis auxilio, fortiter tutatus est in Ceritania.

4 GARCIAS, ex cognomento Xymenes, ex rege Sobrarbæ, in Pyrenæis montibus sitæ prouinciæ, Arragoniæ rex eligitur: Nauarræ regnum a Sarracenis recepit, barbaris ex Pyrenæis mõtibus procul fugatis. Obiit anno Domini 758, cum regnasset 30 annos, sepultus in ecclesia sancti Ioannis de Petra, vulgo de la Penyn, à se fundata. vsurpabat is in insignibus suis arborem viridem, & supra eam crucem rubram in croceo campo. Huic quoq; regi Pipinus rex Francorum aduersus Sarracenos auxilio fuit.

5 GARCIAS secundus, superioris Garciæ filius, liberauit à Mauris Pompilonam ciuitatem, & alias plerasque Christo vendicauit. cum annos 30 regnasset, sepelitur in supradicto conditorio de la Penyn, S. Ioannis ecclesia, anno 789. Et in hoc defecit primum stemma regum Arragoniæ.

6 ASVAR, assumptis quibusdam Christianis militibus, Arragonem flumen traiecit, tractumque magnum Sarracenis, oppidaq; multa abstulit. Arragoniæ se tamen nõ regem, sed comitem vocare maluit, relicto filio Galindo.

7 GARCIAS, tertius eius nomenclaturæ, filius Veramundi Castiliæ principis, assumitur in regem ab Arragonibus: & ex monasterio, vbi monasticen professus erat, extrahitur. Cuius frater Raymirus, Legionis ac Castellæ rex erat.

8 FORTVNIVS, Garciæ tertii filius, ex cognomento Inegius, vxorem duxit Galindi Arragoniæ comitis filiam, & regnauit annis 27.

9 SANCTIVS, hoc nomine in regno Arragoniæ primus, Fortunii superioris natus, parum prospero prælio vsus, & ipse oppetiit, & regni sui maximam partem amisit: adeo vt Nauarræ atq; Arragoniæ regna pene seculi spacio in Barbarorum seruitute fuerint, vsque ad Ottonum imperia, qui ex Italiæ ora Hispanos iuuerunt.

10 ENECVS, ex cognomento Arista, comes Bigorrensis, ex posteritate Gothorum, in montibus Pyrenæis colentium, adiutus ex Italia ab Ottonibus Imperatoribus, excusso iugo barbarico, Mauros in Tarraconēsi Hispania adgressus, eos fortiter inde profligauit, nouamque faciem regnorum Arragoniæ ac Nauarræ constituit. regem se (quod equidem inuenire licuit) primus Arragoniæ appellauit, annum Salutis circa 912. & septem annos gubernauit. 10

11 GARCIAS Enecus, superioris Eneci filius, ex Vrraca filia Ferdinandi Condisalui, Castellæ comitis, ab Ordonio tertio rege Legionis viduata, natum procreauit, & illum Sanctium Abarcam nominauit. Incœpit regnare ab anno DCCCCXIX, & decem annos regnum obtinuit.

12 SANCTIVS Abarca cognomento, ex vtero matris cæso natus Cæsar, vicit Mauros, Nayra ciuitate recuperata. Et ex Toda coniuge reliquit sex liberos, Garciam, Sanctium successorem, Vrracam coniugem Alfonsi Leoginensis regis, Sanctiam Raymiri Castellæ regis coniugem, Mariam Ordonio Legionensi regi collocatam, & Blancam Nugiæ Cantabriæ comiti traditam. Incœpit regnare ab anno Domini 929, & septem annos rexit Arragones. 20

13 GARCIAS Sanctius, cognomento Tremulus, à manuum tremore dictus, cum regnasset annos 28, obiit, sepultus in templo S. Ioannis Baptistæ de Penya.

14 SANCTIVS Maior cognomēto, vxorem habebat Eliuram, Sanctii Gundisalui Castellæ postremi comitis filiam. & ratione matrimonii illius Castellę rex factus, à Ferdinando priuigno Legionense quoque regnum gubernandum accepit. denique quia Cordubam & Toletum Sarracenis eripuerat, totam pene Hispaniam ditioni suæ subiecerat. Obiit anno 1018, tegminis 54 (sunt qui eum regnare incœpisse scribant circa annum 964) in ecclesia S. Ioannis de la Penya sepultus, relictis tribus filiis: quorum, Ferdinando Castellæ regnum, Garciæ Nauarræ, & Raymiro Arragoniæ, testamento distinxerat, vnde reges Arragoniæ processerunt. 30

15 RAYMIRVS, huius nominis primus, Sanctii maioris filius, fratribus in Castellæ ac Nauarræ regnis dimissis, ipse patris testamēto in auito Arragoniæ regno mansit, anno 1016. Cui Vasconiā armis adiecit. Sobrarbiam quoq;, Sanctio eius rege sine prole mortuo, comparauit. Occiditur à fratre Ferdinando per insidias, anno principatus sui 46, cōditus in maiorum sarcophagis apud S. Ioannem de la Penya. relictis ex Ermisenda coniuge duobus filiis, & totidem filiabus, Sanctio videlicet successore, Condisaluo episcopo Iacense, Tyresia comitis Prouinciæ vxore, & Sanctia comitis Tolosani coniuge. 40

16 SANCTIVS, hoc nomine quartus, cognomento Minor, Raymiri superioris filius, bellum aduersus Sarracenos gessit: quibus multa oppida in Hispaniis ademit, & alia quædam à fundamentis construxit: Stellam, Lauam, Ayerben. Adiecit Arragoniæ, Nauarræ regnum, Garcia patruo suo in acie victo & occiso. Interficitur postremo sagitta in obsidione Oscensis ciuitatis, anno regni 35. eum ex Fœlicia coniuge procreasset Petrum, Alfonsum, & Raymirum monachum sancti Pontii in Gallia. Incœperat autem regnare anno millesimo LXIII.

17 PETRVS huius nominis in Arragonia primus, Sanctii quarti filius, testamento patris rex creatus Arragoniæ, cum viuente adhuc parente Montisonæ & Ribagoriæ princeps extitisset, & patri succederet in Arragonia 1098, & ex Agnete vxore tulisset Petrum & Isabellam, qui ante patrem rebus humanis eximuntur: ipse Oscam ciuitatem Mauris abstulit, Zabano rege illius profligato. Cuius rei gratia Vrbanus II papa decimas, primitias, omniumque beneficiorum collectiones per sua regna concessit. Obiit anno Christi 1108, & annos gubernauit 10. 50

16 RAYMIRVS II, ex monacho rex factus, Pōtificis dispēsatione habita, fratri Petro sine prole mortuo, in regnis Arragoniæ & Nauarræ successit. Qui ex filia comitis Petri, filiam vnam procreauerat, Petronellam nomine, quam Raymundo comiti Barcinonēsi collo-

loca-

locauit,eumque hæredem regnorum ſuorum inſtituit. Obiit anno Salutis 1147, ſepultus in cœnobio Oſcenſi a ſe fundato. & in hoc,primorum de Arragonia ſtemma defecit.

19 RAYMVNDVS comes Barcinonæ à Raimyro adoptatus,cuius gener fuerat, regnum Arragoniæ adminiſtrandum accepit.Qui continuo bello Mauris abſtulit Verdam, Fragum,Dertoſam & Almeriam.& XXX eccleſias in ſua ditione à fundamento conſtruxit.Floruit circa annum 1148.

20 ALFONSVS, hoc nomine primus in Arragonia, Raymundi ſuperioris domus Barcinonenſis filius,patri in regno Arragoniæ ſubrogatur.Et ex Sanctia, Alfonſi Caſtellæ regis nata, procreauit Petrum ſucceſſorem,Alfonſum comitem Prouinciæ, Ferdinandũ abbatem Montis Arragonum,Conſtantiam Hungariæ regis coniugem,ſiue vt alii volunt, Friderici primi Imp. cognomento Barbaroſſæ, Leonoram comiti Toloſano traditam, & Sanctiam filii eiuſdem Toloſani vxorem. Condidit Alfonſus monaſterium Populeti in Catalonia. Conſtruxit & Tueolium ciuitatem: & Ruſſilonem, quam Perpinianum vocant,reſtaurauit.Obiit anno 1196,ſepultus in Populeti ſua fundatione.

21 PETRVS ſecundus regni Arragoniæ iſta nomenclatura rex, Alfonſi primi filius, familiæ Barcinonēſis,an.ætatis ſuæ 20.gubernacula regni iniit,Barcinonēſi pariter comitatu ſubiecto.Qui ex Maria Guliermi comitis Montis peſſulani nata, Conſtantinopolitani imperatoris nepte, Iacobum progenuit, ſucceſſorem regni: & Conſtantiam, nuptam Gulielmo Raymundo comiti de Montecada, quam tamen multi ex pellice natam exiſtimant. iuuit regem Caſtellæ Alfonſum nonum aduerſus Myramolinum Saracenorum regem: & inde triumphans Romam profectus, ab Innocentio papa tertio corona azymi panis coronatur. Occiditur in bello contra Simonem Montisfortis, & comitem Toloſanum geſto,anno Chriſti 1213,regni ſui decimo ſeptimo.

22 IACOBVS Petri ſecundi natus, duas in matrimonio habuit claras fœminas,Leonoram Alfonſi noni Caſtellæ regis filiam,ex qua progenuit Alfonſum filiũ,qui puer obiit. & illa repudiata ob gradum conſanguinitatis, duxit filiam regis Hungariæ Holeſiam,ex qua progenuit Petrum ſucceſſorem, Iacobum regem Maioricæ & Minoricæ, comitem Roſſilonis & Montisfeſſulani: & Sanctium archiepiſcopum Toletanum,qui in prælio cõtra Mauros occubuerat. Tulit & quinque filias, Iſabellam Philippi regis Franciæ, Violantam Alfonſi decimi Caſtellæ regis, Conſtantiam Emanuelis fratris Caſtellæ regis coniuges: Mariam & Leonoram virgines. Suſcepit & ex Tyreſia pellice Bidauræ filia Petrum comitem de Caſtro, & Iacobum comitem de Xerico in Valentiæ regno. Habuiſſe fertur & ex aliis pellicibus plures liberos, Petrum,Ferdinandum,dominum de Ixar, cui Nauarræ regis filiam coniugem impetrauerat: & Ferdinandum Sanctium,à quo domini de Caſtro proceſſerunt. Is rex Iacobus inſtituit ordinem ſanctæ Mariæ de Mercede,apud Barcinonam,ſub regula ſancti Dominici. Obiit in Algiera Valentiæ ciuitate, cuius quoque regni gubernator ac dominus fuerat,anno ætatis ſuæ 88. Chriſti vero 1276, in monaſterio Populeti ſepultus.

23 PETRVS, tertius eius appellationis in regno Arragoniæ,& Barcinonenſi comitatu:ex vxore Conſtantia Manfredi Siciliæ regis,nothi filii Friderici ſecundi, nata vtriuſque ſexus liberos tulit: Alfonſum,ſucceſſorem: Iacobum, Siciliæ regem: Fridericum,regem Siciliæ: & Petrum, qui priuatus vixerat: Iſabellam, Dionyſii Portugalliæ regis coniugem: Violantam, Roberto Neapolitano regi collocatam. Obiit apud Barcinonem, anno 1286.

24 ALFONSVS,cognomento Largus,hoc nomine in Arragonia ſecundus, patri in regnis Arragoniæ & Valentiæ, ac comitatu Barcinonenſi ſucceſſit. Is Iacobum patruum, quod aduerſus Petrum patrem ſuum Gallis adhærebat,Maioricarum regno priuauit,& eã ſuæ ditioni inſulam adiecit. abſtulit & Mauris Minoricam, & apud Barcinonem obiit anno ætatis ſuæ 27, ſine liberis, quia vxorem nunquam duxerat: Arragoniæ regno fratri ſuo Iacobo Siciliç regi relicto,anno lapſo à Saluatoris natiuitate 1292.

25 IACOBVS Alfonſi ſuperioris frater ex rege Siciliæ, vbi patris Petri Regis teſtamento rex erat conſtitutus, fratri ſine prole mortuo in Arragoniæ ac Valentiæ regno Barcinonenſiq; comitatu ſubrogatur, fratri Friderico Sicilia commiſſa. Habuit vxorẽ Mariam, Alfonſi decimi Caſtellæ regis natam:cum qua nondum deflorata,iuſſu Romani pontificis diuortium fecit, & exinde Blancam Caroli Neapolitani regis filiam duxit. Ex qua liberos procreauit,Iacobum (cui Alfonſi decimi Caſtellæ regis filiam collocauit,qui tamen ea intacta magiſter ordinis S. Ioannis eſt deſignatus) Alfonſum tertium,qui ob Tyreſiam neptem comitis Vrgelli,comitatum eum Arragoniæ adiecit: Petrum comitem Empuriarum, Raymundum Berengarium comitem Pratenſem ac Ribogarcatum, atque Ioan-

num Toletanum archiepiscopum, ac Alexandrinum patriarcham. Filiæ, Constantia Emanueli regi Castellæ Maria Petro Castellæ Infanti nupsere: Blanca abbatissam Xixensem egit, Violanta principis Tarentini coniunx fuit, & Isabella ducis Austriæ. Progenuit & ex pellice Iacobum, qui Ioannem filiam Lupi comitis sibi coniunxerat, ac Lunæ comitatu comparauerat. Dicitur Iacobus & tertiam duxisse vxorem, Elisendam Petri comitis de Montecada filiam: quæ mortuo rege marito, apud Barcinonem cœnobium Sanctimonialium instituit, vbi & condita iacet. Fertur præterea classe in Siciliam Iacobus iste profectus esse, & bellum aduersus Fridericum fratrem gessisse, ac postea obiisse apud Barcinonam, anno ætatis suæ 66, a nato Christo 1327, rege ac successore, Alfonso filio instituto, cum Iacobum alterum filium in Sardiniam misisset.

26 ALFONSVS huius nominis tertius in regno Arragoniæ, filius Iacobi superioris, rebus præclare in Sardinia gestis, eaq; patri Iacobo insula subiecta, coronatur post mortem patris in Arragoniæ regem apud Cæsaraugustam, anno Salutis 1327. Et ex Thyresia comitissa Agerensi tulit liberos Petrum successorem, Iacobum comitem Vrgelli, Fridericum, Alfonsum, & Tyresiam. Quorum postremi in iuuentute obierunt, circa annum Salutis 1328, sepulti Cæsar augustæ in cœnobio Franciscanorum. qui ex Leonora Alfonsi decimi Castellæ regis filia genuit Ferdinandum Dertoso marchionem, & Constantiam, quæ nupsit Iacobo vltimo Maioricarum regi. Obiit vero ipse Alfonsus senior apud Barcinonem, anno incarnationis Diuinæ 1336, sepultus Ilerdæ in templo Minorum. Quo tempore Ioannes rex Cæsaraugustanam ecclesiam archiepiscopali sublevasset dignitate, quinque illi aliis cathedralibus subiectis.

27 PETRVS, hoc nomine quartus cognomento Cremonesus, patri Alfonso in regno Arragoniæ sufficitur, annos natus 18. Qui Ferdinandum fratrem ex altera matre genitum, quod regno inhiaret, insidiis nouercæ, quæ Petro tutrix data fuerat, occidit. Sublatis è medio & his, qui Ferdinandi eiusque matris factioni contrarii fuerant ex satrapis. Habuit in matrimonio quatuor nobiles fœminas: Mariam, Nauarræ regis filiam, ex qua Ioannam tulit, Emporiarum comitis vxorem, & Petrum qui infans obiit: secundam duxit Leonoram, Portugalliæ regis coniugem, quæ sine prole mox post nuptias obiit: tertiam deinde duxit regis Siciliæ cognati filiam, ex qua Ioannem & Martinum filios suscepit, quorum alter in regnis fuit successor, alter vero dux Montis Albe fuit. Genuit & filiam Leonoram, quæ nupsit Ioanni, Henrici Castellæ regis filio. Duxit postremo, mortua Leonora, iam senex, Sibiliam Forcianam viduam, humili loco natam. ex qua progenuit Isabellam filiam, Iacobo comiti Vrgelli & vicecomiti Agerensi traditam. Iuuit is Henricum, aduersus fratrem Petrum Castellæ regem. Gessit præterea bellum cum Genuensibus, qui Sardiniam abstulerant regno Arragoniæ, insulamque recuperauit. Priuauit idem sororis suæ maritum Iacobum regno maioricarũ, ac comitatib. Rossilonis ac Ceretaniæ, quod obsequium denegaret. Obiit Barcinonæ, cum annos LI. regnasset, sepultus in cœnobio Populeto.

28 IOANNES, in regno Arragoniæ primus, patri Petro quarto successit in regno Arragoniæ, ac Barcinonæ comitatu. Qui ex Mathæa Arminiacensis comitis filia, Ioannam progenuit, Mathæo Foxæ comiti nuptam. Qua defuncta, alteram duxit, Violantam ducis Eburæ filiam, quæ peperit Iacobum Delphinum Gerundæ comitem, qui puer Cæsaraugustæ obiit: & Violantam, cognominem matri filiam, quæ tradita est Ludouico Neapolitano regi, & Andegauensium duci. Sub hoc rege, ciuile sæuiit non solum in Arragonia, verum etiam in Barcinonensi ditione & Maiorica insula bellum: quod cum extinxisset, obiit in venatione, anno nostræ Redemptionis 1396, sepultus in Populeto. Eius tempore Petrus de Luna Arragonius in Pontificem eligitur, & Benedictus XIII, vocatur, Constantiensi concilio depositus.

29 MARTINVS Ioannis frater germanus, successit anno 1398. Cuius vxor Maria Lunæ comitis filia, comitatum Lunæ Arragoniæ coniunxit, & Martinum secundum peperit. Qui ducta Friderici Siciliæ regis filia, Siciliam iterum retulit ad Arragoniam. Fertur & secundum duxisse vxorem, Margaretam, Pratarum comitis filiam, quæ sine prole obiit. Moritur & ipse anno Dominicæ incarnationis 1410, anno fere post mortem Martini filii, regis Siciliæ, in manasterio Vallis domicillæ prope Barcinonam sepultus. Sub quo floruit Vincentius Catalanus, ordinis Prædicatorum theologus, quem Calixtus tertius papa canonizauit.

30 FERDINANDVS, primus hoc nomine rex Arragoniæ, Ioannis Portugalliæ regis filius, prætextu matris quæ erat filia Petri regis Arragonum, regnum Arragoniæ ac comitatũ Barcinonæ consecutus est, circa annum Salutis humanæ 1412, & Martino mor-

tuo

tuo fine prole, ex electione magnatum successit. Duxit vxorem Leonoriam, filiam comitis Alburque in vlteriori Hispania. Ex qua quinque procreauit liberos: Alfonsum, successorem in regno Arragoniæ, qui & Neapolitanum regnum sua deinde virtute adeptus est: Ioannem secundum, qui respectu vxoris suæ Blancæ, Nauarræ regnum obtinuit: Henricum equitem, ordinis sancti Iacobi generalem magistrum: Sanctium, præfectum ordinis Alcantare & Calatrabæ: & Petrum, qui Neapolitano bello obiit. Filiarum, Maria nupsit Ioanni Castellæ regi, & Leonora Eduardo Portugalliæ regi. Obiit ipse Ferdinandus ætatis suæ anno 43, incarnationis Diuinæ 1416. Fertur ab Annalibus Hispaniæ, Sigismundum Imperatorem Hispanias ingressum honorifice excepisse. Quod in cæ-10 teris historiis non traditur.

31 ALFONSVS, huius nominis quartus in Arragoniæ regno, Ferdinandi superioris filius, Neapolitanum regnum auitæ maiorum ditioni adiecit, armis & longa Neapolitanæ vrbis obsidione, Renatoque rege illegitimo profligato. Qui ex Maria, Henrici Castellæ regis nata, cum nullam prolem tulisset, ex concubina tamen filium procreauit Ferdinandum, Neapolitanum regem, & Calabriæ ducem. contra quem Carolus rex Galliæ instinctu Ludouici Sfortiæ Italiam primus ingressus, perniciosum illud bellũ incœpit, quod adhuc hodie durat. Porro idem Alfonsus reliquit duas filias: Mariam, coniugem marchionis Ferrariæ: & Leonoram, ducis Suesani vxorem. Ipse porro Alfonsus obiit in Castro nouo Neapoli, anno 1458, ætatis suæ 65. Hac tempestate Alfonsus Borgia Valentinus episco-20 pus, & patria Catalanus post Martinum quintum, Pontificatum maximum consecutus est, in eo Calixtus tertius nominatus.

32 IOANNES secundus hoc nomine, Ferdinandi regis Arragonum filius secundogenitus, fratri successit, sine prole legitima extincto. Is Blancam, Caroli Nauarræ regis filiã duxit vxorem. ex qua filium Carolum habuit, qui ante patrem obiit: & Blancam filiã, quæ nupsit Henrico Castellæ regi, Ioannis secundi filio: & Leonoram, Gastoni comitis Foxani vxorem, quæ mortuo patre Nauarræ regnum consecuta, Arragoniæ iterum adiecit, quod sæpe antea abalienatum fuerat. Idem Ioannes defuncta Blanca prima vxore, duxit alterã Ioannam, Friderici Almirantis Castellæ filiam: ex qua progenuit Ferdinandum, qui patri successit in regno Arragoniæ & Nauarræ. Progenuit & filiam Ioannã, nuptam Ferdi-30 nando regi Neapolitano, ac Siciliæ. Ex pellice autem Castellana suscepit Ioannem archiepiscopum Cæsaraugustensem, & Alfonsum ducem Villæ formosæ. Suscepit & ex aliis pellicibus, Ferdinandum, Alfonsum, ac Leonoram, qui in pueritia obiit Barcinonæ, anno Domini 1478. relictis hæredibus: Ferdinando quidem in regnis Arragoniæ, Castiliæ, Siciliæ & Neapoli: atque Isabella sorore, Henrico Castiliensis vidua. Habuit & Phœbum nepotem, ex Castorino comite Foxino, quem Nauarræ regem instituit.

CATALOGVS REGVM SOBRARBBAE ET Nauarræ, ex posteritate Gothorum in Hispaniis.

40 1 GARCIAS, Sanctii maioris regis Arragonum filius, ex diuisione cum fratribus, quos multos habuerat, Nauarræ regnum apud Vascones gubernandum suscepit, circa annum Domini 1016.

2 SANCTIVS, Garciæ filius, patri successit: administrauit annos quinq;.

3 RAYMIRVS patri successit, circa annum incarnationis Domini 1033. gubernauit annos octo.

2 GARCIAS secundus, Raymiri natus, successit circa annũ 1041. Vincitur & occiditur à Ferdinando Castellæ rege. Cuius filiam Blancam Sanctius Desideratus rex Castellæ, Ferdinandi filius, habuerat in matrimonio. Administrauit regnum annos 58.

5 SANCTIVS secundus, Garciæ secundi filius, ex cognomento Sapiens, guberna-50 cula regni subiit anno Salutis 1100. obiit, cum præfuisset annos 63.

6 SANCTIVS tertius cognométo Fortius, cum sine liberis obiisset, regnum Blancæ vxori reliquit, quæ Theobaldo comiti secundo illud attulit. Incœpit regnare ab anno Salutis 1163. regnauit annos 42.

7 THEOBALDVS comes Campaniæ & Salinum, ducta Blanca Sanctii tertii vidua, Nauarræ regnum consecutus est, post interregnum 23. annorum, circa annum humanæ Redemptionis 1228. Sedit ad clauum eius regni annos 32.

8 THEOBALDVS secundus, natus superioris Theobaldi, ex Blanca Nauarrensi præfuit regno annis vndecim.

9 HENRICVS cognomento Crassus, primi Theobaldi filius, & secundi germa-

nus, fratri sine mascula prole mortuo successit. Reliquit vnicam filiam Ioannam, Philippo Pulchro regi Franciæ collocatam. vnde & regnum Nauarræ à Galliæ regibus postea occupatur, circa annum 130c.

10 PHILIPPVS, cognomento Pulcher, Galliarum rex, post decem annorum interregnum, ob Ioannam coniugem, vnicam filiam Henrici præcedentis, Nauarræ regnum consecutus est, anno à Christo nato 1284. Administrauit annos triginta tres.

11 LVDOVICVS, ex cognomento Huttinus, filius natu maior Philippi regis Franciæ, primo Nauarræ rex à patre constituitur, anno 1307. & post obitum patris in regem Franciæ creatur. Rexit in Nauarra annos nonem.

12 PHILIPPVS cognomento Lõgus, Pictauiæ comes, filius Philippi Pulchri Galliarum regis, fratri Ludouico ad regnum Franciæ vocato, in Nauarræ regno successit, circa annum 1316. gubernanit illud annos quinque. 10

13 CAROLVS frater Ludouici, ac Philippi Longi & Pulchri filius, fratri Philippo Longo sine prole decedente, in vtroque regno Franciæ ac Nanarræ succedit, anno Salutis 1321. & annos septem ad clauum vtriusque sedit.

14 PHILIPPVS hoc nomine tertius, ex Aureliæ comite in Nauarræ regnum sublimatur, ob Ioannam coniugem, filiam Ludouici Hutini, Carolo sine prole decedente circa annum Salutis nostræ 1329. gubernauitque vtrumq; regnum Franciæ & Nauarræ, annos 13.

15 CAROLVS, secundus hoc nomine Nauarræ rex, Philippi Aurelianensis filius, cognominatus Ambustus, patri in vtroque regno succedit, an. 1343, & 44. annos illa tenuit. 20

16 CAROLVS tertius, secundi filius, Franciæ & Nauarræ rex efficitur post patrem, anno 1387. & duodecim annos gubernauit. Cuius filiam Blancam, Martinus rex Siciliæ duxit vxorem: quæ viduata Martino, nupsit Ioanni, Ferdinandi primi Arragoniæ regis filio.

17 MARTINVS Siciliæ rex, socero Carolo quarto in regno Nauarræ successit, circa annum nostræ redemptionis 1399. & cum octo illud annos tenuisset, diem suum obiit.

18 IOANNES, Ferdinandi primi Arragonum regis filius, secundus Blancæ maritus, post interregnum 27 annorum, Nauarræ regnum consecutus est, anno currente 1424. & 44. annos administrauit. 30

19 GASTONVS Fuxi comes in Hispania, ex Leonora filia gener Ioannis, Nauarræ gubernationem consequitur anno 1478. Sed non vltra quindecim illud dies tenuit.

20 PHOEBVS, Gastoni filius, ex Leonora Ioannis regis filia, patri succedit anno à nato Saluatore 1480, & 15. annos in Nauarra rerum potitus est, relicta vnica nata Catharina, quæ nupsit Ioanni Albretio Druidum comiti, quam tamen alii Phœbi sororem fuisse autumant.

21 IOANNES Albretius, nobilis in Gallia comes, ob Phœbi regis siue filiam, siue sororem, regnum Nauarræ consecutus, eo rursus priuatur à Iulio secundo Pontifice maximo: qui illud Castellæ regno adiecit, Ferdinando secundo Arragonum & Siciliæ rege, Ioannis primo filio, illud accipiente, cum Albretius quadriennio post in exilio viueret. 40

CATALOGVS COMITVM BARCINONENSIum, à Gottorum posteritate descedentium, qui erant pariter marchiones Ausonenses, comites Gerundæ, atque Vrgellenses, & in finibus Galliæ possidebant Rossilanensem ac Bisuldensem comitatus. Vnde postremo reges Arragoniæ orti sunt, circa annum nostræ Redemptionis 1148.

1 BERNHARDVS, à Carolo Magno ad maritimam oram constitutus, in finib. Galliæ atq; Hispaniæ. Vicit Abderamanum Sarracenorum regem, Naydam & Aquitaniæ præfectum, proditorem, qui à Francis defecerat.

2 LANDFRIDVS, à Ludouico Pio Frãcorum rege, & Imperatore Bernhardo, sufficitur in comitatu Barcinonensi, quem hodie Barsalonam vocant, notissimum maris mediterranei portum, circa annum Domini 825. 50

3 LANDFRIDVS, hoc nomine secundus, à Ludouico rege Franciæ ob suspicionẽ affectati dominii ac regni interficitur, anno principatus sui sexto, filio Flãdriæ comiti tradito.

4 IAMFRIDVS, corrupte pro Landfridus, hoc nomine tertius, secundi filius, ex custodia Flandriæ comitis liberatus, cui eum Ludouicus rex Franciæ mancipauerat, Barcinonem recepit: Salomone quodam, qui occupauerat, interfecto, qui & patris occisor extiterat. Is ex coniuge Gundelfinda, Flandriæ comitis filia, quatuor liberos procreauit: Myronẽ comitẽ Barcinonensem, q in Frãcia Rossilonis ac Bisuldẽtem comitatus adiecerat:

rat: Iamfridum tertium, veneno interfectum: Sunyerum, comitem Vergellensem: & Rudolphum, episcopum Vergellensem, qui exul à patria condidit cellam ad lacum Acronicum: cui postea oppidum accessit, hodie ditionis Austriacæ, haud procul ab Iberlynga.

5 MYRON iunior, filius Iamfridi, principatum Barcinonẽsem tenuit annis 17, vsq; ad annum 929, relictis filiis Iamfrido tertio successore, Oliuano comite Bisuldense ac Rossilonis, & Mytone comite ac episcopo Gerundæ. His pueris adbuc, moriturus, Myron fratrem tutorem instituerat, Sunyerum Vergellensem comitem.

6 IAMFRIDVS, hoc nomine tertius, Myronis filius, 19 annis Barcinonensem comitatũ gubernauit, cum sine liberis decederet, principatum reliquit Borello Sunyeri comitis Vergellensis patrui sui filio, anno Saluris 964.

7 BORELLVS, Sunyeri comitis Vergellensis natus, adoptatus & hęres institutus à Iamfrido tertio. habuit fratrem Ermangandum episcopum Vergellensem, ab Hispanis in numerum sanctorum relatum. Huic Borello, circa annum Salutis 985, Saraceni Barcinonam præripuerant. Quam eodem tamen anno recuperauit Borellus, & Sarracenos procul à suis finibus eiecit. Progenuit Borellum secundum, successorem, & Ermingandum comitem Vergellensem. Obiitq; anno Domini 993, cum annis 28 gubernasset.

8 RAYMVNDVS Borellus patri successit, profectusq; in auxilium aduersus Mauros, Alfonso Legionis regi & Cataloniæ comitibus apud Gordubam cum barbaris congressus, splendidam victoriam reportauit: fratre tamen Ermingando Vergellensi comite in prælio amisso, anno gubernationis suæ 24, à redemptione vero humana 1017.

9 BERENGARIVS Raymundi Borelli natus, ex Ermisenda coniuge, duxit Guilam nobilem fœminam, ex qua 3. liberos suscepit, Raymundum Berengarium comitem Barcinonensem successorem, Guliermum Berengarium comitem Minoteſſę, & Sanctium priorem cœnobii Benedictini Bagensis, qui post mortem fratris comes Mynoressæ factus est. obiit vero Berengarius senior anno 1035, cum gubernasset annos 18, & multa à Mauris prætepta dirioni suæ haud æquis oculis vidisset.

10 RAYMVNDVS Berengarius, superioris Berengarii filius, anno Salutis 1035, suscepit gubernacula Barcinonensis comitatus. Is victis Mauris, & amissa recepit, & duodecim illorum reges vectigales sibi fecit. Habuit duas coniuges. Ex Helisa genuit Raymundum Berengarium successorem, & Petrum Raymundum: ex altera vero Alinode, Raymundum filium tulit. quorum Petrus insidiis nouercæ perierat. Obiit autem Raymundus Berengarius senior, cum annos administrasset 42, sepultus apud Barcinonem in templo S. Eulaliæ, à se constructo.

11 RAYMVNDVS Berengarius iunior, senioris filius, ex cognomento dictus à flaua & densa cæsarie, Caput stuppæ. Habuit vxorem filiã Roberti Apuliæ, Guiscardæ & Messaniæ ducis, ex qua Raymundum Berengarium tertium reliquit. Occisus à Berengario vterino fratre, anno 1082. Cuius mortem populus vlcisci cupiens, Berengarium iuniorem à finibus Barcinonensis ditionis profligauit. Qui postmodum in peregrinatione, quam pro pœnitentia in terram sanctam susceperat, obiit. Huius præterea cognatus Hermongaudus, vulgo Gerbus, Vrgelli comes, deuictis & pulsis Mauris, Belagurium ciuitatem recepit.

12 RAIMVNDVS Berengarius hoc nomine tertius, perempto patri à fratre vterino, in comitatu Barcinonensi à proceribus illius subrogatur. Cuius mater orbata marito, duo monasteria condiderat: alterum Benedictinorum S. Danielis apud Gerundam, alterũ ordinis Bernbardini in valle Mariæ comitatus Caprariæ. Porrò iste Raymundus Maioricam Mauris eripuit, & ad fidem Christi conuertit, circa annum 1113. Idem Barcinonã obsessam, dum ipse Baleares subiugat, à Mauris liberauit: & tres Maurorum reges, Ilerdæ, Dertosæ, & Valentiæ, sibi tributarios fecit. Idem ex Dulcia filia Guliermi comitis prouinciæ tres liberos procreauit, Raymundum Berengarium quartum successorem, Berengarium comitem prouinciæ, & Berengariam filiam nuptam Alfonso sexto Castellæ regi. Ipse senior obiit anno principatus quinquagesimo, Christianæ Salutis 1131. Cuius cognatus Odo episcopus Vergellensis, sanctitate claruit, relatus eapropter in catalogum diuorum.

13 RAYMVNDVS, filius Raymundi Berengarii tertii, ex coniuge Petronella, Raymiri secundi regis Arragonum, qui monachus fuerat, filia procreauit Alfonsum regem Arragonum, Sanctium comitem Rossylonis ac Cæretaniæ, ac Dulciam Sanctio Portugalliæ regi collocatam, alteramq; natam Hermengaudam, Vergellensi comiti locatam. Is est Raymundus, qui propter vxorem postremi regis Arragonum, Arragoniæ regnũ in suam prosapiam transtulerat, primus suæ stirpis rex Arragonum. Obiit apud Gerundiam in bur-

go S. Danielis, anno regni Arragoniæ suscepti trigesimo sexto, & Redemptionis humanæ 1162. Sepelitur in Riuestall cœnobio. Sub hoc claruit Oldegerius Tarraconensis archiepiscopus, qui & Barcinonensis præsul fuerat, inter sanctos relatus.

COMITES TOLOSANI VETERES, *ex Gothorum posteritate.*

1 RAIMVNDVS & Wilhelmus: quorum ille comes sancti Egidii, hic vero dux Aquitaniæ fuerat. Habuit in matrimonio Wilhelmi ducis Aquitaniæ sororem, & prætextu matrimonii illius comitatum Aquitaniæ consecutus est. 10

2 EVFROSIVS, Raymundi superioris filius, cuius soror nupsit Richardo comiti Angliæ.

3 WILHELMVS, Wilhelmi superioris natus, reliquit duas filias: Petronellam comitissam Nordmanniæ, & Aleonoram Angliæ reginam.

LIBRI DECIMI FINIS.

ICONES LIBRI VNDECIMI, DE WANDALORVM, GEPEDVM AC BVRGVNDIONVM migrationibus, linguis ac moribus. 20



WANDALVS. GEPEDA.

EXPLICATIO ICONVM LIBRI VNDECIMI, *super vestitu, moribus ac lingua Wandalorum, Gepedum, & Burgundionum.*

QVÆ de structure corporum ac moribus Gothorum superiore libro diximus, hæc omnia conueniunt cum Vandalis ac Gepedibus, tum vero præcipue Burgundionibus: vtpote quos omnes populos Germanicæ cum originis, tum linguæ fuisse constat. Quare ea cuncta hic repetas, lector candide, licebit.

DE GEPEDVM ac Burgundionum vestitu ac moribus, seorsim Sidonius Apollinaris ita canit:

Vis dicam tibi, quid poema frangat:
Ex hoc barbaricis abacta plectris,
Spernit semipedem stylum Thalia,
Ex quo septipedes vides patronos,
Fœlices oculos tuos & aures,
Fœlicemq; libet vocare nasum,
Cui non allia sordidæq; cepæ
Ructant, mane nouo decem apparatus.
Quem non vt vetulum patris parentem,
Nutricisq; virum die nec orto,
Tot tantiq; petunt simul Gigantes,
Quot vix Alcinoi culina ferret.
Quid me, etsi valeam parare carmen,
Fescennmicolæ iubes Diones,
Inter criniger as situm cateruas,
Et Germanica verba sustinentem.
Laudantem tetrico subinde vultu,
Quod Burgundio cantat esculentus
Infundens acido comam butyro.

GEPEDVM, Vandalorum, Burgundionumq;, vtpote Gothicorum populorum idioma Teutonicum fuisse, ex multis, vel regum ipsorum principumque nomina declarant. Apud Gepedas quippe Hilderichus, Geberichus, Ardarichus, Thrasymundus, Chunimundus regnarunt: q̃ Teutonica nomina ꝓpria, & hodie manent. Sic Vandalis leguntur præfuisse Visumarus, Carocus, Godegisclus, Goldemarus, Gẽsetichus & Henrichus. Quæ nemo nõ Germanus nomina intelligit, & nostro seculo vsurpata passim, etsi Latini scriptores cotruperint ꝓ parte, cũ in nostra lingua efferantur rectius, der Wisimayr, id est campestrium dominus: Erich/ Gotschalck/ Goltmayr/ Gantzreich/ totus opulentus, &c. Tales fuerunt apud Burgiones, siue Burgundiones, voces regum principumque mere Teutonicæ, Athanaricus, Gundiochus, Childpericus, Gundomarus, Sigismundus, &c. Porro ad Teutonicam horum populorum cum originem tum linguam, facit locus Berosi libro v. Antiquitatum: qui tradit, Tuisconem imperasse à Tanai fluuio vsque ad Rhenum, & maximos multosque Sarmatiæ populos fundasse. vnde legimus in Annalibus, veteribusque historiis, non solum Cimbros, vnde Franci descenderunt, verum etiam Gothos, Vandalos, Gepedasque ex Sarmatia siue Scythia processisse. Huc facit quod scribit Plinius libro 4. cap. 14. Germanorum (inquit) genera quinque: Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. vbi pro Vindelicis, Beatus Rhenanus censet legendum Vandali. Sic Procopius tertio Gothicæ historiæ lib. Honorio igitur occidenti præsidente, inquit, Barbari illius inuasere regionem. Qui vero fuerint, & quomodo, dicam. Gothicæ gentes multæ quidem & aliæ priores fuere quam nunc: omnium autem maximæ & potentissimæ, Gothi & Vandali, & Visugothi, & Gepedes, iamdudum & Sarmatæ & Melanchlæni appellati. Sunt & qui Geticas gentes has vocent: qui omnes nominibus quidem inter se differunt, cætero conueniunt. Nam & albi sunt omnes corpore, flaui coma, proceri quoq;, & aspectu probo, legibus item eisdem vtuntur. similiter & Arrianæ omnes opinionis, voce vnica Gothica appellata vtentes: & vt mihi sane videtur, ex vna omnes gente procreati, nomina postea ab eorum ducibus varia sortiti. Non dissentit a Procopio Iordnandes Gothus, vel secundum alios Alanus, in Gothica historia ita nominatim scribens: Abhinc ergo, vt dicebamus, post longam obsidionem accepto præmio ditatus Geta, recessit ad patriam: quem Gepidarum cernens natio, subito vbique vin-

centem prædisq; ditatum, inuidia ductus, arma in parentes mouit. Quomodo verò Gethę Gepidæq; sint parentes, si quæris, paucis absoluam. Meminisse debes, me initio de Scanzię insulæ gremio Gothos dixisse egressos, cum Berich suo rege, tribus tãtum nauibus vectos, ad citerioris Oceani ripam. Quarum trium vna nauis, vt adsolet, tardius vecta, nomen genti fertur dedisse. Nam lingua eorum pigra Gepanta dicitur. Hinc factum est, ut paulatim & corruptè nomen eis ex conuicio nasceretur. Gepidæ namque sine dubio ex Gothorum prosapia ducunt originem. Sed quia, ut dixi, Gepanta pigrum aliquid tardumque signat, pro gratuito conuicio Gepidarum nomen exortum est. Quod nec ipsum credo falsissimum. Sunt enim tardioris ingenii, grauiores corporum velocitate. Hi ergo Gepidæ tacti inuidia, dudum spreta prouincia, commanebant in insula, Viscla amnis, &c. Hæc de Gepedarum siue Gepedum origine, Iordnandes Gothus: quæ possumus ad congentiles populos similiter accommodare. Nam quemadmodum à tarditate, origine Germanica nominati sunt Gepedæ: sic ab erroribus continuis, mutatisq; subinde sedibus, Vandali, siue Vandili: & à constructis multis castellis Burgiones, seu Burgundiones, nomenclaturas sortiti fuere. Manent hæ omnes in nostra adhuc lingua uoces. cum enim aliquem tardum, ut festinet, adhortamur, dicere solemus, gee pald. vnde fortasse Gepanta vox defluxit, quam corruptam esse autumo, N litera pro L posita, Geepald. Eadem ratione Wandren/Burger/Burgen/ loquimur, ab errando videlicet, & ciuitatib. cõstructis, vbi oppidani colunt. Sed placet syluã aliquot vocũ subiicere Vandalicarum, quarũ origo partim à Græcis, partim à Germanis petitur. Euenit enim, procedente tẽpore, vt Slauini Vandalis Gothis insetti ac mixti compositum tale idioma suscitarint, quali hodie vtuntur Vuendi, qui in medio Germanorum Slauinorumq; colunt, ad oram maris Germanici Balthei apud Pomeranos, Meclaburgenses, Brandeburgenses, & Hungaros, in comitatibus scilicet Poloniæ regno vicinis, Cæpusio, Liptouiensi, Aruensi, Sariensi, Turocensi, Tutnensi, Nitriensi, Nouisolii, ac Posaniensi: vbi adhuc oppida supersunt Vandalorum, Gepedarumque reliquiis culta, Cassouia, Eperium, Battfa, Leuczium, Cassmarkhium, Nouum solium, Antiquum solium, Chremninium, Shemnitium, auri argentique fodinis famigeratissima loca, Pibritium, Thranchynium, Bela, & alia pleraque in Slauinica lingua desumpta vocabula.

A VANDALICA, TEVTONICA nimirum:

Ruziæ, rosen Germanice
Stal, sedes in vtraq;.
Vuikh, id est perpetuum, ab Ewigh Germanico litera e addita.
Pechar, id est poculum, in vtraq;.
Muzhaus, atrium, in vtraq;,
Buzaun, buccina, in vtraq;.
Busspaum, id est buxus, burbaum, in Teutonico.
Cachel, cacabus, in vtraq;.
Birrit, pileus, in vtraq;.
Kulich, id est calix, kelich Germanice.
Herald, id est caduceator, herold, germanice.
Kamora, cubiculum, kamer.
Heytman, dux belli, hauptmann Germanice.
Klakh, kalch, literis transpositis, calx latine.
Truchla, cista, germanice truhen.
Batchion, barchat/panni Genus.
Karnicz, kharnier Germanice, literarum receptaculum, & sacculus.
Kartii, karten.
Karn, in vtraq; lingua, id est currus.
Formam, vtraq;, in lingua, Latinis auriga.
Kastan, kesten, fructus est castaneæ.
Kastina, kasten/castellum Latine.
Czysti, Germanis zichtig/kausch/castus Latinis.

A GRAECA, QVOD EX ASIA & finibus Græcorum venerint:

Foyt, id est, aduocatus, λύτης ὁ βοηθός, id est auxiliator.
Baba Auus, πάππος.
Ptach, auis, πτηνὸς Græcis.
Kobyla, equus, καβάλλης.
Gernecz, aula, κέραμος.
Krug, id est circus, κρικός.
Lysy, id est caluus, λεῖος.
Mezeze, id est cancelli, μάνδρα.
Golub, id est columba. κόλυμβος.
Klicz, κλεὶς.
Kepp, id est vulua, κῆπος.
Zumbü, id est dentes, γομφοί.
Thiura, id est fenestra, θυρίς.
Potokh, id est fluuius, ποταμός.
Mladü, id est iuuenis, ἄμαλος.
Volkh, id est lupus, ὄλβος.
Kunia, transmarinus, quẽ teutonice Mardren dicunt, Græcis κύων.
Teta, matertera, τίτθη Græcis.
Kurvua, hůr/meretrix, κόρη.
Kavukha, khayn, audax, καύαξ.
Diezvuy, dies, tag.
Kupati, natura, κύβερνη.
Stucza, ἄττιγη.
Namze, ἀνάγκη, necessitas.

Kleſtar, khloſter/ cœnobium, clauſtrum.
Klauzura, khlauſen/ fauces montium.
Koczka, katz/ catus, felis latine.
Khupecz, khaufman/ caupo Latinis.
Vuaskh, wax, cera.
Czynoberiz, zynnober/ cinnabaris.
Czetron, zitron.
Czynziæ, zyns/ cenſus Latinis.
Klynoti, khlaynat.
10 Czvuibulæ, zwibl/ cæpæ Latinis.
Tarczyæ, tarſchen/ cetra Latinis.
Kuchars, khoch/ coquus.
Colaczen, colatzen.
Lautena, lauten/ teſtudo.
Kirhovu, khirchoff/ cœmitereum Latinis.
Grabiæ, graf/ comes Latinis.
Roſt, vtraque in lingua, cratis Latine.
Safran, crocus, vtraq; in lingua.
Czyprzyſſs, cypres.
20 Starlet, ſcharlath/ ſcharletum.
Sſamlat, ſchamlot/ vndulatum ſericum.
Koſtbikh, khopff/ cyathus.
Sceda, ſchaden/ damnum Latinis.
Leſſt, lyſt/ dolus Latinis.
Plamen, flammen/ ignis Latine.
Almuzna, almuſen/ eleemoſyna.
Dvuazvuo, zwo/ duo Latinis.
Pflaſter, vtraque lingua a Latino emplaſtro.
Puſſt, wüſt/ heremus Latinis.
30 Czech, compotio, vtraque in lingua.
Spyzia, ſpeis/ cibus Latinis.
Faleſlcy, falſch/ à Latino.
Sſatzovuam, ſchatzung/ æſtimatio.
Braty, bringen/ Germanice.
Plavuii, plaw.
Stodola, ſtadel/ horreum.
Rabota, robat, labor angariatus.
Milikho, milch/ lac.
Okhruzu, khres/ interanea.
40 Sſenkho, am ſchenkhaus/ xenodochium.
Lumpa, lumpen/ pinguedo inteſtinalis.
Lagvuyze, lagel/ cantarus.
Larvua, larfen.
Sſvuager, ſchwager/ leuir.
Loter, in vtraque lingua, latro, nebulo.
Gladkhy, glat/ leuigatum.
Lehkhy, leycht/ leue.
Levu, in vtraq; lingua, leo.
Strich, in vtraq; lingua, ſextarius.
50 Libo, lieb/ amor.
Bukhvuize, buech/ liber.
Dikha, degen/ gladius.
Krey, khrans/ criſpum.
Prym, pramb/ fimbria.
Vuedro, wetter/ tempeſtas.
Sſelma, ſchelm/ lues.
Cziep, zapf/ ſifo.
Sſmukovuaty, ſchmukhen, adornare.
Mez, meſſer, culter.

Meno, ὄνομα, pro nomine.
Bukhricz, pellicanus, πελεκάν græce.
Rymo, πρωΐ, mane, morgen.
Strach, τραχὺ, pauor Latinis.
Pelich, pelez, pellicium, πίλληξ.
Pero, penna, πτερὸν.
Dynia, pepones, ἀδίνη ξ.
Plyge, pulmo, lung, πνεύμων.
Pachole, puer, παιδίον, græce.
Czerzy, τέσσερα, quatuor.
Piet, πέντε quinq;
Korzen, κόρμος, radix.
Rareleſt, κλάδημος, ramus.
Razlog, λόγος, ratio, compoſitis Græco & Latino.
Kolo, rota, κύκλος græce.
Lopata, σπατάλη, ſchauffl, germanice.
Stac, σκηνὴ, zelt, tentorium.
Luislich, λείπος, ſeuum.
Sſip, σπῖλος, ſpiculum Latinis.
Stiep, στύπος, ſtirps, ſtamen.
Dun, ἄνος, doben germanice, ſupra.
Tma, σκότωμα, tenebræ per abbreuiationem.
Teply, θάλπος, tepidus. hinc omnes thermę Vandalis dicuntur Teplicz.
Botii, βότιν, tibiale, ſtiffel germanice.
Inkausſt, ἔγκαυστον, tinten.
Grom, κέραυνος, tonitru.
Proſakh, προσαίτης, mendicus.
Spatny, σπάνιον, parum, wenig.
Berme, φέρμη, tributum.
Brod, πόρος literis tranſpoſitis, vadum latinis: hinc Behimſchbrod.
Tuti, τύπτειν, tundere.
χάτειν, chtiti, velle.
Vvule, βουλὴ, voluntas Latinis.
Iaro, ἔαρ, ver Latinis.
Hora, ὄρος, mons. hinc Czernohora.
Vuaſate, νικᾶν, vincere.
Tele, τέλος, vitulus.
Ziena, γυνὴ, vxor.
Kaliti, καλινδεῖν.
Pochati, πηγνύειν, figere.
Thira, θύρα, foramen.
Hra, χαρὰ, gaudium.
Chvualy, κλέος, gloria.
Kly, γλοῖα.
Lykorazicze, γλυκύῤῥιζα, liquiritia radix.
Kila, κήλη, hernia.
Zima, χεῖμα.
Sledovuaty, ζηλοῦν, imitari.
Pitati, πυθέσθαι, rogare.
Skergiti, σκάρειν, ſeminare.
Kopati, σκάπτειν, ſcalpere.
Glabati, γλύφειν, ſculpere.
Chizipati, ῥεγχάζειν, ſtertere.
Dvuiti, διψᾶν.
Tykati, τέγγειν, tingere.

Rizia,reyß/ oriza.
Sſilhan,ſchilher/luſcus.
Ziemle,ſemel/panis.
Skopp,ſchaf.
Muſcat,in vtraq; lingua.
Palacz,palaſt.
Gyntuſſa,pynt/gynt.
Miſtr,maiſter.
Mule,müll/molendinum.
Sporzin,ſparen/parcus.
Sſillinkh,ſchilling/ſolidus.
Seſtra,ſchweſter/ſoror.
Malvuaſy,maluaſier.
Dil,tayl,pars,portio.
Spendlich,Spintel.
Spehicz,ſpeher/ſpeculator.
Perla,in vtraq; lingua,margarita.
Helepatti,in vtraq; lingua,ſecuris bellica.
Pavu,pfaw/ pauo.
Hauskhnecht,in vtraq; lingua,ſeruus.
Med,mulſum,in vtraq; lingua.
Marſtali,in vtraq; lingua,ſtabulum equorū.
Stati,ſteen/ſtare.
Polsſtacz, polſter,puluinar.
Mogu,mag/poſſum.
Mclauu, in vtraq; lingua, pepo.
Stůl pro menſa,in vtraq; lingua.
Nıſpila,in vtraq; lingua.
Strich, in vtraque lingua, linea.
Tupi, taub.
Faczelt,fazelet/ſudarium.
Svuynie,ſweyn, porcus.
Reda,rad,conſilium.
Roſſani,Reuſſen/Roxolani populi.
Prut,růt/addita litera,virga.
Muy,main/meum Latinis.
Tiſytz,tauſend/mille.
Miſſiti, menſch/homo.
Mcito,meßen/menſura.
Munich,in vtraq; lingua,monachus.
Moren,mordren/interficere.
Dieliti, taylen/diuidere.
Vuoliti,welen/eligere.
Lakati,loſhen.
Zvuaty,ſchwätzen/garrire.
Tanczovuati, tantzen/chorum ducere.
Ruziæ,roſen.
Rym,in vtraque lingua rhythmus.
Zhukhr,zukher/zaccarum.
Vuacziekh,watſaſh/peraequeſtris.
Mynceze, in vtraque lingua, moneta.
Pizimo,piſin/muſcus.
Myſs,maus.
Mucha,mukhen/muſca.
Czelmkh,zolner.
Taskha,taſchen.
Tanecz,tantz.
Zikhan,zigancr.
Cziuba,ſchauben.

Truch-

Kriti, κρύπτειν,tegere.
Mlatiti,μαλάθειν,triturare, treſchen.
Stroſſati,στρέφειν, tornare.
Mayti,μάσσειν, lauare.
Marſiti,πέρδειν,pedere.
Klatiti,κλαδεύειν,quatere.
Dropati,δρύπτειν,radere.
Nititi,νίθειν,accendere.
Pithi,πίθι,bibere.
Lagiti,ὑλακτεῖν,latrare.
Lkoti,λειχάζειν,lingere.
Zalogi,λόχος,inſidiæ.
Koſt,ὀστοῦν,os.
Lopata,πλάτη,pala.
Pieſſi,πεζοί,pedes.
Hlemayzd,λαίμαξ.
Mandel,ἀμάλη,manipulus.
Tobole,θύλακος, marſupium.
Maſdra,μεσεντερῖον,inteſtinum.
Boy,βοή,pugna.
Blazen,βλάξ,morio.
Salmura,ἅλμυρον.
Limakh,ἴκτινος,miluus.
Koblankh,καμηλαύκιον,pileus.
Piczni,πίων,pinguis.
Hruska,ἄχρας,pyrum.
Pliny,πλέος,plenus.
Olobo,μόλυβδος.
Lepſi,λώϊον, potior.
Birzick,κήρυκος,præco,pid:
Pieſt,πύξ.
Hromada,ὅμαδος.
Gez,ἔχμα, agger.
Oliſſo,ἰλύζα.
Lelekh,ἐλεός.
Chachrati,καγχάζειν,cachınnare.
Hlaſati,κλάζειν,calare.
Strzevuicz, σίρφος, calceus.
Kloniti,κλίνειν.
Dar,δῶρον,donum.
Klap,λατρίς,famnlus.
Hudecz,κιθαρῳδός,citharœdus.
Ziekati,ἰσχάζειν, ceſſare.
Zibliziti,προσκαλίζειν,appellere.
Plavuiti,πλεῖν,nauigare.
Pieſtovuati,βαστάζειν,baiulare.
Praczovuati,πράττειν,patrare.
Pleſati,πλαταγεῖν,plaudere.
Pochvuy,ἐποχή,abſtinentia.
Tlaiziti,θλᾶν,premere.
Gymatzi,αἰχμάζειν,prendere.

A LATINO QVAE VANDALI Slauini mutuati ſunt.

Plachta,plaga,linteum.
Plannia,planum.
Pleskaty,plectere.
Libra,in vtraque lingua.
Fortna,porta.
Porat,portus maris.

Poz

Truchlyn, draurig/tristis.
Saumar, vtraque in lingua, qui equis merces portat.
Losts, lux.
Ziegnary, segnen.
Drab, drabant/satelles.
Sfyndel, schyndel.
Sfif, schiff.
10 Wag, wagen.
Grob, grab/tumulus.
Kytle, kitl/tunica.
Smitti, schmutzen/ridere.
Vunukh, neff/nepos.
Gnysti, nest/nidus.
Nicz, nicht.
Saniter, salitez, vna litera pro altera posita, salnitrum.
Snich, schnee/, nix.
Nonvua, monialis, nunn Germanice.
20 Novuy, nou/nouus.
Nagy, nakent/nudus.
Penicze, pfennig.
Hallicz, haller/obolus.
Puncziocha, pundschuoch.
Vuoda, watter/vnda.
Vualiti, walen/voluere.
Negly, negel/clauis.
Sslicz, in vtraq; lingua, sciffura.
Sskola, schul/schola.
30 Sskump, stump/stemma.
Czil, in vtraq; lingua, scopus.
Grobo, gürb/scrobs Latinis.
Tzvuespen, in vtraq; lingua, pruna.
Zidle, sidel/sedile Latinis.
Sedl, satel/ephippium.
Sedin, suden/sudum cœlum.
Siti, seen/seminare.
Tuna, tun/vas halecum.
Sfnura, schnür/funiculus.
40 Hokh, hakh/vncus.
Pitlikh, peitel/marsupium.
Vuikhers, wikhen/vicia.
Vuos, wespen/musce genus.
Vuitter, wetter/ventus.
Tribuch, buch/ venter.
Dol, dall/vallis.
Vuelikhe, gwaltig.
Bieda, wee/væ Latinis.
Petruziel, peterfil.
Papaussekh, papagei/auis genus.
50 Sfenkhycz, schenkh/pincerna.
Pepes, pfeffer.
Pekharz, pekh/pistor.
Peltrani, perchtram, herba.
Plech, lamina, in vtraq;.
Placz, forum, platea, in vtraque lingua.
Kuchinie, kuchin/coquina.
Lyd, leyd/populi.

Poz dye, post.
Præbenda, pfründ/in vtraq; lingua.
Prositi, procare, aischen.
Miziati, mingere,
Schokh, sexaginta.
Ampele, ampulla.
Kukhla, bardocucullus.
Gidlo, edulium.
Kad, cadus.
Kada, cauda,
Bero, fero.
Vualkha, bellum.
Chora, chorea.
Bodum, fodio.
Gummi, in vtraq; lingua.
Kabat, cippus.
Klakha, cloaca.
Korecz, corus.
Orloy, horologium.
Pokritetz, hypocrita.
Sskornia, cothurnus.
Lod, lembus.
Mitra, in vtraq; lingua.
Knoter, compater.
Konstl, consul.
Kukhl, cucula.
Czymbel, cimbalum.
Dakhtil, dactylus.
Damassekh, damascenum.
Drakh, draco.
Duzyna, duodena.
Platiti, placare.
Malicz, malleus.
Mus, mas, vir.
Mater, in vtroq; idiomate.
Minium, color, in vtroq;.
Mitra, infula, in vtroq;.
Pasti, pascere.
Metuti, mittere.
Poczvuati, pausare.
Pergamyn, pergamenum.
Nocz, nox.
Novuicz, nouitius.
Opukh, obliquus.
Misl, mons.
Rozum, ratio.
Rumrich, rumor.
Sobota, Sabbatum.
Svuanty, sanctus.
Czedule, schedula.
Sekhyra, securis.
Sediete, sedere.
Tabule, tabula.
Tenera, tendicula.
Tenkhy, tenuis.
Galia, galea.
Truba, tuba, buccinæ genus.
Turini, turris.
Vuidieti, videre.

Fu- Vudo-

manis, talem linguam didicere, cuius voces quasdam in explicatione Iconum præmisimus. Burgiones vero, siue Burgundiones, vtpote quieti aptior natio, & quæ in Burgis oppidisque habitare consuesset, his proximum in mediterraneis agrum, inter Vistulam ac Boristhenem fluuios insederunt, quo tractu nostra tempestate Poloniæ regnum visitur. His à meridie versus Istrum contigui Gepedæ, primo Daciam mediterraneam, hodie Transylüaniam ac Transalpinam, deinde Ripensem etiam vsque ad Marcomanos tenuere. Quapropter Ptolemæus in Geographia sua Venedos ad oram Balthici maris in finibus Germaniæ ac Scythiæ: Burgiones in mediterraneis inter Vistulam & Boristhenem: Chetuaros, hoc est, vt ego opinor, Gepedas, inter Iazyges & Marcomanos in finibus Pan-
10 noniæ ad Istrum proxime depingere videtur. Huc pertinet, quod de Gepidibus ac Burgundionibus Iordnandes scriptum reliquit: Gepedæ namque sine dubio ex Gothorum prosapia ducunt originem. Sed quia, vt dixi, Gepanta pigrum aliquod tardumque signat, pro gratuito conuicio Gepedarum nomen exortum est. Quod nec ipsum credo falsissimum. Sunt enim tardioris ingenii, grauiores corporum velocitate. Hi ergo Gepedæ tacti inuidia, dudum spreta prouincia illa, commanebant in insula Vistulæ amnis vadis circumacta, quam pro patrio sermone dicebant Gepedas. Nunc eam, vt fertur, insulam gens Viuidaria incolit, ipsis ad meliores terras meantibus. Qui Viuidarii ex diuersis nationibus, ac si in vnum consilium collecti sint, & gentem fecisse noscuntur. Ergo, vt dicebamus, Gepedarum rex Fastida, qui etiam gentes excitans, patrios fines per arma di-
20 latauit, Burgundiones pene ad interneeionem deleuit, aliasque nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoque male prouocans, consanguinitatis fœdus prius importuna contestatione violauit: superbaque admodum elatione iactatus, crescenti populo dum terras cœpit addere, incolas patrios reddidit rariores. hæc ille, de Burgundionibus profligatis à Gepidibus, cum antea Vistulæ ripas vtrimque tenuissent. De quibus Burgundionum sedibus, in Sarmatiæ finibus videlicet, accipiendum est hoc Sidonii carmen in Panegyri ad Maioranum:

Cardine Sithonio sub Parrhasi parturit vrsa.
Hoc totum tua signa pauet: Basterna, Sueuus,
Pannonius, Neurus, Chunus, Getha, Dacus, Alanus,
30 *Bellonothus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites,*
Bassalta, Ostrogothus, Procustes Sarmata, Moschus,
Post aquilas venere tuas, vbi militat omnis
Caucasius, & Scythicæ potor Tanaiticus vnda.

Et hæc quidem de Burgundis, adhuc in Septentrione habitantibus pulsis inde à Gepidibus, qui & Vistulæ fontes, & ab his in Iazyges ac Daciam vsque tenuerunt, & rerum ibi multis temporibus potiti, vsque ad Iustiniani primi ætatem, sub quo à Longobardis ac Auaribus victi, deleti, ac pene extincti sunt, vt Iordnandæ verbis vtar, vt vix reliquiæ eius aliquæ ex tanto populo superessent. Superesse autem in Chepusiensi ditione Hungariæ,
40 Poloniæ ac Vistulæ amnis fontibus contigua, mox dicturi sumus. Reuertor ad Vandalos, quos diximus ab ostio Vistulæ vsque ad interiora Germaniæ coluisse. Quibus ex finibus tametsi sub Theodosio primo in Pannonias transgressi fuerint, atque in Hispanias, ac in Aphricam denique vsque peruenerint, Valentiniano postremo imperante: tamen non contemnenda manus in patrio solo remansit, ob paucitatem à proximis Saxonibus, Rugis, Herulis, Brandeburgiis, Slauinis, vnde Meclaburgenses, à Pomeranis ac Cassubiis debellati, inque angustias redacti, victoribus populis subduntur. Quorum principes, Cassubiæ videlicet & Pomeraniæ duces, & nostro seculo Brandeburgenses, se Vandalorum principes nuncupare cœperunt.

Cæterum antequam in ordinem redacti ab his quos diximus fuerunt (id quod multis
50 seculis, grauissimisque bellis contigit) primum omnium enim Saxones Hamburgum aduersus hanc gentem, vt terræ siue prouinciæ suæ, propugnaculum firmissimum construxere. Carolus quoque Magnus ille, diuturnum cum Vandilis bellum gessit, eosque ab excursionibus solitis absterrere non potuit, antequam Ansgarii episcopi & Merconis Altenburgensis opera, Christi doctrina imbuerentur. Rebellarunt tamen sub Othonibus, ab Hungaris (vt aliqui scribunt) exciti, fidemque Christianam abnegarunt. Ad quam cum Othonis tertii armis, tum præsulum Altenburgensium prædicatione, tandem rediere. Altenburgum autem sita erat sedes Episcopalis, vbi modo est Stargarda: qua expugnata, cathedra Lubecum transfertur. Postrema fuit Vandalicæ gentis sæuitia, Henrico quarto imperante, circa annum Domini millesimum sexagesimum sextum. quo tempore Haym-

burgo expugnato, excursionem in Daniam vsque fecerunt. Cuius rex Waldemarus, ex cognomentu Magnus, certior factus, classe in Vandilos instructa, eos ad oram maris Balthei culentes, in Meclaburgēsi videlicet, Pomeraniaque, prouinciis vicit, Christoque reddidit paucis admodum reliquiis ex tam copiosa tum gente restantibus, quas Pumerani sibi Cassubiæque principes, Slauini & Brandeburgenses Germani subiecerunt. Comprehendebatque Vandalia illa, ab eo tempore Ducatus titulo ornata, ciuitates quæ adhuc his finibus extant, Lewenburg, Stolpam, Botow, Waldow, Polnoow, Rugenvvoldam, Reue castrum, & duos insignes lacus eius viciniæ Gardersee ac Lebersee. Hodie sane Vandalorum se principes Brandeburgii Pomeranique principes scribunt. Ac de secundis sedibus, finibus videlicet Sarmatiæ ac Germaniæ ad Vistulam, siue Weixlam amnem, tantum ex fide historica. Quibus ex locis posterius transmigrantes, Burgundiones quidem Tiberio primo imperante, Germaniæ mediterranea petierunt, in fidem a Tiberio accepti: vt Florus scribit. Vnde ad Rhenum vsque, inclinante Imperio, peruenerunt (vbi videlicet terminalium lapidum Burgundionum Marcellinus meminisse videtur) Vandali vero, in Austrum profecti, ad Danubium se contulere. cuius tramitem secuti, ortum contra Daciam inhabitauere. Vnde egressi, Theodosio primo imperante, ab eodem in Pannoniis recepti sunt. Gepedes denique, abeuntibus Vandalis ex Dacia Imperium suum à fontibus Vistulæ vsque ad fines Daciarum propagarunt, subiecti aliquandiu Hunnis, Athila regnante in Illyrico: eo extincto, Ardarici regis virtute ac auspiciu rursus in libertatem restituti, vniuersam Istri ripam vlteriorem vsque ad Sarmatiæ montes, ac Hercinii nemoris propagines, suo iuri vendicarunt. donec regnante Iustiniano Cæsare, a vicinis gentibus, Auaribus videlicet ab ortu, & Longobardis ab occidente pressi, peneque deleti, vix exiguum terræ tractum, Vistulæ amnis fontibus vicinum, retinuere, quam & hodie Gepusiam vocant, prouinciam à Germanici idiomatis populo possessam: quem Gepedarum posteritatem esse haud ambigo. etsi Hungari, quibus post Auares seruierunt, corrupte sua illos lingua Chepusiam vocarint, quam Austriaci ad Danubium colentes hodie solita Germanorum syncope, decurtato vocabulo Cipsium dicunt, terram distinctam in aliquos comitatus siue districtus, regi Hungariæ subiectos, Aruensem, Liptouiensem, Sariensemque. Quibus iungu ego Tornēsem, Cassouiam ciuitatem, & nostra tempestate à Germanis cultam: & ciuitates montanas, in quibus metalla eruuntur, quarum potiora sunt Nouum & antiquum solium, Chremnicium, Semnicium, Pribicia, vbi quondam Carnunti colebant, quorum meminit Plinius libro tertio, capite duodecimo, in finibus Germaniæ ac Pannoniæ hybernorum, quos videtur Iordnandes Chranes appellasse, à quibus nimirum Chremnicium, Gran fluuius & castrum, oppidumque, denominationes sortita sunt.

Terræ sedes horum populorum in Germania & Dacia.

Porro vt ad institutum sermonem reuertar, In his omnibus modo enumeratis locis veteris Gepusiæ, nostra tempestate Teutonici colunt; linguam Silesiorum sonantes, quos Gepedarum progeniem autumo: quibus tamen passim in vallibus Vandili & Slauini inserti ac mixti sunt, & quos vndique Hungari Auarum posteritas ambit, & imperium in eos exercent ac retinent. vt verum esse videam, quod Iordnandes ac Procopius de Gepidibus ab Auaribus subiectis referunt, vt postea docebimus. Sed redeo ad sermonem institutum. Vandalos in Dacia ante Gepidas coluisse, testatur Iordnandes in historia Guthorum, cum de Gebericho Gothorum rege tractat. Nam is, Hilderich patre natus (inquit) auo Ouida, proauo Cniuida, gloriam generis sui factis illustribus exæquauit, primitias regni sui mox in Vandalica gente extendere cupiens, contra Wisumar eorum regem, ex Aldingorum stirpe, quæ inter eos eminet, genusque indicat bellicosissimum, Deuxippo historico referente, qui eos ab Oceano ad nostrum limitem vix in anni spacio peruenisse testatur, pręnimia terrarum immensitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, vbi nunc Gepedæ sedent, iuxta flumina Marisia, Muliare, Gilfil, & Chrisia, qui omnes supradictos excedit. Erant namque illis tunc ab oriente Gothi, ab occidente Marcomani, à Septentrione Hermunduli, a meridie Hister, qui & Danubius dicitur.

Hic ergo Vandalis commorantibus, bellum indictum est a Geberich rege Gothorum, ad littus prædicti amnis Marisiæ, vbi tunc diu certatum est ex æquali. Sed mox ipse rex Vandalorum Wisumar, magna cum parte gentis suæ prosternitur. Geberich vero, ductor Gothorum eximius, superatis deprædatisque Vandalis, ad propria loca, vnde exierat, remeauit. Tunc perpauci Vandali, qui euasissent, collecta imbellium suorum manu infortunatā patriam relinquentes, Pannoniam sibi a Constantino principe promissam petiere, ibiq; per quadraginta annos plus minusve sedibus locatis, Imperatorū decretis vt incolæ famularūt. hæc Iordnandes. Ex quibus verbis colligimus, & Vandalos sub Constantino magno Daciam deseruisse, vbi isti amnes supersunt, Marisia, Chrisia, Muliare ac Gilfil: hodie a Transyl-

uaniæ

uaniæ incolis Saxonibus Merisch/Keres/Milenbach/die Gela/&c. vocantur. Successisse illis in finibus Gothos victores, cum & hi in Thraciam sub Valente transmigrassent, Gepedas substitutos in habitatione: quam gentem Daciam, hoc est Transyluaniam Transalpinamq; Iustiniano primo imperante incoluisse, ac late vsque ad Marcomanos imperium tenuisse, non solum Iordnandes, Gothicus quippe scriptor, verum etiam Græcus autor Procopius testatur. Iordnandes quidem & super adducto loco, & alibi, ita scribēs, cum de Dacia loquitur: Corillus rex Gothorum (inquit) in regnum conscendit, & per quadraginta annos in Dacia suis gentibus imperauit. Daciam dico antiquam, quam nunc Gepedarū populi possidere noscuntur. Quæ patria in conspectu Mœsię sita trans Danubium, corona
10 mōtium cingitur, duos tantum habens accessus: vnum per Bonthos, alterum per Thabas. Hanc Gothiam, quam Daciam appellauere maiores, quę nunc (vt dixi) Gepida dicitur, &c. Et iterum, locutus de statu orbis terrarum, Romanæq; Reipublicæ, post interitum Athilæ Hunnorum regis: Cessere itaq; Hunni (ait) quibus cedere putabātur vniuersitas: adeo dissidium perniciosa res est, vt diuisi corruerint, qui adunati viribus territabāt. Hæc causa Ardarici regis Gepedarum felix adfuit, diuersis nationibus, qui Hunnorum regimini inuiti famulabantur: eorumque diu mœstissimos animos, ad hilaritatem libertatis votiuam erexit. Venientesque multi per legatos suos, ad solum Romanorum, & à principe tum Martiano gratissime suscepti, distributas sedes quas incolerent accepere. Nam Gepedæ Hunnorum sibi sedes viribus vendicantes, totius Daciæ finibus veluti victores potiti, nihil aliud à
20 Romano imperio nisi pacem & annua solennia, vt strenuissimi viri, amica pactione postulauere. Quod & libens tunc annuit Imperator, & vsque nunc consuetum donum est. Hæc ille de Ardarico Gepedarum rege, totius Daciæ dominatore, mortuo Athila effectō, hoc est, vlterioris Hungariæ, vt huius ætatis vocabulo vtar, vbi quondam triplex Dacia, Alpestris, Mediterranea, Ripensis, ac Iazygum Metanastarum agri excurrebant, vsq; ad Marcomanos. Cuius filiam Chrymhildem, Athilæ desponsatam, ipsumq; adeo Hunnum in eius nuptiis suffocatum fuisse, gentilicū Hungarorum annales referunt: & propter quam Athila extincto, Gothos Gepedasque cum Hunnis Athilæque filiis cruentum bellum gessisse, vulgares cum cantilenæ nostræ gentis, tum vero rhythmi isti demonstrant, in antiquo codice Athilæ historiam continente, à me reperti:

30

> Da sprach brůder Dankhwart/ so hat vnz des tůr/
> Vnd das der hewnen Rekhen chom eynem nicht dafůr/
> Ich will reden mit den Rekhen/ als vnz twyngt die not/
> Vnser gesunde/ layder von im vnuerdient den dott/
> Scholl ich sein chayner/ sprach der chůne man/
> So pfleg ich der stiggen nach den ceren mein/
> Der Chrymehilden Rekhen chunt laider nicht geseyn/
> Mich nymbt des nicht wunder/ sprach hagen
> Daz nu hynnen Rawnen die Hewnen degen/
> Sivandes loch empar doran der stat/
> Vnd die hoffemat gesait den Burgunden hat/
> Ich han vernumen lang von Chrymehilden sagen/
> Daz sy ir herzenlaid wolt nicht verdragen/
> Nu trůch mir die mynne/ vnd gelten Chunigsweyn/
> Der iung vad der Hewnen můß da aller erste sein/
> Da schlůg Ortlieben das chyne Hagen der helt gůt/
> Da im gegen der hand am swert floß das plůt.
> Vnd das der khůnigin das haubt sprang in di schos/
> Da hůb sich vnder dailgen ain mord grym vnd has.
> Darnach schlůg er den Mainzogen ain swynden slag/
> Das im das haubt nider vor dem tisch lag.
> Es waz ain iamerlicher lon/ den er dem Mainzogen gab/
> Er sach vor Etzeln tische ainen spilman/ &c.

40 50

Et quæ sequuntur de illo cruento prælio filiorum Athilæ cum Gepedarum ac Gothorum principibus, propter Chrymihildem Ardarici Gepedarum regis filiam, Athilæ sponsam, excitato in ipsis nuptiis: in quibus & suffocatus ex ira interiit Athila. Porro meminit Gepedarum in finibus Daciarum, atque eorum habitationem à Singiduno ripensis Daciæ ciuitate, vbi est modo Segedinum, vsque ad Sirmium Pannoniæ Sauiæ vrbem, extendit Procopius, de rebus gestis Iustiniani Cæsaris aduersus Gothos Italiam tenentes, scribens,

libro Vandalicæ historiæ tertio: Deinde Gepedes (inquit) loca circa Singidunum & Sirmium tenuerunt: intra vero & extra Istrum, meo etiam tempore nunc habitant. Et rursus libro tertio Gothicæ historiæ: Franci interea pleraque sibi, & nullo iure in Venetos occupant loca, cum nec Romani tueri ea iam possent: nec Gothis tantum virium esset, vt his vtrisque bellum inferrent. Gepedes insuper Sirmium vrbem, & Dalmatiæ alias ciuitates, maiorem in partem præoccupantes tenebant, quas Imperator proxime à Gothis receperat: & Romanos, quos ibi deprehendunt, captiuos abducunt, progrediendoque semper Romanum populantur imperium. eaque de causa nulla his de cætero Iustinianus stipendia persoluebat, quæ antehac à Romanis accipere consueuerant. Et iterum paulo post: Gothi quondam Dacorum terras vectigales habebāt, Gepedes omnes circa Istrum, vtrinque fluuium sic habitabant, vt veriti Gothorum tunc vires, suos excedere terminos ne attendare quidem potuerint. Nunc vero Romanorum confœderati, quorum & se studiosissimos dicunt, sub amicitiæ societatisque nomine in singulos annos, vt à præteritis quondam imperatoribus, ita & abs te nunc multa & egregia referunt dona. Idem in eadem oratione legatorum Longobardi regis coram Iustiniano, vt eum aduersus Gepedas concitarent: Nam, vbi Gepedes ex vniuersa Dalmatia (ait) eiectos Gothos videre: Romanos vero cum hostibus pacem & vbiq; terrarum habere, vestras inuadere terras ausi sunt, omnium scelestissimi. Quis enim verbis rei explicare absurditatem nunc queat? Nam Romanum aspernati Imperium sunt. Nonne fœderum fœderatorumque leges hi soluere? nonne in eos inquam contumeliosi fuere, in quos minus oportuit? Nonne denique Regiæ maiestati vim intulisse videntur, cuius vel seruitus perlibenter & merito subeunda his esset? Si quod forte belligerandi nobis in hos studium foret, Gepedes Imperator Sirmium habent, Romanos in seruitutem abducunt, & vniuersam Dalmatiam sui iuris fecisse iactant. Hæc Procopius. qui rursus alio loco Charasini cuiusdam meminit, Gepedarum reguli, eorum qui Sirmiensem agrum possidebant. Et clarius postea, non sulum Gepedarum sedes tanquam digito demonstrans, eos proxime Longobardis ad Istrum cullocare videtur, quos constat Iustiniano imperante (cuius historiam videlicet Procopius perscripsit) in Pannonia superiori vtramque Danubii ripam coluisse: vt consentaneum sit, Gepedas tum supra Posonium Hungariæ habitasse: verum etiam à Longobardis, Auaribus atque Romanis vno tempore petitos bello refert, victosque, atque ad internecionem pene deletos, Auaribus quod supererat gentis in prædam cessisse. vt appareat, quamobrem posterioribus seculis, & nostro adeo æuo, maiorem Gepusiæ siue Gepidiæ partem in Dacia ripensi & Iazigibus, maiorem Hungari Auarum posteritas partem occupent, imperiumque in Gepedarum reliquias obtineant. Imo mixti illis, subinde in vallibus cohabitent, vbi modo Hungariæ regi subiecti cernuntur, comitatus Posoniensis, Nitriensis, Tranchiniensis, Aruensis, Liptouiensis, Chepusiensis, Turocensis, Sariensis, Tornensis, Abivvariensis, Soliensis, & Barsensis. Germanicum tamen sonant omnes qui in oppidis colunt, à finibus Austriæ & Pannoniæ superioris ordiendo, Bresburgo (quod Hungari Pozonium vocant) Sancto Georgio, Pesinga, Bibersburgo, Tierna, Schadmansdorfo, Wardpergo, Schynta, Golgocz (à Germanis incolis Freystatl appellato) Trantschinio, Rosembergo, Neuheisl, Cepusio (quod veteris nominis vel vmbram quandam retinet) Leutzio, Donnersmarkh, Casmarkh, Epories, Bartfa, Czeben, Smulinza, Gilnycza, Cascouia. Et infra descendendo ad ripam Danubii per metalliferas valles atque anfractus montium, vtrumq; Solium, Chemnitzium, Schemnitzium, Kreytza, Burglos, Kunigsperga, Vybania ab Hungaris nominata, Barsemburgo, Fraumarkh, Erzlberg (quod Athilæ regis nomen retinuit) Payrsdorfio, Kerpeno, Pilseno, Bierzenchi ab Hungaris dicto, & prope Budam ad ripam Danubii Freystatl oppido, atque Blindenburgo arce in edito monte, quæ Hungari vicini nominant Maros & Vizzegradum. Quæ cuncta loca Teutonici idiomatis incolas continent, dialectis in loquendo, quales hodie Silesii habent, vtentes: hodie tamen Hungaris passim, Thorcisque confusus. Quos à veteribus Gepidibus, de quibus loquimur, defluxisse, non est quod ambigam. Sed placet locum Procopii, de quo præfati sumus, recensere, qui habet libro tertio Gothicæ historiæ in hæc verba: Sed longo post tempore Gepedes ipsi, Longobardique, vt proxime habitantes, hostes inuicem facti, & armis decernere controuersias cupidi, ad pugnam tempus constituunt. Sed Longobardi haudquaquam Gepidibus pares, se fore solos rati (nam numero erant hostibus longe inferiores) cum Romanis sibi ineundum esse fœdus constituunt. vnde ad Imperatores, oratores demittunt. Ipsum haud secus & Gepedes faciunt. Chorisinus tunc temporis Gepidibus præerat, Longobardis Albuynus. Et cum vtriusque gentis oratorum coram Iustiniano Cæsare orationes recensuisset Procopius, subdit tandem: His auditis Iustinianus consilio habito, Gepedas quidem

Gepedarum reliquiæ in regno Hungariæ vlteriori parte.

re in-

re infecta dimisit: cum Longobardis vero belli societate inita, iureiurandoque confirmata,
equitum vltra decem millia ad eos mox mittit. Romanis ducibus cōmonefactis, Gepeda-
rum vt gente celerrime debellata, maximo in Italiam studio cum equitatu omni conten-
derent. Iustinianus deinde, Longobardis ex fœdere id postulantibus, exercitum aduersus
Gepedes mittit. Ex eo tamen, præter Amalafridum præfectum, eiusque milites, ad Lon-
gobardos nemo peruenit. Nam cæteri Imperatoris iussu, circa Vlpianam in Illyriis vrbem,
stationem habebant, ob seditionem ea de causa inter incolas ortam, qua Christiani solent
de fide solertius disceptando altercari. Longobardis itaque cum Amalafredo Romano-
rum, duce vna in Gepedas proficiscentibus, vt bellum mox inituris, & illis in occursum
10 euntibus, prælio strenue gesto, Gepedes superantur. Quorum pars maxima fertur in ea
pugna occubuisse. Hæc Procopius, de Gepedarum clade. quod Latine similiter Paulus
Diaconus libro Longobardicarum rerum primo, cap. 27, in hanc sententiam perscripsit:
Mortuus itaque est Odvvyn (inquit) ac deinde regnum iam decimus Albuyn ad regēdam
patriam cunctorum votis accessit. Clotharius rex Francorum Clotsuyndam ei suam filiam
in matrimonium sociauit: de qua vnam tantum filiam Alsvvyndam nomine genuit. Qui
vindicare veteres Gepedanorum iniurias cupiens, irrupto cum Gepedis fœdere, bellum
potius quam pacem elegit. Albuyn vero cum Auaribus, qui primum Hunni, postea de re-
gis proprii nomine Auares appellati sunt, fœdus perpetuum init. Dehinc ad præparatum
cum Gepedis bellum profectus est. Qui cum aduersus eum ediuerso properarent, Auares,
20 vt cum Albuyn statuerant, eorum patriam inuaserunt: tristis ad Chunimundum nuncius
veniens, inuasisse Auares eius terminos edicit. Qui prostratus animo, & vtrisque in angu-
stiis positus, fortiter tamen suos primum cum Longobardis confligere iubet: quos si supe-
rare valerent, demum Hunnorum exercitum è patria pellerent. Committitur ergo præ-
lium, pugnatum est totis viribus. Longobardi victores effecti sunt, tanta in Gepedas ira
desæuientes, vt eos ad internecionem vsque delerent, atque ex eorum copiosa multitudi-
ne vix nuncius superesset. In eo prælio Albuyn Chunimundum occidit, caputque eius
sublatum, ad bibendum ex eo poculum fecit: quod genus poculi apud eos Scala dicitur,
lingua vero Latina patera vocitatur. Cuius filiam nomine Rosemundam, cum magna si-
mul multitudine diuersi sexus & ætatis, duxit captiuam. Quam, quia Clotsuynda obierat,
30 in suam, vt post patuit, perniciem duxit vxorem. Tunc Longobardi tantam adepti sunt
prædam, vt iam ad amplissimas peruenirent diuitias. Gepidanorum vero ita genus est di-
minutum, vt ex illo iam tempore, vltra non habuerint regem: sed vniuersi qui superesse
bello poterant, aut Longobardis subdit, aut vsque hodie Hunnis eorum patriam possiden-
tibus duro imperio subiecti sunt. Hactenus Diaconus: quæ liquido ostendunt nobilissi-
mæ gentis interitum, vt de aliis sedibus Gepidarum nobis deinceps opus haud sit inquire-
re. Quippe qui cladi superfuerant, supra Iazyges in montium anfractibus occultati, Aua-
rum ac Hunnorum seruitio subiiciuntur: & hodie adhuc Hungaris, posteritati Auarum
atque Hunnorum, subesse his, de quibus loquuti supra sumus locis ac finibus, dignoscun-
tur. Itaque dimissa penitus Gepedarum natione, ad Vandalos me recipio, quos ante do-
40 cuimus, Constantino Magno imperante, in Pannoniis Istro traiecto sedes quæsiuisse. Id
quod hisce verbis Iordnandes Gothicarum rerum autor perscripsit: Sed mox ipse rex
Vandalorum Wisumar, magna cum parte gentis suæ prosternitur: Geberich vero, ductor
Gededarum eximius, superatis deprædatisque Vandalis, ad propria loca, vnde exierat, re-
meauit. Tunc perpauci Vandali, qui euasissent, collecta imbellium suorum manu, in-
fortunatam patriam relinquentes, Pannoniam sibi à Constantino principe promissam pe-
tiere: ibique per quadraginta annos plus minusque sedibus locatis, Imperatorum decre-
tis vt incolæ famularunt. Vnde etiam post longum à Sulicone magistro militum, & ex-
consule ac patricio inuitati, Gallias occupauere. Vbi finitimos deprædantes, non adeo
fixas sedes habuere. Ad huiusmodi Vandalorum, vtpote Gothicæ nationis, migrationem
50 in Pannonias, alludit etiam Eutropius libro vndecimo rerum Romanarum. Nam etiam
Gothos & Vandalos, fortissimas gentes & copiosissimas, post bellum ciuile (loquitur de
Constantino magno) in illo barbaricissimo solo, hoc est, in Sarmatarum regione, varie
profligauit: pace his ad postremum data, ingentem apud barbaras gentes memoriæ grati-
am reliquit. His adde, quæ scribit Ioan. Damascenus autor Supplementi Eutropiani, de
Stilicone magistro militum Honorii Cæsaris loquutus: Interea Stilico patricius, Vanda-
lorum perfidæ & dolosæ gentis genere natus, Eucherium (vt dictum est) filium iam à pue-
ro Christianorum persequutionem meditantem, vt in Imperium substitueret, ante bien-
nium Romanæ irruptionis gentes copiis viribusque intolerabiles, hoc est, Alanorum, Sue-
uorum, Vandalorum, Burgundionum, multasque cum his alias gentes, vltro in arma susci-

Quarta Vandalorum sedes in Pannoniis.

tauit: & mox Rhenũ fluuium transeunt, Francosq; fugare Gallia volunt: directoq; impetu Pyrenæũ vsq; perueniũt, vt sub hac necessitate à genero in filiũ extorquere posset imperiũ. Et sic liquent quintæ Vandalorũ sedes, in Galliis. In qua prouincia cum nõ ita diu manerẽt, pulsi à Gothis, habitatũ in Hispanias venerũt, vbi ante patrum memoriã iustus terrę tractus Vandalusiæ nomẽ habebat, & hodie Hispanis non incognitũ nomen. qua de re Damascenus autor Supplementi Eurropiani, libro decimo quarto sic scriptum reliquit: Porro Vandali Alanis sibi sociatis, & Germanis qui nunc Franci dicuntur ascitis, transeuntes Rhenũ fluuium Modogisclo duce, habitauerunt in Hispania, quę est prima Europę prouinciarum ab occidentali oceano. Porro ad huiusmodi sextam Vandalorum in Hispaniis habitationem alludit Sidonius Apollinaris in Panegyrico ad Anthemium Augustum:

Quinta sedes Vandalorum in Gallia.

Sexta habitatio Vandalorum in Hispaniis.

Axe meo natum, confestim fregit in illo
Imperii fortuna rotas: hinc Vandalus hostis
Vrget, & in nostrum numerosa classe quotannis
Militat excidium, conuersoque ordine fati.
Torrida Tunisæos infert mihi Byrsa furores.

Et iterum in Panegyrico soccero suo Romæ dicto:

Interea incautum furtiuis Vandalus armis
Te capit, infido tibi quam Burgundio ductu
Extorquet, trepidas mactandi principis iras.
Heu facinus, in bella iterum, quartasque labores
Perfida Elissæa crudescunt classica Byrsæ,
Nutricis quod fata malum conscenderat arces,
Euandri Massila phalanx, montesque Quirini.

Et rursus ad Anthemium Augustum clarius:

Præterea inuictus Ricimer, quem publica fata
Respiciunt, proprio solus vix Marte repellit
Piratam per rura vagum: qui prælia vitans,
Victorem fugitiuus agit. quis sufferat hostem,
Qui pacem pugnamque negat? nam fœdera nulla
Cum Ricimere iacit: quem cur minus oderit, audi.
Incertum crepat ille patrem, cum seruus sit illi
Certa parens: vt nunc regis sit filius, effert
Matris adulterium. tum liuet, quod Ricimerem
In regnum duo regna vocant. nam patre Sueuus,
A genitrice Gethes. simul & reminiscitur illud,
Quod Tartesiacis auus huius Vallia terris
Vandalicas turmas & iuncti Martis Alanos
Strauit, & occiduam texere cadauera Calpen.
Quid veteres narrare fugas, quid damna priorum,
Arganthonini recolis dispendia campi.
Inde furit, quis se docuit fatis esse nepotem
Illius esse viri, quo viso Vandale semper
Terga dabas, &c.

Et alibi, piraticam Vandalorum in mari depingens, canit:

—Campanam flantibus austris
Ingrediens terram, securum milite Mauro
Agricolam adgreditur: pinguis per transtra sedebat
Vandalus opperiens prædam, quam iusserat illuc
Captiuo cupiente trahi.— Et subdit:
Vt primum versis dat tergum Vandalus armis,
Succedit cædes, pugna discrimine nullo
Sternuntur passim campis, & fortia quæque
Ferit iners: trepidante fuga mare pallidus intrat,
Et naues pertransit eques, turpique natatu
De pelago ad cymbam redit, &c.—

Ex quibus Sidonii locis liquet, iam tum cum Hispanias ingressi fuissent, Vandalos Aphricæ inhiasse, piraticamque in mari Atlantico mediterraneoque exercuisse. Quando autem & cuius auspicio Vandali in Aphricam primum transfretarint, septimamque inibi habitationem fixerint, nemo melius scribit quam Damascenus, autor suppleměti Eurropiani,

Septima habitatio Vandalorũ in Aphrica, quæ & postrema eius fuit.

ani, apud quem libro decimoquarto rerum Romanarum hæc verba leguntur, quæ non pigebit subücere: Interea Valentinianus, non solum Britanniam & Galliam & Hispaniam saluare nequiuit (loquitur de tertio eius nominis Valentiniano) sed & occidentalem Libyam, quæ videlicet regio vocatur Aphrorum, amisit hoc modo. Duo prætores erant, quos diximus, Aetius & Bonifacius: quos Theodosius, postulante Valentiniano, Romã direxerat. Quumq; Bonifacius principatum occidentalis Libyæ percepisset, & apud Aphricã potentia gloriaq; augeretur, inuidia inflammatus Aetius, accusationem facit aduersus Bonifacium, tanquam rebellionem meditãtem, & obtinere Libyam satagentem. Et hæc quidem Placidiæ fatebatur, quæ fuit mater Valentiniani. Cæterum Bonifacio scribit, si accersitus
10 fueris, accedere noli. Incusatus enim es, & te dolose vocant Imperatores. Hæc suscipiens Bonifacius, & veluti proprio seruo Aetio credens, accersitus accedere distulit. Tum imperatores Aetium quasi deuotum recipiunt, & aduersus Bonifacium Mauortius & Gabio mittuntur. Qui tum Bonifacium obsidere parat, ab eo interempti sunt. Rursus contra Bonifaciũ Suuldus comes dirigitur. Bonifacius igitur sentiens se non posse tuto Aphricam tenere, cernensq; sibi periculum instare, in perniciẽ totius Reipublicæ efferuescens, trãsfretans à Libya in Hispaniam, ad Vandalos Alanosque venit. Quumque Modogiselum inuen sset mortuum, & filios eius Guntharium & Gensericum imperium moderantes, hortatus est, vt Hesperiam Libyamqne in tres partes diuiderent. Qui polliciti sunt vnicuique parti se vna cum ipso principaturos: in communi tamen, in quemlibet hostem ituros. In tali-
20 bus ergo professionibus Vandali, Alanique fretum transmeantes, Libyam habitauerunt: & cunctam pene Aphricam ferro, flamma, rapinis crudelissime deuastantes, insuper catholicam fidem Arriana impietate subuertunt. Sub hoc turbine beatissimus Augustinus, de quo præmissum est, Hipponensis episcopus, ne ciuitatis suæ ruinam cerneret, tertio eiusdẽ obsidionis mense, septuaginta & sex vitæ annis expletis, in quibus quadraginta in clericatu seu episcopatu transegerat, ad Christum petrexit. Eodem tempore quidam senatus Romani, amici Bonifacii, falsam accusationem Aetii innotauerunt Placidiæ: ostẽdentes quoque & Aetii ad Bonifacium pridem directam epistolam, quam ad eos idem miserat Bonifacius. At stupefacta Placidia, Aetium quidem in nullo læsit, Bonifacio vero cum iuramẽtis verbum misit exhortatorium. Porro Gunthario mortuo, Gensericus Alanorum, Van-
30 dalorumque factus est Imperator. Bonifacius vero verbo suscepto, contra Vandalos armatur exercitu magno, sibi veniente tam à Roma quam à Constantinopoli, cuius Aspar erat magister. Inito autem contra Gensericum prœlio, superatus est Romanorum exercitus. Sicq; Bonifacius cum Aspare Romam veniens, suspicionem dissoluit rei veritate monstrata, & accepta ab Imperatore magistri militum dignitate. Qui cum resistentem sibi Aetium prœlio superasset, paucis diebus interiectis morbo extinctus est. Porro Aphrica taliter à Vandalis subacta est. Tunc & Marcianus, qui postmodum imperauit, cum miles esset, & Aspari deseruiret, viuus à Genserico deprehenditur. Et subdit: Post eam igitur, quæ præmissa est, Aphricæ cladem, data per Tigretium ad habitandum Vandalis Aphricæ portione, pax cum eisdem necessaria magis quam vtilis facta est. Et subiiciens postea persequutio-
40 nem catholicorum in Aphrica, à Vandalorum regibus Arrianis factam: Hac tempestate (inquit) Gensericus apud Aphricam intra habitationis suæ limites, cupiens catholicam fidem Arriana impietate subuertere, quosdam nostrorum episcoporum catenus persequutus est, vt eos priuatos iure Ecclesiarum, etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum constantia minimis superbissimi regis terroribus cederet. Porro huiusmodi VANDALORVM in Aphricam ex Hispaniis transfretationis, & quemadmodum catholicos inibi gens Arriana perfidia infecta, persequuta fuerit, meminit Victor Vitensis episcopus, in eius persequutionis descriptione: Sexagesimus nunc, vt clarum est, agitur annus, ex quo populus ille crudelis ac sæuus Vandalicæ gentis, Aphricæ miserabilis attigit fines, transuadens facili transitu per angustias maris, qua inter Hispaniam Aphricamq; æquor hoc magnum ac
50 spaciosum bissenis millibus angusto se limite coarctauit. Transiens igitur quantitas vniuersa calliditate Genserici ducis, vt famã terribilem suæ faceret gentis, illico statuit omnẽ multitudinem numerari vsque ad illum diem, quam huic luci venus profuderat ventris. qui reperti sunt senes, iuuenes, paruuli, serui, vel domini, octoginta millia numerati. Quæ opinio diuulgata, vsque in hodiernum à nescientibus armatorum tantus numerus æstimatur, cum sit nunc exiguus & infirmus. Inuenientes igitur pacatam quietamque prouinciam, speciositatem totius terræ florentis quaquæ versum impietatis agminibus impendebant, deuastando depopulabantur, incendiis atque homicidiis totam exterminantes.

Sed nec arbustis fructiferis omnino parcebant, ne forte quos antra montium, aut prærupta terrarum, vel seclusa quæque occultauerant, post eorum transitum illis pabulis

nutrirentur. Et sic eadem, atq; iterum tali crudelitate furentib. ab eorum contagione nullus remāsit locus immunis: præsertim in Ecclesiis, basilicisq; & cœmeteriis, & monasteriis sceleratius sæuiebant. & cum maioribus incendiis domus orationis magis quam vrbes, cūctaq; oppida concremarent, vbi forte venerabilis aulæ clausas reperecrunt portas, certatim ictibus dextrarum aditum reserabant: vt recte tunc diceretur, Quasi in sylua lignorum, securibus conscidere ianuas in idipsum, & in securi & ascia deiecerunt ea: incenderunt igne sanctuarium tuum, & in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Quanti tunc ab eis præclari pontifices & nobiles sacerdotes, diuersis pœnarum generibus extincti sunt, vt traderent, si quid argenti vel auri proprium vel ecclesiasticum haberent. Et dum hæc quæ erant, vrgentibus pœnis proderentur, iterum crudelibus tormentis oblatores vrgebant, 10 autumantes quandam partem, non totum esse oblatum: & quanto plus dabant, tanto amplius quempiam habere credebant. Aliis palorum vectibus ora reserantes, fœtidum cœnū ob confessionem pecuniæ faucibus ingerebant. Nonnullos in frontibus & tibiis, neruis remugientibus torquendo cruciabant. Plerisque aquam marinam, aliis acetum, amurcam, liquamenq;, & alia multa atque crudelia, tanquam vtribus imbutis ori impositis, sine misericordia porrigebant. Non inferior sexus, non consideratio nobilitatis, non reuerentia sacerdotalis crudeles animos mitigabat. Quinimmo ibi exaggerabatur ira furoris, vbi honorem conspexerant. Et cum pluribus Vandalicæ gentis tyrannidem ac crudelia gesta in populum Romanum, qui tunc Aphricam tenebat, recensuisset, basilicarum destructionem, Papiniani episcopi ac Mansueti in his turbis martyrii coronas ostendisset, subdit postea idē 20 Victor: Quid multa? Post has trucis impietates insaniæ, ipsam vrbem maximam Carthaginem Gensericus tenuit, & intrauit, & antiquam illam ingenuam ac nobilem libertatem in seruitutem redegit. Nam & Senatorum vrbis non paruam multitudinem captiuauit. deinde proponit decretum, vt vnusquisque auri, argenti, gemmarum, vestimentorumq; preciosiorum quodcunque haberet, offerret: & ita in breui auitas atque paternas opes tali industria abstulit rapax.

Disponens quoq; singulas quasque prouincias, sibi Bizazenam, Abaritanam atq; Getuliam, & partem Numidiæ reseruauit: exercitui vero Zeugitanam, vel proconsularem, funiculo hæreditatis diuisit: Valentiniano adhuc Imperatore reliquas, licet iam exterminatas, prouincias defendente. Post cuius mortem, totius Aphricæ ambitum obtinuit, nec nō 30 & insulas maximas Sardiniam, Siciliam, Corsicam, Ebusum, Maioricam, Minoricam, vel alias multas superbia sibi consueta defendit. Quarum vnam quidem, id est, Siciliam, Odoacro Italiæ regi, postmodum tributario iure concessit. Ex qua ei Odoacer singulis quibusque temporibus, vt domino, tributa dependit: aliquam sibi tamen reseruantibus partem. Præterea præcipere nequaquam cunctatus est Vandilis, vt episcopos atq; laicos nobiles de suis Ecclesiis ac sedibus nudos penitus aufugarent. Quod si optione proposita exire tardarent, serui perpetui remanerent. Quod etiam in plurimis factum est. Multos enim episcopos & laicos, claros atque honoratos viros, seruos esse nouimus Vandalorum. Hæc prolixius ex Victore adduximus in hoc, vt appareat, non solum Aphricam à Vandalis subactam esse, Valentiniano tertio imperante: verumetiam vt, quamobrem ex tanta Vandalicæ gen- 40 tis multitudine nulla omnino posteritas manserit, pio ac catholicæ religionis lectori ostendatur. Cuius rei causa, vt ex animo dicam, alia præterea nulla fuit, quam hæresis, quæ multa regna maxima subuertit. Supersunt adhuc Burgundionum, Francorum, Sueuorū, Gotorumq; in Hispaniis reliquiæ. Sed hæ nationes partim ab hæresibus sinceræ manserunt: partim maculatæ quidem, tamen mature ad matrem Ecclesiam redierunt. Sed hæc alias. Nunc Vandalorum in Aphrica excidium, quando, & quib. autoribus factum sit, ex lectione historiarum ostendam. Qua de re nemo melius scripsit quam Ioannes Damascenus, in supplementis Eutropianis libro decimo sexto, in hæc verba: Septimo deinde imperii Iustiniani anno facta sunt Vandalica bella.

Causa, quāobrem Vandalica nationis & Gepedarum exilia admodum vestigia supersint.

Episcopus autem quidam orientalis partis, terruit Iustinianum imperatorem, ex Deo 50 sibi visionem factam, iubentem sibi ad Imperatorem accedere, & postulare Christianos qui erant in Libya, liberare à tyrannis. Quibus Imperator auditis, retinere mentem vltra non potuit, sed tam exercitum quam naues circumdedit armis, & victualia præparaui: Bellisariumque in procinctu esse præcepit, in Libyam prætorem mittendum, quem & prætorem Imperator principaliter in omnibus statuit. Erat autem cum eo & Procopius, harum rerum conscriptor. Traiicientes autem à regia vrbe, abierunt in Abydum. Bellisarius autem curabat, quatenus vniuersus stolus simul nauigaret, & in prœlium idem ipsum diuerteret. Quumque ad Siciliam peruenisset, misit Procopium conscriptorem Syracusam, si forte inueniret quosdam, qui se in Libyam ducerent.

Ipse

Ipse vero ftolo accepto, ad Caucanam properauit villam, ducentis à Syracufa ftadiis differentem. Procopius vero Syracufas ingreffus, efcas emit, confecutus inopinate virum qui fibi fuerat à pueroamicus, quiq; habebat experimentum Libyæ locorum, & maris itineris. tres tantum dies tranfierant, ex quo Carthagine venerat: & adfeuerabat omnem fecuritatẽ illos habere, & non metuere quenquam eorum quod aduerfus fe mouerent exercitus, ita vt quatuor manfionibus malis Gilimer moraretur. Hunc ergo adfumptum Procopius, ad Caucanam perueniens, Bellifario præfentauit. & exiit in quoddam prædium, aggeremque ac vallum profundum facientes caftrametati funt. Vbi & cum locus inaquofus effet, vallo effoffo terra protulit aquam, ad omnem vtilitatem animantibus & exercitibus. Sequenti vero die populus ad prædam prorupit. Prætor autem his accerfitis, hęc ad eos loquutus eft. Violentiam quidem inferre, alienifque pafci, iniufticia eft, omni tempore, maximeque oobis in periculis conftitutis. Ego enim in hoc vifus, vos in hanc terrum tranfuexi, vt iufticia & opere bono Deum placemus, atque Aphros ad nofmetipfos attrahere procuremus. Hęc autem veftra intemperantia ad contrariũ nobis proueniet, & aget, vt Aphri Vandalis auxilientur. Sed acquiefcentes verbo meo, ementes efcas adportate: & neque iniufti effe videamini, neque amicitiam Aphrorum in inimicitiam conuertatis. Sed Deum potius ftudete placare, ceffate infilire in aliena, & lucrum excutere periculis plenum. Mittens autem Bellifarius electum exercitum, vrbem fine labore comprehendit. Nocte enim ad eam accedentes, & vna cum introeuntibus plauftris rufticorum ingredientes, hanc obtinuerunt. & cum dies factus fuiffet, tam facerdotem, quam huius ciuitatis primos captantes, ad prætorem deftinarunt. Bellifarius itaque Carthagine capta, commanebat, milites ducens, &c. Et poft orationis illius enumerationem, fubdit: Prius enim Genfericus Bonifacium infecutus eft, nunc vero Bellifarius Gilimerem: præterea tot pecunias multitudo reperit, quot in nullo loco vnquam effe contigerat. Deniq; Romanorum principatum depopulantes, pecunias multas in Libyam tranftulerunt. Et cum ipfa ciuitas & regio optima & fœcunda effet, pecuniarum redditus eis effecti funt multi. Nonaginta quippe & quinq; annis Vandili Libyam tenuerunt. At cum multas diuitias collegiffent, in illa die in manus Romanorum omnes diuitiæ redierunt. In tribus enim menfibus cum pugnaffet Bellifarius, id eft, à calendis Septembribus vfq; ad calendas Decembres, totam Libyam fubdidit. Mifit autem Ioannem Armenium cum ducentis electis, perfequi Gilimerum, donec eum viuum aut mortuum comprehenderent. Et cum poftea Gilimeri regis Vandalorum fugam in Maurofios recenfuiffet, fubdit: Taliter Gilimerus aufugiens, illa die ad Maurufios properauit. Quem Bellifarius perfecutus, in paruo monte, in nouiffimis Numidiæ conclufit, hunc obfidens per hyemem, deficientibus ei omnibus neceffariis. Panis enim apud Maurufios nõ fit, neq; vinũ, neque oleũ, fed far & hordeum immaturũ, vt irrationabilia animalia, comedunt. Hos incidens Gilimerus, fcribit ad Pharan, quem Bellifarius ad cuftodiendum eum dereliquerat, vt mitteret fibi citharam, & panem vnum, & fpongiam. Pharas autem hæfitabat, quidnam effet hoc? donec qui detulerat epiftolam, dixit: Quia panem defiderat videre Gilimer, non videns panem ex quo afcendit in montẽ: fpongiam autem, propter oculos non lotos, ac per hoc læfos, quatenus hos finceros fpongia reddat. Porro citharam, vt calamitatem lamentetur & defleat. His auditis, Pharas condolens, & fortunam humanam deplorans, fecundum eius fcripta faciebat: & multa ei mifit, quæcunque Gilimer egebat. Præterea cum hyems tranfiffet, metuens Gilimer obfidionem Romanorum, & cognatorum mifertus, & filiorum, qui vermes in obfidione & mira comederant, diffolutus eft mẽte. & fcripfit ad Pharan, quod fidei verbo recepto, ipfe, & qui fecum effent, ad Bellifarium properarent. Quo, hoc certum iureiurando reddente, adfumptis omnibus Carthaginem venit.

Bellifarius autem hunc grauiter accepit. At vero Gilimer ridendo ad Bellifarium introiuit. Quem alii quidem fuperfluitate paffionis exceffiffe quæ funt naturæ, delirumque fufpicabantur effectum. Amici vero huius, & fagacem hominem hunc effe cogitabant: & cum fuerit rex & regii generis, & virtutem pecuniafque magnas habuerit, quomodo in fugam verfus eft, & multa mala pertulit, & nunc vt captiuus ductus eft, nihilq; præter multũ rifum, dignaq; hominum arbitratu circa eum effe perhibebantur. Bellifarius autem eum cum principibus omnibus Vandalorum, non in dehonoratione cuftodiebat, vt ad Imperatorem Iuftinianum Byzantium duceret.

CY ILLO vero ftatim BELISARIVS, cum capite Zarynonis, fratris Gilimeris, in Sardum in [illegible], hanc primum Romanis fubegit. In Cæfaream vero quæ eft in Mauritania, IOA[illegible]NEM alium deftinauit: quæ triginta dierum itinere à Carthagine diftans, penes Ga[illegible] folis occafum iacet: aliumque Ioannem, ex protectoribus vnum,

in fretum quod eſt in Gadiris, & in caſtellum quod Septum vocant, direxit. Porro in inſulas quæ iuxta Oceanum ſunt, Maioricam ſcilicet & Minoricam, Apollinarium virũ bonum deſtinauit. Miſit autem & in Siciliam quoſdam Aphrorum, & caſtrum Vandalorum comprehendere iuſſit. Gothi quoq; qui hoc cuſtodiebant, matri Athalarici hæc nota fecerunt. Quæ ſcripſit ad Beliſarium, ne idem caſtrum tyrannice obſideret, quouſq; Imperator Iuſtinianus ſciret, & quod ſibi viſum eſſet efficeret. In his ergo Vandalicum bellum finem accepit. Hæc Damaſcenus, de Vandalicæ gentis inclinatione in Aphrica, qua de re Procopius Græce ſcriptos tres libros poſteritati commendauit. De cuius populi migrationibus & nos finem facientes, ad Burgundiones noſtram conuertemus orationem: quem populum ex Scythia ad Viſtulam, indeq; in Germaniæ interiora tranſiſſe, ſupra præfati ſumus. Quas migrationes excipit nunc tertia habitatio eius gentis ad ripam Rheni, eo tractu vbi Capellatium celebrat Ammianus, & vbi noſtra ætate eſt Palatinatus inferior, & Badẽſis marchionatus. Cuius quidem meminit præter cæteros Am. Marcellinus libr. hiſtoriæ Auguſtæ decimooctauo in hæc verba: Poſtquam ſepimenta fragilium penatium inflammata, & obtruncatam hominum multitudinem, viſoſq; cadentes multos, alioſq; ſupplicantes, cum ventum fuiſſet ad regionem cui Capellatũ vel Palas nomen eſt, vbi terminales lapides Alemanorum & Burgundionum confinia diſtinguebant, caſtra ſunt poſita. Et iterũ libro vigeſimooctauo: Valentinianus verſando ſententias multiformes, anxia ſollicitudine ſtringebatur, reputans multa, & circumſpiciens, quibus commentis Alemanorũ & Macriani regis frangeret faſtus, ſine fine vel modo rem Romanam inrequietis motibus confundentes. Immanis enim natio abinde ab incunabulis primis varietate caſuum imminuta, ita ſæpius adoleſcit, vt fuiſſe longis ſeculis æſtimetur intacta. Seditque conſilia alia poſt alia Imperatori probanti, Burgundios in eorum excitari perniciem, bellicoſos, & turbę immenſæ viribus affluentes, ideoque metuendos finitimis vniuerſis. ſcribebatque frequenter ad eorum reges per taciturnos quoſdam, & fidos, vt eiſdem tempore præſtituto ſuperuenirent: pollicitus ipſe quoque, tranſito cum agminibus Romanis Rheno, occurrere pauidis, pondus armorum vitantibus inſperatũ. Grataňter ratione gemina principis acceptæ ſunt literæ: prima, quod iam inde à temporibus priſcis ſobolem ſe eſſe Romanã Burgundi ſciunt: deinde, quod ſalinarum finiumque cauſa Alemanis ſæpe iurgabant, cateruas miſere lectiſſimas: quæ, antequam miles congregaretur in vnum, aduſque ripas Rheni progreſſæ, Imperatore ad extruenda munimenta diſtricto, terrori noſtris fuere vel maximo. Igitur pauliſper morati, cum neque Valentinianus, vt ſpoponderat, die prædicto veniſſet, nec promiſſorum aliquid aduerterent factum, ad comitatum miſere legatos, poſcentes adminicula ſibi dari, redituris ad ſua, ne nuda hoſtibus exponerent terga. Quod vbi negari per ambages ſentirent, & moras necti, exinde diſceſſerunt indignati. Hocque comperto reges, vt ludibrio habiti, ſæuientes, captiuis omnibus interfectis, genitales repetunt terras. Apud hos generali nomine Rex appellatur Hendinos, & ritu veteri poteſtate depoſita remouetur, ſi ſub eo fortuna titubauerit belli, vel ſegetum copiam negauerit terra: quemadmodum ſolent Ægyptii caſus huiuſmodi adſignare rectoribus. Nam ſacerdos apud Burgũdos omnium maximus, vocatur Siniſtus: & eſt perpetuus, obnoxius diſcriminibus nullis, vt reges. hactenus Marcellinus, de Burgundionum ſedibus ad Rhenum, & ea propter bello his cum Alemanis exorto propter fines. Porro Teutonica arbitror eſſe vocabula, à Marcellino cõmemorata, deprauata ab homine Græco forte. Hendinus fuit, quem & hodie præſidem Handgrauium dicimus.

Tertia Burgundionum habitatio ad ripam Rheni.

Siniſtus vero, à mente, quam Sinam vocamus Germani, deriuari poterit. Meminit vero illius Burgundionum habitationis & in finibus Galliæ atq; Germaniæ, etiam Mamertinus panegyriſta, tradens Burgundiones penitus à Gothis exciſos, Alemanorum agros inuitis illis non citra ſanguinem occupaſſe. Huc pertinet quod ſcribit Eutropius libr. 12. rerum Romanarum: Igitur Valentinianus Saxones, gentem in Oceani littoribus & paludib. inuiis ſitã, virtute atq; agilitate terribilẽ, periculoſam Romanis finibus eruptionẽ magna mole meditantẽ, in ipſis Francorũ finib. oppreſſit. Burgundionũ quoq; nouorum hoſtium cœpit nomen nouum, qui pluſquã LXXX. milia, vt fertur, armatorũ ripæ Rheni fluminis inſederunt. Hos quondã ſubacta Germania interiore à Druſo & Tiberiis, adoptiuis filiis Cæſaris, per caſtra diſpoſitos in magnam coaluiſſe gentem: atq; ita etiam nomen ex opere præſumpſiſſe: quia crebra per limitem habitacula conſtituta, Burgos vulgo vocant: earumq; eſſe præualidam & perniciosam manum, Galliæ hodieq; teſtes ſunt. Ex quibus patet, Valentiniani adhuc primi temporibus Burgundiones ad Rheni ripas proxime Alemanis conſediſſe: vnde ratibus Rhenum tranſuecti, depopulatum ſubinde in Gallias Belgicaſq; proximas exiere. Ad quod adludens Sidonius, in Carmine ad Auitum ſic canit:

Bel-

— Belgam, Burgundio quem trux
Presserat, absolutis vinctum.— Et iterum:
Gepeda trux sequitur, Scotum Burgundio cogit. Et in carmine ad Maioranum:
Bellonothus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites.

Atq; hæc quidem de Burgundionibus antiqui scriptores tradiderunt. At longe aliam nominis rationem reddit Luitprandus Ticinensis, Othonum seculi scriptor, qui libro tertio cap. 12. hæc nominatim de Burgundionibus scripta reliquit, cum Alberici orationem in Hugonem Italiæ tyrannum induc it: Romanorum aliquando serui scilicet, Burgundiones Romanis imperent? Si meam, priuigni scilicet sui faciem cecidit, cum præsertim nouus habeatur hospes: quid vobis iam inueteratum facturum creditis? An Burgundionum voracitatem atq; superbiam ignoratis? Ipsam enim nominis saltem etymologiã dispicite: Burgundiones ideo dictos, quoniam eum Romani orbe deuicto ex gente hac captiuos ducerent multos, constituerunt eis, vt extra vrbem domos instituerent: a quibus & paulo post Romanis ob superbiam expulsi sunt. Et quoniam ipsi domorum congregrationem, quæ muro non clauditur, Burgum vocant, Burgundiones, quod est burgo expulsi, a Romanis appellati sunt. Ego autem ... id est per sapientiam, Burgundiones eos, quasi Gurguliones appello: vel quod ob superbiam toto gutture loquãtur: vel quod verius est, quod edacitati, quæ per gulam exercetur, nimis indulgeant. Sed recipio me ad postremas Burgundorum sedes, in Gallia Sequana locatas, cum Rhenum paulo ante Attilam transiissent, in illa nimium Septentrionalium populorum in Romanos conspiratione, cuius meminit Ioan. Damascenus in Supplemento Europiano lib 14. rerum Romanarum, cum de Aetio ac Martiano, qui postea Attila rerum potiente apud Romanos imperauit, locutus fuisset: His etiam temporibus Gundicarum Burgundionum regem intra Gallias habitantem, Aetius patricius bello obtriuit, pacemq; ei supplicanti concessit. Refertur & victoria Francorum de Burgundis in Galliam relata, apud Agathium, his verbis: Non diu post Luitharius & Hildebertus cæsum fratrem vlcuti, cum magnis copiis in Burgundiam proficiscuntur, Gundomarum eum vxore capiunt, toto Burgundiæ regno potiti. Huc pertinet quod scribit Sidonius Apollinaris in epistola ad Syagrium, in qua admiratur Romanum hominem tam cito Teutonicum sermonem hausisse: At stupet tibi epulas interpretanti, cui ita Germanorũ senectus, & negotiis mutuis arbitrum te disceptatoremq; desumit. Nouus Burgũdionum Sulon, in legibus disserendis: nouus Amphion citharis, sed trichordib. temperandis. Idem in epistola ad Vincentium libro primo. Hæc ad regem Gothorum charta videbatur emitti, pacem cum Græco imperatore dissuadens, Britannos super Ligerim sitos impugnari oportere demonstrans, cum Burgundionibus iure gentium Gallias diuidi debere confirmans, & in hunc ferme modum plurima insana, quæ iram regi feroci, placido verecundiam inferrent. Idem libro tertio, in epistola ad Felicem: Oppidum siquidẽ nostrum quasi quendam sui limitis oppositi obicem, circumfusarum nobis gentium arma terrificant: sic æmulorum sibi in medio positi populorum lachrimabilis præda, suspecti Burgundionibus proximi Gothi: nec impugnantium ira, nec propugnantium caremus inuidia. Huc pertinet, quod idem Sidonius scribit in epistola ad Lampridium, carmine:

Hic glaucis Herulus genis vagatur,
Imos Oceani colens recessus,
Algoso prope concolor profundo.
Hic Burgundio septipes frequenter
Flexo poplite supplicat quietem, &c.

Non possum silentio præterire, & quod Beatus Rhenanus scribit de ista Burgundionum transmigratione in Gallias, libro rerum Germanicarum primo: Sub Theodosio Archadii filio, inquit, quem iuniorem vocant, Burgundiones primi in Sequanos & Heduos ẽ Germania transgressi sunt. Nam hos propemodum exiruserunt Alemanni, qui suos agros, in quibus illi violenter consederant, Capellatio hodie Palatini comitis ditio est circa Heydelbergam, adsidue repetebant, quemadmodum scribit Mamertinus. Cæterum Nuythones, quorum Tacitus meminit, arbitror prius in Germaniam, deinde in Maximam Sequanorum vna cum Burgundionibus transcendisse, à quibus tractus Auenticensis appellatur, hodie Nuythlandia. Sed & eadem regiuncula Burgũdiæ nomen habet: vt appareat, Nuythones partem fuisse Burgundionum, illis namque se coniunxerant. Porro Burgundiones occupatis nouis sedibus insolescentes, & vicinas ciuitates quotidianis excursionib. vexantes, Aetius adgressus est: & profligatis eorum copiis, regeque Gundicario capto, pacẽ cum illis firmauit.

Quare Burgundi in Galliã venerint.

Quamobrem auxilio venere Aetio, cum Gothis aduersus Hunnos in Catalaunicis cāpis pugnaturo. Multo maximum vero fuit olim huius gentis in Gallia imperium. Nam & partem Vallis Pœninæ, Sedunosque, & quam Sabaudiam vocant, præterea Lugdunum & Viennam, & alias ciuitates Burgundia complectebatur. Hæc ille, de Burgundiæ regno in Gallia Sequana ac Lugdunēsi constituto: quod à Francis posterius adflictum, & suis principibus priuatum, Francorum regibus paruit. A quibus postremo rescissum, suos iterum reges gentilitios habere cœpit: quorum postremus Rudolphus, Cunrado secundo imperatori Germano diadema ac sceptrum, cum mera potestate eius regni, cum liberis careret, submisit. Quocirca etsi Francorum reges maiorem regni partem per vim occupassent, tamen Burgundia superior, primo Ducatus prærogatiua insignita, & postea in comitatus angustiam redacta, ad obsequium Germanici Imperatoris pertinebat: qui se & reges Arelatenses, hoc est Burgundiæ, in titulo scribebant, cancellariumq; Treuerensem archiflaminem, per eius regni ditionem alebant, quo adhuc titulo Treuerenses vtuntur. Videtur pertinere ad dignitatem Burgundiæ illius Galliçæ, quod tot non solum Apostolos habuerit doctrinæ Christianæ, verumetiam quod tot inde sancti viri ex regum etiam ordine processerint. Legimus namque in Burgundia rem Christianam adseruisse S. Valerinm Castallonensem, S. Lupicinum, S. Germanum præsulem Altisiodorensem, S. Claudium episcopum Bizuntinum, S. Donatum eiusdem ecclesiæ antistitem, S. Eutropium in templo Aureacensi conditum, S. Domitianum episcopum Gebennensem, S. Theodolum Sedunensem, B. Rusticum Octodurensem, diuum patricium Tarantasiensem, S. Cadolum Nemensem, S. Maximum Geneuensem, beatum Sidonium Apollinarem, Arnernorum episcopos: & Sonyandum, qui Chilpericum quartum Francorum regem ad fidem Christi conuerterat. Vt nihil dicam de his diuis, qui ex ipsa gente Burgundionum processerant (nam superius enumerati, Romani erant) videlicet diuus Sigismundus, cum filiis Siglaudo & Gundobaudo, martyres: S. Gunttamus, author episcopatuum Gebennensis & Maurinensis: S. Gordianus, filius regis Burgundiæ: S. Desiderius, eiusdē regni filius: beatus Anthadius, archiepiscopus Bizuntinus: S. Symphorianus, familię comitum Hedinensium: beatus Leodegarius, eiusdem domus & nationis. quibus addo & beatum Bernhardum, abbatem Clareuallensem, authorem ordinis Cistercienfis, &c. Sed recipio me ad Catalogum regum, eorum populorum, de quorum migrationibus hocce libro egimus.

CATALOGVS REGVM GEPEDARVM.

1 FASTIDA, primus Gepedas in Daciam, vbi nunc est Transyluania Hungariæ, traduxit.

2 CNIVIDA.

3 OVIDA.

4 HILDERICHVS.

5 GEBERICHVS, qui vicit Wisumarum Vandalorum regem, & Vandalos ex Dacia profligauit.

6 ARDARICVS, sub Attila floruit, cuius imperio suberat: Daciam ripensem & Iazygum agros vsq; ad Marcomanos possidens, vbi hodie sunt Hungariæ regni comitatus, Poloniæ & Morauiæ proximi, Sariensis, Tornensis, Abibariensis, Cepnsiensis, Liptouiensis, Turocensis, Arnensis, Tranchiniensis, Nitriensis, Soliensis, Batsensis, Nouigradiensis, Hōtensis, Zolnocensis, Torantaliensis, Borsodiensis, Semliniensis, Vgociensis, Hungensis, Zaboliensis, Chonadiensis, Orodiensis, & Bodioghiensis, &c. Huius filiam Chrimehildē Attila duxerat vxorem: in cuius nuptiis in campis Carnicis, suffocatus ex potu vini vberiore Attila, interiit. Is Ardarichus, mortuo Attila ab Hunnorum seruitute primus se exemit, filiis Attilæ auxilio Gothorum in Pannoniis colentium profligatis ex Illyrico.

Floruit & gubernauit Gepedas in tractu Iazygum, & Dacia ripensi, circa annum Salutis 455.

7 TRAPESTYLA, Anastasio imperante genti suæ imperauit, & cum Felethæo Herulorum in superiori Pannonia rege pugnauit, circa annum Salutis nostræ 541.

8 CHORISMVS, cuius subinde Procopius meminit lib. 3. Vandalici belli, præcipue cuius legatos ad Iustinianum Imperatorem missos pro fœdere ineundo celebrat, & quem victum esse ab Albuino Longobardorum rege in superiori Pannonia tradit.

9 THVRISMVNDVS, gentilitia lingua Turssman/id est, audax heros.

10 CHVNIMVNDVS, rupto fœdere cum Longobardis pugnauit, Iustiniano imperāte, vt Iordnandes scriptum reliquit.

11 TV-

11 TVRISMVNDVS, hoc nomine secundus, Chunimundi filius, interficitur in prœlio ab Albuyno rege Longobardorum: ex cuius testa, siue craneo scalam, hoc est pateram fecisse Longobardum victorem, Diaconus tradit libro primo Longobardicæ historiæ, capite 23.

12 VSDRILAS, non amplius rex, sed princeps reliquiarum Gepidici generis, quantū eorum cladiâ Longobardis & Auaribus acceptæ superfuerat. Narseti contra Gothos in Italia pugnanti auxilio venit, vt Procopius scribit.

13 ASPADVS, & is Narsetem contra Gotthos iuuit, & Totilam postremum regē ipsorum in Italia occidit, vt idem Procopius memoriæ commendauit.

10

CATALOGVS REGVM VANDALORVM.

1 WISVMARVS sub Constantino magno floruit, quem a Geberìcho rege Gepedarum victum, & Daciis expulsum, Iordnandes tradit. Præfuit gen[illegible] suæ circa annum Domini 329.

2 CAROCVS, Theodosio imperante depopulata Germania, & Maguntiaco expugnato, primus gentem suam in Pannonias traduxit.

3 GODO[illegible]ESITVS, à diuinis moribus gentilitio sermone cognomin[illegible]tus, Honorio imperante gentem suam ex Pannoniis in Italiam, atq; inde Galliam, postremoq; Hispanias 20 duxit. Floruit circa annum Salutis 419.

4 MODOGISCLVS, forte patria lingua, quod esset beneaffecto animo, socius optimi cuiusq;, Muotgesell appellatus, Vandalos in Hispania iam rerum potitos gubernauit. De quo, eiusq; liberis, Ioan. Damascenus libro decimoquarto rerum Romanarum in supplementis Eutropianis hæc scripta reliquit, locutus de Bonifacio, qui Vandalos ex Hispaniis in Aphricam, in perniciem Romanam illexerat: Bonifacius igitur sentiens, se non posse tuto Aphricam tenere, cernensq; sibi periculum instare in perniciem totius Reipublicæ efferuescens, transfretans a Libya in Hispaniam, ad Vandalos Alanosq; venit: cumque Modogiselum inuenisset mortuum, & filios eius Gunthatium & Gensericum, imperium moderantes, hortatus est vt Hesperiam Libyamq; in tres partes diuiderent.

30 5 GENSERICVS, Modogiscli siue Muotgselli filius (si recte pronuncies, ab opibus Gantzrichus nominatus) primus rerum in Aphrica potitus, relicta Hispania, Arrianamque ibi perfidiam professus ingentem in catholicos Aphricæ regionis persecutionem edidit, quam descripsit Victor episcopus in libro primo persecutionis Vandalicæ. Progenuit vero Gensericus filios, Theodericum, Gentonem, & Hunrichum.

6 GENTO, filius Genserici (forte gentilitio Germanorum sermone Kunzo, quo nomine etiam princeps Sueuorum celebratur) genuit Godegislum, hoc est Guotgesellū, bonum socium, qui a patruo Hunricho pulsus regno, in exilio obiit sine liberis.

7 HVNRICHVS, exercuit secundam persecutionē, vt Arrianus, in catholicos Aphricanæ ecclesiæ: cuius meminit Victor in libro postremo, tradens ab eo in exilium missos, in 40 Marusios, catholicæ fidei confessores 4966. inter quos erant magna ex parte corona martyrii ornati, Eugenius, Haberdeus, Cyprianus Vnzibriensis, Felix Abderitanus, episcopi: Liberatus abbas, Salutatis archidiaconus: Bonifacius, Murita, diaconi: Seruus, Rusticus, subdiaconi: Rogatus, Septimius & Maximus, monachi: Emelius medicus, Frumentius negociator: Victorianus Adrumenius, Bonifacius Sibidensis, & Maioricus, ciues: Leontia, filia S. Germani episcopi: Datiua, soror eiusdem: Victoria & Dionysia, matronæ.

8 GVNDABVNDVS, Vandalis in Aphrica præfuit circa annum Redemptionis humanæ 463. forte gentilitia origine à fauore fœderis appellatus, vt Hildibuntzus, siue Hildibonsus ab amore dictus erat, Gothorum posteritas in Hispaniis.

9 TRASIMVNDVS, ad clauum sedit Vandalico in Aphrica populo, anno currente 50 484.

10 HILDERICHVS, Trasymundo patri successit. de quo Ioan. Damascenus, author supplementi Eutropiani libro decimoquinto rerum Romanarum hæc scribit: Eo tempore apud Aphricam defuncto Trasymundo Arrianæ perfidiæ, Childericus eius filius ex Eudoxia captiua Valentiniani principis filia ortus, Vandalorum regnum adeptus est: qui non patrem hæreticum, sed matris catholicæ monita sequens, cultor rectæ fidei enituit. Hunc pater Thrasymundus ad mortem veniens, quia tenebat eum catholicæ parti fauere, sacramenti nodis adstringere curauit, ne vnquam in suo regno catholicis faueret, atque consuleret. Qui mox vt genitor suus vita caruit, priusquam etiam regni iura assumeret, vniuersos quos Thrasimundus in exilium coegerat, regredi fecit, eisque Ecclesias reformare præ-

cepit, septuaginta iam & quatuor annis euolutis: ex quo a Genserico auo suo primitus apud Aphricani ecclesiæ fuere destructæ. hæc ille. Floruit autem Hildérichus, Vandalos in Aphrica regens, circa annum Salutis humanæ 620.

11 GILIMERVS, Hilderichi filius, aduersus quem Iustinianus Imperator Bellisarium cum exercitu misit. Qui capta Carthagine, & copiis Vandalorũ pulsis, Gilimerem in mõtem quendam Maurusiæ compulit. Vbi obsessum, in potestatem tandem redegit. de quo scribit Ioannes Damascenus in supplementis Eutropianis, quod cum ad Bellisarium duceretur, riserit. Et cum Imperatori Iustiniano apud Constantinopolim præsentaretur, exclamasse coram Imperatore omnibus audientibus qui ad talem triumphũ conuenerant, VANITAS VANITATVM ET OMNIA VANITAS. Hunc custodia propterea liberatum, cum fortunam ita æquo animo tulisset, aliquot prædiis in Galatia Iustinianus Imperator donauit. 10

12 WINITHARIVS, a Vandalorum apud Aphricam reliquiis in regem sublimatus, à Iustiniano defecit. de quo Damascenus in supplementis Eutropianis hæc scripta reliquit: Bellisarius vero dignis euectus honoribus, iterato ad Aphricam aduersus Wynitharium mittitur. Qui Vandalos rursus sollicitans, apud eos regnauit. Qui, vt Aphricam attigit, Wyntharit sub dolo pacis illico peremit, residuos Vandalorum Reipublicæ iugo substrauit.

BVRGVNDIONVM REGES, DVM ADhuc ad Vistulam Amnem in finibus Germaniæ & Sarmatiæ manerent. 20

1 ANCYLA & Hermericus, Athaulphi regis Gothorum filii, eius qui Gothos ex Germania in Daciam duxerat, cum parte gentis suæ in Germania mansere, & a m[illegible]s conditis castellis oppidisq; (quæ lingua patria Burgos tanquam Germani vocabant) Burgiones, & Burgundiones a finitimis nationibus ac populis appellabantur. Quos in fidem accepisse Tiberium Cæsarem, Eutropius author est.

2 HVNIMVNDVS.
3 TVRISMVNDVS.
4 WALDRICHVS & Sigismundus. 30
5 BERMVNDVS.
6 WALAMYRVS.
7 WYNDERICHVS, &c.

BVRGVNDIONVM REGES, DVM IN capellatio ad ripas Rheni rerum potiebantur.

1 ATHANARICVS & Ganserus, Burgundionum reges, dum adhuc ad Rheni ripas considebant. Quorum Athanaricus in matrimonio habuit filiam Clotharii, neptem Marcomyri regis Francorum, Blysindam nomine: quo tempore adhuc Franci in Phrisię tractu & Geldriæ colebant. & ex ea reliquit duos filios, Gundiochum & Gundisolum. 40

2 GAVDESOLVS, vulgo gentilitia lingua der Gaudegesell / hoc est, si Latine reddas, aureus socius, licet falso u litera in n versa Gandisolus legatur: primus dicitur Rhenum amnem transgressus, & agros in Heduis & Sequanis a Romanis desertos accepisse, conuersus ad fidem & veram Christi inuocationem opera Domitiani episcopi Gebennensis, Rustici Octodurensis, patricii Tarantasiensis, & Theodoli Sedunensis. Is S. Victoris reliquiis templum condidit.

3 GVNDIOCHVS, vel peculiari Germanorũ pronunciatione Gauacherus, der Gauwackher / id est, bonus ager, filius alter Athanarici, & Gaudesoli superioris frater germanus, secutus fratrem in regno & fide Christi, progenuit tres filios, Godogeselum, Godomarũ, Gundobaudum, & seniorem illis Chilpericum, siue vt sequamur gentilitiam Germanicæ linguæ pronunciationem, den Guoten geselln / den Guoten mayr / id est, bonum dominum, & Gaude boden / id est, aureum nuncium. licet falso legatur pro u, n litera Gundobaudus. 50

BVRGVNDIONVM REGES IN GALlia Sequana & Heduis.

1 CHILPERICHVS, si Latine reddas, auxilii diues, inter fratres senior, ætatis prærogatiua vsurpauit regni gubernationẽ, & in Galliis primus pacatis rebus administrauit. Qui fili-

filiam suam Crotehildem, Clodouęo regi Francorum ex cognomento Magno, qui primus cœperat suæ gentis Christum agnoscere, collocauit: quæ & marito persuaserat, vt Christo vendicaretur, intercedente doctrina beati Remigii Remensis episcopi. Porro Childericus (sub quo S. LVPICINVS & Ouiandus in magna erant autoritate) insidiis fratris Gundobaudi, vna cum filia THRONA, & fratribus illius Godegiselo ac Godemaro, interimitur.

2 GVNDOBAVDES, siue, vt rectius proferamus, Gaudebodus, id est, aureus nuncius, interfectis fratribus, regno per vim potitur. Quod vt retineret, aduersus Clodouæum regem Francorum, qui Crotchildem Hilperici regis natã in matrimonio habuerat, Theo-10 derici regis Gothorum in Italia natam Amalasuentam duxit vxorem, & ex ea Sigismundũ & Godemarum filios procreauit. Bello vincitur à Clodouæo magno rege Francorũ. Itaq; in magnis curis mortuus, regnum reliquit fratri superstiti, & alteri cuidam ex fratre nepoti Flodomæo, primo fundatori S. Romani Cluniacensis, ad quem Gregorius papa scripserat, Theodosio imperante, & eius fundationem confirmauerat.

3 GVNDOMARVS, vel rectius Goudemarus, tanquam aureus atque electus princeps esset, tutorio nomine regnum Burgundionum in Galliis administrauit, vsque ad annos pubertatis Sigismundi & Gaudemari secundi, cũ ipse esset Augustodunensis princeps.

4 GVNDOMARVS secundus hac appellatione, id est, aureus dominus vel princeps, bello petitus à Clodouæo, Clodouæi Magni regis Francorum primi Christiani nato, vin-20 citur & interimitur.

5 SIGISMVNDVS, frater germanus Gundomari, in prœlio à Francis occisi, Gundobaudi regis filius, Christianissimus princeps, consilio & opera sancti Maximini Geneuensis & Theodoli Sedunensis episcoporum, synodum celebrauit aduersus Arrianam perfidiam: & pro fulcienda catholica religione ecclesias multas construxit, fundauit & ditauit, per ditionem regni sui. Quarum præcipua erant, cœnobium Agaunense pro trecentis monachis, vbi & sancti Mauricii reliquias deposuit: & alterum, diuo Mauricio consecratum cœnobium in Schumbliaco. Duas habuit vxores, ex quarum prima Sigericum tulit, postea nouercæ dolo sublatum: ex altera vero nomine Ostrogotha suscepit Siglandum & Gundobaudum secundum, qui vna cum patre martyrio coronati fuere, à Clodomyro rege 30 Francorum, Clodouæi Magni filio, interfecti. Id quod factum tradunt consiliis Crotohildis matris, quæ Chilperici primi Burgundiæ regis in Gallia filia fuerat, Clodouæo magno nupta: quæ vltura patrem, à Gundebaudo SIGISMVNDI patre occisum, id præstruxerat. & hi erant postremi Burgundionum reges. nam qui sequuntur, ex Francis ordinabantur.

BVRGVNDIONVM IN GALLIA REGES ex Francis constituti.

1 CLODOMYRVS, Francorũ rex in Gallia, Clodouæi magni, primi suæ gentis Christiani, filius, ex Crotohilde Burgunda, Chilperichi regis nata, genitus: Gundeugã insuper 40 Burgundam, sancti Sigismundi regis filiam, in coniugio habebat. Itaq; cum interfecisset veros Burgundię reges atq; hæredes, Godomarum videlicet fratrem Sigismundi, aperto dein quoq; prœlio Sigismundum socerum adgressus est. Quo victo & sublato, sororios quoque suos, Gundobaudum secundum & Siglandum occidi fecit. Quo facto, prætextu affinitatis, Burgundiæ sibi regnum subiecit, sede apud Aurelianum constituta. Qui ex Burgunda coniuge suscepit 3. liberos, Gunthariũ, Theobaldum, & Clodowaldum. quorum primi duo interempti sunt à patruo & vitrico, tertius monachus effectus seculo renunciauit.

2 CLOTARIVS, frater Clodomyri, & ipse Clodouæi ex cognomento Magni Francorum regis filius erat, qui fratris vxorem viduam ob spem regni Burgundiæ coniugẽ accepit, priuignis (vt diximus) sublatis, Theobaldo & Clodowaldo. Reperitur & secundam 50 habuisse vxorem, filiam Berchtarii regis Thuringorum, Hermenfridi regis Thuringorum neptem, quæ post obitum mariti seculo renunciauerat, & cœnobio se incluserat, Chilperico filio hoc nomine secundo relicto.

3 GVNTRAMVS, in nostra lingua, si interpretere, aureus vel bonus somniator, vel ab euentu, vel à diuinatione recta dictus, filius Clotharii superioris ex Gundeuga Burgunda Sigismundi Sancti regis filia, addictus Catholicæ religioni, à nouo constituit duas episcopales cathedras, Gebennensem & Maurianensem. Relatus cum ob merita in religionem, tum ob vitæ innocentiam, in numerum sanctorum. Is cum non haberet liberos, Childebertum, ex fratre Sigeberto Austrasiæ rege nepotem, adoptauit, & regni successorem reliquit.

4 CHILDEBERTVS, Sigeberti regis Austrasiæ filius, & Brundehildis illius de quo tot mala Annales scribunt, adoptatus à Guntramo rege Burgundiæ, regnum post obitum patris consecutus est: & matris Brundehildis, quæ erat filia Athanagildi Gothorum in Hispania regis, consiliis diu feliciter administrauit.

5 THEODERICVS, Childeberti filius, Mambergam Theoderici regis Gothorum in Hispaniis filiam, cum repudiasset, pellices aluit multas: admonitus propterea à sanctis Dei viris Colubino & Gallo, cum incœpto haud desisteret, sanctos in exilium egit. qui postea in Rhætia & doctrina & miraculis claruere. Suscepit ex variis pellicibus sanctum Meretium archiepiscopum Moguntinum, Gordianum inter sanctos numeratum, & Stephanum: qui multas sui nominis ecclesias fundauit, Zenonis Byzantii, & Meldis vulgo Meaums. Dirauit præterea Chabilonensem & Matisconensem ecclesias. 10

6 SIGEBERTVS, Theoderici superioris illegitimus filius, in matrimonio habuit Fridburgam Gunzonis Sueuiæ ducis filiam. Sed capite adficitur ante nuptias à Lothario secundo rege Franciæ, cognato suo, sponsa eius cœnobio Metensi inclusa.

7 LOTHARIVS secundus hoc nomine, ex rege Franciæ, violentus Burgundiæ possessor atque inuasor: Sigeberto vero rege sublato, cum ex pluribus pellicibus plures liberos tulisset, vnum tamē ex Birgentrude progenuit Dagobertum Galliæ, Austrasiæ & Burgundiæ regem, post patris obitum.

8 DAGOBERTVS Lotharii superioris filius, ex pellice successor regni Burgundiæ relictus, secutus vitam patris, & ipse inter pellices vixit. & cum multos spurios procreasset, tandem ex Manhilde regina Cludouæum hæredem reliquit 20

9 CLODOVÆVS filius Dagoberti, ex Bathilda Saxona, sancta muliere, progenuit Childericum Burgundiæ regem, Theodericum Austrasiæ regem, & Lotharium tertium Francorum regem. Quorum mater post obitum mariti cœnobium ingressa, circa an. 688. monasticen professa est.

10 CHILDERICVS, filius Clodouæi secundo genitus, frater Lotharii tertii Francorum regis in Gallia, ex Vlcidia coniuge cum nullam prolem reliquisset Burgundiæ & Austrasiæ regna Theoderico fratri reliquit, auctor cœnobii Luxouiensis.

11 THEODERICVS, filius Clodouæi, frater Childerici, ex Clothilde genuit Theobertum archiepisc. Bisuntinum, & ductu S. Anthadii multa cœnobia fundauit. 30

12 THEOBERTVS, Theoderici superioris filius.

13 THEODERICVS hoc nomine secundus, vltimus Mærouingorum in Burgundia, cum ex Brundehilde vxore nihil procreasset, multa pro fulcienda sacrosancta religione apud Gebennam fundauit.

14 PIPINVS, Caroli Martelli maioris domus Franciæ filius, ex Burgundię Austrasiæq; præfecto rex factus, & Francorum postremo dominator, Childerico rege ob ignauiam in cœnobio S. Emeranni apud Ratisponam incluso, vt Rhegino Prumien. & Otto Frising, chronographi tradunt, cum Carolomanno fratre sortitus prouincias Francorum imperio tributarias, sibi Burgundiam, Neustriam ac Franciam retinuit, Austrasia, Thuringia ac Germania fratri commissa. 40

15 CAROLOTVS, Caroli Magni filius, à patre rex Burgundiæ creatus, Geuelino comite de Glana, qui præfecti nomine regno antea præfuerat, deposito, eo quod Francorum exercitum Sarracenis oram Galliæ Hispaniæque infestantibus prodidisset. in quo prælio Ruelandus Caroli Magni ex sorore nepos, & Turpinus archiepiscopus Remensis, per proditionem occisi fuere.

16 IOANNES rex Burgundiæ (dubium cuius filius extiterit) qui apud Lugdunum fundauit ecclesiam collegiatam, proxi t comitibus, quorum decanus dux esset.

17 HVGO, comes Arelatensis, & Cenomanensis, Franciæ à Carolo Caluo præfectus, qui eius filiā Elisam in matrimonio habebat, rex Burgundiæ & Arelatensis cōstituitur. Habuit & alteram filiam, quam duxerat Gerhardus comes Rossylonis de Burgundionum posteritate, filius Trogonis consulis, & nepos Gundobaudi regis Burgundiæ. 50

REGES BVRGVNDIAE EX POSTERITATE VETERVM BVRGVNDIONVM.

1 GEBHARDVS comes Rossylonis, nepos Gundobaudi regis quondam Burgundię, ex Trogone, socero Hugoni, cuius filiam habebat in coniugio, in regno Burgundiæ sufficitur (carebat enim filiis Hugo) quem propterea bello petitum diu afflixit Carolus Caluus, qui alteram Hugonis filiam habebat. Tamen ætatis prærogatiua nixus Gerhardus, Carolo se fortiter opposuit; & ex munitissimis castris, videlicet Grymonte supra POLYMACVM sito,

sito, Russylonensi & Gallerdon, quod potuit, se suosq; Burgundos aduersus vim & potentiam Francorum tuebatur. Pulsus ad postremum regno, septem annis carbonariam exercuit. Consecutus tamen prouincialium fide atq; auxilio rursus regni gubernacula, strenue illud aduersus omnium minas defendebat: adeo vt ex eius audacia prouerbium Gallicum sit ortum, quod etiamnum durat, Autour de Dal & Dalyron, Wanderkurt & Maubaton, fust perdu Gerart de Russylon. Progenuit porro Gerhardus ex coniuge, Hugonis regis filia, Berchta nomine, filium vnum Theodericum, & Euam filiam, quæ ante annos è viuis excessere. Et ne rem Christianam negligeret, optimus princeps vndecim monasteria fundauit, in quorum Russylonensi corpus beatæ Magdalenæ deposuit: idem in castro suo Pultriaco collegium Canonicorũ instituit: id quod & apud Suessonas & in Antisiodoro perfecerat. Sepelitur cum vxore sua in Estetensi cœnobio, ad Potiers, supra ripam Sequanæ amnis, ab ipso constructo.

2 FALCO, Gerhardi ex filia nepos, à Carolo Caluo comitatus angustiis conclusus, regno cedere coactus est.

3 RVDOLPHVS, Chunradi comitis cuiusdam Burgundi filius, Hugonis abbatis nepos, à Carolo Caluo dux, non rex Burgundię creatur, circa annum Domini 860. Cuius frater Boso rex Italiæ fuerat, ab eodem Carolo Caluo constitutus, cuius filius Ludouicus patrem in regno Italiæ secutus est. Ipse vero Rudolphus Arnolpho posterius imperante, exemit se ab obsequio Francorum, & regem se, non amplius ducem Burgundiæ nominabat, occupata tota regione inter Iuram montem & prouinciam. Cõtra quem, licet Arnolphus Czuentenbaldum filium, Lotharingiæ ducem, cum exercitu misisset, retinuit tamen virtute sua Burgundiæ & possessionem & regnum. Progenuit ex Adelhaide coniuge RVDOLPHVM secundum. Legitur & Boso, frater Rudolphi, Burgundiæ regis titulum vsurpasse.

4 RVDOLPHVS hoc nomine secundus, superioris filius, redactus iterum in angustias à Francis, extincto patre, regiam amisit dignitatem. Qui ex Hedwige filia Chunradi comitis à Strætlingen, & Ermentrudis, sorore Hunifridi, Luitfridi & Hugonis comitũ Habsburgensium renouatorum cœnobii diui Trutberti, progenuit Rudolphum tertium Burgundiæ regem, & Agnetem collocatam Berchtoldo comiti Zaringensi.

5 RVDOLPHVS tertius hoc nomine in Burgundia, recuperata regia dignitate, quo tempore Henricus primus ex cognomine Auceps rerum in Germania potiebatur, patri in gubernaculis Burgundiæ successit, circa annum Salutis humanæ 912. Qui ex Adelhaide genuit beatum Rudolphum regem Burgundiæ, & duas filias: quarum Dietburgis nupsit Hugbaldo Tillingensi comiti, mater S. Vdalrici, altera vero Burcardo Sueuiæ duci. Habuit is Rudolphum, & fratrem eius Chunradum regem Burgundiæ, qui legitur fundasse in Agauno circa annum Domini 932. Duxit & secundam coniugem Himelgardim, fundatricem Sabiniensis cœnobii in prioratu Tolluricensi. in cuius archiuis leguntur hæc verba: Ego Himelgardis domini RVDOLPHI mei coniunx humilis, pro remedio animæ senioris mei Rudolphi, & pro remedio animæ meæ, construxi cœnobium, &c.

6 RVDOLPHVS hoc nomine quartus, tertii filius, ob vitæ continentiam relatus in numerum sanctorum, incœpit regnare in Burgundia circa annum Salutis nostræ 934. & duxit vxorem Berchtam, comitissam de Friburgo Brisgoiæ, prosapiæ Zaringensis: cum qua sepultus cernitur in Paterniaco, vulgo Petterling apud Sabaudos, quod ipse cœnobium cum aliis multis construxerat, quorum præcipua nominare sufficiet, Berus, Eynsidlen, &c.

Ipsa BERCHTA porro sancti Romani monasterium in Cluniaco ditauit, & tulit ex marito Chunradum secundum, qui post Rudolphum quintum regnauit: & sanctam Adelhaidem, quæ post Lotharium Italiæ regem, Otthoni primo Cæsari nupserat, mater facta ex primo matrimonio Mechtildis, vxoris Richardi, qui Rudolphum quintum genuerat, Burgundiæ regem: & Hennæ, coniugis Lotharii quinti Italiæ regis: & Willæ, quæ Berengario Italiæ regi nupserat, ab Otthone primo Cæsare cum marito capta. Ex altero autem matrimonio, Otthonem secundum Imperatorem reliquit.

7 RVDOLPHVS, huius nominis quintus in Burgundia rex, non quarti filius, sed Richardi ducis ex nepte sancti Rudolphi Mechtilde nomine. Is, cum ob ætatem Chunradus, sancti Rudolphi filius, præesse non posset, ad Clauum Burgundiæ sedit, à Carolo Simplici Francorum rege de sacris vndis leuatus. Habuit fratres, Hugonem & Bosonem, qui sub Otthone primo pro fascibus Imperii, quos ambiebant, multas turbas excitarunt. quorum Bosonis filius, Ludouicus erat. Dicitur habuisse in matrimonio Berchtam, filiam Burcardi primi Sueuiæ ducis: cum qua apud Senonas sepultus cernitur, sine prole, anno Incarna-

donis diuinæ 927. Cæterum, quia Bosonis facta est mentio, non ab re videtur, hoc loco subijcere, quæ scribit Ioannes Auentinus libro quarto historiæ Boiaricæ: Imperii titulos (loquitur autem de Ioanne octauo) in Ludouicum Balbum, filium Imperatoris Caroli, transferre conatur. Vbi hoc non procedit, cum Bosone, quem Galliæ Narbonensi atq; Prouinciæ Carolus Caluus præfecerat, Romam redit: Bosoni Italiam subdere, Carolomanno auferre summa ope, frustra tamen, studuit. Nam Italiæ populi Germanica fide Carolomanno virtutis ergo fauebant: qui se tamen duntaxat regem, non imperatorem aut Augustũ Cæsaremue nuncupabat. Et rursus: Atq; Boso, vbi ei renunciatum est de morte Balbi, nouum imperium adolescentulorum veluti vulgo conceptorum aspernatus, partim minis, partim pollicitationibus Episcopos atq; Burgundiam sine certo regis & regni hærede sibi attrahit, Lugdunique ab Aureliano vrbis archimysta & cæteris episcopis rex Burgundionum appellatur, sacroq; oleo inungitur. hæc ille. Ex quibus apparet, quo titulo Burgundiæ regnũ occuparit Boso: contra quem non solum Carolomannus & Ludouicus Balbi filii, sed ex Sueuia Boiariaque Carolus Crassus, & Ludouicus tertius, secundi Ludouici filii, atrox bellum gessere, in quo Matisconem ac Viennam expugnarunt: vxoremque Irmengardim secundi Ludouici filiam cum liberis, Richardumq; fratrem, & Bernhardum præfectum, in potestatem redegerunt. 10

Erat autem Boso iste frater germanus Richildæ, Caroli Calui coniugis, qui Gallias regebat: qui ex Irmengarde Ludouicum filium genuerat: qui extincto Ludouico rege, Arnulphi filio, Carolingorum vltimo, Italiæ reguum, Imperiiq; dignitatem inuaserat, auxilio duorum Albertorum, quorum alter Tuscis, alter Eporediæ iura dabat: pulso ex Italia Berengario, qui à Boiariis reductus, Veronensium proditione, Ludouicum illum comprehensum excæcauit. 20

8 CHVNRADVS, sancti Rudolphi filius, habuit binas coniuges. Ex quarum Berchta tulit Chunradum tertium, successorem in regno Burgundiæ: Rudolphum ex cognomento Ignauum, Basanum regem Arelatensem, & Burcardum episcopum Narniensem. Ex altera autem Amadula Chunradum & Henricum procreauit, vt ex literis fundationis Geneuensis & Lausannẽsis ecclesiarum apparet. Sepultus in Paterniaco, vulgo Peterling, anno Domini 993.

9 CHVNRADVS hoc nomine tertius Burgundiæ rex, Chunradi secundi filius natu maior, ætatis prærogatiua regni gubernacula vsurpauit, cæteris fratrib. in comitatus missis. Habuit Mechtildem vxorem, cum qua apud Paterniacum sepelitur, anno 1026. Is fundationem patris Lausannensis ecclesiæ ad summam manum perduxit. Incœperat & Tarantasiæ fundationem, anno 1023. Tribuitur huic ab annalibus & altera vxor Hermengundis, & filius Gundisolus. 30

10 RVDOLPHVS sextus hoc nomine, Burgundiæ rex, Chunradi secundi filius, & tertii frater germanus, quem Annales Ignauum cognominant, ex duce rex designatus, defuncto fratre habuit in coniugio Adeldrudim, cum qua apud Paterniacũ sepelitur anno 1032. relictis post se filiis Hugone Lausannensi episcopo, & Adelhaide Odonis Campaniæ principis vxore, ac tertia Agnete, Berchtoldo Zaringiæ duci, qui S. Petri cœnobium in Nigra sylua posuit, nupta. Locupletauit ecclesiam Lausannensem, & à fundamentis auspicatus est Lausanensem, vbi cum vxore in fenestra sculptus cernitur. Is est Rudolphus, qui se Chunrado secundo Imperatori subiecit: & cum sine liberis obiret, regni diadema, cum lancea Domini, cæteraq; insignia Burgundiæ, Henrico tertio Imperatori transmisit. Ab eo tempore Imperatores Germani se reges Arelatenses scribere exorsi sunt, cancellario eius regni constituto Treuirensi archiepiscopo. 40

11 GVNDISOLVS, Chunradi tertii natus, forte genuina gentis Teutonicæ pronunciatione Gawdegesell, id est, aureus gratus socius: gubernauit eodem tempore, eiusdemq; auspiciis cum Rudolpho superiore, ante quem tamen rebus humanis exemptus fuerat. Qui cum coniuge Theudesynde in diplomate quodam Geneuensi citatur, de anno 1013. & ex eo creditur sedem suæ administrationis habuisse Gebennæ, quo tempore Sabaudiæ comites adhuc angusto tractu conclusi, Burgundiæ regibus parebant. 50

12 IOANNES, dubium an Rudolphi Ignaui vel Gundisoli filius extiterit, postremus Burgundiæ rex fuit, qui legitur fundasse ecclesiam collegiatam in Lugduno, & ecclesiam Viennensem in honore S. Mauritii, anno 1136. Referuntur ad hunc & initia S. Dionysii, vulgo Brasonis. Post huius mortem Burgundiæ regnum à tribus occupatur, qui illud inter se partiti, nominis dignitatem amiserunt: videlicet, Odo nepos Rudolphi, qui se Burgundiæ comitem: Gvvido Grossus, qui se ducem Burgundiæ: & Humbertus filius Bermoldi Saxonis, Sabaudiæ comites ab Othone tertio constituti in Allobrogibus, qui maiore regni

Bur-

Burgundiæ parte occupata, veteri tamen titulo contentus erat. Porro surrexerunt labentibus seculis, & alii comitatus intra limites nobilissimi regni: videlicet Aureacensis, Viennensis, Matisconensis, Chabilonensis, Salinarum, Nouicastri, Vallimontis, Campaniæ: & versus Alemaniæ fines, Montis Belgardi, Salmensis, Pfyretarum, Neuburgensis, Burgdorsensis, Montburensis, Gryers, de Glana, & alii quam plures, de quibus ordine tractabimus.

BVRGVNDIAE DVCES ET PRINCIPES, iam in angustias redacti, ex diuersis prosapiis.

10 EX POSTERITATE BVRGVNDIÆ.

1 RICHARDVS, adhuc sub Rudolpho quarto ducem se Burgundiæ scripserat, cum Sueuiæ ducatus possessionem tantum haberet. Causa erat Mechtildis vxor, S. Adelhaidis reginæ Burgundiæ, & Lotharii regis Italiæ filia. vnde duos genuerat filios, Rudolphum quintum regem Burgundiæ, & Hugonem ducem Burgundiæ: atque Willam, Berengarii regis Italiæ coniugem. Legitur habuisse & aliam vxorem Adelhaidem, viduam Rudolphi quarti. vnde leguntur in Cluniacensi cœnobio, ipsius fundatione, hæc nominatim verba: Ego Adelhaides Dei dono comitissa, do per præsentes in dominium & prouidentiam monachorum, & per omnia transfundo Odonis venerabilis Abbatis & fratrum eius, sub eius regimine degentium, ea duntaxat ratione, vt ipsi monachi, prout poterunt, studeant reformari. Hanc igitur fundationem pro Dei amore in primis facio: deinde pro anima mei domini Rudolphi regis, ac pro Willa regina: dehinc pro me, & domino Rudolpho rege nepote meo, pro aliis quoque filiis meis Hugone, Bosone, & Ludouico nepote meo. Et subiicitur sub finem: Adelhaides comitissa regiæ matris signum lucturæ filiæ Rudolphi regis, signum Hugonis comitis, signum Rudolphi filii Ludouici Imperatoris regnante Rudolpho gloriosissimo rege indictione secunda. Actum in villa Bonalacu, annó Salutis humanæ 1009.

2 HVGO filius Richardi, ducis Burgundiæ ac Sueuiæ, frater Rudolphi quinti Burgundiæ regis, & Bosonis Italiæ regis, tanquam dux Burgundiæ literis subscripsit in Bonalacu, de anno 1009.

30 3 ODO, Rudolphi nepos, ex cognomento Ignaui, ex sorore Gerbirga natus, Hermanni Sueuiæ ducis coniuge, Hugoni in Burgundiæ ducatu successit: sed bello petitus à Cunrado secundo Imperatore, cui Burgundiam Rudolphus sextus legauerat, ab eodem comitatus angustiis concluditur. Et hæc est vera origo comitatus Burgundiæ, adhuc hodie imperio subiecti: nos hodie discriminis causa Burgundiam altam vocamus.

4 GVIDO, Grossus cognomento, ducatum Burgundiæ à Chunrado secundo Cęsare consequitur.

5 BERNHARDVS (dubium an Guidonis, vel Odonis filius extiterit) citatur in literis ab Henrico tertio datis.

6 CHVNRADVS, Berchtoldus, & Albero, Burgundię comites, in literis subscripsere 40 datis à Chunrado tertio Imperatore, de anno Domini 1140.

EX COMITIBVS VIENNENSIBVS & Matisconensibus.

1 GVLIERMVS, vel rectius Wilhelmus, sub Henrico quarto ducatum Burgundiæ possedit, cuius meminit Lambertus Schaffnaburgensis in historia Henrici quarti, cum eius iter, pulsi ex Germania in Italiam, describeret: Satis magnifice (ait) pro sua tum calamitate susceptus & habitus ab auunculo matris suæ Wilhelmo comite, cuius in illis locis amplissimæ & florentissimæ opes erant. Ea porro causa erat, vt relicto recto itinere in Burgundiam diuerteret, quod certo compererat duces Rudolphum Welf & Berchtoldum, vias o-50 mnesque aditus qui ad Italiam mittunt, quas vulgato nomine Clusas vocant, appositis custodibus anticipasse.

2 CHVNRADVS, Gulielmi ducis filius, à Lothario Cæsare Saxone obtinuit vniuersam illam Burgundiæ terram, quæ Iouis & Iura montibus comprehenditur, vt est autor Otho Frising. lib. 1. de vita Friderici primi cap. 9. de Zaringense principe locutus: At Berchtoldus (inquit) vacuum exhinc nomen ducis gerens, id quasi hæreditarium posteris reliquit. Omnes enim vsque ad præsentem diem duces dicti sunt, nullum ducatum habentes, soloque nomine sine re participantes. Nisi quis ducatum esse dicat, comitatum inter Iuram & montem Iouis, quem post mortem Wilhelmi comitis filius suus Chunradus ab Imperatore Lothario suscepit.

3 REGINHALDVS, vel Reynholdus, cum fratribus Ottone comite, & Stephano archiepiscopo Bisuntino: quorum Reginholdus in matrimonio habebat filiam Simonis ducis Lotharingiæ, ex qua natam Beatricem Fridericus primus Cæsar cognomento Barbarossa sibi copulauerat coniugem.

4 GERHARDVS & Gualterus, filii Reginhaldi, patri in dominio Burgundiæ successerunt.

5 THEOBALDVS & Stephanus, comites Campaniæ & Burgundiæ, cum Friderico I Cæsare in Asiam transfretarunt: interfueruntque, cum suffocato Imperatore, Accon siue Ptolemais ductu Leopoldi Austriæ ducis expugnaretur. Obierunt in Asia, ex peste. 10

EX GERMANIS.

1 OTTO, filius Friderici primi Imperatoris, ex Beatrice Burgunda, Reginhaldi ducis superius nominati filia, cum Burgundia destitueretur hæredibus, subrogatur, vt proximus hæres. Qui primus fertur immutasse prouinciæ insignia, & pro alba aquila in rubro clypeo, aureum leonem in cœlestino clypeo vsurpasse. Habuit in matrimonio Margaretam filiam Theobaldi comitis Blesensis in Francia, viduam Hugonis de Arsiaco. Ex qua progenuit duas modo filias: Beatricem, Ottonis senioris Meraniæ ducis coniugem: & Ioannam, Gerhardo comiti Viennensi locatam. Sunt qui & plures illi filias tribuunt, Elisam, ac Elisabetam. Sepelitur in templo sancti Ioannis apud Bizuntium, annno Salutis humanæ MCXCI. 20

2 OTTO, filius Ottonis senioris, ducis Meraniæ, & comitis Andacensis in Boiaria, ex Beatrice filia Ottonis superioris, Friderici primi Cæsaris nepte, genitus, partem Burgundię quam Altam vocant, ratione matris consecutus, se palatinū Burgundiæ solum scripsit, cum alteram partem Galliæ attiguam Otto comes Viennensis, natus ex altera filia, occupasset. Habuit in matrimonio Blancam Theobaldi comitis Campaniæ filiam, sterilem. Interficitur in prælio, & Burgundiam reliquit comitibus Salinarum.

EX COMITIBVS CHABILONENsibus & Salinarum.

1 IOANNES, comes Chabilonensis & Salinarum (dubium quo iure) duobus Ottonibus Meraniensi & Viennensi sine prole sublatis, Burgundiam consecutus, dignoscitur subscripsisse fundationi abbatiæ de alpibus, supra Gebennam, de anno 1260. Habuit in matrimonio Alidam, comitissam Artesiæ & Campaniæ. 30

2 HVGO, Ioannis superioris filius, Alisam filiam Ottonis Meraniensis, Friderici primi Imperatoris pronepotem, prætextu cuius coniugii Salinarum comites Burgundiæ ducatum obtinuerunt: cuius tutorem aliquandiu supradictus Ioannes egerat. Reliquit filios ex Alisa Meraniensi, Ottonem Burgundiæ comitem, & Reginholdum, Stephanum, Ioannem, Henricum, Hugonem, & Guidonem comites Salinarum & Chabilonenses, Nauarræ & Artesiæ.

3 OTTO, hoc nomine tertius, vulgo palatinus comes Burgundiæ appellatus, dux Nauarræ, & comes Artesiæ, ex Mechtilde comitissa Artesiæ suscepit Rudbertum filium, successorem: & tres natas, Alisam, Margaretam Ludouici Flandriæ comitis coniugem, & Ioannam Blancam desponsatam Philippo Longo de stirpe Valesiorum, fratri Caroli regis Franciæ. vnde nati sunt, Ioannes rex Francię, Margaretha comitissa Flandriæ, Blanca vxor Delphini Viennensis, & Alisa nupta Ioanni filio Rudberti. Quemadmodum ex Margareta seniore Ludouicus secundus Flandriæ comes processit, cuius vxor fuerat filia Ioannis tertii Brabantiæ ducis: vnde videlicet prognata est tertia Margareta, quæ Philippo Audaci nupserat, Franciæ regis filio, & Burgundiæ dominium vi magis quam iure ad Valesios & Galliæ regum stirpem transtulit, circa annum Salutis 1360. Porro Otto vixerat adhoc anno 1296. 40 50

4 RVDBERTVS, Ottonis supranominati palatini Burgundię filius, constitutus in tutela matris Mathildis, quæ obiit anno Salutis 1304. Is ex comitissa Vallimontis duos filios reliquit, Ioannem & Vdonem: & duas pariter filias, quarum Ioanna Philippo regi Franciæ nupserat, Margareta vero Ludouico comiti Campaniæ & Nauarræ: qui & ipse postea rex Franciæ fuit, & filiam suam Ioannam Philippo Nauarræ regi collocauerat.

5 VDO, cum fratre Ioanne, gubernacula Burgundiæ post patrē accepit. Qui ex coniuge Ioanna, Philippi Longi Franciæ regis filia, nata videlicet ex Ioanna Meraniensis stirpis, Ottonis palatini comitis Burgundiæ hoc nomine tertii, Philippum filium reliquit.

6 PHILIPPVS, Vdonis superioris filius, ex Ioanna ducissa Boloniæ, Philippū secundum

dum tulit, & Ioanni in Amadeo Sabaudiæ comiti locatam. Occubuit in Guasconia ad Dagmalon in exercitu regis Franciæ, anno 1346.

7 PHILIPPVS hoc nomine secundus, superioris Philippi filius, sub matris Boloniensis ducissæ cura constitutus, parente occiso, tandem ex ephebis egressus, ducatus gubernacula suscepit: quæ paucis annis tenuit, cũ iuuenis admodum obiisset, circa annum 1368. relicta coniuge Margareta Flandriæ comitissa sterili, adeo vt ducatum mater ad secundum maritum Ioannem Galliæ regem tulerit. Nupserat & vidua Margareta Philippo Audaci; filio Ioannis Galliarum regis.

10

EX VALESIIS ET FRANCORVM *regibus in Gallia.*

1 PHILIPPVS, Audax ex cognomento, Ioannis regis Franciæ filius, triplici nomine in ducatum Burgundię successit: primo propter auum, qui Ioannam Blancam Ottonis palatini comitis Burgundiæ natam consecutus coniugem erat: secundo propter parentem, qui Philippi primi ducis Burgundiæ viduam, Boloniæ ducissam, in matrimonio habebat, Burgundiæ hæredem, cum filius sine prole obiisset: tertio, ratione vxoris Margaretę, quam Philippus secundus dux Burgundiæ viduam reliquerat, quæ quidem ex patre Flandra, & ex matre Brabantina fuerat.

2 IOANNES, cognominatus Sine timore, filius Philippi audacis, capitur à Thurcis in 20 clade Varnensi, quam Sigismundus Imperator acceperat.

3 PHILIPPVS, ex cognomento Bene amatus, Ioannis ducis filius, gessit bellum atrox cum rege Galliæ, & eum maiore regni parte priuauit.

4 CAROLVS, Philippi filius, & ex Maria filia Maximiliani Imperatoris socer, quam eo euentu Fridericus tertius Imperator filio impetrauerat: Carolo Nassouiensi comiti in episcopum Coloniensem electo, aduersus subditos rebelles auxilio profectus, Nouesium imperialem vrbem obsederat, quod eius oppidi ciues Coloniensibus socios iunxissent. Huic, cum Imperii ordinibus, subsidio Fridericus Imperator venerat. Euenit autem res necessaria, vt ante congressum duorum exercituum, quidam boni viri Burgundum Cæsari in has conditiones conciliassent, vt filiam videlicet Mariam, quæ vnica duci fuerat, 30 Maximiliano Cæsaris filio vxorem iungeret. Itaque sopito illo bello, Burgundum excepit Lotharingicum, in quo ducem Lotharingiæ dominatu exuerat. Tertium illi fuerat Alsaticum, aduersus Sigismundum Austriæ ducẽ, cui nitebatur Sundgouiam, Alsatiam & comitatum Pfyretarum adimere. Quartum & fatale gessit aduersus Heluetios, qui partim auxiliante Sigismundo, partim Lotharingum restituturi, se Burgundo opposuerant. In quo bello ad Nanseum Lotharingiæ in acie victus, ab Heluetiis interimitur, multis nobilibus Burgundis partim captis, partim occisis. Gessit & aduersus regem Franciæ bellum, ante Nansouiense, in quo magnam Galliæ partem Burgundionum ditioni adiecerat. Et hic postremus fuit Burgundiæ princeps, qui in natali solo habitabat. Nam qui secuti sunt, de Austriæ domo, Maximilianus, Philippus, & nostra ætate Carolus & Ferdinandus Cæsares, 40 Burgundiam aliunde administrant: etsi per vim maiorem illius partem Galliarum rex occuparit. Essent igitur iam duces Burgundiæ ex Austriæ principibus enumerandi, quorum historiam in Decadibus rerum Austriacarum ex professo & prolixe tracto, ad eamque te candide lector remitto.

CATALOGVS COMITVM ET DVCVM SAbaudiæ, *qui meridionalem Burgundiæ veteris partem tenebant, hodie magna ex parte à Galliæ regibus & Bernatibus occupatam.*

1 BERMOLDVS, Saxoniæ comes, Ottonis tertii Imperatoris cognatus: à quo in finibus Burgundiæ & Italiæ comitatum nactus, originem præbuit marchionibus Montisfer- 50 rati, Saluciarumque & Sabaudiæ comitibus, concedentibus illud Rudolpho & Basano Burgundiæ regibus.

2 HVMBERTVS comes Sabaudiæ & Oriennæ, Henrico Sancto imperante celebratur, anno lapso à Christo nato millesimo.

3 BALBERTVS, quem aliquot annales caput gentis statuunt, & eius ex Saxonia primordia repetunt.

4 BEROLDVS, genuit Geroldum.

5 GEROLDVS, ex Henna palatinissa Seyrensi, Henricum, Thomam & Hugonem comites Sabaudiæ procreauit.

6 HVGO, ex regina Castiliæ Amadeum genuit.

7 AMADEVS, ex ducissa Burgundiæ Hugonem & Amadeum produxit.

8 HVGO hoc nomine secundus, comes Sabaudiæ, & de Meron, ex comitissa Flandriæ tulit Amadeum secundum, & Ludouicum.

9 LVDOVICVS, ex Berchta comitissa Barri progenuit Ludouicum secundũ, Amadeum tertium, Philippũ, Guetam ducissam Vratislauiensem, & Berchtam Barri ducissam.

10 PHILIPPVS, ex Gertrude Lotharinga Ioannem & Ludouicum filios, & duas filias reliquit.

11 LVDOVICVS, hoc nomine secundus, ex Agnete comitissa Zolrensi genuit Amadeum quartum, Ludouicum quartum, Ioannem & Philippam Brunorii Scaligeri principis de Verona coniugem. 10

12 IOANNES, ex comitissa montis Belgardi, Ludouicum & Amadeum procreauit, hoc nomine quintos.

13 AMADEVS quintus, duas nactus est coniuges: videlicet ducissam Barri, & comitissam Flandriæ. ex quibus reliquit Iacobum, Ioannem, Philippum, Ludouicum, & Amadeum sextum, cum vnica filia.

14 AMADEVS sextus, ex ducissa Borboniæ suscepit Ludouicum sextum, & floruit circa annum Salutis relatæ 1300.

15 LVDOVICVS sextus istius nominis in Sabaudia, ex Catharina ducissa Brabantiæ Amadeum septimum progenuit.

16 AMADEVS septimus ex Bohemiæ regina. Amadeum octauum & tres filias reliquit, Blancam ducis Galeacii coniugem, Ioannem Bohemiæ reginam, & tertiam duci Barrensi locatam. 20

17 AMADEVS octauus, ex Violanta marchionis Montisferrati filia Amadeum nonum & duas filias reliquit, Ioannam Iacobi Montisferrati marchionis, & Constantiam fratris illius coniuges.

18 AMADEVS nonus in ista familia, ex ducissa Burgundiæ Ludouicum & Huldricum tulit, qui sponte gubernacula relinquens, monasticen profiteri cœpit, postulatus in concilio Constantiensi in Pontificem maximum: in cuius apice constitutus, Fœlicis nomen adeptus est.

19 HVLDERICVS, ex Margareta Rheni palatinissa nihil tulit. 30

20 LVDOVICVS septimus, Amadei noni filius, & Hulderichi frater germanus, ex regina Cypri progenuit Philippum successorem, Ludouicum Cypri regem, & Ioannem comitem Gebennarum, Ioannem Ludouicum episcopum Gebennensem, & Amadeum. Filiarum Bona Galeatio Mediolanensi, Margareta Ioanni Montisferrati marchioni, & tertia Ludouico Franciæ regi nuptæ fuere.

21 PHILIPPVS, ex duabus vxoribus, principe Britanniæ, & ducissa Borboniæ, reliquit Philibertum, Carolum, & vnum episcopum.

22 AMADEVS, decimus isto nomine, Philippi filius, genuit Philibertum secundum, Carolum & Ioannem Iacobum: quorum Carolus ex marchionissa Montisferrati reliquit Iacobum ducem Sabaudiæ, & Philippam marchionissam. 40

23 PHILIBERTVS Amadei decimi frater germanus, ex Margaretha filia Maximiliani Cæsaris procreauit Philibertum secundum.

24 PHILIBERTVS secundus, ex filia Ferdinandi Castiliæ regis, sorore coniugis Philippi Austriaci, reliquit qui adhuc in humanis, ditione sua a regibus Galliæ ac Bernatibus priuatus, in angustiis degit.

PROSAPIA COMITVM SALINARVM, ac Chabilonensium, in tractu veteris Burgundiæ.

IOANNES, sub Ottone primo legasse reperitur cœnobio sancti Romani Cluniacensi, salis annuum prouentum, pro anniuersario suo, sub Chunrado primo rege Burgundiæ. 50

IOANNES secundus, primi filius, cum Mechtilde vxore, abbatiæ de Alpibus supra Gebennam quotannis X solidos legauit: cuius filius in Burgundiæ ducatum translatus, fundauit cœnobium Minorum in Salinis, anno Salutis 1233. Reliquit duos filios, Bonerũ comitem Salinarum, & Hugonem ducem Burgundiæ: quorum primus cernitur sepultus Salinis, in choro.

HVGO comes Salinarum, & Burgundiæ simul princeps, duas habuit in cõiugio nobiles fœminas, Mechtildam, & Alsam filiam Ottonis comitis Viennensis, hæredem Burgundiæ, prætextu cuius matrimonii Burgundiæ ducatũ suæ stirpis primus est consecutus. Is reliquit multos liberos: quorum qui Ottonem in Salinarum comitatu secuti sunt, nepotes & pronepotes

nepotes Rudbertus, Vdo, & duo ordine Philippi, fuerunt principes Burgundiæ, de quorũ stemmate supra est dictum, reliqui filii fuere comites Salinatum & Chabilonenses, Reginoldus, Ioannes, Hugo, Guido, Henricus, & Stephanus archiepiscopus Bysuntinus.

PROSAPIA COMITVM DE VALLIMONte, siue Vadimonte, vnde hodierni Lotharingiæ principes defluxerunt.

1 HENRICVS comes a Vallimonte, siue Vadimonte: propter Margaretham Burgundam, filiam Ioannis senioris, qui erat filius Ottonis Palatini Burgundiæ, hoc nomine 10 tertii, iunioris Ioannis sororem, deficiente prosapia veteri, & ducatu Burgundiæ ad Valesios deuoluto, circa annum Domini MCCCXXX de Burgundiæ ditione impetrauit Montagu, Fontanc, Fudtamont, Ruffard, Schiffen, Iurla & Amaza. Tulit vero ex Burgunda duas filias: Margaretam Theobaldo domino à Nouo castro nuptam, Burgundiæ marescalco: & Alisam, eiusdem Theobaldi filio desponsatam. Ex quo matrimonio tertius Theobaldus processit, dominus de Nouo castro, qui Agnetem vltimi comitis Montis Belgardi filiam habuit vxorem.

2 REYNHARDVS, ex Margareta filia Henrici Superioris, duobus maritis viduata, videlicet Theobaldo à nouo Castro, & Sabaudiæ principe. Is suæ stirpis primus dux Sabaudiæ creatur.

20 3 IOANNES, Reynhardi filius, dux Lotharingiæ, sui generis secundus: cuius frater Ferretus, mansit comes in Vallimonte.

4 REYNHARDVS secundus hoc nomine, dux Lotharingiæ.

5 IOANNES 2, dux Lotharingiæ, nostro seculo floruit, & reliquit filios ac nepotes.

PROSAPIA COMITVM DE nouo castro.

1 THEOBALDVS, habuit in matrimonio Margaretam filiã Henrici comitis de Vallimonte, ex Burgunda natam, & Ioanne seniore, cuius auus Otto hoc nomine tertius palatinus Burgundiæ fuerat, circa annum Salutis 1318.

30 2 THEOBALDVS secundus, ex Alisa sorore Margaretæ supradictæ, comitissa Burgundiæ, tertium Theobaldum reliquit.

3 THEOBALDVS tertius, secundi filius, ex Alisa, habuit in matrimonio postremi comitis Montisbelgardi natam.

PROSAPIA COMITVM MONTIS BELGARdi, vulgo Wympelgard. qui hodie comitatus Wirtenbergiæ principibus paret. Quorum eadem pene erant insignia cum comitibus Pfyretarum, & Salmensibus.

1 THEODERICVS, cœnobium sanctæ Waldburgis in foresto supra Strasburgum 40 fundauit, anno Salutis 1074.

2 FRIDERICVS & Theodericus, floruerunt circa annum nostræ redemptionis millesimum centesimum vigesimum.

3 THEOBALDVS, profectus cum duce Burgundiæ Ioanne & Sigismũdo Cæsare aduersus Thurcas, in prælio Varnensi interficitur, relictis duabus duntaxat filiabus: quarum vna nupsit Theobaldo domino de Nouo castro, Burgundiæ marescalco: alteram vero comes Wirtenbergensis coniugem nactus est, & comitatum deinceps in iura sua redegit. vnde & hodie Wirtenbergii titulum vsurpant.

COMITES DE NEWBVRGA, SVB QVORVM 50 ditione erat tractus Ebredunensis, & Auenticus, ac Lausanensis: erantque illis obnoxia Stauia, Landern, Marton, Yuerdon, Wiflisburg, & Neuburga.

1 VDALRICVS, floruit circa annum humanæ reparationis 1250. reliquit duos filios, eodem Henrici nomine: quorum erat alter præsul Basiliensis, Rudolphi Cæsaris hostis. Filiarum vna nupsit comiti à Dokhenburg, secunda domino à Regensperg prope Tigurũ, tertia domino à Gransen desponsatur, quarta comiti à Rötelen Alemano coniungitur: cuius matrimonii prætextu Neuburgensis comitatus deuolutus est ad Rotelenses comites, & inde ad marchiones Hochbergenses. Quem tamen comitatum principes Austriæ, vna cum Friburgo, emerant à postremo comite Friburgensi.

2 HENRICVS, legitur Rudolpho Habsburgensi, antequam esset Cæsar designatus, in multis bellis auxilium tulisse, præsertim Basiliensi & Strasburgensi. Reliquit tres natos: quorum Humbertus fuerat antistes Basiliensis, qui Elikurt dominium, alienatum ab episcopatu, in suam transtulit familiam.

3 DIEBOLDVS, vel Theobaldus, bellum gessit cum Ioanne à Flekhnstayn, episcopo Basiliensi, propter dominium Elikurt. floruit anno Domini 1424.

4 H[illegible]NRICVS secundus, postremus comes Neuburg[illegible]sis, reliquit vnicam filiam: quam duxit Egon comes à Friburgo: & prætextu illi[illegible] mortuo socero, comitatum in suam prosapiam transtulit.

10

COMITES A GLANA, SVpra Vallesios.

1 GEVELINVS, præfectus Burgundiæ à Carolo Magno constitutus: quem exauctoratum finibus suis expulit, cum Francorum exercitum Saracenis prodidisset. In qua clade interierant, præter alios Franciæ proceres, Ruelandus nepos Caroli Magni ex sorore, & Turpinus archiepiscopus Remensis. Cæterum Geuelinum posterius exploratum & deprehensum in arca, milites Caroli magni interfecerunt. Sepelitur apud Paterniacum, quod tum illius fuerat.

2 PETRVS, cum Wilhelmo fratre, post aliquot secula de Geuelino descendentes, [illegible]ruerant in Valesianorum valle, circa annum Salutis millesimum sexagesimum. Quorum W[illegible]lhelmus interficitur apud Paterniacum, per insidias, vna cum Salinarum comite. [illegible] omnes sepulti in prioratu Cluniacensi cernuntur, ad lacum Nyrnizensem anno Domini [illegible]CXX.

20

3 WILHELMVS, floruit anno Domini MCXL. Petri cuiusdam filius, sepultus in cœnobio Altaripa, supra Glanam fluuium, sua fundatione, haud procul à Nouo castro, cuius monasterii primum præpositum filius egerat.

COMITES DE GRYERS, QVORVM ERAT ditio prope Friburgum Vychtlandiæ, ad lacum Losannensem. Cum quibus Bernates diu bellum gesserunt, & comitibus ademerant Gummene, anno 1341. Lobekh & Menenburg, anno 1350.

30

COMITES à Montburen, prope Solodurum habebant ditionem. Quorum erat Buren, & alia loca. Illo nomine celebratur Waltherus, anno incarnationis Domini millesimo CCXX.

LIBRI VNDECIMI FINIS.

LIBRI DVODECIMI, DE MIGRATIONIBVS GENTIVM, &c. ICONES.



LONGOBARDVS. HERVLVS.

dibus cognomina adepti ſunt alii populi, Longobardis in Germania vicini, Iſteuones, Angri, Varu, Cheruſci, Aduari à Romanis ex ſiniſtra imitatione appellati: quos videlicet Teutones gentilitio ſermone rectius vocarunt Indriſtenwoner / Engrer/vel, angerwarter/ id eſt, collium cultores: Odwarter/id eſt deſertorum incolas. Id præterea quod dicimus de lingua Longobardorum Teutonica, poſſumus ex aliis multis vocibus, quarum ſubinde Paulus Diaconus in hiſtoria Longobardica meminit confirmare, veluti ſunt Lama pro ſtagno limoſo, ain lamige pfitzen/cap.10.li.1. felden, pro campis, cap. 13. ſchala, pro patera, libr. 2.c.28. ſchilpor pro armigero, id eſt, ain ſchiltpůb/libr. 4. cap. 23. pro ſtratore: Marbachum (quem poſtea Marſcalcum Germani dixere) lib. 3.c.24. Ita Vuectari landherum fuiſſe in Foroiulio, id eſt baronem, lib. 6.c,24, idem Diaconus autor eſt. Idem Scultahnm rectorem dictum fuiſſe, & iudicem, Longobardis, teſtatur: qua adhuc Sueui voce pro iudice vtuntur. Idem prauchmarum, vicarium appellat Longobardica lingua, nimirum ab vſu & vtendo ſic dictū. Reperiuntur in eodē autore & Arga atque Munichis, vocabula Longobardica, c.8. li.6. pro malo & monacho vſurpata. Elegans vero etymon eſt, & quod Andreas Alciatus in libris Parergon oſtendit: Deſiderium poſtremum huius gentis regem a Carolo magno poſtea victum, Viterbium oppidum condidiſſe, ex tribus oppidis mœnibus coniunctis, Longula, Vetulina, & Volturena: illiq; ex amplitudine ædificiorum nomen indidiſſe Vuiterbium, id eſt, weyter baw/quod latius patens ædificiū Latini appellant. Sunt huius deniq; farinæ innumera in legibus Longobardicis, à Rothari rege latis. Placet è multis aliquot leges recenſere, quæ Longobardicas voces mere Teutonicas continent. Si Inimicos regis intra prouinciam inuitaſti, vel introduxiſti, aut ſpiam regis intra prouinciam celaſti, aut annonam dediſti, Intelligit autem explorationem per Spiam, quam vocem nos addita aſpiratione proferimus, ain ſpech. Item alia lex habet: Si homines liberi inter ſe de morte alterius conſiliati fuerint, ſine regis conſilio, & ex ipſo tractatu mortuus fuerit, cōponat vnuſquiſque, vt ſupra, ſolidos x x. Et ſi ipſo conſilio mortuus fuerit, tunc ille qui homicida eſt, componat ipſum mortuum, ſicut appreciatus fuerat, Vuidrigeldo. vbi Vuidrigeldum vocabulum eſt Germanicum, & talionem pecuniariam ſignificat. Fit & Drygeldi mentio eiſdem in legibus quæ vox Germanis pecuniam in tres partes diuiſam ſignificat: Et ſi probare non potuerit, & cognoſcit quod doloſe accuſaſſet, qui accuſauit: & probare non potuerit, tradatur in manus eius cū rebus ſuis, & ipſe faciat de eo quod voluerit, Drygelt ſuum componat, & medietatem regi, & medietatem cui crimen iniectum eſt. Legitur & Garathungi vocula pro vltione, vulgo ain rach: Si quis homicidium (inquiunt leges) in abſconſo perpetrauerit, in barone libero, vel ſeruo, vel ancilla, & vnus fuerit, aut tantum quod ipſum homicidium fecerint, D C C C C componat. Si vero plures fuerint, ſi ingenuus qui occiditur, qualiter in hac Garathungi ipſum homicidium componat. Similia ſunt, in Sculcam tradere, & Aſcalim facere, pro iis quæ nos aſperius proferimus, ſchuldig geben/ ſchalkhait thon: Si quis in exercitu ambulare contempſerit, aut in ſculcam ſe tradat regi aut duci ſuo, ſolidis xx. componat. Si quis contra inimicum pugnando collegam ſuum dimiſerit, aut aſcalim fecerit, id eſt, eum deceperit. Non diſſimili ratione ſacrilegum, qui mortuos ſpoliarit, appellant leges Bludcrap: hoc eſt, ſi Latine reddas, coruum ſanguinis. Eædem, familiam Gaſindum, faydam inimicitiam, & ferita vices nominant: quæ nos hodie vocabula, qui à Sueuis ac Marcomanis deſcendimus, paulo aſperius & truncata paſſim pronunciamus, ain Geſind/ain Fech/ain Fart: Sed ſi iudex ſuum attēderit ad Gaſindū, aut ad parētes, aut ad amicos vel damnum, & legem non fecerit, honorem perdat. Et iterum: Plagæ quæ inter homines liberos euenerint, pro hoc tenore, ſicut ſupra adnexum eſt, componatur, ceſſante fayda. Et rurſus: Si quis hominem liberū ſubito ſurgenti rex percuſſerit, aut liuorem aut vulnus fecerit, pro vna ferita componat ſol. 3. Huc pertinent verbaliter quædam prolata, noſtris vocibus eodem ſignificatu omnino ſimilia, Tungare pro Dyngen/ Battidire pro accuſare, vnde præconem Bittl Sueui vocant in hunc vſque diem. Vnde lex de filio naturali, qui de ancilla alterius natus fuerit: Si pater comparauerit eum, & liberum tungauerit, libertas illi permaneat. Et alia lex: Si quis homini libero inſidiatus fuerit, cum virtute ſua, aut cum alterum ſolatio, videns eum imparatum, & ſimpliciter ambulantē, aut ſtantem, & ſubito ſuper eum aduenicns, aut turpiter eum tenuerit, aut battidierit ſine iuſſione regis, medietatem precii, etſi eum occidiſſet, componat. Hic vero eſt mihi admonendus lector, quædam vocabula Longobardos habuiſſe, quæ eiſdem in legibus continentur, quæ ſiue Teutonica originaliter ſint, ſiue non, hodie ſane nō intelliguntur, nec apud Germanos vſupantur: vt Alda pro liberta, maſſarius pro ſeruo, folſor pro filio legitimo, & threus pro ſpurio filio, ferquido pro ſimili, macini pro redemptoribus ędificiorum, abiatica pro commeatu diſcedendi, & aſtum pro deliberato, dedita opera. Sed placet leges ſuper h's

ipsi notant corpora pictura varia,& omnifariam formis animalium. Quo circa induuntur quidē videlicet picturā corporis ne operiant. Sunt autem bellicosiss. gens,atq; auidissima cædis,tantum scuto angusto lanceaq; contenti,præterea gladio nudis corporibus dependente. Loricæ ac galeæ penitus ignorant vsum,impedimentum id esse transgrediendis paludibus arbitrantes,quorum vaporibns æstuq; cœlum ibi semper caliginosum est. hæc ille. Sane eiusmodi vestitu adhuc Irlandi vtuntur, supra Angliam,vt etiam clarissimus vir BEATVS RHENANVS in historiarū sylua obseruauit, ita scribens: Heruli (inquit) campestribus olim nudati pugnare solebant: quem morem hodie aiunt Hyberniæ incolas obseruare. Porro de origine Herulorum,ex Irlandia & vicinis insulis deriuata, mox ab in-
10 itio præsentis libri à nobis dicetur. Explicat denique quod proponimus, populiq; illius in natando industriam ostendit hocce Sidonii carmen:

Cursu Herulus,Hunnus iaculis,Francusq natatu.

3 VESTITVM Longobardorum,qualis fuerit,declarat Paulus Diaconus lib. 4. rerū Longobardicarum,ca. 23. Ibi etiam præfata regina sibi palatium condidit,in quo aliquid & de Longobardorum gestis depingi fecit. In qua pictura manifeste ostenditur,quomodo Longobardi eo tempore comam capitis rondebant,vel qualis illis vestitus,qualis ve habitus erat. Siquidem ceruicem vsque ad occipitiū radentes, nudabant, capillos à facie vsq; ad os demissos habentes. quos in vtramq; partem,in frontis discrimine diuidebant. Vestimenta vero eis erāt laxa,& maxime linea,qualia Anglosaxones habere solent, ornata insti-
20 tis latioribus, vario calore contextis. Calcei vero erant vsque ad summum pollicem pene aperti,& alternatim laqueis corrigiarū retenti. Postea vero cœperunt hosis vti,supra quas equitantes Tubingos byrreos mittebant. Sed hoc de Romanorum consuetudine traxerunt. Idem lib. 1. cap. 24. Tunc regis alter qui aderat filius, sermone stimulatus, Longobardos iniuriis lacessere cœpit,asserens eos,quia suris inferius candidis vtebantur fasciolis equabus, quibus cruretenus pedes albi sunt,similes esse: Fœtidæ sunt equæ, quas simulatis. Ex his verbis satis arbitror leonem Longobardi probari, quem in frontispicio hic posuimus.

4 HERVLORVM mores,atque adeo Rempublicam vniuersam, nemo melius depingit,quam Procopius Græcus autor,lib. 2. Hist. Goth. Heruli præterea ad duo millia sub-
30 secuti. Sed vndenam gentium Heruli hi fuerint, & quemadmodum cum Romanis inierint fœdus,nunc explicabo. Constat sane supra Istrum flumen quondam hos habitasse, & ea fuisse credelitate ac superstitione detentos, vt multos esse deos putarent: eos deniq; per homines sacrificiis ac litationibus placari, religiosum esse ac pium arbitrantes: legibus autem multis ac variis, vt cæteri homines, non eundem fuisse in modum vsos. siquidem nec senescentibus suis,nec morbo adfectis, vita frui apud hos fas erat in posterum. Sed vbi primum ex his quisquam,siue consenuisset,siue infirma corporis valetudine caperetur, protinus cogebatur à propinquis efflagitare, se vt quantocyus ex humanis delerent. Tunc illi lignorum in altitudinem strue ingenti congesta, desuperq; vt in summo fastigio impositum hominem in ortiiam destinatum, Erulorum quempiam mittunt, vt pugione confi-
40 ciat, sed sanguinis illi propinquitate penitus alienum: non enim fas erat, propinquus aliquis & necessarius vt hunc interficeret. Vbi vero qui hominem illum occidit, ad eos descendit, mortuo illo, cognatione iuncti, ab infimo ad summum culmen, pyra incensa, vbi flamma demum resedit, collecta è rogo iam ossa sub terram ocyus condunt. Herulo itaq; viro defuncto necesse erat, vt vel vxor ipsa, quæ virtutis existimationem aliquam fuisset, ad id tempus adepta, vel sibi gloriam relinquere in posterū vellet, laqueo apud viri sepulchrū non longe post vitā finiret. Ei vero quæ se non ita gessisset, relinquebatur de cætero ignominiæ nota, odiiq; in viri propinquos conuincebatur. hæc Procopius. Qui mox subiiciens: Deinde, vt primum suscepit Imperium (loquitur de Iustiniano) optimis locis rebusq; alus cum hos abunde donasset, vel arma consociasse cum Erulorum gente, sat liquet, &
50 Christi vt fidem susciperēt persuasisse: vnde feris & pristinis moribus in mansuetudinem commutatis, Christianorum legibus sese quam maxime addixerunt: & cum Romanis hoc tempore ex inita societate, aduersus hostem in aciem prodeunt. Sed alioquin suopte ingenio infidi, impiosque item & detestabiles coitus, & cum aliis multis, cum viris tamen & beluis inpudentius habent, ac omnium perditiss. sunt, & vt mali male perdendi. Huc itē referendum est quod scribit Procopius lib. 2. rerum Gothicarum, de moribus & instituto Longobardorum in bello ac castris, ita inquiens: Conuersus deinde ad ea quæ proxima erant administranda, Longobardorum in primis nefanda facinora, se in expeditionem sequentium vindicare simul & expiare curauit. Illi namque ad cæteram vitæ factorumq; turpitudinē & scelus, vel ædificia ipsa in quæ forte diuerterant, iniussi cremabant, stuprumq;

quem Hunrichus ſecutus eſt,ac poſt hunc Friderichus. qui cum Chriſtianam pietatem reieciſſet,ac Romanis obſequium detrectaſſet,bello petitus à Iuſtiniano ac conceſſis olim in Pannonia ſuperiori Noricoq; ripeuſi agris priuatus, vix tandem anguſtam admodum habitationem in Valeria meruere,qui cladi ſuperfuerant. Quibus finibus legitur, Herulis ſub ducis dignitate quidam Siſualdus imperitaſſe, anno currrente à nato Chriſto 569. Ex quibus iam colligitur, triplices nationis illius ad noſtram ætatem reliquias perueniſſe: Irlandos videlicet ſupra Hyberniam,ꝗ vel nomen ipſum oſtendit,ab Erulorum terra deductum: Vuerulos & Rugos in tractu Meclaburgenſi, W litera Teutonica ex duriori gentis aſpiratione adiecta(quorum ſe, atque Rugorum principis, in hodiernum diem Pomeraniæ & Brandeburgii principes ſcribunt) & ſi recte coniicio, Cilienſis agri Carniolanique ducatus incolas, Auſtriæ principibus obnoxios, vbi noſtra memoria loca quædam ad veterem gentis appellationem alludunt, Rogiz / Rogendorf/ Hermanſdorf/ Ernburg/ Ernhauſen/ &c. Poſtergato itaq; omni iam dubio, concludo,primas Herulorum ſedes in Thuſe fuiſſe, prope Irlandiam, Angliæ regibus vectigalem. Eius incolæ nuper adeo per nauigationes ab Henrico Angliæ rege reperti, veterē Herulorum habitum, vt a Romanis Græcisq; ſcriptoribus deſcribitur,mire repręſentant, vt ex Iconibus ab initio libri præmiſſis facile Lector cernet. Ad has ſedes alludens Sidon. Apoll. ſic cecinit in poemate ſuo:

Hic glancis Herulus genis vagatur,
Algoſo prope concolor profundo.

Has ſedes manum quandam populi reliquiſſe, atque in continentē perueniſſe, Belgiſq; atq; Germanis proximam habitaſſe, veriſimile eſt. Nam & Cor. Tacit. qui ſub Domitiano vel Nerua ſcripſit, in lib. De moribus Ger. Herulos refert & Treuiros circa affectationem originis, vltro ambitioſos eſſe, tanquam per hanc gloriam ſanguinis ab inertia Gallorum ſeparentur. Hic in exemplaribus Cornelianis falſo pro Herulis, Nerulis legitur. quod Lectorem admonendum putaui: quia ſimilitudo quædā eſſe ſolet duarum literarum h & n. Cæterum cum aliquando in penitiori Germania tenuiſſent,ſub Claudio Cæſare ad Iſtrum ſe contulere. Cuius rei videtur obiter meminiſſe Trebellius Pollio, in Claudii Cæſaris vita, eius qui Galieno & tyrannis ſucceſſerat: Superius diximus (inquit) illi Gothi qui enaſerant eo tempore, quo illos Marcianus eſt pſecutus, quoſq; Claudius emitti non ſiuerat, ne quid fieret quod effectū eſt, omnes gentes ſuorum ad Romanas incitauerunt prædas. Denique Scytharum diuerſi populi, Peucini, Trutingi, Auſtrogothi, Virtungi, Sigipedes, Celtæ & Heruli, prædæ cupiditate in Romanum ſolum & Rempublicam venerunt, atq; illic pleraq; vaſtarunt, dum aliis occupatus eſt Claudius. Quæ ſatis oſtendunt, Herulos iam tum Romanos limites infeſtaſſe. Quare & Nazarius panegyriſta, in panegyrico ſexto, cum de Rheni ac Iſtri limitibus ſub Conſtantino infeſtatis ſcribit, in hæc verba prorumpit: Neque ſolum Burgundiones & Alemanni, ſed etiam Chauiones Erulique, viribus primi barbarorum, locis vltimi, præcipiti impetu in has prouincias irruiſſent. Et ſubdit: Ita cuncti Chauiones, Erulique cuncti, tamen internecione cæſi interfectique ſunt, vt extinctis his, relictis domi coniugibus ac matribus, non profugeret quis prælio, qui victoriæ tuæ gloriam nunciaret. Ab eo tempore Heruli Romanæ amicitiæ addicti non ſolum libere habitationem quandam ad Iſtri ripam retinuerunt: verum etiam Romanam tranſcripti ad militiam, Imperatorum in caſtris ſub ſignis meruere: quemadmodum libri Præfecturarum Noriciarumque orientis ac occidentis demonſtrant, in quibus Herulorum ſubinde & cohortes & vexillationes commemorantur. Extat & Herulorum apud Am. Marcellinum mentio, in hiſtoria Valentiniani Auguſti: Carietto tunc (inquit) per vtramque Germaniam comes occurſurus, cum milite egreditur ad bellum incundum promptiſſimo: adſcito in ſocietatem laboris Seueriano, itidem comite inualido & longæuo, qui apud Calidona Diuitenſibus præſidebat, & Tungricis. Et ſubdit: Ipſe denique Carietta, dum cedentes obiectu corporis, & vocis iurgatorio ſono audentius retinet, pudendumque diluere dedecus fiducia diu ſtanti conatur, oppetiit telo lethali confixus: poſt cuius interitum Herulorum Batauorumque vexillum direptum, quod inſultando tripudiantes barbari, crebro ſublatum altius oſtendebant. Ex quibus apparet, Romanos iam tū Herulorū auxiliariis manibus vſos fuiſſe, cum in Belgis, tum alibi, vt ex libro Noticiarum orientis occidentiſque apparet, qui Rempublicam, vt ſub Archadio & Honorio extiterat, comprehendit. Porro in ea ſocietate cum Romanis iam tum inita, manſerunt vſque ad Iuſtiniani I. tempora. cui etſi operam in bello nauaſſent aliquandiu, tamen à Romanis offenſi, ad Gothos defecere tandem, vt his verbis Procopius

Tertia ſedes Herulorum ad Iſtrum.

Heruli Romanorum ſocii facti.

Heruli à Romanis deficiūt ad Gothos.

ostendit, libro Gothicæ historiæ secundo: Narses itaque paucis secum militibus ductis, Byzantium rediir: Eruli vero, ex Italia excedente Narsete, sub quo antea militabant, vel Bellizario pollicente, ab Imperatore pleraq; his bona fore, si apud se restitissent, manendum haudquaquam duxere: sed coeuntes in vnum, omnes ad iter parati, in Liguriam eunt. & in Vraiæ exercitum cum incidissent, captiuos omnes, & cæteram animantiũ prædam, quam secum abduxerant, hostibus tradunt. ab hisq; ingenti accepta pecunia, iureiurando se obstrinxere, vnaque de cætero Gothos oppugnatum venturos, & cum his conserturos in bello manus. Hunc illi in modum ab his pacifice discedentes, ad Venetiæ loca venere: vbi Betalione conuento, eorum cœpit hos pœnitere, quæ in Imperatorem & Bellisarium deliquissent. delictique grãia deprecandi Visandro ex pręfectis altero ibidem cum suis dimisso, cæteri omnes Byzantinm deuehuntur, Aliuth ducibus, Philimutque, qui mortuo Fanitæo Herulorum obtinuit præfecturam. hæc ille. Nec vero difficile Herulis tum fuerat, Gothis se coniungere, cum multo ante hæc gens, dum in Germania adhuc coleret, & cum ad Istrum venisset, Gothis subiecta fuerit: quorum etiam auspicio cũ hi Illyricum ac Pannonias obtinuissent, agros in Norico ripensi, & obiecta illi Danubii ripa, colendos accepere. Quod Iordnandes Gothicarum rerum autor referens, in hæc verba scribit: Nam Gothorum rege Geberich rebus excedente humanis, post tempus aliquod, Ermanarichus nobilissimus Amalorum in regno successit: qui multas & bellicosissimas cæteras gentes perdomuit, suisque parere legibus fecit. Et cum has gentes Iordnãdes enumerasset, subdit: Et cum tantarum seruitio clarus haberetur, non passus est, nisi vt gentem Herulorum, quibus præerat Alaricus, magna ex parte trucidatam, suæ subdiderit ditioni. hæc Iordnandes. Cæterum credendum est, ab eo tempore resumptis viribus, Herulos se paulatim in libertatem vendicasse, præcipue cum domini borum Gothi, relicta Istri ripa, ad penitiora Illyrici loca, atque inde in Latium se contulissent. Itaque Gothorũ in authoritatem potestatẽq; Heruli succedentes, reliquos facile Germaniæ populos in verba adegere: & ex his potissimum Longobardos, qui inter Cheruscos Francosque & Bructeros habitabant, vbi est hodie Palatinatus inferior: quæ multo tempore Herulis vectigalis in Germania natio mansit, donec bello à dominis petiti, ad defensionem sibi salutarẽ quidem cogerentur. Quam hisce verbis historiam Procopius Græcus autor li. 2. Gothicæ historię perscripsit, cuius versio sic habet: His Heruli ꝓ vetusto more legib. vtebantur. Tẽporis deinde processu, vt viribus ita etiam hominum multitudine, cæteris & finitimis barbaris facti superiores, cum, vti par erat, has inuasissent, singulosque peruincerent, vi illata, eorum loca populabantur: atque adeo, vt Longobardos, qui celebre illud ac plane sanctissimum CHRISTI nomen profiterentur, & gentes alias infinitas suæ subegerint ditioni, vectigalesq; fecerint. Res sane eius regionis barbaris insueta, sed alioquin præ auaritia & insolennia ad id sunt demum euecti. Anastasii vero hi tempore, quo primum Romanum is suscepit Imperium, cum de cætero quos demum inuaderet nullos haberent, positis armis conquieuere. Eo in ocio cum annum iam tertium peregissent, idque ægerrime ferrent, de eorũ duce Rudolpho contemptim loqui, & inter se maledictis incessere. Cumque adhunc frequentius ventitarent, mollem effœminatumque dicere, & fœdis nuncupationibus aliis irridere, indecenterque criminari. Rudolphus igitur suorum iniuriis tandem permotus, aduersus Longobardos ductauit exercitum, nulla re prorsus hos causatus: non enim conuenta dissoluerant. Ad hunc itaque Longobardi sciscitatum miserunt, cur Heruli hoc tempore in se armati venissent. Quod si quid forte de vectigali sit his minus depensum, confestim fore vt maius persoluant. Sin vero id causarentur, quod mediocre sibi sit tributum impositum, id ipsimet pro arbitrio augerent, nec aucti fore vt vnquam se pigeat. Cũ his mandatis oratores dimissi, minaciter per Rudolphum repulsi, ad suos abire, qua venerant, extemplo iubentur. Iterato tamen ad hunc Longobardi alios item atq; alios delegare, & eadẽ semp ab eo deposcere. Quib. haud secus ac prius reiectis, postremo ab his oratores venere, q Herulis Rudolphoq; apertius inhiberẽt, ne sine causa bellũ Longobardis inferrent. Quod si hostiliter in se rursus irruperint: etsi nolentes, ituros se tamen obuiam insultantib. pollicentur: Deũ inter cætera obtestando (cuius vt nutus, ita vel breuior vmbra humanas omnes superat vires) illati belli præcognita causa, vtrisq; pugnæ finẽ dispensaturum. His comminationibus Longobardorum legati, Herulis timorem incutere se posse rebantur, & eorum in se impetum cohercere. Illi vero nec his quidem repressi, conserere cum Longobardis omnino manus decernunt. Vnde cum vtrique in aciem constitissent, cœli pars ea quæ Longobardorum imminere capitibus forte contigerat, obscuro quodam ac densissimo nimbo contegebatur. Quæ vero Herulis superne institerat, nitidior erat ac lucida. Qua ex re contemplari quis poterat, suo eum infor-

Quarta sedes Herulorum contra Noricum ripensis, ad Istrum.

Origo belli ab Herulis Longobardis illati.

de Scyris locutum fuisse: Ipsasque Scyrorum reliquias quasi ad vltionem suam acrius pugnaturas, accersens, cum Edica & Wulfilo eorum primatibus, habuerunt simul secum tam Gepedas, quam ex gente Rugorum non parua solatia. hæc ille. quæ iam liquido ostendunt, eos omnes de quibus præfati sumus, Gothicos minores populos, extitisse Teutonicæ plane originis & idiomatis: Scyros quidem & in Mœsia & Norico secus Istrum tenuisse, vbi à Gothis pene deleti, comitatui peruerusto, qui postea in marchiam late extensus fuit, Styræ marchiæ nomine nomenclaturam reliquerunt. Describit vero hanc cladem Scyrorum, à Sueuis illatam, Iorduandes in historia Gothica, cum Hunnimundi Sueuorum regis aduersus Theodemyrum Gothorum regem rebellionem commemorat. Et dum 10 multum amator esset misericordiæ (loquitur de Theomyro rege Gothorum, qui Chunimundum regem Sueuorum acie vicerat) facta vltione veniam condonauit, reconciliatusque eum Sueuis, eundem quem cæperat adoptans filium, remisit cum suis in Sueuiam. Sed ille immemor paternæ gratiæ, post aliquod tempus conceptum dolum parturiēs, Scyrorum gentem incitauit, qui tunc supra Danubium considebant, & cum Gothis pacifice morabantur: quatenus scissi ab eorum fœdere, secum iuncti, in arma prosilirent, gentemque Gothorum inuaderent. Tunc Gothis nihil mali sperantibus, præsertim de vtrisque amicis vicinis confisis, bellum insurgit ex improuiso, coactique necessitate ad arma confugiunt: solitoque certamine arrepto, se suamque iniuriam vlciscuntur. In eo siquidem prælio rex eorum Vualamyr, dum equo insidens, ad cohortandos suos ante aciem cur- 20 reret, perturbatus equus corruit, sessoremque suum deiecit. Qui mox inimicorum lanceis confossus, interemptus est. Gothi vero tam regis sui mortem, quam suam iniuriam à rebellib. exigentes, ita sunt præliati, vt pene de gente Scyrorū, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hi cum dedecore non remansissent, sic omnes extinxerunt. Quorum exitium Sueuorum reges, Hunimundus, & Alaricus, veriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babbai regibus suis auxiliariis eorum deuenissent, ipsasq; Scyrorum reliquias quasi ad vltionem suam acrius pugnaturas accersentes, cum Edica & Vulfo eorum primatibus, habuerunt simul secum tam Gepedas, quam ex gente Rugorū non parua solatia. Et de Scyrorū gente hactenus, quam forte rectius a Siyris, id est Thautis, Germanica origine deduxeris, neque multum ambigo illos extitisse, quos Tauriscos Ro- 30 mani, à Tauru nuncupauere, & secus Istrum incolere Strabo, in Claudio monte Plinius prodidere. Porro diximus antea, Styrorum reliquias & secus Istrum in Norico ripensi, & in Claudii montis tergo, iuxta descriptionem Plinii superesse. Hic quippe Styremarcha, nunc ducatus honore insignira: illic vero Styræ comitatus, in prouincia quam vocant super Anisum, denominatæ supersunt. Sed transeo ad Rugos, quorum discrimina siue tribus fuerant Vlmerugi, accolæ Oceani Germanici, vbi hodie adhuc Rugilandia insula est, e regione Meclaburgensis ducatus: Etelrugi in Germania. Quadis proximi habitabant. superest adhuc posteritas, vel nomen saltem illius populi, vnde titulum Brandeburgenses principes in iis finibus vsurpant, Rugorum se principes videlicet scribentes. Erant & Rugi Turcilingi, qui duce Ottocaro, quem Latini scriptores corrupte Odouacrum nominant, in 40 Italiam transmigrarunt, a Theoderico Bernense Gothorum rege pene confecti. Qui illi cladi superfuerāt, Gothis immixti, Gothorum regibus parebant. Quare Procopius scribit, Ildibaldo occiso, quem Gothis regem post Vuitigem crearant, Araricum Rugum ad regni fuisse Gothici fastigium sublimatum. Atque hæc de Rugis. De Herulis vero, vt de famigeratissima natione, omnis noster deinceps sermo futurus est. De cuius origine gentis, multi diuersa prodidere. Iurdnandes nunc quidem ex palude Mæotide Herulos deducit, nunc ex Scanczia, hoc est Schonlandia, quæ adhuc insula superest hoc nomine in Daniæ ac Suediæ regnorum finibus, deriuare videtur. In libello enim de temporum & regnorum successionibus, ita scriptum reliquit: Nam prædicta gens, Ablauio historico referente, iuxta Mæotidas paludes habitans, in locis stagnantibus, quas Græci Eli vocant, 50 Eruli nominati sunt, gens, quanto velox, eo amplius superbissima. Nulla siquidem erat tū gens, quæ non leuem armaturam in acie sua ex ipsis elegerit. Sed quamuis velocitas eorum ab aliis sæpe bellantibus non euacuaretur, Gothorum tamen stabilitati subiacent. hæc ille, in libello de temporum & regnorum successionibus. qui in Gothica historia paulo aliter de Herulorum origine disserens, in hanc sententiam scribit: Sunt ex his Ostrogothæ, Raumaricæ, Raugnatii, Fimii mitissimi, Scancziæ cultoribus omnibus mitiores: nec non & pares eorum, Vnioulolh, Suetidi, Cogeni, in hac gente reliquis corpore eminentiores: quamuis & Dani ex ipsorum stirpe progressi, Herulos propriis sedibus expulerunt. Qui inter omnes Scancziæ nationes, nomen sibi ob nimiam proceritatem adfectant præcipuum. Sunt quoque & illorum positura Granii, Aganziæ, Vnixæ,

Vnde Scyri dicti.

Scyrorum sedes.

De Rugorū gentis sedib. & reliquiis.

De Herulorum origine & primis sedibus.

infortunio ituros in pugnam Herulos. Non enim acerbius vllum barbaris poterat hoc esse portento, in prælio constitutis, tametsi minus huic animum intenderent. Quin potius, cum nihil curæ attribuissent, in hostes securi vadebant, hominum multitudine belli finem metiti. postquam verò manus pugnando conseruere, ex Herulis quidem pars maxima cadit, & cum his simul Rudolphus occumbit. cæteri omnes effusè fugam capessunt. Ex hisq; instantib. hostib. & postrema carpentib. pars maior interijt, ac pauci admodũ incolumes euasere. Hæc Procopius, Græcus scriptor: quæ paulo aliter Paulus Diaconus ex Latio repetit, aliam huius belli causam referens, libro rerum Longobardicarum primo, ca. 20. Egressi quoque Longobardi (inquit) de Rugiland, habitauerunt in campis patentibus qui sermone barbarico Feld nominantur. Quo in loco cum per trium annorũ spacia morarentur, bellum exortum est inter Thatonẽ atq; Rudolphum Herulorum regem. Quos, cum primitus fœdera necterent, causa inter eos discordiæ ista fuit. Germanus Rudolphi regis frater ad Thatonem, ferendæ pacis gratia, venerat. Qui cum expleta legatione patriam repeteret, contigit vt ante regis filiæ domum, quæ Rametruda dicebatur, transitum haberet. Illa multitudinem virorum nobilemq; comitatum aspiciens interrogat, quis iste esse posset, qui tã sublime obsequium haberet: dictumq; illi est, Rudolphi regis germanũ, legatione perfuncta, patriam regredi. Mittit puella, qui eum inuitaret, vt vini poculum dignaretur accipere. Ille corde simplici, vt inuitatus fuerat, venit. Et quia erat statura pusillus, eum fastu superbiæ puella despexit, verbaque aduersus eum irrisoria protulit. At ille verecundia pariterque indignatione persusus, talia rursus verba respondit, quæ ampliorẽ puellæ confusionem adferrent. Tum illa furore fœmineo accensa, dolorem cordis cohibere non valens, scelus quod mente conceperat, explere contendit. simul ad patientiam vultum exhilarat, cumque verbis iucundioribus demulcens, ad sedendum inuitat, talique eum in loco sedere constituit, quo parietis fenestram ad scapulas haberet. Quã fenestram quasi ob hospitis honorem, re autem vera, ne eum aliqua pulsaret suspicio, velamine texerat precioso, præcipiens atrocissima bellua propriis pueris, vt cum ipsa quasi ad pincernam loquens, Misce dixisset, illi à tergo eum lanceis perfoderent. Factumque est: & vt mox crudelis fœmina signum dedit, iniqua mandata perficiuntur. Ipseque vulneribus transfixus, in terram corruens expirauit. Ea cum Rudolpho regi nunciata fuissent, tam crudele Germani funus ingemuit: dolorisque impatiens, ad vlciscendam fratris mortem exarsit: fœdusque quod cum Thatone pepigerat rumpens, eidem bellũ indixit. Conueniunt vtrorumque in campis patentibus acies, &c. Hactenus Diaconus. qui addit insuper sub finem capitis, ad eas angustias redactos Herulos eo prælio fuisse, vt deleta maiori parte exercitus, ipso quoque rege Rudolpho occiso, supra se reges amplius nou habuerint. Atque iam ex illo tempore (inquit) ita omnis Herulorum virtus concidit, vt vlterius supra se regem omnino non habuerint. Iam hinc Longobardi ditiores effecti, aucto de diuersis gentibus quas superarant exercitu, vltro cæperunt bella expetere, & virtutis gloriam circumquaque protelare. Igitur (vt iam tandem ad institutum sermonem reuertar) ea causa fuit, quamobrem in angustias redacti Heruli, pars Ottocaro duce in Italiam habitatum abierint: pars vero Romanis sese subiicientes, ab his agros in Norici ripensis Pannoniæque finibus secus vtramque Istri ripam acceperint. Qui in Italiam abierunt, Ottocaro, siue vt eum Latini scriptores vitio appellant, Odouacro, quintam eius populi in Latio habitationem constituerunt: cuius meminit Paulus Diaconus libro Longobardicæ historiæ primo, cap. 12. Igitur Odoacer gentibus suæ ditionis congregatis, vtpote Turcelingis, seu Turingis, Erulis, Rugorumque parte, quam iamdudum possidebat, nec non & Italiæ populis, venit in Rugilandiam: pugnansque cum Rugis, & vltima eos clade conficiens, Feletheum eorum regem extinxit. Vi itaque Italiam repetens, copiosam secum captiuorum multitudinem auexit. Alludit ad huiusmodi Herulorum sedes in Latio quæsitas Ottocharo rege Rugorum autore, & Eugippius in historia sancti Seuerini: Inter quos (inquit) & Odoachar, qui postea regnauit in Italia, vilissimo tunc habitu iuuenis, statura procerus, aduenerat: qui dum senis humillimæ tectum cellulæ suo vertice contingere inclinasset, à viro Dei gloriosum sessorem cognouit. Cui etiam valedicenti: Vade (inquit) ad Italiam, vade, vilissimis pellibus coopertus, sed multis cito plurima largiturus. Et iterum, de tempore regni Herulorum in Italia loquens: Iisdem temporibus Odoachar sancto Seuerino familiares literas dirigens, si qua speranda deduceret, dabat suppliciter optionem: memor illius præsagii, quod eum quondam expresserat regnaturum. Tantis itaque sanctis eius alloquiis inuitatus, Ambrosium quendam exulantem rogauit, &c. Quondam etiam memoratum regem cum multi nobiles coram sancto viro, humana (vt fieri solet) adulatione laudarent, interrogat, quem regem tantis præconiis prætulissent? Respon-

Quinta sedes Herulorũ in Italia.

dentibus

dentibus, Odoachar: inquit, Integer inter tredecim & quatuordecim annos. videlicet integri eius regni significans statum. Commemorat huiusmodi Herulorũ gentis in Italiam transmigrationem, Otto quoque Frisingensis libro Chron. quarto, cap. 30. Odoacer natione Rugus, ex vltimis Pannoniæ finibus cum Scyris, Turcelingis, Herulis, ad inuasionẽ eius prucinctum mouet. Cui dum Orestes patricius in terminis Liguriæ occurreret, visa manu eius, territus aufugit, ac in Ticinum se contulit. Quem Odoacer insequens, capta vrbe, occidit: ac inde per totam Italiam diffuso milite, regium nomen vsurpat. Hic à terra sua egressus, dum per inferiores Noricas partes, vel superiorem Pannoniam transiret, virũ Dei Seuerinum Rauennatensium episcopũ, qui verbum Dei prædicans, iuxta radices Comagenis cellulam construxerat, adiit, eumq; de euentu rei cõsuluit. Qui prophetico vt erat plenus spiritu, omnia quæ postmodum exitus declarauit, veraciter ei prædixit. Augustulus patrẽ occisum, captamque ab hostibus cernens patriam, mente consternatus sponte purpuram vndecimo regni sui mense cum regno pariter deposuit. Odoacer ergo nullo sibi resistente, victor vrbem ingreditur, vt hostis, subiectamque sibi vt rex disponit. Postremo cum tota Italia seruitio suo mancipata, per 14. annos, vt domini grauis seruitute premitur, &c. Idem lib. 5. cap. 1. de Herulorum regni in Italia internecione locutus, hæc quoq; scripta reliquit: Igitur dum Theodericus viribus Gothorum fultus in Italiam tenderet, ac iuxta Sonicium fluuium in Aquileiensium finibus castrametatus fuisset, Odoacer ei cũ magno exercitu occurrens, in fugam eũ vertit. Inde cum circa Veronam consedisset, rursum inito certamine, Odoacer ad vrbem iter flectit. Sed dum portis clausis ei introitus negatur, cunctis in circuitu igne ferroq; vastatis, ad Rauennam digreditur, quem Theodericus subsequẽs, per triennium obsidione cinxit: tandemque interposita fide, ad deditionem susceptum infideliter occidit. Sed placet, quod de hac historia Pomponius Lætus refert, adiicere, in vita Leonis primi Cæsaris: Nepos ab Oreste pulsus, Salonis (nomen villæ in agro Romano est) cæsus est. Orestem Odoacer Rugorum rex superauit, & Placentiam misit, iussitque interfici: & Orestæ filium Augustulum iam Romæ imperantem, exilio damnauit. Hæc de quinta Herulorum & Rugorũ in Latio habitatione. quã sequitur sexta, in finibus Pannoniæ superioris & Norici ripensis, vbi Cecii montis iugum in Danubium prominet, ex ea Herulorum manu constituta, quæ remanserat in sedibus auitis post victoriam Longobardorum, Romana societate ac annuo tributo Augustis depenso ab hostibus defensa. Cuius meminit Procopius lib. 2. historiæ Gothicæ, cum Narsetis copias aduersus Gothos eductas recenset: Eruli præterea ad duo millia subsecuti. Sed vndenam gentium Eruli hi fuerint, & quemadmodum cum Romanis inierint fœdus, nunc explicabo. Constat sane, supra Histrum fluuium quondam hos habitasse. Et iterum lib. 3. Herulos Narseti eunucho, Iustiniani Cæsaris militiæ magistro auxilium tulisse refert: Imperator deinde Narsetem (inquit) & hunc eunuchum, ad Erulorũ principes legat, vt his suaderet, in Italiam traducerent copias, & cum suis vna militarent. Vndé ex Erulis quam multi Narsetem secuti, in Thraciæ loca hybernatum venere, vt postea vere proximo ineunte ad Belisarium inde transmitterentur. Et rursus lib. 3. Gothicæ historiæ, de Narsete locutus: sed præter cæteros omnes Eruli, ac barbari alii, hunc beneuolentia prosequebantur, hiq; præcipue qui aliquo affecti ante hac beneficio erant. postquam autem Narses Venetorum ad loca quam proxime venit, Francorum ad duces qui ea regione præsidiis præerant, nuncios misit. Et alibi eodem libro, Gothorum tum equites fuga citatiore intra Ariminum se receperunt: & alii statim & recentibus secum eductis per aliam portam, aduersus Rumanos deferebantur, vt ex improuiso hos inuasuri, & Narsetem simul obtruncaturi, qui ex vtraq; fluminis parte transitum suis copiis quæsitum abierat. Sed Heruli fortuna quadam, qui Gothis in se venientibus obuiam processissent, Vsdrilam præfectum primo congressu occidunt. Cui statim per Romanum quempiam cognito, præcisum caput, quod ad Narsetem deferrent, cum sustulissent, in castra perueniunt. Vnde omnes ob nauatam per Herulos Romanosque egregie operam, & animi promptitudiuem identidem adfirmare. Præterea idem author, Herulos ad Istrum, Slauinos Illyricum ingressos, in acie vicisse refert libro tertio Gothicæ historiæ: Magnæ nuper Slauinorum hominũ manus, Istrũ flumen traiicientes, & eius regionis loca depopulati, Romanorum vim maximam ceperant. Cum his Eruli inopinantes cum manus conseruissent, & simul præter spem vicissent, magno eorum numero interfecto captiuos omnes per eosdem abactos abire ad propria permisere. Ita Herulos Gepidibus proximos, ac auxiliares, commemorat Procopius libr. 3. rerum Gothicarum. Porro Gepedas superiori libro, haud procul Danubio, supra Posonium, in agris Nitriensi, Barsensi, Nouisolii, Nouigradi, Turocensi, Liptouiensi, Cepusiensi, Sariensi, Cassouiensique collucauimus: vt constet, Herulos tum ab Austriæ solo Gepedibus vicinos

Sexta Herulorum habitatio in finibus Norici ripensis, & Pannoniæ superioris, vbi modo sita est Austria.

cinos coluisse. Verba Procopii sic habēt: Hos inde ad Longobardos euntes, mille & quingenti duntaxat Heruli è sociis sequebantur. Nam cæteri omnes Romanis paulo ante desertis, cum Gepidibus ipsis conuenerāt. Sed Romanorum pars militum quædā dum ad Longobardos contendit, in Herulos quosdam Aordo duce, ex insperato incidunt. Inde pugna summa contentione & strenue facta, Romani victores euadunt, Aordumq; ducem & Herulorum non paucos interficiunt. Huc pertinet, quod idem autor paulo clarius cōmemorat, cum cladem eius populi à Lōgobardis acceptam descripsisset. Quo factum est (inquit) vt nec in patriis laribus bi permanere de cætero possent: sed illis penitus destituti, quam celerrime in anteriora semper loca procedere, & circa Istrum flumen terras omnes, vt profu-
10 gi cum liberis & vxoribus circumire. Verum vbi tandem ad locum venere, quem Rugorū quōdam gens incoluerat, in Italiam demum se contulerunt, ibiq; sedibus obfirmatis mansere. Vnde cum peste, vt in vastę solitudinis loco, opprimerentur, non longe post ad Gepedas peruenere. quos illi tum primū, vt supplices factos, secum cohabitare, & sibi finitimos esse permiserant. Postea vero cum temere hi in Herulos desæuirent: quippe qui eorū vxoribus violatis, & indigna in illos facinora exercēdo, ac bona diripiendo, nil reliquum ad iniuriam fecerant. Quæ omnia ferre Eruli vltra non poterant, flumine Istro transmisso, cum Romanis eam tum regionem incolentibus, cohabitandum sibi perpetuo cēsuerunt, Anastasio imperante. Qui, hos perbenigne admissos, eodem loco sedes habere permisit. Huic tamen non longo post tempore infestiores iam redditi, indignis eius regionis habitatores
20 Romanos iniuriis adfecerunt. Quibus Imperator permotus, exercitum aduersus hos misit: eaque prælio cum superiores Romani fuissent, ex Erulis quam plurimos interfecere: ad internecionemque omnes occidere potuissent, ni à præfecto, ex his qui forte superfuere precario sibi vitam depoposcissent: seque ni posterum precarentur, vt Imperatoris confœderatos, vel seruituте haberet obnoxios. Quæ vtique prout gesta fuissent, Anastasium, vbi primum resciuit, ingenti lætitia adfecerunt. Sed destitutos ab eo Herulorum nonnullos fuisse, sat constat. Quandoquidē cum Romanis per id tempus nō firmis fœderibus iungebantur, nec boni quicquam his attulerunt. Iustinianum deinde, cum primum suscepit imperium, optimis locis rebusque aliis cum his donasset, vel arma consociasse cum Herulorum gente, sat constat: & Christi vt fidem susciperent, persuasisse. Vnde feris & pristinis
30 moribus in mansuetudinem commutatis, Christianorum legibus sese quam maxime addixerunt, & cum Romanis hoc tempore ex inita societate aduersus hostes in aciem prodeunt. Ex quo Procopii loco non solum liquet, Iustiniano Imperatore, & paulo ante, Herulorum gentem in Austria tenuisse: verumetiam, quod reliquiæ extiterint hi, qui tum secus Istrum modo dictis finibus coluerunt, eorum Herulorum qui a Gothis ex Italia profligati fuerant. Quamuis non neget Procopius posteritatem quoq; fuisse, qui post victoriā Longobardorum remanserant, Romana sub seruitute atque defensione. Porro meminit huius habitationis Herulorum populi, & Paulus Diaconus libro rerum Longobardicarum primo, cap. 19. His temporibus (inquit) inter Odoacrū, qui in Italia per aliquot iam annos rēgnabat, & Feletheum, qui & Fethia dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum
40 fomes exarserat: qui Feletheus illis diebus vlteriorem Danubii ripam incolebat, quam à Norici finibus idem Danubius separat. In his Noricorum finibus beati tunc erat Seuerini cœnobium, qui omni abstinentiæ sanctitate præditus, multis iam erat virtutibus clarus. Qui cum eisdem in locis ad vitæ vsque metas babitasset, nūc tamen eius corpusculum Neapoli retinetur. Hic hunc, de quo diximus, Feletheum, eiusque coniugem, cui nomen Gisa fuit, vt ab iniquitate quiescerent, verbis cœlestibus monuit. quibus pia verba spernentibus, hoc quod eis postmodum contigit, longe ante futurum esse dixerat. Porro prolixius has Herulorum sedes in finibus Pannoniæ ac Norici delineat Eugippius, in vita beati Seuerini: Feletheus (inquit) Rugorum rex, qui & Fethia, audiens cunctorum reliquias oppidorum, quæ barbarorum euaserant gladios, Laureacum se per Dei famulum contulisse, ad-
50 sumpto veniebat exercitu, cogitans repente derentos abducere, & in oppidis sibi tributariis atque vicinis (ex quibus vnum acceperat Fabianis, quæ à Rugis tantummodo dirimebatur Danubio) collocare. Et iterum: Hæc ergo inter cætera iniquitatis suæ contagia, etiam rebaptizare quosdam est conata catholicos. Sed ob sancti reuerentiam Seuerini, non consentiente viro, à sacrilega quantocyus intentione defecit. Romanos tamen duris conditionibus aggrauabat, quosdam etiam Danubio iubebat abduci. Et rursus alio loco: Igitur Romani, quos in suam sanctus Seuerinus fidem susceperat, de Laureaco discedentes, pacificis dispositionibus beneuola cum Rugis societate vixerunt. Et alibi, tanquam digito istas sedes Rugorum & Herulorum insinuans, scribit: Rugorum siquidem rex Flaccitetus, vel Feletheus, in ipsis regni sui cœpit intrare primordiis, habens Gothos ex inferiori Pan-

honia vehementer infestos. Hæc luce clarius verba Austriam inferiorem depingunt, vbi Herulos cum Rugis habitasse Anastasio & Iustiniano imperantibus, supra diximus. Cæterum illa vsque in Noricum ripense, imo ad OEnum flumen vsq; habitatio erat extenta. Vnde leguntur in eadem Eugippii historia hæc præterea verba: Ad habitatores præterea oppidi quod Iouia vocatur, L X X & amplius à Batauis millibus dispararata, solita vir Dei reuelatione commonitus, Moderatum nomine cantorem Ecclesiæ destinauit: præcipiens, vt habitationem luci illius, omnes sine cunctatione relinquerent. Et addit: Sanctum quoque Maximum spiritualis vitæ presbyterum instantius imperat amouere, vt saltem ipse contemptoribus derelictis, properaret cœlesti misericordia liberari. De quo sibi Dei famulus magnam dicebat inesse mœsticiam, ne forte salutiferum differēdo mandatum, imminenti subiaceret exitio. Prædictus itaque pergens, imperata suppleuit: & reliquis incredulitate nutantibus nuncius viro Dei presbytero retinenti se, atque hospitalitatem præbere cupienti, nullatenus acquieuit. Qua nocte Heruli insperato protinus irruentes, oppidumque vastantes, plurimos duxere captiuos, presbyterum memoratum patibulo suspendentes. Hęc Eugippi historia, vbi Iouiæ mentio fit, Norici municipii, vbi sanctus Maximus pręsulem agebat: cuius adhuc martyrium Salisburgi ostenditur, quod & Iouiacum, & Iouiam, & Iuuauiam Romanis nominatum fuisse, postremo Romanæ Reipub. commentariorum libro ostendimus. Vt concludendum sit, in vtraque Austria Herulorum tum fuisse habitationem: in inferiori quidem Herulorum cum Rugis, in superiori vero Herulorum cum Scytis, a quibus in hanc vsque diem per tractum Nutici, & ducatus pernobilis, & comitatus in regione quam vocant supra Anisum, appellata supersunt. Defluxere inde & monumenta quædam ad posteros, quæ veteres sedes contestentur, etsi nostra tempestate nomina corrupta pronuncientur. Sic in diplomate quodam, à Ludouico secundo Imperatore dato, de bonis quibusdam in Norico ad Istrum sitis, Ecclesiis donatis circa annum Domini 832, hæc verba leguntur, quæ non pigebit subscribere: Ludouicus diuina prouidentia rex Boiariæ. Si nos ex munificentia, ex possessionibus nobis à Deo concessis, locis sanctorum aliquid tribuimus, credimus indubie illud nobis ad præmium æternæ retributionis conducere. Idcirco notum sit omnibus Christi & Ecclesiæ nostræ fidelibus, quod nos pro augmento mercedis nostræ sanctæ Ratisponensi ecclesiæ, quæ in honorem principis apostolorum Petri & beatissimi martyris Christi sancti Hemeronis, qui inibi corporaliter requiescit, constructa est, cui in præsentia venerandus vir Bataricus episcopus operatione diuina præsidet, concessimus aliquot prædia nostræ proprietatis, cum aliis circumsitis, videlicet tractum, vbi quædam munitio Herlingoburgi dicta, sita in terra Auarorum, & cum suis terminis, vt sequitur, incipiunt: primo, vbi fluuius Erlapha in Danubium fluit, & c. hęc diploma. Quæ conueniunt Pechlarensi oppido ac tractui, qui adhuc sub eius ditione Episcopatus manet. Sed transeo ad septimas sedes eius populi, quæ partim in Valeria, vbi modo sunt fines Slauoniæ & Ciliensis comitatus, partim in agro Sirmiensi fuerant, vt fortassis coniectura sit, hodiernos Carniolanos ac Wyndorum marchæ incolas, qui Germanicum sonant, ab eius populi reliquiis processisse. Quibus sub Mauricio mox Slauini accessere, qui Teutonico sermoni gentilitium idioma adiecere. Qui enim hodie eos quos diximus tractus incolunt, vtroque sermone vtuntur, & loca colunt pleraque ab Herulorum Rugorumque nomenclatura appellata, Rohitz / Rogendorf / Herlberg / Hermansdorf / Hernhausen / Herlbach / &c. Porro meminit Herulorum habitationis in Sirmiensi Pannonia & Dalmatiæ finibus, Procopius libro historiæ Gothicæ tertio: Eruli præterea alia Dalmatiæ loca imperatoris permissu, & circa Sigidunum vrbem habebant, vbi vel ad id temporis habitant. Deinde Illyrios hi, & supra Thraciam omnia incursantes, iampridem depopulantur & vastant. Adludere videtur ad eiusmodi habitationem & Euodius panegyrista, quem ipsi à tineis & situ vindicauimus, qui in historia Antonii eremitæ Pannonici, sancti Seuerini discipuli, sic nominatim scribit: Ne conscientiæ nebulis lucem conuersationis illius, aut amplissimis pauperē laudibus aut infantia orante deuenustē, benedicatur indiuisa trinitate Deus noster, qui seruum suum Antoninm tanta virtutū dote sublimem, circa Danubii fluminis ripas in Valeria, Secūdino patre, lucis huius ianuam iussit intrare. Et subdit: Qui ne sancti instituta propositi per parentum blandimenta frangeret, annorum ferme octo genitoris tutela nudatus est: mox tamen ad illustrissimum virum Seuerinum, ignara fuci ætas euolauit. Qui dum eum mulceret oculis, futura in puero bona quasi transacta relegebat. Fuit enim, cuius meritis nihil esset absconditum. Ille hunc sibi futurum participem, pia vbique voce prædicabat, cuius tyrocinia spes annunciata solidaret. Sed postquam beatus vir humanis rebus exemptus est, Constantii antistitis ea tempestate florentissimi vinctus obsequiis, gloriosis operib. vitæ rudimenta dedicauit, qui cum inter eccle-

Septima sedes Herulorum in Valeria & Dalmatia finibus.

Constantius ille fuit Lauriacensis archiepiscopus in Norico.

eccleſiaſticos exceprores cœleſtem militiam iuſſit ordiri. Erat enim venerandus ſacerdos,
Antonii noſtri patruus. ſed nunquam ille magiſterii rigorem conſanguinitatis lege molli-
uit: nec fecit ſecurum de neceſſitudine diſcipulum non timere, cui gratiam doctoris niſi
cenſura non præſtitit. Tantus fuit circa ſectatorem diligentiæ modo, quãtum iudicia con-
tulerunt. meritum ſuum, in facie monitoris agnouit. Sed iam peccatorum conſummatio,
Pannoniis minabatur excidium. Iam ſucciſa radice ſubſtantiæ, regionis illius ſtatus in pra-
uum deflexerat. per incurſus enim variarum gentium, quotidiana gladiorum ſeges meſ-
ſem nobilitatis abſciderat, & fœcundas humani germinis terras ira depopulante deſola-
bat. Iam Franci, Eruli, & Saxones, multiplices crudelitatum ſpecies beluatum more pera-
10 gebant: quæ nationum diuerſitas ſuperſtitioſis mancipata culturis, deos ſuos humana cre-
debant cæde mulceri. Hæc Euodius. Arbitror autem duabus ex occaſionibus Herulos ad
Dalmatiæ fines, Valeriamque perueniſſe. primo enim victos ab Anaſtaſio Cæſare, quod
Romanos cohabitantes in Pannonia iniuria affeciſſent, tranſpoſitiſque ab Iſtro, qui cladi
ſuperfuerant, Procopius refert. Nam ſcribens de Gepedum in Herulorum gentem tyran-
nide ac graui imperio, ſubdit: Quæ omnia ferre Eruli vltra non poterant, flumine Iſtro
tranſmiſſo, cum Romanis eam regionem tunc incolentibus cohabitandam ſibi perpetuo
cenſuerunt, Anaſtaſio imperante. Qui hos perbenigne admiſſos, eodem ſedes habere per-
miſit. Huic tamen non longe poſt Eruli infeſtiores iam redditi, indignis eius regionis ha-
bitatores Romanos iniuriis adſecerunt. Quibus Imperator permotus, exercitum aduer-
20 ſus hos miſit: eoque prælio cum ſuperiores Romani fuiſſent, ex Erulis quã plurimos inter-
fecere. ad internecionemque omnes occidere potuiſſent, ni à præfecto ex his qui forte ſu-
perfuere, precario ſibi vitam depopoſciſſent, ſeque in poſterum precarentur, vt Imperato-
ri conſœderatos, vel ſeruituti haberet obnoxios. quæ vtique prout geſta fuiſſent, Anaſta-
ſium, vbi primum reſciuit, ingenti adfecere lætitia. Sed deſtitutos ab Erulorum nonnul-
los fuiſſe, ſat conſtat, quandoquidem cum Romanis per id tempus haud firmis fœderibus
iungebantur. Alteram cauſam commemorat idem autor, libro Gothicæ hiſtoriæ ſecun-
do: quod deſciſcentes à Romanis ſub Iuſtiniano, relictoque Narſetis in Italia exercitu, in
quo pro Romanis aduerſus Gothos merebant, loca Venetiæ vicina, hoc eſt Dalmatiæ fi-
nes inſederint. Sed placet locum Procopii referre: Narſes itaque paucis ſecum militibus
30 ductis, Byzantium rediit. Eruli vero, ex Italia excedente Narſete, ſub quo ante militarunt,
vel Bellizario pollicente ab Imperatore pleraque his bona, ſi apud ſe reſtitiſſent, manen-
dum haudquaquam duxerunt. Sed coeuntes in vnum, omnes ad iter parati, in Liguriam
eunt. & in Vraiæ exercitum cum incidiſſent, captiuos omnes & cæterarum animantium
prædam, quam ſecum abduxerant, hoſtibus tradunt. Ab hiſque ingenti accepta pecunia,
iureiurando ſe obſtrinxere, nunquam de cætero Gothos oppugnatum venturos, vel cũ his
conſerturos in bello manus. Hunc illi in modum ab his pacifice diſcedentes, ad Venetiæ
loca venere. Porro commemorat idem autor Faniteũ principem, qui Herulis eo in tractu
colentibus præerat, cui Philimuth ſucceſſerit, & huic à Iuſtiniano Svvartus quiſpiam dux
confirmatus, ſuffectus fuerit. Vnde (ſcribit Procopius) confeſtim Byzantium mittunt Im-
40 peratorem precatum, ducem quem vellet ſibi vt traderet. Tum ille Herulum his quempi-
am, Byzantii diu verſatum, mox mittit, Svvartum nomine. Quem Eruli tum primum be-
nigne ſuſceptum, volentes quidem vt regem ſalutant & venerantur, iubẽtique conſueta
obſequuntur & parent. Commemorat denique Otho Friſingenſis lib. 5. Chron. capite 4.
Gratem regem Erulorum Conſtantinopolim ad Iuſtinianum veniſſe, atque in Epiphania
Domini ſacris vndis perlutum, cum ſubdita vniuerſa gente fuiſſe: à quo forte ſi aliquid cõ-
iecturæ vanæ tribuendum eſt, tot loca per Valeriam, Dalmatiæq; fines Gracz denominata
manſerunt. vt, Gracziũ Styriæ metropolis, Wyndiſchgracz/Belliggracz/Cornigracz/ Nowis
gracz. Etſi verius adfirmandum fuerit, Slauinam hanc vocem eſſe, qua illi Burgos & oppi-
da appellant, atque ab illa gente, cum Germanis coaluiſſent, vel ante Germanos ea loca te-
50 nuiſſent, ciuitatum nomenclaturis addita fuerit, veluti nos Germani burgos, & Hungari
vuar adiicere ſolent. Ac iam finiturus eram Herulorum migrationes, cum mihi in mẽtem
venit loci apud Paulum Diaconum lib. 2. Longobardicæ hiſtoriç, cap. 3. ex quo liquet, He-
rulorum poſteritatem ad Brentam quoque amnem poſtremas ſedes habuiſſe, qui erant re-
liquiæ illorum, quos Gothi ex Latio profligauerant, Theoderico Bernenſi authore. locus
ſic habet: Habuit nihilominus Narſes certamẽ aduerſus Synduald um Brentorum regem,
qui adhuc de Herulorum ſtirpe remanſerat, quos ſecum in Italiam veniẽs adduxerat. Huic
Narſes ſibi fideliter primũ adhærenti, multa beneficia contulit: ſed nouiſſime ſuperbe re-
bellantem, & regnare cupientem, bello ſuperatũ & captum, celſa in trabe ſuſpendit. Eſſent
igitur hæ octauæ eius populi ſedes, vbi hodie ſunt confinia Auſtriæ ac Venetorum, in Alpi-

Cauſa habitationis Herulorum in finibus Dalmatiæ, & Valeriæ.

Hhh 2

Octaua Herulorum sedes in Alpibus Rhæticis.

bus Rheticis in orientem flexis. Ad huiusmodi sedes Herulorum videtur quoque alludere Procopius libro tertio Gothicæ historiæ: Nam Barazes interim, & qui secum Armenii nauigabant, in littus descēdunt, & ea forte è regione, è qua Gotbi Herulos inuaserant, &c. Cæterum relicta Herulorum gente, cuius posteritatem in Irlandia superesse, supra Hyberniam Anglicanam insulam, vel habitus ostendit: ad Longobardos nostra iam vertetur oratio, tributarios in primis, Herulisque subiectos populos, mox hoste victore, & profligatore ab Istri ripa. Cuius populi initia diuersimode ab authoribus repetuntur. Ptolemæus libro Geographiæ secundo, capite vndecimo, tabula Europæ quarta, Sueuici generis facit, & à Rheno deriuare videtur, ita scribens: Tenent autem Germaniam, quæ à Rheno incipit, à parte septentrionali, Busactori parui appellati, ac Sicambri: sub quibus Sueui, Longobardi. Ad Rhenum præterea collocat Longobardos, interque Sueuicos populos enumerat, Cor. Tacitus libro secundo historiæ Augustæ: Igitur non modo Cheruscus (inquit) socilque eorum, vetus Arminii miles sumpsere bellum, sed è regno etiam Marobodui Sueuæ gentes, Sennones & Longobardi defecere ad eum. Quibus additis præpollebat, ni Inguiomerus cum manu clientum ad Maroboduum profugisset. Et subiiciens, (vt proximos Cheruscis sedisse, vbi hodie Chreuchgouia Palatinatui proxima iacet ad Rhenum, Lector intelligat) His vocibus instinctos exercitus, propriæ quoque causæ stimulabant, cū à Cheruscis Longobardisque pro antiquo decore, aut recenti libertate, & contra augendæ dominationi certaretur. Idem in libello de Moribus Germanorum, Longobardos expressis verbis inter Sueuos recenset: Adiicit authoritatem (ait) fortuna Senonum, centum pagis habitantur: magnoque corpore efficitur, vt se Sueuorum caput credant. Contra Longobardis paucitas, nobilitas: quod plurimis ac valentissimis nationibus cincti, non per obsequium, sed præliis ac periclitando tuti sint. hęc Tacitus, de Longobardorū in Germania ad Rhenum habitatione, & quod ex Sueuis processerint. Atqui Paulus Diaconus in historia eius populi, Longobardos Gothicæ atque Vandalicæ originis facit, eodemque ex fonte, puta Scandinauia insula, deriuat. Quippe capite secundo libri primi: Pari etiam modo (inquit) Winilorum, hoc est Longobardorū gens, quæ postea in Italia feliciter regnauit, à Germanorum populis originem ducens: & Scandinauia, Baltbei seu Baltici maris insula, nouarum sedium quærēdarum gratia ob multitudinem profecta est: licet & aliæ causæ egressionis eorum asseuerentur. Cuius insulæ etiam Plinius secundus in libris quos de Natura rerum composuit, mentionem facit. Hæc igitur insula, sicut retulerunt nobis qui eam lustrauerunt, non tam in mari est posita, quam marinis fluctibus circumfusa. Intra hāc ergo constituti populi, cum in tantam multitudinem pullulassent, vt iam simul habitare nō valerent, in tres, vt fertur, partes, omnem cateruam diuidentes, quæ nam ex illis patriam esset relictura, vt nouas sedes exquirerent, sorte disquirunt. Igitur ea pars cui sors dederit genitale solum excedere, exteraque arua sectari, constitutis supra se duobus ducibus, Iboro videlicet & Agione qui & Germani erant, & iuuenili ætate floridi, cæterisque præstantiores, ad exquirendas quas possint incolere terras sedesque statuere, valedicētes suis simul & patriæ, iter arripiunt. His ducibus erat mater nomine Gambara, mulier vt inter barbaras, & ingenio acris, & consiliis prouida, de cuius viribus & prudentia non minimum confidebant, &c. Subscribit huic sententiæ & Saxo Grammaticus, ex Dania progressos Longobardos referens, hac occasione. Sub Suyone rege Daniæ magnam caristiam ortam, quod tenuius triticum prouenisset: & in cereuisiæ potum absumeretur, si quod prouenisset. idcirco legibus regem cauisse, vt frumentū non absumeretur in potum, sed aquam biberent, ad tempus duntaxat. Quod cū durum nimis genti videretur, cōclusum esse postremo, vt fęminas senes, omnesq; infantes, puerosq; necarent. Hic mulierem nobilē, cum edictū per filios cōperisset, regi per eosdem renunciasse, vt à tam crudeli consulto temperaret: verū alia ratione ageret, vt sorte videl. missa, quam tribum ea contigisset, insula illa exire cogeretur, alibi quæsitum terras. Cui consilio cum rex paruisset, Schonlandinos & Gotlandinos egredi coactos. Qui ad Danubiū primo cum venissent, sub Albuino rege aliquandiu coluisse. Sed de primordiis huius gentis hactenus. Venio ad etymon, quod longe aliter deducit Diaconus eius populi historicus, quam res ipsa habet, ac ceu pene cōclusum ab omnibus est scriptoribus qui à longis barbis id nomen genti deriuant: vel, vt aliis placet, à bardis genere sacerdotum gentilitio: siue, vt Saxo scriptum reliquit, quod cum essent longi viri, ac proinde inepti, hanc appellationem ab Italis per contemptum adepti fuerint. Quibus accedit nostra coniectura. Nam cum secus Rhenū amnem hi coluerint, vt Tacitus refert, ex eo genere populorum fuerint necessum est, quos Plinius Isteuonas nuncupare videtur: hoc est, qui mediterranea colebant, vulgo in nostra lingua, Die vssersten woner/ vel secundum aliam dialectum, Die landwarter/ id est terrarum cultores appellabant. Quam vocem, vt pote gentilitiam,

Longobardorum origo, & etymon.

Vnde Longobardi nominati sint.

tilitiam, credo corruptam à Romanis, paulatim ob consonãtiam vocabulorum in Longobardos fuisse detortam. Quod vt facilius siue credam, siue admittam, facit, quod imperãte adhuc Carolo Magno, Desiderius Longobardorum rex, cum tria oppida vicina mœnibus coniunxisset, videlicet Longulam, Vetuloniam & Volturenam, ab euentu coniunctionis patrio sermone Wyteraru denominarit. Quam vocem, nimirum gentilitiam, non minus quam Landovvarterorum corrumpentes Itali, in Viterbium deflexerũt. Sed iudicium huiusce rei penes Lectorem æquum relinquo. Non possum tamen hic mihi temperare, quin absurdam nimis de huius vocabuli initio opinionem Diaconi hic inseram, qui capite octauo libri primi rerum Longobardicarum, in hæc verba scribit: Recitat hoc loco (inquit) antiquitas ridiculam fabulam, quod accedẽtes Wandali ad Goddanum, victoriam de Wynnilis postulauerint: illeq; respondent, se illis victoriam daturum, quos priores oriente sole respexerit. Tunc accedentem Gambaram ad Fream vxorem Goddani, victoriam Wynnilis postulasse: Freamq; consilium dedisse, vt Wynnilorum (hi Lõgobardi erant) vxores solutos crines in faciem ad barbæ similitudinem demitterent, maneq; primo cum viris adessent, seseq; pariter videndas Goddano è regione, quam ille per fenestrã in orientem versus aspicere solitus erat, collocarent. Cumq; id ita factum fuisset, easq; Goddan oriente sole intentius aspiceret, dixit: Qui sunt isti Longobardi? Tum Fream subiunxisse, precantem, vt quibus nomen tribuerit, victoriam condonaret: sicq; Goddanum Winnilis victoriam cõcessisse. Hæc risu digna sunt, & pro nihilo habenda. Victoria enim non est hominum potestati arbitrioq; attributa, sed è cœlo potius ministratur. Certum tamen est, Lõgobardos ab intactæ ferro barbæ longitudine, cum prius Wynnili dicti fuerint, postmodum ita appellatos. Nam iuxta illorum linguam lang lõgum, & bard/barbam significat. Vodan sane, quem adiecta litera Guodan dixerunt, ipse est qui à Romanis Mercurius dicitur, & ab vniuersis Germaniæ gentibus vt Deus adoratur. Ex quibus verbis constat, primas Longobardorum sedes in Scandinauia insula fuisse, quæ modo Schonlandia vocatur, ac Suediæ regno paret. Vnde traiecto mari, cum in Germaniæ tellurem appulissent, in Scoringia tenuerunt, Diacono authore: atque inde in Mauringia, quas prouincias forte recte quispiam in finibus Prussiæ ac Liuoniç collocarit. Sed placet ea de re Diaconi verba audire, qui ca. 7. lib. 1. Longobardicæ historiæ hæc scripta reliquit: Igitur egressi de Scandinauia, siue Scandauia insula Wynnili, sub Ibore & Agione ducibus in regionem quæ vocatur Scoringa adducti, per aliquot illic annos consedere. Illo quoque tempore Ambri & Assi Wandalorum duces vicinas prouincias bello premebant. Hi multis elati victoriis, nuncios ad Wynnilos mittunt; vt aut tributa Wandalis persoluerent, aut se ad belli discrimina præpararent. Tunc Ibor & Agio, annuente Gambara matre, decernunt, melius esse armis tueri libertatem, quam tributi eam pensione fœdare. Mandant igitur per legatos Vandalis, pugnaturos se potius quã seruituros. Erant siquidem tunc Wynnilorum vniuersi iuuenili ætate florentes, sed numero perexigui. Quippe qui vnius iam nimiæ amplitudinis insulæ tertia solummodo particula erant. Idem cap. 9. de tertia habitatione Longobardorum in Mauringia, hæc nominatim adnotauit: Igitur Wynnili, qui & Longobardi, commisso cum Vandalis prælio acriter, vt pote pro libertatis gloria, certantes, victoriam obtinent. Qui magnam postmodum famem, commeatusque penuriam in eadem Scoringa prouincia perpessi, valde animo consternati sunt. De qua egredientes, dum in Mauringiam transire disponerent, Assipiti eorum iter impediunt, denegantes eis omni modo per suos terminos transitum. Porro Longobardi cum magnas copias hostium cernerent, neque cum eis ob paucitatem exercitus congredi auderent, dumque quærerent quid agere deberent, tandem necessitas consilium repperit. Simulantes enim se in castris suis habere cynocephalos, id est, canino capite homines, diuulgant apud hostes, hos pertinaciter bella gerere, humanum sanguinem bibere: & si hostem adsequi non possent, proprium potare cruorem. atque vt huic assertioni fidem facerent, ampliant tentoria, plurimumque in castris suis ignem accendunt. Quibus auditis, hostes creduli effecti, bellum quod minitabantur attentare non audent. Habebant tamen apud se hostes virum fortissimum, de cuius fidebant viribus, posse se proculdubio obtinere quod vellẽt. Hunc itaque solum pro omnibus pugnaturum obiiciunt: mandantque Longobardis, vt vnum quem vellent suorum mitterent, qui cum eo ad singulare certamen exiret, ea videlicet conditione, vt si suus bellator victoriam caperet, Longobardi itinere per quod venerant abirent: sin vero superaretur ab altero, tum se Longobardis transitum per fines proprios non negaturos. Cumque Longobardi, quem potissimum de suis aduersus virum illum bellicosissimum mitterent, ambigerent, quidam ex seruili conditione sponte se obtulit, promittens se prouocanti hosti cõgressurum, ea pactione, vt si de hoste victoriam reportaret, à se suaque progenie seruitutis næuum auferret. Quid plura? gratan-

Hunc adhuc Deum Godam Germani vocant.

Primæ sedes Longobardorum in Schonlãdia.

Secunda sedes Longobardorum in Liuonia & Prussia.

Tertia sedes Longobardorum in Mauringia.

ter, quæ postulatat, sese facturos pollicentur. Aggressus autem hostem, pugnauit & vicit: Longobardis transitum, sibiq; & suis quæ optauerat iura libertatis adeptus. Igitur Longobardi tandem in Mauringiam venientes, vt bellatorum possent ampliare numerum, plures à seruili iugo ereptos, ad libertatis statum perducūt: vtq; rata eorum libertas haberi posset, sanciunt more solito per sagittam, immurmurātes nihilominus ob rei firmitatem quædam patria verba. Egressi itaq; Longobardi Mauringiam, applicuere se in Rugilandiam, vbi aliquantum temporis commorati dicuntur. Post hæc Antaibos, & Bontaibos, pari modo & Burgundaibos, dicuntur per annos aliquot possedisse. quæ nos possumus arbitrari, esse vocabula pagorū, seu quorumcunq; locorum. Mortuis interea Iboro & Agione ducibus, qui Longobardos à Scandinauia (vt dixi) abduxerant, & vsq; ad hæc tempora rexerāt: Longobardi vltro sub ducibus esse nolentes, regem sibi ad cæterarum gentium ritum statuerunt. Regnauit itaq; super eos primus Agilmundus, Azilionis filius, ducens prosapiam & originē Gunginorum, quę apud eos cæteris generosior habebatur. Hic, sicut à maiorib⁹ traditur, tribus & triginta annis Longobardorum tenuit regnum. Sequitur nunc quinta Longobardici populi habitatio, proxime Bulgaros, quo ex Bugilandia concesserant, forte vbi nostra tempestate est Polonia sita. Cuius mentionem facit idem Diaconus capite 11. lib. 1. Igitur Longobardi, transmisso, de quo diximus flumine, cum ad vlteriores terras peruenissent, illic per tempus aliquod commorabantur. Interea cum nihil aduersi suspicarentur, & essent sub longa quiete minime solliciti, securitas (quæ semper detrimentorum mater est) eis non modicam perniciem peperit. nocte enim quadam cum negligentia resoluti cuncti quiescerent, subito super eos irruentes Bulgari, plures ex eis sauciant, multos prosternunt, tandiu, tamque attociter per eorum castra grassantes, vt ipsum Agilmundum regem interficerent, eiusque vnicam filiam sorte captiuitatis auferrent. Resumptis tamen viribus post hæc incommoda, Longobardi Lamissonem, de quo superius diximus, sibi regem constituerunt. Qui vt erat iuuenili ætate feruidus, & ad bellica certamina satis promptus, conseruatoris sui Agilmundi necem vlcisci cupiens, in Bulgaros arma conuertit, &c. Ex hoc loco potiti victoria, quæsitum fœcundiores terras in Germaniam transmigrarunt, & haud procul à Rheno, vbi est modo Palatinatus inferior, consederunt, proxime Cheruscis. Hinc Tacitus libro historiæ Augustę secundo: His vocibus instinctos exercitus propriæ quoque causæ stimulabant, cum à Cheruscis Longobardisque pro antiquo decore, aut recente libertate, & contra augendæ dominationi certaretur. Meminit eo loco Longobardorum & Velleius Paterculus, in historia Tiberii Cæsaris: Perlustrata armis tota Germania est, victæ gentes pene nominibus incognitæ, receptæ Cauchorum nationes: omnis eorum iuuentus infinita numero, immēsa corporibus situ locorum tutissima, traditis armis, vna cum ducibus suis septa, fulgenti armatoque militum nostrorum agmine, ante Imperatoris procubuit tribunal. Fracti Longobardi, gens etiam Germana feritate ferocior. Deniq; quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat, ad quadragesimum miliariū à Rheno, vsque ad flumen Albim, qui Sennonum Hermundurorumque fines præterfluit, Romanus cum signis perductus est exercitus. Porro manet adhuc oppidulum haud procul Heydelberga, Lambartē nomine, quod veterem populi memoriam contestatur. Igitur ad Rhenum cum à Tiberii primi ætate multorū seculorum lapsu tenuissent, postremo mediterranea petentes, Istrum versus, campestria sub Herulorum regis tributo ea acceperunt, quæ in Morauia hodie late extenta cernuntur. Quarum sedium septimarum ordine Paulus Diaconus meminisse videtur, capite 12. lib. 1. cum post Agilmundum reges eius populi recensuisset, Lamissonem, Leth, Gildeochum & Gedeochum: Inter hæc moritur Gedeochus (inquit) cui successit Claffo filius eius. Defuncto quoque Claffone, Tado eiusdem filius septimus ascendit ad regnum. Egressi quoque Longobardi de Rugilandia, habitanere in campis patentibus, qui sermone barbarico Felden appellantur. Quo in loco cū per trium annorum spacia morarētur, bellum exortum est inter Tadonē atq; Rudolphum Herulorum regem. Qui eū prius fœdera nectetent, causam discordiæ hanc habuerūt, &c. Hanc supra adduxeramus, cum Herulorū quartam habitationem describeremus, necē videlicet Germani, fratris Rudolphi regis in legatione, qua apud Longobardos fungebatur, à Rametrude Tadunis filia contra ius gentium interfecti. Dissentit hac in parte à Diacono Procopius, aliam causam belli referens: Herulos videlicet ipsos Rudolphum regē in ocio viuentem ad arma vltro coegisse. quod etsi inuitus, tamen Rudolphus bellū suscepit. & cum duplicatum tributum Herulis Longobardi obtulissent, à se tamen Martem auocare nequiuere. Itaq; cum in prælio quod subsecutū erat ex illa occasione diuini numinis benignitas Lōgobardis vt Christianis adfuisset, Heruli nō solum castris, sed agris quoq; in finib. Pannonię Noriciq; secus Istrū amnem exuti, Longobardis reliquerūt. Cæterum antequā illos agros, de qui-

Quarta sedes Longobardorum in Rugilandia.

Gunginorū prosapia nobilissima.

Quinta habitatio Longobardorū in Polonia.

Sexta Longobardorū habitatio in Germania, haud procul Rheno flumine.

Septima Longobardorum habitatio in Morauia.

de quibus loquimur, septimę habitationis Longobardi reliquissent, bella cum finitimis populis propter fines gessere: vtpote cum Sueuis, qui ad Albim in Bohemia habitabant: & cum Gepedibus, quos ab ortu solis vicinos habebant, ex illa parte Hungarię, vbi modo sunt comitatus Aruensis, Liptouiensis, Tranchiniensis, Nitriensis, Turocensis, Cepusiensis & Sariensis. Qua de re scribens Paulus Diacon. cap. 14. At vero Tado (inquit) post hunc belli triumphum, non diu lætatus est. Irruit namq; super eum Wacho, Zachilonis fratris eius filius, vt eum hac luce priuaret. Conflixit quoq; aduersus Wachonē Hildechis, filius Tadonis. Sed superante Wachone deuictus, ad Gepedas cunfugit, ibiq; profugus ad vitæ suę finem vsq; permansit. Quam ob causam Gepedę cum Longobardis ex tunc inimicitias cōtraxere. Eodem quoq; tempore Wacho super Sueuos irruit, eosq; dominio suo subiugauit. Atq; de septima Longobardicæ gentis habitatione tantum.

Octaua habitatio Longobardorū in Pannonia.

Quam sequitor octaua in Pannonia Superiori, quam quidem prouinciam post insignem illam victoriam relatam de Herulis, rege ipsorum Rudolpho occiso, non magis occuparunt, quam a Iustiniano imperatore impetrarunt. Qui, vt refert Procopius in Commentariis rerum Gothicarum, aduersus Herulos obsequium atq; solitum tributum detrectantes, Longobardorum gentem ex intima Germania, & Herulis infestissimam exciuit. Quorum auxilio cum Herulos vicisset, Herulos quidem qui cladi superfuerant, Christianismo initiatos, partim in Valeriam Dalmatiamq;, partim alio secus Istrum transposuit, Longobardis vero Pannoniam sub tributo concessit. Eaq; de causa (scribit Procopius) nulla his de cætero Iustinianus stipendia persoluebat, quæ antehac à Romanis accipere consueuerant. Longobardos interim Imperator Norico vrbe, & in Pannonia nonnullis præsidiis, & aliis plerisque locis cum ingenti pecunia donat. Qua ex re Longobardi exciti, omnes à propriis sedibus abeuntes, supra Istrū fluuium, non procul à Gepedum natione considunt. Sed ipsi insuper Dalmatiam omnem, & simul Illyrios ad vsq; Epidamnum depopulati, & in seruitutem quos ceperant, abegerūt. Meminit huius transmigrationis Longobardorum in Pannonias, etiam Paulus Diaconus cap. 15. lib. 1. rerum Longobardicarum: Waltharith autem (inquit) enim per septem annos regnum tenuisset, ab hac luce subtractus est. Post quem nonus Andoynus regnum adeptus est, qui non multo tempore post Longobardos in Pannoniam traduxit. Porro in Pannonia Longobardi cum tenerent, ob fines in grauissimom bellum cum Gepedibus exarserunt. Quod describens eodem capite Diaconus: Gepedæ vero (inquit) ac Longobardi concepta iamdudum rixa, tandem in apertum exarserunt bellum, quod ab viris; partibus pro facultatibus apparabatur. Commisso autem prœlio, dum ambæ acies fortiter dimicarent, & neutra alteri cederet, contigit vt in ipso certamine Andoyni filius Albuinus, & Torismundus Turisindi filius, inter se obuii fierent. Quem Albuinus spata percutiens, de equo præcipitatum extinxit. Cernentes Gepidæ regis filium, per quem magna suæ partis bella constiterant, interiisse, mox dissolutis animis fugam ineunt. Quos Longobardi insequentes acriter sternunt, cæsisq; quamplurimis, ad extrahenda occisorum spolia reuertuntur. Cumque peracta victoria ad sedes proprias remeassent, regi suo Andoyno suggesserunt, vt ei Albuinus conuiuia faceret, cuius virtute in prœlio virtutem cœpissent, vt sicut in patris periculo, ita & in conuiuio communis esset. Quibus Andoynus respondit, se hoc facere minime posse, ne ritum gentis infringeret. Scitis enim (inquit) non esse apud nos consuetudinem, vt regis filius cum patre prandeat, nisi prius à rege gentis exteræ arma susceperit. Et cum postea Diaconus cap. 16. Albuini legationem apud Turisindum regem Gepedarum descripsisset, qua interfecti Turisinundi filii arma abstulerat, tandem cap. 18. prœlium ac cladem Gepedarum acceptam à Longobardis enarrat. Quam historiam Lector æquus superiori libro leget, cum de Gepedarum migrationibus tracto. Cæterum paulo aliter scribit de bello isto in Pannoniis à Longobardis aduersus Gepedas gesto, Procopius: Ildiges interea (inquit) Longobardus vir quidam, eius rei ob gratiam se ad Slauinos, & inde ad Gepedas contulit, quam explicaturus mox sum, ea tempestate, qua Longobardis Baces imperitabat. Huic nepos erat Risidulphus nomine, quem lex ad eam præfecturam, si Baces decederet, euocabat. Sed Baces ipse, dum filio prospicit, & ad hunc vt principatus veniret, enixe curat, criminis Risidulphum insimulauit, noxæ nil prorsus habentis, eoq; hominem exilii iactura affecit. Qui statim è patria profugus factus, cum paucis quibusdam ad Barnas profugit, liberis duobus amissis. Sed Baces tradita non parua Barnis illis pecunia, facile suadet, Risidulphum vt necarent.

Ex Risidulphi vero liberis alter morbo interiit: & hic qoidē Ildiges se in Slauinos fuga recepit. Nō lōge post Baces cū in ægritudinē incidisset, ex humanis abscessit. Hoc mortuo, ad Baldarā, Bacis tū filiū, Longobardorū imperiū venit. Quumq; is puer admodum esset, Albuinus tutor mox constitutus, regnum administrabat: ex eoq; sibi quam maximis viri

bus comparatis, imperium non longo post tempore & ipse obtinuit, pueto ex morbo protinus decedente. Cum itaq; Gepedas inter & Longobardos bellum iam pararetur, Ildiges statim Longobardis, qui se sequebantur, & Slauinorum plurimis secum eductis, ad Gepedas venit, satis sperantes suæ gentis hunc principem fore. Cum itaq; Gepedes per fœderum causam iungendorum ad Longobardos venissent, Albuinus ab his statim vt amicis deposcit, Ildigem sibi in potestatem vt traderent. Tum Gepedes, dum hominē prodere nil prorsus decernunt, inde abire quo vellet Ildigem libere permiserunt. Tum ille statim, & nulla interposita mora, cum Gepidibus quibusdam, comitibus suis & voluntariis, ad Slauinos iterato se confert. Indeq; ad Gothos & Totilam venit, exercitum non minoris numeri ductans quam millium sexcentorum. In Venetosq; demum profectus, cum Romanos Lazaro quodam duce obuios habuisset, cum his acie statim conflixit. Vnde Ildiges Romanis in fugam actis, & quam pluribus interfectis, non tamen suas cum Gothis copias iunxit: sed flumine Istro traiecto, rursus in Slauinos recessit. Hactenus Procopius, de belli origine ac occasione, quod Longobardos cum Gepidibus in Pannonia gessisse, & Diaconus memorat, duce Albuino: tametsi nullam Romani auxilii, sed ab Auaribus duntaxat lati, meminisset: quos in profligandis Gepidibus, Longobardis opem tulisse is refert, nec quo modo, aut quo succesionis iure regnum ad Albuinum peruenerit, ostendit: nisi quod orationem inserit oratorum Gepedarum apud Iustinianum Imperatorem aduersus Longobardos opem implorantium, in qua hæc verba leguntur, quæ ad illustrandam gentem Longobardicam non minimum faciunt. qua propter & subiicere partem eius orationis placuit: Proinde prædones isti (sic Gepedæ Longobardos appellant) Sirmium oppidum, ac cætera Dalmatiæ loca, belli vobis caussam fore prætendunt. Tametsi Imperatori ibi ciuitatum tantum & locorum supersit, vt vel hominum nationes nonnullas perquiras, quibus Imperii partem aliquam ad incolendum concedas: quemadmodum Francos Herulorumq; gentem, vel istos insuper Longobardos tot tantisq; vel ciuitatibus vel locis donasti, vt ea vix quispiam queat enumerare. Nos vero ex tua amicitia fiduciam nacti, omnia, vt tibi collibuit, egimus. Nam qui aliis sua prodiderit, potiore longe est forte, quam qui ea dono acceperit. Putat namq; donum se accepisse, qui id prior contulerit, si modo pro munere in alios forte collato non adsequatur iniuriam. Atqui amicitiæ tecum conciliatæ, quispiam id confidētia fecerit, quod & Gepedæ fecisse erga Romanos sunt visi. Quorum ipsi in nos beneficia recordati quam maxime id ex fœdere ipso deposcimus, nobiscum vt in Longobardos bellum geratis. Sin vero minus id placet, at saltem neutris nostrum fauendo, vt seorsim absitis. Sin rebus hoc pacto nostris consulueritis, quæ æquiora sunt, facturi vos estis, & pro Romani imperii dignitate. Hæc Gepedes. His auditis, Iustinianus consilio habito, Gepedas quidem re infecta dimisit: cum Longobardis vero belli societate inita, iureiurandoq; confirmata, equitum vltra decem millia ad eos mox misit, Romanis ducibus cōmonefactis, Gepedarum vrgente celerrime debellata, maximo in Italiam studio cum equitatu omni contenderent. Hos inde ad Longobardos euntes, mille ac quingenti duntaxat Heruli è sociis sequebantur: nam cæteri omnes Romanis paulo ante desertis, cum Gepidibus ipsis conuenerant. Sed Romanorum pars militum quædam dum ad Longobardos contendit, in Herulos quosdam Aordo duce ex insperato incidunt. Inde pugna summa contentione & strenue facta, Romani victores euaduut, Aordumq; ducem & Herulorum non paucos interficiunt. Gepedes interea cognito exercitus Romani aduentu, & hunc quidē appropinquare, omnes extemplo cum Longobardis discordias soluunt. ac fœderibus inuicem factis, in vnum, vel Romanis inuitis, mox coeunt. Quod vtiq; vbi Romanorum cognouit exercitus, vt dubius animi conflictari, hæreretq; quid nam in re præsenti esset & periculosa facturus. non enim vel progredi poterat, vel retro iam cedere: præfectis verentibus, ne Gepedes Heruliq; incursantes Illyriorum loca depopularentur.

Et hactenus quidem de Longobardorum Republica in Pannoniis, Procopius. Quem, vt Græcum hominem, Bacem appellasse, & Baldarum autumo: quos Diaconus in Longobardica historia, gentilitiam pronunciationem secutus, Wachonem & Walthari appellet. Sequitur nunc adeo nona Longobardorum, & postrema habitatio, in Liguria, ea Italiæ portione quæ Galliæ coniungitur, Pado flumine irrigua, & ciuitatibus culta cernitur, Mediolano, Ticino, Taurino, Astensi oppido, Crema, Cremona, Placentia, Parma, Bergomo, Brixia, Mantua, Verona, & aliis huiuscemodi. Quo tractu regnum Longobardorum exortum est, cui subiecti erant ducatus Comensis versus Rhætiam, Tridentinus, Foroiuliensis & Beneuentanus in Apulia. De qua transmigratione scribens Paulus Diaconus libro secundo historiæ Longobardicæ, capite sexto: Albuinus itaque ad Italiam, inquit, cum Longobardis profecturus, ab antiquis amicis suis Saxonibus auxilium petiit, quatenus spacio-

Noua habitatio Longobardorū in Italia.

ciosam regionem possessurus eum plurimis intraret. Ad quem plusquam viginti millia virorum cum vxoribus simul & paruulis, vt cum eo ad Italiam pergerent, iuxta eius voluntatem venerunt. Hoc audientes Clotharius & Sigisbertus Francorum reges, Sueuos aliasq; gentes in locis, de quibus iidem Saxones exierant, posuere. Tunc Albuinus sedes proprias, hoc est Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuit: eo quidem pacto, vt si quo tempore Longobardis necesse foret reuerti, sua rursus arua reciperent. Igitur Longobardi relicta Pannonia, cum vxoribus & natis, omniq; supellectile, Italiam properant possidere. Habitauerunt autem in Pannonia annis quadraginta duobus. De qua egressi sunt mense Aprili, per indictionē primam, altero die post sanctum Pascha: cuius festiuitas eo anno iuxta calculi rationem ipsis Calendis Aprilis fuit, cum iam à Domini incarnatione anni quingenti sexaginta octo essent euoluti. Quomodo autem per Forum Iulium Italiam ingressi sint Longobardi, ibiq; Liguriam occuparint, nequicquam obsistente Longino exarcho Rauēnatensi, perscribit idem Diaconus capitibus 7.9.10.12. & tredecimo: vbi causam reddens ingressus, à Narsete eunucho excitos refert, quod is à Sophia Iustini Imperatoris illusus redire ad gynæceum iussus esset ex castris. Scribit enim cap. 5. libr. 2. Tunc Iustinus Augustus in tantum aduersus Narsetem commotus est, vt statim in Italiam Longinum præfectū mitteret, qui Narsetis locum obtineret. Narses vero his cognitis, valde timuit: & vsque adeo à Sophia Augusta perterritus est, vt vltra regredi Constantinopolim non auderet. Cui inter cætera, quia eunuchus erat, illa hoc fertur mandasse, vt eum puellis in gynæceo lanarū pensa faceret diuidere. Ad quæ Narses respondisse fertur, talem se eidem telam orsurum, qualem ipsa dum viueret, deponere ac detexere non posset. Itaq; odio metuq; exagitatus, Neapolim Campaniæ ciuitatem secedit, Vnde legatos mox ad Longobardorum gentem dirigit, mandans, vt pauperrima Pannoniæ rura desererent, & ad possidendam Italiam cunctis refertam diuitiis venirent: simulq; multimoda pomorum genera aliarumq; rerum species, quarum Italia ferax est, ad eos mittit, vt eos ad veniendum citius posset illicere. Idem, quare tam cito, tamq; leui negotio Italiam obtinuerint, causam reddens, cap. 12. Ticinensis autem ciuitas, inquit, per ea tempora vltra quatuor annos obsidionem perferens, se fortiter continuit, Longobardorum exercitu non procul ab occidentali parte residente. Interim Albuinus eiectis militibus inuasit omnia vsq; ad Tusciam, præter Romam & Rauennam, & quædam castella quæ erant in maris littore constituta. Nec erat tunc virtus Romanis, vt resistere possent: quia & pestilentia quæ sub Narsete facta est, plurimos in Liguria & Venetia extinxerat: & post annum quem diximus miræ vbertatis fuisse, fames nimia irruens, vniuersam Italiam deuastauit. Certum est autem, Albuinum tunc multos secum ex diuersis gentibus, quas vel alii reges vel ipse cœperat, ad Italiam eduxisse. Vnde in hodiernū vsq; diem populos in his quos inhabitant vicos Gepedas, Bulgaros, Sarmatas, Pannonios, Sueuos, Noricos, & aliis huiusce modi nominib. appellamus. Porro Procopius aliam necasionem huiusce in Italiam transmigrationis Longobardorum referens, scribit, Audusem cum aliquot millibus Longobardorum Iustinianum Imperatorem in Italiam aduersus Gothos misisse. Vbi videlicet primum Italiæ fertilitatem conspicati, ac amœnitatem eius, inhiare possessioni vel ex illo tempore cœperunt. Porro, constat rerum esse potitam in Latio hanc gentem duorum seculorum spacio sub regib. sibi ordine succedentib. Albuino, Clephone, Alacho, Vallario, Authario, Agilulpho, Adoaldo, Arioaldo, Rothario, Rodoaldo, Ariberto, Grymoaldo, Rumoaldo, Garipaldo, Bertharito, Chunberto, Luitberto, Ariperto, Luitprādo, Aystulpho & Desiderio. Quem ecclesiæ grauem, ac Francis hostem, Carolus cognomento Magnus Francorum rex debellatum extinxit: Longobardorumq; gentem Francorum ditioni subiectam per principatus comitatusq; more Francico constitutos, exinde gubernauit. Quorum ad nostram memoriam venere, ducatus Mediolanensis primo comitatus, Ferrariæ ac Mantuæ marchionatus, hodie ducatus honore insignitæ prouinciæ. Cæteri ante patrum memoriam, & nuper adeo desiere, marchionatus Montis ferrati, marchionatus Saluciarum, marchionatus Veronensis, marchionatus Astensis, & Angleriæ comitatus: de quibus ordine deinceps dicturi sumus.

CATALOGVS REGVM HERVLORVM, QVI ET Weruli, in Germania haud procul Baltheo mari colentium, vbi postea Werulia, quæ modo Mackelburgia & Rugia insulæ fuerunt, quæ adhuc manet.

1 ANTYRIVS, fertur reliquias exercitus Alexandri magni per Venetum siue Baltheum mare, nauigio ex Scythia in eum terræ tractum deduxisse, insulasq; ibi sitas, & proximam oram Germaniæ ad ostia Vistulæ, Ogidoræ ac Albis amniū occupasse, Venetosq; siue Vandilos eius regionis incolas bello subiecisse, constructa insigni ciuitate, quā Græca voce,

cuius apud Alexandrum magnum rudimenta cœperat, Megalopolim, hoc est magnam ciuitatem appellauit, à Germanis suis gentilitia pronunciatione Mechelburgum nominatã. Idem, quia ob memoriam Bucephali equi illius decantatissimi, quo Alexandrum vsum fuisse in bello, taurino capite, historiæ memorant, taurini capitis insigne in velo nauis tulisset, nec non in prora aurei gryphonis signum statuisset, factum esse Annales referunt, vt omnes ab eo principes descendentes, qui Wyndis ac Herulis Rugisq; isthic imperitarent, à Meclaburgo illo, siue Megalopoli denominarentur, insigniaq; taurini capitis, atque gryphonis aurei vsurparent. Quibus adhuc hodie Meclaburgenses, Pomeraniæ Brandeburgiq; duces, & titulo & armis vti dignoscuntur.

2 WISMARVS, condita à suo nomine ciuitate, quæ hodie adhuc ad eam maris orã superest, frequenti ac nobili emporio insignis, pellitur à Gebericho Gothorum rege, à Cõstantino magno, cui fidam operam in bello præstabat, intra Pannonias receptus. Meminit illius Iordnandes. 10

3 MISISLAVS, Wisumari filius fuisse fertur, & auitas ad illud mare sedes recepisse.

4 ALARICVS commemoratur à Iordnande victus à Gebericho Gothorum rege, in modo dictis ad mare Baltheum agris.

5 RADAGASTVS, Archadio imperante, pugnauit pro agris cum Alarico Gothorum rege: quem tamen postea reconciliatus in expugnatione Romæ fidis auxiliis iuuerat. Interficitur haud procul Florentia à Stilicone Vandilo, quæ natio exinde vt diuum venerari cœpit, illiq; templa dedicauit. 20

6 CORSICO, vel Consico, Radagasti filius fertur fuisse.

7 GVNDERICVS, dubium cuius filius extiterit.

8 RVDOLPHVS, haud procul Istro ditionem tenebat, forte vbi est hodie Morauia, cui Longobardi parebant. Vincitur prœlio à Tatone Longobardorũ tributarii populi rege, cuius meminit Procopius libro secundo Gothicæ historiæ, Paulus Diaconus libro primo, Longobardicæ historiæ, cap. 13.

CATALOGVS REGVM HERVLORVM IN finibus Pannoniæ & Norici colentium, vbi nostro seculo Austria sita est, & tractus Viennensis.

30

1 FLACTETEVS commemoratur à Paulo Diacono libro primo, cap. 9. Longobardicæ historiæ.

2 FELETHEVS, qui & Fethia, eodem loco à Diacono recensetur: quem diuus Seuerinus Rauennas Iustiniano primo imperante ad Christi fidem conuerterat. Cuius historiam Eugippius & Euodius panegyrista, à nobis reperti authores, descripsere. Habuit in matrimonio Gisam, pessimam fœminam. Ex huius filia Salinga Wacho rex Longobardorum, Waltharitũ progenuit, qui Wachone mortuo, supra Longobardos iam octauus regnabat.

3 FRIDERICHVS, Felethei filius, à fide Christiana defecit: Eugippio authore.

4 HVNIRICHVS, Friderichi frater germanus, Germano in regno Herulorum in finibus Pannoniæ ac Norici cõstituto successit, eodem Eugippio autore. Cuius mentio quoque extat apud Procopium libro 2. Gothicæ historiæ: Iustinianum deinde, cum primum suscepit imperium, optimis locis, rebusq; aliis cum hos abunde donasset (loquitur de Herulis) vel arma consociasse cum Herulorum gente sat liquet, & Christi vt fidem susciperent persuasisse. Et subdit: Ex his vero perpauci quidam in Romanorum perstitere societate, ac ea de causa ab his cæteri defecere. Heruli siquidem, eorum rege Anyrico temere interfecto, cum suorum morum vt feritatem, ita & animi præ se furorem tulissent, pro patrato iam scelere nihil aliud causæ afferebant, nisi quod sub nullius se velle in posterum dicionem imperio esse: tametsi antehac nemo fere qui in hos imperium habuisset, à priuato quouis differret, vt cui omnes sine discrimine & adsidere & conuesci vna, impudenterq; & vt cuique placitum conuiciari iurgatiq; soleant: adeo vt nullis vspiam hominum Heruli fuerint intemperantia & leuitate inferiores. Iamq; eos facti pigebat, nec sine principe esse, nec sine duce ad bellum vitã se ducere posse, apertius adfirmabant. Itaq; cum multum ac sæpe ea de re cõsultassent, præstare id omnib. visum, ex Thule vt insula aliquem sibi regio ex genere confestim excirent, qui his imperaret. Sed quemadmodum ea res se habuerit, paucis explicabo. Postquam Eruli per Longobardos in acie victi, ac penitus debellati, patrios mores pristinis exciti sedib. reliquerunt: alii, vt supra iam diximus, in Illyricis loca incolucre. Quidam vero cum Istrũ flumen haudquaquã traiicere statuissent, in vltimos terræ fines se collocarunt. Sed qui regii sanguinis sunt duces secuti, Slauinorum gentẽ prætereundo, cum in loca deserta iam euasissent, ad Harmos populos se contulere. Post hos ad Dacas prætereuntes, ad Ocea- 40 50

Oceanum mare cum peruenissent, nauibus ad insulam Thulen delati, in ea deniq; constitere. Ex quo loco constat, Herulos cum à Romanorum societate defecissent, transpositos. Liquet & Hunricho occiso, alios ex Thule insula vsq; principes populi accersitos: de quibus deinceps dicturi sumus.

CATALOGVS REGVM HERVLORVM IN *Valeria, & Dalmatiæ finibus colentium.*

1 DATHES, ex Thule insula vsq; supra Hyberniam sita accersitus, cum iam ab Istro transposita gens à Iustiniano, crescere cœpisset. Cuius meminit Procopius lib. 2. Gothicæ historiæ, in hæc verba: Nunc vero Erulorum è gente, qui apud Romanos sibi, vt diximus, paruerant, sui regis cęde patrata, è primoribus quosdam ad Thulen insulam mittunt, qui diligenter peruestigando ad se demum deducerent, si quem forte regio ex sanguine oriundum ea in insula reperirent. Tum illi, vbi eo est peruentum, plerosque comperiunt regii sanguinis homines ibi adesse. E quibus vno duntaxat, qui sibi perplacuisset, delecto, ac secum deducto, reuertebantur. Sed qui forte deducebatur, morbo correptus moritur. Vnde rursum Eruli insulam repetunt, & alterum quempiam Dathin nomine secum abducũt. Hunc Aordus germanus frater, & ex Herulis quidam qui Thulis erant, iuuenes ducenti sequebantur, &c.

2 AORDVS frater germanus Dathis, fratri extincto, in Herulorum principatu apud Liburnos & in Valeria successit. Is interficitur in prœlio a Longobardis, vt libr. 3. Gothicæ historiæ Procopius scribit, cum de Longobardorum Gepedarumq; intestino bello tractat. His auditis Iustinianus consilio habito, Gepedas quidem re infecta dimisit: cum Longobardis vero belli societate inita, iureiurandoq; confirmata, equitum vltra decem millia ad eos mox mittit, Romanis ducibus commonefactis, Gepedarum vt gente celerrime debellata, maximo in Italiam studio, cum equitatu omni contenderent. Hos inde ad Longobardos euntes, mille & quingenti duntaxat Eruli è sociis sequebantur. Nam cæteri omnes Romanis paulo ante desertis, cum Gepidibus ipsis conuenerant. Sed Romanorum pars militum quædam, dum ad Longobardos contendit, in Erulos quosdam Ilerdo duce incidunt. Inde pugna summa contentione & strenue facta, Romani victores euadunt, Aordumque ducem & Erulorum non paucos interficiunt.

3 SWARTVS, forte a nigredine gentilitia lingua appellatus est der Schwartz, Aordo interfecto, Herulis in Valeria colentibus a Iustiniano Cæsare è Constantinopoli princeps confirmatur. Cuius meminisse videtur Procopius lib. 2 Gothicarum rerum, in hæc verba: Vnde confestim Byzantium mittunt, Imperatorem precatum, ducem quem mallet sibi vt traderet. Tum ille Herulum his quempiam Byzantii diu versatum, his mittit, Swartã nomine. Quem Eruli tum primum benigne susceptum, volentes quidem & regem salutant, & venerantur: iubentiq; consueta, obsequuntur & parent.

REGES HERVLORVM *in Valeria.*

1 GRATES, Cõstantinopolim profectus, ad Iustinianum Imperatorem, sacris vndis prolutus CHRISTVM cognoscere cœpit, vt scribit Otho Frisingensis lib. Chro. 5. cap. 4.

2 WIDOMARVS à quo S. Maximus Iuuauiensis pręsul in Norico cum in montis scopulos confugisset, cum 40. CHRISTIANIS martyrii palmã accepit.

3 SINDVVALDVS, in bello Gothico à Nãrsete gesto claruit, de quo Paulus Diaconus libr. 2. cap. 3. Habuit nihilominus Narses (inquit) certamẽ aduersus Syndvvaldum Brẽtorum regem, qui adhuc de Herulorum stirpe remanserat, quos secum in Italiam veniens adduxerat. Huic NARSES sibi primum fideliter adhærenti, multa benefi-

REGES HERVLORVM IN *Dalmatiæ finibus.*

1 PHANITEVS, cuius meminit lib. 2. Gothicæ historiæ Procopius: Hunc illi in modum (loquitur de Herulis) ab his pacifice discedentes, ad Venetiæ loca venere, vbi Betalione cõuentro, eorum cœpit hos pœnitere, quæ in Imperatorem & Bellisarium deliquissent. delictique gratia deprecandi, VISANDRO ex præfectis altero, ibidem cum suis dimisso, cæteri omnes Bizãtium deuehuntur, Aliuth ducib. Ph limutheq;, qui mortuo Fanitæo Erulorum obtinuit præfecturam.

2 ALIVTH & Philimuth, forte gẽtilitia pronunciatione der Allept vnd Villmůth (hoc est, si Latine reddas, omnis populus cõgregatus, & magnanimi homo, Fanitæo in principatu Erulorum in finib. Dalmatiarũ successerunt, vt ex loco Procopii animaduertere est.

3 GRYNTEVS, manum Erulorum in Italiam adduxit, Narseti aduersus GOTHOS, vt his ver-

neficia contulit: sed nouissimo superbe rebellantem, & regnare cupientem, bello superatum & captum, celsa in trabe suspendit. Floruit autem circa annū Domini quingentesimum. verbis Procopius libro secundo ostendit historiæ: In Albanum vero, quod stadiis totidem abest, & in Appia quondam via situm, Gryntheum quempiam cum Herulis præmiserat, quos Gothi inde vi depulere.

CATALOGVS REGVM RVGORVM.

1 SVBA alter maritus Gisæ, quæ Felethei Herulorū regis in finibus Pannoniæ & Norici coniunx fuerat.

2 SVBA & Hunulphus, fratres germani ex priore Suba progeniti, commemorantur 10 ab Eugippio, in historia Herulorum.

3 OTHOCCARVS, siue, vt eum Latini Græciq; scriptores appellant, Odouacrus, vel Odoacer, Rugos, adscitis Herulis ac Turingis (quos Turcilingos authores nominant) in Italiam traduxit. Interfectus & victus 14. regni sui in Italia anno, à Theoderico Gothorum rege, quem Bernensem cognominant, Zenone imperante. Cuius meminere Paulus Diaconus lib. 1. cap. 19. Agathius, Eugippius, & Otho Frisingensis lib. 4. Chron. cap. 30. & lib. 5. cap. 1. Is est, qui Orestem patricium occurrentem in Liguria, victum acie occidit, & filium illius Augustulum Cæsarem exilio condemnauit.

4 ILDIBALDVS, mansit præfectus Rugorum posteritatis in Italia, quæ cladi superfuerat a Gothis illatæ. Floruit adhuc in alpibus Veronensib. Iustiniano primo imperante. De 20 quo hæc verba leguntur apud Procopium lib. Gothicæ historiæ 2. Ildibaldus præterea, vir sane industrius, Veronæ vrbis tunc forte custodiam nactus, oratores cæteros subsecutus, ad Belisarium misit, qui eius apud se liberos detinebat: haud tamen Rauennam se contulit, nec Belisario se virtute obstrinxit.

5 ARARICVS, commemoratur de posteritate Rugorum ab eodem Procopio lib. 3. Gothicæ historiæ: Erat tum forte in Gothorum exercitu Araricus quidam, Rogus genere, quem statim Rogi (nam & hi Gothica erant ex natione) cum ob Ildibaldi interea cædem turbulentiora omnia essent, regem pronunciarunt.

6 WIDOMARVS, vel Viridomarus, Rugorum posteritatem ex Italia abduxit: assumptis q; Herulis, Scyris ac Slauinis, Noricum depopulatus est, Romanorum adhuc pro- 30 uinciam. Is est, qui beatum Maximum Iuuauiensem episcopum, vbi est hodie Salisburga, cum quadraginta Christianis confugientem in scopulos proximos, ad martyrii palmam coegit. Antrum adhuc in rupe Salisburgensi monstratur, vnde is diuus à barbaris præcipitatus dicitur.

CATALOGVS PRINCIPVM SCYRORVM.

1 WINVLPH, forte patrio Germanorum sermone der Wonwolff / sub Attila floruit, forte cum Hunnorum rege Balambero. primus ex Scythia in Germaniam gentem suam traduxit.

2 WVLPHO, & Edica, à Theodemyro rege Gothorū in Pannoniis, Theoderici Ber- 40 nensis patre, victi, cum Chunimundo regi Sueuorum aduersus Gothos auxilium tulissent. Præerant autem Scyris, haud procul ab Istro colentibus, de quibus scribens Iordnandes in Gothica historia: Gothi vero (inquit) tam regis sui mortem, quam suam iniuriam à rebellionibus exigentes, ita sunt præliati, vt pene de gente Scyrorum, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hic cum dedecore non remansissent, sic omnes extinxerunt. Quorum exitum Sueuorum reges Hunimundus & Alaticus veriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum: qui cum Beuga & Babai regibus suis auxiliariis eorum deuenissent, ipsasque Scyrorum reliquias quasi ad vltionem suam acrius pugnaturas accersentes, cum Edica & Wulpho eorum primatibus. hæc ille. Porro nomina ista nostra in lingua adhuc manent, à lupo & angulo, wolff/eck/egen/ &c. 50

CATALOGVS REGVM LONGOBARdorum in Germania & Pannonia.

1 IBOR & Agon, vel si gentilitiam linguam Teutonum sequare, der Ber vnd Egon / primi Longobardorum duces extitere, sub quibus primum omnium Scanziam insulam ingressos Diaconus scribit lib. Longobardicæ historiæ 1. cap. 7. Qui in Germaniam eum appulissent, à Vandalis eius tum oræ incolis bello adorti, eos difficili admodum bello consiliis ac astu Gambaræ matris ad postremum vicerunt: potiti regionibus duabus amplis, quas Diaconus recenset, Scoringia ac Rugilandia.

2 AGIL-

2 AGIMVNDVS, Agonis filius, vnde Gungingorum gens ac prosapia defluxit, Longobardorum post Adelingos nobilissima, vincitur prœlio a Bulgaris, fines tunc Germaniæ colentib. vt Diaconus scriptum reliquit lib. 1. Longobardicæ historiæ, cap. 10.

3 LAMISSO, patrio sermone, vt scribit Diaconus, a stagno der Lanmisch nuncupatus, eo euentu, quod ex meretrice cum aliis VI. fratribus procreatus, & in paludem expositus, cum forte fortuna per hanc eandem paludem Agilmundus rex equitaret, vt inter fratres vegetior, hastæ regiæ quam manibus comprehenderat, adhærebat. Ideo extractus ex palude, educatus in regia, & postremo adoptatus, successorq; in regno Longobardorum factus, vlturus patrem, Bulgaros vicit, vt Diaconus cap. 11. lib. 1. Longobardicæ historiæ scriptum reliquit.

4 LETH, Longobardis in Germania colẽtibus præfuit annos quadraginta, vt scribit Diaconus cap. 12. lib. 1. historiæ Longobardicæ.

5 GILDEOCHVS, Leth filius, post patrem Longobardis in Germania Imperauit.

6 GEDEOCHVS, superioris filius, Anastasio imperante Longobardis in Germania præfuit. quo tempore Felerheus Herulos in finib. Norici & Pannoniæ gubernauit, vt scribit Diaconus lib. 1. Longobardicæ historiæ, cap. 12.

7 CLAFFO, Gedeochi filius, patrem secutus est, vt cap. 13. lib. 1. Diaconus tradit.

8 TADO, siue Tato, Longobardos ex Rugilandia primus ad campos patentes eduxit, vt opinor, Morauiæ. Is Rudolphum regem Herulorum, cui Longobardi fuerant tributarii, acie vicit, & gentem suam in libertatem adseruit: vt Diaconus cap. 13. Longobardicæ historiæ, lib. 1. memoriæ tradidit.

9 W.CHO, vel vt eum Procopius appellat, Baces, Tadonis regis ex Zachilone fratre nepos, ex tutore Risidulphi, veri Longobardici regni hæredis, occupator, rex Lõgobardorum in Germania, Sueuos proxime accolentes vicit. Incœpit & perniciosam illam cum Gepidibus inimicitiam: vt scribit Diaconus lib. 1. cap. 14. Tres habuit coniuges: primam, Ranczigundam, Toringorum regis natam: secundam, Hostrigosam, Gepedarum regis filiam, matrem Wisegardæ & Walderadæ, qui Franciæ regibus Theoberto & Sigbaldo nuptæ fuere: tertiam quoq; duxit Herulorum regis filiam, Salingam, Waltariti regis in regno successoris genitricem.

10 WALTHARITH, siue vt eum vocat Procopius, Baldarus, Wachonis regis filius, patri in regnum Longobardorum successit, aduersus Ildigem genuinum regni illius hæredem, apud Slauinos exulantem, & à Wachone tutore suo pulsum. Septem duntaxat annos gubernauit, vt est author Diaconus lib. 1. Longobardicæ historiæ, cap. 15.

11 ANDOYNVS, vel vt eum vocat Procopius, Andiluses, aut etiam secundum quosdã Annales, Odwynus, primus à Iustiniano imperatore conductus aduersus Gothos in Italia regnantes, gentem suam Longobardorum in Pannoniam, cum eius fœcunditatem vidisset, traduxit: siue, vt scribit Procopius, Norico & aliquot in Pannonia præsidiis ab Imperatore, cui auxilium tulerat, donatus, bellum acerrimum pro finibus gessit, cum Turisyndo Gepedarum rege, qui tunc vlteriorem Danubii, Pannoniis obiectam, oram tenebant. In quo prœlio Albuinus Andoyni filius, Turismodum, Turisyndi filium occiderat, vt Diaconus scribit lib. 1. cap. 15.

CATALOGVS REGVM LONGOBARdorum in Italia.

1 ALBVINVS, siue vt patriam pronunciationem sequamur, Allvvein, filius Andoyni regis, cum Longobardis post parentem in Pannonia 40. annis præfuisset, clarus victoria de Gepidibus relata, Chunimundo rege illorum occiso, a Narsete, cui aduersus Gothos Italiã colentes auxilium tulerat, accersitus, Italiæ eam partem occupauit, quæ Liguria nominatur, cum Foroiulio & vicinis regionib. anno Salutis nostræ 568. Duas habuit cõiuges: primam Clodsvvyndam, Clotherii regis Francorum filiam: & inde Rosemundam, Chunimundi regis Gepedarum à se occisi filiam captiuam. a qua auxiliatoribus Helmige armigero, & Peredeo quodam interficitur Papiæ in Italia. de quo lege capita Diaconi libri primi Longobardicæ historiæ, 16. 18. & libri secundi 6. 7. 9. ac 10.

2 CLEFVS, Albuino insidiis coniugis interfecto, à Longobardis in fastigium regale sublimatur. Quo mortuo, interregnum fuit, in quo duces administrarunt Zabarus, Alboinus, Wallerus, Alachis, Comus, & Gisulphus apud Forumiulium. Qui Gallias miseris subinde modis diripuerunt, vt capite 17. refert Diaconus, lib. 1.

3 AVTHARIVS, post interregnum cum duces rem male administrarent, & in perniciẽ Longobardorũ regni Francos exasperassent, electus Lõgobardorũ rex, temporib. S.

Gregorii papæ, Mauricio apud Constantinopolim, Childeberto apud Francos regnantib. Habuit in coniugio Theodelindam Garibaldi Boiariorum principis filiam, quo tempore Boiarii à Francis victi & subiecti fuerant. lege Diaconum lib. 3. cap. 8. & 14.

4 AGILVLPHVS, ex Taurinatium duce a Theodelinda vidua primum maritus, deinde rex salutatus, Longobardos in Italia pacifice gubernauit, vt Diaconus cap. vlt. lib. 3. & primo quarti tradit. Ad quem S. Gregorius papa, eiusq; coniugem Theodelindam epistolas scripsit, pro religione, vt capitib. 4. & 5. libr. 4. Diaconus tradit. Ista tempestate sub Longobardorum imperio in Italia claruerunt, Vlfarus Taruisanus, Gandulphus Bergomensis, Ariulphus Spoletinus, Archi. Beneuentanus, Gundoaldus Tridentinorum, & Gisulphus Foroiulienſis, duces. Romani quoq; Augusti Liberius, Mauricius, & Phocas habebāt apud Rauennam exarchas Romanum, Callinicum, & Smaragdum.

5 ADALVALDVS, Agilulphi superioris filius, viuente etiamdum patre rex Longobardorum creatus, firmauit pacem cum Phoca imperatore, & Theodoberto rege Francorum, iam ante à patre Agilulpho auspicatam. Regnauit cum matre Theodelinda decem annos: & ob ignauiam matre mortua, de regio fastigio a Longobardis deturbatur. Sub cuius gubernatione Forumiulium ab Auaribus depopulatur.

6 ARIOALDVS, à Longobardis deiecto Adoualdo substituitur, & duodecim annos regno potitur. Cuius sub administratione beatus Columbanus Scotus, cum in Galliæ finibus Lexouium monasterium constituisset, in Rhetiæ alpibus quoq; Bobium, & in Boiariæ quoq; finibus Frixingensis episcopatus exordia posuit.

7 ROTHARVS, administrauit regnum Longobardorum 16. annis. Condidit leges Longobardis, quæ adhuc extant, & à latore cognominantur. Gessit prospera bella, cū Romanis, ad Scultennam Æmiliæ fluuium victor: alterum eum Sarracenis, oram maritimam Apuliæ infestantibus. Sub cuius regimine claruerunt Grasulphus dux Foroiulii, Gisulphi superioris ducis frater germanus: Rodoaldus dux Beneuentanus, Gisulphi filius: & Grimoaldus frater Rodoaldi, Samnitium dux.

8 RODOALDVS filius Rotharis, patri in regnum successit. Duxit vxorem Gundibergam, Agidulphi regis filiam, ex Therdelinda, Adalualdi regis germana. Gubernauit 5. annos, interfectus ab eo cuius vxorē stuprauerat. Cuius vxor S. Iohannis basilicam apud Ticinum construxit.

9 ARIBERTVS filius Gundoaldi, qui frater erat Theodelindæ reginæ, filius Garibaldi Boiorum regis: Rhodoaldo occiso sufficitur, & nouem annos gubernauit, duobus relictis filiis, GVNDEBERTO & Partharito. Quo tempore duces Longobardorum parebant Imperio, Ago apud Forumiulii, Theodelappus apud Spoletum, GVNDEBERTVS apud Taurinum, Grymoaldus apud Beneuentum, & Trasimandus Capuanus comes.

10 GRIMOALDVS ex Beneuentanorum duce, astu & perfidia Garibaldi Taurinatium ducis in regem Longobardorum electus, filiis Ariberti, Gundeberto occiso, & altero Partharito qui Mediolani regiam tenebat, fuga salutem tuente. Cuius vxor Rhodelinda, & filius Chumbertus in exilium missi sunt, cum Rambertus Gundeberti filius occulte à quibusdam educaretur, cuius historia extat apud Diaconum lib. 4. cap. vlt.

Porro Partharitus cum se fidei credidisset Grymoaldi, lusus fuga vix vitam seruauit, vt Diaconus scribit cap. 1. lib. 5. Contra hunc, vt Longobardos ex Italia pelleret, è Græcia traiecit exercitum Constantinus Imperator: & Neapolim Beneuentumque obsedit, vbi Rumualdus filius Grymoaldi regis præsidium agitabat. Sed pater filium obsidione liberauit, Græcosq; ex Italia profligauit, vt Diaconus cap. 5. libr. 5. scriptum reliquit. Habuit Grymaldus rex Ariberti regis filiam, sororem Gundeberti & Parthariti, & gubernauit 9. annos. Cuius administratione duces florebant: Trasimundus apud Spoletum regis gener, Lupus apud Foroiulium. quo in acie ab Auaribus occiso, Varnefridus filius successit. Quo & ipso occiso, Wectarus gubernauit, qui Slauos vicit. Claruit deniq; apud Beneuentum Romualdus regis Grymoaldi filius, qui Lupi ducis Foroiuliani filiam Theoderitam habuerat in coniugio.

11 PARTHARITVS, Ariberti regis filius, patria exul, pulsus à Grymoaldo, primo apud Auares, exinde apud Francorum reges, & postremo in Anglia delituit. Vnde post mortem Grymoaldi excitus à Longobardis, patrium regnum recuperauit. Rodelinda coniuge & Chunberto filio è Beneuento, vbi asseruabantur exules, reuocatis. Quorum extruxere rex in Ticino S. Agathæ cœnobiū Vestalium, & coniux extra muros basilicam genitricis Dei ad Perticas dictam.

Is anno 8. Chunibertum filium in societatem regni adsciuit, & cum eo decem adhuc annos regnauit.

12 CHV-

12 CHVNIBERTVS, filius Parthariti, à patre in societatem regni adscitus, post annos decem quibus cum patre regnauerat, regno Longobardorum solus potitus, ducta in coniugem Hermelinda Angliæ regis filia. quem Alahis ex comite Tridentino Brixianus dux, rebellionem molitum, regno priuauit, auxilio Aldonis & Grausonis Brixianorum ciuium. Sed cum Alahis tyrannidem exerceret, Chunibertus ex insula Comacina, vbi in exilio latebat, accitus, pulsoq; Alahe restituitur in regnum. Etsi Alahis ex Foroiulianis & Istriis exercitum instruxisset, tamen vincitur ad postremum ad Aduam amnem in campis Coronatæ. Sub illius administratione floruerunt Longobardorum duces, post Rumualdum, Grymoaldus apud Beneuentum: & post hunc, Gisulphus (quorum Wynilindam Chuniberti
10 regis sororem ille in matrimonio habuerat, hic vero Wynbergam) apud Foroiulium vero Rhodoaldus, quem ducatu pellere Ansfridus necquicquam aggressus, captus à Chuniberto rege, oculis priuatur.

13 RAGVNBERTVS, ex duce Taurinatium, aduersus Luitbertum Chuniberti regis filium, in tutela Asprandi constitutum, Longobardorum rex designatur, cum Asprandum tutorem filii regalis, & Rotharitum Bergamensium ducem acie vicisset prope Nauariam. Sed cum vno duntaxat anno regnasset, ab hac luce subtrahitur.

14 ARIBERTVS hoc nomine secundus, Gotoberti quondam regis exulis filius, mortuo Rhagunberto, regnum Longobardorum inuasit, Asprando cum pupillo Luitberto denuo victis. Contra hunc rebellionem molitus est ex ambitione regni, Rotharitus Berga-
20 mensium dux: sed vincitur, & capitur, expugnato Bergamo ab Ariberto, qui Comacinam insulam, prætcrea vbi Asprandus latuerat, recepit, hoste ad regem Boiariæ Theodebertum fugiente. Sub huius gubernatione claruerunt apud Foriuliulium ordine duces post Aldonem, Ferdulphus, qui infeliciter cum Slauis pugnauit, Corbolus, & post Corbolum Pemino: qui tres filios ex Radberga tulerat, Rachim, Rathaitum, & Aistulphū. Floruerunt præterea eadem tempestate Vrsi Cenetensis, dux Gisulphus apud Beneuentum, & apud Spoletum post Trasimundum Faroaldus, & post illum Volchila frater eius.

15 LVITBRANDVS Ariberti filius, patri in regno successit, qui bella gessit aduersus Romanos, quibus aliquot Æmiliæ castra expugnauerat: & variante fortuna, sæpenumero inter Perusium & Bononiam pugnauerat. Secundum gessit communibus auspiciis vna cū
30 Carolo Martello Francorum rege, aduersus Sarracenos, oram Italiæ maritimam infestantes. Tertium contra Trasimundum ducem Spoletinum rebellantem, quem victum postremo clericum fieri coegit: & quartum contra Beneuentanos, à duce suo desciscentes. Obiit post annos regni sui 31. in Ecclesia sancti Adriani iuxta parentem sepultus, cum multas ecclesias construxisset, cœnobiaq; fundasset, S. Petri extra mœnia Ticinensia, Cœlum aureum, & in Bardonis alpe Berectum, & in Halonna S. Anastasii martyris. Sub hoc rege, eiusq; imperio, claruerunt Longobardorum duces: apud Forumiulium, Rachis & Aistulphus Bemmonis filii: apud Veronam, Hildebrandus nepos regis, & postea regni consors: apud Vincentiam, Pendeus: apud Brixiam, Geridoaldus. Beneuenti ordine rerum potiti sunt, Rumualdus, qui Gumbergam neptem regis ex sorore coniugem habebat: Gregorius, &
40 Godoscalcus. Apud Spoletum deniq;, post Trasimundum à rege hostem declaratum, & bello petitum, gubernarunt Hilderichus, & Gisulphus regis nepos, Gregorii ducis Beneuentani filius.

16 AISTVLPHVS, nepos Luitprandi, Longobardorum regnum consecutus est circa annum fere 750. qui mox inter initia principatus cum Romanam sedem infestaret, à Stephano papa vocatus in auxilium Pipinus Francorum rex, Aistulphū Ticini obsidione cinxit: nec ante illa liberauit, quam 40. obsidibus datis, iureiurando se insuper adstringeret, Romanæ se cathedræ cuncta redditurum.

17 DESIDERIVS secutus patris consilia, sed aduersa magis fortuna, dum Romanę sedi iniurius est, Carolus cognomento Magnus Francorum rex ab Adriano papa auxilio ac-
50 cersitus, cum Longobardorum exercitu conflixit, occisoq; rege & maiore exercitus illius parte deleta, Longobardorum Francorum ditioni regnum subiecit: abrogata deniq; regia potestate, tractum illius regni per Comites deinceps & marchgrauios administrare cœpit. Cuius ex filia Lympurgi gener Tassilo Boiariæ dux, vltionem de Francis exacturus, cum Auares ac Hungaros Germaniæ induxisset à Carolo magno proscriptus, Laureacensi cœnobio haud procul Rheno includitur, vna cum Theodone filio. Lege Othonem Frising. libro quinto, Chron. cap. 26.

CATALOGVS PRINCIPVM ET DVCVM HERVlorum, Rugorumq́, ad oram & insulas proximas Balthei maris, vbi in hodiernum vsq́ diem Rugilandia insula, & Werlia prouincia, vbi modo est Meklaburgensis principatus. Quo tractu fuere ciuitates emporiis Septentrionalibus quondam celebratissima, Wynavva, Iulinum, Werla, ab Werulis siue Herulis nominata. Hodie adhuc in fama sunt Stettinum & Stargarda, hoc est Altenburgum, si Vandalicam linguam interpretere.

1 ARITHBERTVS, Carolo magno imperante, Herulorum Rugorumq; reliquiis ad oram maris Balthei præfuit. cuius coniugis, Hildegardis nomine, sororem Sueno Suediæ ac Gothiæ rex in matrimonio habuit. 10

2 BILLINGVS, Aritberti filius, debellauit proximos populos, & ditionem suã à Vistula ad Weseram vsq;, & à Dania vsq; Holsatiam extendit. Inuenitur habitasse in Meklaburgo, veteri maiorum suorum regia ac metropoli: & habuisse suo sub imperio claras maritimis emporiis vrbes littorales maris Baltei Iulinum, Wynetham, Rethram, Sturgardam, Wolgastam, Gystinum, Kyslinum, Domynum & Melchouram.

3 MIZILAVS & Mistevvs, vel Mistivvoynus, fratres, Bilingi filii, Rugis, Herulis, Wyndisq; eodem auspicio principabantur, acerrimi Christianorum hostes. Qoorum Mistevvs in matrimonio habuit Margaretham, Henrici hoc nomine primi Cæsaris, quẽ Aucupem cognominant, filiam. Ex qua tres filios tulit, Vdonem, Amadrachum & Geneum. Is in senectute conuersus ad fidem Christi, opera vxoris, pœnitentiam egisse dicitur in Bardevvikh. 20

4 GOTOSCALCVS, circa annum Domini 1040. burgum erexit in pago piscatorum, vbi est nostra tempestate Lubecum, amplissima eius oræ maritimæ ciuitas, quondam Bute appellata, siue Wagria, secundum territorium adiacens. Conuertitur ad doctrinam Christi salubrem per sanctum Marconem, Aldenburgensem episcopum. Quem episcopatum posterius desolatum, Heuricus Leo Saxoniæ dux Lubecum transtulit, anno currente à nato Christo 1140. Aldenburgo in dies magis magisque decrescente vbi est modo STARGARDA.

5 VDO, Misteuonis primi Christiani illorum finium natus, bello adflictus à Theoderico Brandeburgense, & Bernhardo alio quodam Saxoniæ marchione, à fide Christiana defecit. Quem sanctus Ortolphus nequicquam duodecim annorum bello reuocare conabatur, missis ad eum plerisq; sanctis viris. Quorum interfecere Heruli tum Bremensem, Hamburgensem, & Mechelburgensem, episcopos. Ad hunc præterea, referunt Annales, Hẽricum quartum, ex S. Albonii Moguntino cœnobio monachum quendam apostolum ablegasse. 30

6 APRIBIGNEVS, patris in persecutione Christianorum secutus exemplum perhibetur.

7 GOTOSCALCVS, Vdonis filius, reuocatus in viam, non solum cum subdita gente Christum saluatorem agnoscere cœpit, verumetiam suis salubrem eam quotidie doctrinã concionatus est, interfectus ea propter à suis, anno Domini 1060. relictis duobus filiis, Hẽrico & Bute Lubecensis ciuitatis ampliatoribus. qui à Critone Rugorum rege principatũ pelluntur, Bute quoq; ab infidelibus in Holsatia interfecto. 40

8 HENRICVS Gotoscalci filius, & frater germanus Butes, pulsus auita ditione à Critone Rugo, hostem postremo insidiis propriæ vxoris Slauinæ interfecit. Qua deinde Herulus vxore ducta, ex ea progenuit Canutum, Sandopolochum, & Svvinum. Qui omnes interfecti, nubile stemma Herulorum posteritatis terminauerunt. Nam Canutus à Sandopolcho fratre interimitur: is vero à nobili quodam Dano, circa annum Salutis millesimum & centesimum. Sub hoc Henrico Rugi & Weruli à fide Christiana, ipso principe maxime reluctante, defecerunt. 50

9 CANVTVS, filius Erici Danorum regis, prosapia Werulorum principum antiquiore deficiente, à Lothario imperatore confirmatur in regno Werulorum, & Meklaburgensi regia, veris ac legitimis hæredibus ab Vdone descendentibus, in custodiam assertis apud Slesuicum, Nicoloto & Pribislao, circa annum Salutis 1130.

10 PRIBISLAVS liberatus ex captiuitate, patrium regnum recepit, incolis à fide Christi denuo desciscentibus. Quos reuocare in viam Henricus Leo Saxoniæ dux armis, & Otto Babenbergensis præsul, prædicatione Euangelii nequicquam conabantur, Othone episcopo insuper occiso.

11 PRIBISLAVS & Vuratislaus, filii Nicoleti cuiusdam, Herulorum principatum ad oram

oram maris Balthei obtinuerunt, victi diututno bello, Christoque mancipati ab Henrico Leone Saxoniæ duce, anno Salutis 1170. Quorum Vuratislaum in crucem mox egit, cum Christum cognoscere nollet: Pribislaum vero secum ad sepulchrum Domini in Aphriea duxit. Vnde reuersus anno 1179. Luneburgi in certamine equestri, casu equi occubuit. Sepultus in Doberã cœnobio Maiorum fundatione, cum ista inscriptione: PRIBISLAVS Dei gratia Herulorum, Wagriorum, Circipenorum, Polamborum, Obodritarum, Kissinorum, Vandalorumq; rex, &c.

CATALOGVS DVCVM ET PRINCIPVM RVGIAE à Rugorum posteritate descendentium, & in insulis maris Balthei e regione Meclaburgensis ducatus, hoc est Herulia siue Werulia colentium. Quarum vna hodieq; Rugiæ nomen habet, septem milliariorũ spacio patens: tam vberem prouentum habet tritici, ac halecum piscationem, vt inde in Daniam triticum, ac proximam Germaniam haleces auehantur in copia. Ciuitates famigeratæ in Rugia adhuc sunt, Gingisto, Butruizo, Bergen, Hiddersee, & Witovv. Tarchon vero omnium maxima ac frequentissima esse desiit. Hic adorabatur idolum Zuentebitus gentilitio vocabulo dictum, quod credebatur messi præesse. Stabat supra columnam, habens in vna manu arcum, in altera cornu refertum vino. Quod si circa messem plenum inueniebatur, sacerdos populo fœcunditatem prædicebat: sin vinum decreuisset, caritatem annonæ. Consueuerat autem sacerdos post præsagium tale, vinum ex cornu super pedes idoli fundere, & nouo vino cornu adimplere. Destructum est à Waldemaro magno Daniæ rege, circa annum Domini 1168.

1 WITZLAVS, floruit in Rugia insula, de Rugorum nimirum posteritate, circa annũ Domini 938. relictis duobus filiis, Theslawo & Iaromyro. Quorum Iaromyrus in regẽ Danorum eligitur, & doctrinam Christi admittit. ad quem referuntur exordia episcopatuum, Sundensis, Eldenamensis, & Kaschildensis.

2 CHRINNVS, Rugiæ insulæ princeps, celebratur sub Chunrado secundo, Henrici tertii patre. progenuit duos filios, Lubemarum & Critonem: à quorum primo Lubecum, nomen accepit.

3 CRITO, Gotoscalcum Herulorum principem acie vicit, eiusq; filios Henricum & Butem captiuos abduxit, Henrico quarto imperante.

4 SWANTEPOLCVS, Iaromeri regis Daniæ filius, quem diximus ex Rugorũ principe ad eius regni fastigium peruenisse, patri in Rugiæ insulæ principatu successit, anno labente à nato Christo 1217.

5 WITZLAVS, frater Suantepolci, extincto sine hæredibus germano, in Rugia insula successit: & reliquit tres natos, Witzlaum tertium, Iaromarum secundum, & Borislaum.

6 BORESLAVS, patri successit in principatu Rugiæ insulæ, circa annum 1250. obiit sine hæredibus.

7 BARNYMVS, tertius filiorum Iaromari primi, fratribus nepotibúsque ex germanis sine prole extinctis, in Rugia insula successit. obiit relictis post se duobus filiis, Ioanne & Diebizlao, fundatore cœnobii Camp, circa annum 1141.

8 IAROMARVS secundus hoc nomine, filius Witzlai superioris, cum priuatus multo tempore vixisset, extinctis omnibus suæ prosapiæ, Rugorum principatum consequitur, circa annum Domini 1300. relictis duobus filiis, Iaromaro tertio, & Wiczlao tertio, qui in Liuoniam vsq; Christi dogma propagauit.

9 WICZLAVS tertius hoc nomine, quem diximus fidem Christianam in Liuoniam vsq; propagasse, patri in insula Rugia successit: & tres filios tulit, Iaromarum quartũ, Wiczlaum quartum a Sundensibus interfectum, Samborum, & Hemam filiam, Boguslai quarti ducis Stetinensis coniugem.

10 IAROMARVS quartus, fratribus sine successione extinctis, solus gubernaculum adiit. Qui cum & ipse sine prole virili decessisset, WARTISLAVS Stetinensis & Pomeranorum dux, natus ex Anna sorore Wizlai & Iaromari hoc nomine quartorum, successit cognationis ratione, adeo quod in hanc vsque diem Pomeraniæ duces Rugiæ titulum vsurpent.

CATALOGVS DVCVM MECCLABVRgensium, qui ex Rugorum Herulorumque posteritate orti sunt.

1 HENRICVS cognomento Beruyn, Pribizlai postremi ducis Herulorũ in Werulia

filius, quem supra diximus ab Henrico Leone Saxoniæ duce fuisse subiugatum, primus à vestigiis antiqui castri Megalopolis, Meclaburgensem se ducem appellauit: fratre Nicolodo rebus humanis exempto, solus rerum potitur, & obiit anno Salutis 1278. sepultus in ecclesia cathedrali S. Ceciliæ in Gustow, sua fundatione. Reliquit quatuor filios, Ioannem, Bervvynum, NICOLODVM, & Pribizlaum. Qui inter se patrimonium ita diuiserunt. primo Meclaburgum vna cum proximo agro cessit Ioanni, Rostocbium Bervvyno, Werulorum & Wyndorum prouinciæ NICOLODO, & Pribizlao Sternbergia atque Parchun.

2 IOANNES superioris filius, cum operam literis 20. annis dedisset apud Lutetiam Parisiorum, familiaritatem contraxerat eo loci cum regibus Massiliæ & Cypri, quibus & suas sorores in matrimonio collocauerat, cum ipse comitis ab Hennenberg filiam duxisset. Ex qua procreauit sex filios, Nicolodum canonicum, Popponem cōmendatorem, Albertum, Ioannem & Henricum. Quorum solus Henricus, qui Hierosolymā viderat, superstes stēma suum tenuit, duobus progenitis, Ioanne, & Henrico Leonis cognomentum habente, qui postea ad clauum soli genitalis sedit.

3 NICOLODVS, ex cognomento vulgo appellatus das Kynd von Rostokh/ Bervvini, Henrici primi fratris ex Baldemaro nepos, duas ambiuerat in coniuges, filiam comitis à Reppin, & alteram Brandeburgensem. Sed cum neutram duxisset, à marchionibus Brandeburgensibus bello petitus, multa amisit in principatu, Rostochio quoque in potestatem Danorum concedente: quod tamen HENRICVS leo postea recepit. Huius frater HENRICVS profectus cum LVDOVICO rege Galliarum, ad Hierosolymitanum regnum recuperandum, à Cilicibus capitur, & post multos annos magna vi pecuniæ ab vxore Anastasia Pomerana vix redimitur, cum ALKAYRI sub duobus Sultanis multa esset perpessus.

4 HENRICVS Nicolodo fratri successit, cum ex Sultanorum Ægypti custodia liberatus fuisset, post annum 25. & nauigiis à Cypri ac Massiliæ regibus cognatis adiutus, domū prospere rediisset, anno salutis humanæ 1298. Sepelitur in Doberovv, maiorum conditorio.

5 HENRICVS cognomento Leo, à fortitudine & constantia leonina in bellis sic appellatus. Quippe eodem pene tempore, aduersus Danorum regem, archiepiscopum Magdeburgensem, Othonem ducem Brunsuicensem, Visilaum Rugorum principem, & Adolphum quendam Saxoniæ comitem intrepidus & victor bella gessisse reperitur. Wisumarā & Rostochium à Danis occupata, armis recuperauit: & ditissimus sui temporis principum, nouum comitatum Schwareyn erexit, quem Cunczelino duci suo militari donauit ac cōtulit. Is porro Henricus ex coniuge sua Brandeburgensi tres filios tulit: Henricum, qui sine prole obiit: Albertum ducem à Starg rd, & Ioannem.

6 ALBERTVS, Henrici Leonis natus, gessit bella cum Bugislauo & Vuratislao Pomeraniæ ducibus: decertauit & cum magno Brunsuicensi duce. in quibus omnibus bellis, victor domum rediit. Postremo missus legatus à rege Norduegiæ & Suediæ ad Ludouicū tertium Imperatorem, Bauariæ ducem, in itinere apud Erphesfordam à quodam comite exploratus & captus. Liberatus tamen Brandeburgensis marchionis auxilio, legatione sua perfungitur. Qua expleta, domum reuersus prouinciam suam a Pomeranis infestari reperit.

Quorum principes in acie victos, in captiuitatem adseruit, anno Salutis 1371.

7 IOANNES Alberti frater, à Carolo quarto primus dux a Stargard creatur. Cujus filius eodem nomine, tertium Ioannem progenuerat: quem Iodocus mar hio Morauię, postulatus in Imperatorem, marchiæ Brandeburgensi præfecerat. Capitur vna cum filio suo à comite à Rappin Tangermundi, & septimanis nouem in custodia detinetur. Habuit fratrē Rudolphum episcopum Scarensem, & in Svveryn. Tertius huius frater Vdalricus, Henricum filium produxit: & is iterum alium Vdalricum, illius lineæ vltimum, veueno sublatum in reditu à Hierosolymis, anno 1471.

8 ALBERTVS boc nomine secundus, electus in regem Schvvediæ à prouincialibus contra Haquinium regis magni filium, possessionē tamen regni consequi nequiuit. Quippe exuncto Haquinio eius vxor Margare , Baldemari regis Daniæ filia, cum filium haberet Olaum, quem regno destinarat, nau ntem in Suediam, Albertum exploratum vna cum filio Erico comprehendit, anno Dom i 1388. Ex qua captiuitate multo vix ære redemptus est, conferentibus pecuniam mulieribus. quamobrem huic sexui feuda quoque concessa sunt in Meclaburgensi ditione. Obiit & sepelitur apud Witenbergam Gothorum, anno 1394. Reliquit filios tres, Ericum Suediæ regem, Ioannem & Magnum duces.

Ha-

Habuit & ex fratre nepotem Balthasarem, præsulem Hildeshaimensem, qui relicto episcopatu vxorem duxerat anno 1507.

9 IOANNES rex Suediæ, titulotenus ducatum maiorum suorum administrauit, & obiit anno Salutis nostræ 1422, relictis duobus filiis, Ioanne & Henrico, quorum solus Henricus tenuit successionem, cum obiisset anno 1491. quatuor procreatis liberis, Alberto tertio, Ioanne sexto, Balthasaro episcopo Hildeshaimensi: & Magno, qui Mecclaburgēsem ducatum administrauit.

10 MAGNVS, Ioannis superioris filius, profectus Hierosolymā cum Vdalrico cognato suo, inde Sixtum papam Romæ inuisit. à quo ad Fridericum Cæsarem Austriacum se contulit: apud quem, eiusq; filium Maximilianum, in maximo precio fuit. Is Rostocenses rebellātes compescuit. & moritur anno Domini 1503, sepultus in templo S. Iacobi apud Rostocenses. Progenuit, qui hodie rerum ea in prouincia potiuntur.

11 HENRICVS & Albertus, fratres superioris, quorum vterq; Brandeburgensem coniugem habet: & Henricus nostro seculo inter omnes Imperii principes senior censetur. Albertus corporis statura maximus, qui Christiernum regem Daniæ ante paucos annos reducere in regnum conabatur, progenuit quatuor natas, & filium vnicum, Magnum nomine, qui ante biennium in obsidione Francofurti, dum Gallicam factionem fouet, tormento militari tactus oppetiit, anno 1552.

SEQVVNTVR DVCES A LONGOBARdis in Italia descendentes, & constituti, vt à Paulo Diacono recensentur.

FOROIVLIENSES.

1 GISVLPHVS, forte patrio sermone Gaistwolff / ab auunculo suo Albuino primo Longobardorum rege in Italia constitutus, vt Diaconus scribit lib. 2. cap. 7. rerum Longobardicarum.

2 GISVLPHVS secundus, prioris filius, sub Agilulpho rege, cum infeliciter contra Auares pugnasset, proditione propriæ cōiugis Romhildæ ducatum amisit, relictis filiis Tatone, Cacone, Rhodoaldo, Aldone & Grymoaldo, quorum posteriores apud Beneuētum duces constituti sunt. Lege Diaconum lib. 4. cap. 8. & 11.

3 GRASVLPHVS, forte gentilitia lingua Großwolff / Gisulphi frater erat: de quo Diaconus lib. 4. cap. 14.

4 AGO, forte quem Germani Egon vocarunt, sub Ariberto Lōgobardorum rege claruit: cuius meminit Diaconus lib. 5. cap. 7.

5 LVPVS, à Latinis, vel Latina lingua sic appellatus, quem ipsi suo idiomate Longobardi Wulffonem, Gisulphum, vel Grasulphum dixerant. Sub quo Auares Forumiulium depopulati sunt, vt scribit Diaconus lib. 5. cap. 7.

6 WECTARVS, ex Vicentino comite constituitur.

7 RHODOALDVS, commemoratur à Diacono lib. 6. cap. 1.

8 ANSFRIDVS, Rhodoaldum pepulerat.

9 ALDO, recensetur à Diacono lib. 6. cap. 8.

10 FERDVLPHVS infœliciter cum Slauis Forumiulium depopulantibus pugnauit. Diaconus lib. 6. cap. 8.

11 CORBOLVS, citatur ab eodem autore lib. 6. cap. 9.

12 PEMMO, rebellauit Luitprando regi Longobardorum, Carolo Martello Francis imperante. ex Ratberga honestissima fœmina progenuit Rathym, Aistulphum & Rathanum: vt Diaconus scribit lib. 6. 9. & 15.

13 AISTVLPHVS, patri substituitur: vt idem Diaconus cap. 15. lib. 6.

14 RVOTGAVDVS, à Carolo magno Longobardorum victore confirmatur in ducatu Foroiuliensi, vt scribit Eginhartus in eius vita, anno 773, regi domum reuertenti nunciatur, Thuodgaudum Longobardum, quem ipse Foroiuliensibus ducem dederat, in Italia res nouas moliri, & iam quamplures ad eum ciuitates defecisse. ad quos motus cōprimendos cum sibi festinandum iudicaret, strenuissimum quemque suorum secum ducens, raptim ad Italiam proficiscitur: Ruodgaudoque, qui regnum affectabat, interfecto, ciuitatibus quoque quæ ad eum defecerāt, sine dilatione receptis, & in eis Francorum comitibus constitutis, eadem qua venerat celeritate reuersus est. His ducibus cum iam Franci rerum potiri in Longobardia cœpissent, Carolo magno autore successere alii duces Francici: Ericus, Henricus, & tres ordine Berengarii, cum Lamberto & Guidone. de quibus libro huius Operis dictum est sexto.

FOROIVLII PRINCIPVM ALIA GENEAlogia à Caroli magni ætate vsque ad Othonem primum, ex fide Chronographorum.

1 ERICVS, siue potius Henricus, à Carolo magno Foroiulio præficitur.

2 CADELOCHVS, à Ludouico Pio imperatore aduersus Lyndeuitum Carnorum & Slauorum ducem, publicum Imperii hostem, missus, victoriam retulit.

3 BERO, Istriæ præfectus, à Ludouico Pio proscribitur, quod cum Lyndeuito publico hoste sentiret.

4 EBERHARDVS, filius naturalis Caroli Crassi Imperatoris, qui ante fasces Sueuiam gubernabat, Carolomanni regis Boiariæ frater, & secundi Ludouici filius. 10

5 BERENGARIVS, Eberhardi filius erat. Quo duce pugnauit Arnulphus Cæsar contra Guidonem Tuscanum: cumq; victoriam reportasset, elatus fortuna, obsequiũ Arnulpho detrectare, & se regem Italiæ appellare cœpit. Sed cũ se bello peti videret, ductus penitentia, apud Tridentum se Arnulpho Imperatori subiecit, ab eoqne Italiam beneficio suscepit, iussus Guidonem contumacem debellare: sed conserta manu, vincitur. Cui in auxilium cum copiis Germanicis Cæsar Suatebogum filium misit. Quo & ipso victo, Arnulphus totis Germaniæ viribus Vidonem adortus, Bergomum expugnauit, Ambrosio duce Guidonis in crucem acto. Berengarius porro Arnulpho mortuo, & Veronsensem suæ potestati marchiam subiecit, Waldfrido eius præfecto defuncto, & Ludouico Bosonis, qui eam 20 occupauerat, comprehenso atque excæcato. Ad postremum inita aduersus se conspiratione Rudolphi Burgundi & Lamberti archiepiscopi Mediolanensis, à Flamberto quodam necatur Veronæ, anno regni Italici 35.

6 BERENGARIVS secũdus, superioris ex Gisela filia nepos, ex marchione Eporediæ Foroiulien'em ducatũ, marchamque Veronensem consecutus, ab Othone primo insuper Italiæ regnum beneficio accepit. In qua cum tyrannidis exercitæ à Ioanne duodecimo accusaretur apud Imperatorẽ, bello petitus, obsessus, & captus cum Willa coniuge, Alberto ac Guidone filiis Babenbergæ in exilio obiit, Alberto filiorum altero elapso, qui Italiæ regnũ inuasit. Habuit aũt Berengarius iste fratrẽ Ansgetionem, Spoletinum & Camerinorũ principem, quẽ Hugo rex occidit. Itaq; cum & illum Hugo tollere cogitaret, eliminatis cõ- 30 siliis per Lotharium Hugonis filium adhuc puerũ, vitans insidias, in Sueuiã ad Hermannum ducem profugit. Sub isto Berengario, Toxis Hungarorum rex Italiã depopulatus est: qui acceptis decem modiis nummorum, ex Italia excessit, atque in Pannoniam rediit.

7 HENRICVS dux Boiariæ, à fratre Othone primo, Berengario capto erat suffectus in marcha Veronensi, atq; Foroiuliano ducatu. Hinc scribit Io. Auentinus lib. 5. Cæterum Otho conuentum celebrem Imperii mense Augusto, Augustam Rhætiæ indicit. Conuenere frequentes Saxonum, Francorum, Sueuorum, Boiariorum, & Italiæ pleriq; proceres. Præsto fuit & Berengarius cum filio Alberto, seq; in clientelam Othoni dicauit. Italiam ab eo recepit, præter Veronensem Foroiulianamq; regiones. Hi limites Boiorum duci Henricho addicti, Boiariæq; regno coniuncti sunt. 40

TRIDENTINI DVCES.

1 COMVS, sub Albuyno primo rege Longobardorum in Italia floruit, Longobardorum ex gente: cuius meminit Diaconus lib. 3. cap. 18.

2 EOYNVS, Clephone & Autarito regnantibus in Longobardis, Tridentinum ducatum gubernauit: de quo Diaconus lib. 4. cap. 1.

3 GVNDOALDVS, sub Agilulpho rege dux Tridentinus, Diacono celebratur lib. 4. cap. 4. & 8.

4 ALACHIS, contra Parthoritũ regem, regnum Longobardorũ armis etiã ambiuisse, scribitur à Diacono lib. 5. ca. 14. 16. 17. & 18. Vincitur & interficitur à Parthorito. Qui secuti 50 sunt, eius vallis ac agri principes, post Caroli magni tempora de Francorum gente fuerũt, non amplius se Tridentinos, sed ab oppido quodam eius viciniæ, Meraniæ se duces scripsere. Vnde Goriciæ, Tirolisq; comites, & Andacenses in Bauaria processerunt.

5 MANASSES, Hugonis Italiæ regis cognatus, ex episcopo Arelatensi in Gallia factus ab Hugone marchio Tridentinus, vt Luitprandus lib. 4. cap. 3. refert.

BRIXIANI DVCES, ET BERGOMENSES.

1 WALLARIVS, ab Albuyno primo rege Longobardorum in Italia constitutus, cuius Paulus Diaconus mentionem facit lib. 3. cap. 18.

2 GAN-

2 GANDVLPHVS, sub Agilulpho rege floruit. commemoratur à Diacono lib. 4. ca. 1. rebellauit hero suo Agilulpho regi.

3 RHOTHARITVS, rebellauit Ragumberto Longobardorum regi, hero suo, autore Diacono lib. 6. cap. 6.

4 PEREDEVS, sub Luitprando antepenultimo rege floruit: vt Diaconus scribit. Post ea tempora Bergomum Mediolani principibus cessit, a quibus Veneti compararunt, qui hodie adhuc tenent.

BENEVENTANI ET SAMNITIVM duces ex Longobardis, qui & Capuani nominabantur.

1 ZOTO, forte gentilitia lingua à simplicitate nominatus, der Zott/ab Anthario rege Longobardorum Beneuentanus dux constituitur, vt Diaconus habet lib. 3. cap. 16.

2 ARICHI, forte à malitia denominatus, der Arger/ sub Agilulpho rege claruit, & genuit Aionem, vt testatur Diaconus lib. 4. cap. 16.

3 RHODOALDVS, Gisulphi secundi Foroiuliani ducis filius, ab Auaribus pulsus, & exul patria, constituitur Beneuentanus dux, vt est apud Diaconum lib. 4. cap. 16.

4 GRIMOALDVS, Rhodoaldi frater germanus, eligitur in regem Longobardorum post Aribertum, vt scribit Diaconus lib. 4. cap. 16.

5 RVMVALDVS, Grymoaldi regis filius, regnante patre ducatum Beneuentanum gessit, eumque aduersus Constantinum Cæsarem Apuliam & Brutiam oppugnantem, armis acriter defendit, vt lib. 6. Diaconus cap. 1. scriptum reliquit.

6 GRIMOALDVS, Rumualdi filius, nepos Grymoaldi regis: Diaconus lib. 6. cap. 1.

7 GISVLPHVS Romanis in Apulia, siue magna Græcia armis ademit Auximum, Hirpinum & Orsuram, vt scribit Diaconus lib. 6. cap. 1. & 9.

8 RVMVALDVS secundus, neptem Luitprandi regis Longobardorum ex sorore, Gumpergam nomine, habuit in matrimonio, vt Diaconus lib. 6. cap. 10.

9 GISVLPHVS, Rumualdi filius, citatur à Diacono lib. 6. cap. 16.

10 GREGORIVS, filius Gisulphi, vt Diaconus sub finem Operis commemorat.

11 GOTOSCALCVS, ab eodem citatur. Post hunc nouos ducatus Nordmanni rerum potiti in ea parte Italiæ constituerunt, Capuanum, Salernitanum, Bari, &c. hodie Neapolitano regno subiacent.

12 ARAGISVS sub Desiderio rege claruit, à Carolo magno subiugatus, Eginharto referente, in eius vita.

13 GRIMOALDVS, à Carolo magno constituitur dux Beneuentanus, vt Eginhartus scribit, in eius vita. Erat Aragisi filius obses apud Carolum cum Rumoldo fratre.

14 ADALBERTVS à Luitprando commemoratur, lib. 1. cap. 8.

15 LANDVLPHVS citatur à Luitprando lib. 2. cap. 14.

SPOLETINI DVCES, EX LONgobardis & aliis.

1 FAROALDVS, primus dux ex Longobardis constituitur, vt scribit Diaconus libro 4. cap. 5.

2 ARIVLPHVS, ducem Spoletinum egit, Agilulpho regnante, vt Diaconus refert lib. 4. cap. 5.

3 THEOLAPIVS, filius Ariulphi, patri successit in ducatu Spoletino: referente Diacono lib. 4. cap. 5. sub finem.

4 GRIMOALDVS.

5 THEOLAPIVS secundus, sub Aliperto ducem Spoletinum egit, Constantinopoli imperante Heracleone.

6 TRASIMVNDVS, sub Grimoaldo rege Longobardorum ducatum Spoleti administrauit: autor Diaconus lib. 4. cap. 18.

7 ZATO, commemoratur à Diacono lib. 5. cap. 7.

8 EAROALDVS, Trasimundi filius, recensetur à Diacono lib. 6. cap. 10.

9 VOLCHILA, sub Ariperto rege ducatum gubernauit, diminutiue à populo patrio idiomate nominatus.

10 TRASIMVNDVS secundus, forte à gentilitia voce Raisman, hoc est expeditionarius miles.

11 HILDERICHVS, quem hodie Vlricum dicimus, Trasimundo proscripto, & armis expulso, substituitur ab Ariperto rege, vt Diacoous dicto loco scribit.

12 GISVLPHVS nepos Ariberti regis, ex Gregorio Beneuctano duce filio, Spoleti ducatum paulo ante tempora Pipini rexit, autore Diacono.

13 HILDIBRANDVS à Carolo magno confirmatus, vt scribit Eginhartus in vita eius Imperatorum. Interea Constantinus Imperator (inquit) propter negatam sibi regis filiam iratus, Theodorum patricium Siciliæ præfectū, cum aliis ducibus suis fines Beneuentanorum vastare iussit. Qui cum imperata exequerentur, Grimoldus: qui eodē anno post mortem patris dux Beneuentanus à rege datus est, & Hildebrãdus dux Spoletinorum, cum copiis quas congregare potuere, in Calabria eis occurrunt, habentes secum legatū regis Wynigisum, qui postea in ducatu Spoletino Hildebrando successit. 10

14 WINIGISVS, à Carolo magno Hildebrando substituitur.

15 HVGBALDVS, cōmemoratur à Luitprando, imperante Carolo Caluo, lib. 1. cap. 7.

16 BONIFACIVS ibidem citatur, Hugbaldi filius, Arnolpho imperante. Qui ducta Waldrada sorore Rudolphi Burgundiæ regis, sororii causam in regni Italici procuratione contra Berengarium iuuabat, vt Luitprandus lib. 2. cap. 18.

17 ALBERTVS, cum filio Alberico, Henrico imperante commemoratur à Luitprando lib. 2. cap. 13.

18 THEOBALDVS, Hugonis Italiæ regis cognatus, celebratur Spoletinorum & Camerinorum marchio, à Luitprando lib. 4. cap. 4. 20

19 ANSCARIVS, filius Hugonis regis Italię, ex Ermegarda filia Adalberti Tuscani marchionis, sorore Landberti Bosonis & Guidonis, à patre Theobaldo sufficitur, & à fratre Berengario Italiæ rege post patrem confirmatur, vt Luitprandus scribit lib. 5. cap. 2. Interficitur in acie, victus a Sarlio Burgundo, quem aduersus eum Hugo rex Italiæ marchionē Spoleti & Camerini creauerat, vt Luitprandus lib. 5. cap. 2. & 3. tradit.

20 SARLIVS Burgundus, Anscario substitutus ab Hugone rege Italię, postquam eum acie interfecisset. Lege Luitprandum lib. 5. cap. 3.

21 BONIFACIVS, de familia Bohemiæ constitutus marchio Spoleti, Anconæ & Romandiolæ, ab Henrico tertio, vnicam filiam reliquit, Mathildam: quæ cum circa annum Domini 1080 obiret, partem ditionis suæ, sedi Apostolicæ legauit. 30

22 WELPHO penultimus hoc nomine, nobilissimus Sueuię comes, à Friderico primo Imperatore quem Barbarossam cognominant, dux Spoleti & Tusciæ designatur.

23 WELPHO hoc nomine vltimus, superioris filius, sine prole obiit, & nobilem principatum terminauit: loco cuius in Italia alii ducatus Anconæ atq; Florentinus constituuntur à Romanis Augustis.

COMITES ET DVCES MEDIOLANI.

1 ALBVINVS, post obitum Albuini primi Longobardorum regis in Italia, comes de Mediolano commemoratur à Paulo Diacono lib. 2. cap. 18.

2 MEGINFRIDVS, comes Mediolanensis citatur, Arnolpho imperante, à Luitprando Ticinense in suis Annalibus lib. 1. cap. 10. 40

3 HVGO, Meginfridi filius, occiso Laodberto rege Italiæ, Adalberti Tuscani marchionis filio, Guidonis & Hugonis fratre, regnum Italiæ sibi vendicauit: pro quo diu cum Rudolpho Burgundiæ rege, qui & ipse ad regnum Italiæ vocatus fuerat à quibusdam proceribus bellum gessit. quem ad postremum victor Italia expulit. Lege Luitprandum lib. primo cap. 12. item lib. 3. cap. 3 & 13. Progenuit duos filios, Lotharium ex Alda Germana, & Hubertum Tuscanum marchionem ex Wandelmoda.

4 LOTHARIVS, Hugonis regis & comitis Mediolanensis natus, ducta coniuge Adelhaide, Rudolphi Burgundię regis nata, ex Berchta, quam pater secundis nuptiis sibi copulauerat, ex principe Mediolanensi in regem Italiæ confirmatus post patrem, non sine negocio eius dignitatem aduersus Berengarium Eporediæ comitem, qui & ipse inuaserat regnum illud, tuebatur. 50

5 HVBERTVS, Lothario regi, cum is ad regnum Italiæ fuisset vocatus, in principatu Mediolani successit.

6 ADELBERTVS, Berengarii regis Italiæ filius, progenuit Attonem.

7 ATTO, generalis Italiæ gubernator, imperante Othone primo, genuit Facium.

8 FACIVS, sub Othone claruit huius nominis secundo, & Hiltebrandum reliquit, & Angleriæ se primus comitem scripsit.

9 HILTEBRANDVS & Otto, fratres, tempore Chunradi secundi Cæsaris Mediolano

lano præfuerunt. Quorum Otho ex canonico pagi Decii in archiepiſcopum Mediolani electus fuerat: Hiltebrandus vero Mediolanum aduerſus Chunradum Imperatorem tutatus eſt,& Othum tulit.

10 OTHVS Alexandrum ſummum Pontificem aduerſus Chunradum Cæſarem defendiſſe fertur. Interſuit expeditioni in terram ſanctam ſuſceptæ: vbi ad ſingulare certamen vocatus à quodam Samariæ principe Sarraceno, Volux nomine, eum proſtrauit, & inſignia eius conſecutus eſt: hoc eſt, infantem à ſerpente ad coſtas vſque deuoratum, & capite tenus prominentem ex rictu: cum antea ſeptem ſerta Mediolani principes geſtare conſueuiſſent. Sepelitur Mediolani ad beatam Virginem, cum quinquaginta quinque annos gubernaſſet.

11 ANDREAS, Othi filius, ex Lucretia Franca natus: qui ducta Adelai Sabaudiæ principis filia, Gualuagnum progenuit. Cum gubernaſſet annos 44, Henrico quarto imperante, ſepelitur Mediolani ad beatum Ambroſium.

12 GVALVAGNVS, forte Wolfgangus noſtra pronunciatione: ſub Friderico primo principatus eſt in Mediolano, qui in bello Mediolanenſi captus ab eodem Cæſare victore, cum ex cuſtodia euaſiſſet, Mediolanenſes ad rebellionem concitauit. Adminiſtrauit annos 27,& obiit anno Salutis 1182.

13 VBERTINVS, cognomento de Morio, Vicecomes Imperii apud Mediolanum conſtitutus, procreauit Theobaldum, Petrum, & Othonem archiepiſcopum Mediolanenſem.

14 PETRVS, filios reliquit Rodericum & Caſparem: quos ſecuti ſunt in illa linea, Albertus, Caſpar, & Petrus ſecundus.

15 THEOBALDVS, Mediolani vicecomes, Imperiique vicarius, ex Anaſtaſia quadam Pyronanna tulit Matthæum, Ioannem & Vbertum. Fuit capite plexus à factione Turrianorum.

16 VBERTVS, hoc nomine ſecundus, cuius ſarcophagus extat Mediolani in æde diui Euſtorii: progenuit Vicellinum. Et is rurſus tres natos reliquit: Ioannem, Antonium, & Franciſcum.

17 MATTHÆVS, Theobaldi filius, vincente factione Turrianorum diu extra patrium ſolum latuit cum Ioanne fratre: deinde reuocatus ab exilio, opibus & autoritate Othonis archiepiſcopi Mediolanenſis patrui, maiorum dignitatem in principatu Mediolani conſequitur. Qui ex Bonocoſa Spartini, patricia Mediolanenſi, circa annum Domini 1312, progenuit Marcum (qui ex Friderici ducis Bauariæ nata nullam prolem reliquerat) Ioannem archiepiſcopum, Leuchinum, Stephanum, Zacharinum, & Catharinam Wilbelmo Veroneuſi principi nuptam. Floruit Henricho ſeptimo imperante.

18 LEVCHINVS, Matthęi filiorum vnus, patri in principatu Mediolani ſucceſſit, cum Stephano fratre. Quo extincto, Galeacium eius filium admiſit in partem imperii. Qui ex Iſabella, Fliſci Geouenſis patricii filia, nullam prolem reliquit.

19 STEPHANVS, Leuchini frater germanus, Matthęi quoq; filius, æqualibus cum fratre auſpiciis gubernationi Mediolanenſi præfuit. Et ex Valentia Barnabonis præfecti Genuenſis filia Galeacium primum procreauit, & Stephanum ſecundum.

20 ACTIVS GALEACIVS, hoc nomine primus, vel à Gallorum cantu qui fuerat in eius natiuitate inſolitus, id cognominis ſortitus, velut alii rectius putant, quod dũ in caſtris Ludouici quarti Imperatoris mereret, in obſidione Piſtorii, & galeam forte lecto ſurgens capiti adaptaret, ſerpentem hinc illæſa facie intrepidus excuſſiſſet: vnde & ſerpentem inſignibus additum multi volunt. Is vero ex Beatrice marchioniſſa Eſtenſe genuit Actium, Marcum, & Catharinam Ludouico Sabaudiæ principi locatam.

21 ACTIVS, Actii Galeacii filius, à Leuchino patruo pulſus, apud Ludouicũ quartum Cæſarem diu in Bauaria exulauit: a quo pecuniæ magna vi numerata, & Marco fratre obſidis loco relicto, reſtitutus in principatum, eum cum Leuchino patruo diuiſit, adiuuante Ioanne archiepiſcopo Mediolanenſi, Leuchini fratre. Habuit in coniugio Iſabellam, Ioannis Fliſci Genuenſis patricii filiam. Ex qua geminos procreauit, qui in pueritia obierunt. Gubernauit octo annos, vna cum Leuchino patruo. Obiit anno 1349.

22 STEPHANVS, hoc nomine ſecundus, Galeacii frater germanus, priuata ſorte contentus, & Angleriæ comitatus redditu, ex Valentina Barnabonis de Spinula patricii Genuenſis nata procreauit Matthæum, Maſtinum, Rudolphum, Galeacium, Barnabonem, & Catharinam Mantuano marchioni locatam.

23 BARNABO Stephani filius, admiſſus in dominationis partẽ à Leuchino pro patruo, qui multos ſuperuixerat, adnitente Ioanne archiepiſcopo Leuchini fratre, & Leuchinũ &

Ioannem archiepiſcopum vita ſuperauit, & eum fratris filio Ioanne Galeacio partitus ditionem Mediolanenſem, ſibi retinuit Placentiam, Parmam, Brixiam, Cremonam, Cremam, Bergomum, Laudam, Comum, & ipſam principatus ſedem ac regiam Mediolanenſem ciuitatem. Geſſit diu cum Rom. Pontifice bellum, à quo & vincitur poſtremo. Is ex Beatrice Meſtini Veronenſis principis filia, tulit vtriuſque ſexus liberos multos: Rudolphum Bergomi dominum, Ludouicum Cremonæ principem, Carolum Parmę, Maſtinum Laudæ Pompeiæ poſſeſſorem: Valentiam Petro regi Cypri locaram, Viridam Lupoldo Auſtrię duci, Thadeam Stephano, Eliſabetam Erneſto, & Magdalenam Friderico Bauariæ ducibus, Antoniam comiti Wirtenbergenſi, Angleriam Friderico Siciliæ principi, Violantam marchioni Montisferrati, Agnetem Franciſco Mantuano, & Luciam Ludouico Andegauenſi, & inde duobus aliis maritis, marchioni Miſnenſi atque Eduardo Cancia in Angliа comiti, nuptas. Tribuuntur huic & baſtardæ filiæ, Bernharda, Ricciarda, Eliſabeta & Margareta.

24 GALEACIVS, hoc nomine ſecundus, frater Barnabonis, & filius Stephani, ducatu pulſus à Leuchino pro patruo, qui rerum in ditione Mediolanenſi potiebatur. eo mortuo, cum à fratre, tum à Ioanne archiepiſcopo pro patruo in partem principatus admittitur. In cuius adminiſtratione maiorum ditioni armis adiecit Bononiam, Florentiam, Genuam & Sauonam. Et ex Blanca Sabaudię principis filia genuit Ioannem Galeacium, & Violantam marchionis de Monteferrato coniugem. Quæ ſecundis nuptiis coniuncta fuit Angliæ regis filio, cui pro dote attulit centena millia florenorum.

25 IOANNES GALEACIVS, Galeacii ſecundi natus, partitus cum Barnabonne patruo Mediolanenſem adminiſtrationem, ſibi retinuit Papiam, Dordonam, Alexandriam, Bobium, & Vercellas. Et cum Auguſtis egregiam operam nauaſſet, ditionemque auitam ampliorem reddidiſſet, adiectione Bononię, Lucæ, Peruſii, aliorumque oppidorum ac caſtrorum, a Venceslao Rom. rege, Caroli quarti Imp. filio, primus Mediolani dux ſalutatur. qui ex Catharina Barnabonis filia conſobrina ſua, genuit Ioannem Mariam. Philippum Mariam, Annam duciſſam Bauariæ, & Valentinam Ludouici Regis Franciæ vxorem, matrem Caroli Andegauenſis, qui Mediolanum aduerſus Sfortiadas impetebat. Fertur duxiſſe & ſecundam cōiugem Iſabellam, regis Franciæ filiam, ſeu (vt alii volunt) Caroli quarti Imperatoris natam. De quo & hoc addunt Annales, quod ſocerum & auunculum ſuum Barnabonem è medio ſuſtulerit. Obiit anno 1404. Sunt qui & huic tertiam tribuunt vxorem, Violantam, Leonelli ducis Clarentiæ in Anglia filiam: cui pro dote attulit quingenta millia ducatorum.

26 IOANNES MARIA, Ioannis Galeacii filius, ducta in vxorem Antonia de Malateſtis, Ariminenſi principe, nullam prolem reliquit. Qui cum tyrannice gubernaret, matre propria capta, & multis proceribus trucidatis, in templo (vt fecerunt) à propriis cubiculariis confoditur.

27 PHILIPPVS MARIA, frater ſuperioris Ioannis Mariæ, extincto germano diu ſolus Mediolanum in poteſtate habuit: & inter initia gubernationis fortunam ſatis habuit arridentē, Genua ac pleriſq; locis aliis per Italiam ditioni ſuæ adiectis: ex quibus tamen poſtea Bononiam, Forumiulii, & Forumcornelii Pontifici reſtituit, cum à Sigiſmundo Cæſare & aliis hoſtibus premeretur. Habuit duas legitimas coniuges: Beatricē Scaligeram, principem Veronenſem, Facini filiam: & Mariam, Amadei ducis Sabaudiæ natam, quam tamen virginem dimiſiſſe traditur. Ex quibus progenuit filias legitimas: Hippolytam Alphonſo Calabriæ duci, Ferdinandi Sicilię regis filio, copulatam: Eliſabetam, Wilhelmo marchioni Montisferrati: & tertiam SIGISMVNDO de Malateſtis, Ariminenſi principi deſponſatas. Procreauit & ex Aymona concubina antiquiſſimi generis, quartam filiam, pulchritudine cæteris præſtantem, Blancam, quam Franciſco Sfortiæ, magiſtri militiæ ſui filio iunxit, cum dote Cremonæ & Pontistremuli ciuitatum. Dicitur & quintam habuiſſe filiam naturalem, Catharinam nomine, quam Fregoſo Genuenſi nuptum dederat. Gubernauit annis 32. & in ſenectute cæcus factus, iam morti proximus, generum ſuum Alfonſum Siciliæ regem hæredem ducatus Mediolani nuncupauit. Cuius tamen teſtamentum Mediolanenſes reſcindentes, duodecim viris patriciis electis, Rempublicam aliquantiſper adminiſtrarunt. Sed cum bello à Venetis permeretur, coacti Franciſcum Sfortiam, qui mortui ducis baſtardam in matrimonio habebat, belli ducem elegerunt. Is patre natos Sfortia, cui ab audacia & euentu fortitudinis nomē hoc inditum erat, auo Attendulo gregario milite, fratreque Michaleto Attendulo, regum Neapolitanorum militari duce, cum Venetos viciſſet prælio, ingratus ac perfidus, arma victricia in patriam conuertit, Mediolanumque à XII viris gubernatum obſedit, & fame ad deditionem coegit, princi-

patum-

patumq; eius occupauit. Mansit nihilominus vicecomitum Mediolani prosapia, sed priuatæ degens, vt adhuc hodie superest. Rudolphus quippe Barnabonis filius, Bergomi dominus, Suardum progenuerat. Quo defuncto, successit Mastinus patruus: & eo mortuo, Mastini filius Hasto. Carolus quoque Barnabonis natus, Parmæ dominus, procreauit Picinum bastardum. Supererant & Mastini bastardi, qui Laudam Pompeiam regebat, Ambrosius, Nestor, Lancilotus, & Sacromotus. Qui filios reliquit, Franciscū, Petrum Franciscum, & Leonhardum abbatem S. Celsi.

28 FRANCISCVS Sfortia, filius Attendulæ Sfortiæ ducis militaris apud reges Neapolitanos, & Philippum Mariam, qui illi Blancham naturalem filiam cum titulo Papiensis comitatus dederat, opibus Cosmæ Medices adiutus, Mediolanensem ducatum ex duodecim virorum manibus extortum, in suam primus gentem transtulit. Erant autem fratres Francisco, qui iuuabat consilia, Alexander Pisauri dominus, cuius filia ex Mala testina genita; Friderico Feretino primo Vrbini duci nupserat: Chunradus Sfortia, Leo Sfortia, Neapolitanorum regum contra Brochium duces: Ioannes Sfortia, Bosius Sfortia, Francisci fratris militares duces, in bello contra Iacobum Piceninum, in quo & occubuerat Bosius: Gabriel Sfortia sextus fratrum, ex monacho archiepiscopus Mediolani. Feruntur huius & fratres vterini, Chunradus & Rheynhaldus Foliani, sororius Troylus Rosianensis, & nepos ex sorore Robertus comes de S. Seuerino. Porro Franciscus Sfortia sui generis primus dux Mediolani, ex Blanca Philippi Mariæ naturali filia, progenuit multos liberos vtriusque sexus: videlicet Galeacium Mariam successorem, Philippum Sfortiam, Ludouicum Sfortiam, Octauianum Sfortiam, Ascanium cardinalem, Hippolytam, Mariam Alfonso duci Calabriæ, Elisabetam Vuilhelmo Montisferrati marchioni, Polyxenam Sigismundo Malatestæ Ariminensi duci, & quartam Ioanni domino Toletinatum, nuptas. Dicitur progenuisse & spurios, Tistramum Sfortiam, & Drusianam, Ioanni Fregoso Genuensi patricio traditam: & eo mortuo, Iacobo Picinino Neapolitanorum regum duci militari desponsatam. Gessit bella Franciscus annis 46. Obiit anno 1464. Vixit annos 66, cum ducatum Mediolani administrasset annos 21.

29 GALEACIVS MARIA, Francisci Sfortiæ filius natu maior, cū Ludouico octauo Galliæ regi viuo parente infestuisset, eo extincto ducatum Mediolani consequitur. Sed dum libidinose ac tyrannice administrat, in die S. Stephani à Ioanne Andrea Lampognano interficitur, anno 1476. cum ex Bona Ludouici secundi Sabaudiæ principis filia procreasset Galeacium Mariam, in pueritia mortuum: Hermetem, & Ioannem Mariam. pro quo Ludouicus patruus diu ducatum tutorio nomine administrauerat, Bona matre expulsa. reliquit & Blancam filiam, Maximiliano Austriaco Cæsari nuptam, sepultam in Stanis Tyrolis.

30 LVDOVICVS, primi Francisci ex familia Sfortiadum filius, superioris Galeacii Mariæ frater germanus, primo tutorio nomine ducatum Mediolani pro nepote ex fratre Ioanne Maria administrauit: deinde immemor pietatis ac tutelæ sibi commissæ, secus Gallicam factionem ducatum occupauit. In quo etsi à Maximiliano Cæsare confirmatus esset, contra pactum inuasus à Galliæ rege, ab eodem captiuus in Galliam abductus est. Licet liberatus postmodum, Gallicam factionem eo vsque in Italia fouerit, vt etiam Thurcam in auxilium aduersus nepotem Ioannem Mariam legitimum hæredem, & eius socerum auxiliatoremque Alfonsum Neapolis regem vocarit: quemadmodum Iouius in historiis suis meminit prolixe. Erat autem & Bari dux creatus, à Gallo abductus in Galliam, cum ex Beatrice Herculis Ferrariensis filia progenuisset duos filios, Franciscum & Maximilianū. Fertur & habuisse filium naturalem Leonem Sfortiam. extat epitaphium Francisci & Maximiliani Sfortiādum Mediolani in hos versus:

Heleonora mihi genitrix, Aragonia proles.
Ferrariæ iunctus pater est dux, Hercules alter.
Dux maior coniunx Ludouicus, gloria gentis
Sfortiadum: en claudet tot dicta Beatrix.

31 IOANNES Galeacius, hoc nomine secundus, Galeacii tertii filius, cuius diximus fuisse Ludouicum auunculum tutorem, ducta in vxorem Isabella Alphonsi Neapolitani regis filia, possessionem ob tutoris perfidiam cōsequi nequiuit. Postremo Galliæ regi proditus, in captiuitatem Gallorum cessit: etsi socer Alphonsus genero fide & auxilio non defuisset. progenuit duos liberos: Franciscum, captiuum in Franciam abductum, vbi Abbatem egit: & Bonam, Sigismundo regi Poloniæ locatam.

32 MAXIMILIANVS, Ludouici superioris filius, intercedentib. Pontifice maximo, Heluetiis, & episcopo Vuallensi, in ducatum restituitur: & à Maximiliano Cæsare in ducē

Mediolani inuestitur, circa annum 1512. Qui cũ recepisset ducatum, profligatis Gallis, & Ludouico eorum rege publice, (& secundũ processum iuris (vt vocant) exauctorato, secuta sunt grauissima, & non solum Italiæ, sed vniuersæ Europæ perniciosissima bella. Anno quippe Salutis nostræ 1513, armata manu Gallus Mediolanensem ducatum inuasit: vnde tamen auxilio Heluetiorum profligatur. Itaque anno 1515 denuo infestis signis adfuit Gallus: quem rursus Heluetii, in auxilium solicitati, repulere. Sed dum abusi victoria in quietẽ intempestiuã soluuntur, obruti à nouo Gallorũ exercitu, ex insidiis ad x [illegible] numerum occisi sunt. Quæ causa fuit, vt eodem anno à fœderatis, Papa, Maximiliano Cæsare, & Mediolanẽsi principe, ad Gallum defecerint, à quo in annuum stipendium de[illegible] centena millia aureorum acceperunt. Interea Cæsar & Leo papa, duce Mediolani expulso à Gallis, nouum fœdus ineuntes, anno 1521, propugnaculis Mediolani ex incendio, q. a puluere tormentario subortum fuerat, consumptis, occasione oblata ducem restituendi, subito comparatis copiis Mediolanum versus progrediuntur. Quibus præsidium Gallicũ q. Mediolani fuerat, cum obuiam egressum esset, alio itinere ad vrbem accelerantes fœderatorum copiæ, structis Mediolani insidiis, vrbem præoccupant, solo castro in Gallorũ potestate manente. Eodẽ itaq; anno, cum non reliqua solum ducatus castra oppidaq; expugnassent Cæsariani atq; Sforniani, verumetiã Cremona se dedente, Genuã Ferdinandus Daualus confœderatorum dux militiæ compatasset, factum est, vt Gallus cũ Heluetiis suis subsidio profectus, circa Bichorchum castrametaretur. Quos Cæsariani adorti, illustri victoria potiuntur, tribus Heluetiorum millibus interfectis, & 17. capitaneis captis. Vnde factum est, vt & castrũ Mediolanense, q. solum in Gallorum mansisse potestate diximus, fame & obsidione diuturna pressum, deditionẽ faceret. Quorũ certior factus rex Galliæ, anno insequenti, qui fuit à nato Christo 1522, scriptus quas potuit maximis copiis, cũ XXX. peditum millibus & quatuor equitum per Pedem montis Italiam ingressus est: ac Cremonam primũ, deinde Mediolanum, & ad postremũ munitissimum castrũ ad lacum Verbanum obsidere cœpit. Sed cum nihil proficeret, & confœderatis Papæ Cæsari ac Sfortiæ accessisse insuper Venetos, Vrbini ac Florentiæ duces audiuisset, re infecta eodẽ anno exercitum reduxit. Cæterum anno rursus 1524, Franciscus rex Galliæ libidine opulenti ducatus stimulatus, nouum exercitum conscripsit: in quo erant Italorum peditum decem millia, Heluetiorum sex millia, Lancigerorum totidem, & quatuor mille cataphracti, quorum maior pars tormentis ex equis iaculabantur. Huius exercitus dux ipse fuit: ductoque illo in Italiæ fines, Mediolanum spe celerius occupauit, Venetis iam & Pontifice mox in suas partes reflexis. Itaque cum trium mensium spacio Papiam obsedisset, in qua Sfortia erat, ne animi obsessorum ad deditionem compellerentur, Cæsariani per Italiam duces, Georgius Fronspergius cum Germanis suis, & Ferdinandus Daualus Hispano veteri milite hinc inde congregato, acceleratis itineribus obsessis auxilio maturant. Habebat Gallus præsidiũ, atq; excubias in viuario mœnib. vrbi iuncto agitabat. Euenit igitur, vt clã noctu in die Matthiæ apostoli, Frõspergius parte muri eius horti deiecta, suum exercitũ introduxerit, palatiũq; quod ibi erat à præsidio possessum, re subita occuparit. quo in auxilium ex vrbe rex ipse profectus, in ipsu prælio quod inde exortum fuerat, capitur, vna cũ nobilissimo quoq; multis millibus Gallorum Heluetiorumq; interfectis. Ita Mediolanum receptũ eo anno fuit, & Galli ex Italia fugati. In qua victoria Antonii à Leua virtus claruit, qui cum Hispanico exercitu, Fronsbergio & Daualo ex vrbe auxiliabatur. Feruntur capti cum rege XX. magnates, & octo millia Gallorum interfecti, cum vix septingenti ex Cæsarianis fuissent desiderati. Porro biẽnio elapso an. Saluris 1526, rex à custodia Hispanica liberatur, datis filiis suis obsidibus & Burgundiæ Flandriæque inuestitura ad domum Austriæ deuolutis: facto denique iuramento, ne aliquid in Italia attentaret. In cuius rei confirmationem Cæsaris sororem Leonoram, Franciscus rex duxit vxorem. Interea cum Sfortia occupare sibi Mediolanum conaretur, obsessus apud Ticinum, Papæ insidiis vii cœpit. contra quem, Borboniæ dux cum exercitu mittitur. Qui in itinere Florentiam, post receptam Alexandriam & Genuam, fame pressus, cum nihil minus cogitaret, Romam expugnauit, Pontificemq; cœpit. Quas ob res conspirantes Italiæ principes, Gallum rursus in Italiam alliciunt. Qui immemor eius quam in custodia sustinuerat sortis, cum per insidias Genuam, Alexandriam & Papiam occupasset, Neapolitano quoq; regno insidias struxit. Cõtra quẽ cũ Germanico exercitu Henricus Brunsvuigii dux missus, ob pestẽ ingrauescẽtem reducere exercitum vtriq; coacti sunt. Genua tamen, Alexandria, atq; Papia in Cæsaris potestatem rediere: destinata die ad pacificationem, quam Ludouica mater Galliæ regis Francisci & Margareta amita Cæsaris apud Bruxellas constituere. In qua XX. centenis millibus numeratis, Gallus filios suos ex custodia Hispanica, in qua vt obsides pro patre

fue-

fuerant, liberauit. Et hæc nostra memoria, magna ex parte inter Franciscum Galliæ regem & Carolum Cæsarem, super ducatu Mediolanensi in Latio gesta sunt. Etsi anno 1542, cladem aliquam Cæsar ad Catinam, proditione ducum aliquid acceperit insuper.

MARCHIONES MONTISFERRATI, QVI quondam Taurinatium duces cognominati fuerant, & Eporegiæ.

1 AGILVLPHVS, ex duce Taurinatiū, post Authari, quartum Longobardorum in 10 Italia regem, imperante Mauricio, rex Longobardorum eligitur: vt Diaconus scribit lib. 3. cap. 14.

2 VLFARIS citatur dux Taurinatium, ab eodem Diacono lib. 4. cap. 1.

3 GVNOEBERTVS, sub Ariberto Longobardorum rege claruit.

4 GARIBALDVS, sub Ariberto quoque Taurinatium ducatum administrauit, autore Diacono lib. 4. c. 18.

5 ANSCARIVS primus marchio Eporegiæ, in Taurinatibus ac Pedemontis, commemoratur à Luitprando lib. 1. cap. 9. Arnulpho imperante.

6 ADELBERTVS marchio Eporegiæ in Taurinatibus, in matrimonio habuit Giselam Berengarii secundi regis Italiæ filiam, vt Luitprandus testatur lib. 2. c. 10.

20 7 BERENGARIVS Adalberti superioris filius, primo pulsus ab Othone Italiæ rege, apud ducem Sueuiæ Hermannum latuerat. deinde restitutus in marcham, Othonis regis Italiæ natam Vuillam coniugem accepit. Is, mortuo Hugone socero, non solum regnum Italiæ occupauit, verumetiam aduersus Othonem primum imperio aspirabat. Sed captus ab Othone postremo, vna cum Vuilla, vxore apud Babenbergam in custodia moritur.

8 ANSCARIVS secundus, fratre Berengario ad regnum Italiæ vocato, marchiam obtinuit. Erat autem ex alia vxore Adalberto natus, Ermengarda videlicet, Hugonis regis sorore, filia Adalberti Tuscani marchionis. Cuius fratres germani quoque feruntur fuisse Boso, Guido, & Landbertus. Commemoratur à Luitprando lib. 4. c. 4.

30 9 ALRAMVS, primus se Montisferrati marchionem scripsit: cui Otho secundus Imperator Folescam filiam ex Theophania Græca natam, vxorem collocauit.

10 WILHELMVS ex Helena Richardi Angliæ regis filia, vel fratris eius Glocestriæ ducis, Balduinum genuit.

11 BALDVINVS, vel secundum alios Bonifacius, ex Maria filia Philippi regis Franciæ, Vuilhelmum secundum reliquit.

12 WILHELMVS hoc nomine secundus, ex Itha Chunradi secundi Cæsaris filia, procreauit Vuilhelmum, Bonifacium, & Iordanam Constantinopolitanam reginam.

13 WILHELMVS tertius, secundi filius, ex cognomento Longospat, ex Sibylla filia Almerici Hierosolymitani regis, tulit Balduinum, regem Hierosolymitanum.

40 14 BONIFACIVS, tertii Vuilhelmi frater germanus, & secundi filius, habuit duas coniuges, Matiam Hungaram, & Constantiam Sabaudam: progenuit vero Vuilhelmum quartum.

15 WILHELMVS quartus hoc nomine, in isto stemmate, Bonifacium secundum reliquit.

16 BONIFACIVS secundus, ex Constantia Sabauda Bonifacium tertium generauit.

17 BONIFACIVS tertius ista appellatione, ex Beatrice Hispana progenuit Rumboldum, cui Guta Austriaca iuncta fuit: Ioannem, & tres filias. Quarum prima Andronico Constantinopolitano Imperatori, secunda Alfonso regi Castellæ, & tertia Vrsino Ro-50 mano nuptæ fuere.

18 IOANNES Bonifacij tertij filius, cum ex Margareta Sabauda nullam prolem tulisset, ex sorore nepotem Andronici Cæsaris Constantinopolitani filium Palæologum nuncupauit hæredem.

19 THEODORVS Palæologus, ex Andronico Constantinopolitano Imperatore, & filia Bonifacii tertii marchionis Montisferrati natus, Ioannem secundum reliquit, & Violantam, duci Sabaudiæ collocatam.

20 IOANNES secundus hoc nomine, ex regina Maioricarum Wilhelmū & Theodorum secundum genuit.

21 THEODORVS secundus duas habuit coniuges, ducissam Barri, & alteram prin-

cipem Saluciarum. progenuit autem Ioannem Iacobum,& Sophiam Constantinopolitano Imperatori nuptam.

22 IOANNES IACOBVS ex sorore Amadei Sabaudi multos liberos procreauit: Wilhelmum quintum, Bonifacium quartum, Ioannem,& duas filias: quarum vna regi Cypri, altera Saluciarum marchioni nupsit.

23 Wilhelmus quintus, Ioannis Iacobi filiorũ vnus, ex Elisabeta Medíolanensi Blancam Mariam reliquit, duci Sabaudiæ collocatam.

24 IOANNES quartus hoc nomine, ex Margareta Ludouici Sabaudiæ principis filia, Theodorum cardinalem genuit.

25 BONIFACIVS quintus hoc nomine, in stirpe Montisferrati marchionum Ioannis Iacobi filius, Wilhelmi quinti & Ioannis quarti frater germanus, ex Græca coniuge Wilhelmum sextum produxit. 10

26 WILHELMVS sextus, ex Maria Caroli Suessensis comitis Hispani filia, nepte regis Nauarræ vnicam filiam reliquit, nuptam Ludouico marchioni Saluciarum.

MARCHIONES ESTENSES, PRIMO TVSCANI nominati, unde Ferrariæ duces descendunt. Sunt autem Estensis castri ruinæ prope Patauium.

1 ADALBERTVS Tuscanus marchio, Arnolpho imperante, ex Berchta quadam genuit Guidonem, Landbertum, Ottonem (qui omnes reges Italiæ fuerant) Bosonẽ marchionem,& Ermengardam, Adalberto Eporegiæ Marchioni nuptam, matrem Berengarii vltimi,& Anscarii marchionis Thaurinatium. 20

2 LANDEBERTVS, Adalberti filius, ab Hugone rege Italię fratre excæcatur: vt Luitprandus scribit libro 3. cap. 13.

3 BOSO, frater Landeberti,& ipse à fratre Hugone Italiæ rege ob sinistram de regno suspicionem luminibus priuatur, vt Luitprandus scriptum reliquit. Is quatuor modo filias reliquit: Vuillam, Bertham, Giselam & Richildim. Meminit Luitprandus libro 4. capit. 5.

4 ACTIVS, primus se Astensem marchionẽ vocauit, magna parte Tuscanæ prouinciæ Romanæ sedi accedente: floruit Chunrado secundo imperante. obtinuit & Veronensem marchiam, aduersus Ezelinum tyrannum. 30

5 AZO, imperante Henrico tertio & quarto claruit,& ex Coniza, Vuelphonis comitis Altorfensis in Sueuia filia, Reynoldum & Vuelphonem tertium procreauit, ab Henrico quarto ducem Bauariæ & Saxoniæ creatum. vnde hodierni Brunsvuigii duces rite primordia repetunt.

6 REYNHOLDVS, Azonis filius, ex Coniza comitissa Altorfensi, Vuelfonis tertii ducis Bauariæ frater germanus, ex Itha Austriaca marchionissa Obizonem reliquit. Obiit anno 1248.

7 OBIZO Oldrandinum tulit, item Actium & Ezelinum, qui celebrantur in literis 1225. Is Mutinam & Regium Lepidi maiorum ditioni adiecit. 40

8 OLDRANDINVS, primus Ferrariæ dominus, Azonem secundum procreauit. Is partitus prouincias cum Actio fratre, Ferrariensem illi ditionem reliquit, marcha Veronensi sibi reseruata.

9 ACTIVS secundus hoc nomine, pulsus ditione à Friderico secundo, restituitur à Romano pontifice Gregorio nono. interficitur à Frisco filio, Venetis (vt quidam putant) iuuantibus, quos Palagutra legatus vtroque genere armorum impetierat. Habuit in matrimonio Caroli secundi Neapolitani regis filiam Beatricem, post Frisci matrẽ. & genuit Actium tertium,& Aldobrandinum secundum.

10 SALINGVERRA, Actio secũdo pulso, à Friderico hoc nomine Imperatore secundo, marchio Astensis constituitur. Quem tamen Actius, vel Azo secundus consiliis & auxiliis Gregorii quinti iterum expulit, operam in obsidendo illo in Ferraria præbentibus Mantuanis, Veronensibus, & comite S. Bonifacii Richardo, circa annum Salutis 1223. 50

11 AZO, vel ACTIVS hoc nomine tertius, secundi filiius, ex filia Andreæ regis Hungariæ Leonem marchionem Ferrariæ genuit. Is vero Obizonis secundum alios filius, dicitur adoptasse ex fratre nepotes Oldrandinum & Nicolaum, Veronenses principes.

12 LEO marchio Ferrariæ, ex Lucia, Alberti Scaligeri Veronensis principis filia, Azonem tertium & Oldrandinum tulit: quem tamen alii ex adoptione fratrem fuisse autumant.

13 AZO

13 Azo hoc nomine tertius, ex Beatrice forore Ruperti regis Siciliæ Friscum marchionem tulit.

14 Oldrandinvs hoc nomine secundus, Azonis tertii filius, vel potius secũdi, ex Margareta filia Caroli Martelli Hungariæ & Siciliæ regis, procreauit Reynholdum secundum, Nicolaum, & Beatricem Andreæ Hungariæ regis coniugem, Stephani matrem. Qui ex Thumasea Maurocena Veneta Andream tulit hoc nomine tertium, Hungariæ regem posthumum, ac opera Alberti primi Austriæ ducis & Romanorum regis regno restitutum. nam Beatrix iram priuigni Belæ fugiens, grauida Venetiis in exilio latuerat.

10 15 Nicolavs hoc nomine primus, Olandrini secundi filius, vel secundum alios Olandrini primi frater, qui ex Beatrice Neapolitana Obiczonem secundum progenuit.

16 Obiczo hoc nomine secundus Nicolai, primi filius, à Rom. sede Argentam & Mutinam sub tributo decem millium aureorum obtinuit: & Mastino Scaligero Veronensi principi Parmam ademit. Idem Leuchino vicecomiti Regium Lepidi Gonczagis ablatum reddidit. Et ex filia Alberti Saxoniæ ducis Nicolaum secundum & Albertum procreauit.

17 Albertvs Nicolai secundi filius, cum fratre Nicolao Ferrariensem administrauit Rempublicam. Qui ex Cziola Francisci Carrariæ principis Patauini filia, progenuit

20 Nicolaum tertium, Haydevuigam Chunrado Friderici ducis à Dekh Germani filio, & Alexandriam Magno Brunsvuigii duci, locatas. Obiit anno Domini 1394.

18 Nicolavs hoc nomine tertius, Alberti filius, cum imperio Ferrariensi adiecisset Fauentiam & Bagnauallem, vicissetque Barnabonẽ Mediolanensem principẽ in agro Brixiano, ex Richarda marchionissa Saluciarum progenuit Nicolaum quartum, Beatricem Tristramo Sfortiæ, Beatricem alteram Ludouico Mediolani duci, & Elisabetam Francisco marchioni Mantuano locatas.

19 Nicolavs quartus hoc nomine, tertii filius, vel secundum alios Alberti spurius, dicitur habuisse tres legitimas vxores, & vnam concubinam: quarum prima fuit ducissa Ariminensis ex stirpe Malatestarũ, secunda Cziola Francisci iunioris Carrariæ marchi-

30 onis filia: tertia Gyrarda, Saluciarum marchionissa. ex quibus Herculem & Sigismundum procreauit. Reliquit & ex Stella concubina filios quam plurimos, videlicet Hugonem, ob incestum cum nouerca commissum à patre capite plexum, Ferrariæ ad S. Franciscum sepultum: Leonellum Borsium: Albertum, qui ex ducissa Ariminensi cum non ferret prolem, bastardos tamen genuit, Herculem & Margaretam, Thadeum Venetorum capitaneum, patrem Berchtoldi interempti in expugnatione Peloponẽsi, siue Moreæ, Gurram; Reginaldum & Miladusium protonotarios Apostolicos. Qui tamen omnes duxere vxores, & progenuere liberos. Gurra, Nicolaum & Marcum episcopum Adriensem: Reginhaldus, ex Lucretia filia marchionis Montisferrati liberos vtriusque sexus reliquit, quorum nomina sunt incognita. Miladusius quoque, & idem protonotarius, Scipionem filiũ

40 tulit, qui ex Genuensi patricia procreauit Ioannem, Hippolytum cardinalem. Fertur huius fuisse filia & Blancha Maria, Galeotti comitis de Mirandula vxor, qui pater fuit Ioannis comitis, doctissimi viri. Porro referunt de hoc Nicolao, quod Veneti, Florentini atque Bononienses, eum in principatu Ferrariæ aduersus Actium quendam defenderint, cum Parmam insuper & Regium Lepidi à quodam Othone tyranno recuperasset. Idem ædificauit ad Padi ripam in Stellata vico arcem munitissimã, & Bellaguardum ædificiis ornauit. Sub hoc deniq; principe Eugenius pontifex apud Ferrariam concilium celebrauit.

20 Borsivs, naturalis filius Nicolai tertii, à Friderico tertio Cæsare & Paulo secundo creatus & confirmatus in ducem Mutinensem & Ferrariæ, annis circiter XXII. tutorio nomine principatum Ferrariensem administrauit, pro Hercule & Sigismundo fratribus,

50 legitimis filiis Nicolai, cum hi minorennes essent. Quos etiam à Leonello fratre, & ipso spurio, pulsos, ab exilio reuocauit. obiit anno Domini 1448. Dicitur progenuisse Sigismundum filium.

21 Leonellvs, genuinus frater Borsii, & ipse Nicolai quarti nothus filius, ex Stella concubina editus, 9. annis Ferrariam administrauit, legitimis filiis Sigismundo atque Hercule minorennibus. Is Ferrariam primus mœnibus ornauit, & extra portam cœnobium pro Dominicanis S. Mariæ angelorum fundauit, vbi & sepelitur anno Salutis 1448. Qui dicitur ex marchionissa Mantuana procreasse Nicolaum quintum, ab Hercule patruo & legitimo hærede decollatum, cum semel per insidias occupare Ferrariam conatus fuisset.

22 SIGISMVNDVS,legitimus filius Nicolai quarti,ex Gyrarda Saluciensi diu passus tyrannidem fratrum adulterinorum Borsii & Leonelli, tandem cum Hercule fratre auitā maiorum ditionem non magis armis quam iure obtinuit. Qui absente aliquando fratre Hercule, cum Nicolaus quintus Leonelli spurii filius,occupare per insidias & Mantuani marchionis auxilio Ferrariam conatus fuisset, subito armata colonorum turba restitit, & hostem cæpit in palude,captumq; germani coniugi tradidit.

23 HERCVLES Sigismundi frater germanus, legitimus Nicolai quarti filius, ex Gyrarda marchionissa Saluciarum, secundus dux Ferrariæ,vt quidam volunt,liberatus è custodia Leonelli & Borsii fratrum adulterinorum, gubernare tandem cœpit,& ex Leonora filia Ferdinandi regis Siciliæ,sorore Beatricis, quæ Matthiæ Hungariæ regis coniunx fuerat,& Alfonsi Calabriæ ducis,progenuit Alfonsum,Sigismundum,Ferdinandum,Hippolytum cardinalem: & duas filias,Beatricem Ludouico Sfortiæ Mediolanensi principi, & Isabellam Ioanni Francisco Mantuano principi,locatas. Is Hercules gessit grauissimum aduersus Venetos bellum,auxilio Sixti pontificis maximi,& Alfonsi ducis Calabriæ.

24 ALFONSVS, secutus patrem Herculē in ditione Ferrariensi: qui ex ducissa Mediolani,sorore Blanchæ coniugis Maximiliani Imperatoris,nullam prolem reliquit. Dicitur duxisse & secundam coniugem, Lucretiam ex Arragonensi familia.

25 FERDINANDVS Alfonsi frater germanus,Herculis alter filiorum,fratri successit in gubernatione,& Herculem secundum progenuit.

26 HERCVLES hoc nomine secundus in illo genere nobilissimo,antiquissimoque, genuit,qui hodie rerum potitur.

MARCHIONES ET DVCES MANtuani,ex duabus prosapiis.

1 SIGEFRIDVS,ex agro Lucensi,vbi à Syrdo fluuio vsque ad Frassenorium potentissime dominabatur, Longobardiam sui generis primus ingressus, Mutinam & Regium castrum comparauit. vnde se comitem denominans, filios tres progenuit: Sigefridum secundum, Azonem & Gerardum. qui rursus genuit Adelhatdum comitem, & Reginum episcopum.

2 SIGEFRIDVS, hoc nomine secundus, cum fratribus Parmense dominium sortitus,reliquit filios Barratonem & Gibertum. A quibus nobilissimæ Italiæ familiæ Barratinorum & Gibertinorum processerunt.

3 Azo primi Sigefridi filius, & secundi frater germanus,comitatum Regium sortitus in sua portione,construxit ibidem duo celebria cœnobia, Briselli,& alterum S. Apollonii. Qui ex Hildegarde comitissa, Othonis primi ex fratre nepte progenuit Gotofridum episcopum Brixinensem,Rudolphum & Theobaldum.

4 THEOBALDVS,Azonis filius,ex Guila comitissa Rhenensi genuit Theobaldum præsulem Aretinum,Chunradum & Bonifacium.

5 CHVNRADVS,pro dominio cū fratre seniore Bonifacio bello contendens, vulneratur,& ex vulnere moritur,nulla relicta prole.

6 BONIFACIVS,Theobaldi filius,& Chunradi frater germanus, ab Henricho sancto & Chunrado imperatoribus,atq; Benedicto Papa, in marchia & Parmensi comitatu confirmatur. Qui ex Beatrice sorore Henrici tertii genuit Fridericum, Mechtildam Rutylorum principi nuptam,& Beatricem. Quarum Mechtildis Rutylorum comitatum opulentum, viduata à marito, maiorum ditioni auitæ adiecit. Porro Beatricis coniugis Bonifacii mentionem facit Otto Frisingensis lib. 6. Chron. cap. 33. Imperator rursus Italiam ingressus (loquitur de tertio Henrico) Beatricem Mechtildæ matrem consanguineam suam marito suo Bonifacio marchione defuncto secum reduxit. Huius Mathildæ quoque meminit Lambertus Schaffnaburgensis, cum Henrici quarti in Italiam ingressum acceleratum, vt Papæ reconciliaretur, describeret: Inuitis (inquit) Romanis principibus, & propter incertum rei euentum iter illud dissuadentibus, Roma egressus est,& quantū poterat profectionem accelerans,statuto die præsto esse satagebat, ducatum ei præbente Mathilda, derelicta ducis Lotharingorum Gozelonis, filia Bonifacii marchionis & Beatricis comitissæ. Hæc viuente adhuc viro suo, quandam viduitatis speciem, longissimis ab eo spaciis exclusa prætendebat, cum nec ipsa maritum in Lotharingiam extra natale solum sequi vellet: & ille ducatus, quem in Lotharingia administrabat, negotiis implicitus, vix post tertium vel quartum annum semel marchiam Italicam inuiseret. Post cuius mortem Romani pontificis lateri pene comes indiuidua adhærebat, eumque miro colebat affectu. Cumque magna pars Italiæ eius pareret imperio, & omnibus quæ prima mortales ducunt

supra

ſupra cæteros terræ illius principes abundaret, vbicunque opera eius Papa indiguiſſet, ocyus aderat, & tanquam patri vel domino ſedulum exhibebat officium, vnde nec euadere potuit inceſti amoris ſuſpicionem, paſſim iactantibus regis fautoribus & præcipue clericis, quibus illicita & contra ſcita Canonum contracta coniugia prohibebat, quod die ac nocte impudenter Papa in eius volutaretur amplexibus: & illa furtiuis Papæ amorib. præoccupata, poſt amiſſum coniugem vltra ſecundas contrahere nuptias detrectaret. Et rurſus alio loco: Epiſcopus quoque Citicenſis, & epiſcopus Vercellenſis, & Azo marchio, & alii conuentionis eius principes, allatis ſanctorum reliquiis ſub iureiurando confirmauerunt, facturum eum eſſe quæ pollicebatur. Et ſubdit: Ad hoc tamen omnibus indifferenter eius permiſſo colloquio, vt ad pœnitentiam prouocaretur, & à curſu mali operis, quo præceps rapi videbatur, retraherent. Interea rex Henricus Mathildam comitiſſam ad colloquium euocauit, eamque precibus ac promiſſionibus oneratam, ad Papam tranſmiſit, & cum ea ſocrum ſuam, filiumq; eius, Azonem etiam marchionem, &c.

7 SORDELLVS, comes Mantuanus, celebratur in literis de anno Salutis 1220.

8 ALOISCMVS, comes Mantuanus, commemoratur in literis de anno Salutis 1328.

9 LVDOVICVS de Gonzago, antiquis comitibus Mantuanis ſubſtitutus, duxit vxorem marchionis Brandeburgii filiam, Sigiſmundi Cæſaris cognatam, circa annum noſtræ redemptionis 1420. à quo primus Mantuæ marchio creatur.

10 PHILIPPVS, Ludouici Gonczagæ filius, progenuit Guidonem filium.

11 GVIDO, reliquit poſt ſe filios, Franciſcum & Galeacium.

12 GALEACIVS de Gonczago, Guidonis filius, progenuit Ludouicum, & is Hugletum occiſum *

13 FRANCISCVS, frater germanus Galeacii, ex filia Cæſeni de Malateſta, genuit Ioannem.

14 IOANNES procreauit vtriuſque ſexus liberos, Ludouicum ſecundum, Alexandrum, Carolum, Luciam, Margaretam Leonelli Eſtenſis coniugem, & Ceciliam monialem.

15 LVDOVICVS, ex Barbara Brandeburgenſi marchioniſſa tulit filios, Fridericum, Rudolphum, Ioannem, Franciſcum cardinalem, & Ludouicum epiſcopum Mantuanum, Barbaram deniq; filiam Eberhardo comiti Wirtenbergenſi locatam.

16 FRIDERICVS, ex Margareta Bauariæ duciſſa procreauit vtriuſque ſexus liberos, Ioannem, Sigiſmundum, Franciſcum, Magdalenam domino à Piſauro, Paulam domino de Malateſtis nuptas: & duas quæ virgines manſere, Claram, atque Ceciliam.

17 IOANNES Franciſcus Friderici filius, ex Iſabella Montisferrati marchioniſſa, poſtrema ſui generis, reliquit qui hodie rerum apud Mantuam potiuntur: quorum patrem Carolus Quintus Cæſar noſtra memoria ducali tyara adornauit. Cuius filius quoque Ferdinandi Romanorum regis Auſtriæ archiducis filiam in coniugio habuerat, quæ modò Sigiſmundo Auguſto Poloniæ regi conuiuit.

DVCVM TVSCANIAE, HETRVRIAE, ATque Spoleti, itemque Marchionum Mantuanorum, alia Genealogia, ex Auentino.

1 BONIFACIVS, ex filiis Alberto atque Lamberto, primi ad famam venerunt ſub Carolomanno Boiariæ rege, cuius partes pro regno Italiæ fouebant aduerſus Ludouicum Balbum, Caroli Calui filium, & Ioannem octauum Papam, qui Balbo ſtudebat.

2 LAMBERTVS, genuit Guidonem.

3 GVIDO, à Germanis Vido, der Walden appellatus, Lamberti filius, primus cum regno Italiæ inhiaret, Sarracenos auxilio ſuis conſiliis in Italiam introduxit: contra quem, vtpote pro Italiæ principatu, diu bellum geſſerunt, Berengarius Foroiulienſis & Arnulphus imperator. à quo poſtremo victus, cedens Italia ac cæteris, Bergomum, Mediolanum ac Eporediam feudo accepit. tunc primum Sabaudiæ ac Veronenſis ditiones exortæ ſunt. Siquidem Arnulphus imperator occidentalia Galliæ proxima Ottoni Saxoni genero ſuo, orientalia cum Verona metropoli Vualdfrido in fidem commiſit: atque ab Othone quidē comites ac principes Sabaudiæ defluxerunt. Porro Guido ex Angeltruda, quæ veneno porrecto corpus Lotharii pediculari morbo ſubiecerat, Lambertum ſecundum reliquit.

4 LAMBERTVS ſecundus hoc nomine, Guidonis filius, conſilio Conſtantini atq; Stephani, ciuium Romanorum præpotentum, Italiæ regnum occupauit. contra quem cum magnis copiis Arnulphus Italiam denuo ingreſſus, ſuperato Apenino monte, Floren-

4 PEREDEVS, sub eodem Longobardorum rege floruit, citatur à Paulo Diacono.

5 AMBROSIVS, Arnulpho imperante ad clauum Veronę sedit. Cuius mentionem facit Luitprandus lib. 1. c. 7.

6 MILO commemoratur à Luitprando, Henrico primo imperante, & in Italia Hugone regnante, vt scribit Luitprandus libro tertio, capite vndecimo, decimoquarto: & libro 5. cap. 12.

Qui hos secuti sint, incertum est. Credendum autem est, fuisse Germanos. Henrici sane quarti tẽpestate, Hermannus & Vueczilo marchiones Paduani ac Veronenses claruerunt. Qui ob seditiones relicta Italia, in Germaniam profecti sunt. Vnde processerunt marchiones ab Hochberg, & marchiones Badenses, qui adhuc supersunt: de quibus libro huius operis octauo dictum est. Porro his siue sua sponte Latium relinquentibus, siue pulsis à factione Italica, successerunt marchiones Estenses, quorum castrum haud procul à Patauio fuerat, ab Ezelino tyranno destructum. bodie, haud medio in itinere inter Patauium & Venetias, supersunt vestigia veteri nomine. Inueniuntur autem in stirpe Estensium marchiones Veronenses, qui sequuntur.

7 ECZELINVS.

8 ACTIVS, sub Chunrado tertio.

9 ALDOBRANDINVS, filius Actii Estensis, & frater Actii tertii Ferrariæ principis. claruit anno 1225.

10 REYNALDVS, Aldobrandini filius, cum Nicolao fratre successit. adiecit Argentam Rauennatis præsulis vrbem. primus Scaligeros Germanos, Canes nominatos, induxit: quorum opera vsus est contra Manfredum Siciliæ regem, qui castrum S. Felicis occuparat. eo victo, & castro recepto, aduersos habuit Beltrandum pontificis magistrum militiæ, Galeotum Ariminensem, Franciscum Ordelaphum, Manfredum Fauentinum, Rechardum, & Hastasium Polentanum: omnes in re militari expertissimos viros. Quos omnes opera Magni Canis de la Scala non solum vicit acie, sed in captiuitatem insuper adseruit. Quos tamen pro Nicolao fratre dimisit.

11 ECZELINVS, diminutiue ab Azone germanica pronunciatione appellatus, quem Itali scriptores Tyrannum cognominant, Aldobrandini filiam, sororem Reynaldi & Nicolai principum Veronensium, in matrimonio habebat: à Friderico secundo Cæsare in bello Italico marchæ Italicæ erat præfectus. Qui cum Astenses principes apud Veronam nomini Germanico, suoque Cæsari iniurios atque aduersos pateretur, iussu heri sui Azonem Estensem è Verona expulit, circa annum 1212. Sed cum filii Odobrandus, nepotesq; Reynaldus ac Nicolaus, eum recepissent, data illi filia ac sorore in matrimonium, rebellantes compescuit, anno Domini 1236. Quos postea suo Cæsari bello subiecit, anno Salutis 1238. Et cum factiones illorum præsentiret, munimentum illorum atque metropolitanum castrum haud procul Patauio, Este nomine, expugnauit, præsidioque Teutonico firmauit, circa annum Salutis 1248. Cumq; Richardus comes S. Bonifacii Veronam occupare conaretur, acie eum fudit ac procul fugauit. Factum est autem, cum, vt sunt in studia pronissimi Itali, factionibus laboraret, & res ad rebellionem spectaret, paulo acrius in ciues, ac præcipue Patauinos animaduerterent, Itali eum scriptores Tyrannum ex cognomento vocent, ac horrenda quædam fabulentur. Postremo cum res Cæsaris pessum irent in Italia, Patauini primo, deinde & Cremonenses atque Mediolanenses defecerunt, Boscodiario Cremonensi ciue, Martino Turriano & Vberto Palauicino authoribus. Hanc defectionem armis vindicaturus Eczelinus, aduersus Mediolanenses mouit, & non satis iusta acie cum illis conflixit. In quo prælio victus, & cum Padum flumen traiicere vellet, captus, exquisitis tormentis enecatus periit. In ea fortuna interficiuntur & filii eius tres, ac quinque filiæ, quos Albericus frater Eczelini ex Taruisio, cui Cæsareo nomine præfuerat in castrum Zenonis fuga subripuerat. Ita Eczelini imperium, simul cum Cæsareo, Germanicoque, ad Veronam Pataujumq; tum defierat. Qui an de Scaligerorum genere, qui postea successerunt in principatu Veronensi, extiterint, adfirmare non ausim.

12 MARTINVS Scaliger, ab insignibus nuncupatus, de nobili prosapia Canum in Bauaria, cuius maiores egregiam Estensibus principibus in his finibus operam nauarant, à nescio quo Imperatore princeps apud Veronam confirmatur, relicto post se Alberto filio, & duabus filiabus, Omelia comitissa Mirandulæ, & altera comiti Pfyretarum apud Alsatas nupta.

13 ALBERTVS Mastini primi filius, progenuit Mastinum secundum, Bartholomæum, & duas natas. quarum regina marchioni Estensi, Barbara Ioanni Paduano principi nupserat.

14 BARTOLOMÆVS, ex Salome regina Siciliæ procreauit Albertum secundum, & Albuynum. quorum Albertus prole caruit.

15 ALBVINVS, ex quadam Sibylla genuit Mastinum tertium, Ioannem, & Luciam Estensensi marchioni collocatam.

16 IOANNES cognomento Magnus Canis, ab insignibus arbitror, in quibus supra galeam canem magnum coronatum ferunt.

17 MASTINVS, hoc cognomento tertius in hac familia, Ioannis frater, & Albuyni filius, ex quadam Anna procreauit Albertum secundum, & Mastinum quartum.

18 MASTINVS quartus, tertii filius, ex Elisabeta Bauarię principis filia reliquit Ioannem secundum, & Reginam Barnaboni duci Mediolanensi collocatam.

19 IOANNES, hoc nomine secundus in ista nobili ꝓsapia, ex Violanta Sabaudię principis nata genuit Signorum, Pascandum, Ioannem tertium, Paulum, Albuynum secundũ, & Fregnandum Viennę sepultum, apud Augustinianos, anno Domini 1443. Huius quoque siue frater siue filius extitit Nicodemus pręsul Frisingensis, sepultus eodem in loco Viennę, anno 1420.

20 SIGNORVS, Ioannis secundi filius, reliquit Ioannem quartum, Bartolomęum, sepultum Viennę apud Augustinianos, anno Salutis millesimo quadringentesimo trigesimoprimo, & Antonium.

21 ANTONIVS, ex Maria Sabaudię principe procreauit Vuilhelmum & Catharinã, sepultam Viennę apud Augustinianos, maiorum suorum conditorio.

22 GVLIELMVS, Antonii filius, ex comitissa à Morton produxit Brunorium, Nicolaum episcopum Frisingensem, Paulum & Antonium. Is à Venetis pulsus, primus exulauit apud Principes Austrię & Bauarię.

23 BRVNORIVS, Gulielmi superioris natus exul, ex Magdalena nobili à Fronberg Bauara genuit Ioannem & Beatricem, Gulielmi comitis ab Ottingen coniugem. Cuius tumulus visitur Viennę apud Augustinianos, cum titulo vicarii generalis apud Veronam & Vincentiam, de anno Salutis relatę 1434.

24 IOANNES hoc nomine quintus, & ipse patria exul in Bauaria, ex Helena Closnerin nobili Bauara progenuit Ioannem sextum, & duas filias: quarum vna nupsit Vuolfgango à Buchperg Boiarię regulo: altera cuidam Austrię baroni à Zelkhyng.

25 IOANNES sextus, & ipse in Bauaria exul, ex nobili Bauara à Leymingen protulit Ioannem & Bernhardum: quorum vnus Ingolstadiensis castri, alter Schardingensis, præfecti fuere. Bernhardus filios reliquit Ioannem Ludouicum, & alium quempiam: qui in miserabili clade ad Carmam, haud procul Alexandria, pro Carolo V. Imperatore aduersus Gallum, oppetiere, anno 1544. relictis filiis, qui adhue supersunt in Bauaria.

MARCHIONES PADVANI DE CARRARIA, in quorum insignibus carrus visitur. hinc data nomini atque etiam fabulæ occasio, qua ferunt, Cæsaris filiam à nobili quodam abductam, demum in Italiæ finibus in prostibulo meruisse. sustulisse tamen, siue ex abductore, siue marito, duos pueros, insigni specie: quos forte Imperator per Patauium iter faciens, vbi postremo agricolæ se misera coniunxerat, conspicatus, cum de matre quæreret, quænã tam pulchritudine conspicuos pueros edidisset: nacta occasionem veniæ impetrandæ matrona adflicta, pulla veste amicta, cum filiis ad Imperatorem introducitur. Ibi verbis vltra citraque habitis, agnoscitur à patre filia: & cum humi illa prouoluta, delicti veniam peteret, eum non modo indulsisse referunt, verum maritum agricolam ad principis insuper dignitatem fastigiumque sustulisse, donato Patauio, & agro vicino: & pro rei memoria, ne de origine dubitarent, carro in insignibus picto. Vnde & de Carraria principes & marchiones cognominati fuere.

1 MARSILIVS, primus eius stirpis nobilissimæ celebratur, cui filios tribuunt Iacobum & Vbertinum.

2 VBERTINVS, Marsilium secundum progenuit.

3 IACOBVS, Vbertini frater germanus, genuit Vuilhelmum interfectum, & Franciscum.

4 FRANCISCVS, reliquit Franciscum secundum filium, & Ceciliam Venceslao duci Saxoniæ nuptam.

5 FRANCISCVS hoc nomine secundus, primus bellum gerere pro finibus cum Venetis coecepit: adscitis ad belli societatem Ludouico rege Hungariæ, & Lupoldo Austriæ duce, hoc nomine in prosapia Habsburgensi secundo, circa annum Domini 1380.

Cau-

Causam belli fuisse ferunt, nobilem virum Francisci consiliarium, cuius filiam stuprauerat. In cuius detestandi facinoris vltionē, pater, cū hero ad sacrilegia data opera ianuam cōsiliis aperuisset: factum esse, vt iniuriæ sibi illatæ vindex Deus, victoriam Venetis, eorumque duci Antonio Venerio concesserit. Accesserat & fluxa fides Francisci, qui copias Austriacas, Hungaricas sibi auxilio missas, Venetis vltro prodiderit, percussu præter spem fœdere eum hostibus. Is porro Franciscus dominationis in Patauino agro postremus, ex Adelhayde Ludouici comitis ab Ottingen filia germana sustulit filios, qui ad principatū non venerunt: Franciscum tertium, Nicolaum, Marsilium secundum, Vbertinum secundum, & Iacobum.

DVCES FLORENTINI RECENTI ÆVO.

1 COSMVS Medices, vetustissimæ apud Florentinos familiæ, opibus & industria principatum eius vrbis nactus est, circa annum incarnationis Domini 1400, cum esset insignis doctorum & Musarum patronus, ac alter veluti Mecœnas sui æui. Reliquit vero Petrum.

2 PETRVS floruit circa annum Salutis 1460. Progenuit autem Iulianum, interfectum in templo à ciuibus, & Laurentium ducem.

3 LAVRENTIVS, multa cum Papa & Siciliæ regibus pro finibus bella gessit, & reliquit quatuor filios: Ioannem cardinalem, electū in Pontificem maximum: & Leonem decimum appellatum: Iulianum, & Petrum. Obiit anno humanæ Salutis 1492.

4 PETRVS hoc nomine secundus, Laurentii filius, pulsus ditione exulauit: sed restitutus, progenuit Cosmum secundum, Alexandrum & Ioannem: qui electus in Pontificem maximum, Clementis septimi nomenclaturam sibi adsciuit.

5 COSMVS, hoc nomine secundus, Petri secundi filius, interficitur ob adulterium.

6 ALEXANDER, frater Petri, Caroli quinti Imperatoris filiam naturalem habuit vxorem: quæ postea Octauiano Farnesio, Pauli tertii pontificis nepoti, nupserat.

COMITES DE SANCTO BONIFACIO.

1 ECZELINVS, Richardum reliquit.

2 RICHARDVS, cum Veronensem ditionem nomine Estensium marchionum tueretur, aduersus Fridericum secundum Imperatorem, capitur à Salinguerra, qui Ferrariam occupauerat. Progenuit Richardum & Eczelinum secundum.

3 RICHARDVS & Eczelinus, ditione sui comitatus priuantur ab Eczelino Veronensi marchione, quem vulgus Italorum Tyrannum cognominat.

COMITES ANGLERIAE, VNDE VICECOmites *Mediolanenses, & postremo Mediolani principes orti fuere.*

1 BERENGARIVS Adalbertum reliquit. Erat in regem Italiæ subleuatus ab Othone primo, cum Vuilla coniuge captus.

2 ADALBERVS, Attonem procreauit.

3 ATTO, Italiæ vicarius ab Othone tertio constituitur. Reliquit Facium filium.

4 FACIVS, Hiltprandum & Opiczonem procreauit, Chunrado secundo imperante, circa annum incarnationis Domini millesimum vigesimumtertiū. A quo comates hi Mediolani creati fuere.

5 OTTO Hildiprandi filius, in archiepiscopum Mediolani electus, familiam suam à Turrianis pulsam Mediolano, opibus suis & authoritate reduxit.

6 OPICZO, Othonem secundum filium tulit.

7 OTHO, hoc nomine secundus, Andream filium progenuit.

8 ANDREAS Gualuagnum filium ptogenuit.

9 GVALVAGNVS, rursus Turrianorum opibus & factione Mediolano pellitur. In ea turba, belloque gesto inter Alexandrum papam & Fridericum primum Cæsarem, octodecim vicecomites securi percussi feruntur, Vimano vnico superstite.

10 VIMANVS patria exul, Friderico secundo imperante, procul à patria vixit Vberto filio relicto.

11 VBERTVS floruit in exilio, circa annum Domini 1250, & Ottonem archiepiscopum Mediolanensem procreauit, Vbertum Vigintimiliensem præsulem, Iacobum & Casparum. Porro Othonis Archiepiscopi authoritate & opibus vicecomites non solum Mediolanum redierunt, verumetiam principatum eius vrbis, viciniique agri adepti

fuere: videlicet Ticini, Parmæ, Placentiæ, Cremonæ, Cremæ, Laudæ Pompeiæ, Vercellarum, Bobii, Bergomi, Brixiæ, & Nouariæ. Itaque Theobaldus primus Iacobi filius, ex vicecomite princeps Mediolani constitutus, familiam suam in eo principatu vsq; ad Sfortiadas transmisit. Qui etsi principatum vicecomitibus eripuerint, habent tamen in hanc vsque diem inter patricios Mediolanenses vicecomites principem locum, vt supra ostendimus.

GENEALOGIA TVRRIANORVM A VALSASINE denominatorũ, qui ad clauum aliquandiu Mediolani sederunt, illudque aduersus vicecomites & Scaligeros Veronenses diu tutati sunt. Postremo domo pulsi à Sfortiadibus ac vicecomitibus, exulatum in Forumiulium abiere. Quorum primordia, paterna quidem ad Francos, materna vero ad Burgundos referuntur. Hinc aureum leonem in clypeo cœlestino, paterna memoria ergo, & rubram turrem in candido clypeo, ex matre, primi Turriani generis insignia, gerunt. 10

1 PHILIPPVS, sub Henrico quinto celebratur, circa annum incarnationis Domini 1140.

2 NEAPOLEANVS, pro principatu Mediolanensi primus concertauit cum Othone vicecomite, archiepiscopo Mediolanensi, imperante Chunrado tertio. Sed victus Ioannis pontificis autoritate, qui vicecomitibus fauebat, primus sui generis ex Mediolano exulatum abiuit. 20

3 HERIPRANDVS & Caluanius, imperante Friderico primo, Tatii Velsasinæ comitis filias in matrimonium impetrarunt, suoque generi robora & authoritatem addidere.

4 MARTINVS, principatum Mediolanensem consecutus, quem auus Neapoleanus habuerat, cum diu aduersus potentissimum ciuem Actiolanum Marcellinum tutatus est: donec factione inualescente coactus, Marcellinum è medio sustulit. Quam ob rem factione renouata per Gulielmum Sotesinatem, qui factionis caput fuerat, Mediolano pulsus, aliquandiu exulabat. Reuocatus demum ab exilio, opera Vberti Palauicini, qui amplissimæ authoritatis fuerat inter patricios Mediolanenses, nouum hostem experitur, Eczellinum Veronensem præfectum, Germanum, & à Germano Cæsare Friderico primo marchæ Italicæ præfectum: cum quo ex necessitate prælio congressus, præter spem victor euasit, Eczellino interfecto, & tota eius familia (in qua erant tres filii, quinque filiæ, Albericus frater, & alii) apud castrum Zenonis, haud procul à Taruisio trucidata. Is cum expeditioni in terram Sanctam à Friderico primo susceptæ interesset, à Sarracenis interficitur, circa annum Salutis humanæ 1147. ex Matthia coniuge duobus relictis filiis, Iacobo & Pagano: à quibus imperium Mediolanense vicecomites eripuere. 30

5 IACOBVS tumulatur in monasterio Claræ vallis, cum isto epitaphio: Hic iacet dominus Iacobus de la Turre, pater domini Martini & Philippi: & domina Matthia, mater eorum.

6 PAGANVS, frater Iacobi, à Friderico primo Cæsare pulso Gualuagno vicecomite, gubernator Mediolani constituitur. progenuit Ioannem, & Paganum secundum. 40

7 MARTINVS & Philippus, Iacobi filii: quorum Philippus gubernator constituitur Mediolani ab Henrico sexto Cæsare.

8 IOANNES, & Paganus, pagani filii: quorum Ioannes ab Imperatore Friderico secundo constituitur gubernator Brixiæ, Bergomi & Nouariæ. Paganus vero reliquit tertium Paganum.

9 PAGANVS hoc nomine tertius, secundi filius, à Rudolpho Habsburgensi Cæsare, totius Italiæ gubernator, Imperiique vicarius constituitur, circa annum Domini 1270 Idem fugauit marchionem Montisferrati auxilio regis Hispaniæ, negotium Mediolano facessentem. fratres quoque suos Paganum Vercellis, & Franciscum Brixiæ præfecit. Genuit autem filios, Paganum quartum, Hermannum, Napum, Cauernam, Salminum & Raymundum patriarcham Aquileiensem. Obiit circa annum Domini 1290. 50

10 NAPVS, filius Pagani tertii, à Rudolpho Cæsare gubernator Mediolani, & Romani Imperii vicarius confirmatur. reliquit Paganum quintum fratrem.

11 PAGANVS hoc nomine quintus, frater Napi, & Pagani tertii filius, genuit Paganum sextum, Castomum & Gubernam.

12 CAVERNA, filius Pagani tertii, frater Napi & Pagani quinti, reliquit filios Paganum septimũ patriarcham Aquileiensem, Gotofridum, Ioannẽ & Zanfredinum: cuius filia Pelagia nupsit Maynhardo comiti Ottenburgensi, cum dote 600. marcarum argenti,

Fran-

Francifco de la Turre confobrino literis permittente. Habuit autẽ in matrimonio Cauerna Brunafentem filiam Philippi de Longofco, comitis de Lomello, ex qua Francifcum fecundum procreauit.

13 FRANCISCVS hoc nomine fecundus, Cauernæ filius, Guidonem reliquit.

14 GVIDO, Francifci filius, electus gubernator à fenatu Mediolani aduerfus vicecomites, archiepifcopum Mediolanenfem, Caftonum fui generis, cum fratribus fuis, Pagano, Odoardo & Mufchio, in caftro Angliæ diu captiuos tenuetat: excõmunicatus propterea à Papa, anno 1310. Tulit autem filios, Francifcum tertiũ, Simonem, Nardinum, Guidetum, & Lamerottam.

10 15 LAMEROTTA Guidonis filius, vel fecundum alios Francifci, reliquit Francifcum tertium.

16 FRANCISCVS tertius hoc nomine in ftemmate, Lamerottæ filius, fepelitur in cœnobio Francifcanorum Mediolani, cum tali epitaphio: Hic iacet generofus vir dominus Francifcus de la Turre, quondam generofi domini Lamerotti filius, nati quondam ex magnifico domino Guidone de la Turre, olim domino Mediolani. Obiit anno 1375.

17 CHVNRADVS ex cognomento Mufcha, filius Napi primi, qui a Rudolpho Cæfare gubernator fuerat Mediolani conftitutus, ex Allegrancia de Randi Mediolanenfi tulit Reynoldum, Floramentum, Paganum nonum, Napum quartum, Chunradum fecun-

20 dum, & Odoardum fecundum. Obiit Chunradus fenior anno 1305. Porro Chunrado frater erat Chaffianus dux exercitus Alemanici in Italia, qui progenuit Martinum, Claudium, & Aquilinum.

18 GOTOFREDVS filius Hermanni, nepos Pagani tertii, genuit Kilinum & Andriottum. quorum Kilinus duas filias reliqnerat, Clarinam & Biatrifinam, Henrici comitis Goritiæ vxorem: cui pro dote attulit S. Mariam in Slauonico, affentiente & cauente confobrino fuo domino Francifco Cauernæ filio, anno Salutis relatæ 1306.

19 FLORAMONTANVS, Chunradi primi filius, ex cognomento Mufca, floruit circa annum Domini * & progenuit Ioannem canonicum, Hermannum fecundum canonicum Aqnileienfem, Nicolaum, Ottalinum & Nicolinum.

30 20 GVIDO, expulit Mathæum vicecomitem, eumque principatu Mediolanenfi priuauit, circa annum Salutis noftræ 1313.

21 ANDRICTVS, Gotofredi primi filius, genuit Henricum, Iacobum, Lambardum & Amphifionem.

22 LAMBARDVS Andriotti filius, progenuit Lambardum fecundum epifcopum Vercellenfem, Raymundum, & Phœbum primum.

23 NICOLINVS, Floramontani filius, procreauit Medefium, Mofchinum, Ottalinum tertium & Nicolaum. quorum Mofchinus Thomam dedit, Ottanus Carolum, qui ex Ioannina Sauarognana Aloyfium procreauit, & filiam Thadæo marchioni Eftenfi nuptam.

40 24 PHOEBVS, hoc nomine primus, vel Phœbufinus fecundum quofdam, cognominatus de Caftellato, quod feudo à principibus Goriciæ habebat, ex Catharina burggrauia Goriciæ, Ioannem, Furlandum, & Francifcanam filiam tulit, cum floreret anno 1316.

25 Nicolaus Ottalini fecundi natus, genuit Anthonium, Nicolaum fecundum, Ioannem, Francifcum quartum in ifta ftirpe, Ludouicum commendatorem Rhodienfem, Ottobonum, Raymundum fecundum, & Thomam. Quorum Raymundus coniugem habuerat Catharinam, filiam Reynhaldi de Colalto fancti Saluatoris comitis.

26 RAYMVNDVS primus, Lamberti primi filius, Hermagoram & Phœbufinum fecundum reliquit.

50 27 IOANNES Furlandus cognomento, Phœbufini primi filius, ab Alberto Goriciæ comite domum qnandam in portu comparauit, anno Salutis 1343. & genuit Phœbum, fiue Phœbufinum tertium.

28 PHOEBVS, fiue Phœbufinus tertius, à Maynhardo Goriciæ comite confirmatus in dominio Caftellati, anno 1363, ex Lucia domini de Forzatis Patauini procreauit Hermagoram fecundum, & duas filias: Hilefiam coniugem Iacobi de Valuafano, & Thadeam domini Thomæ de Spilinbergo nuptam. Huic præterea Phœbo Henricus Goriciæ comes caftrum Flambi feudo contulerat, vt ex principio diplomatis aduertitur, quod fic habet: Nos Henricus Goriciæ & Tirolis comes, Aquileienfis, Tridentinæ & Brixienfis ecclefiarũ aduocatus, & totius Foroiulii capitaneus generalis, præfentibus profitemur, quod viris

nobilibus dominis Phœbo & Raymundo fratribus de la Turre, prosequi volentib... peram ostendere perfectam, per nos & nostros hæredes dedimus, tradidimus & con... mus pro se & eorum hæredibus, tam masculis quam fœminis, ad rectum & legale feud... castrum Flambi, cum burgo, &c.

29 NICOLAVS secundus, primi filius, ex domina Genoueua de Spilingberg o rel... quit Franciscum quartum, Aloysium secundum, & Isidorum. Floruit circa annum D... mini 1420.

30 FRANCISCVS quartus, Nicolai secundi natus, reliquit Nicolaum tertium, & duas filias. obiit anno incarnationis Domini 1487. Quorum Nicolaus Guidonem secundũ procreauerat. 10

31 ALOISIVS Francisci frater germanus, genuit Raymundum tertium, Hieronymum, Ioannem, Aloysium quartum, & Michaelem episcopum Cenetensem.

32 HERMAGORAS, Phœbusini secundi natus, ex Helena Sauarognana tulit Phœbum tertium, Thomam, & Catharinam nuptam Georgio de Reymburgo: quorum Thomas habuit Claram de Fontana, circa annum Salutis 1431.

33 PHOEBVS hoc nomine tertius, Hermagoræ filius, ex Dorothea de Colaldo comitissa S. Saluatoris, tulit Matthiam, Ioannem, & Thomam tertium. Erat à Friderico tertio Imperatore præfectus constitutus in portu Naonis, & ciuitatis Pisini. Impetrauit ab Imperatore villam Camini, & sancti Iacobi decimam, anno Domini 1464.

34 IOANNES Phœbi tertii filius, à Maximiliano ad sanctum Vitum de flumine præfectus constitutus, ex Dorothea Luegerin Carniolana, vidua Nicolai Rauber, progenuit Georgium, Nicolaum, Phœbum quartum, Michaelem, & Veronicam duobus maritis iunctam: quorum vnus erat Christophorus Sebriacher. Vixit circa annum Domini 1590. 20

35 THOMASIVS, Hermagoræ superioris filius, Phœbi tertii frater germanus, ex Clara de Fontana genuit Iacobum, Ioannem, & Phœbum quartum. Floruit anno incarnationis Domini 1451.

36 IOANNES hoc nomine quintus in genere, Thomasii filius, ex domina Franciscini Sfottia de Georgium tulit, a Maximiliano Forojulii baronem creatum, qui ex comitissa de Frangepanibus tulit Annam, Ioanni Vngnad Styriæ præfecto iunctam. 30

37 PHOEBVS, hoc nomine in genere isto quartus ex domina Lucia de Arcolomanis genuit Ioannem, Georgium, Christophorum, Baltasarem & Magdalenam, Georgio à Lamberg Carniolæ baroni copulatam. Quorum Christophorus nostra memoria militiaq; obiit in Budensi obsidione, anno 1541, vir ad summa expectatus: Ioannes commendatorem egerat, eadem tempestate.

38 IOANNES hoc nomine sextus, Phœbi quarti filius: ex domina Paula de Sauarognana produxit Phœbum sextum, Franciscum, Ludouicum, & Claram Ioanni Houer præfecto Tibiniensi nuptam.

39 FRANCISCVS, hoc nomine in nobilissimo antiquissimoque genere quintus, Ioannis sexti filius, virtutibus omnis generis & literarum ornamento decoratus, qui à Ferdinando Romanorum rege ac Austriæ archiduce primo curiæ suæ consilio cooptatus, postremo prætorio Austriæ inferiorum prouinciarum senator datus, hæc mihi magna ex parte communicauit: quorum tamen pleraque in Annalibus fide dignis me legisse testor. 40

GENEALOGIA DOMINORVM DE VRsinis, qui nostra tempestate insignes fama sunt.

1 DROBENDINVS patricius Romanus, progenuit Gentilem, Ludouicum, Nicolaum. quorum Ludouicus in matrimonio habuerat Synionam de Gonczago.

2 NICOLAVS, ex Helena consobrina tulit Bartholinum, Gentilem, Franciscum, Ludouicum, Ioannem Franciscum, & Drobendinum præsulem Nicosiæ. Quorum Bartholinus vxorem habuerat Iacobi de Sabellis filiam, cognatam. Reliquit & filias, Dioneam Friderici Sfortiæ, & Iellam Angelo de Farnesio collocatam. 50

3 GENTILIS, filius Nicolai ex cognata filia regis Neapolitani, produxit Ioannem, Antonium, Porciam, & Ioannam Friderici de Gonczago Mantuani principis coniugem.

4 LVDOVICVS, Gentilis frater germanus, ex Iulia filia Iacobi de Vrsinis tulit Bernhardum, Iohannem, Franciscum, Hieronymum, Furium Camillum, & Bartholomæum.

5 FVRIVS CAMILLVS Ioannem Baptistam reliquit: vnde processere, qui hodie viuunt & factionem Gibellinam veterem resuscitarunt, & retinent, aduersus Columnenses, qui Guelphos antiquos referunt. à quorum semine processisse dominos à Fellio, hoc est rupe, in Tyroli, & Rosembergios, opulentissimos Bohemiæ regulos, a rosa, quam in insignibus & Columnenses à Rosembergiis similiter gerunt.

LIBRI DVODECIMI ET VLTIMI DE MIgrationibus gentium, Finis.

10 *PERORATIO OPERIS HVIVS AVTOris, ad nobilitatem Germaniæ.*

NON ambigo, Lector candide, cuiuscunq; ordinis fueris, multos futuros, qui si nihil aliud, saltem illud in præsenti Opere reprehensuri sunt, quod in Genealogiis Nobilitatis Germaniæ, in quibus tamen incredibilem pene laborem sumpsimus, alicubi hallucinatus fuerim, aut non satis à primis exordiis (quando iam nemo non Troiana sibi antiquitate atque origine placet) aut plerosque illarum alumnos intermiserim, aut denique ad calcem producere stemmata 20 nequiuerim. His breuiter responsum hic volo: Primo, vt cõsilia pia atq; honesta in gentem nostrã non spernant, sed deinceps iuuare velint, tali perpulchre occasione oblata communicatis ex scriniis & archiuis cuiusq; prosapiæ, iis quæ huic Operi adhuc desunt. Deinde, infinitiac prope impossibilis fuisse negotii arbitretur, si adire singulas domos instituissem: à quibus fortasse nec admissus quidem, aut non satis adiutus, aut parum etiam fide dignis Annalibus instructus forem, in tanto præsertim literarum nostro seculo apud plerosque contemptu, & maiorum nostrorum fabulositate atque commentis plusquam anilibus. Itaque prosapias omnes & singulos oratas volo, vt quæ desunt, ad proximam editionem nobis candide & mature communicare dignentur. Bene viue, Lector candide,

Viennæ Austriæ, Cal. Iannarii, Anni à CHRISTO nato

M D L V.

RERVM ET VERBORVM IN HOC OPERE PRAECIPVE MEMORABILIVM INdex. vbi propter defectum literarum maiuſcularum minuſculę etiam in propriis adhibitæ ſunt ab initiis.

Alſa-

austra-

brigan-

D.

E.

egen-

F

G.

galle-

H.

I

K.

L.

M

matha-

Nnn

N.

O.

Occi-

P.

Pi-

Q.

R.

Ro-

S.

sicam-

T.

V.

X.

Z.

FINIS.